

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

13-13. 6

A9
e
19

Digitized by Google

TRACTATVS
LOCATI ET CONDVCTI
IN QVO EXACTE

DE PENSIONIBVS, FRVCTIBVS, CADVCITATIBVS, Remiſſionibus, Salarijs, & ſimilibus, noua, quotidiana, & practicabilis materia pertractatur.

VINCENTIO CAROCIO
Tudertino I. C. Clariſſimo Authore.

Hac quarta editione ab ipſo Authore maximo cum labore, diligentia, & ſtudio varijs, & propè innumerabilibus quæſtionibus vtilibus, et in practica frequentibus, & quotidianis ornatus, auctus, & ſummopere illuſtratus. Ita vt quæ Aſteriſco inſignita, & parentheſi quadam à veteribus ſeiuncta ſunt, penultimæ editioni nouiter inſtar auctary acceſſerint.

HVIC QVINTÆ ET VLTIMÆ EDITIONI ADDITIONES quamplurimæ ex eiuſdem Authoris monumentis decerptæ acceſſere, vt opus quam abſolutiſſimum in ſtudioſorum manus perueniret.








VENETIIS. Apud Bertanos, M. DC. XLIX.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIO.

Digitized by Google

Digitized by Google



INDEX RVBRICARVM.

quæ in hoc Opere continentur.



Digitized by Google

I N D E X.

F I N I S.

INDEX OMNIVM RERVM, ET Verborum maxime notabilium, & notatu dignissimorum.

QVÆ IN HOC LOCATI ET CONDVCTI TRACTATV, Lectori passim occurrere possunt, miro ordine, & Alphabetica seriè in legentium gratiam digestus.

A

Digitized by Google

B

C

Clausu-

Digitized by Google

I N D E X.

Digitized by Google

D

Dictio,

E

Euictio

Digitized by Google

l. de-

I N D E X.

l. Scit.

Digitized by Google

l item

Digitized by Google

I N D E X.

lege 2 C.

Digitized by Google

locatio

Digitized by Google

P

Digitized by Google

Q

Quemo.

Digitized by Google

D. Vincentij Carocij locati & conducti

M

N

O

Obliga-

Digitized by Google

F I N I S.

INDEX ADDITIONVM NOTATU

dignior um, quæ huic tractatui nuperrimè Anno 1617. edito accessere.

Prior numerus Additionem, posterior verò folium significat.



Digitized by Google

T

Titulus

Digitized by Google

Nobiles

Digitized by Google

I N D E X.

Disticon.

Addita multa nouo poteris cognoscere libro,
Quæ breuis hic Index mente tenenda notat.

F I N I S.

Digitized by Google



D. VINCENTII CAROCII I. C.

Locati, & Conducti Tractatus.

PARS PRIMA.

Locationis diffinitio.

1 Vero primo,& princ paliter,quod sic locatio. Prima fuit Host. diffinitio. Locatio est personæ, vel rei ad vsum facta concessio, mercede in pecunia numeranda cõuenta, sequitur Ang.*in ver.locatio.*1.dixit personæ,s.in opera vili, & mechanica, quorum proprium est locatio,
& hæc est cõmuniter recepta. Nicol.Moz.*de cõtract.tit.de locat.in princ.nu.*12. Barbar.*in rub.de locat.nu.*2. Gomes.*in tit.de locat.in princ.*Rot.*nouiss.*37.*nu.*20.*par.*2.Rebuff.*de benefic.nu.*6.58.

2 Sed in his,quę sunt in exercitio excellenti,non dicitur propriè locatio, sed honorarium eorũ præmiũ appellatur.dicam *in titul.de præscript.verb.par.*1.

3 Secunda fuit Iacobi Cuiac. *in suis paratit.ver.definitio.*locatio est conuentio nuda faciendi,fruendique aliquid certa mercede.

4 Tertia fuit Hotoma. *in Comment. in verbo locationis diffinitio.* locatio est contractus bonæ fidei, de re aliqua, certa mercede, vel facienda, vel ad tempus vtenda,inter quos Iure Ciuili licet,factus.

5 Quarta fuit ex mente Menoch.diffinitio *conf.*291.*num.*4. *lib.* 3. locatio est, quæ vel in singulos annos, vel ad biennium, simileq; modicum tempus fit, mercede æquiualente fructibus, quibus correspondet ex notat.per Cagnol.*in l.*2. *nu.*202.*C.de rescinden.vend.* Nat.*cons.*49.*nu.*7.*lib.*1.Iul.Clar.*lib.*4.*sententia.§.emphytheosis.q.*2. *vers.& aduerte.*

6 Quinto loco definiebat Constantin.Hermonopol. in sua epitom. locatio est, cum quis domum,vel fundum pacto alicui concesserit, & annuam pensionem accipiat, vel cum materiam artifici dederit, vt constituta mercede opus faciat,& similiter in structura domus reliquorum ministerio ob mercedem præstandam locatio dicitur.

Sexto loco placeat,vt hæc sit nostra definitio. lo-
7 catio est contractus bonæ fidei, vltro, citroque obligatorius, qui consensu, re, & mercede certa perficitur,quorum verborum explanatio constat ex sequẽti *de substant. locati natur. similit. & similib.* quod sit vltro citroque obligatorius, patet manifeste *in l. Labeo.§.contract.* vbi Alciat. *ff.de verb. signific. in l.si vt cert.§.nunc videndum.ff.commodat.* Rol.*cons.*69.*nu.*4.*vol.*4.Bero.*cons.*114.*vol.*1.

8 Pro intelligentia notandum est etiam, quod locatoris, & conductoris verba bifariam vsurpantur in reb.vtendis,& operibus faciẽdis. Locare namque est vtendum,vel faciendum aliquid dare. Conducere est rem vtendam,vel faciẽdam accipere. Conductor,qui domum vtendam accipit: locator,qui dedit,sed in opere faciendo communis est vtriusque vis,& significatio, nam quatenus operam suam vendunt locatores dicuntur,vnde locare operas vulgo dicimus,quatenus opus faciendum suscipiunt,conductores, *l.* 22. *§.*1.*& §.cum insulam.l.*36.*& l.*51.*ff.locat.l.*37. *de aur. & argen.lega.l.*2.*C.locat.l.*27.*ff.ad leg. Aquil. l.si ve-*
9 *ro.§.idem erit.ff.de his,qui dei. vel ef.*vbi Cenacularius,
1.cenaculi conductor,& locator, *decis.Perus.*84.*par.*
2.*l.*44.*ff.de fideiuss.* cõductor operis,idest Redemptor.
10 Hotoma.*in comment.verb. Tur.in verb. conductor operis,& in verbo emptionis,*& secundo tangam *in tit. de instit.act.*Rebuff.*in l.*5.*§.opem.col.*5.*de verb.signific.* Rot.*nouiss.*37.*nu.*25.*par.*2.

QVAESTIO II.

Vidimus quid sit locatio, conductione, non inutile erit videre, quid sit pensio, prout tractatur in contractu locati,& conducti: Pensio igitur est id, quod datur pro alicuius rei vsu, vt agri, vel domus.
1 Spileg. *in lexic. in verbo pensio*, Foller. *in pract. Cens. prope finem, in verb. fina. nu.*4. & dicitur pensio, quæ ex locatione prędiorum vrbanorum:merces,quæ ex locatione prędij rustici percipitur,scilicet ancillarũ. *§.fin. ff.de pet.hæred.*de quo suo loco dicam. Accipitur quandoque pensio,& pro prima solutione,vel secunda,aut tertia,vulgo *paghe.* Vnde in *l.lecta. §.igitur.ff. si cert.peta.* igitur finito primo mense primæ pensionis vsuras currere, in pensionem repetere, apud Haloand.*in l.pen.de republ.* quam ex Græco vertit. Cic. Lep. teneor tamen dum a Dolabellæ procuratorib.

Digitized by Google

exigam pensionem primã. Pro Rosci. Comedo. Curtam fero? Cur eum altera pensio soluenda esset, non tum, cum prima? & Philipp. 6. etenim ista tua minime auara coniux, quam ego sine contumelia describo, nimium debet diu populo Romano pensionem tertiam. Idem ad Atti. lib. 2. de pensione altera oro te omni cura, considera quid sit agendum. Liu. de Bello Maced. 17. & stipendium, quod prioribus pensionib. in multos annos deberent. Suet. in Vespa. pecuniam ex prima pensione admouit. Accipitur quandoque, & pro censu, *vt gloss. in c. constitut. de relig. dom. & in pragmat. Cens. regis Alphonsi.*

Locationis diuisio.

1 QVæro pro intelligentia, quotuplex sit locatio, conductio, & colonus, respondetur. Quædam est locatio largissimè sumpta comprehendens libellum, censum, emphyteosim. Menoc. *cons. 372. num. 12. lib. 4.* quædam impropriè, cum merces non in pecunia consistit, sed in specie, quædam proprie sumpta, cum merces in pecunia consistit. dixi de substantia locationis, idest in fine.

Secunda diuisio est. Locatio, & Conductio, quædã est ad modicum tempus, quædam ad lõgum tempus. dixi *par. 1. tit. de locat. ad longum tempus.*

Tertia diuisio est. Locatio, & conductio quædam tacita, quædam expressa. dixi *par. 3. de renouat. locat.* Benineas. *in §. Actionum, nu. 70. de actio.*

2 Colonorum, qui & conductores sunt, variæ sunt species, vt per Cuiac. *in rub. C. de agric. & censit.* Zas. *in §. præiudiciales, num. 14. Instit. de act.* Cel. Rodig. *lib. 7. cap. vlt. antiq. lect.* * Abb. *in cap. indicatum, de immunitate Ecclesiarum.* Curtett. *in repertor. ad Abb. in verba agricola.* Aluarott. *in prælud. feud. quæst. 7.* Gomet. *in §. item Seruiana. num. 8. de actio.* Apostill. ad Bertachin. *in verbo Colonus, num. 1.* Zas. *in §. præiudiciales, num. 4. de actio.* Quorum nomina emanarunt potius a moribus Ciuitatum, quam iure scripto, quam natura nouam quotidie, nomina præparat. *l. 2. §. si quod, C. de veter. iure enucl.* latè videndus Burlatt. *concl. 330. num. 37. volum. 3.*

Adscriptitij, qui per scripturam terræ, vel glebæ adscripti sunt. Censiti, qui censum annuatim soluere tenebantur, differentes a primis, quia illi ad partem fructuum, isti ad simplicem censum tenentur annuatim. de hisce *in C. tit. in quibus Coloni capite censiti Dominos accusare possunt, lib. 11. tit. 49.*

3 Perpetui olim tempore famis constituebãtur redditus ex publico, ideo quia simulantes prodibant, si erat liberi, in perpetuo permanebãt colonatu, si serui, proditori dabantur. de his est *titul. C. de mendicantibus validis lib. 11. tit. 25.* & bonus est, & salubecrimus ille tit. etiam temporibus nostris contra ribaldos, & barones simulatores mendicitatis, ad triremes enim

4 essent condemnandi, vt ibi Bar attestatur dicens etiã hodie esse locum pęnæ illius legis. Gugliel. *in c. Raynutius, in verbo Adelasiam num. 124.* pulchrè Burlatt. *conf. 330. nu. 38. vol. 3.* & talis Colonia, hodie non est in vsu. Aymo *de antiq. temp. par. 4. nu. 229.* Inquilini in vrbe domum alienam certa mercede conducit, *l. vlt. de migran. l. 4. §. prætor ait. ff. de damn. infect. l. 37. ff. de arq. possess.* & solum in ædibus conductis habitare potest, non autem cum domino, vel qui ius habitandi habet, prout Proculus apud Labeonem *in l. 2. & 4. ff. de vsu, & habitat.* Colonus dicitur in agro, & est

5 duplex. Alius mercenarius, qui certa mercede fundũ conductum habet, *l. res pignoris, ff. de arquir. possess. l. fi. ff. de vi, & vi armata.* Hinc colonia fundus colono locatus *l. 24. §. 3. ff. locati l. Seiæ. §. Colonos, de fund. instruct.* instrumentoque legato Partiarius, qui non pecunia, sed certa fructuum parte fundum colit. *l. 25. §. 5. ff. locat.* * Tiber. Decian. *cons. 51. num. 17. vol. 3.* Redoan. *de rebus Eccles. vers. sed coloaus, sub rubr. de caducitate ob non solutionem,* Gugliel. *in cap. Raynucius, in verbo Adelasiam, nu. 121. de testament.* Casla. *in consuetud. Burgund. drs maius mortes, rub 9. §. 11. nu. 6. vsque 14.* Menoch. *de retinend. poss. Remed. 3. n u. 53.* Quidam sunt originarij, vt nati ex patre, & matre colonis, *l. cum satis, primo responso, & l. fin. C. de agricol. & cens. lib. 11.* coloni patrimonialium saltuensium, & emphyteoticarum, vt *tit. 62. lib. 11.* qui vsu pabant bona data im emphyteosim a principe. Coloni fugitiui, qui fugiunt a solo, vt *titul. 63. lib. 11.* Coloni palestini, qui non possunt a terra recedere sicut alij, *l. 1. C. de colon. palestin.* Coloni Tracenses, qui capitationis tributa non præstabant. *l. 1. C. de colon. Tracen. lib. 11.* Liberi quoque, qui stant ruri, vt *C. ne rust. ad vlc. lib. 11. & in authent. vt nulli agricolæ.* Bona glosa, & magistralis octo species colonorum ponens *in rubric. C. de agric. & censit. lib. 11.* Ex qua optime commendatur materia locati, & conducti, sicut enim agricultura nulla res vtilior, ita & materia colonorum, qui fructus, & agriculturã pertractant. Vnde *Tull. lib. 1. officiorum.* Omniũ rerum, quibus aliquid acquiritur, nihil agricultura melius, nihil vberius, nihil dulcius, nihil homine libero dignius. Et in Catone. Et mihi ad sapientis vitam proxime accedere videntur, habent enim cum Terra rationem, agroque beneornato, & bene culto nihil potest esse vberius, & ornatus. Teren. in Eunuch. Ex meo propinquo rure hoc capio commodi, neque agri, neque vrbis odium me percipit. Philosophus 7. Polliticorum laudans colonos. Optimus populus est, qui terræ cultiuus est. late to. Lup. *de vsuris, cap. 3.* Menoch. *cons. 225. nu. 68. lib. 3.* & idem Ioan. Lup. *ad l. rursus. §. 5. nu. 92.*

Colon. Retinendæ.

QVAESTIO II.

ET ne etiã in simplici diuisione terminorum hæc locati, & conducti materia in decisorijs appareat inutilis, infructuosaque, infertur ad decisionem.

1 Quidam habet ius recipiẽdi seruitia a colonis adscriptitijs, & turbatur in recipiendis huiusmodi seruitiis, dubiturne vti possidetis interdictum? Duo cum Bartol. consideranti sunt casus. Primus de seruis, vel colonis glebę adscriptis: tunc domino turbato cõceditur directum vti possidetis interdictũ, & est ratio, quia de colonis adscriptitiis idem iudicatur, quod de re immobili, *l. quemadmodum. C. de agric. & cens. lib. 11. l. longè. C. de diuer. & temporalib. præscript.* Faber. *in §. retinendæ, n. 6. Instit. de interdic.* qui extendit ad colonos nostri temporis ad modicum tempus, & ibi Ioannes a Platea, *vol. 2. vers. ad secundum.*

2 Vnde in facto, & practicado si colonus meus prohibeatur arare, & seminare, fructus colligere, vel asportare

tare, competit domino directum vti possidetis interdictum. ad idem *gl. in l. iubemus, la secunda. in princip. C. de sacrosan. eccles.* Ripa *in c. sæpe, nu. 30. de restit. spol.* Et vltra superius adductos, dicuntur coloni adscri-
3 ptitij, vel coloni simplices ad modicum tempus pars fundi, & inter immobilia reputantur cum a solo non recedunt. *gl. ita declarans in l. 1. in verb. præscriptionem*, quam ibi sequitur Bar. *nu. 5. C. de seru. fugit. arg. text. in l. si cretæ. ff. de furt.* vbi creta est immobilis solo adhærens, est mobilis a solo separata. Menoch. *de recuper. possess. remed. 10. nu. 6.* Cui adde ab eo non adductos Affl. in constit. Siciliæ, incipiente, Errores, *col. 1. in 2. not. Canon. in c. ciuili.* vbi Anc. *nu. 1.* Panorm. *in 2. not. de reb. eccle. non alien.* Laud. *in c. 1. §. 1. de feudi cogn.* Cin. & Alber. *illc q. 1. alter q. 2. C. vti possi.* Rofred. *in cod. tit. versic. sed an hoc interdictum.* Io. And. *ad Specul. tit. de causa possess. & proprie. colum. 2. vers. pro rusticis.* Tiraq. *de retract. Ligna. §. 1. gloss. 7. num. 120.* exemplum fructuum, qui pendentes sunt pars
4 fundi secus si a solo sint separati. Redoa. *de reb. eccle. fol. 73. nu. 26.*

5 Hinc in præscriptionibus agēdis, sicuti cætera immobilia præscribuntur, & fundi pars reputantur, l. 3. ff. de diuers. & temporal. præscriptionibus. Similiter
6 in legatis si sine prædijs legentur, inutile legatum reputatur, *l. si quis inquilinos. ff. de legat. 1.* Ex quibus iuribus etiam colligitur tales modo seruos, modo colonos, modo mancipia, modo inquilinos prædijs cohærentes appellari.

7 Ex quibus sic discussis vtilitati studendo infertur limitatio ad regulam, *l. eum qui edes. ff. de vsucapio.* quod res diuerso iure censeri non debeat: hoc esse verum vnico habito respectu, secus diuersis respectibus, prout supra decreta diximus, & seruis, quæ duo dum solo adhærent, immobilia, separata vero mobilia indicantur, & reputantur.

Addendo ad ea, quæ ponit Abb. circa hanc regulam, & declaratione. *in c. cū in tua, in fin. de decim.* Rip. *in l. 2. nu. 122. C. de reuoc. dona.* Tiraq. *de retract. consan. §. 1. gl. 18. nu. 21. & §. 8. gl. 5. n. 4. idem late in trac. de nobil. c. 28. nu. 13.*

Adde plene tractantem Dec. in l. in testamento, la prima *nu. 8. C. de testam. milit.* Alc. *ad l. in quartam, nu. 3. ff. ad l. Falcid.* Gomes. *in §. pœnales, nu. 35. Institut. de actionibus.* Menoch. *de recuper. possess. remed. 1. nu. 36. & remed. 6. numer. 11.* scribentem etiam intellectu fieri posse.

8 Quæ addi possunt ad ea, quæ congerit Alphan. *report. 705.* Secundus principalis casus est, cum agitur de seruis glebæ nō adscriptis, hisque similibus seruitijs & obsequijs præstan. tunc datur vti possidetis interdictum, *ex c. licet causam de proba.* & ratio videtur in promptu, quia ex turbatione illata his colonis, & adscriptitijs ipsemet dominus turbari dicitur in eius quasi possessione iurisdictionis. Abb. *in d. c. licet causam,* vbi Aret. *nu. 32.* Bero. *nu. 65.*

Declaratur hic casus, nisi his perturbator ex ea perturbatione animum haberet acquirendi possessionem Domini, ob quam coloni, & serui turbātur. Ioa. Fab. *in §. retinen. nu. 6. Instit. de inter.* Iac. Menoc. *de retinen. poss. remed. 3. q. 10. nu. 118.*

9 Ex quibus corollarie infertur ad intellectū l. foramen. ff. de seru. vrb. præd. & eius materia, videlicet quod illa dist. de seruit. habentibus causam cōtinuā, vel discōtinuā procedit in seruitutibus realibus tātū, secus in personalibus, ex Bart. *in l. 1. nu. 5. ff. vti pos.*

10 Hinc vsusfructus, & vsus præscribi potest, *l. iusto. §. non mutat. ff. de vsucap. l. fin. in fi. C. de præscript. longi temp.* et si glosa ibi aliter sentiat.

Colon. Recuperandæ.

QVAESTIO III.

Secundo loco datur, & alia non inutilis indagatio in hac diuisione terminorum, *ad l. si coloni, C. de agri. & censib. lib. 11.* ex quo est depromptum vnum notabile recuperādæ possessionis remedium, vt colonus a domino seu bonæ fide possessore fugiēs quod ante omnia restituendus, & postea de causa originis, & proprietatis disceptandum.

1 Et tale remedium introductum est fauore agriculturæ in hac vtili materia locati, & conducti, ita vt ex hac ratione potissimum, quod tamen nunc non examino, multi in ea fuere sententia, vt pro alijs rebus non animatis, vel se mouentibus non cōcedatur Rip *in c. sæpe. n. 31. de restit. spol.* Corn. *cons. 18. n. 10. lib. 1. & cons. 56. nu. 18. lib. 2.*

2 Ampliatur hæc fauorabilis dispositio vt procedat siue talis receptator coloni fugientes hoc sciuerit fugæ vitium, siue ignorauerit. Oria. *rub. de caut. poss. & propr. col. 4. vers. 3. concl.* Iun. But. & Rip. *in c. sæpe* vbi Innoc. *nu. 4.* But. *nu. 6.* Rip. *n. 35. vers. 3. quæro, de restit. spol.* Iac. Menoc. *remed. 10. recup. poss. nu. 15. q. 2.*

3 Ex quo sequitur corollarie, limitatio ad c. ignorātia, *de reg. iur. lib. 6.* quod non excuset quando agatur remedio *l. si coloni. C. de agri. & censi.*

4 Secundo corollarie infertur, vt quoad restitutionem rei ablatæ pari passu ambulat sciens, & ignorans ad *nor. in reg. peccatum, lib. 6.*

5 Ampliatur secudo loco hæc fauorabilis dispositio vt liceat domino propria auctoritate, & manib. proprijs capere colonum huiusmodi fugientem, dum tamen est in actu fuge, vel vagabundus nemini adhuc applicatus. Luc. de Pen. *in d. l. si coloni, q. 6. argu.* debitoris fugitiui *l. ait prætor. §. si debitorem. ff. de his, quæ in frau. cre. facit alia l. in §. seruus fugitiuus. ff. de fur. iu. l. quid sit fugitiuus. ff. de Aedil. edi. l. fugitiuus. ff. de verb. sign.* & maxime quādo iudicis copia haberi non possit, vbi se aliquantulum retinet colonus vagabundus, & fugitiuus, alias ipse est adeundus, *gl. in l. hæres absens, § proinde,* vbi Cor. Iun. *nu. 10. de iud.* Soc. *reg. 83. fall. 6.* Gram. *cons. 27. nu. 12.*

6 Ex quo sequitur corollarie ampliatio *ad l. ait prætor, §. si debitorem.* vt nō solū procedat in debitore fugiente, sed colono, & similibus: addendo ad ea, quæ in duobus casibus in materia format. Soci. *in reg. 78.* in quinque amplians Gomes. *in §. superest. nu. 59.* vbi Benincas. in pluribus limitans *n. 41. 2. Instit. de act.* Ripa latè *in c. 1. nu. 88. de iud.* Per. Duen. *reg. 175.*

7 Subextenditur hæc ampliatio, vt aliam non solū per se, sed & per alium exequi dominus possit vt late deducit tres casus considerans modo quo in ampliationibus hac *in l.* Luc. de Pen. *q. 7.*

8 Ex quib. sequitur corollariū satis notabile ad materiam l. cum feudum. ff. de vi, & vi. ar. quæ est lex in materia locati, & cōducti loquēs quod facultas faciendi aliquid propria auctoritate, vt vindicandi, capiendi,

recuperandi,& similia,pôt qui et per aliũ explicare, Quod nota esse verum in concess. legali, secus in cõcessione facta a statuto,quæ per alium explicare, non potest vt ibi notat Bolog. in suis interpret.

9 Vnde infertur in practica, quod cũ in prouincijs, & terris Ecclesiæ vigeant Bannimenta,quæ sũt loco statutorum, & prout sunt stricti iuris, quod si prædicta facultas concedatur, a bannimentis, vindicandi, & similia,quod per alium nequaquam poterit explicari,quod in facto de facili occurrere potest.

10 Secundo loco,& ex præ dictis nõ inutiliter inferri pôt aliud corollariũ,aliaq;ampliatio *ad l.ait prætor. §.si debitorẽ.ff.de his,quæ in fraud. tred.* vt liceat creditori capere debitorem fugitiuum non solum per se, sed etiam per alium,& hoc tum ex dispositione huius legis, si coloni, tum ex regula,potest quis per alium, vbi non reperitur iste casus exceptus,& debemus adhærere regulæ,sicut Bononiẽses Carocio *gl.in l.omnis diffinitio.ff. de reg.iur.* tum quia est censsio legalis, quæ per alium explicari potest, vt diximus.

11 Si enim sit homo nobilis habens debitorem suspectũ, vel homo senes,& aliquo corporis impedimento affectus, vt cum debitore caderet in foueã,vel doctor,religiosus,& similis,debeat priuari suo legitimo credito, quia per aliũ sidũ negotium explicuerunt.

12 Conductor igitur poterit per locatorum capi, & alium deputatum ab eo,& soluat pensionem cõuentam,qui fortasse a domo discessit,& adhuc pensionẽ non soluit,†facit regula,qui per alium.*lib.6.*

13 Amplia ur tertio loco nota biliter, vt procedat dispositio l.si coloni,etiam si colonus esset asportatus, et cuectus ad aliquam dignitatem,quia hoc domino præiudicare non debet,sed ei colonus restituendus. ita Luc.de Pen.*in l.si coloni,q.8.* p colonos. & *l.originarios C. eo.tit.* vbi ad nullã dignitatẽ sunt promouendi,vt ne puncto quidem a cultu agrorum distrahantur,& ei dignitas illata est iniuria *l.1. C.de agri. & mancip.dom.lib.11.*

14 Hinc princeps promouendo colonum, & similes ad aliquod officiũ dignitatem,non intelligitur velle præiudicare domino,cuius est colonus ascriptus,vel similis,& sic sine præiudicio tertij, *ll.11. §. merito.ff. ne quid luci pub.* late Alex.*consil.125.n.3. vol.2.cons. 87.n.8.vol.6.* Corn.*consil.207.nu.6.vol.3.* Dec.*cons. 11.nu.4.* Mandos.*cons.32.nu.10.* Ias.*in l.3,nu.19.ff.de const.princ.* Alphan.*reportat.56.*

Cui adde latæ exornatum Fel.in c.causam quę,in verbo interpretatio *de rescript.* Ias.*in l.pen.col.pen. ff. de iust.& iur.* infinitas auctoritates per Bologn.*cons. 6.* Curtium.*cons.184.* per totum fere consilium,plenissime Dec. *cons.544. Serenissimus colum.2.*

15 Declaratur ista ampliatio, vt nõ procedat in episcopali dignitate, quæ liberat colonum a seruitute, sicut filium a patria potestate, *gl. in 2. palam autem. constitutio,quæ dig nit.episc.vbi gl.* loquitur de colono, & ascriptitio,et habetur in cano.si seruus sciente,*dist. 54.gl.in l.2.§.§.ff. ad Mace.*Bart.& alij *in l. patre furiosos.ff.de his,qui sunt sui,vel alien.iur.*& hæc est cõmunis opinio. Viu. etiam in filo loquens *lib.2. opin. 120.*Clem.*de patr.potest.r.vlt.nu.50.*

16 Ex quibus sequitur corollariæ ampliatio *ad l.quidam concludebant,in fi.*& Bar.& scribentes notant,*ff. de re iud.& ad l.imperiales,§.similes,* vbi Bald.& alij notant,*C.de nupt.* quod princeps promouendo inhabilem præsumitur ipsum habilitare,quod si promoueat ad episcopatum intelligitur etiam cum præiudicio tertij,puta liberat a patria potestate,si est filius, & colonia,& seruitute si est seruus, vel ascriptitius

17 Quæ cõclusio etiam vera est id episcopo simpliciter electo, nondum tamen consecrato. Bal. *in l. humanum in fi.C.de leg.in l. fi. in princip.C.de comm.seru. manu.in l.fi.ver.& ideo fuit quomodo.C.sent.rescin.non poss.*late,Dec.*in c.cum te,nu.8.de rescr.in c.cum in cunctis. §. cum vero. de elect.* Clemen. ad Cardinalatum amplians *in c. fin. nu.60. de patr. potest.* Quæ fortasse addi, & iungi possent ad ea, quæ plene in materia tradit Alc.*reg.3.præsump. 11.* latissime Ant.Gabr.in hoc non limitans.*de præsumpt. concl.8.*

18 Secundo loco infertur limitatio ad l.& si nõ sint, §.perueniamus,ff.de aur.& arg.leg.& l.cum aurum, *in fi.ff.eod.tit.* vt posito antecedente sequatur consequẽs dignius nobilius,& preciosius dixi ad reg. cum quid *p.1.ampl.2.* vt non procedat in filio adepto episcopatum,vel colono adscriptitio.

19 Tertio infertur, quod si aliqua res mea perueniat ad manus tuas, & penes te est effecta nobilior, vel preciosior,non tamen per hoc es liberatus a restitutione illius, ad intellectum eorum,quæ notantur in regula peccatum,*lib.6.*

20 Declaratur secundo prædicta ampliatio vt non procedat in colono, qui per triginta annos curiæ inseruiuit.ita post alios Iac.Menoc.*in 10.remedio recu. per.possess.nu.70.*

21 Ampliatur quarto loco dispositio d.l. si coloni.vt procedat ne dum in principalibus dominis, sed proprius ad materiam locati, & cõductũ appropinquãdo etiam in feudatarijs, emphyteotis,colonis ad longum tempus, in quorum prædijs conductis aderant isti coloni & adscriptitij,qui aufugerunt, ita tradit, & determinat.Luc.de Pen.*in d.l.q.10.*cum vtile dominium habeant, vt Deo dante dicemus *in tit. de effect.loc.*ad longum tempus: non enim textus dominium requirit,vt tale remedium competat,sed principaliter,vt sit bonæ fidei possessor.

22 Ex quib. sequitur corollarium in hac vtili materia locati & conducti,quod in locatione veniunt instrumenta existentia in dicto laborittio, sicut veniũt ad emphyteutã, & cõductorẽ,maxime ad longũ tẽpus coloni adscriptitij, & pro eis cõpetit actio sicut dominio,directo vt Deo dante suo loco dicemus.

23 Declaratur primo loco hæc dispositio, vt tale remediũ non competat Domino similibus sup.expensis, si coloni recesserint ex nimia sæuitia dominorũ tũc nõ solũ licet aufugere,sed & dominos interficere, vt ibidẽ tenet Luc.de Pen. *q.11.* vnde apud Tull. Philipp.secund.Tirannum,vel crudelem occidere est pulcrum,beneficio gratum,fama gloriosum. Senec. Victima nulla amplior,et magis optima Deo mactari pôt,quã homo iniquus,late Luc.de Penn. *in l.vni, col.4. nu.25. vers.*vt armorum vsus *lib. 10. in l.1. col. 30.C.de publ.latit. vel.consul.lib.12.* & hoc verũ videtur in foro cõtcien.secund. Beat. Tho, *in 2.sent.ar. pen.* quem refert Fely. *in c. cum nobis, col. 3. de præscrips.*

24 Sed contrariã tenuit Ang.de Anc.*de pôt.Ecc.q.54. art.3.*quid æquius,& iustius reputat Boer.*q.304.col. pen. in principio.* & ita fuit in Concil.Constan. decretum, vt refert Bixien.*in suo repert. in verbo tirannus,* Bal.*in l.ex hoc iure,col.2. q.2. ff.de iust.& iur. & in 1. const.*

Digitized by Google

consil.digest.vers.9. quid tamen sit. Et superius adducta procedūt,qñ iudicis copia haberi non possit,alias iudex adeundus.Iac.Men.de rec.pos.rem.10.subn.88.

25 Cui adde,q in isto colonus,vasallus,& similes,pñt petere assecurationem a dñis suis. Ang. post Bald. in l.dominus,§.1 ff.de his,qui sunt sui,vel alie.iur.Fab.Bar. & Sal.in l.denunciamus.C.de his,qui ad ædes confugiūt. Pet.de Bip.in tract.de assecur.& ita seruat parlamentum.Boer.decis.304.col.pen.& hęc addi posśūt ad ea, quæ docte posuit Hercul.de caut.de non offend.vbi ea-sum hūc in specie iactū nō reperi,& in materia feudi,& vasallorū notabilis est,presertim cū istis Domicellis alicuius castri,& vid.Mandos.de ingr.c.63.

26 Declaratur secundo principaliter,nisi emphyteuta,colonus ad longum tēpus,vel vasallus esset aliqua de causa iure suo priuatus,quia tūc nō recuperat eo. lonus ascriptitios,qui aufugerunt,nec cōpetit remediū l.si coloni,vt tradir Luc.de Pen.ibid.q.13.ex c.domino guerram.in tit.hic finitur lex Cornel.in Canon.nos sanctorum,15.q.6.Parif.cons.21.n.59.lib.1.& qui sint isti casus,quib.vasallus fundo priuatur,ponit Men.in alle.rem.10.n.89.tu vero vide clarius Man.de ingr.c. 62.vbi habes centum,& viginti casus,quib. vasallus fundo pri uatur,& aliqui sunt pertinentes ad materiā locati,& cōducti.ponā loco suo in respicietib. materiā.

27 Declaratur tertio loco principaliter hæc fauorabilis dispositio, vt tale remedium non competat contra colonū,& ascriptitium ex iusta causa migrātem,& recedētem,vt sterilitatis,pestis,famis,& similium, de quibus omnibus satis alias agemus in tit. de remis. merc. & multis similib. Et facit illa ratio, quia quęlibet dispositio intelligitur, rebus sic stantibus,vt deducit Bal.in l.Clarius.C.de fideicom.& alibi sæpe.

28 Quid si dominus restituatu r in integrum,an sit restitutus etiam ad colonos adscriptitios,quibus extitit priuat us? ponam in tit.de restit.in integrum.

26 Practicando tamen declaratur quarto loco,vt nō sit necessarius in hoc giudicio libellus, seu petitio solemnis,sed qualis,qualis sufficiat,prou t & in reintegrando dicit Luc. de Pen. in d l.si coloni, q.19. Rom. cons.519.in fi.Rol.cons.71.n.37.vol.1. Ias.in §.præiudicialis,n.35.Inst.de act.cons.2.col.fi.lib.3.Soc.iun.cons. 75.nu.1.cons.82.num.1 lib.2.Neuiz.cons.32.nu.7.pulchre Soc.sen.ita distinguens cons.32.nu.2.lib.4. Nat. in Clem.sæpe,in verbo,necessario,de verb.signif.& hæc

* est magis communis opinio in quouis remedio possessorio ad recuperandum inuento, vt attestatur Iacob.Menoch.tam in hoc,quam in reinteg. & similibus in remedio 15. recuper. possess. q.20. & ita passim practicatur, vt saltem etiā si summarie procedatur, qualis,qualis petitio requiratur,qui Iac. Menoch. ab eo non allegat. adde Pedemont.decis.1.num.3.vbi requiritur aliqualis libellus, vt reus colligat mentem actoris:& si erit generalis parte opponente non procedit,cui plene tractanti adde Rom. cons.519. & ibi. late per Mandos.in addit.in Menoch.in c.fin.in verb.figura,de hæret.lib.6. Mars. reputās hoc in practica ad modum singulare, in sing.102. infertur ex hoc dicto

30 corollarie limitationem ad tit. vt lite non contestata, vt nō procedat in summarijs, &c. Et quod libelli oblatio requiratur,tam in remedio huius legis,quā Cā. reintegranda, & alijs similibus vltra superius adductos per Menoch. adde Specul. de libelli conceptione, §.nunc dicendum,vers.24.& vers.26. Innoc.in c.1. & ibi Abb.nu.14.de libell.obl. Soc.in l.rem quæ nobis,nu. 14. ff.de aeq.poss.Rip.in l.naturaliter.§.nihil commune, nu.147.ff.de acq.poss.Pract. Papiens.in forma libell.in causa spoliat.possess. Marian.in c.1.fall.52.& 53.de

* libell.oblat. & hodie hęc est magis communis opinio, Ant.Gabr.de restit.spol.concl.fin.num.138.

31 Immo tam in hoc ad recuperationem coloni, quā canon.reintegranda, & omnibus alijs possessoriis iudiciis,litis contestatio requiritur. Areh.in d.canon.reintegran. vers. & not. quod cū clericus, & ibi Dom. col.pen.vers.quæro,Soc.in l.rem,qua nobis,col.11.vers. tertia dubitatio. Aufre.ad Capel. Tholos.q.226.Alex. cons.2.col.3.vol.3.Rot.in nouiss.decis.2.de restit.spol. Socin. in c. quoniam frequenter.fallent.62.vt lite non

* contest.Dec.consil.303.n.5. & hæc est communis opinio Doct. in §. nihil commune,vbi Alex. num.96. Ias. num.167.Bip.num.182.Ant.Gabr.de restitut.spol. con. clus.vlt.num.115.

Cui adde Rebuff. ad reg. constit. Tom.3. tit.de mat. possess.art.4.gl.1. in fi.attestans in Gallia passim obseruari,& insuper cum contrarię possessiones allegātur.Cui adde pro hac opinione pulchre Afflict. ab eo non allegat.decis.346.vbi quomodo in summariis tacite lis contestetur.idem tenet in cōclus. allegat.Iac. Menoch.in 15.remed.recup.possess.q.22. cui adde Bero.q.37.num.1.in fin.

32 Quæ hic apposui,tam ad intellectum l. si coloni,de qua agitur,quam canon.reintegr.quod passim in vsu recipit,& competit colonis,& conductoribus,ac et locatoribus,prout Deo dante suo loco dicimus.

33 Quinto loco declaratur, vt nulla præscriptio obstet domino recuperare volenti colonum,vel adscriptitium in qua materia cōsiderandi sunt aliqui casus loquendo,tam in remed.l.si colon.quam in reintegrāda,& similibus,cum sint eiusdem decis. & conferant ad materiam locati,vt infra videbimus.

Primus est,cū reus conuentus est in mera,& manifesta mala fide,tunc is nullam pōt opponere præscriptionis exceptionē,presertim de iure Can.q cū mala fide tollit omnē perscriptionem ita,vt nec immemorabilis præscriptio aliquid releuet. Arc.in §.furtiue,n. 25.Inst.de vsuc.Crau.de antiq.temp.par.4. quar. partis princ.nu.19.& 20. Bero.ita declarans in c.sollicite,de maior.& obed.Iac.Menoch.in 15.remed.recup.poss.q. 33.nu.416.ita intelligens Cassad.decis.5.de restit.spol.

Cui addo Imol.idem tenentem in c. sollicite, in fin. verbis,ver.in gl.fi.de rest.spol. Alex.cons.6.col.5.vers.6. quod remedium,vol.3.Sal.in l.1.in 3.oppos.C.si per ind. Ex quibus ad vtilitatem sequūtur aliqua corollaria.

34 Primum,intellectus ad decision. Cassad. in ordine quintam,de restit.spol. vt procedat in reo existente in mala fide manifesta.

35 Secundum,infertur intellectus ad regulam pos.li. 6. in illis verbis,Nullo vnquā tempore et immemorabili,& ibi,malæ fidei maxime manifestæ,& claræ.

36 Secūdus est casus principalis,vt probata possessione tanti temporis,cuius non est memoria in contrarium,excludatur probatio possessionis, quia probando possedisse tempore, non pōt dici aliquē spoliasse, non quod vere in se iuris remedium sit præscriptum. Ant.Gabr. de rest.spol. concl.5.nu.6. & ita conciliantur aliqui, tenentes per tempus immemorabile præscribi tā hoc remedio,quam in reintegranda,& similibus recuperatoriis remediis, Rol. in non. decis. 259.

Gozad. *consil.* 7. *num.* 7. Cor. *in reg. spoliatus. fall. ult.* Abb. *in cap.* 1. *in fi. de restit. spol.* Crau. *de antiq. temp. in* 4. *part. num.* 175.

Et alij tenentes contrarium, vt Sarnens. *de trienn. q.* 11. *in fin.* Venafr. *conf.* 61. *num.* 18. *conf.* 96. *col. um.* 6. *vers. præterea.* Prob. *in cap.* 1. *num.* 4. de eo, qui mittitur in possessionem. Ex qua secunda conclusione inferuntur aliqua corollaria vtilia.

37 Primum est alter intellectus ad allegatam Cassad. decis. in ordine quintam, vt tali remedio, & alijs recuperatorijs præscribatur, idest non ipsius iuris remedio in eo, sed probata iam longa immemorabili possessione non præsumatur spolium.

38 Secundum infertur intellectus ad regulam possess. *lib.* 6. vt possessor malæ fidei iuris remedium nõ præscribat, sed probata immemorabili possessione excludat vitium spolij.

39 Tertius est casus principalis, quando possessor est in bona fide, vel mala fide præsumpta: hoc casu põt objici præscriptio 30. ann. tam aduersus intentatum remed. *l. si coloni*, de quo agimus, quã in reintegranda: & similib. remedijs recuperatorijs: ita colligitur ex mente Butrij, & aliorũ *in c. solicitè*, vbi Abb. *nu.* 4. Beron. *nu.* 31. *de rest. spol.* Castr. *conf.* 105. *col. fi. lib.* 1. Luc. de Pen. *in hac l. si coloni, q.* 20. Soc. *in l. rem, quæ nobis, n.* 18. *ff. de acq. poss.* Rui. *conf.* 60. *n.* 24. *li.* 1. *conf.* 103. *n.* 4. *lib.* 4. Rim. *conf.* 54. *col.* 6. *vers. circa secundũ, lib.* 4. *conf.* 428. *nu.* 11. *lib.* 3. Dec. *conf.* 303. *n.* 24. Bal. *de præsc. in* 4. *part.* 4. *part. princ. q.* 24. Maran. *de ord. iud. disp.* 7. *n.* 50. Grat. *conf.* 70. *n.* 18. *li.* 2. Paris. *conf.* 11. *nu.* 154. *lib.* 2. Crau. *conf.* 124. *nu.* 14. Rol. *conf.* 72. *nu.* 18. *lib.* 2. late hæc affirmans, Iac. Men. *in* 15. *remed. recup poss. sub nu.* 418. Cui adde plene materiam tractanti Alex *conf.* 6. *col.* 5. *vers. præterea anti quam li.* 3. *iterum conf.* 167. *col.* 2. *vol.* 6. Socc. attestantem hanc esse magis communem opinionẽ, *conf.* 39. *col.* 3. *vers. præterea huic remedio li.* 3. Seisel. *in d. l. rem, quæ nobis col. fin.* Lanfr. *in rubr. de caus. poss. & propr. col.* 3. Socaun. *conf.* 48. *col.* 2. *vol.* 2. Crauet. *de antiq temp. in* 4. *part. nu.* 205. Ber. *q. fami.* 82. *nu.* 4. Anton. Gab. *de rest. spol. concl.* 5. *nu.* 63. Ex quibus corollarie inferiur ad aliqua vtilia.

40 Primus est, tertius intellectus ad allegat. Cassad. decis. in ordine quintã, vt non procedat in eo, qui est in bona fide, vel mala præsumpta, quia tunc præscribit allegato spatio 20. ann. Secundo infertur intellectus ad *c. fi. & regulã. possessor. lib.* 6. vt procedat in mala fide verã non præsumpta tantum, Bar. *in l. fi. in fi. C. vnde vi*, late Didac. *in reg. possess. part.* 3. §. 8. *num.* 3.

Cui, quiã pulchra, & vtilis in practica est declaratio, addo Crau. *de antiq. temp.* 4. *parte:* 4. *part. princip. num.* 20. vbi declarat ie *in conf. suo* 116. Rui. *conf.* 156. *nu.* 10. *lib.* 1. *conf.* 34. *num.* 10. *lib.* 2. *conf.* 27. *nu.* 27. *lib.* 3. *conf.* 13. *num.* 4. *conf.* 44. *num.* 17. *conf.* 18. *num.* 4. *lib.* 4. Soc. iun. *conf.* 115. *num.* 30. *lib.* 2. Rolan. *conf.* 3. *num.* 93. *lib.* 1. Rip. *in cap. sæpe, num.* 66. 67. *de restit. spol.* & hæc opinio est communis, Balb. *in l. Celsus nu.* 106. *de præscript.* Immo hæc hodie est receptissima opinio, à qua durum esset recedere Iacob. Menoch. *de recuper. poss. remed.* 13. *q.* 10. *declar.* 2. *num.* 70.

Cui adde, quod hoc procedit etiam inspecto mero iure canonico, quod in hoc a ciuili non differt. Abb. *in c. sollicitè. nu.* 14. *de restit. spol.* Balb. *de præscrip. in* 3. *par.* 4. *par. princip. quæst.* 24.

41 Quartus casus principalis est, tam in hoc remedio, quã reintegranda, & similib. recuperatorijs remedijs possessor cum titulo, & bona fide in re non affecta vitio reali, & causam non habuit scienter a vitioso autore præscribir per annos decẽ inter præsentes, & viginti inter absentes. Balb. *d. q.* 24. *in fin.* Ruin. *conf.* 62. *num.* 14. *lib.* 1. Rol. *conf.* 21. *lib.* 2. Iacob. Menoch. id restringens aduersus Ecclesiam, vel similes priuilegiatos in *dicto remed.* 15. *num.* 425.

Quæ omnia apposui, tam ad materiam *l. si coloni*, quam aliarum, quia coloni, & conductores reintegrantur, & habent similia remedia, vt Deo dante suo loco dicemus.

41 Declaratur vlterius dispositio *l. si coloni*, aut colonus, qui aufugit, est ab alio apprehensus, & dominus statim amittit possessionem, *l.* 1. §. *per rerum, ff. de acq. poss.* si vero non est ab alio apprehensus, aut statim in libertate, diu, idest per decem annos, & tunc dominus est priuatus, alias non, *l.* 3. §. *quod si seruus, ff. de acq. poss. l. si is,* §. *si seruus, ff. de vsurp.* ad cuius *l. intellectũ*, an affirmatiuè, vel negatiuè legi debeat ibi, nisi pro libero, vel si pro libero, vide Ant. Auguſt. *emẽdat. iur. c.* 2. *lib.* 1. Ferret. post alios, *in d.* §. *per seruum, nu.* 4. Cin. *in l.* 1. *quæst.* 1. *C. vbi causa status*, vel iudicis arbitrio illud, diu, intelligatur *in d.* §. *si seruus.* Alber. *in rubr. C. de seru. fug. col. pen. vers. secunda quæstio.*

Colonorum priuilegia.

QVAESTIO IV.

MVlta insuper sunt colonorum priuilegia, & fauores vltra casus positos a Menoch. *de arbit. conf.* 194. *n.* 33. & D. Spor. *de restit. in integr. q.* 9. *art.* 6.

1 Priuilegiũ primum. Agricolæ insistentes colligendis, & seminãdis frugib. non sunt mõ aliquo ab exercitio, & opere emouẽdi, *l.* 1. *C. de agr. & cens. lib.* 10. & ratio esse videtur, ne alijs occupatis negocijs, curam agriculturæ relinquant, *l.* 1. *C. de aquaductu, lib.* 10.

2 Priuilegium 2. Die dominica, ac etiam alia quauis feriata in honorem Dei, & sanctorũ coloni, & agrorum conductores culturæ libere, licẽterque interueniant necessitate vrgente aeris, quoniam frequenter euenit, vt non aptius alio die frumenta fulcis, aut vineæ sordibus mundentur, ne occasione momenti pereat commoditas cœlesti prouisione concessa, *l.* 3. *C. de fer. cap. licet*, vbi Abb. *de fer.* Ioan. Lup. *in c. per vestras*, §. 27. *num.* 9. *de donat. inter vir. & vxorem.*

3 Ex quo priuilegio sequuntur corollarie duo vtilia: Primũ est, & satis vtile in hac locati, & conducti materia, quod si in segetibus, & granis seminatis inferatur damnum, quod in causa illorum damnorum illatorum procedi põt ẽt die feriata in honorẽ Dei, & rõ est, q a nisi statim cognosceretur, res de facili periret. ita per hunc tex. dixit Mandos. cum hospitali S. Spiritus *in tract. commis. formul.* 43. *q. n.* tradit in materia Pet. de Vreno *in prax. notar. tit. de benefic.* ne quis vocetur in ius die feriata, *nu.* 6. & tale damnum nõ æstimatur, prout frumẽtũ maturũ, nec arbor prout esset magna, sed solum dubius euentus, idest quantum vẽdi potuisset illa perceptio frumenti, vel arboris fruct. Alber. *in* 2. *par. stat. q.* 78. *& in l. propter spem, ff. famil. hercisc.* Cin. *in l. fi. C. ad l. Aquil.* Bal. *conf.* 182. *locat. n.* 4. qui loquitur in materia locati, & conducti. Crauet. *conf.* 40. *nu* 10. Pio. *de in lit. iur.* §. 53. *num.* 6.

4 Et sic patet ampliatio ad hanc *l.3.* vt non solum liceat seminare fructus, sed in iudicio agere causam ad fructus pertinentem breui tempore perituram.

5 Et sic si per statutum Tudertinum disponitur, vt in causis damnorum datorum procedatur qualibet die feriata in honorem dei, valet, quia concordat cum iure communi.

6 Ampliatur secundo, vt in causa alimētorum die feriata in honorem Dei procedi possit: si enim permittitur seminare, quia fructus nascuntur, ex quibus viuimus: sic & alimenta constituere. Soce. *cetat. artic.19. num.7. fallen.2.* Firmian. *in verbo. feriatis diebus in honorem Dei.* Mandos. *in pract. commis. Form. t3.q 8.* Cui adde ab eo non allegat. Gugl. de Cun. *in l.2. ff. de fer.* quod alibi non legisse dicit Alex. *in l. 1. col.6. vers. his tamen. ff. sol. matr. Doct. in verb.* alimenta Ioan. Arn. val. de commendans. *comm.72.*

7 Priuilegium 3. Coloni terrarum cultores & agricolæ possunt contrahere matrimonium, & filij nati sunt legitimi etiã si non interuenerint dotalia instrumenta, & aliæ solemnitates, quę in nuptij interuenire solent, *§. illud quoque, vers. sed neque. agricolam. Auth. quibus modis naturales effician. leg.* vbi Imperator tradit notabilem rationem, s. quia solius circa terram operationis laudabilis, & iusta causa est.

7 Priuilegium 4. Tignum vineis iniunctum neq. dissoluere neque vendicare licet, vinearum cultura debetur, *l.1. ff. de tin. iniunct.*

9 Priuilegium 5. Quintum est notabile priuilegium de quo *in l.2. de nund.* de quo Alc. *lib.4. dispunct. cap.8.* vbi ex mente Diuini Platonis dicitur, quod ciuitas indiget ad bene, & beatè viuendum, & vt dicatur bene instituta, rusticis, & alijs cōductoribus, qui afferentes in forum aliquid non coguntur stare ad minutatim, ne ab opere rustica auocentur, & annonæ præbitio destituatur. Duen. *reg.297. num.2.*

10 Qui textus notabilis est ad fauorem tricularum, cauponum, & hospitum, qui in die sabbati ponunt se ad portas ciuitatum, & emunt rusticis, & conductoribus vtensilia, & alia ad manducandum, & fruantur, & si ciues, magnates, & nobiles aliquid volunt, excogitent, & illam l. dixit singularem Aufrer. de Thol. *q.446.* Ioan. Marc. *decis.540. n.46.* vt tales cogi possint.

11 Priuilegium 6. Coloni inter alios possunt concedere testamentum coram quinque testibus, & valet, & tenet ex dispositione *l. fin. C. de testament.* vbi ad agricolarum, & colonarum laudem prorumpens Imperator inquit. Ad Dei humanitatem respicit, qui Colonorum & rusticorum simplicitati succurrit.

12 Quæ conclusio vera est, tam in testamento in scriptis, quam nuncupatiuo, vt per Cin. *in d. l. fi.* vbi Bart. attestatur ita de consuetudine seruari.

13 Procedit etiam siue in tali loco vigeat consuetudo coram quinque testibus posse testari, siue non per An-
14 gel. Salic. Cast. & Ias. *in d. l. fi.* Fallit vltra alios in agricolis, & censitis. Boer. *decis.272. in princip.*

15 Priuilegium 7. de quo *in l. 3. C. de defens. ciuit.* vbi inquit Imperator. Vtili ratione prospectum est, vt innocens, & quieta rusticitas conueniri non possit in pecuniarijs causis, nisi coram defensoribus locorum. Alciat. *reg.2. præsumpt.4. nu.4.*

16 Priuilegium 8. Coloni, & terrarum cultores a muneribus excusantur *l. 1. C. vt rustici.*

17 Quod verum est in mere personalibus, vt ibi no. nisi in defectum aliorum, & hoc publica exponat vtilitas. *argumento. ff. de muner. & honor. l. vt gradatim, §. quotiens, l. honor, §. fin. not.* Luc. de Penn. *in l. 1. Cod. de agric. & cens. colum.2. in fi.*

18 Intellige 2. quod coloni, & agricolę non admittuntur ac honores habentes onus immediatæ annexum, *l. colonos in secunda, Cod. de agric. & cens. libr. 11.* nisi in defectum, vt not. *in l.1. C. de agric. & man. domi.*

19 Intellige 3. vt coloni munera mere patrimonialia ordinaria sine canonica subire cogūtur pro terris eorum, in alijs non nisi seruata consuetudine, quę in hoc est attendenda, *l. bi penes, Cod. de agric. & cens. l. omnes, & l obsistere. Cod. de tributis l. 1. Cod. de immun. nemini concedenda.* late Luc. de Penn. *in l. colonos, col. fi. Cod. de agric. & cens. lib.11.*

20 Intellige 4. vt in muneribus mixtis, quod illa indifferenter subeunt in casibus, qui habētur de immunit. nemini concedend. *l. 2. &* de quibus muner. liceat excusare *l. 1. & de collat. fund. patrimon. l. 1. & priuil. dom. August. l. 1.* in alijs vero casibus in quibus munera extraordinarie indicūtur, excusantur coloni, quatenus personam respiciant, alias proportionabiliter tenentur, vt late per Luc. de Penn. *in l. 1. C. de mun. & in quo loco lib.11.*

21 Priuilegium 9. Agriculturæ fauore nullus agricolas, siue colonos alienos in eadem, vel aliena prouincia occultare potest, & ad sua loca redire compelluntur, *§. sed etiam, authen. de mand. princip.* vbi Accurs. dat priuilegium hoc nedum colono adscriptitio, sed cuicunque laboratori, & colono, vt extra occultari non possit.

22 Priuilegium 10. Agriculturæ fauore inter adscriptitium, & mulierem alienam nuptiæ prohibentur etiam possessore sciente, & hoc ne coltura per colonos deleratur, §. adscriptitio, vbi *gl. auth. de nupt.*

Colonorum proprietates.

QVAESTIO V.

1 Vidimus quot sint colonorum species, quæ remedia competant dominis pro colonis adscriptitijs, vel censitis, necnon, nonnulla ipsorum priuilegia competentia etiam alijs terrarum laboratoribus, & colonis, ponamus pro intelligentia aliquas proprietates talium adscriptitiorum, & censitorum.

Proprietates prima, Adscriptitii, censiti sine prædiis quibus adhęrent, legari non possunt, & si legetur, legatum est inutile, nec debetur æstimatio nisi ex coniecturata mente defuncti, *l. si quis inquil. de leg.1.*

2 Proprietas 2. Adscriptitii, vel censitis ne prædiis, quibus adhærent, vendi non possunt, *l. quemadmodum, & ibi not. C. de de agric. & cēs. lib.11.* Quam limita, nisi ex causa famis, vel alterius necessitatis. Tiraq. *de retract. Lignag. §.26. gl. 1. nu.18.*

3 Ex quibus habetur ampliatio ad *gloß. in l. 2. C. de parent. qui filios distrax.* vt procedat etiam quoad censitos, & alios similes alienari probibitos, Amplia, vt nec promoueri ad sacros ordines sine consensu domini non possint. Canon. gener. *dist.50.* Boer. *in c. nulli, de reb. eccles. non alienand.* Redoan. *in eod. tract. fol.75. num.30.*

4 Proprietas 3. Adscriptitii, vel censiti sine prædiis, quib. adhærent, pręscribi nō possunt, nisi in pręs. longa

temp. *l. 3.* & ibi not. *C. de diuersis, & temporal. præscr.*
not. *in l. 1. C. de seru. fug.* dixi *sup. q. 1. huius partie.*
5 Proprietas 4. Dñs pro agric. & cens. quos habet p̄.
stat annonarias functiones, *l. 3. C. de agr. & cens. li. 11.*
6 Proprietas 5. Ab agricolis, & cens. exigēdi sunt red-
ditus, qui ex fundo percipiũtur, nō pecuniæ, nisi aliud
consuetudine sit inductum, *l. 3. C. de agric. & cens.*
7 Proprietas 6. Originarij coloni terræ adscripti li-
berari non possunt aliqua dignitate, vel prærogatiua,
sed omnino dominis sunt restituendi, *l. originarios. C.
de agric. & cens. l. originarios. lib. 11.*
8 Proprietas 7. Susceptus ex matre originaria quam-
uis ex patre libero matris conditionem sequitur, &
ipsa mater cum sua sobole est ad agriculturam reuo-
canda. *l. mulier. C. de agric. & cens.* & sic est casus, in
quo filius sequitur conditionem matris, quæ deterior
est, quia seruilis, quam patris, qui liber est.
9 Proprietas 8. Coloni adscriptitij non possunt affer-
re aliquod præiudicium dominis in possessione eis in-
scijs, vel inuitis, *l. per colonum. C. de agric. & cens.*
10 Proprietas 9. Prohibentur coloni ad vllam conuo-
lare militiam, & adscriptitij magistri militũ esse ne-
queunt, vt Reipublicæ honestati, & Dominorum in-
demnitati consulatur, *l. colonos, C. de agric. & cens.* vbi
dicit Luc. de Pen. assuetus vomere, & ligone, sordidus
inde factus gladio turpiter vteretur, quod facit pro mi-
litia nostri temporis, in qua vt plurimum ponuntur
rustici ad exc. ciues.
11 Proprietas 10. De qua in *l. litibus, C. de agric. & cens.*
& multas alias proprietates reperiet studendo candi-
dus lector, quas pro nunc omittam.

Ascriptitiorum facultates.

QVÆSTIO V.

QVæro vlterius, quomodo probabitur adscripti-
tius, vel censitus, & quomodo cognoscetur co-
1 lonus Ascriptitius a censito; respondetur, quod Ascri-
ptitij, & censiti conueniunt, quia ambo sunt homines
liberi, ita glos. tenet *l. iubemus, & authent. ibi posit. quæ
incipit, ascriptitius, C. de epis. & cler. & in l. ne diutius, &
in l. quemadmodum, C. de agric. & cens. lib. 11. & l. 11. C.
in quibus cauſ. colon. cens. lib. 10.* & hæc est communis
• opinio test. Aret. *de iur. pers. in princ. num. 5.*
2 Declaratur, vt procedat quoad extraneos, secus
quo ad dominos, secundũ gl. in *l. 3. ff. de stat. hom.* ea ra-
tione quia a dominis vendicantur.
3 Quæ declaratio mihi non videtur admodum tuta
quia seruitus, & libertas sunt contraria, nec in eodem
subiecto stare possunt *l. vnic. post princ. C. de lat. libert.
tollend.* facit *l. ius nostrum, ff. de regul. iur.* præterea filius
licet liber sit, à patre vendicatur, & ciuis à sua Ciuita-
te, *l. 1. §. per hanc, ff. de rei vendicat. l. de iure. ff. de muni-
cip.* Vnde verior opinio videtur, vt omnino liberi sint,
vt ibi Bart. & Alber. sentiunt.
Ex quibus sequuntur plures facultates competen-
tes ascriptitijs, quia liberi sunt.

Colonorum facultates.

1 FAcultas prima. Ascriptitij de iure authentico-
rum possunt clericari, tam volente domino, quam
etiam contra *authent. Ascriptitios.* vbi Acc. not. *C. de
episc. & cler. §. ascriptitios, authent. cod. sit.*

2 Et sic fauore religionis superius contradictio non
attenditur. Facultas secunda. Ascriptitij possunt esse
3 testes, sicut cæteri homines liberi, vt not. *in auth. si te-*
4 *stis productus, C. de testib.* Facultas 3. Ascriptitij possunt
condere testamentum, iuxta tamen notata *in l. cum sa-
tis, C. de agric. & cens. lib. 11.* Differunt autem quia cen-
siti respondent quid certum annuatim, sed ascriptitij
quid incertum, vt not. *in rubr. C. in quib. cauſ. colon. cen.
dom. accusare poss. lib. 11.*
5 Et probatur, & fit ascriptitius qui se ascribit terræ
confitendo se velle ibi perpetuo morari, nec inde di-
scedere velle, concurrente de hac confessione scriptu-
ra, necnon alio adminiculo, puta quod sit descriptus
in libro census, vel in alijs iudicijs. Tria igitur necessa-
ria sunt. Responsio, scriptum, & adminiculum. Aret.
ita præclarè docens *de iur. pers. in princ. n. 6.* commend.
Ial. in l. 1. num. 18. C. de seru. fugit.
6 Et vlterius circa colonos censitos animaduerten-
dum est, quod domini, vt diligentiores efficerentur
serui, colendos agros eis domini libentissime dabant
sub annua quadam pensione, quam Kal. Mart. pende-
re solebant, & quia certis pensionibus addicti erant
merito quandoque tributarij vocabantur, vt *l. 8. C. de
agricol. & cens. lib. 11.* & sunt dicti censiti coloni non
ab annuo censu, prout multi Doct. opinati sunt, sed
quia sunt pars fundi, cui ascripti sunt, vt late deducit
Bonon. *de cens. artic. 3.* vbi etiam ponit colonos cen-
surarios, qui liberi homines sunt, & dominis annuum
censum præstant, vt per eum late Rofred. *in form. li-
bell. part. 5. rubr. de offic. iudic.* quo subuen. censit, vel
vasall. cum multis sequentibus, &c.

De origine locationis.

QVAESTIO III.

Principalis.

QVæro primo loco de origine locationis, & sic
quo iure introducta sit locatio, & conductio,
& vbique indubitati iuris est de iure gentium *l. ex hoc*
1 *iure. ff. de instit. & iur. l. 1. hoc tit.* Et si dicatur pecunia
2 vti merces, est de substantia locationis, quæ multos
post annos fuit reperta post ius gentium. Pl. *li. 33 c. 1.*
3 Polid. *de inuent. rer. lib. 2. cap. 20.* Georg. Agr. *libr. 1. de
præc. metall. & mone.* latè Cel. Rhod. *antiq. lec. cap. 5.
lib. 5.* Eutrop. *lib. 1.* Rom. Hist. Macrob. *lib. 1. Saturn. c.
7.* Vnde Ouid. *lib. 1. Metam.* describens priorem æta-
tem, deinde in deteriorem, inquit. Effodiuntur opes ir-
ritamenta malorum. Lucr. *lib. 5.* Posterius res inuen-
ta est, aurumque repertum. Et ex nostratibus iuris in-
terpretibus tradit late Tiraq. *de retract. Lignagier. §.
1. glos. 20. num. 9.* Afflin *3. feud. titul. quæ sint regul. §.
monet.* Stephan. Forcat. *in Heriomau. Iur. dialog. 48.*
Franc. Connan. *lib. 7. cap. 5.* Couarr. *in libell. numism.
cap. 1. in princ.* vnde postea factum est, vt facultas cu-
4 dendi monetam soli principi competat. Bart. *in l. 1. C.
de veter. num. lib. 10.* cuius opinio communiter appro-
batur. Soarcz. *in suo Thesaur. recept. senten. littera M.
num. 191.* Respondetur, quod a principio suæ creatio-
nis huiusmodi contractus non erat adeo solemnis,
prout postea pecunia in metallis reperta, & signata, &
cum post pecuniam ære signatam talis contractus ab
omnibus gentibus receptus, & practicatus sit, & pecu-
niæ

Digitized by Google

niæ ſignatę vſus, & locationis contractus iure opti.
mo Iuris gentium dici poſſunt, ita ſentit Bart. *ad l. 1.*
ff. de contrahend. empt. ſequuntur Angel. Abb. & alij,
ad d. l. ex hoc iure, vbi Iaſ. *num. 22. Alc. ad l. propemodum,*
num. 2. ff. de verb. ſign,

Hotoman. *in ſuo comment. verb. iur. in verb. natu-*
ralis, verbo, tertio modus. Aldobr. *ad §. ex hoc iure,*
Inſtit. de iure nat. gen. & ciuil. Anton. Burgos *in rubr.*
de empt. & vendit. numer. 12. Arc. pinell. *de reſcindend.*
vend. rubr. parte 1. cap. 1. numer. 8. poſt longum di-
ſcurſum, qui liceat Bart. *opin. ad allegatam l. 1. ff. de*
contrahend. empt. in aliquo diſſentire videatur, ſequi-
tur tamen ex vſu poſtea recepto eiuſdem opinionem:
5 vnde ex prędictis more logicorum ſequi videtur vnũ
corollarium, quod ſi quid non ab initio cum primis
hominibus, ſed poſt ciuiles leges conditas fuerit per
omnes gentes communiter receptum, & approba-
tum, ius gentium recte appellari poteſt ad intelle-
ctum *§. ius autem Ciuile. verſic. quod vero Inſtitut. de iu-*
re naturali gent. & Ciuili, & ad l. omnes populi. ff. de iu-
ſtit. & iure.

6 Sed pone, quod merces non conſiſtat in pecunia
numerata, ſed in alia re, puta, frumento, vino, & oleo,
erit locatio, diſtingui ſolet in hoc: aut eſt facta con.
ceſſio per nomina quotæ, vt tertia, quarta, &c. & eſt
ſocietas, l. vis maior, *§. ſi merces, ff. locat. l. cum duobus,*
§. ſi in coeunda. ff. pro ſoc. aut per certam menſuram, vt
decem corbes frumenti, & eſt contractus inopinatus,
& agitur *præſcript. verb. l. ſi rem. ff. de præſcript. verb.*
not. in l. ſi olei, C. locat. vbi Bart. infert in facto, in pra-
7 ctica obtinuiſſe, quod libellus ſuſtineatur ſi contra co.
lonum agendo dicatur locaſſe ſibi fundum pro certa
quantitate frumenti. ſequitur Fab. de Mont. *de empt.*
& venddit. in 2. quæſt. princ. num. 26. idem Bart. *in l. ſi*
merces, §. vis maior, in fin. ff. locat. But. *in cap. conſtitu-*
tus, per illum text. de relig. dom. Bald. *in rubr. C. de iure*
emphyt. num. 15. Iaſ. *in §. actionum, num 168. Inſtitut.*
de act. Aret. *in §. ad ſequens, numer. 15. eod. tit. de act.*
Soc. *in cap. d. lect. art. 23. de libell. oblat.* Matthes. *not.*
68. & cum gloſ. eſt communis opinio, vt teſtatur An-
ton. Padill. *ad l. naturalis, §. at cum do. iuxta princip.*
ff. de præſcript. verb. idem etiam tenet, & comprobat
Curt. *in l. ſed, & ſi poſſeſſori, §. primo,* vbi Alexand. Ca-
ſtrenſ. Iaſon. & alij de iureiurando, *in l. prima, in fine,*
C. de vſufr. in l. ſi prius. ff. de nou. oper. nunciatio. verſic.
ſecundo contra hoc oppono, numer. 20. Alexand. ad
Bartol. *in l. Aurelius. §. Sticho, litera E. de lib. leg.* quia
8 ſubſtinetur libellus loquendo *groſſo modo*, quia debet
attendi effectus libelli. Bald. in authent. dos data C.
de donat. ante nupt. item poteſt ſuſtineri, quia lex ſup-
plet, quod deeſt libello, ſecundum Bartol. *in l. vbi ad-*
huc, columna ſecunda, de iure dot. item quilibet libellus
ſuſtinetur, ſi verba poſſunt interpretari ex ſenten-
tia, & reduci ad vias iuſtas. Innocent. *notabiliter in*
cap. conquerenti, de offic. ordin. & in cap. examinat. de
Iudic. in capit. ſuper literis, de reſcript. Alexand. poſt
Bart. *in l. 1. §. quibus, ff. quod cuiuſque vniuerſ. nomin.*
Bald. *in l. edita, colum. 5. Cod. de edend. & in l. 2. Cod.*
de petit. hæredit. in l. domum, colum. 1. C. de rei vindic.
pulchrè idem Bald. *in l. non debet, in fin. ff. de donat.*
Bart. *in l. certi condictio, in princip. ff ſi cert. petat.* Rip.
ad l. naturaliter, §. nihil commune, quæſtio. vltim. ff.
de acquir. poſſeſ. Merito igitur locati exponitur, idest
9 conceſſi; falſi enim nominis impoſitio non debet vi-
tiare contractum, vt res potius valeat, quam pereat,
argum l. inſulam, & ibi not. ff. de præſcript. verb. text. in
materia locati, in l. ſi vno, in princip. ff. locati, & in l.
penult. ff. de contrahend. empt. Benincaſ. Peruſ. *in §.*
actionum num. 68. Inſtitut. de act. Nicol. Mozz. *in tit. de*
locat. verſic. vento ad aliam, ſub numer. 14. Bart. expoſi-
tionem ſequitur, & commendat Fel. *conſil. 25. num. 3.*
vbi Bart. declarationem notabilem appellat, & *in d. l.*
ſi olei, eſſe contractum locationis veſtitum conſuetu-
10 dine contrahentium. Bene verum eſt, quod practicus
Papienſis in forma libelli ad ficti præſtat. *in verb. flo-*
renos, num. 2. in fine refert, in practica vidiſſe dubitari
de hoc libello, & partem ſuccubuiſſe, tamen ſtantibus
ſuperius adductis, & maxime communi opinione, cũ
dicta gloſ. puto caſum eſſe extra omne dubitationem
& maxime, vt infra dicam de ſubſtantia locationis,
11 locatio tripliciter ſumitur: large, quæ comprehendit
liuellum, cenſum, emphyteuſim: improprie, quando
fit non in pecunia, ſed in ſpecie, & videbis iuxta com.
munem practicam inſtrumenta in cenſibus, liuellis,
& emphyteuſi, & in affictibus grani, olei, & ſimilium
fieri, vt plurimũ ſub nomine locationis, maxime, quia
13 ferè de communi ſtylo, & practica apponitur clauſu-
la ſaluitaris ius & iuſtitiam, omni modo meliori, quæ
ſanat omnes languores, & defectus, dũmodo aliquid
ex narratis colligatur, Maria. *in cap. 2. col. 48. verſ. pri-*
mus effectus, de libell. oblat. Calcan. *conſ. 36. num. 24. conſ.*
76. num. 24. conſ. 75. col. 3. verſ. item debet intelligi, Abb.
in capit. 1. in primo notab. de offic. delegat. Iaſ. *in §. om-*
nium, numer. 149. Inſtitut. de act. vbi Aret. *numer.* 15.
Rip. *in 1. reſponſo, numer. 8. volum. 3.* Bertran. *conſilio*
87. colum. 1. volum. 2. in nouiſ. Barbat. *in capit. 1. colum.*
2. de offic. delegat. Brun. *de ſtat. excluſ. fæmin. in vltim.*
art. principali, quæſt. 1. Alexand. *conſil. 6. verſic. & hoc*
comprobatur, volum. 8. Grat. *conſil. 37. colum. 1. volum. 1.*
Soc. iun. conſil. 128. numer. 10. volum. 2. Ruin. *conſil. 54.*
num. 8. volum. 4. Corn. *conſil. 8. colum. fin. volum. 1. Soc.*
ſen. conſil. 160. colum. penult. volum. 1. Dec. *in l. petens,*
vbi Dec. *colum. 1.* Iaſ. *colum. 3.* Cur. Iun. *colum. 1. C. de*
pactis, Alexand. *conſil. 117. colum. 1. volum. 2.* Olderno,
de locis comm. act. verſ. 9. Ant. Gabr. *de clauſulis concluſ.*
4. num. 8. verſ. tertius effectus.

Et ex ſuperius adductis ad illius gl. confirmationẽ
libet non omittere in actu practico, quod ſtantibus
prædictis conari debet bonus iudex ſuſtinere libellũ
in ſe ſimpliciter conceptum, licet non ſit appoſita
clauſula ſalutaris, quia allegatæ auctoritates non ſe
fundant in clauſulis, ſed in priuilegijs libellorum, vt,
quatenus fieri poſſit, ſuſtineantur verba etiam impro.
priando, *groſſo modo* intelligendo.

Declaratur tamen gl. intelligentia, & concluſio, vt
non procedat ſi in libello dicat, quod Agrimenſor lo.
cauit operas ſuas, quia tunc libellus dicitur ineptus,
nec ſaluari poteſt, quando erat publice reputatus, &
tenebatur illud officium exercere, *l. 1. & ibi not. ff. ſi*
menſ. falſ. modum dixerit, commendat Alexand. ad
Bart. *in d. l. ſi olei.* Mathel. *notab. 68. dicam in tit. de præ-*
ſcriptis verbis.

Et illud, quod dictum eſt, locationem de iure gen-
tium eſſe, intelligitur in locatione ad tempus, ſecus
in locatione in perpetuum, quæ eſt de Iure Ciuili. Iaſ.
ad l. ex hoc iure, num. 41. ff. de iuſtitia, & iure per l. pri-
mam, §. qui in perpetuum, ff. ſi Ager vect. vel emphy. &
l. 1. §. quod ait lex, ff. de ſuperficiebus.

Con.

Concludit Author, hic, locationem esse de iure gẽtium, vtique hoc indubitatum est, per textum *in l. ex hoc iure hic citatum, tex. in § Ius autem, de iur. natur. gent. & ciuil.* ex vltra verba clara facit terminus contractus, qui de sui natura comprehendit, eos contractus hinc inde obligatorios, Bart. *in l. Lubeo, §. contractum, ff. de verbor. signific.* cum citatis per Alex *in l. 5. in prin. ff. de verb. oblig. in l. si donationis, col. 1. C. de his, quæ vi, metusue causa, cons. 40. col. 1. lib. 1. Cum.* vbi loquitur, & disputat de donatione, *cons. 73.* & huic sententiæ adstipulatur Franc. R p. *Respons. 18. sub n. 20. de oblig.* in nouis responsis, dum dicit, quod omni iure permissa est locatio. Riminal. iun. *cons. 83.*

De substantia locat. Titulus.

QVAESTIO IIII.

Principalis.

QVæro, quot sint fines, & effectus locationis? Et quidem multi sunt, interdum fit ad fruendum *l. si merces, §. qui fundum, ff. locat. l. nemo, C. eodem titul.* interdum ad pascendum, *l. si quis fundum, §. Celsus, ff. eod.* interdum, ad transportandum, & vehendum, *leg. si merces, §. qui columnam, ff. locat.* interdum ad docendum, *l. sed, & si quis seruum, ff. eod.* interdum ad colendum, *l. qui fundum, ff. eod.* interdum ad faciendum, *leg. item in principio, l. qui insulam, §. qui ædem, l. si cui, l. ea lege, §. locaui, l. mortuus, & leg. final. ff. eodem,* interdum ad custodiendum, *lege 1. §. si quis seruum, ff. de posit. lege qui mercedem, ff. location. lege in lege, ff. eodem,* ibi custodire, &c.)

Vidimus de origine, & causa efficienti locationis, & conductionis, videamus de membris substantialibus componentibus hanc creaturam locationis, & conductionis.

Tertio igitur loco principaliter quæro, quæ necessario requirantur ad substantiam huius contractus.

1 Et vtique tria, videlicet res, quæ locatur, merces, consensus, vt patet *Instit. eodem in princ. & ff. eod. leg. 1. &* 2. Cephal. *cons. 626. nu. 58. vol. 5. gl. in l. 4. in verb. qui tū, ff. de vsu & habitatio.*

Concluditur hic, tria esse de substantia locationis, res, merces, & consensus ex Io. Ceph. *cons. 626. nu. 58. col. penult.* & in emptione tria pariter requiruntur, res, consensus, & pretium, *§. pretium, Institut. de empt. et vend.* Bald. *cons. 398. libr. 3.* prac. Papien. *in forma libelli, in causa venditionis, gl. numero 1.* Alex. *consil. 18. libr. 1. in leg. si duo, §. Marcellus, ff. de iure iur. in leg. a diuo Pio, §. si pignora, ff. de re iudic.* procedunt enim isti duo contractus ijsdem regulis; & iura loquentia in vno habent locum in alio, *l. 1. & 2. ff. locat.* & per hæc ita Ripa noster. *respons. 10. col. 2. numero 2. in nouis respons.* August. Bero. *cons. 140. nu. 5. lib. 1.* vbi dicit hos duos contractus fraternizare, licet in aliquibus, differat, nã perfecto contractu emptionis omne periculum casus fortuiti circa rem, illiusque fructus contingens ad emptorem pertinet, at in contractu locationis periculum huiusmodi non ad conductorem, sed ad dominum pertinet, *l. si merces, §. vis maior, ff. locat.* Bero. *in citato cons. n. 36. vers. nec aduersantur, & cons. 145. viso puncto,* vbi ponit quomodo cognoscatur contractus locationis ab emptione, & venditione.)

De mercede numerata.

QVAESTIO I.

CIrca mercedem quæro, an ea de necessitate debeat esse in pecunia numerata, vel saltem sufficiat in quauis materia recognitio, seu responsio, & in hoc pulcro vtili, & subtili articulo duæ fuerunt scribentium opiniones, & sententiæ.

Prima fuit opinio, vt in pecunia numerata tantum merces locationis, & conductionis consistere debeat, 1 ita vt si in alia re, vel materia consistat, non sit proprie locatio, & conductio, & hæc opinio est verissima, & receptissima, vt attestatur Are. Pinell. *in rubr. de rescind. vend. par. 2. cap. 3. sub n. 28.* Ant. Padill. *ad leg. naturalis, §. at cum do. in princip. ff. de præscr. verb.* eamq. tenuit, & sequutus est gl. *in dict. §. at cum do. per tex. ibi.* idem *in leg. si olei, C. locat. & in princip. Instit. locat.* vbi Baldus. Bero. Stapb. & alij eiusdem sunt sententiæ. Theopil. *in suis instit.* idem tenere videtur, idem gl. *in l. 1. in verb. Mercede, ff. locat. in l. 1. §. si quis seruum,* vbi Bar. & Castr. sequuntur, *ff. deposit.* Ant. Gomel. *in trac. de contract. c. 3. num. 3. decis. Perus. 10. num. 24. gl. in leg. ædem in verb. pensionem, C. locat.* Bac. *in l. si vno, §. item cum quidam, ff. locat.* Felyn. *cons. 26. num. 1.* Fulgos. *cons. 7. col. 3. in fine. glo. in leg. qui concubinam, §. qui hortos, in gl. 1. ff. de legat. 3.* Petr. Loriot. *de pact. & transaction. Axioma. 129.* dicẽs, quod si dedero pro facto conductio vel non conductitio speciem, aut pecuniam incertã pro facto conductio, vel certam pro non conductitio erit contractus innominatus: si pro facto conductitio, pecunia certa, & numerata, erit locatio: si certa quãtitas fructuum loco quantitatis, erit colonus partiarius, *ex l. si merces, §. vis maior, ff. locat.* est etiam bona gl. *in leg. & hæc distinctio, §. fin. in verb. ex conduct. ff. location.* Rol. *cons. 96. n. 43. libro 1.* Hier. Mag. Rot. Lucan. *12. nu. 20.* vbi ita discernit emphyteusim a locatione, Rim. *cons. 272. n. 7. q. 19. n. 19. 212. numero 24. 41.* Fundatur autẽ hæc communis opinio *in l. 1. §. si quis seruum vers. sed quia pecunia non dabatur, ff. deposit.*

2 Cui legi respondere nititur Coras. contrariã tenẽs opinionẽ *lib. 2. §. contrahitur litera H.* Miscellani. *q. r. 11.* quod ibi pecunia large assumitur nedũ pro numerata, sed pro omni materia *ex l. pecunia 188. & 222. ff. de verb. signi.* cui adde Gl. *notab. in Instit.* Lancellot. *tit. de simon. in §. contrahitur, litera, H.*

3 Quæ respõsio admodũ dura videtur, cũ verbũ, pecunia relatũ ad cõtractus numeratione importet, nisi aliud ex coniectura volũtatis appareat Bart. *in l. talis scriptura, ff. de leg. 1.* Doct. *in l. singularia, ff. si cert. pet.* Enchir. Paris. *in verb. pecunia, et anima rol. 1.* Alc. *in d. l. pecuniæ verbum,* & hæc est cõmunis opinio, vt attestatur Alc. *ad l. 11. §. 1. n. 12. ff. si cert. pet.* late Tiraq. *de retr. lignagier, §. 1. gl. 14. n. 42.* Hier. Gabr. *cons. 43. n. 4.*

Secũdo itaq. loco principaliter ad illũ tex. respõdebat Pinel. *in supr. allegato loc. sub n. 33.* quod I. C. ibi principaliter intẽdit declarare contractũ locationis, & conductionis, ita vt tũc dicatur si merces interueniat, & hoc solum sufficere videtur, vt merces interueniat, & si postea I. C. ibi subiungat, quod non interuenit pecunia, & ob id agi debent præscriptis verbis, id quodammodo est in consequentiam, quod attendi nõ debet, *l. si quis ne causam, cum vulgarib. ff. si cert. pet.*

Cui rationi licet subtiliter extensæ pro intellectu *d. l. aduertendum,* videtur, quod I. C. hic principaliter

agit,

Digitized by Google

agit, quorum duo vltima tendunt ad declarationem primi, & principalis dicti. Principale igitur dictum est, quod locatio, & conductio est, si merces interueniat, postea declarando subiungit I.C. in versi. quod si opera, &c. pone quod non interueniat merces, sed opera loco mercedis, erit ne locatio, & conductio, & respondet duo: primum est, quia non interuenit merces: secundum quia non interuenit merces in pecunia, non est proprie locatio, sed quasi, & ob id non & locato, sed præscriptis verbis agendum est. Sequitur ergo, quod vnica est structura ad vnum tantum finē tendens, ita vt primum dictū pendeat à sequentibus, & econtra, & clarissime I.C. ibidem in duobus locis demonstrat veram locationem, & propriè sumptam requirere mercedem in pecunia numerata, ibi quasi locatio, &c. Secunda ibi, & quia non interuenit, agitur præscriptis verbis, & sic ille voluit, rectè perpensus optimè probat receptiorem sententiam.

Ex quibus corollarie videtur inferri posse limita-
4 tio, & declaratio ad regulā *l. si quis nec causam*, quod attendi debet id, quod principaliter agitur, non quod in consequentiam, quia hoc est omnino verum, nisi id, quod consequutiue ponitur, veniat ad declarationem continuatiuè illius, quod principaliter agitur, quia tūc hoc etiam attendi debet: præcedentia enim declarant, ampliant, & restringunt sequentia, *in l. si seruus plurium, §. fi. ff. de legat. primo.*

Secundo infertur in practica recolligendo omnia dicta in discursu huius primæ rationis, aut interuenit pecunia numerata, & locato agendum est: aut interuenit responsio in fructibus, prout in Colono partiario & agetur actione pro socio, *l. si merces, §. vis maior. ff. locat.* aut interuenit præstatio operarum, & præscriptis verbis agendum est, *d. §. si quis seruum, vbi glos. in verb. dabatur.*

Cautus igitur erit diligens aduocatus in rectè cōsiderando prædicta in processu iudicij.

Secundo itaque loco pro communi, & recepta sententia allegatur *tex. in l. naturalis, §. & cum do. de*
5 *præscript. verb.* ibi pecunia data locatio erit, quem *tex. ibi Castren.* reputat difficillimum, ita vt si Paulus autor reuiuisceret, a tot difficultatibus, quas patitur, se defendere non posset, prout etiam Ial. & Anton. Pad. attestantur.

Cui respondere nititur Ari. Pinell. vt supra sub n. 34. quod I.C. sensus sit, non quod sit locatio, si res, nō pecunia numerata detur, sed bene sit locatio data mercede pro facto locari solito, nō ita si pro re, merces detur, & sic ibi I.C. non facit vim in pecunia numerata, sed inter facto locari solitū, & aliā rē. Certe hæc Pinell. consideratio videtur prima facie iuuanda, quia ibi I.C. in suo themate videtur respondendo quæsito facere diuisionem, cuius primum membrū sit de facto locari solito: vnde ad perfectam diuisionē subsequitur aliud membrum correspondens de re.

Verum rectè intuendo, prout etiam Pinell. tandē fatetur, ille text. optime probat communem sententiam, & vult omnino ad hoc, vt dicatur vere, & propriè locatio, duo principaliter requiri. Primum, quod sit & interueniat pecunia numerata. Aliud, quod factum sit locari solitum, ita vt vno ex his deficiente propria locatio non erit, & ita nullum. tex. considerant Bar. Castr. Fulg. Ial. & omnes recentiores.

Et circa huius §. intellectū quatenus locati, & conducti materiam respiciat, quæro vnū in practica satis vtile, & necessarium. Pone, quod deficiat vnū ex præ-
6 dictis superius requisitis quis contractus erit? Vtique similis locationi, & cōductioni, & eisdem regulis terminabitur, si similia sunt cū eis, quæ locari solita sunt ita hunc text. *in §. at cū do.* declarat Bar. *in l. 2. §. mut. datio. nu. 14. ff. si cert. pet.* vnde si detur pecunia in facto locari non solito, erit similis locationi, quia in locatione ex vna parte venit datio, ex altera simplex factum, idest, quod petatur vti re locata. *l. ex conducto in princ. ff. locati.* Est etiam similis in effectu, quia is dolus, & culpa, quæ veniunt in contractu locationis, & conductionis, veniunt in isto, vt not. *in l. eum qui, §. 1. ff. commod.* non autem est bonæ fidei, sicut locatio, & conductio, vt sensit glos. *ad l. naturalis, §. penult. in verbo similis, de præscript. verbis,* & Castrens. *in d. §. at cum do. in princip.*

E contra etiam si nō detur pecunia numerata, sed species, vel quid simile, prout in colono partiario, qui soluit ratam fructuum, iudicabitur ad instar locatio-
7 nis, & cōductionis. Vnde in colono partiario fiet immissio mercedis propter sterilitatem, inuecta per eū erunt tacite obligata, & sic de similibus, vt contra Spec. tenent Bald. Castrens. Padil. & alij *in d. §. at cū do.* & alibi. Deo dante dicemus.

Et vltra scribentes *in d. §. at cum do.* not. est in primo membro, si agatur de facto non solito locari, aut pecunia correspondet vero pretio, & est emptio: aut non correspōdet, & tunc est cōtractus annominatus locationi vt supr. similis, & ita hūc tex. declarat Bar. *in l. 1. §. idem erit, num. 3. ff. de condict. ob causam.*

Cautus igitur erit practicus aduocatus, & procurator, vt diligenter inspiciat factum, an sit solitum lo- ri, vel non: mercedem, an sit in pecunia, vel non: & si correspondet vero pretio rei, vel non: & sic in practica habemus non parum vtilitatis in discursu huius secundæ rationis.

8 Tertio itaque loco pro communi, & recepta sententia expenditur text. *in l. si conuenerit. ff. communi diuid. in fine. ibi.* Vbi enim est locatio si nulla merces interuenit? qui text. (ni fallor) stringere videtur, nam ibi erat aliquid mercedes, puta perceptio fructuū, & tamen I.C. negat expresse mercedem ad effectum, vt dicatur locatio, & conductio, quasi in materia locati, & conducti, merces in pecunia numerata consistere debeat, & discurrendo vtilitatis causa circa hāc tertiam rationē, huic l. ex diametro repugnare videtur text. *in l. & hæc distinctio, §. cum fund. ff. locat.* vbi expresse tenet dici locationem, & competere actionem locati, & conducti, & declarat in indiuiduo I. C. pro qua parte dicatur locatio, & pro qua conductio, vnde videtur colligi veram dici locationem, & conductionem respectiue.

Cui respondet Accurs. *in d. §. fi. in verb. ex conducto,* quod ibi præcessit conuentio locationis in certa mercede in pecunia consistente: postmodū fuit facta alia conuentio, vt fructus mercedis nomine putarentur.

9 Ex qua solutione colligi videtur, quod si ab initio celebretur aliquis contractus in forma valida, & cū debitis solemnitatibus pro substantia a iure requisitis, si postea contrahentes pro eorum commoditate faciant aliam conuentionem, & loco puta pretij, vel pensionis in pecunia subroget aliud, adhuc remanet primæuum nomen contractus, & actionis, & hæc solu-

lutio patet ibi *in d. §. fine certo pretio*, & sic præcessit conuentio, cum certo pretio, & mercede.

Aut igitur loco tibi fundum, vel meam partē fundi pro certa pecuniaria mercede, & postea subsequitur aliud, puta corruptio fructuum, & tunc cōpetit actio locati ratione primæ conuentionis, & cōi diuidūdo ratione damni, & interesse, & hęc est materia, *§. cū fundus*; Aut non præcessit, & tunc datur cōi diuidundo, *iux. l. si conuenerit. ff. communi diuidund. & d. §. fin. in vltimo responso*, & verba illa locatio, & cōductio, impropriātur, vt ibidem Fulg. animaduertit.

Et considerandus est modus procedendi Iuriscōsultorum in discursu materiæ locati, & conducti: nāque, aut interuenit merces in pecunia numerata, & proprie dicitur locatio, *d. §. si quis seruum*, de quo in prima argumētatione: aut loco mercedis in pecunia præstatur opera, res, vel fructus. Si opera, vel res, datur pręscriptis verbis, *l. naturalis, §. at cū do.* si fructus cōi diuidundo, si inter socios sic appareat conuentū.

10 Similiter apud Iureconsultos modo pensio, modo merces, modo certum pretium nominatur, *vt in dicto §. finali*.

Et in materia locati, & conducti famosa sunt iura superius allegata in materia colligendi fructus immaturos, prout allegat *gl. notabilis in l. pen. ff. de vsufruct. legat.* prout suo loco dicemus.

Quarto itaque loco ommissis quibusdam alijs, quæ satis à remotis pro hac opinione vrgere videntur, vltra alios aliquantulum stringere videtur præsens consideratio, quod æquiparantur adinuicem cōductio, & venditio, & ijsdem iuris regulis regulantur. *l. 2. ff. locati*.

11 Vnde sicut in venditione requiritur pretium in pecunia numerata, & non in alia materia, ita & pēsio in contractu locationis, & cōductionis, maior in contractu venditionis. clare patet ex *§. item pretium. Instit. de empt. & vendit.* nam pretium proprie refertur ad ipsam pecuniam numeratam, vt dicit Bald. *cons. 98. Bett. col. 2. vers. in contrarium, lib. 1.* quod repetitur *cons. 383. lib. 5. per l. fi. C. de præd. decur. lib. 10.* & idem Bald. *in l. 1. col. 2. vers. reuertamur. C. de rerum permutat.* quod pecunia est forma, & materia pretij, ex quo & idem Bald. *in l. si domus, §. fi.* dixit, *quod cum l. fin. C. de iure emphyt.* loquatur de pretio, si pro re emphyteutica detur frumentum, aut aliud quippiam simile, non autem pecunia numerata, non habebit locum talis dispositio. Late Tiraq. *de retr. lignagier. §. 1. gl. 14. num. 45.*

Quę ratio stringi posse videtur, quia per I.C. pensio rei locatæ certum pretium appellatur, *l. & hæc distinctio, §. fi. in princip. ff. locat. & in l. ea lege, §. locaui, ff. locat.* qui tex. videtur ponderandus, qui de locatione operis loquens, primo appellat mercedem, & hoc in principio them. propositi, postea illud idem appellat pecuniam numeratam, deinde certum pretium, ad idem *l. qui insulam, §. qui ædem. ff. locat.* ibi pretio, & cæt. late Imol. *in cap. propter sterilitatem, n. 33. vers. non obstat locatio*, Rip. *de priuileg. pest. nu. 59.* Iacob. Menoch. *de retinen. possess. remed. 4. nu. 23.* Addo Ias. *ad l. si quis antr. ff. de acquir. possess.*

Quinto loco vltra alios est bonus tex. *in l. 1. in fine, ff. mand.* ibi, interueniente pretio pecuniario, vbi Acc. *in glos. fi.* dicit omnem contractū sui natura gratuitum pecunia interueniente transire in locationē, per *§. fin. Inst. locat.* Ad idem tex. *iuncta gl. in l. item si pretio, § 1. ff. locat.*

Quare altera superiori contraria est opinio, locationem vere dici, si merces consistat in pecunia numerata, siue in alia re, materia, vel specie, quam tenuit Coras. *in allegato loco.* Iacob. Menoch. *de adipiscend. possess. remed. 3. num. 93.*

Pro qua primo loco est textus *in l. & hæc distin. §. fi. ff. locat.* vbi vera locatio appellatur, si fructus pro mercede pensentur, de qua alias tetigimus in tertia ratione contrariæ partis, & opinionis.

12 Secundo itaque loco pro hac parte ponderatur tex. *in l. licet, C. locat.* ibi, annuis quantitatibus, nam si de pecunia tantum ageretur, de annua quantitate dixisset, secundum Pinell. *in loco superius allegato.*

Cui rationi responderi posse videtur, quod quantitas ibi pro pecunia accipitur, iuxta *no. in l. 1. ff. si cert. petat.* concurrente communi intelligentia ad illum textum, quòd non loquatur in colono partiario, sed in eo, qui nummis colit.

Nec obstare videtur pluralis locutio de annuis quantitatibus, quia in singularem secundum subiectam materiam resoluitur. Bart. *in l. falsa, §. fi.* & ibi Socin. *ff. de conditione, & demonstratione*, Bald. *in l. quamuis, C. de impuberum, in l. penul. eodem tit.* Card. *in Clem. prima quæst. 32. de foro compet.* Panormit. *in cap. vt priuilegia, num. 2. & ibi in addit. in verb. singularitatem, de priuilegijs*, Alex. *cons. 84. volum. 4.* Din. *in reg. pluralis, lib. 6.* Bart. *in l. si seruus, § si plurium, colum. 1. ff. si quis caut. in l. scire debemus, in princip. de verb. oblig.*

Addo vltra alios bonam glossam *in l. 2. §. deinde exactis, ff. de orig. iur.*

13 Tertio loco adducitur textus *in l. excepto, C. locat.* qui nullum verbum de locatione dicit.

Quarto itaque loco adducitur textus *in l. si merces. §. vis maior. ff. locat.* qui si recte ponderetur, probat communem sententiam, ibi, dum dicit, loquimur de eo colono, qui nummis colit; quasi ille sit proprie, & verè conductor, & verba legis proprie sint intelligenda iuribus satis vulgaribus. Allegantur etiam à Pinel. & cęteris eum imitantibus multa alia iura, in quibus probari videtur locationem etiam absque pecunia numerata consistere posse, vt *l. si olei, C. locat. §. adeo, Instit. eodem.*

Quare, vt in hac disputatione, vtili, & subtili, nostrā proferamus opinionem, putarem pro veritate sic distinguendum fore, quod locatio pariter, & conductio tripliciter accipitur: largissime, large, & proprie. largissime, vt cōprehendat superficiem, censum, emphyteusim, & similes contractus, *l. 1. §. 1. ff. de superficieb. not. in l. C. de iur. emphyt.* Iser. *in c. constitutionē, in ver. reuocare, de reuoc. feu.* Hieron. Gab. *cons. 168. q. 1. n. 6.* & hæc practica nos passim docet, cum notarij in instrumentis liuellarijs, & emphyteuticis vtantur verbo, locare. sentit Bellon. *cons. 21. num. 5.* Iul. Clar. *in §. de iur. emphyt. q. 1. in fi.* Addo Fulg. *cons. 140. circa medium.* Matthel. *not. 68. & ibi addent.*

Secundo modo locatio accipitur large, & improprie, & tunc cum responsio non est in pecunia numerata, sed in frumento, vino, oleo, & alijs speciebus, & illa sic dicta locatio procedit cum locatione proprie sumpta in multis, non autem in omnibus: in hoc enim ex vna parte est traditio, & in alia factū,

idest

idest pœnitentia *l. ex conduct. in princ. ff. locat.* Secundo in hac locatione venit dolus, & ea culpa, quæ venit in locatione propria sumpta *not. in l. cum que. §. 1. ff. còm.* Tertio venit remissio propter sterilitatē, sicut in locatione proprie sumpta *vt not. in l. ex conducto. C. locat.* Quarto non est locus pœnitentiæ sicut in propria locatione. *l. si olei, vbi no. C. locati.* Discrepat in hoc, qui non est bonæ fidei, sed stricti iuris. *gl. & ibi* Cast. *in l. naturalis, §. at cum do. in verbo similis, ff. de praescr. verb.* Tertio modo locatio. & conductio proprie accipitur, quæ pecunia numerata interueniente constituitur iuribus superius adductis.

14 Ex quibus omnibus corollarie infertur vtiliter ad aliqua. Primo ampliatio ad *l. contractus ff. de reg. iur.* dum de locatione loquitur, vt veniat dolus, lata, & leuis culpa; vt extendatur ad locatione large sumptam, in qua in specie fiat responsio. Vnde illi Affictuarij tenentur de dolo, lata, & leui culpa.

15 Secundo infertur limitatio *ad l. si pecuniam, ff. de condict. ob cau. & l. iuris gentium, in princip. ff. de pact.* quod in contractibus innominatis non habet locum pœnitentia, fallit in contractu locationis improprie sumpto, vbi fit responsio in fructibus, & in specie iuxta not. per Bald. *in d. l. si olei*, est enim stricti iuris similis bonæ fidei, & iisdem regulis regulatur, vt dictū est *vt no. in d. l. except.* declarando tamen hæc omnia vt per Doct. *in d. l. si olet.*

De mercede omissa.

QVAESTIO II.

1 QVæro secundo loco circa hāc principalē quęstionem. Est facta locatio, vel conductio simpliciter, nulla facta mentione mercedis, vel pensionis, nunquid talis locatio valebit? & videbatur primo loco dicendum, quod non, arguendo a venditione ad locationem, *ex reg. l. 2. ff. locat.* & sicut illa sine pretio, et quidem certo non valet, *§. pretium. Iustit. de con. trahend. empt.* pariter nec locatio, sine mercede certa & contrahentibus specificata.

2 Secundo adducitur, quod defectus formæ datæ a lege, vel ab homine vitiat contractum, vel alium actū & reddit eum nullum c. quia propter. *vbi not. de elec. capit. fine exceptione 12. quæst. 2. capit. 1. de rebus eccles. non alien. lib. 6. Clement. 1. eodem titul.* Castrens. Ial. & alij *in l. cum hi §. si prætor. ff. de transf. in leg. si vnus, §. si acceptilatio. ff. de pac. in l. certa forma. C. de iur. fisc. lib. 10.* Euerar. *in loco. a defec. form. num. 2.* Brun. *num. 24. cum mult. sequentib.* Tiraq. *de retract. Lignagir. §. 36. gl. 2. n. 26.*

3 sed in contractu locationis, & conductionis est de substantia, & pro forma requiritur pensio in pecunia, & certa, vt supra dictum est, merito ea omissa locatio pariter, & conductio erit nulla.

4 Tertio obscuritas, & incertitudo vitanda est, vt per Specul. *in proem. versic. certum est, & in titul. de test. §. 1. versic. item quod testis, & in titul. depositi. §. 7. versic. tertio etiam*, sed locatio, & conductio sine aliqua expressione mercedis obscura est, & contentionem facile parere potest inter locatorem, & conductorem, merito reiicienda est, & ita tenuit Castr. *conf. 35. in fin. lib. 1.*

5

6 Contrarium est de iure verius, & intelligitur de solita, & consueta pensione, gl. est celebris, & ab omnib. commendata *in l. excepto, in fin. C. locat.* & ibi illā gloss. vti singularē, & notatu dignam laudant, & sequuntur Angel. & Salic. & summopere commendat Paul. Castr. *in l. 1. §. si quis seruum, num. 5. ff. deposit.* Ias. *in leg. certi condictio, §. si nummos, numer. 11. ff. si cert. pet. ad leg. vt liberis, num. 8. C. de collat.* Alexand. *consil. 107. num. 1. lib. 2.* Gomes. *de contract. cap. 2. numero 9. in fin.* Veron. *ad l. quod si nolit. §. qui ab sidua, numero 21. ff. de Aedil. edic.* Euerar. *in loco a solitis sub nu. 8.* & hæc est vera, & communi, opin. vt testatur Ant. Gab. *lib. 6. de consuet. concl. 1. nu. 4.* Eman. Soarez. in suo thesa. litera C. *num. 191.* Stracch. *de mercatur. tit. de naui. in 3. part. num. 10.* Guid. Pap. *in sing. in verb. præsumption. nu. 20.* Alex. ad Bart. *in l. 11. ff. locat. §. 1.* Firmian. *in verb. domus, & in verbo Inquilinus*, Dec. *in cap. cum M. num. 6. de constitut.* Bonacoss. *in quæst. Crimin. in verb. vendens, circa finem.* Castrens. *in leg. emptorem. §. fin. num. 4. ff. de act. empt.* *Et hæc est vera & communis opinio. Rota Nouissima 88. *numero 2. parte 2.* attestans, ita iudicatum in vna Romana locationis, 10. Decembris 1578. vnde agens pro consequenda pensione contra eum, qui non conduxit certa mercede,

7 debet probare quod tanti locaturus, & ille tanti conducturus fuisset Alex. *conf. 81. nu. 1. libr. 1.* Ioseph. de Lud. *conclus. 14. illat. 235.* Rota Nouissima *377. nu. 7. par. 1. decis. Gennes. 115.*

8 Addo, quod locatio sine certa mercede constituta præsumitur facta sub ea pensione, quæ postea soluta fuit. Crau. *conf. 294. vers. 2 1.* Bonacoss. *de præsumpt. in verbo caus. talis.*

Fundata autem ista glos. *resolutio in leg. si finita, in pr. ff. de damn. infec. in l. quod si nolit. §. qui assidua. ff. de Aedi. edic. quib.* cauetur consuetudine spectandam.

9 Exornatur hæc gl. celebris, & famosa per scribētes multis modis in practica vtilibus, & fructuosis, nec quidem extra locati materiam.

10 Primo, licet merces operarum aliquando soluatur, ante opus completum, aliquando post, *vt not. in l. aedem, C. loca. in l. sed addes, §. si quis, in l. qui insulam, §. qui aedem*, tamen consuetudo seruanda est per celebrem *gl. in l. excepto*, idem Bar. *in l. 2. C. locat.* Bald. *in leg. 1. §. diuus, ff. de extraord. cognitio.*

11 Secundo, per hac celebrē gl. dicebat ibi Iac. de Arct. quod officialis electus ad aliquod officiū videtur electus cū illo salario, quod solitū est præstari alijs in eodem officio, Bar. *in l. magistratus, ff. ad munic.* Abb. *consil. 16. col. 2. vol. 1.* Barbat. *in cap. quod translationem, de off. leg.* Ias. *in l. diem functio, col. 3. de off. assess. in l. vt liberis, col. 3. de colla.* Gab. *de consuet. concl. 1. numer. 36.* Paril. de Sindic. *in verb. salarium, vers. an officialis*, & per hoc vide in facto, quando quis conduxit notarium ad faciendum inuētarium pupillorum extra ciuitatem, qui dixit, veniat, sed volo equum. Fuit responsum sic,

12 vtique soluendus est, & Tuderti practicatur, vt vltra mercedem detur equus notario conducto, & ita fuit iudicatum per hanc gl. notabilem in materia locati, & cōducti. Similiter qui erat solitus diuidere fructus

13 ad quintam, Tuderti *cinque monti* affictauit omnia bona sua, & conductor volebat altercare, & diuidere ad medium, non potuit, stante solito cum locatore.

14 Tertio per hanc glos. in materia locati, & cōducti, dixit Bar. *in l. pen. C. de iur. fisc. lib. 10.* quod in famia & sūptib. familię seruanda est cōsuetudo, & idō si aliquis conducit vnu sudicem, debet intelligi sūptibus con-

conducentis, & in stando, eundo, & redeundo cōmē-
dat Cast. *in d. §. qui assidue*, & alibi Deo dāte dicemus.
15 Quarto dixit notabiliter Bar. allegando hāc glos.
quod semper in conductione operarum consideran-
da est consuetudo, quia sic videtur actu inter partes.
not. in l. Domini Horreorum. C. de agr. & cens. libr. 11.
& sequitur ibi Iason.
16 Quinto dixit idem Bar. *in l. nemo est qui nesciat. ff.
de duob. reis* quod conductus ad legendum potest ser-
uire per substitutum si est consuetudo. Commendat
Veron. *in d. §. qui assidua, sub numer.* 25. sequitur Dec.
amplians in conducto ad legendum, vt intelligatur
cū salario conducto *in l. semper in stipul. n. 9. de regul.
iur.* Alex. declarans *in l. 1. §. 1. n. 5. ff. de verb. obl.* Ang.
in verb. consuetudo n. 14. & in verb. substitutio, n. 10.
17 Sexto per hanc gl. dixit notabiliter Bal. *in l. cum de
consuet. in 1. lect. ff. de leg.* quod cōsuetudo est tacitum
18 pactum ciuium, & informat contractus, quibus inest
sine vllo pacto, inferens per hoc, quod quandocun-
que notarius rogatur, vt conficiet instrumentum, in-
telligitur consuetudo, et licito modo, quia insolita sūt
suspecta, commendat Clemens *sing. 77. in fin.*
19 Et per hoc dixi in facto, in quo notarius confecit
instrumentum census cum clausulis insolitis, & non
seruata forma Motus proprij, quod id fit facto nota-
rij, non quod sit, vel præsumatur rogatus a partibus.
Adde not. per Guliel. *in l. 1. col. 2. vers. itē fuit. ff. de ver-
bor. obl.* quod illæ clausulæ censentur appositæ de vo-
20 luntate contrahentium, quæ indicant eorum verisi-
milē mentem, alias censentur appositæ potius de cō-
suetudine notariorū. Sequitur Ant. Gabr. *de consuet.
concl. 4. num. 5.* facit Iul. Clar. in iuramento loquens
in §. Emphyteo. q. 8. Ruin. in renuntiationibus, loquēs
cons. 60. in fi. vol. 3. Rom. in clausulis compromissorū
loquens *sing.* 52. Cotta. *in memor. in verbo notariorum
imperitia.* Did. de clausula condicillari loquens in
Rub. *de testam. par. 2. num.* 14. pulche Hiero. Gab. *cōs.*
109. *numer.* 9. Castr. *sing.* 11. vbi notarij simplicitas
partibus nocere non debet. Mant. *sing.* 22c. Roland.
cons. 56. num. 31. vol. 3. vbi inuehitur contra notarios
sępe apponentes clausulas, quarum virtutem testato-
res ignorant, & contra eorum voluntatem. Crau. *cōs.*
147. *numero* 5. Tiraq. *ad l. Si vnquam, in princ. nu.* 122.
& 160. Put. *decis. 177. par. 1.* Ripa *in repet. l. Centurio.
num. 81. & 82. de vulg.* Corbul. *de iur. emphyt. limit.* 41.
num. 4.

ADDITIO.

☞ *Ad quæ late Menoch. de arbitr. Casu 144. nu. 4. lib. 2.
præsumpt. 79. numero 4. lib. 4. præsumpt. 31. Mantich. de
coniectur. vlt. volunt. tit. 10. lib. 1. in Mascard. conclus. 100.
99. num. 6.*

21 Consuetudo igitur in mercedis quantitate salarij
præstatione, operarum solutione, sumptibus præstā-
dis, & in legendo seruanda, & attendenda est. Et per
22 hanc gl. decis. dixi in facti cōtingentia. Sempronius
vendidit, & affictauit eius Prædium pro scutis ducē-
tis, & ita confectum est instrumentum simpliciter.
Modo oritur contentio in qualitate monetæ, an in
auro argento, vel quadrātib. solutio facienda sit. Et
multi dixerūt in quadrātibus, dūmodo. n. moneta sit
currens, & expendibilis, recusari non pōt; tamē con-
suetudo regionis est attendenda, vt Tuderti fiūt solu-
tiones in trib. partitis, auri, argenti, & in quadrātib.
23 Similiter videmus, quod Reuerenda Camera A-
post. semper vtitur moneta argentea; vnde locando
intelligitur de ea. * Et locans Sutori operas per an-
num, tenetur, laborare die, & nocte iuxta consuetudi-
nē, de qua iudex se informare debet, habita conside-
ratione ad domini necessitatē, Rebuff *de verb. signif. L.
2. col. 15.* (ibi, secundus casus) Declaratur præsens *gl.
decis.* ex mente Cini, & Alberici duobus modis.

Primo, quod consuetudo intelligitur respectu per-
sonarum, & hoc dupliciter: vel respectu ipsiusmet cō-
ducentis, & consuetudinis ipsius ex diuturna præsta-
tione, & hæc sit prima conclusio, & intelligētia *ad l.
cum de in rem verso. ff. de vsur.* circa quam consideran-
24 dum est, quod requiritur spatiū decē anno. *vt not. in l.
si certis annis. C. de pac.* Vnde in hoc videtur nimia re-
stituti. Putarem atmen, quod sufficeret saltem, & ad
minus binus actus, ex quo inducitur consuetudo, iux-
ta *not. in l. 3. C. de episc. aud.* Vnde etiam in delictis so-
25 litus delinquere dicitur, qui commisit duo furta. Di-
cit Vero. *in d. §. qui assidua n. 8. est glos. 25. q. 2.* Cin. *in l.
2. C. de reb. cred.* Alex. *in l. Capitolium, §. famosos, ff. de
pœn. not. in l. de quibus. ff. de legib.* vbi Bart. *q. 2. gl. in rub.
C. quæ sit lon. consuet.* Roch. *de consuet. versic. sed hic
successiue quæritur, versic. prima est conclusio, fol.* 38.
firmat expresse Bald *in l. diuturna. ff. de leg.* sequitur
Alex. *cons. 108. nu. 21. vol. 2.* Dec. *in l. vt liberis. C. de coll.*
Gram. *decis. 26. nu* 10. vbi sępe sæpius intelligitur per
tres vices tantum.

Bene verum est, quod in delictis contrarium tenet
Cagnol. *in l. 2. nu. 57. de pact. inter empt. & vend.* Bur-
sat. *cons. 117. num.* 17.

ADDITIO.

☞ *Verior tamen magis communis opinione binus actus
sufficere vltra illum de quo agitur Claud. ad Bar. 33. cōs.
213. nu. 4. litera D. versic. sed quod saltim Prosper. Fari-
nacc. q. 23. nu. 17.*

*Quod requiratur trinus actus declarat Claud. ad Ber-
ta. 330. l. cons. 113. num. 4. littera D. de magis Communi
Prosper. Farinacc. q. 23. nu. 19.*

*Addo tamen prædictis Claud. ad Berta. 330. l. consil.
213. litera D versic. In hac Re Vol. 1. vbi concludit post al-
legatos requiri trinum actum vt dicatur solitus delinque-
re subdit egregie quod bis delinquens dicitur solitus delin-
quere sed non punitur solitus delinquere nisi tertia vice
delinquere, ita interpretando communem sententiam.*

26 Secundo, prima hæc intelligentia, & conclusio de-
claratur, vt ex diuturna præstatione non probetur ti-
tulus locationis, vel contractus, sed eo præsupposito
si oriatur contentio circa quantitatem pensionis, at-
tenditur diuturna præstatio, & ita Cin. & Al. *in d. leg.
excepto.* sentit Menoc. *de præsum. lib. 3. præs. 111. nu.* 2.
27 Ex qua corollarie infertur limitatio, & intellectus
ad l. creditor, C. de vsuris, & leg. operis, ff. de oper. liber.
& *d. l. cum de in rem verso*, quod ex diuturno præsta-
tione non inducitur titulus cōtractus, sed eo existen-
te probatur legitima solutio, respōsio, & recognitio,
& ita ibi Accur. *in gl. magna* tacitè sentit.
28 Tertio declaratur, vt ista diuturna præstatio con-
ductoris debeat in libello allegari. Sal. *in d. l. cum de
in rē verso, q. 1.* dicens hoc non esse a Doctoribus ta-
ctū, sequutus est Alex. *cons. 113. vol. 1.* Ias. *ad d. l. si certis
annis, in 2. & 4. limitatione.* * Didac. *in cap. Raynutius.
§. 11. num. 3. vers. illud sanè, de testament.* vbi responde
ad Fel. & alios contrariū tenentes Menoch. *de præ-
sumpt. lib. 1. q. 48. num. 20.* & debet esse specifica, &

clara

clara declaratio deducendo in specie, quod tales præstationes annuatim factæ fuerunt, ob hanc clausulam, Salic. *in d.l. si certis annis, col. pen. vers. 4. dixi, & in d.l. cum de in rem verso, num. 6.* Alex. *cons. 113. nu. 2. lib. 1.* Ruin. *cons. 61. num. 11. cons. 75. num. 5. lib. 1.* Crauet. *de antiq. temp. in 2. partic. quartæ partis princip. num. 55.* latius explicat Balb. *de præscrip. in 1. par. 3. part. principal. q. 10. num. 22.* Guid. Pap. *q. 408.* Crau. *cons. 226. num. 3.*

29 Quarto declaratur, vt ista diuturna præstatio sit solum præsumptio, quæ transfert onus in aduersarium probandi contrarium si vult. Bal. *in l. 1. C. de dot. promissione.* Io. And. *in c. fi. de causa poss. & propriet.* Butr. *in c. peruenit, de censibus.* Si igitur conductor ad soluendum minorem pensionem cōtrarium pro-

* bare velit, auditur. * Galial. *in l. 1. in princ. num. 30. ff. de verb. oblig.* vbi Soc. iun. *num. 40.* Bologon. *in rubr. eiusdem tit. cap. 29. num. 4.* Bal. *in l. cum falsa num. 5. C. de iur. & fact. ign.* Balb. *de præscri. in 1. partis. 3. partis principal. q. 10. num. 24. vers. 3.* Felin. *in c. sicut, num. 30. de re iudic.* Alex. *cons. 113. num. 4. lib. 1.* Vasqui. *controuers. illustr. c. 84. nu. 41.* Didac. *in c. possessor in 2. par. §. 4. num. 2. vers. secundo ab eodem, &c.*)

30 Quinto declaratur, quando tales præstationes in tali lōgo spatio factæ fuissent diuersis vicibus, annis, & temporibus; alias enim solutio pro pluribus vicibus nihil operaretur, quia plures actus ligant, *l. iube. mus. C. ad Velleianum, & facit l. 1. C. de fideicomm.* Et

31 procedit in solutione facta singulo quoque anno, vt ibi Ias. *limit. 6* reputans hoc valde notabile. Pariter dispositio *l. quicunque*, procedit in solutionibus

32 separatim quolibet anno factis, ita Bal. *in d. l. & suo loco dicam.* Similiter dispositio. *l. balista, ad Trebel.*

33 procedit in actibus ex interuallo geminatis. Bald. *in prooem. C. col. fin.* Eucrar. in loco a vi geminationis, *nu. 16.* idem ad consuetudinem inducendam respondet Gut. *in c. fi. de consuet.* & ita sentire videtur Ias. *in l. pen. col. fin. C. de pact. in l. 2. col. 71. de iur. emphy.*

* *in l. 1. not. 2. de off. cius.* * Balb. *de præscrip. par. 3. q. 10. limit. 5. num. 26.*

34 Practicando igitur materiam diuturnæ præstationis cautus erit locator articulare, & capitulare, quod N. soluit vti conductor tot pro mercede, vel pensione de tali anno, & anno.

Cogita tamen vnum si placet, quia putarem obtineri posse in materia locati, & conducti, etiam si non essent factæ solutiones diuersis vicibus, & temporib. Nam si locaui alias fundum Caio pro tribus annis, pro decem, pro quolibet anno, & appareant factæ solutiones insimul de omnibus tribus annis in publico instrumento, quod exhibetur, cur ex hoc non probabitur solutum contra conductorem?

35 Adde vnum aliud in practica, quod materia diuturnæ præstationis est permissa de iure Canonico. Alcia. *reg. 1. præsumpt. 32. in fi.* Vnde inter clericos, cum ecclesia, & similibus locatoribus verificari po-

* terit. * Vnde procedit aduersus Ecclesiam, quoad res temporales si per decennium aliquid præstitit, vnde in futurum præsumitur obligatus, Alciat. *reg. 1. præsump. 32.* in fine, pariter aduersus fiscum, vt ex decennali præstatione obligetur, vt per Doct. *in d.l. si certis annis, vbi Ias. nu. 14.* Dec. *nu. 15.* & aduersus illum, qui per aliud decennium desijsset, ita Sal. *in d. l. cum de in rem verso, num. 12.*

Declaratur sexto, vt non habeat locum, quando contra eum, qui decennalem præstationem recipit, repugnat aliqua iuris dispositio. Bar. *in d. l. cum de in rem verso. nu. 7. vers. at ius commune*, puta si laico per decennium fuerint præstitæ decimæ, quarum est incapax. Didac. *lib. 1. var. resolut. c. 17. num. 6. in fin.*

Declaratur 7. in probatione vera, non præsumptiua, puta de tribus annis vltimis *in l. quicunque, C. de apoc. public. lib. 10.* de qua alias late in hoc opere diximus. Bal. *in cap. litteræ, de dilat.* Tiraq. *de præscript. §. 1. part. 3. §. 10. num. 23.*

Declaratur 8. in præstationibus vniformibus, secus si fuerint difformes, Dec. *in d.l. si certis annis, col. fin.* Balb. *de præscript. in 1. part. 3. par. q. 10. n. 23.* Vasq. *contr. illustr. cap. 58. num. 11.*

Declaratur nono, vt non procedat fauore minorum, Alex. *cons. 94. nu. 6. lib. 7.* Corn. *cons. 98. nu. 3. lib. 1.*

Et ad practicam reducendo patet modus articulādi, nam debet deduci, & specifice allegari clare, & distincte, ita vt nulla alia causa suspicari possit, debet iterum articulari deducendo iuris repugnantiam in actu de quo agitur, deducendo præstationes vniformes, & non vnitas, sed annuales, & sic discurrendo.

36 Quid in rustico, & sic in colono? vna fuit opinio, quod diuturna præstatio non noceat nisi per spatium 30. annor. Vnde si colonum probetur portasse domino par capponum per x. annos quolibet anno nō est inducta obliga. Spec. *de causa poss. & propr. §. 2. vers. certum*, sequitur Rom. *in l. qui in aliena, in princip. ff. de acquir. hæred.* Bal. *in l. solent. in fin. ff. de off. pro consul. & legat.* Soc. *cons. 145. col. 1. lib. 1.* Rip. *de peste tit. de remed. præseru. num. 143.* vbi præbet se valde amicum colonis.

37 Contraria opinio est verior, Bal. *de præscript. in 1. partic. 3. par. princ. q. 10. vers. & an illa lex.* Parisiens. *in consuet. tit. 1. §. 7. num. 17.* Did. *in reg. poss. in 2. par. §. 4. num. 2. in fi.* attestans hanc esse communem opin. Iac. Menoch. *de arbitr. iud. casu 194. num. 69.*

Et maxime fauore piæ causæ, Paul. de Eleaz. *in c. in litteris, col. 10. vers. modo quæritur, de restit. spol.* Iacob. Menoch. *de arbit. iud. lib. 2. cent. 5. casu 160. num 17.* inferens etiam in materia locati, & conducti ad statutum Brixiæ 114. in ciuili. rub. quod quilibet teneatur ad fictum, vbi cautum dicitur, quod soluens nomine ficti in triennium teneatur in posterū; non enim procedit si simpliciter cappones deferat, & non nomine ficti, vt per eum. Addo Iacob. Venet. *in tract. de annis præstat. q. 15.* late Menoch. *de præsump. lib. 3. præsump. 131. num. 80.* vbi late in materia.

38 Ex quo corollarie habetur limitatio ad ea, peruenit, de censibus, vt non procedat fauore piæ causæ. Felyn. *in c. ad apostolicam, in fi. de simonia*, dicens valde singulare.

Quod addi potest ad Tiraq. *de priuil. piæ causæ.* Et hæc vera sunt durante laboritio, & non vltra. Bard. *de tempore vtili, & contin. c. 18. nu. 9.* attestans in Tuscia passim obseruari.

Et quod dictum est exemplo capponum, vtile est in practica ad multa circa delationem frumenti ad domum domini in diuisione segetum in area, an aliquid dominus ante partem habere debeat, an teneatur dare tot operas pro quolibet anno, & sic de singulis in practica vtilibus.

Posset fortasse dici, quod cōtra colonū ex præstatione

Digitized by Google

tione diuturna non inducitur obligatio,sed probatur quantitas solutionis debiti,vt supra etiam dixi. Vn, de dicet dominus colono: volo eappones, non gallinas, quia eos pluribus annis soluisti; volo decem, & non octo,quia diu ita soluisti.& si ista declaratio (vt supra dixi)militat in alijs,quasi multo magis in rustico, & colono.

39 Et si iudex in sententia dicat, condemno Titium colonū ad soluendū, quod antecessores fecerunt,intelligitur,quia sic consueuerunt. Cast. *in l.cum qui, §.Iulianus.ff de constit.pec.* Grammat. *decis.59.n.25.*

40 Et talis colonus conueniri poterit officio iudicis, vel interdicto possessorio. Affl. *decis.395.* *Beninten. decis.27.*Rip.*in l.fi. num.3.ff. quot. bon.* Tiraq. *de retract.§.1.gl.6.& §.6.gl.1.nu.10.* vbi dicunt hanc opinionem veriorem. Viui,*lib.1.opin.66.* vbi etiam attestatur non liberi dando mortuos, nec tenetur si augeatur numerus dominorum. Euerar. *in loco a correlatiuis,num.5.*Firm. in verb. *obligatus præstare eappones*, Sebast. *de mor. conclus.20.* Corbulus *de iure emphyt. limit.37. num.9.*

Bene verū est,quod Iacob.Menoc. *de retup. possess. remed.1.num.87.* testatur de magis communi in contrarium circa remedium possessorium,tamen prima opinio verior videtur,maxime iure Canonico inspecto,& circa hanc materiam locati,& conducti,circa quam intendimus, ponit notabilem cautelam Salic. *d.l.si certis annis*,post Bal.quem sequitur Alex.*col.5.* quod recipiens solutionem annuam a conductore debet exprimi facere,quod soluens afferat se conductorem,vel emphyteota,m:tunc enim non esset opus decennio,sed sufficit sola confessio conductoris, vel emphyteotæ commendat ibi Cur. *iun.num.24.*

41 Et diuturna, & consueta præstatio multipliciter fuit in iure considerata:aliquando.n. annor. decem iuxta terminū legis,cum de in rē verso.*ff.de vsur.* & secundum hanc locatorem non astringerem;si enim tot annos non locasset, non ne per hoc consuetudo alijs locandi erit probata? quandoq; pro quinquennio *leg.1.§.quod dictum.ff.de separationibus.* Auten.*bodie,vbi Ang.C.de repud.*quandoque annorum trium, vt *l.1.C.de fideic.* quandoque annorū duorū secundum quam consuetudo,de qua loquitur *gl. in l.excepto.*de qua supra,& facit *gl. in §.multum, l.de literarum oblig.lex in contractibus,cum gl. C. de non nu. pec.*Alb.*in l.constitutionem.C.de administ. tutorum.*

Stat igitur vera conclusio in hac locati,& cōducti materia,quod si locado nulla est metio facta de mercede, intelligitur de solita præstari per conductorē.

Contrariū tenet Rota Nouissima, in vna Romanensis locationis,die 10.Decemb.1578.prout *par.2. dec.88.*coram Cantucio, vt ad materiam *gl. in l.excepto*,non fiat restrictio ad consuetudinem generalē regionis,vel loci.prout videtur sentire Gomez.*de cōtract. cap.2.num.9.* Cremens. *in l.2.num.239.C.de rescindend. vendit.* nisi in consuetudine generali alicuius loci vniformi prout in locationib.prędiorum ad mensuram in quibus vniformiter pro quolibet Rubbio est talis responsio in locatione operarū Agricolæ, Equi conductitij, & domorum,quādo vniformis est constituta pensio,prout in aliquibus partibus Hispaniæ. Nec ad consuetudinem particularem cōductoris, nec quod requiratur implementū habitationis secutæ,nec scientiæ consuetudinis in cōductore.

Ex quib.supra positis,& discussis,infertur amplia-
42 tio ad l.obligationum fere,*§.placet.ff. de act. & obl.* quod tempus non est modus inducendæ obligationis,quia conclusio ampliatur, vt sit vera etiam cum tēpore concurrat diuturna præstatio,sed præsupposito titulo iustificatur quātitas,et qualitas solutionis.

43 Secunda principalis intelligentia est,quam tantopere ibi commendat Ang.in practica,vt consuetum intelligatur,quod fecerunt alij, qui conduxerunt, vt præstanda sit ea merces,& pensio, quam alij præstari soliti sunt.

44 Vnde dicit Ange.ibi,quod laboratores terrarū tenentur portare ad domum domini partem fructuū si alij fecerunt,& verissima est ista conclusio,si enumerentur,& deducātur omnes,quibus sigillatim facta est locatio,& qui conduxerunt,a sufficienti partium enumeratione,vel inductione, dialectici appellant,concludens,& necessaria est argumētatio.l.patre furioso,vbi Ias.*post alios, ff.de his,qui sunt sui, vel. ali. iur.*Euerar.*in loc.a par.enum.* Tertia est intelligētia,& cōclusio,vt attendatur mos,obseruātia,& cōsuetudo loci,ciuitatis,vel regionis, per *l.quod si nolit. §.qui assidua.ff. de Aedil.edic.* quā summopere exor-
45 nat Vero. *in d.§.qui assidua.Ial.ad l.certi condict.§. si nummos,nu.23.ff.si cert.pet. in l.Gallus.§. idem credendum,num.12. & 22.de liber.& posth.* Felyn. *in cap.ad hoc, num. 10. vt lit. non contest. in c.cum M. num.6. de constit.* Alphan.*report.607.* addo Ant. Gabr. *de con. suet.conclus.5.* Euerat. *in loc. ab vsitato.* Cagn. *ad leg. semper in stipulationibus, num. 6. de reg. iur. & in re-*
46 *pet.l.si quis maior,num.72.C.de transac.* & hæc consuetudo loci particularis præualet generali consuetudini quando est præscripta, Bal. *in l. & prouincia, in fin.C.de seruis.* Bar. *in l.sed si lege,§.de co.ff.de petit. hær.in l.nemo. §. temporalis*, vbi Dec. & Cagn. *ff. de reg.iur.*Bal.*in c.1.§. notandum,qui feud.dar. poss.in c.1. col.1.de feud.* loquitur Caball. *Scilled.596.par.* vnde
47 in pensionibus, & tempore solutionis consuetudo patriæ præualebit.

Et attenditur consuetudo ordinaria, secus extraordinaria,Bar.*in l. Seio.§. medico,nu.3. ff. de annuis leg.*Soc.*cons.87.col.vlt.lib.1.cons.159.col.4.lib.2.*Dec. *consil.430 num.7.* Paril. *cons.3. num.50. lib.3. consil. 79.num.4.* Menoch. *de præsumpt.lib.3.præsumpt.43. in fine.*

Et ad propositum l. cum de in rem verso ad propositum materiæ locati,& conducti de qua agimus si aliquis allegat diu in domo alicuius fuisse hospitatum,non infert,quod in futurum sit hospitādus,quia præsumitur causa familiaritatis,& amicitiæ.Floria. *in d.l.cum de in rem verso, num.11.* Luc.de Penn.*in l.3. præsump.80.c.de apoch.publ. lib.10.* Rip. *in e.cum Ecclesia Sutrina num.86.de caus. poss. & propriet.* Iacob. Menoch.*de præsumpt.lib.3. præsumpt.131.num.81.*

De mercede consuetudinaria.

QVÆSTIO III.

Sed subalterna oritur inspectio,quid prius inspiciendum erit de istis tribus propositis consuetudinibus, an particularis locatoris, vel conductoris, vel re-
1 gionis, loci, vel ciuitatis? Et vtique verissima videtur resolutio, vt primo loco inspiciatur consuetudo patris

patrisfamilias, & sic particularis contrahentis, deinde loci, vel regionis, *l. vel vniuersorum. ff. de pign. acq. l. qui se misse. ff. de vsu. l. hæredes palam. §. si quid post ibi.* & consuetudine patrisfamiliæ, vel regionis, *ff. de testam. l. si seruus plurium. §. fin. ff. de legat. 1. ibi,* Ante omnia ipsius patrisfamilias. Consuetudo deinde regionis, & ita hanc opinionem tenuit Dec. *in l. semper in stipulationibus, sub nu. 7. ff. de reg. iur.* & ita declarat Rom. dicit singulariter notandum *singul. 681.* dicens ad ampliationem *d. l. si seruus plurium. §. fin. & l. nummis. ff. de leg. 3.* procedere in contractibus.

2 Euerar. *in loc. ab vsita. num. 16.* Contraria tamen in puncto iuris verior esse videtur opinio, s. quod mos, & consuetudo loci, & regionis præualet consuetudini contrahentium, & probatur hæc opinio in *l. semper in stipulationibus. ff. de reg. iur.* vbi consideratur sola consuetudo regionis, & loci, nulla habita mentione, respectu, vel consideratione ad consuetudinē contrahentium præsertim principaliter, immo contrahentes videntur se regulare cum consuetudine regionis, vel loci, *l. quod si nolit. §. qui assidua. ff. de ædil. edict.* vt late Veron. *glo. in l. si fundus. §. in commissoria. ff. de lege commissor.* Ioan. Andr. *in reg. quomodo facit, de reg. iur. in mercur.* Bartol. in locatione loquens *in l. nemo, col. 1. ff. de duobus reis, in l. domini prædiorum, C. de agric. & censi. lib. 11. in l. Paulus in princip. ff. de solut. in l. impensæ. ff. de impens. in res. dot. fact. in l. & ea parte, ff. de verbor. oblig. in l. cum in plures in fine ff. locat.* Bart. *in lib. colu. 4. vers. circa prædicta C. de oper. liber. in l. 1. colum. 3. versic. quatuor in contractibus considerantur. C. de fruct. & lit. expens. in l. 1. C. si ob publicas pension. colum. 2. vers. sed posse, in l. si certis annis, colum. 3. vers. credo tamen, C. de transact. in l. 1. quæst. 2. C. pro soc. in l. incendium circa fin. C. si cert. petat. in l. instrumenta, colum. 1. versic. quæro quidem. Cod. de fideicomm. in l. cum de consuetud. in princip. ff. de leg. in l. sed si post, §. si creditor, ff. de pignor. act. in rubr. de consuetudine circa fin.* Salyc. in locatione loquens *in allegata l. excepto,* Abb. Felyn. Dec. Rip. *& alij in cap. cum M. Ferrar. de constitut.* Imol. *in cap. potuit de loc.* Roman. *consil. 114. colum. 2.* Gomes. *in cap. 1. num. 6. de constit. in sexto,* late Castan. *in consuetud. Burgun. fol. 308. colum. 4. & seq. & fol. 336. col. 2.* Ias. *consil. 20. colum. penult. volum. 1.* Marsil. *singul. 415. & 495.* Tiraq. *de retract. Lignagier. §. 1. glos. 18. num. 73.* Hispan. *in cap. per vestras, §. 6. num. 4.* late in pluribus commēdans, & in specie in locatione, Anton. Gabr. *de consuet. concl. 1. per totam, cui addit. report.* per Alphan. *report. 607.*

Nec tamen aliquo obstare videntur in contrarium adducta, loquuntur enim, vel in contractibus dependētibus a voluntate vnius tantum, prout l. vel vniuersorum, cui etiam posset responderi, quod non loquitur comparatiue ad morem regionis, quia ibi de hoc nullum verbum habetur; vel loquuntur in vltimis voluntatibus, & legatis prout alia tuca superius adducta, & ita hanc opinionē sentire videtur Rocch. *de consuetud. quæst. 12. colum. 4.* Cagn. *ad l. semper num. 8. de reg. iur.* Ad vtilitatem igitur, & practicam reducendę aliquæ sunt conclusiones.

3 Prima sit conclusio. In vltimis voluntatibus, & quā maxime in legatis, consuetudo testatoris, & patris familias attenditur: declarādo autem est dubitā-

10 tio circa quid, quale, vel quātum iuxta doctrinā Bar. Alberic. ibi Bart. *in l. cum certum, ff. de vino tritico, & oleo legato,* quam tantopere commendat Ang. *in d. l. si seruus plurium, §. fin. in l. inter stipulantem, §. sacrā. ff. de verb. oblig.* Hinc testator legando vnum mezolinum olei dulcis, intelligitur secundum consuetudinem testatoris vt per Bart. *in d. l. cum certum, per l. si quis vinum, §. si ff. de vino tritico, & oleo legato.*

4 Secunda sit conclusio. In contractibus dependentibus a voluntate vnius tantum principaliter attēditur, & præualet consuetudo patrisfamilias. *d. l. vel vniuersorum.* Ad cuius l. celebris ornatū plura ponit Roman. *cons. 94. in fin.* Acet. *cons. 1. in fin. conclu. 160. col. 2. in l. si procurator iu fi. de procu.* Barb. *consil. 18. columm. 1. volum. 2.* Dec. *consil. 175. columm. 5.* Curt. *de consuetud. fol. 17. columm. 2. vers. Venio, in 12. limit.* Cagnol. *ad leg. semper in stipul. nu. 8. in fin. de reg. iur.* Euerard. *in loco ab vsit. posui ad reg.* illam, cum quid, parte prima, *limit. 2.* vbi aliqua non inutilia in materia procuratorum, & mandati.

5 Tertia sit conclusio. In cōtractibus dependentib. a voluntate duorum, prout est locatio, & conductio, præfertur, & attenditur consuetudo loci. *d. l. semper in stipul. & reg. inspicimus, lib. 9.*

6 Quarta est conclusio præcedentium omnium declaratiua. Attenditur consuetudo patrisfamilias, vel loci in consuetis communiter, & vt plurimū, nō autem in his, quæ raro, vel omnino extraordinarie fieri solent, ita singulariter, Alexand. *ad l. vel vniuersorum ex not.* per Bart. *in l. Seio, §. medico, ff. de ann. leg. l. filiulas, §. frumenta, ff. de contrah. empt.* Alex. *consil. 28. vol. 1.* late Ias. *in l. 3. §. quæritur, ff. si quis caut.* commendat. *in pract.* Euerard. *in loco ab vsit. nu. 13. dicam in tit. de casib. & pericul. posui ad reg. cum quid part. 1. limit. 2. num. 17.* Felyn. *in cap. cum M. col. 3. vbi* Rip. *col. 21. de constitut. in c. ex literis, col. fin. de fide instrum.* Ias. *in l. vt liberis, col. 4. de colla. in l. certi condictio, §. si nummos, ff. si cert. petat.* Ioan. Nicol. *in l. generaliter, num. 74. C. de secund. nupt.* Ant. Gabr. *de consuet. conclus. 3. limit. 5. num. 29.*

7 Notandum tamen est ad consuetudinem gl. in allegata l. exceptio, de qua superius, quod est simpliciter interpretatiua, Natt. *in 4. addi. ad conf.* Alex. *8. nu. 7. lib. 6.* & per duos, vel tres alios inducitur etiam minore spatio decem annor. Papal. *in dec. Rot. 5. nu. 10. de consuet. in nouis, in fin.* nec requiruntur vt solemnitates, & circunstantiæ in alijs consuetudinibus requisitæ, Granu. *Theorem. 12. num. 16.*

8 Corollarie igitur infertur ex his superius adductis, & allegatis ampliatio ad *l. si seruus plurium, §. fin. ff. leg. 1.* vt procedat, & locum habeat in contractibus a voluntate tamen vnius dependentibus.

Infertur pariter limitatio, vt non extendatur ad contractus vltro citroque obligatorios.

9 Infertur similiter limitatio ad l. vel vniuersorum, vt non procedat in contractibus vltro citroque obligatorijs comparatiue de consuetudine regionis, ad consuetudinem patrisfamilias. Infertur quarto Co-

10 rollarium omnibus commune, vt attendi debeat consuetudo communiter, & vt plurimum, non de raro.

Digitized by Google

Mercede incerta.

QVÆSTIO IV.

QVÆRO vlterius subalternatiue procedendo in hac principali quæstione de substantia locationis. Locauit quis domum,& conductor promisit pensionem simpliciter non adiecta aliqua quantitate certa, puta, *& gli promette la pigione ogni anno*, va-
1 lebitne? Videtur dicendum,quod non: quia speciale est in dote, vt incerta promissio valeat, *l. cum post, §. gener. ff. de iur. dot.* ad quam Bal. *nouell. de priuileg. dot. part. 6. princ. priuileg. 10. & in l. 1. num. 3. ff. solut. matr.* Ruin. ibi *num.* 87. Socin. *num.* 51. Ambros. de Opillo *ad l. si quis arbitratu, num.* 51 *ff. de verb. oblig.* Crott. *ad l. si qui pro emptore, num.* 65 *ff. de verbor. oblig.* Ego in contrarium est ius commune, *l. ius singulare, ff. de leg. l. 1. ff. ad municipal. regul.* quæ a iure communi, *lib. 6.* Euerard. *in loco à speciali.*
2 Secundo, quia speciale est in legato alimentorum sine adiectione certæ quantitatis, *l. si cui annum, ff. de aliment. & cib. leg. l. cum alimenta, ff. de alimentis leg.* Tiraq. amplians ad piam causam *priuil.* 55. Soc. *reg.* 310. *priuileg.* 46. Alexand. *conf.* 158. *volum.* 2. *libro* 7. Roman. *in authent. similiter special.* 17. *C. ad leg. Falc.* Dec. *consf.* 182. *colum.* 2. Card. *in Clem.* 1 *quæst.* 28. *lib.* 7. Bald. *in l.* 1. *col.* 4. *vers. circa res, C. de sac. sanct. eccl.* Ang. *in l. hæreditas, §. si defuncto, ff. de petit. hæredit.* Imol. *in cap. indicante de testamentis*, Butr. *in ca. ex parte, de decimis.*
3 Contraria opinio videtur de iure verior, si enim prout in casu præcedenti, locatio sine aliqua mētione pensionis simpliciter facta valeat, & a solito, & consueto regulatur, multo magis quando est adiecta pensio, vel merces sine certa quantitate authent. multo magis, *C. de sacr. sanct. eccl. l. fin.* vbi Ioan. de Plat. *C. qui ætate, c. cum in cunctis*, vbi Imol. Panorm. & alij de electione, Euerar. in loco a minori.

Secundo, quia licet de rigore iuris contractus vitietur ratione incertitudinis, tamen hoc non est de æquitate Canonica, quia omnis promissio, dispositio, & contractus valet & tenet etiam in casibus non priuilegiatis, sed declaratur, vel ex natura actus, vel soliti, vel arbitrio boni viri, Arc. *in causa sunt nulli* 1. *quæst.* 1. Iacob. Menoch. *de arbitrio iudicis, quæst.* 68. *num.* 42. *cas.* 188. *num.* 1. & hoc debet seruari etiam in foro Cæsaris, & Ciuili. Rebuf. *de priuil. scolar. priuil.* 133. *nu.* 5. *in fine*, Zannet. *de differen. iur. ciuil. & canon. differt.* 78. *num.* 137. Marsil. *sing.* 223. Cor. *memor. in verb. incertitudo*, reputans hoc valde notabile in actu practico, Ruin. *conf.* 15. Franc. March. *decis.* 543. *num.* 5. *part.* 1. Affl. *decis.* 333. *num.* 10. Bact. *in quæst. mulier habens amplum, num.* 8. *quæst.* 7. Ceph. *consil.* 159. *num.* 9. *volum.* 2. attestans ita Ferrariæ obseruari, & hæc est communis opinio Soarez. *in eius Thesaur. in verb. incertitudo, num.* 12. Zabarell. *consil.* 1. *& consil.* 20. Bonacol. *de æquitat. canon. concl.* 4. *& conclus.* 32. Alexand. *in l. item stipulatus, colum.* 2. *num.* 6. *de verb. oblig.* & al. *in l. Titium, num.* 20. *eod. tit.* Soc. *ad l. si quis arbitratu, num.* 68. *eod. tit.*
4 Quibus omnibus addo, Ruin. *conf.* 244. *&* 133. *vol.* 1. *&* 142. *vol.* 4. Tiraq. *de priuil. piæ causæ, priuileg.* 55. *in fin.* Butr. *in c. ex parte, de cens.* Panorm. *in cap. de decimis*, Anton. Trigon. *sing.* 8. Grat. *lib.* 1 *responso* 123. *num.* 16. Seraphin. *de priuil. iuram. priuileg.* 86. *num.* 3.

Tertio attentari possit, quod non sit speciale *in d. §. generra*, prout commun ter tenetur, sed supportatur ibi incertitudo, quia venit certificanda ex natura, ex qualitate actus, ibi; Pro modo facultatum, & dignitate. Alex. *conf.* 4. *col.* 2. *& conf.* 31. *col.* 3. *vol.* 2.
5 Cōcludendo igitur, talis locatio valet, & venit declaranda, vel a cōsuetudine regionis, vel personarū, vel arbitrio boni viri, attenta qualitate rei locatæ, & sic vidi obseruari in facti contingentia in domo, quæ insolita erit locari in primo anno locationis. Vnde hoc casu articulandum est, quod tanti locaturus fuisset, & tanti hanc rem conducturus. Alex. *conf.* 181. *nu.* 1. *lib.* 1. Ioseph. de Ludou. *concl.* 14. *illat.* 135.
6 Ex quibus omnibus ad vtilitatem infertur ampliatio ad §. *gener.* vt procedat in qualibet dispositione, contractu, & promissione.

Vltra Alphan. *Reportat.* 285.

Nuoquid de locatione constabit per hæc verba Apochæ, *si come hieri restai d'accordo*, vtique his, licet postea subiungantur alia verba, *hauerei voluto, che mi facessi lo instrumento della locatione*, quia hoc est, in locatione, non perfectionem contractus, Rota no, uissima, 377. *par.* 1.

Mercede difformi.

QVÆSTIO V.

1 SEd quæro vlterius, quid si fit consuetudo difformis, vel varia? Multorum fuit opinio, quod vltima attendatur Bald. *in l. binos circa finem, C. de aduoc. diuers. iudi.* per not. per Bac. *in l. Mela, §.* 1. *ff. de alim. leg.* quod valde commendat Iaf. *in l. diem functo, n.* 16. *de offic. assess.* licet aliquantulum titubet Alexan. *consil.* 5. *column.* 2. *volum.* 5. Capic. *decis.* 16. *numero* 3. Euerar. reputans hoc valde notabile in loco a solitis, *num.* 8. Corn. *conf.* 28. *in fine, volum.* 3. Acet. *in §. ex non scripto in fine, de iure natur. gent. & ciu.* Afflict. *decis.* 226. Tholom. *in repet. l. admonendi, num.* 108. *de iureiurando*, Roland. *consil.* 69. *in fin. volum.* 2. Marsil. *sing.* 405. Dec. *in l. semper in stipul. nu.* 9. *de reg. iur.* & hæc est communis opinio teste Castrens. *in l.* 1. *nu.* 4. *C. quomodo, & quando iudex.* Roc. *in rubric. de consuetud. quæst.* 5. inferentes postea ex hoc, quod si Princeps concedat officium vni, & in litteris patentibus dicat,
2 secundum salarium consuetum, vel cum emolumentis solitis, & consuetis, si salarium fuit retroactis temporibus varium, intelligitur de vltimo, sicut habuit prædecessor suus, Ant. Gabr. *de consuetud. concl.* 1. *num.* 74.

Cui addo Castrens. *conf.* 159. *col. fin. volum.* 1. Cur. *de consuet. fol.* 21. *limit.* 4. Cagnol. late *ad l. diem functo in* 1. *notab. col.* 14. *de offic. assessorum.*

Cui addo Aret. *consil.* 11. *in fin.* Imol. *in cap. cum eccles.* Suttin. *in glos.* 1. *de causa possessionis, & propriet. in verb. vltimum*, Rocch. *de consuetud. cap. fin. quæst.* 10. *versic secunda conclusio in fine.* Iaf. *in l. si quis ante, sub num.* 3. *ff. de acquir. possess.* dicens ad hoc valde not. gloss. *in l. nemo, §. temporales, ff. de reg. iur.* Bald. *in cap.* 1. *de feud. cogn.* Lanfranc. *in l. admonendi, volum.* 1. *de iureiurando*, Roderic. *inter allegat. in proœm, for. num.* 13. *circa medium.*
3 Vnde si Rex mandat aliquem admitti secundū antiquam

Digitized by Google

tiquam consuetudinem, intelligitur prout consuetū est in vltimis annis, Capie. decis. 163. commendat Caball. milleloq. 830. p. 2.

4 Fundatur autem ista communis opinio ex regula, quod vltima derogat primis, & attenduntur in contractibus præcipue in materia locati, & conducti, de qua agimus, *l. cum in plures, §. locator horrei, ff. locat. l. cum hic status, §. præsentia, ff. de donat. inter vir. & vxor. l. 2. C. quando liceat ab empt. recedere, l. sicut, Cod. de act. & oblig. in pactis, l. pacta nouissima, C. de pact. in cōstitutione procuratoris, l. si quis, cum procuratorio, ff. de procuratoribus. In testamentis, §. posteriore. Institution.*

5 *quib. mod. testamenta infirmentur. l. hac consultissima, §. si quis autem, l. sancimus, C. de testamentis, c. cum Marte, de celebrat. Missarum,* Marſ. *sing.* 566. *in codicil. leg. cum porponas,* vbi Bar. *C. de codicillis, in legatis, l. Mela. C. de alimeat. leg.*

6 Amplia etiam si primum sit legatum dotis, Castr. reputans hoc notabile, *in l. Lucius, ff. de leg.* 2. In fama,

7 quæ tollit primam, Rom. *cons.* 241. *per l. mater, Cod. ne de stat. defunct. & l.* 2. *ff. quis ordo in bono. pos. seructur.*

8 In substitutionibus, post Bal. Castrenſ. *in l. licitatio. ff. de publicanis,* commendat Clemens *singul.* 12. In opinionib. *gl. communiter approbata, in l. filium, §. Sabinus, ff. ad Treb.* communem dicit, Marſ. *de q. l.* 1. *§. si serui, nu.* 21. Io. Andr. *in c.* 1. *de pen. in* 6. *in nouellis, & in cap.* 3. *de sent. ex comm. eod. libr.* Bal. *in auth. ex testamento, C. de testa.* Alex. *cons.* 72. *col. fin. &* 121. *col. penult. vol.* 1. *cons.* 77. *col.* 2. *vol.* 2. Sal. *in l. bona fides in fin. ff. depos.* Aret. *cons.* 164. In legib. & constitutionib. *leg. nam & posteriores, ff. de leg. authent. cassa. Cod. de sacros. eccles. auth. sed nouo iure, C. de seruit. sing. in rescriptis, cap. ex. teram, si autem, c. ex parte, de rescript. not. in capit.* 1. *de coastit. in* 6. In statutis Bart. *in l. si certarum, §. fin. ff. de*

12 *testam. milit. in l. omnes populi, in vlt. q.* 3. *q. princip. ff. de iust. & iure.* Iaſ. *in l. pacta, colu.* 1. *in fin. C. de pact.* Bal. in *c. de causis, de off. deleg. in leg.* 1. *in fin. Cod. de legibus, in l.* 1. *C. de addicto diui Adr. tollen.* Bar. *in l. cum proponatis, C. de codicillis,* late Marſ. *in l.* 1. *§. si serui, num.* 16. *de quæstionibus.*

Secundo pro hac opinione potest ponderari text. in l. si de consuetudine, *ff. de leg. in verb.* aliquando, vbi tex. præsupponere videtur, quod per vnicum actum contrarium, seu per vnicam sententiam tollatur prima consuetudo.

Tertio ponderatur id quod not. *in l. Mela ait, vers. sed alimenta, ff. de alim. leg.* vbi quando alimentorum præstatio fuit varia, vltima præstatio attenditur.

13 Quarto ponderari posset doctrina Bar. *in repetitione, l.* 2. *q.* 19. *C. quæ sit longa consuet.* vbi dicit, quod cōsuetudo interrumpitur etiam per vnicam sententiā contrarium, *argu. l. vsucapio. & l. naturaliter, ff. de vsucap. & §. si quis ergo. auth. quib. mod. naturales efficiantur legitimi.*

14 Contraria autē videtur esse sententia; quod quando plures, variæ, vel contrariæ sunt consuetudines, vel rationabilior attendatur, vel fit reductio ad iuris cōis dispositionem. Et pro hac parte pimo ponderari potest tex. in l. semper in stipulationibus, *ff. de regu. iur.* vbi si regionis mos non appareat, quia varius ad minimum fit reductio, ad idem *reg. inspicimus libr.* 6.

15 Iuxta quam in facti contingentia dixit terminis consuetudinis contrariæ, vel difformis, Bald. *in l. non solum, in fi. ff. de ind. dot.* quod maritus tenetur promittere restitutionem dotis *sol. matr. l. quærebatur, ff. de verb. signif. si stipuletur, ff solut. matr.* debet etiam promittere de dolo, lata culpa, & leui, *l. si filio, §.* 1. *ff. solu. matr. l. in rebus, ff. de iur. dot.* & hęc omnia debet facere iuxta consuetudinem ciuitatis, quæ si varia est, recurritur ad ius commune allegando *d. l. semper in stipulationibus.* Commendat, vti singulare Veron. *in l. quod si nolit. §. qui assidua, n.* 29. *de ædil. edict.*

Secundo pro hac parte ponderari potest doctrina, Bar. *in l. de quibus, ff. de legibus, vbi in lectur. numer.* 12. *& in repet. num.* 11. tenet per vnicum actum consue-

16 tudinem non indui, sed concurrere debet actuum frequentia, & ad minus binus, vel trinus actus, sequitur ibi Iaſ. *nu.* 81. Panorm. *in cap. fin. colum.* 11. Butr. *col. fin.* Imol. *col. penult. de consuetudine,* per l. an in totum, *ff. de ædific. priu. & l.* 1. *&* 2. *C. quæ sit longa consuetud.* idem tenere videtur Angel. *in verb. consuetudo, num.* 1.

Tertio pro hac parte facit text. *in l. nemo, §. temporales. ff. de reg. iur.* per quem ita tenet Bar. *in l.* 2. *in fin. n.* 22. *ff. solut. matr.*

Quarto facit tex. *in l. fin. in princ. C. de serui. & aqua, & ibi* Bal. hoc notat.

Tertia fuit aliquorum opinio, vt attendatur consuetudo rationabilior, & sic neque prima, neque vltima, sed ea tantum quæ æquior, & rationabilior sit, ex *c. cum olim, de consuet.*

Quarta fuit aliquorum opinio ex capi, ex parte, de censibus, vt ille qui vouit dare certos sextarios, frumenti, si consuetudo erat tacita, potest eligere minimum, rationibus, de quibus in textu.

Concludendo igitur dicebat Ripa *in l.* 2. *nu.* 64. *ff. solut. matr. in finalibus verbis.* Articulus longus, intricatus, & obscurus, & sic materiam resoluit.

17 Prima igitur sit conclusio. Consuetudo, seu mauis assuefactio vnius particularis personę per vltimum actum, & quidem vltimum contrarium, vel diuersum tollitur, ita vt vltimum consideretur, ita originaliter Bald. *in c.* 1. *§. notandum, num.* 4. *de his, qui feud. dare possunt.* Barbac. *in cap. fin. col.* 29. *de consuetud.* appellans hanc consuetudinem informem, non solennem idem ibi Rocch. post Abb. *quæst.* 10. *limitat.* 4. Aret. *cons.* 11. *col. penult. vers. sed tamen ex superabundanti,* Alex. *ad l. Gallus, §. idem credendum, nu.* 6. *ff. de liberis, & posthum.* Dec. *in l. nemo, §. temporalis, limitat.* 2. *numero* 2. *ff. de reg. iur.* Fel. *in capit. cum accessissent, numero* 31. *versic. tertius casus, de constit.* vbi tenet ad hanc consuetudinem præscriptionem non requiri. Cagnol. *ad l. semper in stipulationibus. nu.* 11. *versic. sed opponitur, ff. de reg. iur.* Simon. de Pret. *de interpret. vlt. volant. lib.* 2. *sol.* 4. circa medium. Fundatur autem hæc conclusio primo ex mente Aret. *in allegato consil.* 11. *in leg. de die, in princ. ff. qui satisdare cogantur,* vbi si partes non conuenerunt de die in stipulatione, iudex non tenetur sequi consuetudinem, vel obseruantiam, sed apponere potest arbitrio suo, & stipulatio simpliciter interposita sine die, intelligitur de consueta, quę distinctio non potest habere locum, nisi in consuetudine non præscripta, quia si esset præscripta, iudex teneretur eam sequi, ex quo habet vim legis.

18 Ex quibus corollarie sequitur ampliatio iuxta doctrinam Aret. vt vsus nō præscriptus intelligatur in pactis contrahentium, *ad l. quod si nollit. §. qui assidua, ff. de edil. edict. & l. semper in stipulationibus, ff. de reg.*

iur, vt mos regionis intelligatur in contractib. exten-
ditur enim ad vsum contrahentium nō præscriptum.
19 Secundo loco pro hac parte ponderatur textus in
l. si mater. in fine, C. ne ex delict. defunct. ibi, quod si va-
rietas interuenit, posteriora tēpora spectare cōuenit.
Tertio, & vltimo omissis alijs facit textus in ma-
teria celebris, & familiaris in l. Mala, §. sed si alimenta,
ff. de alimen. & cibar. legat. & ibi hoc videtur sentire
Bart. circa cuius intellectu aliquantulum insistemus.
20 Primus fuit intellectus Bart. quod solitum verifi-
catur in vna vice, consuetum autem requirit plures
vices. Clarius idem Bart. in l. 1. num. 7. C. quomod. &
quand. iud. num. 7. Sequitur, & commendat Barbac. in
rubr. de consuetud. colum. antepenult. Aret. in §. ex non
scripto, vbi hoc summopere commendat & extollit.
Instit. de iure natural. gent. & ciuil. column. fin. prope
finem, Castrens. consil. 99. vt plebe attingamus, Alex.
cons. 5. column. fin. volum. 5. Corn. cons. 28. volum. 3. &
cons. 89. volum. 1. subdens consuetum, & vsitatum æ-
quiparari, & hæc est communis opinio, vt attestatur
Castrens. in d. l. 1. num. 6. versic. secundo quæro, C. quomo-
do, & quando iudex, quibus adde Bertacch. in repert. in
verbo solet. Gozad. de communi attestans & in locatio-
ne, & conductione, cum solito salario loquens cons. 23. n.
5. vol. 1. Viu. idem attestans lib. 2. opin. 257. Soarez.
in suo Thesaur. littera S, nu. 136.
21 Declaratur hic primus intellectus, & communis
opinio, quod verbum solitū est terminus generalis, a-
ptū comprehendere plures vices, & quod saltē, & ad
minus in vnica tantum vice verificari possit, sicut ge-
nus etiam secundum logicos in vna specie verificatur
de vna vice patet in d. l. vt liberis in verbo assolet. C. de
collat. in l. solemus dicere, ff. de iudic. in l. naturalem, §.
pauonum, ff. de acq. rerum domin. in l. rerum allegas, C.
de vsu l. 1. ibi more solito. C. de seruit. & aqua. in l. vē-
ditor, §. constat, ff. commun. pred. leg. 1. §. si quis hieme tā-
tum, & in §. duo autem, ff. de aqua quot. & æstiua. & taci-
te sentit Bart. in d. l. 1. quia clarius declarat Rocch.
in rubr. de consuet. ad quæst. 5.
22 Quicquid igitur est consuetum est solitum, sed nō
econtra, sicut in simili de empto, & parat. in leg. si quid
corum, §. inter emptum, ff. de leg. 2. Euera. in loc. a spec.
ad genus. Et vtilitati, & practicæ studendo circa hūc
primum intellectum communiter approbatum in
23 materia locati, et conducti infertur ad id, quod in fa-
ctus consultus respondit Gozad. cons. 23. quod si Ciui-
tas aliqua vltra salaria cameræ, & principis est soli-
ta ex vna vice dare aliquod emolumentum guberna-
toribus, vel alijs officialibus, quod tenentur dare alijs
successorib. quia solitum in vna vice verificatur per
d. l. Mela. § sed si alimenta.
24 Ex quib. corollarie infertur quod salariū consue-
tū, vel solitū in officialib. intelligitur tā respectu con-
cedetis officiū, quā loci, vbi est exercituros officiū.
25 Similiter in facto inferri posset, ꝙ si loco domum,
debetur massaritiæ alijs traditæ. Similiter si do ad la-
boritium fundum, debentur boues, & semen, si alijs
etiam per vnam vicem fuit solitum. Non igitur est ex
tendenda manus, quia solitum in ostio te percutiet.
Similiter res solita locari dicitur in vna vice, vt tā-
gam in rubr. de solito ad materiam. Paulin. ambit.
26 Pari modo circa hunc primum intellectum sic cō-
muniter approbatum dixit gl. reputata valde notabi-
lis to, collat. incipient. Quod hic dicitur, quod præla-
tus in locationibus faciendis seruare debet consuetu-
dinem immediati prædecessoris per d. l. Mela. §. sed si
alimenta. Commendat, & dicit bene notandū Bald. in
auth. quibuscunque n. 5. C. de sacros. eccles.
27 Ex quibus postea corollarie infertur, quod si bona
aliqua sint solita in feudari, vel emphyteuticari, quod
poterunt etiam stante tali consuetudine concedi in
feudum vel emphyteusim consāguineis, & proximio-
ribus, & debet seruari consuetudo immediati præde-
28 cessoris. Vnde sequitur declaratio ad auth. Quibus-
cunque vt non procedat in solitis, & consuetis. Iacob.
de Beluis. in vsib. feud. tit. 2. Archidiac. in caus. episcopus
10. q. 2. & sentit Bal. in d. auth. quibuscunque n. 4.
29 Quinto dixit notabiliter Bal. ad hunc intellectum,
quod si filia peccauit in corpus suum, & sicut turpis
exhęredari potuit, tamen si tempore mortis erat ho-
nesta, exhæredari non poterit, quia postrema consue-
tudo attenditur, per hūc intellectū dixit notabiliter
Bal. in l. si filia in fin. C. de inoffic. testam. per d. l. Mela. §.
si alimenta. Sequitur Fulgos. in l. in arenam in fin. C. de
inoff. test. Io. Faber, in authent. si post eod. tit. Spec. in tit.
qui filij sint legitimi, §. penult. versicul. quid si filia pecca-
uit, Burr. & Abb. in cap. Quintauallis de iure iuran. late
Scac. in l. 1. colum. 10. C. de edend. Ex quib. corollarie
30 infertur limitatio ad authent. aliud quoq; capitulum
authent. vt cum de appell. cognos. vt non procedat in fi-
lio ingrato pœnitente ante conditum testamentum,
vel mortis testatoris. Sentit Alexand. dicens hoc val-
de notabile in l. 1. numero 33. ff. solut. matrim. Vide in-
fert. de substantia locati. 2. tit. de conduct. ob causā am-
pliat. 10. & in materia faciunt not. per Aleiat. regul. 2.
præsump. 7. & vltra eum pulchre Veron. ad leg. quod si
ita num. 4. ff. de ædilit. edit. ad intellectum regul. semel
malus. Pulchre vltra Alc. Luc. de Penn. in l. quemad-
modum, coll. 10. C. de agric. & censit. libr. 11. Capic. decis.
10. num. 46. Paul. Ghieland. de pen. omnibus corr. quæst.
10. numero 27. Ioseph. de Ludert. conclus. 64. fallent.
vltima. vbi tenet in ea procedere leg. 1. Cod. de rapt.
virgin.
31 Vltra quem limita, vt ex dictis Bart. in l. si vxor in
fin ff. de adult. vt non procedat in muliere semel vul-
gari, quæ post diu remansit innepta.
32 Sexto in materia locati, & conducti, nec non alio-
rum contractuum circa hunc primum communem
intellectum dixit Alber. post Din. in d. §. sed si alimen-
ta, quod si reperiantur imbreuiaturæ locationū, vel
aliorum instrumentorum alicuius notarij mortui, ꝙ
notarius subrogatus potest, & debet eos extendere
secundum consuetudinem notarij mortui, quæ si re-
periatur varia, attendēda est vltima consuetudo, vbi
Alber. firmat hoc esse verum, quoad instrumenta cō-
fecta tempore illius vltimę consuetudinis, in alijs se-
cus, sed est secunda consuetudo temporis confecti
instrumenti. Ex cuius Alberic. dictis videtur corolla-
rie colligi tacita subdeclaratio, vt attendatur vltima
consuetudo particularis personæ, de actis, & gestis il-
lius vltime consuetudinis tempore. Bene verum est,
quod circa dictum principale extensionis imbreuia-
turarū notarius subrogatus debet apponere clausu-
las consuetas apponi communiter per alios notarios,
& ita conciliādo multas opiniones tenet Ias. in l. Gallus
§. iaē credendum, num. 11. ff. de liber. & posth. quam com-
medat Ant. Gabr. de consuetud. conclus. 3. in fine. ex-
tendere autē ex coniecturata mente non posset sine
manda-

Digitized by Google

mandato iudicis, vt ibi per eum, & hæc est communis opinio, *Ias. in l. Argentarius, n. 3. ff. de edend.*

33 Secundus est Bar. ad illum textum intellectus post Dyn. quod aut præstatio fit respectu vnius causę tãtum, & tunc vltima attenditur; prout in d. §. sed si alimenta, vbi pręstatio alimentorum erat ex vnica tãtum causa, §. propter alimenta, vnde semper videtur vna præstatio.

Quandoque fit præstatio respectu diuersarũ causarum, & tunc non attenditur vltima, sed durior, validior, & efficacior, ita per Bart. *in l. Seio, §. medico, ff. de annu. legat.*

34 Vnde in hac materia locati, & conducti circa hũc intellectum infertur, quod si colonus præstabat domino aliquid ex conuentione, aliud ex liberalitate, puta hædum in paschate, & pullos in carnispriuio, si legat domino quantum præstabat, non consideratur id, quod vltimum est, sed venit id, quod ex consuetudine debetur, vt ibi per Dyn. Bar. & Alberic. reputãtes hoc valde notabiliter.

35 Similiter posset inferri ad quæstionem de facto, si ex charitate, affectione, vel liberalitate sua locator permisit, vt aliquis dignus, vel valde amicus conductor habeat, & fruatur, vel aliquibus massaritijs in domo, vel semen, vel quid simile, hoc non inducit solitum, nec attendi poterit, sed attenditur debitum ex causa conuentionis, vel obligationis: vnde ad extraordinaria non extenditur.

36 Tertius fuit ad illum textum intellectus Dec. *in rub. de consuetud. num. 21. & in l. certi condictio, §. si nummos, nu. 5. ff. si cert. petat.* quod vltima pręstatio; non intelligitur per vnicam tantum vicem inducta, sed solita ex pluribus vicibus solidatur: non enim (inquit) verisimile videtur, vt testator per prius per multas vices aliquid fit solitus facere, vel præstare, cui per vnicum nouissimum actum derogetur, ita vt ille solus attendatur, & præualeat. Qui Dec. intellectus vltra eum videtur confirmabilis ex doctrina Bart. *in l. de quibus, in repetit. num. 2. ff. de legibus*, vbi sentit, quod in actibus extraiudicialibus ad aliquid inducendum requiritur maior frequentia, quam requiratur in actibus iudicialibus.

37 Cui intellectui repugnare videntur verba *l. in singulari, prolata*, ibi, præstationem sequendã, quæ nouissima fuit, nec probat Dec. quod illa nouissima pręstatio de necessitate verificetur in pluribus actibus.

38 Quartum fuit intellectus ad illum textum Bald. *in l. item lapilli, qu. 7. ff. de rerum diuis.* quod ille textus loquitur in dispositione, & consuetudine testatoris, qui potest mutare consuetudinem vnico actu, & quod ibi consideratur magis animus, quam factum.

39 Cui intellectui repugnat, quia in dubio non est recedendum a proprietate verborum, *l. non aliter, ff. de leg. 3.* licet re vera ambulatoria sit volũtas testatoris vsq; ad supremũ vitæ spiritum, *l. 4. ff. de adim. legat.*

40 Quintus fuit Hieron. Cagnol. intellectus ad *l. item fundo, sub num. 135. ff. de offic. assess.* ibi, testatorem alimenta reliquisse, quæ viuens præstabat simpliciter non quæ viuus præstare solitus erat, vnde si alimenta reliquisset, quæ solitus erat præstare, vtique vltima præstatio non attenderetur. Straccha. *de mercat. p. 1. n. 8. Bell. supputat. lib. 1. cap. 20.* Et certe si solitum (vt diximus) in vna vice etiam verificari potest vt, jam deduximus, hæc videtur verbalis differentia.

41 Quare placeat sexto loco audire istum intellectũ, quod ille text. loquitur fauore tantum alimentorũ, in quibus vltima præstatio attenditur, secus in alijs casibus. Hinc practicando infertur; si testator dicat, lego tales fructus fundi mei, vtique non habebit legatarius pro vno anno, sed toto tempore vitæ suæ, *l. defuncta, §. fin. ff. de vsufruct.* quod summopere commendat in practica Alberic. *in d. l. mela in fine.*

42 Si igitur ille textus loquitur in fauorabili casu alimentorum, nõ potest summi generale axioma, vt solitũ de vna vice dicatur, l. ius singulare, *ff. de legibus.*

De locatione incerta.

QVAESTIO VI.

1 ET circa hoc verbum, solet, & solitum, de quo incidit sermo, & quæstio obiter in materia locati, & conducti vtilis exoritur indagatio. Sempronius de patria profecturus fortasse in conductam pro Medico alio accessurus locauit alicui eius domum hoc modo locauit domum cum omnibus, quæ in ea sunt, vel esse solent: idem de fundo dato ad laboritiũ dici potest. Vidi folium sic materna lingua conscriptum, *gli appigiona la sua casa con ciò, che vi è dentro*, & vtiq; veniunt ea, quæ sunt, vel esse solent in domo perpetui vsus causa, non ad tempus, *l. qui saltem*, vbi Bar. & Alberic. notant de verbo, solet, *ff. de legat. 3. l. si fundum, & ibi not.* Alberic. post Dyn. *ff. eodem tit. de legat. 3.* vbi non venit pecunia gratia fœnerandi. Bar. *in l. generali, §. vxori, in 2. respons. ff. de vsufruc. legat.* Bald. *in rubric. C. de verborum signification. quæst. 4.* vbi concludunt, non venire pannos venales, & petias lini venales, idem Bart. *in l. diuus, ff. de bon. damnat.* Vnde poterit vti equo ad vsum destinato non venali, Castrens. *in l. seruos, §. fin. ff. de legat. 3.* Bart. *in l. cum tabernam, ff. de pign. Cin. &* Bald. *in l. vbi adhuc, C. de iur. dot.* Alex. *& alij ad l. si contenta, ff. solut. matrim.* Decian. *cons. 38 1. num. 5. in l. 1. num. 24. ff. de reg. iur.* Bellon. *cons. 9. num. 7.* Ruin. *cons. 155. num. 9. lib. 3.* Dec. *cons. 76. num. 2. in authent. præterea, num. 7. C. vnde vir, & vxor. in l. omnia, num. 1. ff. si cert. petat. cons. 389. colum. fin. numer. 11.* Marsil. *in rubr. de fideiuss. numer. 195.* Socin. *in l. qui Rom. §. Callimachus, column. 1. ff. de verb. obligat. Ias. in §. item Seruiana, num 45. Institut. de act.* Roman. *singul. 437.* Crot. *in l. si contenta, in 1. lect. num. 96. & in 2. lect. num. 139. ff. solut. matrim.*

ADDITIO.

☞ *Et merces incerta vitiat locationem l. si merces in princip. ff. locat. Marsil. de probatio. num. 386.*

2 Declaratur notabiliter ista conclusio, vt nõ procedat, quando in domo, vel fundo non essent nisi prohibita, vel ad tempus parata, quia tunc, ne actus sit inutilis, ea venient. tex. notabilis in materia locati loquens *in l. fundus qui locatus, ff. de fund. instruct.* de qua materia dicam in quæstione de hoc particulari tit. sibi specialiter reseruata, vbi placet videre, & sentit Fulgos. *in d. l. qui saltum.* Garun. *verf. resolu. lib. 2. cap. 5. num. 4. ext.*

3 Conductor igitur vtetur masaritijs domus, & instrumẽtis fundi, pecoribus, & bobus, & alijs mobili-

 bus,

bus, dummodo sint ad perpetuum vsum.

4 Similiter veniunt in tali locatione ea, quæ locator habet in domo ad delegationem, vt spallerię, libri morales, & huius generis similia, *l. quæsitum, §. sed si fundus, l. prædia maritima, §. final. l. sesc, § tirannide, ff. de fund. instruct.*

5 Ex quibus corollarie sequi videtur vnum generale axioma, quod non videntur solita esse in fondo, vel esse in fundo, quæ ibi sunt ad tempus, *l. vxorem, §. leganerat, ff. de leg. 3. & l. qui filium, l. si vxori, §. cum ita, ff. de aur. & argent. legat. l. 2.* vbi Ias. post Alberic. *C. de verbor. signific.*

6 Et premissa declaratio subdeclaratur, vt non procedat, nisi dispositioni esset adiectum vniuersale, omnes, quo casu excluduntur etiam prohibita, ita Bar. *in d. §. vxori, sequitur* Ias. *ad l. 1. num. 2. C. de verb. significat.* Dec. *cons. 294. col. 2. & 358. col. 1. in fine, & cons. 666. col. 1.* Ruin. *cons. 79. col. 1. in princ. vol. 1.* Roland. inferens ad notabilem quæstionem in materia sportularum, *cons. 87. num. 9. lib. 2.*

7 Ex quibus corollarie infertur ampliatio ad *reg. l. Iulianus, ff. de legat. 3.* qui omnia dicit, nihil excludit. Ampliatur, vt comprehendat etiam prohibita alienari ex superius adductis.

8 Quæ declaratio subdeclaratur, vt tunc procedat, quando signum vniuersale esset multiplicatum, & adiectum tam rei, quã loco, secus si rei tantũ, & non loc. Ita declarat Pinell. *de bon. mater. in rubr. part. 1. n. 43.* sequutus est Sarac. ad Materilan. *notab. 136.*

9 Es quibus corollarie habetur ampliatio ad *l. obligatione generali, ff. quæ res pignor. obligar. possunt,* vt procedat, siue obligatio sit indefinita tantum, siue vniuersalis, & militat eadem ratio.

10 Secundo corollarię infertur limitatio ad *l. Iulianus, ff. de leg. 3.* qui omne dicit, nihil excludit: iuxta tamen naturam contractus, cui signum vniuersale adijcitur, Bart. *in l. a procuratore, C. mandat. in l. si a pluribus, in princ. ff. de leg. 3.*

De locatione obscura.

QVAESTIO VII.

Sed pulchra, & vtilis est indagatio, & vidi in fa-
1 cto euenire in materia locati, & conducti. Sempronius ære grauatus affictauit omnia bona sua stabilia, & mobilia, & animalia existentia in dictis bonis, & tempore locationis quædam bestiæ reperiebantur in maritimis regionibus, Tudertini dicunt *à sucrnare*, vt in tempore non frigido redeant, debenturne? vtique sic, quia esse dicũtur ea, quę sunt extracta, vt remittantur *l. huiusmodi, §. legatum, ff. de legat. 1.* ex hoc inferens, quod plebano debentur decimæ be-
2 stiarum, quæ natæ sunt extra locum suum animo eo reponendi. Facit lex si Titius, vbi etiam Alber. *ff. de seru. export. l. inter stipulantem, §. sacram. ff. de verbor. obligat. fundi, §. si. cum l. sequenti, ff. de act. empt. l. nibil ff. de captiuis, & postlim. reuers.*

3 Hinc, si locator auarus misit aliquas massaritias in villa pro negocijs ęstiuis, vt Tudertini faciũt animo reducendi in ciuitatem, debentur cõductori domus, cum omnibus, quæ in ea esse solent ita Castr. dicens Florentiæ ita practicasse, *in l. 1. C. de verborum significat.* vbi etiam Ias. qui prædictas authoritates non allegat, sed solum textum notabilem in *l. quæsitum, §. fin. ff. de legat. 3.*

5 Conductores igitur Doganæ Tudertinę male (ni fallor) facere videntur, cogere ad pedagiũ in extractione, & remissione, cum id, quod est remittendum, extractum non dicatur parte superius adducta, sed excusantur, quia publicani sunt. Et secundum hanc principalem iam de assuefactione positam conclusionem procedunt superius in contrarium adducta, quod vltima multis in casibus ibidem relatis attendi debeant, non autem in omnibus, qui declarantur per sequentes conclusiones. Ex quibus omnibus habes aliquid de solito, & eius virtute, & potentia.

6 Secunda principalis ad declarationem sit conclusio, & intelligentia. Consuetudo nondum completa, & dum (vt vulgo dicitur) est in fieri, tollitur per vnicum actum contrarium. *Ita* Abb. Butr. Barbac. & Fel. *num. 31. in fine, vers. quintus casus, de constit.* & in hoc etiam casu proceditur id, quod dictum est. Vltima derogant prioribus, & quando consuetudo prima interrumpitur, reducimur ad ius commune, Bar. & alij, *in l. 2. in fine, ff. solut. matrimon.* Et hęc est cõmunis opinio, Roech. *de consuetud. in cap. fi. q. 10. conclus. 1.* Dec. *cons. 8. col. 3. & cons. 215. colum. 2.* Corn. *cons. 225. in fine, vol. 4.* Roland. *cons. 87. num. 43. volum. 2.* quem videas, quia loquitur in casu quotidiano de consuetudine soluendi sportelas in causis summarijs, quando difformiter fuit obseruata, quia redimus ad ius commune, & solui non debent, quid not. procurator Tuderti.

7 Ex quibus corollarie infertur intellectus ad *l. semper in stipulationibus,* ibi. Si regionis mos, quia vari, & intelligitur de consuetudine nondum completa, & minimum attenditur per reductione ad ius commune, & idem ad regulam, in obscuris, *lib. 6.*

8 Deelaratur præsens conclusio, quando actus vltimus contrarius fiat a maiori parte populi, secus si a minori. Vnde si in contractu locationis est consue-
9 tudo, vt ponatur generalis hypotheca bonorum, cuius effectus ponam in tit. de singular. successore, si duo vel tres in loco, vbi viget consuetudo, eam non apponant, non erit per hoc sublata illa consuetudo, quia attenditur saltem maior pars populi, ita Bar. in
10 *l. de quibus in 2. quæst. principal. vers. iuxta prædicta, ff. de l.* amplias etiam in iudice, qui faciens aliquid contra consuetudinem, eam non interrumpit populo reclamante, vel murmurante, & hæc est communis opinio, Roceh *in c. fin. quæst. 10.*

11 Immo si est consuetudo, vt in contractu locationis, & conductionis apponatur hypotheca bonorũ, habetur pro apposita, & extendi potest, vbi consueta, Bal. *in l. bene a Zenone, col. fin. C. de quadr. præscript. in l. 1. col. pen. in fi. ff. sol. matr.* Capic. *dec. 159.* Affl. *super constit. fol. 158. in rub. de salar. iudic. num. 13.* Ioan. Nic. *in l. generaliter, nu. 68. C. de secund. nupt.* Ruin. *cons. 132. col. penult. volum. 5.* Dec. *in l. semper in stipulationibus, num. 14. ff. de reg. iur.*

12 Ampliatur, vt procedat tam dum instrumentũ est in fieri, quam et postquam est factũ. De primo in fieri, constat ex Bald. *in rubr. C. de his, quæ in fraud. cred.* Barb. *in c. quoad translationem, colum. 6. de offic. leg. in c. cum M. col. 45. de const. & in c. 2. colum. 1. in fine de precar. Marcell. sing. 123. dicens sæpius in facto habuisse* Ang. in contractu locationis loquens, *in l. licet, C. loc.*

Ias. in

Iaf.*in l.vt liberis,col.5.limit.2.de coll.*Alex.*in l.Gallus, §.idem credendum, col.2. in fin.de liber. & posth.* Barb. *conf.9.col.fin.vol.4.* Afl.*super constit.de salar.iudic.nu.* 17. Parif. *conf.45.col.3. in fin. vol.1.*

13 De fecundo poftquam eft factum,fentit Fel.*in c.t. col.8.vt lit.non contest.*Alex.*conf.105.colum.fin.vol.2.* Iaf.*in d.l.vt liberis*, Rip. *in r.cum M.col.21. limit.5.de constit.* Ant.Gabr. *de consuet.concl.3.num.34.*

14 Si igitur oriatur contentio in iudicio, & conductor velit fingularem fucceflorem ei ftare debere, inftare poteft extendi hypothecam de ftylo ad fui fauorem,vt ex hoc fucceflor ei ftare teneatur. Dicã Deo dante tit.de fing. fucceflore.

15 Tertia principalis fit conclufio. Confuetudo cõpleta non tollitur per vnicum actum cõtrarium,fed tollitur eo modo, quo fuit inducta, & fic per aliam contrariam confuetudinem, glof. notabilis eft, & ab omnibus commendata *in l. nemo, §. temporalis, ff. de regu.iur.* quam fequuntur,& commendant *in c. fin.de consuet.* Abb.*col.2.* Butr.*col.4.ver.sed est dubium*, Barbac.*col.29.* Aret. *conf.23. in fin.* amplians idem tem-

16 pus requiri ad tollendum, quod interuenit ad inducendum, & complendum, per *c.1.de reg.iur. in anti.qui*, Bart.*in l.de quib.num.25.vbi* Iaf. *num.79.ff.de leg.* Car. *conf.131.reperitur in fi.* Alex. *conf.127.* loquens in inftrumentis locationis, *vol.5.* dicens, quod fi in

17 aliquibus inftrumentis repetiantur aliquæ claufulæ, & aliquæ non,attenditur ius commune,& in contrarijs confuetudinibus vltima attenditur. Rocch. de *consuetud.q.10.concl.2.in fi.*

Cui addo Inno.in c.accedentibus,de priuil. Bald. *in cap.1.§.notandum,in fin.de his,qui feud dare poss.& in leg.1.vers.pone,& in l.2.nu.5.C.quæ sit longa consuet.* Dom.*in c.in his,dist.11.in fin.* Hoftien. *in c.ad audientiam,in glof.2. de clericis non resid.* Fel. *in c. cum accessissent,num.30.limit.7.de constit.* Cui addo Abb.*in consil.49.lib.1.in fi.*Dec.*in d.§. temporalis*, Alex.*in l.2.in fi.n.31.ff.solu.matr.* per textum ab omnibus celebratum in *l.fi.& ibi* Bal.*not.C.de seruit.& aqua.*

19 Declaratur ifta conclufio, quando illi,inter quos confuetudo eft inducta, fcienter, & collegialiter feciffent vnicum actum contra eium confuetudini, nã tunc non procedit,quia confuetudo tolleretur. Abb. *in cap.pro illorum, de præb.* commendat Dec. *in d.§. temporalis.*

19 Vltra eum fubdeclara,vt non procedat fauore ecclefiæ,cui ex confuetudine fit ius quæfitum,imò nec prælatus hoc cafu ecclefiæ præiudicare poffet.Inno. *in cap.accedentibus, de priuileg.* dicit valde fingulare Alex.*conf.5.vol.5 sentit* Dec. *in d.c. cum accessissent,in fin. num. 96.*

20 Declaratur fecũdo,vt non procedat in vnico actu fucceffiuo, qui contra confuetudinem etiam cõpletam factus ei derogat.Ita poft alios Fel. *in d.cap.cum accessissent,nu.31.vers.* Secundus cafus. Rocch. *in rubr. de consuetud.* in vltimo requifito ponens exem-

21 plum in beneficio folito conferri, & perfonis regularibus,fi conferatur clerico fęculari,per annos quadraginta tollitur prima confuetudo.

22 Declaratur tertio notabiliter, vt procedat in petitorio,fecus in poffeflorio, quia vltima poffeffio attenditur. Bal.*in c.1. de cogn.feudi,col.1.* Io. Andr.*in c.cum ecclesia,de constit.* Oldrad. *conf.412. in fin.* Federicus *conf.234.in 1.dub.* Calderin. *conf.12.de iur.pat.* Abb. *conf.54.col.1.lib.1.* Dec. *in d.§. temporalis, & conf 129. & 224.* Fel. *in d.c. cum accessissent,num.30. vers.quartus casus*,vbi valde commendat,& extollit. Commendat etiam Alex.*in l.1.sub nu.31.ff.sol.mat. & conf.118.lib.* Curt.*sen.conf.24.col.2.* Taurin. *in l.pacta nouiss. col. fin.C.de pact.*

23 Vltra quos omnes fubdeclara, dummodo vltima illa poffeffio fit certa, fecus fi fit dubia, obfcura, vel clandeftina, Alex.*conf.110.num.1.lib.1.conf 8.n.3.lib.3.conf.88.nu.12.lib.5.conf.103. nu.3.lib.7.*

24 Additur etiam, quod fi confuetudo de Iure Ciuili eft præfcripta per x. annos, vel quadraginta de Iure Canonico,illa attenditur, nec reditur ad ius commune,ita Alex.*d.conf.5.vol.5.vers.non obstat.*

Ex quibus omnibus (ni fallor) patet refponfio ad contraria,quando folitũ attendatur,quando prima, vel fecunda confuetudo tã particularis perfonæ,quã alicuius vniuerfitatis,in confuetudine vniformi, vel difformi completa,vel non completa,& quando vnicus actus attenditur, & quando plures requiruntur.

25 In contractu igitur locationis,& conductionis attenditur vltimum in confuetudine locatoris,vel conductoris. Attenditur confuetudo prima, fi completa eft,& claufulæ apponi folitæ poffunt extendi, ante, & poft inftrumentum per eundemmet notarium, prout fupra vifum fuit.Ex quibus omnibus vtilitatis caufa corollarie infertur limitatio in materia cõfuetudinis,*ad l.nihil tam naturale,ff.de reg.iur.* vt nõ procedat in confuetudine patrifamilias, quia vnicus vltimus actus multis præcedentibus derogat.

Secundo non procedit in confuetudine non cõpleta,& in fieri,quia per vnicum tantum actu tollitur.

Tertio non procedit in actu fucceffiuo, quia licet vnicus, tollit priorem cõpletam confuetudinem.

Quarto non procedit in poffefforijs, in quibus vltima poffeffio legitima attenditur.

De mercede coacta.

QVAESTIO VIII.

ET in hac perutili materia locati,& conducti, & confuetudinis,quæro vnum fatis practicabile ad *leg.si venditor, §.constat,ff.comm.præd.* Adiunt in mea patria Tudertina lapicidinæ (patriæ dicunt) aliquis vult ingredi fundum meum,& effodere,nunquid potero cogi?

1 Videbatur dicendum, quod non,quia id, quod noftrum eft,fine facto noftro ad alium transferri nõ poteft,l.*fin.in fi.C.de pact.l.2.§.dominorum, ff. de his,qui sunt sui,vel alien.iur.* vbi Bar.*nu.2. hoc not.*

Secundo facit *l.nec emere,C.de iure deliber.*

Pro refolutione ponendi funt aliqui cafus.Primus eft.Circumfcripta omni confuetudine,vel ftatuto, & tunc non datur acceffus ad effodiendum,etiamfi cõdecens falarium offeratur,ita ex mente illius tex.colligit poft Iac.de Aret.Alb.*in d.§.si constat in fin.* Vnde nõ auditur effodere volẽs:Dabo falariũ,& mercedẽ.

3 Hinc corollarie fequitur ampliatio *ad l.id quod nostrum, ff.de reg.iur.* vt procedat offerendo fimpliciter falarium,vel mercedem,ergo regulariter inuitus nemo cogitur locare,vt fuo loco dicam.

4 Secundus eft cafus ad intellectum, & materiam *d. l.si venditor, §.si constat*, cum confuetudo, vel ftatutũ

hoc dictat, vt nullo constituto salario, vel mercede in alieno effodere liceat, & tunc nec princeps hoc facere posset, *l. quoties, vbi not, Cod. de præt. Imper. offeren.* repugnat enim (inquit Alber. iure naturali, vt pro nihilo tradam rem meam, ergo non valet, *§. sed naturalia, Instit. de iur. nat. gent. & ciuil.*

5 Tertius est casus ad materiam *d. l. si venditor, §. si constat.* cum consuetudo, vel statum hoc disponit soluto solito salario, & tunc potest d. §. constat ex quo habes aliam speciem soliti salarij, & ibi Alber. dicit, quod est duodecim pro quolibet plaustro, vel carrata, ad quod aduertant fabricantes Aufrer. *ad Tholos. q. 446. in fine*,

6 Et quod dictum est in lapidicinis effodiēs, in facto occurrere potest in pasculis, & herbatieis in aliquo transitu obtinendo, & similibus, & sic habes aliud solitum salarium ad intellectum, *l. si venditor, §. si constat, ff. commun. præd,*

7 Ex quibus infertur limitatio *ad l. item si verberatū,*
vbi Bar. *ff. de rei vend. & l. Lucius, ff. de euict. & l. An-*
tiorbesium, ff. de priuil. credit. quod princeps statutum,
& simplex officialis, potest ex causa auferre rem
8 meam soluto tamen pretio, vel mercede, prout Tu-
derti euenit, pro vijs publicis reficiendis, Dec. *in cap.*
quæ in ecclesiarum, nu. 24. de const. Par. *cons. 1. colum. 17.*
vol. 1. Ant. Gab. *de iure quæsito non tollendo, conclus. 1.*
nu. 34. & ponam inferius suo loco latius.

9 Secundo subinfertur limitatio *ad l. nec emere, C. de*
iur. de liber. vt non procedatat ex consuetudine cum
causa, & soluto pretio. Et in materia locati, & con-
ducti, de qua agimus, notabilis est ille textus *in §. si*
10 *constat,* quod pensio, & merces debeatur in princ. &
ibi hoc not. Accurs. inferens, quod aduocato debea-
tur patrocinium in pr. Dicam Deo dante suo loco.

De mercede Metalli.

QVAESTIO IX.

1 REperitur vlterius alia in iure soliti salarij, & mercedis specie, quæ est *in l. cuncti, C. de metal. et metallar. lib. 10.* vt effodientes pro metallo præstent decimam fisco, & decimam priuato, & quia est parum in vsu, ideo omittam.

De merrede Thesauri.

QVAESTIO X.

1 DAtur etiam alia species soliti salarij, & loquitur in materia locati, & conducti, in conductore, vel colono, quia colendo fundum conductum inuenit non data opera thesaurum; nam dimidiam ipse dimidiam fundi dominus habebit, *§. Thesaurus, Instit. de rerum diuision. l. 1. C. de Thesaur. lib. 19.* Dicam suo loco, & dicam potius ad delectationem, quam vtilitatem, quia vbi agitur de lucro captando, Principes prouiderunt, nec hēt locum prçuentio, nec regula, prior in tēpore, sed potior in potentia, & auctoritate.

Quæro, est facta locatio hoc modo, locamus secundum formam, quæ olim locata fuit, nisi constet de alia locatione, non valebit locatio, nisi pensio fuerit expressa, Castrens. *in l. pen. C. de instit. & substitut. & in l. admonendi, nu. 13.* vbi Ias. *in 1. lect. num. 39. ff. de iureiurando, in l. Marcellus, nu. 14. ff. ad Trebel. in l. placet, num. 22. ff. de liber. & posth.* Alex. *in l. ait prætor, §. si iudex nu. 2.* vbi Rip. *nu. 5. de iureiur. cons. 29. nu. 9. libro 7. cons. 87. nu. 6. vol. 6.* Dec. *cons. 63. nu. 6.* Paris. *cons. 19. n. 68. cons. 60. num. 43. vol. 2.* Crauet. *cons. 88. nu. 3. decis. Pedem. 23. nu. 41.*

De substantia locationis, secundo.

POstquam vidimus aliquid de salario, mercede, vel pensione non constituta, quomodo debeatur, & peti possit, & de solito, & cōsueto aliquid tetigimus in materia locati, & cōducti; videamus de aliquibus personis an mercedem, salarium, vel recognitionem petere possint, licet nihil fuerit promissum et de mercede quasi tacita, &c.

Frater. *Titulo de bonis quæ liberis.*
Socius. *Tit. Socio personam exercente.*
Tutor. *Tit. Administratione Tutorum.*
Syndicus. *Tit. Administr. rerum ad ciuitates pertinentium.*
Negotia gesta. *Tit. Negotijs gestis.*
Testis. *Tit. Testibus cogendis.*
Iudex. *Tit. Sportules iudicium.*
Notarius. *Tit. Notarij salario.*
Inuentor. *Tit. Rerum inuentoribus.*
Defensor. *Tit. Condictione ob turpem causam.*
Famulus. *Titulo. Famulo.*
Obstetrix. *Titulo. Obstetricibus.*
Intromissor. *Titulo. Intromissoribus.*
Occonomus. *Titulo. Occonomo Capituli.*
Arbiter. *Titulo. Arbitri salario.*
Agrimensor. *Titulo. Agrimensoribus.*
Assessor. *Titulo. Assessoribus.*

De bonis quæ liberis.

QVAESTIO I.

1 PVlcherrimus (si Ias. credimus) vtilis, & quotidia-
nus est in hac quæstione propositus casus, & est
inter fratres, quorum inter eos maxima est inuidia.
Pater quidā erat diues, & multas habebat possessio-
nes, & duos habebat filios; vnum maiorem, aliū for-
tasse infantem; videns se ætatis senilis, & fortasse de-
crepitæ, & inhabilem labori gubernij domus, maio-
ri natu bonorū concessit administrationem, qui per
annos multos administrauit. Moritur pater: in diui-
sione filius iam administrator petit mercedem, & sa-
larium, & tantum quantum alicui negociatori datū
2 esset, nunquid debebitur? Primo videbatur, quod sic
ea ratione, quod si exercuisset personam suam in pe-
cunia patris, lucru aliquod deberetur exercitio per-
sonæ; ita quando circa possessiones paternas, & hac
ratione deductus fuit Fulg. *in d. l. illud, C. de coll.*
3 Secūdo loco vltra Fulg. & alios pro hac ipsa opi-
nione facere videtur huiusmodi ratio. Grauatus in
vno releuetur in alio. regula secundum naturam, *ff.*
de reg. iur. l. cum qui de iureiur. ff. de iureiur. sed fra-
4 ter, qui administrauit in vita patris, tenetur confer-
re, & communicare lucra, & acquisita ex industria
sua & labore fratrib. Bal. *in auth. ex testamento q. 19.*
nu. 17. C. de collat. vbi fortius tenet esse cōicanda lu-
crata, & quæsita post mortem, si separari, & discerni

nun

Digitized by Google

non possunt,ergo releuandus videtur de condecenti
salario,mercede,& recognitione sui laboris.
5 Tertio loco vltra alios facit,quia naturæ,& iuris
præsumptio est, vt pater eligat salubris consilium
pro filio,l.nec in ea.ff.de adulter.vnde cum pater fi.
lio administrationem concesserit, verisimiliter cre.
dendum est,quod velit de suis laboribus, & industria
meritoriam recognitionem habere, alias non cense-
retur vtiliter consuluisse filio,& si de hoc interroga-
tus esset, vtique sic præsumendum esset tale pa-
6 ctum,§.si. *vbi gloss.& alij notant.ff.de pact.*cum præ-
sumatur patrem plus diligere filium quam seipsum,
l.isti quidem ff. quod met.caus. Alc.*reg.1.præsumpt.* 1.
Neuiz.*in silu.lib.1.numer.*58.Mars.*in repert l. vnic.*
num.7.C.de rapt. virg. in l.inauditum.ff.ad leg.Corn.
de sicar.
7 Quarto vltra alios facere videtur, quia salarij, &
mercedis materia fauorabilis est.Spec.*in tit. de excе-*
*pt.§.3. vers.item nota,*cum iure diuino sit inducta, vt
operarius sit dignus mercede sua, & alibi dicitur,
non maneat merces operarij tui, vsque mane, ergo
extendenda.*reg.odia,lib.6.*
8 Contraria est opinio Ias.& aliorum *in l. illud.C.de*
colla. quod immo nullum debeatur salarium. ea ra.
tione,quia mandatum præsumitur gratiosum,*l.1.ff.*
mand.
9 Secundo vltra alios facit in simili,quod mater re.
dimens filium a captiuitate, non repetit pretium,
quia præsumitur fecisse animo donandi, *l.liber ca-*
ptus,C.de c.& postem.reuers.
10 Tertio vltra alios in fratre, de quo agimus, ha.
betur, quod sciens partem, quam ipse habebat in
fundo donatam a fratre vxori,præsumitur remisisse
ius suum *in l.si seruus communis,ff de don.inter. virum,*
& vxorem.
11 Quarto vltra alios facit, quod maritus si luit or-
namenta vxoris pignorata,& ea restituit, inducitur
donatio,*l. vxori,§.de leg.3.l.si sponsus. ff. de donat. in*
*ter virum,& vxorem.*Bar.*in l.si maritus.C eod.*Et hęc
opinio apud Doctores reputatur verior,vt dicit Ias.
in allegata l. illud sequitur, & commendat.Petrasanct.
*singul.84.in fine,*dicens esse casum valde practicabilē,
& quotidianum,& sæpius in facto occurrere,& eue-
nire,maxime ratione paternæ reuerētię,quæ gratui.
ta esse debet. Si enim mandatum ex simplici officio,
& amicitia proueniens debet esse gratuitum, multo
magis a reuerētia,& pietate paterna, cui multo ma.
gis debemus,& tenemur.
12 Quæ conclusio limitatur,vt non procedat in soli.
to locare operans sua, vt sentit Ias.*in d.l. illud.*Si n.
filius non studisset administrationi a patre commis.
tæ,vtique non sine incommodo, & vtilitate suo soli.
to exercitio operam nauasset. Sed vna in præsenti
oritur difficultas,quod ipsa coniunctio sanguinis pro.
ximitas & attinentia non videtur in se sufficiens ad
pręsumendum officium gratuitum,nisi in quibusdam
casibus a iure expressis,*vt est gl.& ibi* Bar.*in l.liber.*
*tis quis,§.1.ff.de alim. & cibar.*legat.*in l.idemque,§.si*
13 *cui mandauero. ff. manda.* ac etiam concurrentibus
diuturnitate temporis, & ratione sæpius calculata,
& hoc dictum gl.quod hæc tria requirantur, tenent
per illum text.Bart.Bal.& Sal.*in l.Procula,ff.de prob.*
Bal.*in l.1.in 2.q.C.de iur.dot. in l.cum proponas. colu.*
*1. & in l.si certis annis col.5 .C.de pact.*Alex.*cons.46.*
vol.1.& hæc est cōmunis opinio teste Ias.*in l. quæ do-*
*tis nu.18.ff.sol.matr.*Ale. licet quoad se aliter teneat,
*reg.1.præsumpt.32.nu.6.*Ias.*cons.193.lib.2.* Socc.sen.
*cons.25.num.10.lib.1.*Ruin.*cons.162.numer.40. lib.3.*
Afflict.*decis.13.num.12.*Purpur.*ad l.cum quid.numer.*
*128.ff.si cer.pet.*Soc.iun.*cons.128.num.108.lib.1.cons.*
*14.in fine lib.2.*Alc.*respons.304.in fin.*Neuiz.*cons.57.*
*numero 6.*Gram.*decis.103.num.39.*Tiraq.*de retract.*
*consang.§.1.gl.6.num.154.*Iac.Menoc.*de arbit.iud.lib.*
2.centur.1.cas.88.num.16. Cui adde Dec.*cons.79.&*
267.col.2. Alphan.*report.226.* Tiber. Dec.*cons.85.*
*nu.19.lib.2.*Franc.March.*decis.207.num.5.part.2.*&
hæc hodie est magis communis opinio Ioseph, de
Ludou.*concl.9.limit.3.*Mascar.*concl.813.nume.5.&*
concl.552.nu.41.
14 Cum ergo ex prędictis ad intellectum,*l.Procula.ff.*
de proba. sola ratio sanguinis alijs non concurrenti.
bus donationem non inducat,nec actum gratuitum,
ergo filius pro suo labore premium,recognitionem,
& mercedem petere poterit. Franc. March. *decisio.*
907.p.2. Et si dicas,id in patre non procedit, cui ra.
tione paternæ reuerentiæ multum debetur, respon-
15 detur, & inter patrem, & filium considerari posse;
nam si pater nomine filij emat, & nomen filij in in.
strumento apponi debet, non tamen nomine filij e.
misse,vt donet,nisi secuta sit traditio, *l.filij,C.famil.*
*hercisenn.*quam ibi ita declarat Bar.Sic. in alio asce.
denti,qui pro suo descendenti impendit,donandi ani.
mo non pręsumitur, impendisse,vti respondit Corn.
*cons.15.in fi.lib.4.*Crau.*cons.86.nu.3.*
16 A fortiori è contra cum filius in causam patris
impendit,impendere non creditur animo donandi,
sed repetendi, nisi modica sit impensa,*l. si filius,* vbi
Alex. dicit hunc esse communem intellectum, *C. de*
neg.gest. sentit Dec. *cons.21.sub nu.7.* Et hæc opinio
mihi videtur in iure verior. Retenta tamen altera
opinione magis recepta,vt salarium petere non pos.
sit respondetur ad contraria vnico verbo,vt non pro-
cedunt attenta reuerentia paterna,cui filius omnino
tenetur.
17 Ex quibus omnibus vtilitati studendo infertur co.
rollarie ad intellectum, *l.Procula,ff.de probat.* vt illa
tria requisita non procedant hoc respectu, vt possit
petere salarium pro administratione bonorum a pa.
tre concessorum, satis enim est charitas paterna,pie.
tas,& reuerentia.
19 Secundo loco vltra Menoch. & alios supra addu.
ctos, dicitur, quod dispositio *l. Procula* data scientia
sufficit, cum coniunctione sanguinis, & cursu longi
temporis,ita declarat Caldan.*consil.23.in fin.per text.*
in leg. si communis seruus, ff. de donat. inter virum, &
vxorem.
19 Tertio vltra alios ad intellectū *l. Procula,* dicitur
quòd sola coniunctio sanguinis inducat donationem
etiam inter fratres,Alex.*cons.166.col.3. vers.*non ob-
stat,dum quinio apponuntur *lib.7.*Soc.*consil.4.col.8.*
*vers.8.*magis in terminis, *lib.4.* Dec.hoc valde com.
mendans Crauet.*cons.68.colu.pen.in fin.* Valde etiam
commendat Crauet.*cons.59.sub nu.4* & præsumitur
potius ex causa sanguinis,quam remunerationis *leg.*
tutor, §. quæ a tutoribus, ff. de excusat. tutorum, quam
singulariter dixit Rom.*sing.652.cons.207.235.* Ioan.
Lup.*latr de donat.§.45.*late tat.Dec.& alij. in *l.si do-*
natione, C. de collat. Coral.*libr.2. Miscell.cap.4.* Vnde
consan-

Digitized by Google

consanguineus si recepit aliquod seruitium a consãguineo, vt faciat pro eo aliquid, quod fit industriosum, & præsumetur citra aliud non pro remuneratione pro specie quadam salarij, vel mercedis, sed ratione sanguinis, vt infra alias dicemus. Et si summa sit parua, vel ratio esset calculata, non sæpe, sed sæpissime, vel coniunctio arctissima, hoc solum sufficit ad materiam *l. Procula*, Ioseph. de Ludou. *concl.* 209. *in fi.* Ioan. Fie. ad Villalo litera d, *sub n.* 149. Hercul. *de negatiua nu.* 3. & inter scientes duo sufficiunt, coniunctio sanguinis, & cursus longi temporis, Crau. *cons.* 159. *nu.* 3. vbi coniunctio solam sufficere dicit, & quod in summa non modica tria requirantur, late Masca r. *concl.* 154. *nu.* 41.

21 Secundo corollarie infertur limitatio ad l. r. ff. mandat. quod mandatum non intelligatur gratuitum in solito negotiari, vel exercente aliquod officium.

22 Vnde si mando notario, vt extrahat mihi instrumentum, non est gratuitum, sed tenor ad impensam extractionis, & sic de singulis sentit Bart. *in l. quædã, ff. de eden. in l.* 1. *nu.* 7. *C. eod.* & sic habes quomodo intelligatur gratuitum.

23 Sed quid, si filius non administrauit, sed cum pecunia a patre concessa mercantiam, exercuit, & multa lucratus est, poterit ne petere salarium: Vtique Angelus respondit, quod non, ratione debiti paterni *cons.* 85. *col.* 3. *vers. nec possunt dicti filij*. Videt igitur filius carere salario, & omnia lucra fratribus communicare, vt per eum.

24 Et adde, quòd si quis administrat bona consanguinei, præsumitur velle facere, expensas de bonis proprijs ipsius consanguinei *gl. notabil. in l. Nesennius, ff. de neg. gestis*, secus si non administrat, quia præsumitur voluisse donare, *l. alimenta, C. de neg. gest.* Boer. *singul.* 24. *in verbo expensæ in fine.*

De sorio personam exercente.

QVAESTIO II.

Altera non minus vtilis, & necessaria proponitur indagatio, & quæstio, si Decio infra allegãdo credimus. Duo sunt socij, qui alicuius rei, vel negotiationis societatẽ contraxerunt: an ille, qui exercet salarium, constitui possit, & debeat, vel possit, finita societate ex vi quadam tacitæ locationis condecens salarium petere. Vidi hoc in facto Tuderti euenire in societate conductionis marcelli, vbi vnus exercebat personam suam laborando, & equitando quotidie in emendis bestijs, vendendis corijs, & pellibus, & quocunque anni tempore, non sine vitæ quãdoque periculo, & discrimine, omittendo, quãdoque proprij patrimonij regimen, gubernium, & administrationem, & in fine in reuidendis rationibus conquerebatur dicens, cur potius ego, quam alij tot sine mercede subeo labores, nõne ego homo alij, ciuis, & bene natus vt alij, & si ego in cursu aliquam graue valetudinem, membri alicuius fracturam incurrissem, quis me liberasset? quis expensas, incommoda, & damna restaurasset? Vtique domus mea propria, bursa propria. Hanc eandem quæstionem ponit in facto euenisse in societate lacus Perusini Petrus de Vbald. *in loco inferius allegando* Valde in practica cõmendat Dec. *in loco inferius citando*, & in facti contingentia pluries consuluit Corn. vt videbimus. Et primo loco videbatur affirmatiue tenendum, salarium, & mercedem deberi, & hoc, quia nemo suis sumptibus militare tenetur. *r. cum in officijs, de præscriptionibus.*

1 Secundo facit, quod habetur in l. cum duobus, *§. si in coeunda, ff. pro socio ibi*, opera pretium recipit. Et
2 quoniam hic est textus valde celebris in materia locati, & conducti, quod colonus est socius domini sui,
3 ob id ponam aliqua circa intellectum verborum, quæ obscura videntur, & ibi, agrum pollicitatori, exponit Accurs. idest pollicenti artem colendi, & sic
4 colonum. Bude. *in annot. legit. licitatori*, idest colono partiario plurimum omnium licitanti, & offerenti, & est practicabilis intellectus, quia sæpius videmus, quod si habes prædium valde fructuosum, inuenies centum colonos pro die, & quilibet plus aliquid offert, ac si verbis dominum citare vellent, & sic merito partiarius licitator dicitur. Sint igitur Domini morosi, & tardi, vt licitatio crescat, & profit. Hottoma. in comment. suis legit politor: vbi ex Nonio, & Varrone exponit, idest artifex agri diligenter excolendi, & quodammodo poliendi, & sic fere isti tres intellectus in vnum tendunt, nisi quod secunda Bud. præsupponit licitationem vltra diligentem agriculturam. Vnde nimirum si culpa præstanda est.

5 Ex quibus in practica ad vtilitatem videtur inferri posse, quod colonus tenetur colere agrum bene, & diligenter ad vsum boni, & diligentis coloni, & arbitrio boni viri, etiam quod non constet, quod in specie hoc promiserit, ex quo pollicitator, & politor appellatur, quę verba hoc important, & tacite includunt. Vnde non est bona exceptio pro colono conuenta, non tenetur, quia non promisit: satis enim est, quod conduxerit agrum colendum.

6 Secundo consideranda sunt illa verba. Pretium. n. operæ, artis est velamentum. exponit enim multis modis ibi Accurs. vt videri potest. *in gl. fi.* Alio modo legit Bud. leuamentum est, exponit enim pensandum & magni æstimandum est.

Tertio modo legit Hottoma. in verbo Velamentum, & est sensus valde moralis, quod artifex regulariter de dolo tantum tenetur, *l.* 1. *ff. si mensor.* sed recipiendo mechanice mercedem, & salarium sui laboris, & industriæ, velat, i. vilescere facit excellentiam sui laboris: ex pecunia. n. vilescit professio, & sic de culpa tenet. Ex quo sequitur corollarie, quod tenetur colonus de dolo, & culpa, vt suo loco dicam. Et sic patet argumentatio, quod cuiquam datur præmium, & salarium pro suo labore, & confirmatur hic intellectus a simili, *in l. qui mercedem, ff. lor.* vbi recipiens mercedem pro custodia tenetur de leuissima culpa rõne mercedis, licet regulariter nũ teneatur. Sed (bone Deus) cui non placet pecunia? quis, est ille Philosophus? certe nullus omnia per pecuniam facta sunt, & iustitia venditur auro.

7 Ex quib. patet aliquid ad intellectum, *l. cum duob. §. in coeunda, ff. pro socio.* Hinc post in materia locati, & conducti ad intellectum, *l. in naue Saupheli, ff. lor.* inferebat per hunc text. Bal. *ad l. si patruus, in fine, sub nu.* 16. *vers. alia qu. C. commu. vtriusque iudic.* Duo erant fratres, vnus diues, alter pauper. diues posuit in

socie-

societate mille: pauper posuit operam personalem; & cum diu durasset societas, igne casuali fuerūt omnia concremata, nunquid pauper, cui posuit operam tantum, tenebitur ad aliquid? Vtique respondet ad medietatem, per textum *in dict. §. si in coeunda*. Et si dicatur, hoc videtur iniquum, quod iste cum sit pauper, perdat operam, & teneatur ad medietatem capitalis. Respondet, quod illa opera iam erat affecta communis. Vnde nihil perditur, quod non sit alteri commune. Itē, talis opera inrepetibilis est, *l. si non dulls*, quod interitu speciei est liberatus debitor, *d. l. in summ.* respondit esse speciale in contractu societatis, quod periculum casus fortuiti sit commune, *d. §. si in coeunda, & §. fi.* Cum igitur iste, licet pauper, amittat operam, & teneatur ad dimidium, quomodo voluerit agere ad salariū? maximè quia (vt dictum est) opera est effecta communis, & in repetibilis, & vtique sic his maxime concludentibus.

9 Ex quibus corollarie infertur limitatio *ad l. in nave Saupheii. ff. locatio.* vt non procedat in contractu societatis, & prædicta omnia sequitur Alex. *cons. 77. col. 2. num. 2. volum. 5.*

10 Tertio facit hæc ratio, quia donatio non præsumitur. *l. cum indebito, ff. de probat. l. si cum aurum, ff. de sol.* & hoc ampliatur esse adeo verum, vt potius capiatur præsumptio, quod actus sit nullus, quam quod donatio præsumatur. Aret. *in l. à Titio, col. penult. ff. de verb. oblig.* dixit valde notabile pro ampliatione *d. l. cum de indebito*, Ias. *in l. si non fortem, §. si falso, ff. de cond. indeb. in l. si procuratori falso, nu. 4. ff. de condit. ob causam.*

11 Et sic sequitur limitatio ad reg. *l. quoties, ff. de rebus dub.* vt actus potius valeat, quam pereat. Ad excludendam tamen donationem fit interpretatio, vt potius non valeat, odiosa enim est donatio, *gl. in l. si maritus, la 2. C. de donat. inter vir. & vxor.* quam singularem dixit Petrus de Rauenn. *sing. 155.* & potius præsumitur error iuris, quam donatio, *gl. in l. generaliter in verbo causam, C. de non num. pecun.* vbi Bal. *in 4. oppos.* & Ang. *col. 2.* dicit ita consuluisse Alex. *consil. 13. col. 2. lib. 1. consil. 80. col. fi. lib. 2. & consil. 19. columna 2. lib. 4.* pulchre Dec. *cons. 177. in princ.* & sic corollarie patet limitatio *ad leg. error, cum ibi not. C. de iur. & fact. ignor.* licet enim error iuris non excuset, neque præsumatur, *l. iuris ignorantia*, fallit ad excludendam donationem.

13 Cum igitur odiosa sit donatio, vt contra eam inducatur nullitas actus, error iuris, & similia, merito socius laboris propter personam suam, mercedem condignam donare non præsumetur, & sic petere poterit.

Quarto loco, adducitur text. *in l. si societatem mecum, ff. pro soc.* vbi ille, qui plus ponit in societate, siue operæ, siue pecuniæ, plus habere debet. ibi; non itaque ex æquis partibus socij, &c. ad idem, *l. si non fuerint, ff. eod. tit.* si modo aliquid plus contulit societati, &c. Et in materia vtili locati, & conducti, de qua agimus, celebris est ille textus, quod arbitrium

14 collatum intelligitur arbitrio boni viri, *l. hæc venditi, ff. de contrah. empt. l. si in lege, in princ. ff. locat.* tangam *inf. tit. de arbitr. iud.* Hinc ex mente Bal. infertur in materia locati, ad vtilem, & practicabilem quæstionem. Conductor volebat satisfacere locatori de aliquo opere, vel facto, & dixit humanus, & benignus conductor: *Dammi quello, che vuoi, che io lo rimetto in te, & in mano tua, che io mi contento di tutto quello, che vuoi.*

15 Vtique arbitrio boni viri, intelligitur secundum Bald. reputans hoc valde notabile, & Tuderti in mea patria vidi sæpius euenire. Allegat in materia locati, etiam tex. *in l. 3. ff. locat. & l. vend. ff. de contrah. empt. & de Inst. c. cum venissent, &c.* Quintauallis *de inreiur.* Vnde non faciat, vt multi auari, qui liberalitate conductoris abutentes ponunt in manibus quid mini mum, quod non est iusti consentaneum, nec æquum.

Et hanc partem tenuit. Petr. de Vbal. *in tractat. de duob. fratrib. p. 6. q. fi.* sequutus est consulendo Corn. *cons. 116.* licet videatur, *lib. 4.*

Contraria itaque est opinio, quæ est, quod iste socius nullum salarium petere possit, & fundatur ista opinio, *in l. si fratres, §. fin. incip. si quis ex socijs, ff. pro soc. ibi,* duntaxat eos sumptus societati imputabit, qui in eam rem impensi sunt, qui tex. loquendo per taxatiuam, scilicet duntaxat, videntur excludere omnes alios sumptus, & sic salarium, imputabit igitur socius vecturas, & expensas in hospitijs, & stabulis.

16 Et celebris est ille tex. in materia locati, & conducti, de qua agimus, dum de meritorijs loquitur, quæ sunt loca, quæ mercede locantur forte viatoribus, vel peregrinantibus.

Hinc meritoria scorta, carrucæ, & Rhedæ meritoriæ, & muli meritorij, qui certa mercede locantur ad vecturas. *l. Vrb. 198.* vbi Alc. *in verb. Meritoria, ff. de verb. signific. l. æquissimum, §. item si domus, ff. de vsu-*

17 *fruct.* & quemadmodum vbi vsufructuarius non potest facere in domo meritoria, idest cameram locanda. Socius igitur computabit socio vecturas equorū, & mulorum, & meritoriorum mercedes, & not. ibi Bald. ad propositum nostrum, quod socio nihil donatur pro mercede, nec excomputantur expensæ, quas domi facturus esset, per glosam celebrem *in cap. statutum, §. insuper, in verb. Moderatus, de rescript. lib. 6.* per textum notabilem *in l. sed & si, §. 1. ff. ad exhibend.*

18 Secundo loco, Rom. *cons. 198. in 4. dub. nu. 5. in fin.* mouetur, vt colligitur ex eius dictis hac ratione, quod lex non dicit, nec nos dicere debemus, *§. considerauimus, auth. de Triente, & semiss. l. si vero, §. de viro, ff. solut. matrim. l. si seruum, §. non dixit prætor. ff. de acquir. vel omitten. hæred. cap. Obertus, de feud. cogn. l. dissentientis. C. de repudiat.* cum latè per Euerard. *in lor. a leg. cessant.*

19 Hinc pœna priuationis alicuius iuris, alicuius beneficij, aut priuilegij nunquam habet locum, nisi vbi lex istud expresse dicit, *§. cum igitur, ibi, nec qualibet lex, & auth. de non eligen. secun. nubent.* Bal. *in authent. ex testam. col. fin. C. de secun. nupt.* Alex. *in l. etiam, nu. 6. ff. sol. matr.* Ias. *in l. illum, nu. 12. C. de collat.* Sed *l. aliqua cautum non reperitur*, vt debeatur socio salarium, merito: bene reperitur iure cautum, vt ratione operis, laboris, & industriæ possit conuenire de maiori parte lorri, per *l. si non fuerit, in princip. ibi, vel opere, ff. pro socio*, quem text. inferendo ad pulchram quæstionem mariti ignobilis, cum vxore nobili, & diu te, dixit Cin. *in l. si voluntate, q. fin. C. de dot. promiss.* & per eum in materia locati, & conducti, de qua agimus, limitatur text. *in l. item si pretio, §. fin. locat.* vbi conductor, & locator possunt se inuicem circumue-

nire,

nire, vt alius habeat aliquid pluris, quam alter, hoc enim non procedit in contractu societatis, nisi ille ponat aliquid plus, vel operæ, vel pecuniæ, & hæc est communis opinio, Couarr. *variar. resolut. lib. 3. cap. 2. sub numero 2. vers. prima conclusio*. Soarez. *littera S, numero 126.*

21 Ex quibus corollarie infertur limitatio ad *l. 1. §. si conuenerit, ff. de pact. & l. contractus, ff. de reg. iur.* vt contractus ex conuentione legem accipiant, nam hoc fallit in contractu societatis, vt vnus habeat plus lucri, & ratio est, quia societas est ad instar fraternitatis, & ita gl. *in d. l. si non fecerit secundum intellectum*. Azon. primo loco relatum, & communiter approbatum.

Et hanc partem tenuit Rom. *in allegato cons. 168.* Corn. *cons. 233. viso diligenter. lib. 2. & cons. 311. ad euidentiam, col. 3. lib. 3.* commendat Dec. *in l. illud, in fin. C. de coll.* & hæc opinio videtur apud Doct. verior; nisi consuetudo sit in contrarium, quæ in hoc præcipue est attendenda, vt per Petr. de Vbald. *in alleg. q. fin.* valde in practica singulare reput. Petrasan. *singul. 68.* Purpurat. *in l. si pascendæ, numero 14. C. de pact.* Couarr. *variar. resolut. lib. 3. cap. 2. sub numero 3. versic. 4. hinc infertur*. Menoch. *consil. 296. numer. 45. lib. 3.*

22 Nullus igitur socius pro suo labore, opere, & industria consequetur salarium, vel distinctam mercedem, sed habebit maiorem partem lucri, & quæstus arbitrio boni viri attenta qualitate operis, & personæ.

23 Ex quibus colligitur solutio facilis ad contraria, vt licet nemo præsumatur iactare suum, nec viuere sine præmio, satis enim præmiatur ex lucro diuidendo, quod erit loco salarij, præmij, & recognitionis, nec erit absoluta donatio stante tali ex lucro recognitione.

Declaratur, vt procedat, si socius est solitus locare operas, & illas conducere, alias non debetur salarium. Decis. Genuen. 14. *num. 26. &* 115.

24 Sed in practica facilis, & vtilis est quæstio, socius habebat apothecam, in qua exercuit artem societatis, poterit ne petere pensionem? Breuiter duo sunt casus principales considerandi. Primus est, quando sunt socij omnium bonorum, & tunc nullum salarium petere poterit. Ratio est, quia vniuersorum
25 societate etiam apotheca est effecta socij, & ei communicata. Vnde in re propria conductio non consistit, *l. rem, cum similib. C. loc. & dicam suo loco.* Vnde de re propria pensio, & merces non est soluenda. Alter est principalis casus.

Si societas est contracta certo limitato modo, & tunc pensio de dicta apotheca peti poterit considerata domus qualitate, & solita pensione. Bart. *in l. fin. alias penul. §. & sic. ff. de condit. indebit. in l. in banc. ff. de damn. infect. in l. creditor, ff. de pignor. actio.* Alex. *ad l. serui electione, §. fin. num. 12. ff. legat. 1.* Spec. *in tit. de pignor. §. 1. circa finem.* Ioan. And. *in addit. ad eum, in tit. de locat. §. postquam, in addit. incip.* secundum Rofre. & Bal. Rom. *cons. 168. in fi.* vbi ponit quæstionem in terminis, & *cons. 423. col. 1.* Alex. *cons. 18. volum. 4. cons. 42. colum. fin. vol. 3. consi. 180. col. 1. vol. 2. cons. 108. colum. 3. vol. 1. & consil. 3. colum. fin. volum. 5.* Bal. *in l. duo fratres, ff. de acquir. hæred.* vbi Angel. attestatur ita sæpius iudicatum. idem Bald. *in c. 1. §. præterea. colum. penul. vers. sed pone, de probi. feud. alien. per Frid.* videtur sentire Bart. in aliquibus lecturis *in l. Titium, §. altero, de administr. tut.* Ias. post Cast. *in l. 1. num. 7. C. qui testam. facere poss.* Franc. Port. *in tract. de duob. fratribus, par. 2. q. 65.* Firm. *in repert. in verbo, socius non pot. vers. 120.* allegat *l. arboribus, §. nauis, ff. de vsufruct.* Ronchegall. *de duob. reis, l. 9. in princ. num. 127.* & ibi ex materia locati, & conducti colli-
26 git rationem, quia actus habitandi est indiuiduus. vnde pro parte expediri non potest, *l. hæc distinctio, §. cum fundum.* vbi Bar. *ff. locat.* Dec. *in l. si socius. in fine, ff. si cert. petat.*

27 Articulando igitur cautus erit bonus, & amans procurator, & aduocatus socij, qui posuit suam apothecam, vt non articuletur, quanti socius qui apothecam posuit, locare potuisset, quia in hoc casu esset articulus erroneus, sed articulari debet, quanti alter socius apothecæ non dominus, conducturus fuisset, & ita docet, & declarat Bal. *in l. 2. C. de pignor.* instruens doctum aduocatum, vt in practica diligenter inspiciat: aut quis habet causam a dominio, & tenetur quanti conducturus fuisset, & sic persona rei conuenti consideratur: aut quis habet causam a non domino, & tunc quanti actor locaturus fuisset, vel res communiter locari potuisset, per *l. si nauis. §. fin. ff. de rei vendicat.*

28 Ex quibus corollarie habetur limitatio *ad l. si nauis, §. fin. ff. de rei vendi.* vt non procedat quando quis habuit a domino, & hoc Bal. dicit valde notadum, in *d. l. 2.* quod non tetigit doctiss. Menoc. *de recuper. poss. remed. 1. num. 368.* ponam aliquid *in titul. de fructu. restitut.* sentit etiam Ias. dicens in practica valde notabile, & singulare, *in l. penul. §. in frumento, num. 2. ff. de*
29 *condit. indeb.* Et si dicatur, quæ est differentia, vt consideretur quanti conducturus fuisset, vel quanti locator locaturus, cum hæc sint correlatiua, vt posito vno ponatur de necessitate, & reliquum, vt not. Euerar. *in loc. a correlatiuis, in princ.* Vnde non videtur posse rectè, & concludenter articulari quanti cōducturus, nisi in necessariam consequentiam ponatur, & inferatur quanti locaturus.

30 Posset fortasse dici, quod non modica sit differentia; ex quo enim socius habet titulum a socio ratione cuiusdam tacitæ conductionis, quia posuit apothecam, magis excusatur habens titulum, quam non habens. Vnde si socius apothecæ dominus inueniret locaturus fortasse vt plurimum, & maiori hominum parti suam apothecam pro quinquaginta annuatim attenta qualitate eius, capacitate, & situatione, quia sita est in Rua mercantili Tudertina, alter socius non dominus replicabit, non conduxissem pro tot, quia mea intererat, vel quia non est adeo soluendo, vel quia reperisset aliam apothecam æque commodam pro tot. Qualitas igitur, conditio, & possibilitas conductoris in hoc casu spectanda, & consideranda est ratione tituli, quem habet, & ita putarem intelligi posse textum, & ibi Bald. *in l. 2. C. de pignora. act.* Vnde limitanda sunt verba Roman. *in allegato cons. 168. in fin.* in verbis illis, solita locari, quia iura per eum adducta loquuntur, quanti conducturus fuisset.

31 Et ad prædicta facit, quia ex titulo arguitur bona fides, quę magis excusat. Imol. *in c. fin. de præscrip.* Fely. *in c. si diligenti, eod. tit.* Balb. post Bart. *in l. Celsus,*

num.

Digitized by Google

n.105.de præscrip.Iacob.Menoc.de recup.poss. remed. 13.nu.33.& de arbi.iud.cas.225.nu.5.

Et quoniam (vt iam dictum est) socius nullum speciale salariū consequitur a consocio , sed habebit maiorē,vel talem partē lucri pro opera , reducendo ad practicam d.l.si non fuerint,Bonus iudex inspiciat
32 qualitatē personæ socij, qui posuit operā, an opera correspondeat pecuniæ positæ pro capitali ab altero socio vel correspondeat interusurio : similiter si correspondeat in totum,vel pro parte:inspiciat etiam,si societas est contracta pro certo tēpore duratura, & durauit minus similiter,si persona socii ponētis operam erat industriosa, vel minus industriosa , vt recte practicare decet latè Petr. de Vbal. de duob. fratrib. par.4.latè Soc.iun.cons.74.lib.1.Abb.cons.53.numer. 2.Paris.cons.85.num.13.lib.1. Purpur.in l. si pascenda. num.17.C.de pac.Iac.Menoch.de arbitr.iudic.cas.125. cui addas Couar. var.resolu.lib.3.cap.2. in prin.& ei adde Ang. in verbo societas.1.num.4. vbi dicit in foro conscientiæ id verum, duobus concurrentibus. Primum,quod negotiatio sit licita. Secundū,quod æquitas seruetur in omnibus,vt qui plus posuit pecuniæ , vel operæ,plus habeat lucri,& aliquando plus attribuitur exercenti , quam potenti pecuniam,aliquando est contra verb.Bald. monentis iustum iudicem in l.omnimodo.§.1. vers. illud non est.C.de inoff. testam. & in l.cum a patre, num.7. vers.quæro , pater assignauit. C.de bon.quæ lib.commendat. Sali.in l. verum. C. de rei
33 vendi.Rom.in auth. ex testam. C. de collat. & vltra superius allegatos bonus iudex considerabit consuetudinem loci , prout est in aliquo loco, vt dimidia sit operæ,alia pecuniæ. Bart.in l.1.C.pro soc. in l.1.§.nec castrense.ff.de collat.bon. in l.si tibi decem.§.si pactus.ff. de pac. Alexand.consil.19.part.2.Fulgos.in l. si non fuerit.§.1. ff. pro soc. Corn. in l.si pascenda,numero 5.Cod. de pac. considerabit etiam iustus iudex , si socius , qui posuit industriam,& operam,posuit etiam capitula, vt plus de lucro habere debeat, Corn. cons.24. lib. 1.consil.88. col.3. vers.& ex his etiam,lib.4.Crau. cons.59.in fine consulens iudici, vt mandet eligi amicabiles, & arbitros,maxime inter coniunctos. Similiter bonus iudex considerabit, si sunt seruata pacta , & promissa,vt vnus ponat operam , & industriam; alius promisit ponere ducenta , sed non posuit nisi centum, vtrique ponens operam aget ad interesse ob promissa non seruata ,

E contra,qui promisit ponere centū,posuit ducenta sciente socio plus accipiat. Crau.cons.173. vers.sed ad promissa:late Ioseph.Ludou.concl.53.col.6.versic. contra, vbi attestatur vnum, quod de consuetud. generali , dimidium attribuitur pecuniæ , dimidium operæ. ex quo habes per octo casus quæstionem , si vnus posuit industriam, alter capitale,& quomodo , & cuius erit capitale .

Sed postquam socius non habet salarium pro opera sua , habebit ne expensas ? & quæstio hæc est etiam ipsa in ventre materiæ locati, & conducti, & sicut colonus pa. tiarius colit agrum suis sumptibus,
34 & expensis , postea fructus diuiduntur ad medium , l.si merces, §. vis maior,ff.locat. vbi not.quod colonus partiarius est socius, ita dicendum videtur in alijs socijs.
35 Secundo facit,quia libertus præstat operas patrono suis sumptibus. l.suo victu, l.quod nisi, in prin.ff.de
36 oper.liber. vbi d. l. per modum rationis ponit axioma generale , vnusquisque quod spopondit , suo impendio præstare debet .
37 Contrarium tamen videtur de iure verius esse, quia debent solui,& deduci e pensæ de cōmuni corpore societatis,l.cum duobus §.si quis ex socijs l.si vnus §.si vnus, l.socium,qui in eo. §.socius, ff. pro soc.l. idemque, §.idem Labeo ait, ff. mandat. & ita tenet Alberic. in lege prima.Cod. pro soc.numero 7. Roffred. in titulo pro soc.
38 Declaretur primo hæc conclusio,vt non procedat quādo aliter a iure vel consuetudine reperiatur specialiter prouisum,prout est in materia locati,& conducti in colono partiario , qui collit agrum suis sumptibus, deinde fructus diuiduntur æqualiter , vt dicam Deo dante suo loco .
39 Declaratur secundo , vt deducantur expensæ secundum qualitatem personarum,vt si socius erat,cōditionis eundi equester,vel pedester,vel cum famulo aut sine : similiter si non erat solitus comedere nisi caseum , & panem more rustico rum , voluit comedere si fasianos, & pullos,& similes,vt hospiti,& cauponi præseferat nobilitatem , secundum gl. in l.
40 idemque §. idem Labeo , ff. mand. ibi Bal. summopere commendat pro rustico, vt debeat ire pedester,non equester,& in l. quoniam,in pr.C.de testib.C.de rustico loquitur inducto in testam. idem in l.eos,§.1. C.de op. pe.Bar.in l.si seruus,la grande, in pr.ff.de leg.1. gl. in c. episcopus,10.q.2.Ioan. Crot. in tract. de testib.part.9. num.407.

Cui addo Amanel.de claris aquis.sing.181.Franc. de Marc.q.890.p.1.Alber. in l. properandum, §.fin.autem alterutra,C.de iudic.
41 Declaratur tertio loco,in expensis necessarijs,secus in voluptuarij , & quodammodo ad delectationem, quia ille societati non imputantur , vt tradunt omnes superius allegati,& tangam in materia locati in tit.de expensis.
42 Declaratur quarto loco , vt procedat in expensis victus,& similibus,secus in aliis quasi perpetuis,quæ respiciunt personam socii,vt vestimentorum,calciamentorum,& similes , quia tales non imputantur. Sal.in l.1.q.6.C.& pro soc.in l.nuntius,q.6.ff.eo.Franc. de March.decis.890.in fi.par.1.
43 Declaratur quinto, vt habeat ratio expensarum , quas socius domi facturus fuisset.glos.notabilis,in cap. statutum,§. insuper, in verb.moderatos,de rescriptis,lib. 6. quam sequuntur Ang. Imo. Raphael. Roma. & Alex. in l.recusare,§.si quis ab alio. ff. ad Trebe. Ang. in l.sed & si,§.quod autem,il secundo, ff de petit hæred. Cast. in l. quoniam liberi. Cod. de testibus , & hæc est communis opinio attestata per Francum,in d.§.insuper Ioann. Crot. in tractat.de testibus. part.9.nu.408.

Cui addo Ang.in verbo socius,il primo,numero 12. qui subliminat , nisi consuetudo sit in contrarium , quæ in hoc seruanda est Guid.Pap.sing.308. in verb. expensæ. Et placeat notare hāc materiam socii,quia in practica vtilis est,etiam in teste,vt apud allegatos videbis,& passim in foro, & palatiis in expensarum materia contenditur,& durum videtur in multis cōsumere vitam in calore solis, impetu ventorum, frequentia niuis imbrium,& pluuiarū,conterere vestimenta, & tempus, & postea disputare de expensis , quæ cum salario, & mercede fraternizant , nec (vt vidi)

vidi) eſt hæc materia admodum ſub ſua regula po-
ſita,& extenſa.
44 Reducendo igitur ad practicam,& vtilitatē, poſt-
quam infęlix ſocius non poteſt ex ſua opera, dignam
conſequi mercedem, vel ſalarium, bonus, & iuſtus
iudex inſpiciat primo qualitatem negotiationis, ſi li-
cita ſit, vel non:& ſi licita ſit,& integra, inſpiciat ſe-
cundo loco conſuetudinem loci, quæ ſeruanda eſt.
Tertio æqualitatem, quæ in ſocietate admodum
præualere debet.
Quarto qualitatem ſocietatis ſi durauit toto tem-
pore conuento, vel non.
Quinto qualitatem ſocij, qui poſuit operas ſi ha-
bebat aliud exercitiū, ſi erat pauper, vel diues,& in-
duſtrioſus, vel valde induſtrioſus.
Sexto conſiderabit, ſi ſocius, qui poſuit operam,
poſuit etiam capitale,& ſic de ſingularibus.
45 Et ſi duo ſocij quorum vnus poſuit operam, alter
pec uniam, faciunt ſponſiones, *& de ebi di noi reſti, pa-
gbitanto*. Vide pulchre in terminis Capic. *deciſ*. 174.

De adminiſtratione tutorum.

QVAESTIO III.

TErtio loco ſe offert alia non minus vtilis, quęſt:
An tutor, & curator poſſit petere aliquod ſa-
larium ratione ſuæ adminiſtrationis. Quæſtio hæc
fuit pluries ad ſolatium tutorum,& curatorum in fa-
cto agitata,& diſcuſſa.
1 Pro parte igitur affirmatiua videtur facere hęc ra-
tio, quia tutela eſt onus,& datur inuito quaſi per vio-
lentiam, cum ſit vis,& poteſtas ideſt violenta pote-
ſtas, ſecūdum Accurſ. *expoſitionem, in §.1. Inſtit. de tut.
in verbo poteſtas*, quæ expoſitio vera eſt ſecundum
communem facti euidentiam, iuxta Fort. *expoſitionē
ibidem, ſub num*. 4. quia vt plurimum præcipuè boni,
2 & iudicioſi homines fugiunt eſſe tutores, inquit *Im-
perat. in auth. vt ſine prohibit. matr*. circa medium, &
illi, qui curauerunt eſſe, in reddenda ratione ſcom-
putauerunt more illius auis, quæ de alienis plumis ſe
inueſtiuit. Vnde cum onus patiatur, & quidem inui-
tus, ſalario, & mercede cōdignus videtur,& fortaſſe
magis fideliter, & integre adminiſtraret, & multo
3 magis, quia etiam abſens, & ignorans tutor cōſtitui
poteſt. Aret. *in §. idem, num. 4. Iſtit. de excuſ. tutor*. late
Alex. *conſ. 26. nu. 7. & conſ. 109. nu. 3. vol. 3. conſ*. 161.
vol. 5. Iaſ. *in l. cum, qui res, nu. 7. C. de procur*. Borgn. *de
tutor. nu*. 201.
4 Secundo, & vlterius. Tutor aſſumpta iam tutela
tenetur de dolo lata,& leui culpa, *l. quicquid, C. arbit.
tutel. l. tutori, C. de neg. geſtis, l. 3. §. tutores, vbi gl. ff. de
ſuſpect. tut*. Bar. *in l. quod rerum. q. 10. ff. depoſit*. Dec. *in
l. contractus. nu. 37. ff. de reg. iur. conſ*. 178. *& conſilio*
192. *& conſ*. 110. *columna fin*. inſuper eſt aſtrictus in-
uentarium facere ſatiſdare, rem pupilli ſaluam fore,
iurare, vtilia facere,& inutilia prætermittere. Bar.
in l. legitima. num. 7. & ſeq. ff. de legit. tutor. Aret. *in §.
actionum, num. 33. in fine. & num. ſeq. Inſtit. de actio*.
pulchrè Ruin. *conſ. 49. numero 10. volum. 5*. Autrer. ad
5 Tholoſ. *decıſ*. 63. Borgn. *de tutor. in principio. numer*.
6 23. *&* 57. ſimiliter contra eum iurat in litem pro
damnis, expenſis, & intereſſe, Bart. *in l. fin. ff. de
adminiſtr. tut. in quod rerum, numero 33. ff. depoſit*. Dec.
conſilio 178. columna 2. verſ. & caſu Ruin. *conſilio 29.
verſ. ſuper quarto, in fine volum. 5. Plot. de in litem iu-
rand. §. 5. num. 3. alias num. 440. cui adde* Aloiſ. de Al-
bert. *ſingular*. 50. & videmus in facto multos tutores
effectos pauperes in adminiſtratione reddenda, &
coactos ad vendendum multa bona pro reſtituendo
pupillo, & ob id cum pariatur infinitas controuer-
ſias, & maximas quotidie moleſtias, digna mercede
condignus videtur.
Tertio facere videtur, ſi factores,& bonorum ad-
miniſtratores recipiunt dignam mercedem de eorū
bona adminiſtratione,& labore, multo magis debe-
tur pupilli tutori,& curatori, qui non rebus tantum,
ſed perſonę,& rebus intereſſe dicuntur, et curam eo-
rum ſimul habere. auth. multo magis, *C. de ſacroſan.
eccleſ. & facit Capit. vbi periculum, de elect. in ſexto*,&
eorum officium non debet eſſe eis damnoſum, *l. ſi
quis ex ſignatoribus. l. quemadmod. teſtamen. aperi. l.
poſt legatum. §. aduocatus. l. tutorum. ff. de his, quibus
vt indign. l. cum quædam, C. de admin. tutor*. Benintend.
deciſ. 90. num. 3.
Contraria igitur ſuperiori eſt opinio, vt regulari-
ter tutori nullum debeatur ſalarium, merces, vel pre-
mium, ſed gratis adminiſtrare teneatur.
7 Pro qua opinione facit, quia tutor gerit negocium
perſonale abſque erogatione ſui patrimonij, *l. 1. ff. de
tutel*.
8 Secundo loco poteſt adduci hæc ratio. Manda-
tum debet eſſe gratuitum, *l. 1. ff. mandat*. & ſupe-
rius vidimus, ſed tutor, vel curator habet manda-
9 tum, puta a lege, vel teſtatore,& ſic ab homine, me-
rito eorum officium debet eſſe gratuitum, non mer-
cenarium. Minor patet ex Accurſ. *in l. 1. gloſſ. fin. ff.
mandat*.
10 *I*mmo tutor,& curator ęquiparantur procurato-
ribus, vt not. Bar. *per illum textum, in l. neque tutores
in ſecunda lectura, colum. 2. verſ*. Venio ad tertium,
Cod. de procur.& ibi Bal. *in vltimo not*. Benintend. *de-
ciſ. 80. numero 2. l. ſi in emptione. §. fin. ff. de contrahen.
empt*. Alberic. multa iura allegat, & *in authent. licen-
tiam, Cod. de epiſcop. & cler*. Bald.& Veron. *in l. Pom-
ponius ait, §. quod in procuratore, in primo notab. ff.
de edil. edic*. vbi tenet valere argumentum de vno ad
aliud.
11 Tertio pro hac parte facit hæc ratio. *Æ*quipara-
torum eadem eſt diſpoſitio *not. in l. 1. ff. de leg*. 1. ſed
tutor,& curator æquiparantur prælato,& rectorib.
eccleſiarum, ſed illi nullum recipiunt ſalarium, me-
rito nec tutor, & curator. Minor patet ex Soc. *conſ.
213. cum in præſenti colum. 2. verſ*. circa ſecundum,&
verſic. prima pars. *verſ. ſimile videmus, vol. 2*. Affl. *de-
ciſ. 169. num. 5*.
12 Hinc poſtea in materia locati,& conducti, de qua
agimus, iuratur in litem contra tutorem, vel curato-
rem minus ſolemniter alienantes bona minorū, vel
pupillorum,& ita cōtra prælatos,& rectores eccle-
ſiarum, & aliorum piorum locorum minus ſolem-
niter locantes bona eccleſię, vel alterius loci pij, poſt
alios Pio. *de in litem iuran. §. 5. ſub num. 3*. dicam ſuo
loco de in litem iuran. Et hæc opinio eſt regulari-
ter vera, vt tenet Petr. Iacob. *in act. manda*. contra-
ria, quę recipiet multas declarationes ex nemine (vt
ego viderim) in vnum congeſtas, ex quarū lectura
conſtabit reſponſio ad contrariā,& hanc opinionem
dicit

Digitized by Google

dicit veram,& notabilem Bald. in c. rum ab omni,nu. 1. de vi, & hon. cler. dicens esse glosam notabilem secundum eum in l. meos. ff. de tut. allegat. l. si quis sine vsuris, ff. de negot. gest. & latis secundum eum consequitur præmium, qui hoc gerit officium,quia consequitur laudem, §. si vero, authent. de hæred. & falc. Franch.decis.

13 Declaratur primo loco, vtiliter practicam sequendo, nisi iudex in datione tutoris salarium constituisset,quod quidem facere potest,per Bar. in l. eos, ff. de tutel.in l.tutoribus, §. fin. ff. de administrat. tutor. Guid. Pap.decis.68. & hæc est communis opinio Bald. in d. l.eos. ff. de tutel. Iaf. in l. item, num. 2. C. de procurat. Corn.consil.62. littera G, volum. 4. Firm. in repertor. in versicul. salarium, & 1. vers. 5. & 6. Anchar.q.61. num. 9. parte 2. Guid. Pap. decis.68. Iodoc. de pupill. potestat. titul. de tutorum,cap. 1. numero 9. & 18. non tamen iudex ad id cogi poterit, quia non quicquid iudicis potestati subijcitur, id ei necessario faciendum est, l. non quicquid, ff. de iud. de cuius intellectu aliquid Menoch.de arbitr.iud. q.61. Bar.in l.remissione,ff.de procur. Ang.in l. sumptus,C.de administ. tutor. vbi in practica dat cautelam, vt tutori tempore reddendæ rationis imputentur omnes, & singuli sumptus facti pro pupilli necessitatibus,& quod a principio faciat per iudicem decerni salarium, & secundum illud faciat sumptus.

14 Vel quando profecturus esset pro negocijs pupilli iuxta,l. 1. §. si pupillus,ff.de tute. & rat.distrab. vbi Bal. in §.fin.d.l. & cons.256.volum. 3. Piagg.de Lusopar.3. num.25.

15 Vel quãdo propter administrationem oporteret, vt relinqueret facta sua propria. Aret. in §.actionum, nu. 36. de act. Addit vnum notabilem dictum Nicol. de Neap.in d.l.a tutoribus,§.fin. vbi Andr.Barb. dicit esse dictum valde mirabile, quod si tutor in loco ad-

16 ministrationis accusaretur tanquam suspectus, & ipse se defendit, & denique obtinet, quod omnes expensas a pupillo recuperare potest, & sibi ipsi satisfacere de bonis pupilli.

17 Quod dictum vltra Barbat, ibidem,& alios intelligitur esse verum etiam propria authoritate,& absq; aliquo iudicis decreto. Afflic.decis.13.num. 14. Salyc. in l.cum ipse,C.de contrah. empt. Bald. Salyc.& alij,in l. pluuias,§.fundum,ff.eod. Anch.hoc valde in pract.commendans,q.61.num. 10.par.2.

Cui addo Iaf.in l. 1. §. fuit quæsitum,nu.7. & nu.16. & seq ff.ad Trebel.Bal.sing.50. Bar.in l.quoties, §. si temporalia,num.1.ff.de administr.tutor. Duen. reg.31. in 2.renciuj.in 3.fall.

18 Vbi amplfat idem esse in executore testamenti. Aret.in §.actionem,nu.46.& 47. de act. & hæc est communis opinio attestata per Iaf.in d.§.fuit quæsitum.late Ioseph de Ludo.concl.2.ampliat.8.

ADDITIO.

☞ *Vel, patrocinatus esse in causa pupilli. Franch. decis. 122.*

19 Quam conclusionem limita vno notabili modo, nisi pecunia,ex qua vellet sibi satisfieri tutor, vel curator,esset destinata ad emptiones prediorũ,vel aliorum immobilium, quia tunc non posset nisi in subsidium,l.3. §. quid ergo,ff. de contrar. iudic. tutel. quam ad hoc propositum dixit notabilem, & valde singul. 60.pecunia.idem Rom. exclamat in l. si ex legati causa,col.4.ff.de verb.oblig.& consil.188. in vlt.dub. Andr. Sicul.in rubr.de rebus eccles.non alien. nu.60. Rip. in d.§.fuit quæsitum.Ioa.Dilect.de varijs testatorum præceptis,cautel.8. Alph.repor.20.

Cui addo Tiraq.de retract.§. 1.num.106. Corset. in verb.pecunia in suo repertorio.Redoan.de rebus ecclesiæ,rubr.de pecu.eccles.alien.nu.5.fol.95.

20 Et quia ista materia destinationis extra propositum est, ob id omittam, solum dicam quod cõtra Roma. est magis communis opinio attestata per Iaf. in l.cætera, §.sed si parauerit,nu.21.ff.de legat. vbi Alex. in specie respondet ad d. §.quid ergo. Soc. iun.consil. 120.nu.18. lib.1. Boer.decis.109. Soarez.in suo thesau. littera P.num.86.

Cui addo Anton. Gabr.de præsumpt. conclusio.12. num.20. Octauium Simoncel.de decret.lib.3.tit.8. inspect. 16. numero 122. tetigi ad regul. cum quid, parte 1.amplia.2.nu.15.concordando,vt per allegatos Doctores. Ari. Pinell. de bonis maternis, l.1.par.2. num. 44. dicens cum Iaf. esse magis communem opinionem contra Rom. & cauendum a contrarium asserentibus, sicut nec pariter hoc casu tutor posset, si pecuniæ non sunt in esse immobilia, ex se alienare, nisi seruatis debitis solemnitatibus. Iaf. in l. 1. §. fuit quæsitum,numero 3. ff. ad Trebellian. Ioseph de Ludo. conclusio. 3. limita. vltima, Pedemont. 16. numero 6. parte 2.

Quæ placeat considerare ad ea,quæ ponit Borgn. de tutore,& curatore,nu.179.in fin.qui simpliciter pertransit cum Rom.in allegato singulari,ex quibus omnibus vtilitati illudendo infertur ad multa.

21 Primo infertur limitatio ad reg. vt nemo sibi ius dicat, non enim procedit in tutore se ipsum de legitimo credito satisfaciente,& sibiipsi ius dicente.

ADDITIO.

☞ *Borgni.decis.28.num.4.lib.1.*

22 Secũdo infertur limitatio ad l.2. & eius materiam, ff. de stipul. seruor. vt debeat esse distinctio inter dantem, & accipientem. Fallit in tutore, vel curatore authorizantibus ad propriam vtilitatem pro eorum creditis satisfaciendis.

23 Tertio infertur intellectus ad leg.11. §. fuit quæsitum, ff. ad Trebellian. vt pecunia sine decreto alienari possit, vt procedat etiam si sit destinata ad emptiones prædiorum, vel aliorum immobilium declarando, & concordando, vt per allegatos scribentes.

24 Quarto corollarie habetur intellectus ad leg. 3. §. quid ergo,ff.de contr.iud. tutelæ.

25 Ampliantur prædicta, vt nedum per iudicem, sed & per contutores salarium, merces, recognitio, & prouisio dari possit tutori laboranti, vt illud iudicis officio petere possit. Bart.in l.eos.num.2.& 3.ff.de tut. in l.1.,num.4.ff.mand. Aret.in §.actionum,nu.35. de act. Alex.consil.109. vol.6.

26 Declarantur prædicta in tutore, vel curatore, qui solemnia fecit, alias nullum debetur salarium. Corn.consil.62. volum.4. Borgnin.de tutore,num.310. licet contrarium teneat consil.14. volum 1. consil. vltimarum voluntatum in non conficiente inuentarium. P.

ris *de sindicat.* in *verb. salarium*, *versic. si officialis*, *numero* 12.

27 Declarantur secundo magis in tutore paupere. Castrens. *conf.* 142. *vol.* 1. Benedic. de Barz. *conf.* 115. *num.* 6. *inter consilia vltimarum voluntatum*, *vol.* 1. docens in practica, quod contutores hoc non faciant sine iusta causa, & in redditione rationis debet per contutores liquidari, & deduci, quod aliter tutela non poterat administrari, si tale salarium contutori constitum non fuisset.

28 Declaratur tertio, vt a iudice possit constitui salarium tutori, istis præcipue concurrentibus. Primo pro tutela gerenda, non autem iam gesta. Secundo ab illomet iudice deputante, non alio. Tertio nisi verisimilis coniectura sit, quod non spe salarij tutelam assumpsit, sed alio respectu, puta successionis, vel simili, vt per Barz. vt supra, & in *conf.* 114. *eodem volumin.* Quarto, si bene se gerit in administrando, quod arbitrio iudicis remittitur. Corn. *conf.* 62. *in fin. lib.* 4. Ant. Prag. *de tutore*, *q.* 3. *nu.* 25. late Menoch. *conf.* 228. *lib.* 3. vbi in negocio graui, & magno patrimonio potest etiam pro prælatio.

29 Et sic habes multas exceptiones ad fauorem pupilli, si pro salario conueniatur.

Et istud salarium, quod tutori datur, est peculium aduentitium, in quo patri debetur vsusfructus. Bart. *in l. cum oportet. in fi. C. de bon. quæ lib.*

30 Secundo loco in hac eadem quæstione de tutore prosequendo materiam salarij, & mercedis, quæro vnum practicabile. Tutor alicuius magni patrimonij, vel positus in magna administratione vult deputare aliquem factorem, vel negociorum gestorem deputando de bonis pupilli certum salarium, an poterit? & vtique sic, tenet Bart. per illum text. *in l.* 2. *C. de condit. in public. horreis*, *lib.* 10. Vbi tenet quod debet deputare hominem sufficientem, & cui verisimiliter credere debebat per *l. cum qui. §. fin. & l. argentum, ff. commod.* quam pulchra dote exornat Bald.
31 *conf.* 89. *lib.* 1. *&* 426 *lib.* 2. Veron. *cautel.* 57. Barbat. *in cap.* 1. *colum.* 18. *vt lite non contestata.* Felyn. *in cap. testimonium*, *colum.* 5. *de testib.* Aqueus. *in leg.* 1. *§. si procurat. colum.* 1. *ff. si quis ius dicenti.* Alex. *in l.* 2. *col.* 2. *ff. quod quisque iuris*. Iai. *in l.* 1. *numero* 22. *ff. de eo per quem factum erit.* Dec. *in capitul. significante. de appellatio.*

32 Vnde, si deputat eum, cuius opera in similibus dominus vti solitus erat, excusatur. Fulgos. *in d. l. cum qui*, *§. fin. per l.* 1. *ff. quod cum eo*, *& l. si quis seruo*, *& l. fugitiuus. ff. de solo.* similiter deputans solitum, alias
33 bona aliena, & pupillorum administrare excusatur, *l. vel vniuersorum*, *ff. de pignor. actio.* similiter vtens opera alicuius, quia a fide dignis erat approbatus,
34 excusatur glos. notabilis, & singularis in *l. Titio fundus*, *in verb. actiones*, *circa medium*, *ff. de condit. & demonstrat.* quam in hoc proposito summopere commendat, & pluribus exornat Barbat. *consil.* 1. *colum.* 25. *lib.* 3. Veron. *consil.* 40. *colum.* 7. Alciat. *regul.* 2. *præsumpt.* 2. latissime Neuizan. *lib.* 4. *silua nupt. num.* 55. Curt. sen. *consil.* 72. *colum.* 8. Curt. iun. *consil.* 19. *numero* 5. Rub. *consil.* 44. *numero* 1. Paris. *consil.* 57. *numero* 50. *consil.* 58. *numero* 17. *lib.* 1. *consil.* 29. *numero* 24. *lib.* 2. Socin. iun. *consil.* 37. *num.* 20. *lib.* 2. late Tiraq. *de pœn. leg. causa* 51. *numero* 26. 29. 36. *&* 39. Gram. *consil.* 15. *numero* 13. Crauett. *consil.* 277. *col.* 3. *versic. quid autem*, *consil.* 319. *numero* 14. Iacob. Menoch. *de recuper. possess. remed.* 7. *num.* 17. Ant. Gabr. *de malefic. concl.* 8. *num.* 36.

Et ita in facti contingentia vidi allegatum in mea patria Tudertina ad fauorem cuiusdam Tudertini tutoris nobilis pupilli, qui posuerat factorem per bonas relationes habitas a fide dignis, quibus credidit. Passim enim occurrit, quod quis vult conducere famulum, mulionem, vel similes interrogat de eis.

35 Verum dubitari potest, quia credulitas a fide dignis non excusat a leui culpa, de qua tenetur tutor, vt supra alias vidimus, Fulgos. *in l. Polla*, *colum.* 2. *C. de his, quibus, vt indign.* & ibi Alexan. *columna* 2. *versicul. dixit tamen*, Clarius voluit Felyn. *in capitul. cum contingat*, *limit.* 2. *de rescript.* Seisel. *in l. non solum*, *§. morte*, *colum.* 15. *versic. & vltra eos*, *ff. de nou. oper. nunc.*

36 Pone, quòd elegit pauperem, sed bonæ conditionis, & famę: vtique excusatur (inquit Bart.) in *l. suspectum*, *ff. de susp. tut.* sed nunquid in casu infirmitatis? vtique sic, *l. decreto.* vbi Bal. & alij, *ff. de admin. tutor. §. fin. Instit. de cura.* Lamber. *de contract. mulier. glos.* 8. *num.* 56. & hac addidi vltra late scripta per Borgn. *de tutore, & curatore.*

37 Vltra quem etiam in materia locati, & conducti. de qua agimus, addo, quod si tutor administrans habitat cum pupillo in eius domo, non tenetur ad aliquam pensionem, quia ad eius vtilitatem ibi habitat, vt eum instruat, & eius bona melius administret, Bald. *in leg.* 1. *§. sed si minus*, *in fin. ff. de tut. & rat. distrab.*

Et prosequendo vlterius in materia locati, & conducti, de qua agimus, & salarij, & mercedis, nunquid tutor possit conducere (vt ita dicam) magistros, &
38 præceptores, vt instruant, & doceât pupillum in bonis artibus, moribus, & scientia, soluendo magistris de bonis pupilli competentem mercedem, vel salarium? Et vtique non solum potest, sed tenetur, alias dicitur in culpa, & contra eum iuratur in litem, Plot. *ad l. si quando*, *num.* 203. secundum antiquam impressionem, & secundum nouam, *§.* 5. *num.* 24. *versic. dare operam.* sequitur Borgn. *de tutore, sub nu.* 275. Roma. 225. Probatur optime hæc opinio *in l. cum plures, §. cum tutor, ff. de administr. tutor.* ibi mercedes pręceptoribus non quantas minimas poterit, sed pro quantitate patrimonij, & dignitate Natalium. Qui textus, si rectè ponderetur, & consideretur in dictis verbis, facit in materia locati, & conducti, (ni fallor) ad aliud
39 vtile propositum, & sæpius in facto occurrit. Habes fratrem, vel filium infirmum, vel valde grauatum, conducis medicum famosum, aduenam, & forensem, nulla constituta mercede, quid agendum, &c. Grat. *consil.* 67. *numero* 16. *lib.* 2. Menoch. *lib.* 3. *præscript.* 157. *num.* 25.

40 Vtique, ne sis auarus pręsertim cum medicis, quorum amicitia necessaria est, parabolani enim sunt, sed soluas eis mercedem non quantumuis minimam, prout faciunt multi, cum non sunt in continenti sanati, sed pro quantitate patrimonij, & dignitate Natalium, dicam latius suo loco. Idem in aduocato, & similibus dici potest, vt inferius dicam. Secundo loco probatur hæc opinio *in l. Aquilius Regulus*, *ff. de donat.* de quo suo loco dicam. Tertio *in l. qui filium*,

ff. vbi

Digitized by Google

ff. vbi pupillus educari debeat, qui text. est multum fauorabilis pro fœminis, loquitur enim in pupilla, quæ didicit artes liberales.

41 Et sic corollariè ex prædictis infertur limitatio *ad l. 1. §. postulare, ff. de postulan.* quod licet mulier prohibeatur pro alio postulare, hoc verum in iudicio, causa honestatis, non prohibetur tamen addicere Grammaticam, & artes liberales, prout ibi notabiliter dicitur. Et vides non reputari inhonestum assuescere pupillas, licet fœminini sexus, in literis addiscendis, prout ibi I.C. moraliter docet, sicut etiam

42 mulier non prohibetur in camera studere, vt per Bart. & Ang. *in d. §. postulare*, Dec. *in l. fœminæ, nu. 9. de reg. iur.*

43 Vnde non valet in his regula, *l. Oratio. de sponsal.* prohibetur postulare, ergo literas addiscere, quibus postea postulatur, quia diuersa est ratio, vt dixi *in commento ad reg. cum quid, part. 3.*

De administratione rerum ad Ciuitatem pertinentium.

QVÆSTIO IV.

Quæro quarto loco in ordine subalterno ad hanc principalem quæstionem de substantia locationis secundo, de sindico alicuius loci, vniuersitatis, vel communitatis, an aliquod pro suo labore salarium, vel mercedem mereatur.

1 Pro parte affirmatiua facere videtur. Naturale vitium est negligi, quod commune est (inquit Imperator) *in leg. secunda, Cod. quando, & quibus libro decimo*, ad idem *leg. cum pater, §. dulcissimis, ff. de legat. secundo, leg. tertia, §. apparet, ff. de administratione tutor. leg. in re communi, ff. de seruit. vrban. prædio. leg. fluminum, §. vitium, ff. de damn. infect. leg. si seruus, §. fornicarius, ff. ad leg. Aquil. leg. in princip. ff. ad Macedon. Canon. ad eius distinctione quinta*, apud alios enim tanquam alio curante negligunrur communia, *Aristot. 2. Polit. glos. notabilis in capitulo primo, in verb. religio, ne sede vacante.* Si igitur aliquis curam suscipit illius, quod ab alijs negligi solet, premio aliquo dignus videtur.

2 Secundo loco pro hac parte facere videtur, quia administrator semper præsumitur animo administrandi, non donandi, *l. cum quidam, ff. quando ex facto tutor.* Bartol. *in leg. cum post, §. 1. versicul. venio ad secundam partem, ff. de administrat. tutor.* Bal. *in leg. fin. colum. 3. versicul. quæro quid in matre, C. de de dot. promiss.*

3 Tertio loco facere videtur, quia administratores Ciuitatum obligantur in multis casibus ad multa, de quibus *in l. ciuitas, ff. si cert. petat.* Tenentur insuper reddere rationem, ergo videntur in alio releuandi, vt aliquo condecenti salario digni sint. Altera itaque, & verior est opinio, vt syndico ciuitatis, vel alicuius loci, aut vniuersitatis nullum debeatur salarium, Guid. Pap. *quæstio. sexagesimaocta. ua.* Menoch. *consil. 228. numero septimo.* Quæ conclusio (ni fallor) comprobari potest ex infrascriptis rationibus.

4 Prima sit ratio, quia isti gerunt munus personale gerendo sollicitudinem, & vigilantiam absque erogatione patrimonii, Bartol. & Doctores *in l. placet, C. de sacrosanct. eccles. in l. rescripto, §. fin. ff. de muner. & honoribus.*

5 Secundo loco comprobari potest hæc opinio, hac alia ratione, quia non minus patriæ, quam parentibus debemus, *l. veluti, ff. de iustit. & iur.*

6 Immo in dubio, maxime quando actus est indifferens, potius patriæ tenemur, quam patri, & hæc est communis opinio, vt ibidem attestatur Alberic. *numero decimosexto*, vbi Ias. *numero decimotertio per leg. contra pupillum, §. is qui, ff. de re iudic. leg. fin. Cod. de ordi. iudiciorum, text. notabilis in leg. postliminium, §. filius, ff. de capt. & postlimin. reuersis, iuncta leg. minime, ff. de religiosis, & sumpti. funer. bonus textus vltra scribentes in leg. aduocati, C. de aduoc. diuers. iudic.* vbi patria in litera præponitur parentibus, quibus addo Cagnol. *in leg. velle, numero quinto, ff. de regul. iur.* post Aulum Gellium ab eo adductum. Cum igitur si filius administrat bona patris, nullum possit consequi salarium (vt superius vidimus) multo minus consequetur administrando, & gerendo bona suæ ciuitatis, & patriæ.

Et nota (candide lector) in hac vtili materia locati, & conducti id, quod modo diximus, cui potius teneamur, patriæ, vel parentibus, quia originem tra-

7 hit a locato, & conducto, puta a *l. in operis, ff. locat.* per quam multi dixerunt esse locum gratificationi, vt ibi Alber. sentit.

8 Tertio loco videtur confirmabilis hæc opinio, quia conductio rei propriæ non valet (vt dicam Deo dante suo loco) sed in communi habeo partem, & dicitur meum quoad dispositionem partis meæ. Bal. *in l. 1. C. de comm. rerum alien.* latè Dec. *in l. id, quod nostrum, ff. de regul. iur.*

Ex quibus omnibus colligitur responsio ad adducta in contrarium. Regula igitur fit. Sindico nullum regulariter debetur salarium.

9 Limitatur, vt non procedat in viro, qui quotidie lucratur ex operibus suis. Nat. ad Alex. *consi. 109. lib. 6.* Gam. *theore. 12. num. 8.*

Cui addas *l. si cum tibi, cum ibi not. ff. de præscript. verb.* Ioa. Fab. Aret. & alios *in §. 1. in glo. fin. in verb. Mercede. Instit. mandat.*

Et nota hanc declarationem, quia applicabilis est in omni materia. Vnde in practica cautus erit diligens aduocatus, & procurator deducere exercitium talis sindici, & quot solitus est lucrari, vt dicam suo loco de damno emergenti, & lucro cessante.

10 Vltra alios ampliatur ordine præpostero, vt nec etiam sumptus finita administratione repetere possit, quando sunt maiores res, in quibus fuit expensum, alias repetit. Bart. *in l. siue hæreditaria, ver. sic quærit glos. ff. de negoc. gest. in l. a tutela, ff. de contrar. iu. dic. tutel.*

(?)

De negocijs gestis,

De mercede negociatoris,

QVÆSTIO V.

Q Vinto loco se offert alia in materia salarij, & mercedis non inutilis quæstio, an negociorum gestori debeatur aliquod salarium, merces, vel recognitio.

1 Pro parte affirmatiua facere videtur hæc ratio, quia nemini sua liberalitas debet esse damnosa, Vnde cum iste sponte, & ex sua liberalitate aliena negocia gesserit, iure salario, vel mercede meritorius videtur.

2 Secundo pro hac parte videtur facere hæc ratio, Labor non debet esse vacuus a mercede. Speculat. *in proœm. versic. hoc ergo*, & est semper saltem pro rata remunerandus. Speculat. *in tit. de depos. §. 7. vers. sed pone, procurator.*

3 Tertio pro hac parte posset induci ratio, Bartol. *ad leg. quod Nerua, colum. fin. ff. deposit.* qui reddens rationem, quare negociorum gestorum non teneatur de leuissima culpa, respondet ideo esse, vt facilius homines inducantur ad gerendum negotia absentium, alias de facili perirent. Commendat Dec. *in leg. contractus, numero 38. ff. de regul. iur.* quod multo magis, si salarium, & merces interueniret, facit *l. 1. ff. de negoc. gest.* a qua Bartol. sumpsit hanc rationem.

4 Pecunia namque est vita hominis, inquit Bald. *ad l. si tuis, C. de oper. liber. per notat. in leg. aduocati,*
5 *C. de aduocat. diuers. iudic.* & habens pecuniam habet omnem rem, quam vult habere. Bald. *in l. re-*
6 *ceptitia, colum. 1. in fin. Cod. de constitut. pecun.* & dicitur omnium Regina, Ecclesiast. 11. Cardin. *in clement. 1. de Baptismat.* & pecuniæ omnia obediunt.
7 Bald, *in leg. singularia, colum. 2. ff. si cert. petat.* & est
8 fideiussor in necessitatibus, & (pro Bonæ Deus) & temporibus nostris, in quo nullus contractus est magis celebris, frequens, & approbatus, quam locatio, & conductio. Iura, leges, iudices, officia, dignitates, & omnia locantur, sententiæ verò venduntur, & nihil prodest scire, nisi habeas pecuniam, hæc est litium victoria, iate Tiraquel. *ad leg. si vnquam, in verb. facultatem.*

9 Contraria, & verior est opinio, vt negociorum gestori nullum salarium debeatur, & hanc opinionem tenet Ioan. de Plat. *in l. demonstratio falsa. ff. de condit. & demonstrat. in l. in summa §. 1. ff. de condit. indeb.* Firmian. *in suo repert. in verb. Negociorum gestorum, versicul. 7.*

Pro qua opinione faciunt quæ alias, & de administratore, & de procuratore diximus, quibus isti æquiparantur, vt not. per scribent. *ad leg. 1. ff. de negot. gest.*

10 Ampliatur ista conclusio, vt nec etiam expensas voluntarias repetere possit *negoc. gest. l. ex duobus, §. 1.* & ibi Bar. *de neg. gest.*

11 Subdeclaratur, nisi tales res, in quibus sunt factæ expensæ voluntariæ, sint promercales, *l. quod si, quæ est, l. 10. ff. de impen. in reb. dot. fac.*

12 Pro intellectu enim illius legis, promercales dicuntur res, quæ venales exponuntur. Sic exposuit Politian. & tacito authore Hotoman. *in comment. verb. iur. in verb. promercales*, vel quod præter suos vsus venale paterfamilias habet, prout exposuit Alciat. reprobata opinione Ang. Politia. *lib. 1. prætermiss.* Vide etiam Baptist. *poster anno c. 94.*

13 Ampliatur secundo, vt non reputat expensas factas causa pietatis, *l. ex duobus, §. fin. ff. de negoc. gest.* vbi Bal. ibi dicit esse glo. singularem, & notabilem, quod ex qualitate personarum, & expensarum colligitur factum pietatis, vel non. Commendat etiam hanc ampliationem Signor. *cons. 125. quæst. talis est, col. 2. vers. præterea, per text. in l. cum is, §. si in ea. ff. de condit. indeb.* Tiraq. *de priuil. piæ causæ, priuileg. 119.* appellans talia facta irreuocabilia.

Quibus adde glos. notabilem *in l. virum*, & ibi Bal. *not. ff. de donat. inter vir. & vxor.* vbi ratio de sanguinis, si impensa sit parua præsumitur donatio. Sed sola ratio sanguinis hoc non operatur, vt mihi videtur colligi posse *ex d. l. ex duobus, in princ.* vbi consideratur coniunctio, & nihil operatur. vltra alios ibi Bal. animaduertit, quod sola fraternitas non operatur plus quam inter extraneos, quod facit ad illud, quod dixi supra ad intellectum, *l. Procula, quæst. 1.* Adde etiam Alex. *cons. 152. in fi. vol. 2.* Firmia. *in repert. in verb. pia causa, vers. 3.*

14 Ampliatur tertio, vt procedat etiam quoad expensas necessarias, quando plus expendit, quam res valeat. Bart. post glos. *in l. siue hæreditaria, nu. 3. ff. de neg. gest.* si autem moderatæ sint, eas omnino repetit. Bar *in l. quod Nerua, q. 11. ff. depos. in l. omni modo, ff. de impen. in rebus dot. fac.*

15 Sed pone vnum notabile in practica. Negotiorum gestorum erit causam, & inchoauit iudicium vtiliter, postea succubuit, repetetne expensas? Vtique nõ, tenuit glos. notabilis *in l. ex parte, in verb. & obtinuit*, quam ibi sequitur Bartol. *§. 1. in princip. ff. famil. hercis cun.* idem tenet gloss. quam ibi summopere commendat Bald. *in l. qui mutuum, in §. fin. in glo. fin. ff. mand.* vbi rationem reddit, quia attento fine, seu effectu, apparet negociorum gestorem minus vtiliter fecisse: vnde non repetet, & sic in negociorum gestore attenditur effectus, licet principium vtile fuerit.

16 Declaratur tamen, vt per Bartol. *in l. 3. §. in hac, & l. 1. ff. iudicat. solu.* vbi plures casus considerat. *in l. 2. Cod. de negoc. gest. in l. 3. §. sufficit, ff. de contr. indi. tutel.*

Quæ addi possunt ad ea, quæ ad materiam expensarum, & melioramentorum ponit Menoch. *in suo recuperan. remed. decimoquinto*, vbi copiosè, & doctè more suo materiam explicat, nec aliquid de negociorum gestore, nec de expensis causa pietatis attingit, & materia frequens est, & vidi inter fratres, & alios coniunctos pluries in facti contingentia euenire.

Et vtilitatis causa in materia locati, & conducti, de qua agitur, infertur ex prædictis ad decisionem vtilis, & practicabilis quæstionis, si Angel. credimus.

Sempronius audita infirmitate Reuerendi Abbatis S. Nicolai de Grippis de Tuderto, per cuius obitũ vaca-

Digitized by Google

vacabat amplissimum beneficium, conduxit equum ad vecturam pro eundo Romam,& equitando,ita se gessit,vt curreret, ne ab aliquo perueniretur, ita vt posuerit equum sudantem in stabulo: quidam videns
17 equum sudantem illū extraxit de stabulo,& ligauit, qui equus ita se incapestrauit, vt mortuus sit,an teneatur? Ang. *in d.l.eleganter,§.idem Labeo,ff.de dol.* dicit hanc quæstionem in facto habuisse, & concludit per illum tex. extrahentem teneri, licet enim principium fuerit licitum, finis tamen non debet obesse conductori equi *Ial.in l.1.§.ait prætor,num.3.ff.ne quis eum*. Sequitur simpliciter Bonacoss. de equo, *quæstio.31*.

Et vltra eos hæc Ang. opinio confirmatur secundo loco ex eo quod superius diximus de negociorum gestore, qui si inchoauit a principio iudicium vtiliter si succumbat, non repetit expensas, quia attenditur finis,& effectus,vt superius diximus: Cum ergo in hoc casu finis sit malus, ergo conductori equi nocere nullatenus debet.

18 Secundo loco pro hac parte facit notabilis decisio *gl.in l.2.in gl.si.in si.C.de sicar.* quod insultatus occidens mediatorem bona fide se intromittentem nō punitur pœna ordinaria, si aliter euadere non poterit, quam *glo.* ibi Ang. dicit io actu practico mirabilem,& ibi ita declarat, si aliter euadere non poterit, vbi etiam dicit vnum aliud in materia locati, & conducti, quod conductor domus potest destruere do-
19 mum vicini, vbi est periculum ignis,ne sibi noceat, dixit aliam notabilem & secundum eam consuluit Veron. *cons.33.num.17.* idem Ang. *in l.si cum seruo,ff. de iniur.* Ial. *in l.vt vim,numer.33.in fin.ff.de iust.& iur.* dicens hanc gloss. esse valde singularem, & meo iudicio tenendam. Hippol. *in l.1.& in l.diuus,ff.de sicar.* Petrasanct. *singul.9.* latè vltra eum Clar. *in practica,criminal.§.homicidium, num.60. vers.* ex his etiam deciditur. Quę decisio temporibus nostris est valde notabilis, quia ex eo quod diuisores incurrant periculum vitæ, de quo supra, incurrent etiam, quia inconuenienti Gubernatores procedunt de auxilio, & fauore, saltem ad sportulandum. Vnde reductus est hodie mos viuendi, vt rixæ fugiantur,& nemo audeat exercere officium boni Christiani & hoc ex rapacitate ius dicentium.

20 Tertio loco pro hac parte facit regula, *l. si hominem, in princip. ff. depos.* vbi in re aliena misericordiam exercere est dolus præsumptus, & ibi Castren. dicit,quod licet non fecerit malitia,tamen est in dolo præsumpto.

Hinc postea Penelop. Heroid. Epist. 1.

Exitus acta probet, careat successibus opto. Quisquis ab euentu facta petenda putet.

Auson. de septem sapientibus. Expectare finem Solon docet,& alibi. Exitus acta probat, Finis,non pugna coronat.

21 Contraria tamen est opinio, vt iste nullatenus teneatur ligādo dictum equum,& pro hac parte facit. Sufficit a principio vtiliter esse gestum, licet bonus euentus non sequatur, *l.sed an vltro,§.1.* vbi Bar. Bal. Alberic. & alij id notant, *ff.de negoc.gest.* Et principium spectandum est, *l.1.ff.de orig.iur.§.diutina.Instit. de vsucapio.l.vnica,C.de vsucap.transforman.l. eum,§. in hac, ti. de Publicia.* cum gestis latè per Azzon. Brocar. 1.

22 Hinc Venusin. Epist. 1. ad Lollium Dimidium facti,qui bene cœpit,habet.

Ausonius in Epigrammate. Incipe. Dimidium facti est cepisse. Idem in monosillabis. Incipe quicquid agas,pro toto est prima operis pars.

Magis ad propositum Plautus in Persa. Hanc rem exorsus sum facere, & callide. Igitur prouentum bene mihi confido. Cum igitur iste sic equum ligans bene a principio fecerit,merito tristis euentus ei obesse non debet.

23 Secundo facit hæc ratio. Illud bene fit,quod bona fide fit. *gloss. notabilis in l. cum, qui §. in popularibus,* vbi Ial. *numero 4. ff. de iureiuran.* Cum igitur bona fide hoc fecerit, merito pœnam mereri non debet, *leg. generaliter, Cod. de adult.* quam tantopere in hoc
24 commendat Rom. *consilio 484.* Felyn. *in capit. si vero, il primo, de sentent. excommun.* Doct. *in l. fin. ff. quod quisque iuris*. Dec. *in l. bona fides, ff. de regul. iur.* Marsil. *in l. patre, ff. de quæstionibus, in l. edicto, col. 3. ff. eodem.* Neuiz. *in l. Silua libro 1. column. 8.* Gaspar. de Port. *in repetit. column. 52. l. Imperium, ff. de iurisdict. omnium iudic.* Cagnol. *in l. nemo damnum,*
25 *ff. de regul. iur.* Gerard. *singul. 20. in fine.* etiam in foro conscientię,& hæc est communis opinio. Alex. *ad l. si plagij, ff. de verb. oblig.* Alphan. *report. 418.* & in hac opinione residere videtur Petrasanct. *sing. 9.* Ad cuius quidem opinionis confirmationem vltra alios moueor hac ratione. Inspiciendum est, quod principaliter agitur, non quod in consequentiam, *l. si quis nec causam, ff. si cer. peta. l. 1. ff. de authorit. tuto. text.* notabilis in materia locati, & conducti *in l. nauis onusta, ff. ad l. Rhodiam, de iactu.* Hinc ad propositum the-
26 matis, de quo agitur, infertur, quod faciens actum sui natura principaliter licitum, si io eius executione, & cōsummatione actus reddatur illicitus, & prohibitus, nō punitur saltem pęna ordinaria, sed iudi-
27 cis arbitrio. Et ob id trāscendens muros pro interficiendo bannitum, non punitur pęna, *l. sin. ff. de rerum diuis.* Nell. *in trac. de bannit. in 2. parte, secunda temporis, quæst. 13.*

28 Et sic habetur limitatio *ad l. fin. ff. de rerum diuisio.* vt procedat principaliter, secus si incideret pro executione actus liciti, sed in casu, de quo agitur, principalis actus intentio est licita, merito illa sola attendi debet.

29 Secūdo loco vltra alios pro hac opinione moueor hac alia ratione. Licet culpa sit immiscere se rei ad se non pertinenti, reg. culpa est tamen si ratione alicuius officij, vel etiam intuitu pietatis, vel humanitatis aliquid agat, est sine culpa, *l. non tantum, ff. de appellat. l. seruus ea lege, ff. de seruis asportand.* Not. Dec. *in d. reg.* Vnde talis sic equum alligando ex pietate, vel humanitate hoc fecisse credendum est, merito omnino excusandus videtur.

Ex pro confirmatione prædictorū mihi videtur admodū cōderabilis textus *in l. sed an vltro § 1. aut.* n. sit aliquid a principio necessarium, vt curare seruū infirmum, fulcire insulam, & simil.a, & hoc attenditur, licet succedat tristis quandoque euentus, & non sufficit gerentem actum dicere, putabam me facere actum vtile, vel necessarium, prout ibi textus dicit, sed requiritur, quod re vera in se actus sit necessarius vt ibi in fine dicitur, & fuit regula Philosopho-
30 rū, propter nostrorū affirmare, vel negare, nihil mutatur

tatur in re, *l. aßumptio. ff. ad municip.* Vnde cum in casu nostro iste actus alligandi equum ad lignum, non esset admodum necessarius merito non venit excusãdus, & quibus sic discussis in materia locati, & cõducti, de qua agimus, infertur corollarie ad multa.

Primo infertur, vt cũ verũ sit, quod colono, vel cõductori detur recentio pro melioramẽtis necessarijs, vt dicam in titulo de expensis, quia illa necessitas intelligitur in mera necessitate non opinabili. Vnde ibid. Bar. in practica docet, vt fiat articulus per negotiorum gestorum, quod vtile erat domino sic geri, vel dicit ipse fiat articulus, quod cõmuniter sic fieri vtile esset, sic & in colono concludi poterit, vt obtineat in retentione pro melioramentis, & espensis.

Secundo in hac materia locati, & conducti infertur ex præmissis, quod cum locator possit expellere
32 conductorem pro refectionem necessaria, vt dicam *in tit. de recus.* quia hoc intelligitur in refectione verè necessaria, saltem ex communi opinione, vt supra diximus & non necessitate opinabili per dictum textum *in allegato* §. t.

33 Tertio in hac vtili materia locati, & conducti, infertur ex eo textu, quod si colonus faciat multas expẽsas in extirpãdo, & pro reducendo ad culturã aliquẽ agrũ semper futurum infructuosũ, vel quem dominus habuit pro derelicto, quia eius fructare parũ durare posset, sibi imputet, nec repetet. Vnde cautus erit colonus, vt diligẽter cõsideret, ne lugeat expensas factas, idem in refectione ædificiorum ex eodem cõtextu colligitur, & sic de singulis disputari potest.

34 Quarto infertur limitatio ad l. si quis nec causam, & similibus, vt procedat, quando illud, quod principaliter fit necessario trahat id, quod cõsequens est, & ita dictum suum declarat Ang. *in d. l. 1. de sicarijs,* quem comendat *Ias. in l. cum qui, §. in popularibus, n. 4. ff. de iureiurando.* Vnde considerando dictum Ang. probare videtur hanc supra positam, & confirmatam cõclusionem, dum ipsemet ibi se declarat, quod eius dictũ procedit quando insultatus aliter euadere non poterat, & sic presupponit actũ necessarium. Quinto infertur limitatio ad illud gl. dictum, quod illud dicitur bene fieri quando fit ad necessitatem, vel magnam vtilitatem ex iam deductis.

35 Concludendo igitur verior videtur Ang. decisio, & ex ponderatione legis, sed an vltro, *§. 1. ff. de negoc. gest.* Patet facilis responsio ad singula contraria, cõsiderando semper sequelam necessariam, vel valde vtilem. Igitur principium spectandum est, *l. 1.* de origine iuris io actu necessario. Igitur bona fides excusat, *gl. in l. eum, qui §. popularibus de iureiurãdo.* in actu valde vtili, vel necessario.

36 *Igitur* gestum sub nomine pietatis, vel humanitatis esculat, *l. non tantum. ff. de appell.* in actu valde vtili, vel necessario, & sic intelligatur Dec. *in allegata l. culpa, caret.*

Testibus cogendis,

De mercede testimoniali.

QVÆSTIO VI.

AGgredior in præsenti vtilem, & practicabilem materiã mercedis, salarij, & recognitionis testium, maxime de longinquo examinandorum, vbi tangam de salario, seu mercede, vecturis, equorum, interesse lucri cessantis, si soliti sunt locare operas de expensis & similibus connesis.

Pro parte igitur affirmatiua, quod salarium debeatur primo loco mihi videtur huiusmodi ratio. Illud quod scribitur 12. *q. 2. can.* charitate, videlicet iu-
1 stum esse, vt illi consequantur stipendium, qui pro tempore suum reperiuntur commodare obsequium canon. cum officio, *de præscript. canon.* præcarie, *il primo* 10. *q. 2.* vbi nemo proprijs stipendijs debet mi-
2 litare, de suo cogi alijs facere beneficium, pulchra *gl. 7. q. 2.* vbi labore non debet esse sine fructu, & sic mercede. Vnde illud Catonis, Cũ labor ex damno, mortalis crescit egestas, Quam allegat *gl. in verb. pedaneis, in §. ne autem, auth. de iud.*

3 Secundo loco pro hac parte facere videtur ratio, *l. si quando, C. de testib.* vbi Cin. in 4. *notab.* sed testi suũ officium non debet esse damnosum, ad idẽ, *l. si seruus communis, §. quod vero. vbi gl. in verbo,* damnosum circa medium, & ibi Bart. *in prin ff. de furt.* inferrens es hoc in materia locati, & conducti, de qua agimus
4 ad vtilem decisionem, quę in facto euenit Bononiæ tempore *Io.* Andreæ Legati, quod si Ambasciator fuit rubbatus in itinere, & ambassiarla non fuit meodicata, nec procurata, & fuit rubbatus in necessariis ad officiũ, & quæ aliter non periissent, quod cõmunitas teneatur, alias nõ, quia prospicere debebat hoc euenire posse per tex. celebrem in materia locati & conducti, *in l. si quis domum, §. 1. ff. locati.* Pręterea ambassiatores recipiũt salarium, & suo sumptu, & periculo operari debent, *l. idemque, §. idem, vers. vecturas,* vbi Bal. *not. ff. mandat. l. suo sumptu, ff. de oper. lib.*

5 Et de facili etiã in similibus euenire potest. Condusit Sempronium, vt portaret literas ad Vrbem, mulionem, vt portaret aliquid, suo enim periculo intelligitur stãte debita mercede, & salario, nec teneor ei dare decem, puta pro salario, quinq; pro victu, sex pro calciamẽtis, prout multi petut, & dicã suo loco.

Ad idem pro hac secunda ratione facit lex, si quis ex signatoribus, iuncto *text. in l. locum, §. hoc interdictum, vers. exhibere, il secundo, ff. de tabu. exhib. iuncta gl. in verbo cogat in l. cum ab initio. ff. quemadmodum testam. aperiantur,* vbi signatores cogi possuut ad recognoscendum signa, non suut auocandi, vt officium sit eis damnosum.

6 Et per hoc inferrebãt domini de Rota *dec. 355.* in antiquis, quod testis sine examine aliquid confiteatur, es hac confessione condemnari non debet, ne officium suum sit ei damnosum, late declarans Franc. de March. *decis. 95. part. 1.*

7 Tertio pro hac parte facere videtur hic, quod dicitur de matre, quę tenetur alere filiũ intra trienniũ, iuxta *gl. in l. si competenti, Cod. de alen. liber. in l. nec filium, C. de patr. potestat.* nam si non habet vnde se & familiam alat, nisi ex operibus suis, a quibus oporteret eam cęssare, si filiũ alere vellet, tunc pater nõ ipsa mater alere tenetur, & recusare posset filiũ alere. Bald. *in l. sed & si hæreditas, §. quod autem. ff. ad exhibend.* Aluis. de Abert. *singul.* 159. Amanel. de Clarisaquis *sing.* 1. Idem ergo in teste dicendũ videtur, qui licet cogi possit, vt ad deponendũ veniat attamen si operibus suis parat sibi victum & familiæ, recusare poterit, nisi sibi satisfiat pro dictis operibus, a quibus

propter

Digitized by Google

propter testimonium ferendum vacare cogitur. *Ita* scribit Florian. *in l. tristium, §. Sabino ff. de testib.* & allegat text. *in d. l. sed & si hæreditas, §. proinde, ff. ad exhibendum*. Addens, quod non solum debet habere impendia, sed mercedes dierum, quibus stetit occupatus pro testimonio ferrendo, per text. *in d. l. si quando, in verbo difficultates*, post Bar. *ibid.*

8 Ex quibus corollarie ex doctrina Bal. superius allegata infertur limitatio *ad l. nec filiam, & ibid. not. C. de patr. potest. & ad glos. in l. si competenti, C. de alen. liber.* vt non procedat, nisi mater non habeat vnde se alat, & cogeretur a proprio exercitio vacare.

9 Quarto loco pro hac parte vrget doctrina Bart. *in l. si procurator. ff. rem rat. habe.* vbi dicit, quod quis reperit id, in quo damnificatus est, ex eo, quod a suis negocijs auocatur, & Bart. *in l. 1. num. 1. ff. de alitna. iudi. mutan. causa fact.* dicit, succumbentem in expensis teneri ad damna ratione personæ, si victor solebat lucrari ex operibus suis. Sequitur *Ias. in l. t. §. hor iudicium, nu. 14. ff. si quis ius dicen. non obtemperanit.* Abb. *in c. finem litibus, num. 30. de dolo, & contu.* & Deo dante dicam suo loco.

Quinto facit doctrina Alb. *in d. l. quoniam*, quod si testis habeat equum, quem sit solitus locare, quod producens testes teneatur soluere mercedem talis equi. Addo Siluam nuptialem *lib. 3. in verb. monitorie, ampliat. 5.* Ergo multo magis dicendum est eum teneri ad solutionem mercedis operarum, quas testis solebat alijs locare, vt se & suos familiamque aleret. Et hanc opinionem intelligendo secudum leges, quas allegant, tenuerunt Cinus, Iac. But. & Salt. *in d. l. quoniam liberi.* Iacob. Belui. *in sua practica criminali, versic. de testibus. sub nu. 21.* Bal. quem refert, & sequitur Pely n. m. r. 1. *de testib.* Flor. *in l. rx hac lege, ff. si quadru. pauper. fecisse dicatur.* quem refert, & sequitur Firmia. *in tract. de epist. par. 2. rol. 6. lib. 4.* Alber. *in tract. de testibus, §. videndum, col. 16.* vbi reprehendit Albericum *in d. l. quoniam liberi*, dicens eius opinionem esse iniquam. Beatus Antonius Archiepiscopus Florent. *in sua sum. par. 2. tit. 1. c. 10. §. 7. col. 2.* Guid. Pap. *decis. 68. num. 3. & 4.* Osasc. *decis. Pedem. 46.*

Contraria itaque est opinio quinta, quod testi pro testimonio ferrendo nullum debeatur salarium, sed gratis deponere debeat, hac primo loco ratione. *In-*

10 clusio vnius, alterius est exclusio *c. nonne, de præsumptionibus, l. cum prætor, ff. de iudic. l. maritus, C. de procurat.* sed iure cautum reperitur expensas victus duntaxat testibus deberi, ergo salarium exclusum videtur. Minor patet *ex l. quoniam liberi, C. de testibus, cap. statutum, & c. venium, 4. q. 3. glos. in c. non licet, 11. q. 3. l. eos, §. si quis autem, C. de appell.*

11 Quę argumentatio (ni fallor) videtur corroborari posse, quod tunc demum argumentum ab exclusio. ne procedit, quando disponens, & permittens omniū habuit cognitionem. Bal. ita declarans *in l. iubemus, §. fin. per illum tex. ff. de testam. & quemad. testa. ordin.* Inferens ex hoc, quod si potestas cessauit vnum processum, quod alios contra eundem approbasse dicitur, quando omnes sibi fuerunt præsentati, & de eis cognitionem habuit.

12 Similiter idem dicit in Summo Pontifice, quod si cessauit vnum statutum vnius ciuitatis, quod videtur alia approbasse, si eorum omnium habuit cognitionem, & non aliter, quod facit pro Ambasciatoribus,

13 qui tempore creationis alicuius Summi Pontificis petunt statuta confirmari, vt bene, & prudenter cū breuitate instruant Principem pro validitate, vel derogatione statutorum. Sed in casu, de quo agimus, sumus in legislatore ita disponente, meritò nullum debetur salarium.

14 Secundo itaque loco pro hac opinione confirmāda facere videtur huiusmodi inductio *ex l. si quando, C. de testib.* vti testes non possunt cogi stare in loco iudicij vltra quindecim dies, ne pro alienis commodis suas inueniant difficultates. Ergo infra quindecim dies cogi possunt pati suas difficultates, idest damna, & similia. Et arguendo a contrario sensu innuit, quod damna non debentur infra quintumdecimum diem, nec post, quia si deberentur, non diceretur, iacturam pati. Hinc videmus, quod si testis in itinere spoliatus a latronibus fuerit, non recuperat damnum a producente. Bald. quem ibi sequitur Pelyn. *in rap. t. de testib.*

15 Tertio pro hac parte tenēda facit hæc ratio. Ferre testimonium est munus publicum. *glos. in l. si quis ex signatoribus, in verbo, obsignentur. ff. quemad. testa. aper. in l. si quando, in glos. 1.* vbi Cin. Bald. Ang. & alij, *C. de testib.* Felyn. late *in rub. C. de test.*

16 Hinc postea est, quod nedum in causa pecuniaria, & ciuili, vel etiam in causa criminali quis cogitur captis pignoribus ferre testimonium de iure ciuili loquendo, quamuis de iure canonico secus sit, *l. inutili, ff. de testibus, & d. l. si quando*. Pulchre Franc. de March. *decis. Delphi. 776.* audens dicere ius ciuile in hoc rationabilius esse, quam ius canonicum, in hoc valde timidum. Bonacos. *de æquit. canon. conclus. 49.* Et hoc gratis testes facere debent. glos. in hoc valde notabilis *in cap. ab omni, de vita, & honest. cleric.* Si igitur officium necessariu est, & inuiti cogi possunt, ergo merces eis non debetur, argumento tutoris, cuius officiū etiam publicum est. *Instit. de excusat. tutorum, §. 1.* & tamen ei non debetur salarium, vt superius vidimus *in tit. de admin. tutor.*

17 Et hanc partem vti veriorem sequuti fuerūt Bal. *in l. fin. in fi. C. de fruct. & lit. expen.* vbi dicit, quod testis damna temporis petere non potest, quia hoc esset litigantibus nisi onerosum: & ibi sequitur Sal. etiam in fine. Alber. *in l. quoniam liberi, nu. 4. in fine, C. de testibus*, vbi vtiliter taxatiue solummodo, vel duntaxat Philipp. Franch. *in cap. statutum, §. pen. col. 2. de rescrip. in texto alleg. Cardinal. in Canon. placuit, 4. quæst. 3.* Nell. de sancto Gemin. *in tract. de testib. in verb. tredens, in fine.*

Pro resolutione vtilitati studendo ponam aliquas conclusiones in materia salarij, expensarum, interesse, & similibus ita connexis.

18 Prima sit conclusio. Testis non potest recipere pecuniam pro testimonio ferrendo, sed ad veritatem inueniendam deponere debet, *l. si quis in fine, C. de test. cap. sicut, eodem tit. cap. licet, de probat.* Nepol. *in tract. de testibus, num. 75.* vbi extendit tam in causa ciuili, quam criminali. Feder. Senen. *in eodem tract. num. 17. Canon. in cap. qualiter, il primo; de accusat.* Diuus Thom. & Caietan. *in 2. 2. quæst. 7. artic. 1.* & probat text. notabilis *in Can. nolite timere, 2. quæst. 3. & cap. intimauit, de testibus*, quibus est constitutum testem libere etiam non requisitum debere testimonium dicere ad proximum liberandum. Et ideo textus *in*

can. non sanè, 15. q. 5. dixit venale testimonium non esse veritas testimonium. Domi. a Soto *de iust. & iure q. 7. art. 2.* Nauar. *in cap. inter verb, 2. q. 3. corollar. 63.* Didac. *in regula peccatum, relat. part. 2, & §. 3. num. 2.*
* Et hęc est vera, & communis opinio a Menoch. *de arbit. iudi. caus. lib. 2. cent. 4. cas. 310. in princ.*

19 Ampliatur, vt ex hac receptione pecuniæ falsi crimen testis dicatur incurrisse, *l. 2. §. 1. ff. de fals.* Franc. March. *decis. Delphi. 488. par. 1. nu. 2.* & hæc est communis opi. Dec. *in c. 1. de testibus.* Boss. *in tit. de fals. num. 168.* Iul. Clar. *in §. falsum, vers. quid è conuerso.* Viu. *lib 1. opin. 420.* Didac. *in c. quamuis, part. 1. §. 7. num. 5.* Marsil. *sing. 353.* Iacob. Menoch. *de arb. iudic. casu 138.* attestans hanc esse communem opinionē. Bene verum est, quod post Dec. & alios æquius sibi videtur, vt pœna arbitraria puniatur, causæ, & personæ qualitate inspecta, siue testis receperit pecuniā pro testimonio ferrendo, vel non ferrendo, & cum communi tenet Ias. *in l. 2. ff. de cond. ob caus.* Bol. *in tit. de fals. num. 268.* vbi reprobat opinionem Dec. *cons. 89. num. 6.*

20 Hęc ampliatio extenditur, & subampliatur multifariam, multisque modis. Primo, vt procedat etiā si testis pecuniam receperit pro dicendo verum testimonium, adhuc enim per receptionem pecuniæ falsi crimen dicitur incurrisse. Bar. *in l. 1. in princ. num. 1. ff. de fals.* cuius ea est ratio, quia testis debet deponere gratis illud, quod scit, vt *l. 3. §. lege Iulia, ff. de testib.*
21 & illud, quod fieri debet gratis, si fiat ob pecuniam, turpiter fit, vt not. *in l. 4. §. si tibi, ff. de condict. ob turpem caus.* quæ regula hodie damnatur. Idem tenet Bart. *in l. diuus, num. 5. ff. de re iudic.* Bal. *in l. data opera, colum. 5. vers. quid si testis, C. qui accus. non possunt,* Marsil. *in d. l. 1. num. 6.* Bart. *in l. presbyteros, C. de episcop. & cleric.* Angel. *in tract. malefic. in verb. falsario, num. 19.* reputans notabile contra dantes, & recipientes pecunias pro testimonio ferrendo. Franc. March. *decis. 779. num. 8. par. 2.* Boss. *de testib. nu. 150.* Nell. *in eod. tract. num. 203.* Marsil. *singul. 303.* allegat. *l. 1. versicul. pecunia accepta, de receptator. l. fin. §. fin. ff. ad leg. Iul. repetund.* Nell. *in tract. banni in 2. par. 2. tempor. quæst. 12.* Ploi. *de in litem iuran. §. 11. num. 15.* Cin. *in l. si quis testib. quæst. 11. C. de testibus.* Ioan. Andr. ad Specul. *tit. de testib, §. 1. vers. quid si testis.* Ias. hoc in practica valde commendans *in dict. l. diuus, nu. 77.* Addit. ad Ang. *in ver. testis. littera A, sub num. 28.* Cels. Vgo. *in reper.* Felyn. *in ver. testis corruptus, fol. 131.*

22 Quæ conclusio ampliatur notabiliter, vt licet recipiens pecuniā pro testimonio ferrēdo in causa criminali, & capitali, simul puniri debeat pœna capitali illius delicti, pro quo deposuit, nō falsi, vt per Salic. *in l. & si legibus C. si contra ius. in l. diuus, ff. de re iudic.*

23 Tamen si recipit, vt verum dicat, non vt innocentem suffocaret, tunc pœna falsi punitur. *Ita* dicit notandum Boss. *in tit. de fals. sub nu. 169.* sed eligat quam vult, incidit in Syllam.

24 Quod procedit etiā, si pecunia ei sponte data fuisset. Hippolit. post Alex. *in l. 1. n. 10. ff. de fals.* Monticel. *reg. 15. sub nu. 49.* Mising. *cent. 2. obseru. 75.*

25 Considerandum tamen est, quod non videtur iste testis, licet pecuniam accipiat pro veritate dicenda, quod sit falsi pęna puniendus, turpiter enim facit, & hoc negari non potest, non tamen sequitur necessario, ergo est falsi pœna puniendus, cum in hoc non mutet, sed dicat veritatem.

26 Namque falsitas etiā large sumpta nihil aliud est, nisi immutatio veritatis, *& in authen. de instrum. caut. & fide, in princip. cap, & si Christus, iuncta glos. in verbo confirmatio, de iureiurando,* vbi ea verba formaliter recitantur. Azor. *in rubr. C. de fals. cap, 1. de crimin. fals,* Doct. *in cap. super literis, de rescript.* Castr. *cons. 146. par. 1.* Spec, *de aduoc. §. 9. vers. item si cautus, de execu, vers. item quæritur,*

Sed si iste testis sic dicēdo nō immutauit, immo dixit veritatē, merito falsi pęna puniendus nō videtur.

27 Secundo loco mouet me id, quod post alios no. Felyn. *in cap. cum olim, il 2. in fin. de offic. deleg.* quod falsum inducitur per eum tantum actum, per quem veritas apparere non possit.

Tertio mouet me dict. Bart. *in l. quid sit falsum, ff. de fals. in l. nec exemplum, C. de fals.* vbi magistraliter procedendo, falsum dicitur tripliciter. Largissimè, vt
28 per dialecticos, id omne, quod nō est verum, siue dolose dicatur, siue non, *l. si is, qui ducenta, §. verum,* & ibi Soci. *ff. de reb. dub.* & passim dicimus hoc est falsum, hoc non est verum, & sic de singulis.

29 Secudo modo dicitur falsum immutatio veritatis cum dolo, & tunc inquit Bar. omnis, qui dolum committit: falsum committit, sed non punitur *l. Cornel. de fals.* prout in casu nostro, quia dolum commisit testis pecuniam recipiendo, sed dixit veritatem.

30 Tertio modo dicitur strictè, & proprie falsum id, quod includitur sub aliquo ex capitulis *l. Corneliæ, de falsis,* & iste punitur pœna ordinaria; *l. Cornelia, de fal.* & ob id infertur in practica, quod si extet statutū loquens de falso, vel bannimenta prouincialia loquē-
31 tia de falsis non comprehenderet, nisi eum, qui falsū commisit tertio modo sumptum, cum statuta, & bānimenta sint stricti iuris, & ita colligitur ex mente Bar. *in d. l. quid sit falsum, in fi.* merito talis testis recipiens pecuniam pro veritute dicenda falsi pęna ordinaria iuris communis bannimentorum, vel statuti non punietur, sed extraordinaria, iudicis arbitrio, attenta qualitate personæ, causæ, & pecuniæ acceptæ.

32 Ampliatur etiam, vt ex hac receptione pecuniæ pro testimonio ferrēdo falsi crimen testis dicatur incursurus, & hæc est communis opin. *Io.* de Anan. *in c. 1. nu. 15. de fals.* & magis communem profitetur Couarr. *in c. quamuis, col. 3. de pac.* Eman. *in suo thesaur. littera I. num. 253.* Castr. & Ias. *in l. 1. §. fin ff. de cond. ob turpem causam.*

33 Declaratur ista ampliatio, vt procedat, quando clare constat testem falsum deposuisse ex hac receptione pecuniæ, alias in dubio puniendo pœna arbitraria turpiter accipiendo, quod gratis facere debebat. Ita ex suo cap. considerauit Iul. Clar. *in §. falsum, vers. sed quid è conuerso, in fin.*

34 Declaratur secundo in teste recipiente, secus quoad dantem, quia nō punitur de falso, sed de corruptela. *Ita* tradit Dec. *cons. 189. sub num. 12.* attestans ita communiter teneri. Viui. *lib. 1. opin. 420.* prout eum refert Eman. *in suo thesau. littera I. num. 254.*

35 Et in practica habetur obiter vnum aliud a Dec. quid testes corrupti, si sunt singulares, & deponūt de diuersis, & varijs quantitatibus, non probant. Vnde in pręsenti exceptio singularitatis est legitima. Bene verum est, quod si statutum dicat, vel bannimenta,

quod

quod producens falso testes perdat causam, iste dans sic pecuniam perderet. Addit. ad Ang. *in verbo testis, sub nu. 28. litera A.*

36 Quid si te is non recipiat actualiter pecunias numeratas, sed fideiussores, vel pignora? Vtique idem ac si recipisset pecunias, ex quo ei cautum est Ioan. And. ad Spec. *in tit. de test. §. 2. vers. quid si testis.* comendat Alex. ad Bart. *in l. 1. ff. de fals.* Addit. ad Ang. *in verb. testis, sub nu. 28. litera A.* Et dicit Bal *in l. data opera, col. 2. vers. quid si testis promisit, C. qui accus. non poss.* quod si testis promisit certificari certum, & tûc repellitur, aut simpliciter promisit testificari, sed non promittendo quid, & tunc non repellitur.

37 Ex quibus corollariè infertur limitatio, & intellectus ad *l. 3. §. lege Iul. ff. de testib.* quo cauetur, vt testis recipiēs pecuniā pro testimonio ferēdo repellatur, q̃ verū, si promittat testificari quid certū, repellatur.

38 Declaratur vlterius præsens conclusio, nisi pecunia palam, & publice daretur, quia tunc & dans, & testis excusatur. Ita notabiliter Archid. *in conf. qui recte, 11. q. 3. comendat in pract.* Bal. *in c. fi. n. 11. de appel.* instruens in practica, vt in publico coram aliquibus personis vocentur testes, & ei detur aliquid pro veritate dicenda, dicens, hâc nō dici corruptelā, sed cautelam. Similiter licet secundum eū instruere, & monere pro veritate dicenda. Dec. *cons. 189. nu. 2.* Aug. ad Ang. *in verbo falsario, nu. 20.* exclamans hanc limitationem esse legistis incognitam, sed verissimam maxime si testi sponte palam aliquid offeratur pro veritate deponendā. Iac. de Beluis *in §. 1. auth. vt iudices sine quoquo suffragio.* Nicol. P.gn. ad Rom. *sing. 330.* Valde comendat Coll. in iudice loquens in memorabilsuis, in verbo, iudicibus expeditionem protestantibus, vbi laudat iudices abstinentes, etiam si publice detur, quando causa potest expediri sine reuolutione librorum, Scalen. *de conf. sapien. li. 4. c. 11.* Boss. *in tit. de fals. nu. 168.*

39 Ex quibus infertur, & limitatio ad l. venales, C. quando prouocare non est necesse, vt non procedat in actu palam gesto, de qua materia alias (Deo dante) dicemus.

40 Declaratur vlterius allegat conclusio vno alio notabili modo, vt non procedat, quando testis pecuniam recipiens deponeret ad fauorem illius, contra quem accepit pecuniam, quia tunc ēt plenè probat. ita dixit notabiliter Bal. *in c. 1.* si de feudo contrauer. sia fuerit inter dominum, & vasallum, quod dictum singulare reputauit Rom. *sing. 330.* tu icis textū *lo.* de Arn. dicens quotidie in facto euenire, *dialog. 50.* Feli. *in c. fin. de testib. cogend.* Clarius *in c. licet causam in 9. not. b. in fin. & n. 7. in fin. de probat.* Dec. *in c. 1. de testib.* Marsi. *in l. nu. 10. & in §. sed si quis, nu. 4. de fa f.* Atti. *in d. c. 1. notab. 11.* comendat Marsi. *singu. 112. in pre* Ial. hoc valde comendans *in l. 1. ff. de scr. num. 21.* Addit. ad Ang. *in verbo testis, num. 20. litera A.* dicens ex mente Bal. hoc valde in practica notādum Frande Marc h. *decis. Delph. 69. nu. 6. part. 2.* Nell. *de testib. numer. 202.*

41 Ampliatur ista declaratio, siue aduersarius inducat in testem contra corrumpentem, siue iudex ex officio, prout facere potest vt tradit Are. *in c. primo de testibus.*

42 Declaratur præ allegata conclusio, vt procedat multis concurrentibus. Primo in eadem met causa, secus in diuersa. Vnde si agatur criminaliter pro subornatione, tunc testis corruptus non probaret quia iam est socius criminis. Secundo procedit antequam examinetur, quo casu cogi potest, secus si semel fuit examinatus, quia iā functus est officio suo, & a nplius cogi non poterit. Tertio procedit constito prius de corruptione. Ita hoc dictum Bal. declarat Boe. *q. 58.*

Cui addo Put. *de sind. in verb. probatio contra officiales, vers. si tamen iudex.* Atti. *in consit Neap. f. 321.* Fel. *in c. 1. limit. 2. de præscript. & in trac. de conatu limit. 2.* Boer. attestans pluries iudicatum. *decis. 319. nu. 5. & 6.* vbi loquitur, subdens etiam non accusare corrumpentem, si postea non vtatur, quia confidetur actus corruptionis.

Cauti igitur debent esse iudices criminales in processu subornationis testium, animaduertere ad examen testium corruptorum, quia non probant.

43 Quid si talis testis siue iuramento deposuerit, vtique idem, & hæc est communis opinio. Alex. *ad l. e. dita. C. de eden.* Cur. *de testib. concl. 15. nu. 34.* Ex quibus corollarie infertur intellectus, & limitatio ad l. 3. *lex Iulia, ff. de testib. & l. 1. ff. de fals.* vt non procedat, si deponant contra corrumpentem, modo, quo supra. Secundo procedit etiam in teste non iurato. Tenetur tamen corrumpens, & testis ad omnia damna parti læsæ. *gl. in c. presbiterum, de homic. in c. imputari, de reg. iur. lib. 6. in c. sicut. de testi. in cap. 1.* de Sacra Eucharistia, quem tex. dixit ad hoc singularem, & peregrinum Corset. *in sing. in ver. testis. 23.* vbi valde comendat in practica.

44 Sublimitatur tamen hoc de damno, vt non procedat in foro conscientiæ, in quo testis non tenetur ad restitutionem damni. dictum est Vincentij *in c. 1. de custod. Eu. harist.* Quod singulare, & communiter receptum testatur Corset. *in sing. in verb. testis. 23.* comendat Iul. Clar. *in §. falsum. vers. pœnæ autem.* Viui *opin. 419.* De quo tamen dicto dubitauit Barbac. *in c. Raynaldus, de testam.* Emanuel Soarez. *in suo thesau. litera T. num. 255.*

45 Immo videtur peccare mortaliter, & ac restitutionem acceptorum, & si ex mera liberalitate acceperit, saltem ex bono consilio erogare pauperibus; Anh. *in verbo testis, nu. 28. in fin.*

Quem passum non video tactum a doctissimo Couar. *in regula peccatum.*

Cauendum igitur est Christiano viro in testem inducto ab huiusmodi corruptelis, ratione peccati, restitutionis, infamiæque;

46 Quid si testis accipiat generaliter pecuniam, vt faueat in tali causa? Vtique excusatur Bertach. reputans hoc mirabile in verbo testis *rub. Testes, qui esse, possunt sub nu. 20.*

Declara etiam in teste, qui liberè, & sincere deposuit, & post pecunias recepit eam in tali casu testis non incurrit falsi crimen, si ei sponte data fuit. Aug. ad Ang. *in verbo salario vers. quæro aliquis.*

47 Declaratur quoque nisi testis aliter deponere vellet: nam tunc licet pecuniam dare, sed palam. Monticell. *reg. 15. n. 52.* Quid si testis pecuniam recipiat, vt falsum deponat, postea pæniteat, adhuc corruptus dicitur, Vulpel. *respon. 103. nu. 2.*

Declaratur vlterius circa expensas, & mercedes ponendo aliquas conclusiones.

48 Prima sit Conclusio. Testi inducto sunt subministrandæ

ſtrandæ expenſæ, & alimenta iuxta qualitatem, & condecentia ipſius in eundo, redeundo, in equo, ſi eſt ſolitus equitare, vel ſit infirmus. Cano. veritatis. 4. q. 3. Alber. *in l. quoniam, C. de teſtib.* Io. And. Franch. & alij *in c. ſtatutum. §. ſi, de reſcrip. lib. 6.* Fely. *in c. 1. de teſtibus, numer. 6.* Luc. Petr. *de iudic. form. lib. 2. cap. 5. num. 25.*

Similiter vecturæ equorum, ſi equos conduxerit, vel proprios equitauerit quos locare ſoleret, faciebat Papiæ Gotardus Biduſ. *argumento, l. ſi vero. §. ſimili. ff. manda.* Ioan. And. *ad Spec. tit. de teſti. §. qualiter verſicul. teſtis autem.* Ioan. Crot. *de teſt. parte vltima, ſub numer. 407.* Ang. *in verbo teſt. ſub num. 28. in fine,* Franc. March. *deciſ. Delphinal. 640. parte 2. numer. 4.* atteſtãs vnum aliud vtile in practica, quod in dubio datum teſti, præſumitur potius pro victu, & alimentis, quam ad corruptelam, & hoc ad euitandum delictum. Vnde cautus eris in practica, ſi nullis alij concurrentibus adminiculis repugnãtibus, poſſet defendere, & dantem, & recipientem. Melius aſſerit hoc idem Franc. de March. *deciſ. 488. p. 1. nu. 9.* vbi etiam ſubdit vnum aliud notabile, quod ſi teſtis ſpoliaretur in itinere a latronibus, licet non recuperet damnum a producente, tamẽ de vrbanitate ſi aliquid daretur, non vitiaretur, dummodo interueniat ſententia iudicis, late ponens materiam. Fely. *in c. licet, de prob.* & ibi etiam dicit vnum aliud notabile dictum, de quo etiam ſuperius tetigit, quod teſtes producti non probant contra corrumpentem, niſi in ſubſidiũ, & quando veritas aliter haberi non poteſt, & tunc veritas haberi aliter non poteſt, quando natura, & qualitas negotij, vel criminis hoc ſuadeat, non quando teſtes caſualiter non interfuerunt, quod in practica notabile eſt pro interrogatorijs faciendis. March. *deciſ. 178. nu. 3. part. 1.* Pedemont. *deciſ. 46.* Rebuf. *de benef. num. 407.*

49 Sed nunquid faciendæ ſunt expenſæ modo, quo teſtis in domo propria feciſſet? Vtique nõ. Tenet in practica obſeruari Ang. *poſt gloſ. ibi, in l. ſed & ſi lege. §. quod autem. ff. de petitio. hæred.* Alberic. *de teſtib. c. 7. n. 84.* Immo habetur ratio expenſarum, quas teſtis in domo feciſſet, *vt dixi ſup. hoc tit. quæſtio.* de ſocio perſonam exercente, propter finem. Cui addit late Graua. ad veſtr. *lib. 6. c. ſi. nu. 25.*

50 Tenetur inſuper refundere vulgo *le giornate* ſi eſt ſolitus locare operas ſuas. Guid. Pap. *deciſ. 68. num. 4.* atteſtãs in Curia Delphinali paſſim obſeruari. ratio videtur in promptu. Nam licet teſtis non debeat eſſe in lucro, tamen eius officium ſibi non debet eſſe dãnoſum, vt ſuperius vidimus. Boſſ. *de teſtib. num. 132.* Sal. *in l. quoniam liberi, col. 1. C. de teſtib.* late Alberic. *de teſtibus cap. 1. nu. 85.* dicens contrarium tenere eſſe valde iniquum; ſatis enim eſt his præcipue temporibus, quod teſtes compellantur ad teſtificandum cum odio alterius, quia veritas odiũ parit abſq; eo quod compellantur, cum ipſorum incommodo, et damno. Et practicãdo nota ꝙ oportet, quod iudex de hoc ſit certificatus, & faciat ex officio ſuo rencere tales expenſas, & ſimilia teſti vt per But. *in c. 1. de teſtib.* Commẽdat in pract. Ceſſ. Hugo. *in reper.* Fely. in verbo teſtis nõ debet *f. 131.* Vnde in practica erit cautus teſtis inductus informare iudicem, & ex officio reſici facere. Et ita tenuit Rot. in vna mercede teſtium coram D. Decano, vt ſolito tenere æquum, & famulum, detur vnum ſcutum pro qualibet die, & ſolito tenere famulum tantũ, Iulios octo, pro qualibet die *deciſ. 104. p. 2.*

51 Similiter pro labore in ferendo teſtimoniũ, vt mercedes dierũ, & ſimilia, Flo. *in l. 3. §. Sabinus, ff. de teſtib.* Fel. *in c. 1. de teſti.* Boſſ. *de teſt. nu. 132.* Cro. *q. 15.*

52 Et hoc legitime fieri poteſt, etiam in ſoro conſciẽtiæ. Didac. poſt Theol. *in regu. peccatum, par. 2. §. 3. ſub nu. 2.*

53 Ex quibus etiam de facili patet reſponſio, ſiue conciliatio contrariorum hinc inde allegatorum. Tamen poteſt melius reſponderi ad regulam, *l. cum prætor, ff. de iud. & cap. non ne, de præſcriptio.* de incluſione vnius ad excluſionem.

Quia illa procedit, & habet locum niſi de aliquo ſit ſpecialiter facta mentio frequentioris vſus, quo caſu non procedat regulam, *l. cum prætor.* & ca non ne, vt ibidem per Fel. *nu. 5. verſ. quinto fallit,* Iaſ. *conſ. 166. col. ſi. vol. 4.* idem Iaſ. *ad leg. 2. C de ſacroſan. eccleſ. nu. 32.* prout *in d. l.* quoniam libere fuit dictum de expenſis, ratione frequentioris vſus.

54 Secundo reſpondetur, licet aliquid ſpecialiter includatur non propterea excluditur, quod alia via includitur, prout in caſu noſtro. Dec. ita declarans *conſ. 119. nu. 9. verſ ſecundo &c. & conſ. 199. nu. 4. verſ. non obſtat,* quę ad intellectum regulæ, *l. cum prætor* ponit Alphan. *reportat. 328.* cui adde bona loca ab eo non allegata. Socin. *in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. nu. 45. de liber. & poſtu.* Beninc. Peru. octo modis declarantem *in §. actionem. n. 217. inſtit. de act.* Cucher. in terminis *de teſt. deciſ. 46. num. 14.* Bello. *conſ. 52. nu. 7.* cetera alia argumenta ex ſupra firmatis concluſionibus videntur conciliata.

De Sportulis iudicium.

De mercede iudiciali.

QVÆSTIO VII.

1 VTilem aggredior materiam alterius tacitæ locationis de iudice, an ei licite aliquod non promiſſum, vel conuentum debeatur ſalarium, quæ indagatio ſatis vtilis, & neceſſaria eſt hiſce præſertim temporibus, in quibus iudices ſunt, quibus nõ lingua modo, & manus, ſed aures etiam veniales ſunt, ſolis illis apertę, qui numerare poſſunt, & illorum explere auaritiam, vt pulchre in materia exclamat Pet. Ro. 41. *dec. Lituanica 4. n. 292.* & doctiſſimus Oſaſch. *deciſ. Pedem. in proœ. nu. 5.* monet iudices de hoc, quia multos perdit aurum & argentum, & erit hoc quod dicam, ſolatium dominis aduocatis & procuratoribus, qui verè quandoq; fouẽt iuſtam cauſam, eam acerrime deffendunt nihil in tactũ relinquentes, poſtmodum reportant ſententiam contra. Vnde hoc? iura venduntur, & ſententiæ venales ſunt. Tangam igitur pro complemento præſentis materiæ de ſalario, & mercede, & quomodo iudices pecuniam accipere non valeant, & ſimilia connexa, & adhærentia.

2 Pro parte igitur affirmatiua, quod ſalariũ debeatur, videtur mihi hęc ratio. Sententia Saluatoris noſtris, *Luc. c. 3.* Neminem concutiatis neque calumniã faciatis; contenti eſtote ſtipendijs veſtris, & ſic tacite in hac Saluatoris ſentẽtia præſupponitur iudicib. ſtipendia, & ſalaria deberi, & habetur in Cano. *non ſa-*

tis,

Digitized by Google

tis, 86. dist. & capit. paratus, & cap. militari, quæst. 23.

3 Secũdo pro hac parte facit, quod not. in leg. C. de suffr. quod iudex cogitur sententiam ferre. l. sancimus. C. de aduoc. diuer. iud. gl. in l. a iudice, C. de iudic. in leg. 2. C. de proxi. sacr. scin. lib. 12. soluto tamen iusto pretio reputat singulare Aluis. de Alber. sing. 48.

4 Tertio pro hac parte facit hęc ratio, Merces enim constitui debet pro labore, 14. q. 2. Cano. caritatem, nec de proprio beneficium quis conferre cogitur. Cano, præcarie, 12. q. 2.

5 Quarto facit, quod habetur in l. i. C. de assessor. spe etenim præmiorum inuitandus est assessor, vt ibi habetur, & salariũ habere debet, l. diem functo, ff. de offic. assess. Contraria itaque est opinio, quod iudex nullum præmium, mercedem, vel recognitionem pro iustitia administranda habere, vel consequi possit, sed gratis iudicare debet. Pro qua opinione facit, quod elegan-

6 ter scripsit Cic. lib. 1. de legib. Iniustissimum est iustitiæ mercede nõ quærere, qui sine mercede bonus vir est, mercede erit malus, cum iustitia debeat esse gratuita. Secũdo pro hac parte fuit notabile dictum D. Greg. relatum in Cano. qui recte, 11. q. 3. qui. n. recte iudicat, & premium remunerationemque expectat,

7 fraudem in Deum perpetrat, quia iustitiam, quã gratis impertiri debuit, acceptione pecuniæ vendidit.

8 Tertio pro hac parte facit egregia Aristotelis sententia lib. 6. Ethic. c. 2. iustus non est, qui iuste agit non ob ipsam virtutem, sed ob aliam causam, et late exornatur a Valer. Maxi. lib. 6. c. 3. & c. 5. Gel. lib. 20. cap. 1. Ludo. Celi. antiquarum lectio. lib. 12. cap. 46.

9 Quarto facit pro hac parte, quod sapienter scriptum est apud Michæ. c. 3. destructã fuisse Hierusalẽ eo q̃ principes in muneribus iudicabãt, Sacerdotes in mercede docebant, Prophetæ in pecunia diuinabãt.

10 Quinto loco facit, quòd pulchre legitur in aut hen. vt iudices sine quoquo suffrag. in princ. ibi. Hoc. n. omnino euenturum credimus, si præsides gentium quicũque ciuiles administrationes habent, puris procuramus vti manibus, & ab omni abstinere acceptione, & singula sine mercede percipiant.

11 Sexto facit moralis, & notabilis tex. in c. 1. de re iud. in 6. Caueant ecclesiastici iudices, & prudenter attedant, vt in causarum processib. nihil vendicet odiũ vel fauor vsurpet, timor exulet, præmium, aut expectatio præmij, iustitiam non euertat, sed stateram gestet in manibus, vbi gl. in verbo euertat.

12 Quatuor ista, timor odium, dilectio, census, sępe solent rectos hominum peruertere sensus.

Pro resolutione igitur ponam aliquas vtiles conclusiones, ex quibus veritas apparebit huius indagationis, & conciliatio, & concordia hinc inde ex aduerso allegatorum.

13 Prima igitur est conclusio. Iudici non licet pecuniam accipere pro sententia ferenda, & si accipiat, corruptus dicitur, & sententia est ipso iure nulla, l. venales, C. quando prouoc. non est necess. circa cuius materiam multa plene scripsit Boss. in tit. de princ. corru. Put. de sindic. in verbo corruptio. Gram. cons. 35. Eruditus Menoch. de arbitrar. iud. lib. 2. centur. quarta, casu 342. Ergo aliqua vtilia ponam addedo etiam aliqua ab eis non posita.

14 Ampliatur dispositio huius leg. venales, vt procedat etiam si iudex pecuniam receperit, vt ferat sententiam iustam, Pute. de sindic. in verbo Corruptio. Bald. cons. 21. lib. 5. Bo. f. de iudic. corrup. n. 2. Iacob. Menoc. in alleg. cons. nu. 19. cum seqq. & adde, quod hæc est cõmunis opinio. Rom. in l. 3. super gl. in verb. in bona, ff. de condit. ob turpem caus. nu. 7. Iul. Clar. in §. fin. q. 73. vers. iudex committens barattariam.

15 Vltra quem Menoch. in d. casu plene tractantem subdeclaratur hæc ampliatio, vt non procedat quando palam, & coram personis daretur pecunia iudici ad hoc, vt iustam ferat sententiam, tunc enim licet, nec corruptela, vel barattaria dicitur, & sententia tenet, & valet, nec procedit dispositio, l. venales, ita dixit egregie Arch. in Can. qui recte 11. q. 3. reputat valde singulare in pract. Bal. in c. fin. nu. 11. de appell. dicens hoc casu non dici corruptelam, sed cautelam. Comãdat Socc. reg. 55. litera B, in verbo barattaria, attestans in Mediolani fuisse iudicatum in causa notabili, & vtilem esse cautelam pro causis expediẽdis. Commendat Bonacoss. trac. caus. litera B, vers. 8. Sed iudices cauebunt ab hac publica recognitione, & adde etiam prædictis idem tenentem Franc. March. dec. 141. nu. 3. par. 1. & decis. 602. par. 2. Coct. in verbo iudicibus protestantibus, vbi laudat si nõ recipiat in causa clara, & speditiua. Scalen. de consil. sapien. lib. 4. cap. 11. Boer. cons. 189. nu. 12. Semper tamen peccat, & ad damnum tenetur. Nauar. c. 17. nu. 33. & 25. sub n. 12. vers. verbi, &c. quia tenetur iudicare ex debito iustitiæ, non ex pecunia accepta.

16 Ampliatur secundò, vt non possit iudex recipere pecuniam pro causa celerius per iustitiam expedienda, ita Alex. Fulg. Ias. in l. 2. ff. de condict. ob turp. caus. Bal. in c. fin. col. fin. de appel. Gl. in c. qui recte, 11. q. 3. Panor. in cap. cum ab omni, de vita, & honest. cleric. num. 8. gl. sing. & ibi Arch. in c. non sane, 14. q. 5. Couar. in reg. peccatum, relect. p. 2. §. 3. col. 4. attestans isto casu dari repetitionem, & causam non amitti. Tolerandum tamen est, si iudici aliquid non valde magni momenti detur, vt celerius expediat, vt partes minus fatigentur impeditione temporis, & expensis, maximè quando iudices non habent salaria ordinaria admodum pregnantia, & magis gratum erit litiganti, prout rustico, mercatori, & similibus causam citius expediri, ne tempus conterant, quam aliquid soluere. Ita Boer. q. 153. nu. 2.

17 Et sic infertur limitatio ad l. 2. §. fin. ff. de condict. ob turp. caus. vt non procedat, quando datur iudici pro causa celerius per iustitiam expedienda.

ADDITIO.

☞ *Laudatur tamen Iudex qui in causa, siue reuolutione librorum nihil accipit Coll. in memorabil. suis, in verbo Iudicibus Expeditionibus.*

18 Ampliatur similiter tertio loco, vt procedat, si iudex pecuniam recipiat, & nihil promittat, Gramma. cons. 25. nu. 3. Boss. de off. corrupt. num. 2. Put. de sind. in verb. Corruptio. nu. 4. Iacob. Menoch. in alleg. casu, nu. 27. per l. 1. ff. de repetund.

19 Et si sequitur corollarium, quod quando aliquis ratione sui officij tenetur gratis ex mera liberalitate aliquid facere, recipiendo simpliciter pecuniam absque eo, quod appareat aliquid promisisse, & sic in dubio pecuniæ receptio arguit suspitionem.

20 Ampliatur quarto loco, vt procedat etiã si eo casu in pecunię receptione aliquid simpliciter promittatur,


BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

tatur;Gram.*d.conf.35.nu.7. per l.generaliter,§.1. ff.de calum.* vbi Accur.in iudice *id clar.not.*

21 Et sic sequitur corollarium,quod in materia barattariæ punitur affectus,licet non sequatur effectus, *ad l.si quis non dicam rapere,C.de episc.& cleric.* addendo ad ea,quæ late ponit Fel. *in tract.de cona.*Soc.*in reg.in verbo attentatio*,Alpha.*repor.175. & 455. & 233.*

22 Quid si iudicem re integra pæniteat?an excusetur? Vtique non tex.est valde celebris *in l.generaliter,§.1.* ibi siue facit, siue non facit *ff. de calumniat.* quem singularem dixit Bal.*sing.328. & in d.§.1.* attestans ita Florentiæ iudicatum,Gram.*conf.35.nu.7.* appellans illum *tex.notabilem*.Rom.*sing.328.*Iacob.Menoch.*in alleg.casu nu.31.*

Cui adde Salic.bonam rationem reddentem *in leg. qui explicandi, col.1.de accus.*Franc.*in cap.1.de testib. lib.6.*Bald.*in l.2.§.fin. ff.de cond. ob turp.caus. & consil. 477.* vbi late distinguit, Ias. dicens hoc in practica bene signandum, *in §. quadrupli col.12. in fin.vers. & aduerte,in instit.de act.* Mars.dicens hoc summopere notandum *sing.326.*Bonaconf. *in q.crim. in verb.barattaria*,Petr.Rauenn.*sing.409.*

23 Ex quibus corollarie infertur ampliatio *ad l. qui ea mente,ff.de fur.*& similibus,in quibus habetur,quod in aliquibus delictis non est locus pœnitentiæ, qui referuntur a Firmian.*in rubr.pænitentia.*

Cui adde in iudice corrupto pænitente,quẽ casum Doctor exuberans non ponit.Et pro prædictis in materia pænitentiæ facit tex.notabilis loquens in materia locati,& conducti *in l.1.§.bestias.* & ibi Ang.*ff.de postulan.* de eo qui locauerat ad pugnandum cum bestijs,ibi,siue faciat,siue non.

24 Et sic corollarie habemus alium casum in pænitentia exceptum in locante operas ad pugnandum cum bestijs,de quo suo loco dicam.

25 Declaratur tamen id , quod dictum est de pænitẽtia,vt procedat in puris terminis pænitentiæ.Si vero vna cum pænitentia data restituat,iudex non dicitur corruptus,hæc.n. est vera pœnitẽtia.Ita tenet Rom. *in alleg.sing.328.*Iaco.Menoc.*in d.casu,n.32.*

26 Cui adde,quod si iudex,qui pecuniã recepit, pæniteat,& restituat, & insuper cõtra dantem pro iustitia sententiam ferat, tunc non tenetur, & est opinio benignior,& amplectenda.ita Bolog.*in d.§.si igitur.*

27 Ex quo sequitur corollarie , quod si delictum non fuit penitus consummatum,& deliquens,potuit, sed noluit,prout iudex in casu isto excusatur,*l.qui falsã, ff.& ibi*,Mars.*ff.de fals.gl.*Bar.& alij,*ad l.qui ea mente,ff.de furt.*non quidem in totum,sed mitius punitur, Ioan.Andr.*in c.cum laici,de iure patr.*& hæc est cõmunis opin. Aug. ad Ang.*in verbo vestem cælestem, num.39.* Io.de Lign.*inter conf.crim.conf.28.numero 19. libr.1.* Iul.Clar.*in §.fin.q.60.vers.sed quandoque,& quæst.92.* dum de conat. loquitur, & adde Pract. Simanch. in crimine hæresis vsque ad sententiam,*q.57.nu.11.* attestans hanc esse communem consuetudinem.

28 Ampliatur quinto loco, etiam si iudici aliquid remissum sit,*l.2.ff.de calumniat.*Gram.*conf.35.nu.8.*Iac. Menoch.*in alleg.cas.nu.33.*

29 Cui adde tex.notabilem *in c.veniens.& l.1.de test.* vbi simonia committitur in remissione debiti,sicut in datione alicuius rei , & paria sunt dare, vel remittere aliquod debitum,*l.si quis obligatione ff.de reg. iur.l. si fundum,§.Titio fundum,ff.de leg.1. leg. si mulier, ff. de cond.ob turp.caus.* vbi late Ias.late Fel. *in d.c.Veniens*; Quibus adde Affl. *decis.233.* Ench. parium in verbo dare,& remittere.

30 Quæ conclusio vera est , & procedit multis simul concurrentibus vltra Menoch.in alleg.casu ad intellectum allegate *l.2. ff.de calu.* Pimo,quod debitũ remissum sit liquidum. Secundo, quod debitum non sit pœnale. Tertio,remissio non fiat ob aliam causam,& quod acquirenti aliquod commodum resultet.Ita Fel. lin.*in c.veniens,de testibus,el 1.* Castrens. *ad l.contra iuris,§.1.ff.de pact.* Barr. *in l.actione, ff.de transf.* Ias.*in l. si mulier, ff.de condic.ob caus.* Dec.Cagn.Mainer. & alij,*in l.si quis obligatione,ff.de reg iur.*

Quæ omnia considerari etiam possunt ad intellectum *c.veniens,el 1.de testib.*

Et sic ex deductis posset practicando, excipiendo. que dici ad fauorem iudicis,vel testis corrupti.

31 Consideradum vlterius est, quod remittere est dare improprie,& nõ vere, *vt not. in l.Iulianus,ff. de condit.& demon.*& Felin.*in d.c.Veniens.* Sed considerabilis est vlterius in præsenti materia locati,& conducti *tex.in d.l.2.* quod locans rem minoris,corrumpere dicitur, quod facit ad testem inductum , si ei res aliqua minoris locata sit.

32 Ampliatur sexto loco,etiamsi datum sonet in mutuum,& admittatur exceptio mutui,siue in pecunia , siue in alijs rebus,Bal.per illum *tex. in l.1. C.de eod. in l.quisquis,C.si cert.petat.* Paris de find.*in verb.corrupt.* Gramm.*in allegat.conf.35.num. 8.*Iacob.Menoch.*in d. cas.nu.34.*

Cui addo Bal.*conf.333. volum. 3.* Ang.in terminis, *in d.l.venale*, Vant.*de nullit.process.num.113.* Bonacof. *in quæst.crimin.in verb.barattaria*,circa medium.Nec mirum,quia mutuum est contractus omnium pallia. mentorum,vt experientia docet.

33 Ampliatur sexto,vt nec munera magni valoris accipere valeant,licet modica possint,& triduo, vt dici solet duratura *ex l. solent §.fin. ff.de off. proconf.* & legat,ad quam Alex.*conf.206.nu.9.lib.2.* Bof.*de off.torrupt.nu.2.*Boer.*decis.103.numer.26.* dicens,quod vtinam iudices nostri temporis obseruarent illam paganicam,sed auream, *l.solent*, Iacob. Menoc. *in allegato conf.nu.37.* dicens iudicis arbitrio relinqui, quomodo sit tale modicum, quod permittitur es gl. *in c. statutum,§.insuper.de rescr.lib.6.*

Cui addo in materia Put. *de sindic.in verbo pacul̃ēta,& esculenta,c.2.nu.2.*Pedem.*in proæm.nu.5.* vbi notabiliter loquitur.

34 Et licet quandoque munera non corrumpant animum iudicis, placant tamen iuxta illud Nasõn. Munere, (crede mihi) placant hominesque, Deosque. Placatur donis Iuppiter ipse datis. Pulchre,& moraliter Petr. Iac. in sua pract.tit.de stat.curiarum, vbi moraliter dicit,quod est impossibile,vt iudex propter munera non faueat danti.

35 Ampliatur septimo loco , *l.venales*, vltra plenum Menoch.vt iudex non possit aliquam recognitionem accipere etiam finito officio pro aliquo seruitio præstito tempore officij , & vterq.tam dans, quam accipiens punitur pœna quadrupli,*per l.fin.C.repetun. vbi gl.*limitat verum,si occulte datur,secus si palam,per *l.1.ff.de pollicit.* Ang.*in verbo donatio,nu.33.*

36 Declaratur relata conclusio,vt non procedat post sententiam latam,Anc.*conf.271.de tit.criminum.col.* 4.*vers.*

Digitized by Google

4.*vers.superest videre.* Fel.in *cap. tua nos.col.fi. de simon.*commedat.Marsil.*sing.* 190. vbi etiam addit casum quotidianum, quãdo litigantes promittunt maria,& montes iudici ante sententiam, & post fingũt se longius ire,Boss.*de offic.corrupt.nu.*4. Menoc. in allegato casu, *num.* 39. vbi rationem reddit, quia hic cessat suspicio corruptionis. Vant. *de nullitate ex defect.process.num.*137. vbi limitat etiam non procedere in tribus iudicibus, quorum vnus tantum pecunia corruptus sit.

Cui adde ab eo non allegatos, Anchar. *cons.* 202. *in princip.*Bald.*cons.*490.*&* 353.*vol.*5. Marsil.*in l.lege Cornelia,colu.*1.*ff.de sicar*, Rip. *de pest. de remed.ad conseruan.a pest.post num.*160.Gemin.*in cap.statutum, §.insuper,de rescript.li.*6. Martin. Lauden. *de off. Domini,quæst.*81.*Ioan.*de Arn.reputans hoc valde notabile,*dialog.*46.Bonacoss.*in quæstio,criminali, in verb. barattaria, circa finem.*

37 Declaratur secũdo loco dispositio dictę *l. venales*, & hoc vltra Menoc.& alios supra allegatos materiã tractantes,ne procedat, & locum habeat in sententia iudicis,non autem arbitratoris,nisi sit arbiter iuris,qui iudici æquiparatur,Bald.reputans hoc admodum notandum,in cap.cum ab omni,*nu.*2.de vita,& honest.cleric.dicens pensate,quod sententia arbitratoris venialis valet,sed datur exceptio, & sæpe arbitratores committũt barattarias, quia sunt viles personæ.Commendat Ioan.de Arn.*comm.* 104.

Declaratur tertio loco,vltra Menoc. in alleg.ca. su,quando iudex reciperet securitatem ab aliqua ex partibus, quia isto casu non dicitur corruptus, nec ferre sententiam venalem, Bal. *in l.*2.*§.*1.*ff. de cond. ob tur.cau. commendat.* Fran. de March. *decis. Delph.* 141.*par.*1. *&* quæst.60c.*par.*2. attestans ita iudicatũ, & ratio videtur in promptu, quia per securitatem, quæ fit iudici, non videtur quis eum corrumpere, *l. cum quo, ff.de in ius vocand.*

38 Quod vltra alios declarat esse verum, si promissor foueat ius,alias est barattaria,Bald.*in cap.cum ab omni, de vit. & honest. cleric. quæ decis.* dura videtur, quia semper agitur ad bonum, & iudiei, & officij securitatem; & Bald. ibi nihil allegat.

39 Quid si iudex corrumpatur aduocati eloquentia? Vtique tenetur. Sentire videtur Contard. ad Ægidiam *limit.*11.*nu.*11. iuxta Cicer. sententiam. Pecunia prudentem corrumpere nemo potest, dicendo autem potest,& de blandis verbis, Papiens. *in form. sentent.diffinit.gl.*1.*nu.*45.vbi dicit valere, sed rescindi ope restitutionis,Franc.Marc. *quæst.*686.*nu.*3.*par.*1.

Declaratur quarto, *d. l.* venales in vno,vel pluribus iudicibus corruptis, quia sententia valet,Socin. *reg* 441.*sententia.*

40 Secunda principalis conclusio in hac materia sit de sportulis ad materiam *cap.cum ab omni,de vit. & honest.cler.* Sportulæ sunt omni iure prohibitæ *d. ca.* cum ab omni, & iuxta illud Saluatoris superius argumentando adductum. Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis,& contenti estote stipendijs vestris ex canon.non satis, 86. *distinct. & c.paratus, & c.militare,*23.*quæst. & §.scriptum. Authent. vt iudic. sine quoquo suffrag.* late Afflict.*in constitut. regn. capitan. notab.* 16. *nu.*26. quæ sportulæ quid propriè sint, declarat Alciat *lib.*3.*dispunct.c.*17.& quę fuerit earũ origo,& vnde tale nomen meruerint, ponit idem *Alc.in l.pecunia,§.actionis,num.*6.*ff.de verb sig.*

41 Ampliatur hęc conclusio, vt nec etiam consuetudo in contrarium valeat, Ioan. Andr. in Clement. statuhæc est cõmunis opinio,vt attestatur Roman. *sing.*103.summa Angelica in verb.iudex,*num.*25.

Contrarium tenet Spec. *in tit.de salar.§.* 1. *versic.* si vero ordinarius.Pro cuius opinione vltra adducta per eum est *glos.*1.*in §.ne autem,in authent. de indic. in authent. offeratur,in verb.*sportulis, & ibi *Bart. de lit. contestat.*Immol.in l.Pomponius,alias si vni, *ff. de re iudicat.*Et hæc est magis communis opinio,*Ias. in §. tripli,num.*46.*de act.*Adde ad Roman.*sing.*183.*prac. Pet.in tit.de sen.probat.num.*11.Viu. *opin.*259.

42 Quæ consuetudo secundum veritatem locorum variatur,nam in patrimonio Beati Petri, & Romãdiolæ statim facta litis contestatione eduntur de libra duodecim denarij, Bononiæ decem, alicubi 10. *in c.dum ab omni. de vit. & honest. cleric.* & in Terris Comitissæ Matildę dimidia, quod valde iniquum reputat *gl.in d.§.ne autem,*Hieron.Zannet.*in different. vtriusque iuris, nu.*122. Card. *in Clemen. statutam*, 2. *de elect.* Bald. *in authen. generaliter.col.*1.*C.de epis. & cleric.* In prouincia Vmbriæ, & in mea Patria Tudertina seruantur constitutiones Verbini.

Declaratur primo allegata conclusio,vt non procedat in causis summarijs, in quibus sportulæ non debentur,vt per Bal.*in authent.generaliter,col.*1.*C.de epis.& cler.*Commendat Io.de Arn. *commentar.*30. Grauat.ad Vestr.*lib.*7.*c.*1.*sub num.*30.

43 Subdeclaratur ista declaratio de causis summarijs, nisi in loco extet consuetudo de soluendo sportulas, vel salarium in omnibus causis,quia etiã in summarijs hoc casu solui debent, propter illam dictionem, in omnibus, de cuius natura est, vt nihil excludat, *l. Iulianus, ff.de leg.*3. late Roland. in multis comprobans, *cons.*87.*num.*6.*vol.*2.

44 Ex quibus corollarie sequitur, quod generalis dispositio comprehẽdit casus etiam priuilegiatos *ad l. in fraudem,ff.de testam.militar.* late Dec. *in l.*1.*num.*8. *de reg.iur.* & dicam alias in loco magis commodo.

45 Et si ordinario committitur causa ad eius iurisdictionem spectans,isto casu sportulas accipere prohibetur, Fely. *in c.ad hoc, col.*2. *de simon.* quia nec isto casu delegatus dici potest Ias. & Seisell. *in l.ius Ciuile,ff.de leg.*Fel.*in c.licet in corrigendis,*vbi multis modis limitat,*de offic.ordin.*Roman.*cons.*285.*nu.*2. Dec. *cons.*404. *num.*10. quod verum est, nisi aliquo modo iurisdictio sit alterata,vel addendo,vel diminuendo. Marant.*de ordin.iudic.dist.*5.*nu.*77.sub verb.aliud ordinarium, aliud summarium, Boer. *decis.*151.*num.*6. Iaffr.*decis.*49. Viu.*lib.*1. *opin.* in verbo iudex ordinarius, attestans hanc esse veram, & communem opinionem Bursatt. *cons.* 74.*num.*46.

46 Vnde si in cõmissione ponatur clausula,summariè efficitur delegatus, & debentur sportulæ,dixi ad *regul. cum quid, part.*1. *limit.*3.*num.*11. Cui adde hodie hanc esse communem opinionem, Ias. *in l.*1.*§.& post operis, num.*3. *& sequent. ff.de nou.oper. nunciat,* & ita tenuit sacrum Rot. auditorium in vna Bononiensi fideicommissi coram Reu.Domino Fabio,anno 1584.prout alias relatum est a Mandol.*in* 4.*form. commiss. in verbo, summario, prope finem.* Cui adde Hippolit.Rimin.*cons.*32.*num.*17. nisi causa sui natura alias esset pro se summaria,Fel. in c. licet in corrigen-

rigendis, *num.4. de offic. ordinar.* late materiam declarans, Granut. *Theoremat. 21. num. 9,* Alberic. *in l. post litem, ff. de procur.*

47 Quare attendenda omnino est natura causæ, quæ tractatur: si enim agatur executiue virtute instrumēti guarētigiati, in quo procedi solet sūmarie, & breuiter ex forma iuris municipalis aliquorum locorū prout Tuderti, cōmissio summarie non efficit delegatum, & sic sportulę deberi non debent. Sic etiam si causa sit summaria ex forma iuris cōmunis, prout in mercede, vel salario, prout in possessorijs interdictis, vt per Pedemont. *decis. 1. num. 4.* commissio talis non efficit delegatum, nec merebitur sportulas.

48 Sic etiam attendi deberet in clausula, ferijs nō obstantibus, & similibus, Alc. *in l. 1. §. si quis simpliciter, ff. de verb. oblig. num. 69.* quia solum tollit obstaculū feriarum nil noui componens. Pariter aduertendum videtur in datione adiuncti; nam si simpliciter detur adiunctus in causa ad ordinarium regulariter spectante nullo addito, vel detracto, nisi quod coniunctim procedant, non ex hoc efficitur delegatus, merito sportulæ non debentur. Vnum non omittam Ciuibus meis Tudertinis, quod cum iudex ordinarius teneatur seruare statuta, quæ contra guarentigiam tollunt omnem exceptionem, si committatur, vt admittat statuto non obstante, est certa alterata iurisdictio, cur non debentur sportulæ?

49 Similiter si reus fateatur non animo litem contestandi, sportulæ non debentur, Bart. *in l. 4. §. toties, ff. de damn. infect.* Castrens. *in l. 1. col. pen. C. de confess.* Roland. *in allegato cons. 87. num. 16. cum sequent.*

Declaratur secundo principalis conclusio in causis pauperum, *glos. in §. tripli, in verb. gratis, Instit. de act.* Petr. Girard. *singul. 73. nu. 8.* Rebuff. *de priuil. scolar. priuileg. 90 num. 14.* & hæc est communis opinio, Roland. *cons. 87. num. 21. vol. 2.*

Cui adde pulchrè loquentem Petr. Royzi. *decis. Lituanic. 4. num. 293.* Tiraq. *de notabilitat. cap. 19. num. 40. Rip. in l. si constante, num. 35. ff. solut. matrim.* Mui. *opin. 259.*

50 Immo neq a pauperibus sponte offerentibus recipere possunt, nec debent, Archidiac. Io. Andr. & Dominic. *in cap. statutum, §. insuper, de rescrip. lib. 6.* per *l. 1. C. de falg. hospit.* non præbendo, *lib. 12. glos. in cap. exigit decēs, lib. 6. gl.* Bar. Dec. Cagn. Mainer. & alij in *l. minitus, §. fin. ff. de reg. iur.* Bald. *in authent. hodie C. de episco. & cler.* Ancar. *cons. 271. cap. allegat. 37. in 2. dub.* Felin. *in c. cum M. Ferrertens. col. 12. vers.* & in proposito, de constit. *in c. sua nos, de homicid. in d. c. 1. in fine. de simon.* Matl. *in l. constitutum, col. 1. de sicar. in l. vnius, §. quæstioni, ff. de quæstio.*

51 Et si recuset, potest interdici patrocinium, Abb. *in c. 1. de off. deleg.* Dec. *in c. 1. nu. 46. de prob.* Bal. *in l. prouidendum, C. de postuland.* Roman. *sing. 262.*

52 Et cum incursu peccati mortalis. Siluestr. *in verb. aduocatus, quæst. 2.* B. Thom. *in 2. 2. quæst. 71. artic. 1.* Pont. de aliment. *c. 16, num. 6.*

Quæ addi possunt ad ea, quæ ponit Benincas. *de paupert. quæst. 7.* Spec. *s. de iudic.* dom de sportulis iudicum in causa pauperum non loquitur. Sed iudices nostri temporis, maxime latrunculatores ad minime obseruant, & potius cogent pauperrimum carceratum ostiatim mendicare, quam mercede remittere.

53 Vnde non mirum, si non gaudebit tertius hæres. Dictum quandoque fuit apud Petrasan. *singul. 73.* q̃ procuratores sunt excoriatores pauperum, quid de iudicib. nostri temporis, qui extrahūt sāguinē viuū?

54 Illud non omittam ad id, quod de consuetudine superius adductum est, quod talis consuetudo est probanda vniformis: si autem esset difformis, non releuaret, vt practicare docet Rolād. *in allegato cons. 87.* vnde cauendum est in articulando consuetudinem, & quidem vniformiter obseruatam.

55 Declaratur vlterius, et tertio loco allegata cōclusio, quando iudex nō haberet redditus, vel pensiones sufficiētes, quo casu licet accipere sportulas ex debilitate suæ prouisionis, tam de iure Ciuili, quā Canonico, tam in iudice ordinario, quam delegato. Ita sētit Corset. *in verb.* sportulæ in suis singularib. q̃ valde notandum est pro iudicibus, qui habēt salaria debilia a ciuitatibus, & locis, & habent præmanib. cās difficiles, quia licitè accipiunt desideratas sportulas.

56 Declaratur quarto loco allegata cōclusio, vt sportulæ nō debeantur in causis breuioribus, §. *ne autem, authen. de iudic. §. sit tibi quoque, authent.* vt iudices sine quoquo suffrag. Afin. *in sua prax. §. 3. c. 31. nu. 31.*

57 Causa autem parua breuior, vel modica dicitur, quæ est infra duos aureos, *l. si oleum, §. fin. cum l. seq. ff. de dolo,* quod tamen iudicis arbitrio relinquitur attenta qualitate personarum, & rerū. Vnde inter magnos diuites causa centum aureorum dicitur parua, inter rusticos causa bouis, vel suis dicitur magna, vt *de iudic. arbitr.* tradit Bart. *in l. sed & si susceperit, §. 1. ff. de iudic. in l. col. admonendi, col. antepen.* & ibi Ias. *col. 123. ff. de iureiurand. gl. in l. illicitas, §. ne tenuis, ff. de off. præsid.* Card. in *Clem. sæpe quæst. 3. de verb. signif. gl. in cap. fin. de iudic. lib. 6.* Bald. *in l. 2. colu. 3. C. de pedan. iudicib.* Bart. *in l. diuus, ff. de bonis damnat.* Felin. *in cap. in causis, de testib.* Afin. *in praxi.* in præallegato loco attestans hanc esse magis cōmune opinionē, dicens èt, quod causa parua tunc dicitur, quando plus erogatur in sportulis, quam causa ipsa contineret.

Cui addo Iacob. Menoch. *de arbitr. iudic. lib. 2. centur. 2. casu 135. num. 2.* Dec. *in cap. præterea, cum. 15. de iudicijs.* Villapan. *in l. Imperium, num. 163. ff. de iurisdict. omnium iudic.* Palat. Ruin. *in rubr. de don.* iterum virum, & vxor. *§. 2. num. 2.* Tiraq. *in l. si vnquam, in verb. omnia.* vel partem, *num. 31. C. de reuocan. donat.* Natta, *in Clem. sæpe, in princ. col. 8. de verb. sign.* Idem Menoch. *lib. 2. centur. 1. casu 72 nu. 10.* cum multis sequent. quæ deferuient. in delatione suppletorij.

Et vltra plene abducta per Meno. addo Matthesil. *notab. 34.* Ias. *in l. vt vim,* sub *num. 25. in fi. ff. de inst. & iur. Siluu. nuptial. li. 3. nu. 49.* Addent. ad Matthesil. *no. 3. num. 16.* Fel. *in cap. 2. de homicid.* Claud. & Dec. ad allegatam *l. vt vim,* vbi Dec. *num. 31.* Iacob. Bou. *in l. capitalium, §. famosos, nu. 164. ff. de pœnis,* Abb. *in cap. videtur.* Qui matrim. accusare possunt, Bar. *in l. si constante, quæst. 2.* primæ partis principalis, *ff. sol. matri.* Sali. *in l. si superstite, C. de dolo.* Benincas. *de act. in princ. nu. 391.* cum sequenti, pulchrè Rolan. *cons. 26. num. 13. vol. 1.* Benintend. *decis. 67. nu. 5.* Plot. *de in litem iurando. §. 49. nu. 12.* vbi magistraliter loquitur. Franc. March. *quæst. 280. part. 1.* Anch. *quæst. 55. nu. 12. par. 2.* Franc. Beci. *cons. 47. n. 31.* Viu. *opin. 31.* Ex quibus constat hanc esse magis commune opinionem.

58 Ex quibus corollarie infertur ad multa, & primo *ad authent. nisi breuiores, C. de sentent. ex breuiloq.* recitand.

recitand. quod causæ breuiores, sine scriptis expediri possunt, & debent, quæ autem tales sint, iudicis arbitrio iudicatur personarum, & rei qualitate inspecta.

59 Secundo infertur in materia suppletorij, quod in causis paruis deferendum est ad not. in l. admonendi, ff. de iureiurando, quomodo intelligantur, iudicis arbitrio relinquitur, causæ rei, & personarum qualitate inspecta.

60 Tertio infertur intellectus ad l. si ex plagis, §. tabernarius, ff. ad l. Aquil. vt pro re vili, & parua non liceat occidere furem nocturnum, quod hoc iudicis arbitrio relinquitur, ex Matthes. & Ias. superius allegatis.

61 Quarto infertur ad materiam iuramenti in litem, quod cum disponitur ab aliqua lege, statuto, vel decreto; standum esse iuramento damnum passi, hoc verum in parua re, vel summa, secus in magna, vel ardua, quod iudicis arbitrio declaratur, rei, & personarũ qualitate inspecta ex Plot. & aliis superius adductis.

62 Declaratur quinto loco allegata cõclusio, vt sportulæ non debeantur in causis viduarum, pupillorum, & aliarum miserabilium personarum, §. sit tibi quoque, authent. de mandat. princip. vbi Bart. & doctores hoc notant, & in l. nonnunquam, vbi Accurs. in verbo, vel personæ, ff. de iudic. & in l. illicitas, §. ne tenuis, ff. de off. præsid. Pract. Asin. §. 3. cap. 31. nu. 34.

63 Ampliatur præsens conclusio etiam si pupillus, vel vidua essent diuites, ita ampliando leg. 1. C. quando Imperator, tenet Innocen. in c. ex parte, de verb. signif. Hern. in c. statuimus, Abb. in c. ex parte, 6. col. 2. de foro cõpetenti, in c. cæterum, de iudic. Parpal. in leg. 1. C. de sacros. eccles. Ales. in l. Titio textores, num. 7. ff. de legat. 1. Affl. decis. 157. Bald. nouell. in trac. de part. 9. priuileg. 12. Bulgar. in l. 1. n. 125. ff. solut. matrim. Neuizz. lib. 6. siluæ nuptial. nu. 33. 35. late Roland. cons. 76. nu. 38. cum sequen. vol. 1. attestans hanc esse veriorem opinionem Ioan. Lup. in rap. per vestras, in 2. notab. nu. 12. de donat. inter virum, & vxorem.

64 Considerandum tamen est hæc esse vera, & procedere quoad priuilegia fori, secus autem est de expensis litium, quibus, si diuidetes sunt, non subuenitur. Ita hanc quæstionem distinguendo determinat Affl. lib. 1. constit. Neapol. tit. 33. nu. 4. post Isern. ibi commendat, & sequitur Didac. practic. quæst. cap. 6. col. 6. circa medium, tangit Iacob. Menoc. de arbitr. iud. lib. 2. centur. 1. casu 66. nu. 4. Pedem. decis. 177. nu. 3. par. 2.

65 Et certe considerando communem cursum causarum, & fatorum contingentiam, mariti vt plurimum temporibus nostris, vel relinquunt heredes vxores ex causa fisci, vel saltem vsufructuarias omnium bonorũ clausulis prægnantibus, quia sic noctis dulcedine promiserunt, et multi etiam sunt diuites, et magnum habentes patrimonium vnicum relinquentes filium cur ista diues vidua, vel pupillus ditissimus non dabũt sportulas iudici sibi fauenti? Vtique nullam probabilem video causã, & fortasse multum iuuabit ad fauorabilem sententiam obtinendam. Faueant igitur iudices pupillis, & viduis, defendant viduam, & pupillo iudicent, & intelligant super eos iuxta illud Esaiæ c. 1. Et licite pro eorum labore sportulas recipiant, maxime quia consanguinei testatoris, vt plurimum egresserũt illas amplas vsufructuarias. Vnde bonum erit habere iudicem propitium, & fauorabiles. Et vidua Regina potest dici pauper respectu suæ conditionis, Tiraq. ad leg. si vnquam. in verb. facultatem, C. de reuocand. don. Caballin. milleloq. 676. vers. 4. p. 1. Ex quo etiam habes, quæ sint miserabiles personæ, Iac. Menoc. de arbit. iudic. lib. 2. Centur. 1. casu 66. n. 3. Viu. opin. 26. par. 2.

66 Et prædicta omnia vera sunt, & procedunt etiam in foro conscientiæ, Caruu. in regul. peccatum, por. 2. §. 3. sub nu. 2.

67 Sed nunquid iudex poterit petere salarium a partibus pro auditore, vel assessore tenendo? Et quidem delegatus potest, ordinarius autem non potest, quia debet scire Canones, de quibus versatur coram se, vt not. in cap. statutum, §. assessore, de elect. & d. c. ab omni, & hæc est communis opinio, vt testatur summa Angelica in verbo iudex, nu. 16. Et qui despensatus est ad non tenendum assessorem, an possit petere salarium, pro assessore, Par. de Put. de Synd. in verb. salarium, vers. facta est, nu. 3.

68 Sed nunquid iudex tam ordinarius, quam delegatus profecturus extra domicilium, licitè petet expensas? Vtique sic, & vecturas equorum, & similia, nec cõputabuntur expensæ quas domi facturus fuisset. Panorm. in d. c. cum ab omni, & hæc est benignior opinio, licet contraria sit tutior, vt dicit summa Angel. in verb. iudex, n. 10. vsque ad 13.

69 Sed nunquid iudex, aduocatus, vel procurator, retinere possunt scripturas eis traditas pro eorum mercede? Et vtique not. Fulg. Alber. & Ias. in l. si non sortem, §. si centum, ff. de condict. indebit. Commendat Capic. decis. 1 t. nu. 1. Dicam in tit. de expensis. Ex quibus corollarie infertur ampliatio ad l. fin. C. commodat. vbi Bar. in summar. dicit esse casum singularem. & perpetuo notãdum, vt procedat in iudice, aduocato, & procuratore, vt pro eorum fauorabili mercede scripturarum retentio non datur.

Quæ addi possent ad ea, quæ in materia retentionis ponit Soc. regul. 84. & ibi in add. Crauet. cons. 18.

70 Sed pone quod iudex finiuit tempus suæ cõductionis, et officij, tamen expectat successorẽ, nunquid pro eo tempore habebit salarium consuetum? & vtiq. sic. Textus est singularis de administratoribus Ciuitat. §. illud, quem dixit singularem Roman. sing. 395. lex meminisse. Commendat, & dicit in practica perpetuo notandum Ioan. de Arn. problemat. 20. Guid. Pap. q. 501. Par. de Put. de sind. in verb. salarium, vers. facta est n. 5.

71 Ex quibus infertur ampliatio ad l. meminisse, ff. de offic. procons. vt teneatur iudex expectare successore, tamen interim debet habere solitum salarium, & sententiæ latæ eo tempore valent. Ampliatur etiã post aduentum antequam sciuerit successoris aduentum, l. si forte de offic. præsid. quam singularem dixit Rom. sing 58. attestans per Rotam alias iudicatum, & iterum sing. 572. extendens idem ad priuilegia.

Ex quibus apparet nona species tacite recõductionis temporaneæ.

72 Sed nunquid iudex pro decreti interpositione aliquid mercedis recipere potest? Vtique non, l. fin. C. de præd. curial. lib. 11. Commẽdat Amanel. de clar. aquis notab. 175.

73 Sed pone, quod iudex, vel officiales remoueatur ab officio eius culpa, & defectu, habebitne salariũ? Et vtiq. non, vt per gl. ad l. diẽ functo in fi. ff. de off. assessorũ, sequitur Bal. in l. ædẽ, C. locati, in l. 1. in fi. C. de suffragijs, in l. 1. §. diuus, in fin. de varijs, & extraordinar. cognit.

Decla-

74 Declaratur id esse verum pro tempore illo tantũ, quo culpam commisit, secus pro tempore non commissæ culpæ, nisi culpa esset indifferens ad totum tẽpus, Bar. per illum tex. *in l. medio, ff. de annuis legat.* per textum in terminis locati, & conducti *in l. si fundus, vers. similiter, ff. locat.* Bal. *in l. Nesen. in fin. in verb. removendus, ff. de excusat. tutorum, in leg. mancipia, Cod. de seruit. fugit.* commendat Ant. Corlet. *in verbo fallarium, il primo*, & hæc est communis opinio, Curt. Iun. *in l. diem functo, nu. 53.* Villalob. *litera S, numero 5.* Par. de Put. *de synd. in verb. salarium, vers. Rex concessit, n. 2.* & principaliter pro salario habendo, secundum Rõdinel. *de find. num. 278.*

75 Sed nunquid fallus officialis licite habebit salariũ ad materiam, *l. Barbarius, de offic. prætorũ.* Videbatur dicendum, quod nõ quia debet nemo ex tua improbitate premium consequi, *l. itaque fullo, ff. de furt. l. siue hæreditaria, ff. de negoc. gestis.* Contrarius est verius *ex l. Titio, ff. ad municipal.* quam singularem dixit Bal. *in leg. non dubium, quæst. 17.* vbi Bar. *num. 18. Cod. de legib.* Ias. *ad l. Barbarius, nu. 12.* Nec obstent contraria, quia non consequitur premium ex delicto, sed ex suo labore.

76 Ex quibus corollariè infertur intellectus, & declaratio *ad regul. l. itaque fullo, & l. siue hæreditaria*, vt procedat quãdo immediate ex ipso delicto quis premium consequerentur, secus si mediate ex delicto, & immediate ex labore, vt ex prædictis patet.

77 Declaratur vltra alios ista conclusio, vt procedat quando non est defectus in substantia officialis, & ipsius causa efficiente, sed solum in materia, & persona officialis, & sic gesta ab eo non valeret, puta cum est deputatus, vel substitutus ab eo, qui nõ poterat, H ee, Gabr. *cons. 9.* vbi videas.

78 Sed pone hic vnum aliud, quod de facili euenire potest, Erat carceratus Titius de homicidio, vel alio delicto inculpatus, cui iudex dixit, quod erat in eius potestate decapitare, vel liberare, sed si daret tot, liberaret, si dedit, an poterit repetere; Vtique sic, Albee. *in l. continet, ff. qu. d metus causa, not.* Cagno. *in l. quod a quo quam, ff. de reg. iur.* vbi multa petere prohibemur, oblata tamen retinere possumus, & facilius conceditur retentio, quam petitio, *l. per retentionem, C. de vsuris*, Ad cuius intellectum, & ornatum pulchrè, Capr. *cons. 19.* Alex. *ad l. non solum, §. morte*, & ibi Ant. Rubeus, *n. 197. ff. de nou. oper. nunciat.* Fortun. Gacz. *ad leg. itẽ qu ia, §. idem Iuliano, n. 3. ff. de pact.* Alph. *report. 12.*

79 Cui adde ab eo non allegatos, & in materia pulchrè loquens, Crauet. *cons. 158. num. 2.* Cag. *in leg. quod quoquam, nu. 2. ff. de reg. iur.* Corn. *cons. 282. in fin. vol. 4.* Dec. *cons. 298. nu. 4.* Beninten. *decis. Bon. 77.* Pract. Afin. *§. 4. c. 9. nu. 4.* Burf. *cons. 101. nu. 7.*

80 Sed no inutilis est indagatio, & passim in facto cõtingibilis, an qui habet liberum administrationis arbitrium, salaria de publico constituere possit, & vtiq. regulariter non. Tenuit Bart. quem ibi sequitur Bal. & Ioan. a platea, *in l. 1. C. de præben. salario lib. 10.* idem Bart. *in l. cum nauicularium, in fin, C. de nauicular. libro 10. in leg. non omnes, §. fin. ff. de re militar. in leg. libertinum in fine, C. de plagiar.* Bal. *in l. penult. C. comminat. vel epistolas*, Ang. *in l. 1. quod quisque iuris, in l. interesse, ff. de acq. possess.* Afflict. *in cap. 1. num. 21.* ex quibus causis feudum amittatur, & ratio videtur, ne sequatur læsio reipublicæ; est enim facile constituere salaria, atque ita, quæ communitatis sunt, erogare, argumẽto *l. offic. §. 1. ff. de rei vend.* Iac. Menoch. *de arbitr. iud. lib. 1. quæst. 46. nu. 1.*

81 Hinc postea in facti contingentia infertur in hoc frequenti strepitu bannitorum, non valere edictum prætoris, vt quicunque ceperit, vel manifestauerit talem exbannitum, lucretur tot pro eius mercede, & recognitione, nisi de authoritate, ordine, vel cõmissione superioris hoc faciat, prout passim fieri videmus Ias. materiam multis modis limitans *in l. 1. nu. 10. cum multis sequent. ff. de iustitia, & iure.*

82 Et vltra eum, qui omnibus patet, limitatur allegata conclusio vno alio notabili modo, nisi causa cõstitutionis salarij esset a iure communi approbata, prout in casu *l. decurionib. ff. de decurionib.* vbi decuriones ex munificentia in patriam paupere effecto possunt ex publico alimenta constitui similiter in casu *l. ambitiosa, ff. de decretis ab ordine faciend.* puta constituere salaria medicis, & magistris liberalium artium, similitee donare, & munera transmittere ad Illustrissimos superiores alibi permanentes, vel per loca transeuntes, vt loci necessitatibus succurratur, vt vbi Bar. animaduertit. *n. 2.* & passim fieri videmus pro personarum, & loci qualitate, *l. iubemus, §. scientes, C. de sacros. eccles. l. cum plures, §. penul. ff. de administr. tutorũ* & hoc passim fieri videmus, & Tudertini obseruant, cum Reuerendissimis, & Illustrissimis, licet talia munera vere triduò de memoria exeat. Potest etiam iudex ex cãiusta salariũ cõstituere, Guid. Pap. *sing. 698.*

83 Sed nunquid iudex poterit petere salarium pro notario? Utiq. sic, siue ordinarius, siue delegatas sit. Angel. *in verb. iudex, nu. 17.*

84 Quod dicendum in Vicario Episcopi, debebiturne ei salarium, licet non conuentum, neque promissum? & Rota in vna Zamorensi salarij 31. Ianuarij 1547. tenuit, nõ deberi, nisi concurrentibus duob. extremis, & quod sit solitus Episcopus conducere, & Vicarius locare, vt per Put. *decis. 6. de offic. Vicarij, & decis. 1. lib. 3. & decis. 44. & 45. lib. 2.*

Contrarium est verius, & sic salarium debebitur, licèt non conuentum, et licet Vicarius non sit solitus locare, nec Episcopus conducere, & ita tenuit Rota corã Seraphino in vna Tuertiana mercedis pro quõdam domino Francisco F. co, contra Episcopum die 20. Maij 1569. Si enim aduocato, medico, ludimagistro, & assessori debetur, *l. 1. de var. & extraord. cogn.* eadem ratione, & Vicario episcopi, & si iuriscõsultus de hoc interrogatus fuisset, de facili a paritate rationis idem respondisset ex *gl. celebri in l. tale pactum, §. fi.* vbi Ias. *ff. de pact.* Alphan. *report. 169.*

Nec obstat decisiones Putei, quia in aliis terminis loquutur, quam Vicario episcopi, vt patet per Gran. *Theorem. 12. in princ.*

Ex quibus patet etiam responsio ad omnia contraria, & quomodo procedant, & quando iudicibus debetur salarium, non est ad postulationem, sed ex officio, Bal. *in pract. de offic. iudic. num. 19.*

* An officialis qui impedimento tempestatis non valuit suo proposito tẽpore ad officium accedere, sibi præiudicet, quoad salarium; vtique sic, quia, quoad inchoationẽ officii, mora non purgatur, Bal. *in l. in illo, ff. de constit. pecun.* commendat pro notabili, Paris *de syndicat. in verbo impedimentum.* Et sic casus hoc casus non excusat.

Et

Et an officialis, qui in termino non venit, casu impeditus, postea veniendo audiatur? Videbatur dicendum, *quod sit arg. l. Cæsar. ff. de publi.* per quem ita arguebat Bal. *in l. libertis, ff. de oper. libert.* contrarium est verius, quia debet sibi imputare casum, argument. *l. si pecuniam, in princ. ff. de cond. ob causs. & l. 1. C. de re militar. lib. 12.*

Limita si sit impeditus per aduersarium, Bar. *in l. triticum, ff. de verb. oblig. per c. fin. de iudic.* & ita procedat *l. Cæsa.* & sic iura magis tenent officiali impedito per aduersarium fortasse concurrentes ad officium, quam si à casu.

De fructibus, & litium expensis.

QVÆSTIO VIII.

1 OFFERT se nobis alia perutilis, & necessaria inuestigatio de mercede, seu salario aduocati, procuratoris, & notarij: quæstio enim satis vtilis est, & a locati & conducti materia dependens, Dec. *in l. 1. nu. 23. C. de edend.* Plot. *de in litem iurand. §. 28. n. 6.* aduocati namque officium laudabile est, vitæque hominum valde necessarium (vt inquit) legislator in l. laudabile, *C. de aduoca. diuers. iudic.* hi enim dirimunt ambigua facta causarum, suæq; defensionis iuribus in rebus sæpe publicis, ac priuatis lapsa erigunt, fatigata reparāt, nec minus prouident humano generi, quam si præliis, ac vulneribus patriam, parentesque seruarent, gloriosaque voce laborantium spem, vitā & posteros defendūt, *l. aduocati, C. de aduoc. diuer. iud.* Vbi Bald. dicit, quod sunt ita necessarij ad salutē patriæ, & singulorū, sicut milites armatæ militiæ, immo reipublicæ plus necessarij, vt ibi per Bar. *gl. in c. cum ex eo, in verb. indigere, de elect. lib. 6.* Vnde dixit Hostiens. in princ. suæ summæ, *col. 4.* quod recti iudices, & aduocati vtentes legib. optimā vitam faciūt, quod etiam exclamat Alberic. *de Rosate, in l. 1. C. de suffrag. in leg. per diuersa, C. mandat.* Ias. *in l. 1. ff. de iust. & iure,* Granut. Theorematum. 1, *nu. 12, in fine.* Caccialup. *de trāsact. quæst. 2.* vbi post alios dicit, quod aduocationis officiū est meritorium apud Deum, nā illud multoties exercuit Christus in hoc mundo: fuit enim aduocatus Magdalenæ in tribus causis, & cōtinue illud exercet intercedendo apud patrē in Cęlo. Canon. discipulos, *de consecrat. distinct. 5.* late & pulchre se extendit Roland. *cons. 6. in princip. part. 3.* & vltra eum Bar. *in l. fi. C. de Iudæis, & in l. constit. C. col. 3.* Matthei. Brun. *de cession. bonorum quæst. 10. quarta quæst. principal. nu. 54.* vbi ex hoc discursu tenet post multos per eum allegatos, quod non conueniūtur vltra quam facere possint, nec pro ciuili debito capi, vel carcerari possunt, & tale aduocationis officium nobilissimum appellat Paul. de Cittadinis *in tract. de iurepatronátus part. 2. num. 11.* vbi etiam ponit qualitates veri, & boni aduocati, Puteus, *de sindicat. tit. de excessibus aduocatorum cart. 5. vers. aduocati,* Boil. multa bona dicens *tit. de respons. a reo faciend.*

2 Econtra autem aduocati, procuratores, & notarij appellantur canes curiarū, & deuoratores pauperū, vt per Bart. in repetit. *l. omnes populi, in 5. quæst. principal. ff. de iust. & iure.* Comendat. Ias. *in §. tripli, nu. 30. de act.* Clemens. sing. 73. *nu. 1. Milis in verb. procuratores, in addit.* & antiquitus aduocatorum perfidia venalis erat, *& l. Ciuili,* olim coercebatur, vt pulchre varia deducit exempla Gomes. *de const. in oratio. nu. 14. & 15.* vbi quis fuit primus aduocatus, qui mercedem recepit, contra quos pulchre inuehitur Mand. *in pract. commiss. formul. 11. in verb. salarij,* Quid dicimus de illis, qui clientibus, vt lites suscipiant, illasque iniustas, vt prosequātur, suadent, victorias promittētes, mēdacijsque, & fallacijs ab ipsis assiduè pecunias extorquentes, & sanguinē, si possent, elicere volētes?

Quare pro laude bonorum, & ad ipsorum solatiū, & vt improbi abstineāt, aliqua in medium adducam circa mercedem, & salaria aduocatorum, procuratorum, & notariorum. Quam materiam late ponit Speculator *in tit. de aduocato,* Doctor. *in l. 1. ff. de varijs, & extraordinarijs cognit. in l. 1. C. de suffrag.* Ego autem aliqua vtilia ponam addendo aliqua vltra scribentes in locis ordinarijs.

Pro parte igitur affirmatiua, scilicet quod salariū debeatur aduocato, procuratori, & notario facit, quod legitur in vita D. Thomæ Aquinatis, dum cōposuit de Trinitate, cui fuit responsum in hæc verba, quia bene scripsisti de me Thoma, quam mercedem recipies pro meo labore?

3 Secundo pro hac parte facit, quia militāt, & aduocati, *l. aduocati, C. de aduocat. diuers. iudi. sed militib.* pro labore stipēdia debentur iuxta illud. Nos militamus, & vos stipendia nostræ militiæ vultis auferre, ergo & aduocatis, & procuratoribus salarium debetur. Et licet *ad l. aduocati,* adeo celebrem inuidi, & maleuoli respondeant, quod non est condita ab Imperatorib. sub quorum nomine promulgata est, sed Iurisconsulti, & aduocati, tūc temporis ad laudem eorum exercitij cōposuerunt eam prout eis placuit, & voluerunt tamen veritatē est in se, & a morsibus inuidorum eā pulchre defendit Enchiridion pariū in *verb. Aduoc.*

4 Tertio pro hac parte facit, quod dicitur, nā os bouis ligari non debet triturantis, & qui ad onus eligitur, a mercede non repellitur, dicit textus ad literam *in rap. cum secundum Apostolum, de præben.* commendat Ioan. de Arn. *problem. 20.*

5 Pro parte vero negatiua, quod istis nullum debeatur salariū facit, quod legitur *Ecclesiast. c. 7.* Pauperi porrige manū tuam, & *c. 4.* Congregationi pauperū, affabilem te facito, & *Iob c. 29.* Pater eram pauperū, & causam, quam nesciebam, diligētissimè inuestigabam. Pulchre Mandos. *in tract. de Ingratitudine, c. 85.*

6 Secundo pro hac parte facit, quod dictum fuit supra de tutoribus, & curatoribus, qui licet (vt in eo loco dictum est) habeant mandatū a lege, vel ab homine, & eorū officium sit valde periculosum, & onerosum, tamen eis regulariter nullum salarium debetur, multo minus aduocatis, & procuratoribus.

7 Tertio pro hac parte facit, quod legitur apud Micheam, *c. 3.* destructam fuisse Hierusalem, quod principes in muneribus iudicabant, sacerdotes in mercede docebant, Prophetæ in pecunia diuinabant. Pro resolutione ponam aliquas vtiles Conclusiones, ex quarum resolutione patebit conciliatio omnium cōtrariorum, & quomodo intelligant, & procedant, & Doctores pertractantes hanc materiam incipiunt originaliter eam a *l. qui domum, ff. locat.* & sic a tractatu materiæ locati, & conducti.

8 Prima igitur sit Cōclusio. Aduocato debetur salarium, licet non conueniat officio iudicis, Bal. *in l. pro-*

peran-

Digitized by Google

perandum, §. *illo proculdubio*, vbi alij scribentes hoc *not. C. de iudic.* Alex. *conf.* 109. *num.* 2. *lib.* 6. Alc. *ad l. creditori in verbo patrocinio, C. de pact.* Bart. *in l.* 1. §. *in honorarijs, ff. de var. & extraord. cognit.* Bald. post Cin. *in l.* 1. *C. de pact.* Matt. *conf.* 376. *num.* 2. 4. *lib.* 2. Viui. *li.* 2. *in Verb. Aduocatus.* Idem in procuratore ad lites, & notario, si soliti sunt locare operas suas, Bar. *in l.* 1. §. *iud. ff. de var. & extraord. cogni.* Salic. *in l. aduersus, C. mand.* Fulg. *in l. salarium ff. mandat.* Soc. *conf.* 196. *col. fin. vol.* 2. Ant. Gabr. *lib.* 2. *concl.* 5. Benedict. de Barz. *in* 1. *vol. conf. vlt. volant. conf.* 115. *n.* 5. Decian. *conf.* 654. vbi dicit Notario duplex salarium deberi, vnum pro imbreuiatura, aliud pro extensione, & hoc arbitrio iudicis.

9 Addo Bello. *in* §. *fi. Instit.* quibus modis re contrahitur obligatio *in princ. de oblig. nam.* 5. Ias. *in* §. *tripli, num.* 50. & 59. *Instit. de act.* Borgn. *decis.* 41. *num.* 46. Granut. *Theorem.* 12. *num.* 4. & 8. vbi attestatur in Rota, ita iudicatum in vna Tholetana die 14. Maij 1568. ex Consil. Federici de Senis 218. & coram Domino Sarmento die 30. Aprilis eiusdem anni, Decis. Putei 11. *lib.* 3. March. *decis.* 10c. 61. *part.* Ponta. *de aliment. cap.* 16. *num.* 5. vbi dat actiones competentes, & limitat in procuratore, vt non debeatur si non est conuentus, & ita in Rota fuit alias decisum in vna Zamorensi 1547.

Ampliatur primo etiam in foro conscientiæ, cum moderamine causæ, & possibilitatis litigātis, Dom. Soto *de iust. & iure, lib.* 5. *quæst.* 8.

10 Ampliatur secundo ista Conclusio etiamsi Ecclesia, vel alius priuilegiatus interueniret, Bal. *in cap. breui. de iureiur.* Fel. *in c.* 1. *de offic. iudic.* Put. *de synd. in c. Potestas, & in cap. Aduocati.* Borg. *decis.* 41. *nu.* 47. Vnde caute procedendum est, quia hodie totus mudus facit se priuilegiatū, præsertim a solutione onerum, & collectarum, ne extendatur ad salaria aduocatorum, procuratorum, & notariorum, quia hoc non reperitur iure cautum.

11 Ampliatur tertio, vt Aduocato salariū debeatur, licet nullum laborem passus sit in euoluendo, vel reuoluendo cartarum. Io. And. *ad Speculat. in tit. de aduoc. salar.* §. *sequitur, circa princip. contra gl. singularem in Canon. non licet, in verbo Iustum*, 11. *quæst.* 3. Immol. *in c. cum ad bona, de vita, & honest. clericor.* Alex. *in l.* 1. §. *diuus ff. de var. & extraord. cognit.* reputauit singulare, Fitin. *in verb. Aduocatus.*

Ampliatur quarto, vt debeatur salarium, etiam si clientulus sua culpa succubuerit in causa, vel ex mala confessione, vel alio simili modo, Bal. *in l.* 1. *col. fi. C. de suffrag.* Alex. *in l. item functo, n.* 10. *de off. assessor.*

* Ampliatur quinto, vt instrumentum salarij præsumatur in dubio, prius prout dotis, Alc. *reg.* 3. *præsu.* 43. *num.* 6. licet non habeat hypothecam, nec priuilegia dotis, vt ibi per eum.

Ampliatur sexto, vt debeatur salarium, etiam si cartas non reuoluerit, in memoriam præteritum laborum, & hoc etiam in foro conscientiæ, Archid. *in Can.* Non licet 11. *quæst.* 3. Ias. *in* §. *sed istæ, num.* 113. *Inst. de act.* vbi commendat.

12 Declaratur ista ampliatio in paupere, qui nō tenetur ad aliquod salariū, nec Aduocatis, nec Procuratoribus, neque Notarijs, *gl. notab. in cap. statutum*, §. *insuper, in verbo pauperes, de rescript. lib.* 6. per quem. Ita tenet Bald. *in c.* [illegible] *notab. C. de nupt.* gl. Abb. Fel. & alij, in *cap.* 1. *de offic. iudic.* Pelin. *in c. si pro debilitate, colum. fin. de offic. delegat.* Alex. *ad l. Argentarius, nu.* 4. *C. de edend.* Rip. *in l. Centurio, num.* 35. *ff. de vulg. & pupill.* Foller. *in pract. crim. in secunda part. verf. recipiantur defensiones reorum sub num.* 27. Rot. *decis.* 2. *de constit. in antiq.* vbi tenet, quod palatiū obseruat, id esse verum in vere pauperibus, alias secus si in præsenti, vel in futurum soluere possent, cum obligatione, quod tunc notarij habent ab eis, quod fuerit iustum, & rationabile. Vnde in hoc habes practicam, quod si pauper obligat se, quod si vnquam in futurum efficiatur soluendo, soluit mercedem debitam, Benincas. *de paupert. quæst.* 7. *special.* 1. *de iudic. nam.* 4. *cum multis sequentibus.*

* Ampliatur septimo, vt successor prælati teneatur salaria Aduocati, qui defendit, & ad pecunias pro eo expensas, Put. *decis.* 11. *num.* 1. *par.* 3.

Cui adde ab eo non allegatos, Dec. *in c.* 1. *num.* 46. *de probat. glo.* notabilis, & ab omnibus commendata, quæ in notario loquitur, *in l. tam dementis. C. de Episcopal. audient.* Guid. Pap. *quæst.* 561. vbi dicit vnum valde notabile, sed parum obseruatum, vel quod honorarium soluatur ex publico, vel sumptibus ipsius Domini iudicis, coram quo litigatur, quod signa earbone albo, subdens etiā, quod potest interdici exercitium aduocato, procuratori, vel notario non parēti, Roman. & ibi Sarac. *in addit. singular.* 263. Rebuff. *ad reg. constitut. tom.* 1. *tit. de sentent. prouis. gl. fi. colum.* 5. Couar. *practica, quæst. c.* 6. *sub nam.* 4. *per l. prouidendū.* vbi Bald. *C. de postul. tex. satis bonus in l.* 1. §. *cura carnis, ff. de offic. præf. vrb. in l. moris*, §. *sunt autem ff. de pœnis*, & pauperibus dantur aduocati publicis expensis, & ita apud Gallos obseruatur, Nicol. Boer. *decis.* 325. & de obseruantia in Curia Delphinali, Guid. Pap. *decis.* 561. & de obseruantia per Hispaniam, Couarru. vt supra, dicens passim seruari in Cancellarijs, & prætorijs Regijs. Immo dicunt allegati, quod Rex litigans cum paupere subministrat expensas, limita tēporibus nostris. Anton. Tassara *de error. c.* 36. dicens in qualibet dispositione intelligi exceptā paupertate. Minsing. *centur.* 4. *obseru.* 32. Pract. Afin. §. 32. *ampliat.* 31. Ioan. Lup. *in repet. rub. de don.* §. 63. *num.* 43. Et vidi in facto cautam, quod pedisse qua pauperrima litigabat propter mercedem suā, & interim petebat alimētari mo. e filij filiatione pedente, Couac. *pract. quæst. c.* 6. *nam.* 8. late Pontā. *de aliment. c.* 13. Et generaliter, diues litigans cum paupere, tenetur ad sūptus, & expensas, & hæc est cōmunis opinio, Emanuel in suo Thesaur. litera P. *in verb. paup.* 38. Et prędicta omnia vera sunt in foro conscientiæ, nā aduocatus, procurator, vel tabellio denegās fine mercede pauperi litiganti, peccat mortaliter, si extrema necessitas sit, si vero non sit necessitas, venialia tantum erit culpa iuxta ipsius necessitatis qualitatem. Diuus Tho. sic a Caietan. intellectus, 2. 2. *quæst.* 71. *art.* 1. Siluestr. *in verb. aduocatus.* Pulchrè explicat Dominic. Spt. *lib.* 5. *de iust. quæst.* 8. *art.* 1. Commendat, & sequitur Didac. Couarru. *pract. quæst. c.* 6. *num.* 4. *in fin.*

Cui adde ab eo non allegatos, & in materia bene loquēte Diuū Gregoriū super Homel. Matthæi. 15. Petr. Gicard. *singal.* 73. *num.* 4. *in l.* 1. *col.* 1. *C. de suffrag. in l. ne quicquam* §. *fin.* & ibi Ias. *in* §. *vbi decretum, colum.* 2. *de offic.* [illegible] *legat.* vbi Ias. Christiane dicit, quod semper ei bene successit pro paupere

re gratis patrocinando, idem Alber. *in l. 1. §. ait prætor, ff. de postuland. in princ. C. col. 4.* Roland. *consil. 87. num. 25, vol. 2.* Rip. *in tract. de pest. in penult. part. num. 143.* Alex. de Ales, *in 3. par. summ. quæst. 46. in princip.* summa Angel. *in verb. aduocatus, num. 10.* vbi idem tenet Neuizz. *cons. 44. nu. 1.* vbi tenet ratione æqualitatis iudicialis si vna pars habet priuilegium non soluendi, quod extenditur ad aliam partem, Pont. de aliment. *cap. 16. sub num. 6.* Afin. *de execut. lib. 2. cap. 98. num. 12. 18.*

13 Ego autem in hoc articulo (saluo semper saniori iudicio) putarem multa esse inspicienda. Et primum si paupertas sit culpos a, *iuxt. gl. in capit. quæ in Ecclesi. de constitut.* Marsil. *in pract. §. ordine, nu. 13.* Crot. *in §. Cato, numero 69.* Secundum, quod putarem inspiciendum, an necessitas extrema sit ita, vt si pauper causam amitteret, fame periret, Felin. *in c. 1. vers. limita, de offic. iudic.* Petr. Royzz. *decis. Lituanid. 4. num. 299.* quam videas, quia moraliter loquitur. Tertium est, quod si apparet isti causæ pauperũ posse aliter subueniri, vel per seipsum, vel per coniunctam personã, aut maiorẽ facultatem habentẽ, non tenetur necessitate subuenire aduocatus, quãuis hoc casu subueniendo laudabiliter faceret. Secus est istis cõcurrentibus, ita eleganter declarat addit. ad summã Angelic. *verbo aduocatus, numer. 10. litera B.* iuxta illud Augustini in princip. de Doctrina Christiana, cum omnibus prodesse non possis, his potissimum consulendum est qui pro locorum, & tempore, vel quarumcunque rerum opportunitatibus constrictius tibi quasi quadam sorte iniunguntur. Et hæc omnia in medico, & similibus dici poterunt, & adde Ioan. de Arnol. *comm. 30.* Menoch. *de arbitr. iudic. casu 169. nu. 12.* vbi dicit, tales expensas non esset taxandas arbitrio iudicis, sed vt in dies fiunt.

14 Quid si clientulus concordauerit in calculo ferendæ sententiæ laboribus iam factis a Iudice, vel Aduocato, vel Procuratore, vel Notario, vtiq; debetur integrum salarium iudici, aduocato, procuratori, vel notario, Bal d. *in l. 1. quæst. 5. C. de suffrag.* Ioann. And. *in reg. contract. de reg. iur.* in Mercur. Nicol. de Neapol. *ad l. Gallus, §. & quid si tantum, ff. de liber. & posthum.* Bald. *in l. si. C. de condict. ob causam.* Iaf. *in §. tripli, n. 58. Instit. de act.* Marsil. *sing. 693.* dicens menti tenendum, & sæpe in facto euenire, prout reuera euenit ex auaritia litigantiũ, qui vt lupus lunam, fugiũt solutiones mercedũ, & faciunt cõpromissa, quæ hodie, vt plurimũ litigantib. nouas lites, & recursus pariant, & facit regul. non debet alteri, per alterum iniqua conditio inferri, & vidi in facto in quadam causa fuit habitus actus pro terminato, quo pendete fuit allegatus suspectus iudex, & aperitio alteri cõmissa, nũquid iudici priori deberentur sportulę a partibus stante, quod diu studuit, & laborauit, & vtique sic. Dec. *cons. 70. n. 2. & 108. nu. 5.* Et hæc est communis opinio, Guid. Pap. *dec. 102.* Affl. *in const.* Hac edictali, *n. 7.* Cornel. Benincas. *de paupert. q. 7. special. 1. n. 6.* Cagnol. *ad l. diem functo, n. 157. ff. de off. assessor.* Emanuel Soarez, in suo Thesaur. *litera A, num. 105.*

Cui addo bene loquentes Roman. *cons. 85.* Caccialup. *de trans. quæst. fin. n. 8. tom. 8.* Contard. *ad l. vnicam, limi. 8. C. si de momentan. possess. n. 2.* Borg. attestans ita iudicatum, *decis. 41. num. 38.* [illegible]

15 Practicando tamen cautela datur vtilis, non necessaria, vt fiat protestatio, Rom. *cons. 433.* Dec. *in l. Iure Ciuili in princ. ff. de reg. iur.*

16 Vidi tamen in facto allegatum, & in continentia decisum salarium iudici, qui iam diu laborauit, non deberi, quando ex causa allegatur suspectus, ex quo sua culpa id prouenit.

17 Declaratur tamen allegata conclusio, vt nõ procedat stante partium conuentione. Vnde si conduxi aduocatum, vel procuratorem, qui promisit agere causam meam, vsque ad tres sententias, & ad litem finitam, si aduersarius cedat, quia non appellat à prima sententia, tamen istis aduocatis, & procuratoribus non debebitur integrum salarium conuentum, sed pro rata, licet per eos non steterit, & isto casu tenentur prosequi causam vsquequo sortiatur vltimũ consumatum effectum etiam resoluendo exceptiones, quæ contra rem iudicatam apponeretur, vel apponi possent, Martianus *cons. 48. vol. 1.*

18 Ex quibus infertur limitatio *ad l. iure Ciuili, ff. de condit. & demonstr. & ff. de reg. iur.* & ad regu. cum nõ stat. *lib. 6.* vt procedat in puris terminis iuris communis, secus stante aliqua conuentione, quæ tunc debet aliquid operari ex deductis in allegato cons.

19 Sed pulchra, & quotidiana est indagatio. Aduocatus, vel procurator plurium causarum est pactus ratione Palmarij, vel mercedis puta decem, & in aliquibus vicit, & in aliquibus succubuit, quomodo habebit salarium conuentum, Duę in hoc sunt opiniones. Vna de rigore iuris, quæ est, vt nihil debeat habere, quia in totũ est adimplenda conditio, *l. qui hæred. §. si. ff. de cond. & demonstr.* Et nihil videtur actũ, quando aliquid superest ad agendũ, *l. penul. ff. ad Sil. lan. l. prætoria. ff. de præto. stipul.* Altera opinio æquior, vt pro rata, & parte habere debeat eius salarium, & hæc est cõmunis opinio, vt per Salic. *in l. 1. C. de suffrag.* vbi Alberic. dicit, quod est etiã æquior, & ita attestatur Euerard. *in loco citato ad partem, sub nu. 4.*

20 Ex quibus infertur corollarie ampliatio, & intellectus ad *l. quæ de tota,* vt procedat etiam in cõditionibus, quę indiuiduæ videntur, quando ex effectu resultat diuisio. Ad cuius materiã vltra Euer. Bello. in *§. nihil autem, inst. de hæred. quæ ab intesta. sub num. 2.*

21 Secundo corollarie infertur intellectus, & limitatio ad regulam deprompt am *ad l. si is, qui ducenta, §. vtrum, ff. de rebus dubijs,* vt propositio in parte falsa omnibus reddatur falsa, non procedat de æquitate quadam, in mercede debita pro remuneratione laboris, & ipsius recognitione.

22 Tertio corollarie infertur intellectus, & limitatio ad regulam & conclusionẽ, *l. penul. ff. de Syllan.* quod non dicitur perfectum, si aliquid superest ad agendũ, vt non procedat in casu recognitionis laboris pro parte facti, pro ea enim parte perfectum dicitur.

23 Sed pone, vlterius vnum, quod in factu sæpius occurrit. Habui aduocatum, vel procuratorem gratis, nec in eo feci aliquam impensam, poterone in taxatione computari facere expensas aduocati, vel procuratoris? vtique non Guid. de Suar. *ad l. properandũ, §. sin autem alterutra,* vbi etiam Alber. *C. de iud.* idem Alberic. *in l. sed & si hæreditas. §. 1. ff. ad exhiben.* Bal. *de iur. patr. nu. 24. in fine,* Boer. *in singular. suis in verbo expensæ, n. 10.* Et hæc est communis opinio. Emanuel Suarez in suo Thesaur. litera S. *numer. 1.* & litera A, *num. 109,* Villalob. *litera S. num. 6.* Tiraq. *de re. tract.*

*tract.§.23.gl.4.num.6.*Grat,*respon.108.nu.7.* Sebast, Medic.*de regul.iur. regul.7.limitat.15.*

34 Declaratur præsens conclusio, vt non procedat, si aduocato, vel procuratori aliquid detur in remuneratione præteritorum, vel futurorum beneficiorum. Et ita tenuit Rota in vna expensarum *dec.533. in antiquis,l.si remunerandi ff.mandat.*

Cui adde Speculat.in tit.de expensis, *§.postremo, vers.quod si victus.* Tiraq. *de iur.retract. de retract. lignagier,§.29.glo.4.nu.6.& 7.*ita declarat Bart. *in l.si quis domus,ff.locat.*

Cui adde plenissime tractantem Boer, ab eo non allegatum,*decis.210.* in fine attestantem, in hac materia communiter ita teneri a Doctoribus Iuris Pôtificij,& Cæsarei, Asin. *in pract.§.23.ampliat.66.*

35 Et facit hæc ratio;nam hic est naturaliter obligatus suo aduocato, vel procuratori ad antidora, *l. sed & si lege,§.consuluit,ff.de peti.hæredit.* Ideoque ei abesse videtur,*l.si quis mandato,ff.de negoc.gest.l. plane, §.vbi,ff. de legat.* 1. late Ias. *ad l. ex hoc iure,ff. de iust. & iure,in l.si non sortem.§.libertus,ff.de condict.indebi.* latissime Tiraq. *ad l.si vnquam in verb.donatione largitus,nu,11. C.de reuocand.donat.* Dion.Perus. tot t. vbi de communi attestatus diuidit per medium more rusticorum.

Potest tamen creditor expensas sibi donatas, ab aduocatis,procuratoribus,& alijs petere,& côsequi, Grat.*cons.108.vol.1.* Bursat.*cons.294.nu.17.vol.3.*

36 Quid in aduocato, vel procuratore in causa propria? Vtiq. expensæ non debentur,vt tenuit Bart.in materia locati & conducti,ad l.si quis domum,*ff.locat.*per illum textum, *in l.fin. post gl.ibi.C.de fruct.& lit.expens.in l,si stipulatus,*vbi Castr. hoc summopere commendat, *ff. de fideiuss.* Ias. *ad.l.properandum.§. sin autem alterutra,nu.14.C.de iudic.* Lancellot.Corad. *in sua pract.§.9.lib.1.de prætor.§.3.in tit.de offic. prætor. in caus.criminal.in tit.de sentet.diffinitiua criminal.limit. 14.* Et ita tenuit Rot.*decis.532.in antiquis, & decis.5. de procur,& decis.41.de sentent.& re iudic.* Asin.*in sua pract. §.23. limitat.19.*

Cui adde ab eo non allegatos, & in materia bene loquentes Marsil. *ad l.si quis viduam n.70.ff. de quæst,* Butr.*in c.finem litibus,vbi* Abb.Sicul.*col.9.in fi.vers.* quid si iste victor,& Anchar, *num.38. de dol.& contumac.*Lanfranc.*in c.quoniam contra,in verb.expensæ, num.15.de probat.* Boer. *in singularibus, in verbo expensæ, nu.9.* & hæc est communis opinio *decis.150. num.3.vers.*hæc tamen communis,Guid.Pap.*singul. 250.* Viu. dicens hanc magis communem opinionê, litera A. in verbo aduocatus in fin. Villal. litera A. n.7.Castr.*in l.in fundo,ff.de rei vendic.*

37 Declaratur allegata conclusio, vt non procedat, quando aduocatus, vel procurator peteret ratione damni passi, quia non præstitit operam, & patrocinium suũ in alijs causis, Ias.*ad l.properandũ,§.sin autê alter vtra,n.4.C.de iud.*ea pulchra ratione,quia in côdemnatione expensarum, ex parte victoris habetur ratio damni & interesse, quod quis ex suo artificio lucrari solet,*per gl.in l.1.de alien. iudic. mutand. caus. fact.*& hæc est communis opinio teste Soarez.*in suo Thesaur.& litera A.n.103.*Cui adde ab eo non allegatum,& idem attestantem Minsing.*Cent.1.obseru.* 8.attestans insuper ita pluries iudicatum, & potuit petere expêsas,quia in causa aliũ aduocatũ,vel procuratorem conduxisset.Rot.*decis.460.de dol.& contum.in antiquis,*Baptist. Villalob. & ibi Ioann.Pich. *in recollect,litera A.sub nu.66.& litera P.sub nu.330.* Angel. *in c. quoniam contra in verbo expensæ, num.6.* Firmian.*in verbo aduocatus,sub nu.100.*Marsil. *de fideiuss.num.313.* Anear.*in c.fidem litibus,nu.39. de dol. & contumac.*Bursatt.*cons.294.nu.18.vol.3.*

38 Cautus igitur erit Doctor, qui instruit alios in se instruendo, vt deducat hoc damnũ,quia si huic causę operam non nauasset,alij causæ operam dedisset,& lucratus esset tot, maxime in patrono reputato sufficiête,quia solitus sit multas causas pertractare,& habere concursum multorũ.& sic per viam indirectam consequetur id,quod via directa consequi non poterat.

39 Ex quibus habetur corollarie vnum, quod materia locati, & conducti, consideratur, & attenditur in taxatione expensarũ,in quibus consideratur id,quod ex suo artificio quis lucrari solitus erat,quod pro têpore ad multa praticando deseruiet.

ADDITIO.

☞ *Contrarium, quod Aduocato per victum reficiantur expensæ sui salarij, tenuit Velasch. decisio, Portugali 25.numer.21. non enim debet esse deterioris conditionis Aduocatus in causa propria, quam in aliena, & frustrari laboribus suis.*

30 Declaratur secundo in patrono, vel procuratore defendentibus causam cômunem cum alio.nam pro parte socij haberi debet ratio expêsarum,Boer.attestans ita pluries iudicatum *decis.210.* per textum ad hoc notabilem *in l.1. §. in propria causa, ff. quando appell.sit.* facit *l.ex parte hæres,& ibi gl.ff.famil.herciscun.l.si in rem communem;C.si cert.petat.* Minsing.*obseru.1. cent.2.in fin.*Sebast.Medic.*reg.7.limit.18.*

31 Ex quibus corollarie habetur limitatio *ad l.serui electione,§.Labeo ait,ff.de legat.1.* vbi colligitur,quod commune est,meum est,*in l. id quod nostrum,ff.de reg. iur.* nam limitatur iste textus, & similes limitâtur,& intelliguntur,vt non præiudicet Docturibus,qui eum composuerunt, glosati, & interpretati sunt procuratoribus,qui passim practicantur,& notarijs.

32 Declaratur tertio loco, vt non procedat, quando aduocatus, procurator, vel notarius peteret aliquas expensas,quas vere,& cum effectu fecisset,non autê proprium honorariũ,mercedem,vel salarium, multi enim sunt aduocati,vel procuratores,qui in absentia clientulorum affectionis causa pro casu, & lite expêdunt de propria crumena. Sic Bartol.sentit *ad l.stipulatus est,ff.de fideiussor.* ita declarando *l.sed & si lege, §.quod autem,vers.& nunc igitur,ff.de petit.hæredit.* in qua se fundat Specul. contrarium tenens,*in tit.de expen.§.postremo,vers.quid si ab emptore,*quem sequi videtur Boer.*in singul. suis,in verbo expensæ,& fructus, num.9.*

ADDITIO.

☞ *Declaratur quarto in Aduocato, vel Procuratore defendere causam propriam per alium Aduocatũ, vel Procuratorê,gratis tunc seruientem,adhuc enim in taxatione petere poterit salarium pro tota ratione, qua remanet ei obligatus ad Antidor.decisio Perus.1XI.par.2. attestans ita obseruari in Prouincia Vmbriæ,& Marchiæ. Et quod non taxantur ad rigorem,sed pro dimidia,vel tertia.*

Quid

33 Quid in aduocato, vel procuratore, qui deseruit causam in medio? Vtique salarium non debetur, & punitur; Bald. *in l. adem, col. 3. C. locat. per gl. in l. apertissimi, C. de indic.* Pulchrè vidẽdus est Paris de Put. *de syndic. in verbo salarium, versiculo si officialis, numero nono*, vbi distinguit; Aut cadit proportio seruitij, & debetur pro rata, alias nihil debebitur, vt in aduocato, medico, lectore, & similibus. Si aduocatus promisit patrocinari pro monasterio, vel alia persona, pro certo stipẽdio, quod promissio, regulatur a prima cõuentione, Franc. *ad regulam contractus lib. 6.* Cagnol. *in eadem regula, n. 72.*

34 Quid in notario, qui ob reuerẽtiam partis aliquid accipere noluit, prout Tudertini tabelliones sæpe vtuntur ad aliquem eorum non bene cogitatum finẽ, & vt plurimum hauriunt aquã cribro, & emunt spẽ præmio imaginario, & fallaci, & perdunt operam, & oleum. Vtique huic expensæ non debentur, Ang. *in practica valde commendans ad l. fin. C. de funct. et lit. expens.* Ias. *vt supra, nu. 14. in fine*, De regesto, alias registro, Vast. *lib. 17. c. 1. n. 2.*

35 Similiter ad propositum locati materiæ, & conducti, de qua agimus, notario competit actio ex locato, vt releuetur instrumentum extractum, quæ actio cõpetit, tam ante traditionem instrumenti, quam post. ita contra Castrens. & Ias. tenet Cagnol. *ad l. si librarius, num. 45. ff. de reg. iur.* appellans notarios duriusculos.

36 Et notarius potest recipere salarium pro originali, & actis, & instrumento nondum redacto *l. fin. cum gl. C. de præpo. agent. in reb. lib. 12.* quam singularem dixit ad hoc Amanel. *de clar. aquis, sing. 167.*

37 Notandum tamen est, quod prothocollum notarij defuncti habebit hæres, sed salarium, & mercedẽ pro scriptura leuata habebit notarius, qui leuauit, Bar. *in l. Argentarios ff. de edendo*, Innocent. *in cap. primo, de simon.* Felin. *in cap. cum P. Tabellio, n. 13. de fide instru.* & hæc est communis opinio, Cell. *in repert.* ad Felin. *in verbo salariũ.* Tuderti diuiditur merces leuationis, & contra notariũ iuratur in litem, si est certa mercede conductos, & aliquid omisit, & dicitur locare operas suas, Dec. *in l. 1. n. 23. C. de edendo*, Plot. *de in litem iurand. §. 28. n. 6.*

38 Quid pro Ecclesia, vel aliquo loco pio. Vtique idẽ iuxta tamen id, quod notat Iacob. Menoch. *centur. 5. cas. 494.*

39 Et si notarius sub certa pœna prohibeatur in aliqua causa recipere salarium, incidit in pœnam suscipiens à sponte offerente, Bart. *per gl. ibi, in l. sonitus, §. quod cuiquam, ff. de re iudic.* commendat Ias. *in l. 1. nu. 8. C. de legat.*

40 Et notarius cui, solutũ fuit de rogitu potest petere mercedem de extractione, *gl. in l. fin. §. exẽplaria, C. de princip. agent. in reb. lib. 12.* singularẽ dixit Roman. *sing. 581.* Alexand. ad Bart. *in d. l. finem*, Dec. *in c. 1. vbi limitat colum. 23. de probat. cons. 624.* Cagnol. *in l. si librarius, num. 21. ff. de reg. iur.* & si discordent, iudex arbitrabitur, Bal. *in leg. argentarius, ff. de edend.* quem casum de arbitrarijs non explicauit Men. vide Duen. *reg. 5. n. 3.*

41 Similiter notarius de publico salariatus non potest recipere salarium a sponte dantibus, Felyn. *in capit. cum vos, circa medium, de homicid. in cap. 1. de simon. cap. allegato 37.* Anch. *cons. 272.* Commendat Tassaro, *de error. notar. capit. 38.*

42 Pone, quod habui aduocatum, vel procuratorem, vel notariũ in causa mea, cuius pater erat meus valde amicus, & adiuuit me in causa, & lite, nunquid debebit impensa vel salarium, computari in taxatione expensarum? Vtique non, quia præsumitur gratis adiuuisse ob paternam amicitiam. Ita Bar. *in l. 2. n. 4. de neg. gestis*, & ibi etiam Bar. in materia locati & cõdu-
43 cti, de qua agimus, ponit vnum aliud, quod si procurator cõsueuit viuere de salarijs, quæ percipit ex Curijs faciendo expensas in petendo tutorem, censetur fecisse animo repetendi, *per l. excepto, C. loc.*

44 Ex quibus corollarie infertur limitatio *ad l. cum de in debito*, & eius regulam, de probat. quod in dubio donatio nõ præsumitur, hoc enim fallit ratione amicitiæ propriæ, vel paternę. Ita etiam Bal. *in l. 2. num. 2. C. de iur. dot.* Ruin. *cons. 100. numero 25. lib. 4.* & certe si in procuratoribus, vel aduocatis hoc præsumitur quid in alijs? latissime de effectibus amicitiæ Tiraq. *ad l. si vnquam, in verbo libertis, numer. 93. & 94. C. de reuocan. donation.* Hoc autem verum est tribus potissime concurrentibus, scilicet amicitia, pietatis causa ne quis opprimatur, *l. his qui amicitia, ff. de negocijs gestis.* Tertio modica impensa, Bald. *in l. 2. numero 2. C. de iur. dot.* Iacob. Menoch. *lib. 2. centur. 1. casu 88. num. 59. cum sequentibus.* Mascard. *conclusion. 552. numero 57.*

45 Et sic videtur, posse obiter dici, quod si ex paterna, vel propria amicitia Sẽpronius est in domo mea per annos, quod præsumitur gratis. Dicam Deo dante suo loco.

Quęro, sit instrumentum vẽditionis, quis teneatur soluere mercedẽ notario? Et in gabella, multi tenuerunt, hoc ad emptorem pertinere. Bal. *in l. si prædium, col. 2. ad finem, Cod. de præd. minorum, per l. debet autem, ff. de ædil. edict.* commendat Roman. *singul. 588. Tholosan. 451.* Et hæc est communis opinio, prout in addit. ad Roman. licet Veronens. *in d. l. non debet*, aliter sentiat. Ex quo inferrem in hac erectione Archiuij in statu Ecclesiastico, vt collectũ teneatur soluere emptor id quod est supra mercedem rogitus consuet. In rogitu & mercede tenetur venditor Ang. *in authent. de alienat. & emphyteus. §. hæc etiam, col. 2.* vbi limitat in Ecclesia. Firmian. *in verbo nota, ius mercedẽ, vers. notario cogitur.* In instrumento locationis, & fictus, fictuarius soluit, & ita vidi practicari.

46 Et licet aduocati salarium excedere nõ possit centum aureos, *l. 1. §. penult. ff. de var. & extraord. cognit.* tamen hoc non procedit in capitalibus, vel in causa status, quę capitalibus æquiparatur, Angel. *notabiliter in l. si pater, per illum textum, ff. de donat. gl. in l. iusta causa, ff. de manumiss. vindict.* Commendat Viu. *in verbo Aduocatus*, cui addo Ioann. de Amic. *cons. 148. num. octauo.*

Contrarium autem verius asserit subtilis Pinell. *in l. 1. par. 3. num. 61. illat. 28. Cod. de bonis matern.* quem sequutus est eius beneuolus Emanuel Soarez. *in suo Thesaur. litera A, nu. 101.* ea ratione, quia minus studium sufficit, nec in dubio debet admitti differentia inter ciuilem, & criminalem, *l. absentem, ff. de pœnis*, Bart. *in l. Papinianus, §. 2. ff. de inoffic. testamen.* Castr. *in l. consentaneum, in fine, C. quomodo, & quando Iudex*, Alexand. *in l. diuortio, numero vndecimo, ff. solut. matrimon.*

47 Et certe licet regulariter minor labor si in causis criminalib. quam ciuilibus, tamen quandoque, & sepius contrarium occurit; eueniet enim latrunculator, qui & in tortura, & alijs incidẽtibus ad causam pariţ multas difficultates, & tandem in sententię prolatione, & ita de consuetudine seruatur Bonacoss. in con. cul. crim. in verbo Aduocatus.

48 Propone vnum aliud in facto, Aduocatus, vel procurator aliquis pro certo salario promisit defendere causam, quomodo intelligatur? Vtique de prima instantiam tantum *Io. And. in reg. contractus, quæst. secunda, de reg. iur.* in Mercurialibus ea ratione, vt infinitas euitetur. Commẽdat Gomes. *in cap. cum in electis, n. 37. de elect.* limita si appelletur a diffinitiua, secus si ab interloquutoria, *gl. in l. vnica, C. de suffrag. in l. fin ff. de postuland. in l. qui proprio, § item quæritur, in gl. magna, in fine, ff. de procuratoribus, in cap. Romana*
49 *in principio de testibus in Sexto, Specul. in tit. de salario, §. sequitur, vers. sed nunquid Aduocatus,* & hæc est communis opinio, *Ias. ad leg. ita demum, numero 8. Codic. de procuratorib.* Baptista Villalob. *littera A, numero 63.*

50 Dictum de interlocutoria limita, nisi esset tractanda in loco valde remoto, quia nec eã prosequi tenetur Specul. *in tit. de appellat. §. illud,* Innocent. *in capit. non iniuste, de procurat.* & hæc est communis opinio, *Ias. in l. inuitus, n. 4. C. de procurator.* dicens bene notandum pro appellationibus, quæ in partibus interponuntur ad Vrbem Romanam, Villalob. *litera A, nu. 94. litera P, num. 323.* dixi ad regulam, quum quid, *part. 1, ampliat. 1.* & sequenti, vbi quid in causa restitutionis in integrum, quod in procuratore ad omnes causas, & præsertim ad prosequendum, prout Tuderti passim fit, Emanuel. *in suo Thesaur. litera A, num. 99. & litera P. nu. 301. cum seq.* Rebuff. *ad l. quod iussit, nu. 304. de re iudic.*

51 Ex quibus corollarie infertur intellectus, & limitatio *ad not. in l. postquam litis, C. de pact. & in l. causas, C. de translationibus,* vt non procedat in patrocinio pręstando, quia causa intelligitur de prima instantia tantum, immo generaliter, vbi infinitis resultaret.

52 Sed pone hic vnum aliud satis vtile, & frequens, quod emptor esset aduocatus, vel procurator in causa euictionis, & succubuerit, recuperabitne expensas litis? Vtique non, Caballin. *de euict. §. 3. sub nu. 59.* per doctrinam Bar. in materia locati, & cõducti, *in l. quod si domum, ff. locat. superius adductam.*

53 Limita, nisi venditor esset obligatus ad omnes sũptus litis, Bald. *in l. fin. colum. fin. Cod. de furt. & lit. expens.*

54 Pone vnum aliud, quod in sacro Rotæ auditorio alias decisum reperitur, conduxi procuratorem solitum locare opera suas, tamen fuissem habiturus aliũ procuratorem gratis, teneorne ad salarium, licet sit solitus locare operas? Vtique non. Tenuit Ant. Rom. *lib. 2. concl. 5. in fi. ex cons. Federici, 27.* Alex. 109. *col. 6.* & ita tenuit Rota in vna Toletana 24. Maij 1568. sed dubitatur salarium hoc casu pro discretione iudicis, Granut. Theorem. 12. *n.* 8, vbi ex numero, vel qualitate causarum, & temporis.

55 Sed pone, quod processus sit nullus, & expensę sint reficiendæ, ex aliquo capite nullitatis, an reficientur expensæ aduocati, & procuratoris, et vtique sic, quia est labor consumptus, vt per Afflict. *decis. 60.* Vnde cautus eris, vt cum reficiuntur expensæ, ponantur etiam expensæ aduocati, & procuratoris, & de eis ratio habeatur Asin, *in pract. §. 32. ampl. 66. n. 6.*

56 Sed quæro vnum, quod & Tuderti, & alibi obseruatur, Quis fungatur vice aduocati, & procuratoris debet ne habere duplex salarium? Idiotæ dicũt, quod non, & murmurant contra eos appellantes nimium auidos. Contrarium est de iure verius, per textum ad hoc notabilem *in l. his scolaribus, C. de erogat. militar, annon,* vbi Ioann. de Plat. *nu. 1.* & idem Ioann. de Platea *in l. 3. nu. 2. C. de dignitat.* eodem libro, Andr. Geyl, *practic. obseruation. capit. 44. numero octauo,* Mandos, a Roman. *consilio* 25. Granut. Theoremat. 12. *numero* 8. dicens hoc valde notandum pro procuratoribus valde peritis, qui valent etiam in iure allegare, & facit etiam quia procuratores appellantur aduocati, *gl. in l. 1. §. aduocatos, ff. de var. & extraord. cognit.* Spe-
57 cul. *in tit. de salar. §. nunc de procuratorum, versicul. sed nunquid salarium procuratoris,* Bart. *in leg. prima in fine, C. mandat.* Ias. *in rubr. C. de procurat. numero 1.* Pinel. *de bon. matern. fol. 1. c. par. 3. sub numero 73. in fine, fol. 356.*

58 Sed pone vnum ad intellectum *l. 1. §. in honorarijs, vers. licite autem, ff. de var. cognition.* Clientulus promisit aduocato vltra summam, *de qua in dicto §. & iurauit,* an obligetur? Et vtique videbatur dicendum, quod nõ, quia sicut infirmus timore mortis omnia promitteret, *gl. in l. quisquis. §. præterea, Codic. de postuland.* ita clientulus timore litis omnia profundit, vnde refrenanda est ista voluntas.

Contrarium est de iure verius, vt per Guid. Pap. *quæst. 190.* & ratio est, quia ex contractu a iure ciuili reprobato oritur naturalis obligatio propter cõsensum *l. prima, ff. de renon. l. si pupillus, ff. de verb. oblig.* Vnde iuramentum operatur effectum suum, vt not. *in c. Quintauallis, de iure iurando, in l. si quis pro eo ff. de fideiussor.* quia etiam fideiussor accedit *l. 2. ff. de fideiussorib. l. finali, §. primo, ff. eodem,* Seraph. *de iuram. priuil. 170.*

59 Ex quib. corollarie infertur, quod dispositio *dic. l. prima, §. in honoris* non procedit stante iuramẽto, Seraph. *priuil. 171.* Guid. Pap. *q. 190.*

60 Secundo corollarie infertur intellectus *ad l. si quis pro eo, ff. de fideiussor.* quia loquitur in facto incerto operarum, & nulla certa præcedente conuentione, secus si aliqua daretur conuentio, cui apponeretur iuramentum.

62 Tertio infertur intellectus, & limitatio *ad leg. non dubium, C. de legibus,* vt procedat quando actus peccaret in forma, vel substantia, & sic deficeret etiam ius gentium, secus si deficeret qualitas, vel aliquæ solemnitates, & ac repugnaret ius ciuile tantum, non ius gentium. Ita etiam sentit *Ias.* post Bald. *in d. l. non dubium, nu. 20. per authent. decernitius, C. de arbitris.* Ponit Alphan. *repor. 27.*

Cui adde bene declarantem Guidon. Pap. *decisione 19.*

63 Quarto infertur intellectus ad authent. sacramenta puberum, C. si aduersus venditionem, vt cõtractus minoris firmetur iuramento, quando adsit substantia, & forma, & sic non deficiat a quietas iuris naturalis, vel gentium, sed solum deficiat qualitas, vel circunstantia iuris ciuilis, quæ postea iuramento suppletur, Ita sentit pulchrè totam materiam amplectens *in d.*

au.

authent. sacramenta puberum, Guid. Pap. *dicta deci. sion.* 190. *circa medium*, ad intellectum, *d. §. in honorarijs*.

Quæ addi possent ad ea, quæ late congerit Anton. Gabriel. *de minoribus conclus.* 5. *lib.* 2. Simoncell. *de decretis, lib.* 3. *tit.* 8. *inspect.* 18. Alphan. *report.* 216. in quibus locis hæc declaratio non videtur specialiter apposita, & a Guid. Pap. ad modum vtilis reputatur ad intellectum totius materiæ, *authent. sacramenta puberum*.

63 Secundus est intellectus, & declaratio *ad l.* 1. *§. in honorarijs, ff. de var. extraord. cognition.* vt non procedat, quando summa maior ibidem expresse est promissa per verba geminata, & reiteratis vicibus, iuxta *l. cum idem, C. de non numerata pecunia, in l. si mulier perfectæ, Cod. ad Velleian.* latè Cocas. *in tract. de verb. geminat. num.* 3. Tiraq. *ad l. si vnquam, in verb. reuerta. tur, num.* 49. *C. de reuocand. donation.* late Alphan. *report.* 675. Addo Euerar. a vi geminationis, & in specie hoc declarat in terminis nostris, Guid. Pap. *allegata decis.* 190. *col. fin. circa princ.*

64 Sed pone vnum alud ad intellectum *d. l.* 1. *§. in honorarijs*, quod non iuraui soluere vltra summam legitimam centum aureorum, sed realiter, & cum effectu solui, & exbursaui lite pendente, debeturne repetitio, tanquam indebitum ex dispositione *d. §. in honorarijs?* Vtique non, ea ratione, quia ex contractu a iure reprobato, propter cõsensum de iure gentiũ oritur naturalis obligatio, quæ sola impedit repetitionem indebiti, vt not. *in l. cum quis*, vbi Iasin *princ.* dicit hãc esse communem opinionem, *C. de iuris, & facti ignorantia*, idem Ias. *in l.* 1. *num.* 24. dicit hanc opinionem veriorem, nisi solutio sit facta per errorem facti probabilem, *ff. de condict. indebit.* Immo aduocatus sic recipiendo non tenetur ad restitutionem in foro conscientiæ Innoc. *in cap. quia plerique circa medium, de immunit. ecclesiarum, in c. cum olim, col.* 1. *in fin. de censibus.* Fiem. *in verb. aduocatus*.

Cautus igitur erit litigator, ne vltra summam debitam soluat aduocato, vel procuratori, quia non datur repetitio, & iuste quidem hoc factum est, quia multoties decipiuntur aduocati, & procuratores a clientulis, qui lite pendente promittunt miliaria, lite tamen finita, nesciõ vos. Vnde, si quando soluitur, sint securi, quod non erit locus condictioni indebiti, cum aduocatis, & procuratoribus.

65 Ex quibus corollarie patet intellectus *ad l.* 1. *ff. de cond. indeb. in illis verbis. Sed si sciens indebitum, &c.* scilicet indebitum etiã naturaliter, alias si esset naturaliter debitũ, cessaret repetitio, vt in exẽplo p̃dicto.

66 Quarta est declaratio *ad d. l.* 1. *§. in honorarijs*, vt non procedat in causa criminali ardua, vel causa status, quæ vitæ æquiparatur, de qua superius dixi in hac eadem quæstione, prout pro vita hominis, vel pro magna dignitate, Vinc. lo. Franc. *ad Feud. rub. de feud. guard. num.* 22.

67 Quinta est declaratio, & intellectus *ad d. §. in honorarijs*, vt non procedat in causa ciuili ardua, in qua opus esset magnis laboribus, & studio, quo casu aduocatus maiorem summam pacisci legitime potest. Et certe rerum experientia docet occurrere causas ciuiles difficiles, in quibus aduocati multum laborãt, & insudant, & parum recognoscuntur, & disputant articulos plures, & valde difficiles, & causa est longa, ita tenet Ang. *in d. §. in honorarijs*, & tangit Guid. Pap. *d. decis.* 190. *in fine*.

68 Sed nunquid ciuitas, vel vniuersitas aliqua potest cõstituere procuratorem, vel aduocatum cum certa annua responsione, salario, vel pẽsione? & vtique sic, & poterunt eius soli consiliarij, ac etiam antiani, vel priores populi habentes legitimum mandatum, vel auto. itatem, alias non *glos. in rubr. C. quæ sit longa con. suet. materia l. ciuitas, ff. si cert. petat.* Capell. Tholos. 416. Vnde facientes bussulum Tudertinum facere non possunt nisi legitime electi, nec Priores populi, ex se, nisi data autoritate a Concilio generali.

69 Et in facti cõtingentia vidi dubitatum, si commu. nitas habet procuratorem cum certa mercede, si cogatur exire, & proficisci pro aliquo negotio ciuitatis an possit petere separatim salarium. Puto quandoque responsum, quod non, simpliciter, & in dubio, & sic in quolibet etiam priuato dici, & quæri potest. habebit tamen mercedes pro equo, & victum pro se, & famulo, Bal. *in l.* 1. *quæst.* 1. *C. mandat. per l. idemque ff. mand.*

* nec aduocatus tenetur sequi, si alibi, in longinquo tamen mutatus est, *gl. in l. non solum, §. sed & si, de procur.* Alberic. *in l. Mænia, §. vxore de an. leg.* Sed nunquid potest aduocatus, vel procurator relinquere vnam partem, & adhærere alteri. Duo casus considerantur, aut recepit salarium, vel non. Primo casu nõ potest, & reuelando secreta punitur pœna falsi, *l.* 1. *in fine, ff. de præuaricat.* Commendat Aret. *in tract. malefic. in verb. incendiar. nu.* 49.

* * Limita nisi mittatur extra prouinciam pro officio extraneo, & non cohærente officio suo, quia duplex salarium habere debet, puta pro ambasciatore, vel similis, pulchrè Paris *de syndic. in verb. salarium, nu.* 2. dicens in facto habuisse in Apulia.

70 Ex quibus sequitur corollarie, quòd titulus de præuaricatoribus non procedit, nec locum sibi vendicat in aduocato, vel procuratore ad lites, & hęc est communis opinio, Bos. *de præuaricator. num.* 5. Bologn. *in authent. habita num.* 303. *C. ne filius pro patre.* Pulchrè Roland. *cons.* 36. *num.* 24. *vol.* 3. Vltra quos omnes amplia, idem esse verum, etiam si mutetur instantia, & hæc est communis opinio, Petr. Huni. *de execu. mandat. regular. cap.* 2. Soarez *litera A, num.* 108. Aut salarium non recepit, & licitè potest, *glos. fin. in l.* 1. *C. de iure fisci*, commendat Amanel. *declar. aquis, notab.* 253.

71

72 Sed pone vnum ad materiam primi membri, in materia litis nihil est recepti, quia lis, & causa est in simplici puncto iuris, an licebit aduocato relinquere vnum, & adhærere alteri, fortasse iustiorem causam habenti? Vtique sic respondit Alc. *ad l. præuaricatores in fin. ff. de verb. signif.* licet Bos. *de præuaricator. nu.* 6. dubitet, & hoc restituto honorario sentit Alc. & bene March. *decis.* 100. 412. *par.* 2.

73 Sed nunquid licebit aduocato, vel Doctori consulere pro vtraque parte, & honorariorum recipere? vtique sic in foro conscientiæ his concurrentibus, scilicet quando casus est dubius, Angelic. *in verb. aduocatus, num.* 17. Secundo ex minima mutatione facti Doctor pro vtraque parte allegans excusatur, *l. ex facto, §. in cliuo*, vbi Alberic. notat, *ff. ad l. Falcid. per l. ea est natura cauillationis ff. de reg. iur.* Bal. *conf.* 12. *lib.* 1. Corat. *de comm. lib.* 1. *inspect.* 1. *tit.* 6. *nu.* 36.

74 De honestate vero, & in foro contentioso hoc ad modum

modum non licet, datur enim maxima suspitio auaritiæ, & voracitatis ad lucrum, vt pulchrè per *l. præcib. num. 4. C. de impuberum.*

75 Et semper si possibile est, abstinendum est, ne eueniat id, quod respondet Dec. Soc. qui cum consuluisset pro vtraque parte, interrogatus per Decium pro qua parte consuluisset, respondit argutè pro parte, qua consuluit dominatio sua.

ADDITIO.

☞ *Considerandi tamen sunt in proposito tres casus principales quotidie, contingentes, infelicibus, & iniuste calumniatis aduocatis.*

Primus casus est si aliquis aduocatus vidit instrumẽta, & iura tua, poterit hoc non obstãte aduocare pro alia parte, dũmodo non fuerit requisitus ab eo qui primo ostẽdit iura sua offerenda pariter debitum salarium, quibus concurrentibus pro alia parte aduocare prohibetur, ita post relatos Castreas. in l. vltim. ff. de postuland. vbi allegat bonam rationem, quia si ego litigaturus tecum, volo tollere omnes aduocatos, de facili possum accedere ad illos omnes, & simpliciter ostendere iura mea, quod iniquum esset, & in præiudiciũ clientuli aduersarij, & aduocatorũ, qui starent in suspenso; & priuarentur tali lucro, quã rationem considerare debent calumniatores aduocatorũ latrantium contra eos, talis vidit primo iura mea, & postea aduocat contra me. Proh quam turpe, & inhonestũ, certe inhonestas, & temeritas est tua, qui vis ligare infelicem aduocatum propter simplicem ostensionem iuriũ, & tollere vno contextus defensionem aduersario secum litiganti, & iustum emolumentum ipsi aduocato.

Secundus casus est in eademmet causa in qua iam suscepit patrocinium, & cepit eam patrocinari, ingerendo se in ea. Isto casu non potest aduocatus eam deserere, & secus faciendo dicitur præuaricator, l. alletas, §. præuaricator, ff. de his qui not. infam. l. 2. §. quod si aduocatio, ff. de præuaricat. Spec. de aduocat. §. nunc tractemus, nu. 11.

Et in hoc secundo casu pariter considerandi sunt duo alij casus inuicem distincti.

Primus est casus quando aduocatus incepit protectionem vnius ex litigantibus, & eius iura habuit in manibus, & salariũ recepit postea deserit eius protectionem applicando se alteri parti, & tamẽ ei non reuelat secreta primi clientuli. Et hoc casu est simplex præuaricator.

Secundus est casus, quando reuelat etiam secreta prioris clientuli vltra desertionem de eo factam, & tunc tenetur pœna falsi. Bart. dicens in facto habuisse l. 1. ff. de præuaricat. sequuntur Alciat. & Rebuf. in l. præuaricatores ff. de verb. signif. ille num. 3. iste col. 2. in vers. aduocatus. Et sic præuaricatio terminatur facto transitu de vna parte in aliam, addita tamen reuelatione secretorum fit transitus in l. Corneliam de falsis.

Tertius põt addi casus ex Alciat. vt supra. Si quis visis iuribus vnius partis negat illi patrociniũ præstare, si pariter alteri parti neget nõ dicatur præuaricator ea fortasse ratione, quia nõ est secreta aplicatio in alterã parte

Hoc vitio notatus est Demostenes, qui, cum vna die Resp. Atheniensis causam contra Millesiorum legatos defendisset, altera die pretio victus tacuit prodiens in publicum, collo lana circumuoluto, asserendo se pati anginam vulga scarlantia, qua guttur suffocat, cui vnus ex populis dixit astute, non anginam, sed argentanginam pateris. Gell. Noct. Attic. lib. 11. c. 9.

Et apud nostrates Oldrad. Laudens. quam legum patrẽ appellat Castrens. in l. is qui putat, in fin. ff. de acquir. hæred. & maxime authoritatis appellat. Paris. cõs. 73. n. 37 lib. 1. Menoc. cons. 2. n. 99. lib. 1. is in quam talis vitio notatus fuit, vt refert Cast. in l. 1. C. de aduoc. diuers. iudic. qui præ nimio dolore quod delictũ esset patefactum decessit, sed quot hodie Demostenes? Quot Oldradi. Et hic præuaricator punitur pœna arbitraria. efficitur infamis, & repellitur à munere suo. Procurator verò præuaricator vltra relatas pœnas tenetur dominio actione mãdati. Glos. in rub. C. de procurat. & ibi Ias. n. 2. Iul. Clar. §. fi. q. 72. Bos. in tit. de præuaric. Menoch. de arbitr. casu 323.

Quartus casus dari potest si causa in se circa factũ nihil secreti habeat, sed tota sit quæstio iuris. Hoc casu licet aduocato variare, & defendendo iustiorẽ causam fouentẽ dum tamen honorarium, quod ab alio recepit tuẽdæ causæ occasione ei restituat. Et hanc opinionem dicit veriorem Alciat. ad l. præuaricatores in fine, ff. de verb. signif.

Tertius casus principalis in hac materia quod aduocatus actoris in prima instantia potest esse aduocatus rei in causa appellationis. Gl. in l. vlt. ff. de postulando ea ratione quia alia est causa; honestius tamen est abstinere quia nouit secreta partis, & ita consulit faciendum Io. Andr. in cap. vlt. de testib. lib. 6. & seruire debet eundem quem patrocinatus est in prima instantia non pro eodem salario, sed alio & nouo quod si recuses excusatur alteri seruiẽdo, & ita sentit Castren. in d. l. vlt. in fin. Et in hoc facto potest exemplificari regula. Non omne quod licet, ff. de reg. iur. licet quidem de iure honestum tamen non est. Tamen multi auari litigãtes digni essent tali facto, nã volunt defendi ab eodẽ qui defendit in prima instantia, & illemet aduocatus paratus est, sed ille durus est in bursa, quid igitur facere debet infelix aduocatus? si seruit aliũ laceratur à vulgo ignorante, si non seruit, perdit hoc emolumentũ.

Quartus casus est, si aliquis doctor consuluit in scriptis pro vna parte non potest postea aduocare pro alia parte, si ex professo consuluit nudatis sibi iuribus, & recepto condigno salario. Secus est si fuit tẽtatus de sua opinione, quia hoc casu excusatur alteri se applicanda. Bal. in d. l. fin. de postuland. Peregrin. de iur. fisci, lib. 7. tit. 2. nu. 11.

76 Ex quibus corollarie infertur limitatio *ad l. 1. C. de furtis*, quod allegans contraria non auditur: nam hoc non procedit in aduocante casu dubio, vel in modica variatione facta pro vtraque parte modo, quo supra dictum est. Adde ad Diaz. reg. 25.

77 Quæro ad materiam *l. litem, C. de procuratorib. & l. si qui aduocatorum, C. de postulan.* an liceat aduocato, vel procuratori pacisci de quota litis. Vtique nec aduocato, nec procuratori iuribus adductis, vbi est pœna priuationis officij, & falsi. Granut. *Theoremat. 12. sub num. 4.*

78 Dicitur autem pactum de quota litis, siue de tota re, siue de parte, vel vna re tantum, etiam minima; nã hoc vnum attenditur, vt sit in litem deductum, *glos. & Doctores, in d. l. litem, & in d. l. si qui aduocatorum,* siue aliquid vltra salarium debitum, Specul. *de aduocato, §. si quis,* Angelic. *in verbo aduocatus, num. 15.* Plot. *de in litem iurand. §. 16. num. 10.*

Cui addo bene loquentes, Affl. *in const. regni in tit. de iustit. & iniustitia particul. de aduocato, col. 3. versic. 3. cum clientulo,* Paris *de sindicat. tit. de excess. aduoc.* vbi inquit, quod tenetur *de l. Iulia, de vi priuata, Lex senatus, ff. eod. tit.* vbi secundum glos. tenetur falsi, & etiam criminis concussionis, *l. 2. ff. de concussor.*

De-

79 Declaratur primo loco *l. item,cum n. ateria.& leg. fi aduocatorum*, cum materia, vt non procedat quando promittitur aliquid certum, sed non respectu eius quod in litem deducitur, puta, promitto tibi decem siue causa vincatur, siue non: nec hoc non dicitur pactum de quoad litis, ita subobscure Bart. *ad l. sumptus ff. de pact.* Plot. *vt supra,num.* 10.

• Cui adde summam Angelic. in verb. aduocatus, *num.* 15. & hæc est magis communis opinio, *Iaf. in l.* 1. *C. de pact.* Petr. de Vnzola *in pract. artis notariatus, in tit. de diuis. pact. nu.* 6. Roland. pulchræ id attestans *cons.* 36. *num.* 21. *vol.* 3.

80 Ex quibus superius adductis sequitur corollarie vnum ad intellectum, *l. si remunerandi, §. Maturus, ff. mand.* Vbi nemo priuandus est officio suo, tamen hoc fallit in aduocato, vel procuratoribus paciscentibus de quota litis etiam minima. Ita in terminis infert Roman. *in l. si vero, §. de viro, n.* 63. *ff. sol. matr.*

81 Secundo infertur, vt licet de minimis non fit curandum, *l. Scio, ff. de in integrum restitutione*, tamen attenditur contra aduocatos, & procuratores paciscente de quota litis etiam minima.

82 Declaratur secundo, vt non procedat in procuratore constituto in rem suam, qui tanquam cessionarius palã litigaret, nam non diceretur pacisci de quota litis, Paris. *cons.* 19. *n.* 53. & 54. *vol.* 3. Castr. *ad l. per diuersos, col.* 2. *C. mandat.*

83 Subdeclaratur sano modo in cessione reali, quæ saperet aliquam machinationem simulationis, quia in totũ esset facta, *tit. de don. vel vend.* pro vero, iusto, & legitimo pretio realiter, & eum effectu soluto, & exburfato nõ cõfessato. Si verò esset facta cessio partim titulo donationis, partim titulo vẽditionis, vel fiue iusta causa, vel non apparerent nisi per confessionem cedentis, & cessionarij, præsumeretur simulatio, vt pulchrè determinauit sacrum Doc. *auditoriũ* 177. • in nouis, & hæc est cõmunis opinio, *vt ibi in addition.*

84 Ex quibus infertur corollarie ad intellectum *l. ab Anastasio, C. mand.* Cui adde, cum venerit casus, Alex. *ad l. singularia, col. fin. ff. si cert. petat.* Bar. *cons.* 90. *num.* 3. Fabian. de Monte, *de empt. & vendit. quæst.* 2. *principal. nu.* 20.

85 Declaratur tertio, multis concurrentibus, s. si fiat ante litem motam, secus si post. Item super re litigiosa, secus si est in rem litigiosam. Tertio cum aduocato, vel procuratore in iudicio, *gl. in l. quisquis,* 2. *præterea, in verb. contractum, C. de postuland.* Aff. *decis.* 223. Pinell. *de bonis matern. l.* 2. *par.* 2. *num.* 33. & *de rescin. vendit. c.* 2. *num.* 33. Reu. *cons.* 49. Borgnin. *decision.* 41. *num.* 43 dicens in foro conscientiæ licere, si foueatur iustitia, secus in foro fori. Vnde Port. *Instit. Mandat.* docet modum concipiendi verba, ne sapiant quotam litis, puta si in causa obtinebo, promitto tibi viginti, nulla facta mentione litis, & erit promissio honesta, secundum eum. Addo Guid. Pap. *quæst.* 102. & ibi etiam permittit aduocato, vel procuratori pactum de certa mercede pro causa deducenda, vsque in finem. Roffred. *in forma libelli de salar. & offic. iudic. par.* 5. *n.* 12. & ita pluries in casu victoriæ iudicatum asserit Paris de sindicatu de excessu aduocatorum. Vt sil. iesfiatur pluries in facto habuisse ad Affl. *decis.* 123. & in foro conscientiæ, non admittit Domine. Soto, *de iustitia, & iure, lib.* 5. *lib.* 8. *artic.* 4. *col.* 4. post medium, sed tantum pauci licere (ait) in vtramuis partem euaserit causa; Sed vltra Plot. Roland. & alios supra

86 allegatos, quæritur in hac materia, licet vt dictum est contra paciscentem de quota litis sint impositæ plures pœnæ, puniturne omnibus simul? Vtique non sed priuationis tãtum, Franc. de Marc. *decis.* 470. *p.* 2. & 19. *par.* 1. & ita iudex ab eo habet, quod priuantur quandoq. ab accessu, non ad omnes Curias, sed superiores tantum.

87 Ex quibus corollarie infertur limitatio *ad l. nemo martires, C. de sacrosan. eccles.* vbi imponitur duplex pœna, scilicet annullationi actus, & extraordinaria, quia ibi speciale est propter commercium prohibitũ vel sacræ, vt ibi per Bald. Vnde ad alios casus extendi non debet. Sed quo tempore debeat solui salarium aduocato vel procuratori? *gl. in l. venditor, §. si constat. in verbo, salarium, ff. communia prædiorum*, tenet in princip. litis, argumento illius, l. & hanc opinionem dixit veriorem Alesand. *ad l. diem functo, ff. de offic. assessoris*, & vtilis est hæc opinio quandoque, & quandoque nõ Vtilis, quia aduocatus, vel procurator iam habuerũt, quod debetur. Inutilis, quia quandoq. non ita animosè patrocinantur iam habita solutione, & satisfactione. Alij tenent lite, vel iudicio pendente, Bar. *in l. proper andum, §. illo in vltimo notab. C. de iudic. in l. archiatri. C. de professoribus, & medicis, lib.* 10. Spec. *de magistris vers. super salario, & in tit. de salario, §. sequitur, vers. sed quando soluetur*, & hæc opinio in Camera Spirensi Imperiali tenetur, vt testatur Minsin. *cent.* 3. *obser.* 7. Altera est opinio, vt in fine litis debeatur, & hæc est communis opinio, Iason *ad l. diem functo, ff. de offic. assessorum*, Villalob. *in recollect. litera A. n.* 6. communem quoque dicit Soarez. *in Thesaur. litera A, n.* 106. Granut. Theoram. 12. *sub num.* 4. Firm. *in verb. aduocatus, sub n.* 60.

88 Quid in procuratore ad negocia? (factorẽ Tudertini appellãt.) Vtique non debetur nisi conuentum. sic Alex. *in terminis cõs.* 109. *lib.* 6. vbi loquitur de procuratore deputato ad dandum pecunias ad cambium & ad traficandum. Natt. *cons.* 376. *nu.* 3. & 6. *vers. non obstat.* Granut. Theorem. 12. *sub n.* 8.

Cui adde ab eo non allegatum, & in materia vtiliter loquenter Petr. Iacob. *in sua pract. tit. de cont. actione mandat.* vbi ait, quod sumptus bona fide factos repetere poterit actione mandati contraria, nisi in mandato certa quantitas esset expressa pro expendendo, quia in eo, quod excederet, licet vtiliter gessit, agi non posset, vt *Instit. mandat. §. is qui exequitur*, bonus textus in materia, *in l. idemque, §. idem Labeo, ff. mandat.* vbi si quod est datum salarium, an alios sumptus repetet, item si quid fecit ad sui solatium, & voluptatem, nam permittitur aliquid accipere: & sic aliquam recreationem habere possunt similiter in vectuis, & cibariis, & similibus, & hoc ponit Bal. *in l. e. tiam C. mandat.*

89 Quid in procuratore reuocato? Vtique salariũ debetur Bar. *in l. post litẽ, vers. aduerte adhuc, ff. de procurat.* Firm. *in verb. procurator, & in verbo salarium sub nu.* 40. & ex magno salario magnus Doctor reputatur Coras. *de communi opinione, lib.* 1. *tit.* 5. *inspect.* 8. *numer.* 65.

90 Et quoniam agitur in præsenti de materia iudiciali in hac locati, & conducti materia, quæro vnum. Sempronius est artifex solitus locare operas suas, litigat an si obtineat in expẽsis ratione victoriæ, (de his enim loquor)

loquor) debeat haberi ratio damni personalis, quia sic litigendo per multos dies, non poterit locare operas suas, vtique, sit Specul. & ibi Io. Andr. *in addit. in tit. de expensis, §. fin. vers. quid si victor artifex*, But. *in c. finem litibus dolo, & contumaciam*, Ias. *ad l. properandum, §. sin autem alterutra, n. 13. C. de iudic. in l. sancimus nu. 8. C. eodem, in l. 1. §. fin. nu. 20. ff. si quis ius dicenti nõ obtemper.* Lanfran. *in c. quoniam contra in verbo expēsæ, nu. 24. de probat.* Rebuff. *in tit. de expens. art. 3. num. 35.* & iterum *art. 8. nu. 24. libr. 3.* Grauat. *ad vestrum lib. 8. cap. 2. num. 21.*

Cui adde abeo non allegatos, Aret. *in §. hæc autem, omnia, nu. 6. de pœna iudicis*, qui temere litigauit, Bart. *in l. si procurator, la secunda, ff. rem ratam haberi*, vbi Paul. Castrens. dicit esse casum valde quotidianum, & practicabilem, & sæpius in facto euenire, & esse glos. valde celebrem, & memoriæ commendandam *in l. 1. ff. de alienat. iudic. mutan. causa facta*, Curtiun. *in l. 1. §. fin.* post Alex. *numer. 5. & 6. ff. quis ius dicenti*, Asin. *in practica, §. 32. cap. 3. numer. 13.* dicens ita intelligendum Bar. *in l. non ignorat, C. de fruct. & lit. exp.* dum de damnis loquitur, Pedemon. *decis. 46. num. 11.* Alberic. *in l. sed, & si lege, §. quod autem, ff. de petit. hæreditatis*. Et adde, quod sunt considerandæ expensæ nimis delicatæ.

91 Vnde si rusticus solitus ire pedester, veniat ad ciuitatem cum equo, causa sollicitandi litem, nõ reficiũtur: gl. *in l. idemque, §. idem Labeo, ff. mandat.* quam singularem dixit Cell. ad Lanfr. *in d. c. de expens. sub nu. 18*, quem videas, qui a bene loquitur.

92 Et ad propositũ præsentis indagationis de salarijs aduocatorum, & procuratorũ quæro, an acquisita ex eis non in officijs, neq; ex publico dicatur aduentitiũ, ita vt pater in eo habeat vsumfructum, vel quasi castrẽse, vt sit dominus liber, & absolute? Et Spec. qui fortasse habuit filium aduocatum, tenuit quod sit aduentitium tantum, & non quasi castrense, *in tit. de act. §. sequitur* Bal. *ad l. cum oportet, C. de bonis, quæ liberis, col. 4.* summa Angel. *il t. verb. peculium, n. 4.*

93 Amplias hoc idem in remigibus, & nautis, & alijs officialibus nauium, quorum salariũ est quasi castrẽse, quando ex publico soluitur, secus si ex priuata causa, vt per eum, late Rimin. *in §. 1. Instit. per quas personas nobis acquiritur, nu. 61. cum sequenti.* Commendant & sequitur Eman. Soarez. *in suo thesaur. litera P, n. 32.*

94 Cõtraria est opinio, vt hoc dicatur peculium quasi Castrense, ita vt testari, & libere disponere possit, & ita tenuit gl. *in §. 1. instit. per quas personas nobis acquiritur*, & ibi sequuntur Aret. Faber. Port. & alij Bal. & Ias. *in l. fin. C. de inoffic. testam.* Bart. per illum textũ *in l. fin. C. de silentiar. lib. 12.* & hæc hodie est, nedũ cõmunis, sed magis communis opinio, a qua in iudicando, & consulendo non est recedendum, Viu. *lib. 1. o. pin. 249.* Ioan. Lup. *in rubr. de donation. §. 62. numer. 21.* pract. Caecllariæ *fol. 82.* dicens esse textum vrgentissimum *in l. si pater, §. si seruus, & l. hæreditatem, §. 1. ff. de castrens. peculio, & leg. 1. C. de castrens. pecul. libr. 12.* dicens ponderandum medicum, cum quo res quæritur, Bertac. *in verb. aduocatus, n. 20.* vbi salaria clientulorum succedunt loco publicorum salariorum, Rimi. *ad §. 1. inst. per quas personas nob. acq. n. 89. cũ seq.* vbi in procuratore loquitur, & videas, nec in legitimã imputatur, Crai. *in trac. de legit. q. 26.*

Quæ opinio probatur clare (ni fallor) *ex l. fori, C. de aduocat. iudic.* vbi tex. appellat peculiũ quasi Castrense, nedum quod ex professione, & salarijs acquiritur, sed quicquid occasione paratur.

95 Secundo pro hac opinione facit, quia clerici non percipiunt fructus beneficiorum ex publico, & proculdubio in his, quasi castrense peculium habere dicũtur *l. sacrosanctæ, de C. sacros. eccles.* Vnde pater tenetur ad eorum restitutionem si extant, sin autem non extant, ad pretium, Affl. *decis. 241.*

96 Tertio facit, quia in Aduocatis, & Procuratoribus & notarijs moderni temporis salarium partium est subrogatum in locum salarii ex publico. Aufer. *q. 10.* vbi etiam testatur de commune opinione.

Et vltra Viui. superius allegatum dicit magis cõmunem Iulius Clarus attestans et libere de eis testari posse, *de testament. q. 17. in fine*, Clem. *de patria potestate effectu 9. num. 7. cum sequentib.* Borgn. de vsufru. mulieris; *sub n. 191.* dicit tamen vnum, quod verũ non videtur, quod si testantur, vel disponant, nõ prejudicant vsufructui patris, quia in his pater nõ habet vsumfructũ, vt patet ex prædictis nec Franc. Marc. *decis. 827. part. 1.* de hoc in specie aliquid dicit Ias. *in l. 1. in fine de procuratoribus*, vbi tenet verum in salario aduocati, secus in salario procuratoris, in quibus hoc casu ex prędictis nulla est differẽtia, & ob id Bal. *in l. fori loquitur dubitatiue vtant.* Magis tamen communis opinio est, vt in procuratore non dicatur peculium quasi castrense, Riminald. *ad §. 1. Instit.* per quas personas *n. 61.* de consuetudine tamen seruatur idem in vtroque. Franc. Cales *ad l. procuratorem* habens in verbo, lęsis, *num. 100.* ex quibus videtur inferri posse ad vnum, quod si aliquis filiusfamilias in Vrbe, vel alibi inseruiuit per multos annos alicui Principi, vel temporali, vel spirituali, & pro eius longo seruitio aliquid acquisiuit, quod dici posset peculium quasi castrense, & de eo libere disponere posset.

Et hanc quęstionem cũ Angeli cautela concludã Ang. *l. 1. §. ait prætor*, de postulando, dicit neminem sine salario aduocare, Bon. *de cautelis, litera A, fol. 4.*

97 Et adde, quod ponit Mant. *sing. 245.* vbi conciliando quasdam glosas ad inuicem contrarias, nam *in l. 1. ff. de procur.* dicit mandatum debere esse gratuitũ, & in l. eos, ff. de tutel. dicit, quòd cum salario constituitur Respondet, quòd sui natura mandatum est gratuitum: si tamen ex conuentione promittatur salarium, hoc non est prohibitum a lege, quia alias nullus procurator inueniretur.

* *Vnde, in materia procuratoris recepta est conclusio, quod procurator salarium petere non potest, nisi constitutum sit, glos. & Bart. *in l. 1. §. aduocatus, ff. de var. & extraord. cogn.* Fulg. *in l. salarium, ff. mandat.* Alex. *cons. 109. vol. 6.* Dec. *cons. 132. in fine*, Anton. Gabr. *de procurat. concl. 5.* Menoc. *cons. 228. nu. 4. lib. 3.*

Limita, vt non procedat in solito locare operas suas, Bar. *in l. 1. §. iud. ff. de var. & extraord. cognit.* Sal. *in l. aduersus. C. mandat.* Soc. *cons. 196. col. fin. vers. 4. & vltimo.*

Sublimita, nisi fuisset habiturus alium gratis, & sic non fuisset conducturus, Federic. *cons. 218.* Sed cur non fuit ab initio?

Limita secundum, vt pactum nudum producat actionem ad fauorem salarii aduocati, vel procuratoris, ne de laborare decipiantur, Ex *c. de pact. limitat. 26. & 64.* vbi reputat valde notabile.

Et

Et quod Doctori, vel officiali debetur salarium, si ne aliqua diminutione, vel retentione Castrens. *cons. 195. in pr.* Dec. *in l. illud, nu. 4. C. de collat.*

Et si aduocato sit promissum salarium pro caussis peragendis in ciuitate, si sit extra ciuitatem in studio, idem salarium habere debet, Soc. *cons. 35. col. 4. in fin. per l. Seiæ Pamphilæ, de fund. instruct.*

Et aduocatus qui iurauit defendere iura Ecclesiæ, si in aliquo cognoscit non fouere iustam causam, nō debet iurare, nec ab Ecclesia habebitur pro periuro, nisi expectato exitu causæ, *gl.* & ibi Bal. *in c. breui, de iureiur.* commendat Ias. *in l. rem non nouam, n.. C. de indic.*

Quid si aliquis doctorandus, iurauit non aduocare sine salario, an non obseruando sit periurus; vtiq; nō Bald. *in l. si ad excludendum, C. de reb. credit.* vbi rationem reddit, quia iuramentum non est obseruandum, quando ex obseruātia sequitur iniustitia, vel propriè salutis dispendiū, vel alterius detrimentū, & vbicunque peius est seruare, quam non seruare, *c. 2. de pact. lib. 6.* reputat valde singulare, Ias. *in §. item si quis post ante, nu. 68. de act.* Nec admittitur procurator ad recipiendum salarium a communi, Ias. *in l. per hanc, in c. not. C. de erogat. milit. ann. lib. 10.*

Rerum Inuentoribus.

De mercede occasionata.

QVAESTIO IX.

Ocurrit successiue alia non inutilis indagatio, quæ (si Ias. credimus) practicabilis est, & sæpius tn facto occurrēs ad materiam *l. falsus, §. qui alienā. §. de furt. de salario*, siue mercede, aut recognitione rei amissæ per aliquem repertę quod salariū græ-

1 ci Minitra appellant. i. prēmiū iudicis, exponit Bude. *in annot. priorib. de offic. prætoris. & in annot. posterio. ribus, in tit. de furtis*; Alc. *lib. 2. prætermissorum, in tit. de furtis.* Et pro parte negatiua facit text. *in §. qui alienam*, de quo supra ibi, quid. n. si id, quod græci, &c. & ibi, & si non probè petat aliquid. Secundo pro hac parte facit, quia lege iustitiæ tenet rem inuentam Domino restituere, Can. si quid inuenisti, 14. q. 5. ergo gratis facere debet.

Pro contraria vero parte ex text. *in l. 2. in fin. ff. ad leg.* Rhodiam de iactu. vbi d. tur præmiū inuētionis, & ex text. qui loquitur in actione locati & cōducti.

Secundo ad idem facit textus *in l. 3. §. si tibi indicium, ff. de cond. ob turp. caus.* vbi similiter datur prēmium ad indicandum.

2 Pro resolutione ponam aliquas cōclusiones, quarum prima sit. Pro re iam inuenta, & eius restitutione non est licitum aliquid accipere, *d. l. falsus. §. qui alienum, ff. de furtis.*

3 Secunda sit conclusio. Pro labore impenso in re perquirenda, & inuenienda iustè mercedem aliquā recipere, & retinere potest, Bar. *in d. §. falsus*, & valde commendat Ias. *in l. 4. §. si tibi indicium, sub nu. 2. ff. de condict. ob turp. caus.* dicens quęstionem hanc esse valde vtilem, & sæpius in facto occurrere. Fel. *in c. dilecti, nu. 7. de accusationibus*, Cassan. *in consuet. Burgund. §. 3. nu. 1.*

Tertia sit conclusio. Iuste recipitur, & retinetur, q̄ fuerit datū ob rei inuentæ restitutionē, modo salte ex coniecturis quibusdam appareat Dominum id libere dedisse, & sponte, Did. Couar. *in reg. peccatum p. 2. §. 3. nu. 3.* in fine istis enim concurrentibus videtur remuneratoria donatio, & recognitio, merces occasionalis voluntaria, & spontanea.

De condictione ob causam, Seu

De mercede remuneratoria.

QVAESTIO X.

1 Quæro ad materiam *l. si pater, §. 1. ff. de donat.* an liceat recipere mercedem pro indicando furem, defendendo ab hostibus, vel latronibus, & similibus. Et videbatur dicēdū primo loco, quod nō, quia ex iuris præcepto tenetur quis aliquē ab iniuria defendere, capitulo sicut, vbi gl. & Doct. *de sent. excom. c. dilecti, eod. tit. lib. 6.* & hæc est verior opinio, Couarr. in regula peccatum, *par. 2. §. 3. sub n. 4.*

Contrarium videtur sentire *tex. in l. si pater. §. fin. ff. de donat.* vbi licite accipitur, est, & appellatur merces, & muneratoria.

2 Quare pro resolutione considerandi sunt aliqui casus principales.

Prima sit conclusio. Licitum est mercedem recipere pro defendendo aliquē ab iniuria, vel offensa, licet ad hoc teneatur iustitiæ, vel charitatis præcepto, *d. l. si pater, §. 1. de donat.* vbi Iurecons. appellat mercede, & salarium iustum pro mercedis labore, & nō pōt talis recognitio reuocari, etiam prætextu ingratitudinis, & hæc hodie est cōis opinio, Boer. *decis. 27.* Romac. *cons. 26. nu. 8.* Fortun. *in l. 1. §. ius naturale, nu. 62. ff. de inst. & iur.* Gozad. *cons. 50. nu. 10.* Cursen. *cons. 66. nu. 2.* Gramm. *dec. 65. n. 24.* Eman. *in suo Thesaur. litera D. n. 236.* Quam l. singularem, & perpetuo notandum dixit, Roman. *sing. 520. donat. ad limitatio. nem l. f. C. de reuocand. donat. c. propter, de donat. & §. aliæ, Instit. eod.* vt donatio vel recognitio non reuocetur etiam ex e. ingratitudinis, quando fit remunera-

3 toria. Valde etiam commendat Marsil. *sing. 333. nu. 4.* vbi etiam subdit vnum aliud in hac materia recognitionis laboris satis notabile, quod licet priuilegium exemptionis ex ingratitudine reuocetur. Bal. *in l. 2. 9. de liber. & eorum liber.* tamen fallit, quando talis concessio esset facta in recognitione, & remunerationem, Alex. *cons. 215. vol. 1.* & hæc est communis opinio, Soarez. *in suo thesaur. litera D. nu. 240.* ex causa tamen reuocabit, Ias. dicens singulare, *in l. & hoc iure, n. 54. ff. de iust. & iure*, est communis opinio, Eman. *in suo Thesaur. litera D. nu. 263.*

4 Vnde si eueniret casus, quod defenderit, quia eius principem ab aliqua offensa, prout sæpe occurit, & in recognitionem dederit aliquod priuilegium, vel immunitatem, quod ex ingratitudine non reuocabitur, & sic subampliatur dispositio, *l. si pater, §. fin.* vt procedat siue recognitio laboris fiat in specie aliqua, vel quantitate, siue in priuilegio, vel immunitate.

Adde Bald. *in l. præcibus, n. 13. C. de impub. dor. in c. de prob.* Castrens. *in l. digna vox, C. de leg.* Dec. *cons. 604. nu.. & cons. 689. nu. 5.* Crauet. *cons. 241. n. 10.* Gramm. *cons. 100. nu. 97. 98. & 100.* late Tiber. Dec. *respons. 25. num. 29.*

Quæ

5 Quæ conclusio, vltra Alex. in allegato *conf.* 215. & Marsil. *sing.* 333. ampliatur vno notabili modo. Vt nec de plenitudine potestatis princeps reuocare possit id, quod per viam priuilegij, vel immunitatis concessit in recognitionem, præmium, vel mercedē laboris, vel meritorum Alex. *cons.* 54. *col. penult. libr.* 4. Soc. sen. *conf.* 54. *col.* 34. *lib.* 1. Paris. *conf.* 11. *n.* 44. *& seq. lib.* 1. *cons.* 2. *num.* 127. *& seq. lib.* 4. Ruin. *cons.* 217. *nu.* 7. *lib.* 1. *conf.* 123. *nu.* 4. *lib.* 3. Gramm. *cons. ciuil.* 100. *nu.* 6. late Decian. *respon.* 25. *nu.* 31. Natt. *cons.* 132. Rol. à Vall. *cons.* 66. *nu.* 38. *lib.* 2. & est communis opinio, Ioseph. de Ludou. *concl.* 18. *illat.* 122. *fol.* 56. Mascard. *in verb. merita.*

6 Subampliatur etiam si esset ius querendum in spe tantum, & simplici promissione recognitionis laboris, quia etiam successor seruare tenetur. Rui. *consil.* 36. *n.* 17. *lib.* 1. *conf.* 69. *n.* 24. *& conf.* 99. *n.* 7. *lib.* 3.

7 Tenetur autem successor seruare recognitionem antecessoris, si iure hæreditario succedat, *Ias. in l.* 1. *nu* 4. *de consti. princip.* Dec. *in c.* 1. *n.* 17. vbi Felin. *nu.* 2. *de probat.* Paris. *conf.* 2. *num.* 102. *lib.* 4. Tiber Decian. *cons.* 25. *nu.* 43. *cum seq. lib.* 1.

8 Si vero succedere per electionem, non teneretur, nisi recognitio esset facta per viam cōtractus, & Regnum non immodice læderetur, Oldr. *cons.* 94. Natt. *cons.* 122. *nu.* 2. Roland. *cons.* 66. *nu.* 38. *lib.* 2. *cons.* 45. *nu.* 13. *lib.* 3. Ioseph de Ludouicis *concl.* 16. *illat.* 122. *de. clarat.* 4. *in fine fol.* 56.

9 Ampliatur secundo loco, vt talis concessio Principis ob benemerita præsumatur motu proprio facta, Alber. *in l.* 1. *in princ. ff. quod quisque iur.* Commendat Alex. *in l.* 3. *ff. quod quisque iur.* Ias. *ad l. ex hoc iure, nu.* 56. *ff. de iust. & iure.*

10 Ex quibus corollarie habetur limitatio ad ca. motu proprio, *de præbend. in* 6. vt non habet locum præcedentibus meritis. Merces verò, præmium siue recognitio principis, paucis concludendo, multos debet habere comites, & qualitates. Primū, ne lędat supremam Principis authoritatem, Soc. sen. *cons.* 6. *nu.* 6. *lib.* 3. Secundum, ne valor mercedis excedat, vltra dimidium valoris meritorum, Bald. & cæteri *in auth. ex testamento, C. de collat.* Tertium, quod recognitiones Principū nō sunt mensurandæ ad vnguem meritis, quia liberalitas Principis supplet, Barbat. *in c. sedes, col.* 2. *de rescript.* & de meritis sufficit assertio Principis in preiudicium ipsius inter personas etiam prohibitas, secus in præiudicium aliorum, Dec. *cons.* 191. *col.* 3. Gramm. *cons. crim.* 58. *n.* 15. Natt. *cons.* 367. *nu.* 16. *cons.* 522. *nu.* 31. Ber. *cons.* 42. *nu.* 4. *lib.* 1.

11 Subampliatur, vt procedat nedum in Principe, sed in quocūque alio in dignitate posito, prout in Comite Palatino tenuit Rota in vna Rauennatensis legitimatione, vt per Put. *decis.* 114. *p.* 4. ex Ias. *cons.* 229. *col.* 2. & *cons.* 101. *col.* 4. *in fine vol.* 4.

12 Ex quibus sequitur corollarie vnum, quod adeo fauorabilis est merces, premium, salarium, remuneratio, & recognitio laboris, & meritorum, vt sit potior, & præualeat vitio ingratitudinis, liget, & præualeat plenitudini potestatis Principum, & nedum obliget ipsos, sed etiam eorum successores, siue iure hæreditario, siue per electionem.

13 Licet igitur dici soleat, supremus Princeps omnia potest, saltem de plenitudine potestatis tamen remunerationem & mercedem datā tollere non potest.

14 Et vltra late adducta per Ioseph de Ludou. plene tractantem *concl.* 16. *illat.* 122. adde vnum alium notabilem effectum, vt princeps etiā ex causa plusquā iusta reuocare, vel modificare non possit, Natt. *cons.* 512. *n.* 10. & hæc est communis opinio, Vin. *li.* 1. *comm. opin. in verbo donatio vbicunque.* Burs. *consil.* 3 1. *num.* 6. *lib.* 1.

15 Ex quibus corollarie infertur intellectus ad l. omnia, quæ iure, *ff. de reg. iur.* vt non procedat in donatione remuneratoria, in mercede laboris, quæ per contrarium vitium ingratitudinis non reuocatur, vt patet ex prædictis, quibus adde Bal. *in c.* 1. *§. fin.* quæ fuit prima causa, *benefic. amittend.* Ferret. *cons.* 94. Pala. Ruu. *de donat. inter vir. & vxor. §.* 58. *nu.* 6. Burs. *cons.* 31. *nu.* 4.

Cui ex abundanti adde Paris. *in consuet. tit.* 1. *§.* 30. *n.* 99. Boer. *dec.* 27. Petr. Duenn. *reg.* 224. *n.* 4. Fortun. *in l.* 1. *§. ius naturale, n.* 62. *ff. de iust. & iure*, Curt. sen. *cons.* 66. *nu.* 2. Gramm. *decis.* 65. *nu.* 24. Gozad. *cons.* 5. *num.* 4.

16 Secundo corollarie infertur intellectus *ad l. nemo potest mutare, ff. de reg. iur.* vt procedat in Principe, qui remunerauit, quia se mutare non potest, etiā ex causa ingratitudinis de plenitudine potestatis, & ex quauis iusta causa, nec tollere, nec modificare.

17 Ampliatur secundo loco principaliter dispositio *l. si pater §.* 1. *ff. de donat.* vt procedat in officiali, cui ex causa mercedis, præmij, & remunerationis potest aliquid donari etiam officio durante. Ita Doct. *ad l. principalibus, ff. si cert. pet.* vbi Ias. *limit.* 6. Dec. *limit.* 5. *per Aquilinus regulus, ff. eod. de donat.* quæ fraternizat, & eiusdem est materię *cum d. l. si pater, §.* 1. & loquitur in terminis materiæ locati, & conducti, vbi durante officio fuit concessa prætori habitatio in mercedem seruitij præstiti, absque eo quod tenetur ad pensionem aliquam, & sic est tacita locatio cum pensione remuneratoria. Vnde, si dum est in officio Prætor, vel Gubernator Tudertinus, si conferat in te beneficium aliquod quoad prætor est, potes libere concedere vsum domus forte pro eius familia, stabu-

18 li pro equo, & similibus: ex quibus corollarie infertur intellectus & limitatio *ad l.* 1. *C. de contrac. iud.* vt non procedat in donatione remuneratoria, & sic in verba illa commodo &c. ibi, Ad qualcunque res etc. non referuntur ad causam remunerationis.

19 Ampliatur tertio loco dispositio, *l. si pater, §.* 1. vt non reuocetur, etiam superuenientiam liberorum, & sic dispositio, *l. si* vnquam non procedit in donatione remuneratoria, & in premio & mercede laboris. Bal. *in d. l. si vnquam, in* 2. *lectu.* & hæc est communis opinio Dec. *cons.* 366. *n.* 10. Ias. *cons.* 154. *n.* 2. *lib.* 2. Rip. *in d. l. si vnquam, q.* 14. Iul. Clar. *in §. donatio, q.* 23. *vers. item quæro,* an dispositio.

Cui adde bene in materia loquentes, & de cōmuni pariter attestantes Rom. *cons.* 26. *col.* 2. *in l. si vero, §. de viro, limit.* 18. *ff. sol. matr.* Ias. *ad l. si non fortem, §. libertus, col.* 5. *numero,* 8. *ff. de condit indeb. in l. ex hoc iure, col.* 23. *ff. de iust. & iur.* Ias. *cons.* 171. *col.* 2. *& seq. vol.* 4. Lu. Cret. *in c. Raynutius, nu.* 25. *de testam.* Socin. *cons.* 195. *col.* 3. *cons.* 39. *col. fin. vol.* 3. Corn. *concl.* 194. *col.* 1. *vol.* 3. Purpurat. *ad l. licet, col.* 3. *C. de pact.* Alex. *cons.* 39. *vol.* 4. *in* 3. *dub. cons.* 162. *vol.* 6. Rip. *lib.* 3. *responc.* 13. Dec. *cons.* 39. *& 675.* Bertran. *cons.* 20. *col.* 1. *vol.* 1. *cons.* 131. *col.* 1. *vol.* 1. Paris. *cons.* 75. *col.* 5. *vol.* 2.

Mant.

Mant.conf.51. Socin.iun.conf.102. col.4.vol.2. Ruin. conf.98.col.2. & col.10. vol.1, late Ant.Gabr.de donat.conclus.2.sub na.45.

Cui adde idem attestantem Bursat.conf.31. num.6. volum.1.conf.204.num.15.vol.3.Ioseph.de Ludouic. conf.18.illatio 122.fol.57.Soarez in Thesaur.receptar. sententi.litera D.num.241. Repertor.ad Fely. in verb. donatio,num.2.

20 Tantæ igitur est virtutis, efficaciæ, & potentiæ mercedis recognitio,& præmium laboris, vt præferatur dilectioni tacitæ filiorum.

21 Vnde infertur ad materiam, l.isti quidem, ff. quod metus causa, quod licet pater præsumatur plus diligere filium,quam se ipsum,tamen ex filiorum superuenientia non censetur reuocasse actum remuneratorium, ad tollendum vitium ingratitudinis, addendo ad ea,quæ ponit Aleiat.reg.1.præsumpt.1.Pulchre vltra eum Silua nuptia.lib.1.num.58.

22 Declaratur allegata conclusio in materia, l. si vnquam,ne merces,premium,donatio,vel remuneratio reuocetur per superuenientiam filiorum in eo,quod excedit valorem meritorum. Ruin.conf.67.num.10. vol.5. Dec. consil.20.Corn.conf.194.col.1.vol.3.Soc. conf.295.col.4.vol.2.conf.225.col.1.Rip.ad l.si vnquã, • q.14. & hæc est communis opinio Bertran.conf.175. num.11. vol.2.in nouis.Diaz.reg.213 limit.6.

23 Declaratur secundo, quia non sufficit generalis assertio meritorum in terminis,l. si vnquam,nisi etiã merita verificentur.Bertrand.conf.135.col.2. vol. ... in nouis.Ant.Gabr.de donat.concl.2.nu.47.Minsinger. centur.4. obseruat.75. reputans valde singulare ad multa instrumenta.

24 Vltra quos declara id esse verum,& procedere inter personas prohibitas,puta inter patrem,& filium, maritum,& vxorem,& similes:secus in persona,quæ libere donare potest,quia sola donantis assertio sufficit. glos.fi.in l.si donatione,C. de collat. quam communiter receptam attestatur ibi Alex. num.5. Castrens. conf. 345.post num.4. vers. tertio videtur, lib.1.Corn. conf.144. litera H lib.2. Curt.iun.consil.142.numero 3. Bello.conf.74.nu.17.Guid. Pap. decis.95. Iul.Clar. in §. donatio, vers.sed hic occurrit,q. 3. Vbi reputat hanc indagationem notabilem,& vide in Ioan. Ceph. consil.94.nu.16. Soarez in suo thesau. littera M. num.145. Sum. Angel. in verbo donatio,nu.52. in fin. Firm 2. in verbo,merita,& in verbo,confessio. Ceph. consil.366. num.16.lib.3. Vnde probanda est,Crauet.consil.260. num.2.Marsil.in l.1.§.si quis dicatur,num.2.de quæstionibus,late Cephal.conf.343.nu.60.lib 3. etiamsi iuramentum interuenisset. Tiber.Decia.conf.27.num.28, 29.lib.3. & inter suspectos præiudicat etiam mereri Tiber.Decia.conf.25.nu.3. lib.1. Ioseph. de Ludouic. conclus.14. illat.88. Maran. de ord. iud.par.2. in verbo confessio,nu.8.Crauet.de antiq.temp.par.1. versic.propositum,num.75.

25 Ponderanda igitur est clausula donationis per notarios apponi solita in instrumentis donationum.s. pro benemeritis,& gratis seruitijs,&c. si .n. est inter personas prohibitas, puta inter patrem, & filium,maritum, & vxorem,& similes, & nihil probat, aut inter personas nõ prohibitas,& probat. sentit Celsus Vgo in tract. clausularum de clausul. contract.in princ. reprehendendo opinionem Bald. & Old. & sequacium. & hanc dicit communem opinionem Ias. conf. 154. num.3. vol.2. & sufficit generalis assertio meritorum per verba enunciatiua,absque eo,quod merita specificentur inter personas non prohibitas,nõ suspectas, • & de quibus supra. Et hodie hæc est magis cõmunis opinio,Ias.ad l.frater à fratre,nu.44. ff. de condit. indeb.limit.2.Corn.conf.28.col.fin.vol.4. Ruin.conf.44. circa fin.vol.5. Anton.Gab.de donat.concl.1,sub nu.64. Mascard.de probat.conclus.346.nu.30.

26 Ampliatur quarto loco principaliter dispositio, d.l. si pater,§.fin.ne requiratur insinuatio in recognitione præmio,mercede,vel remuneratione. Bart. in d.§.fin. & in l.Aquilius regulus, & ibi Imol.ff.eod tit. Bal.in l.2. in fi. C.ne liceat potentioribus,& in l.si cum mihi,ff de dolo,& in l.3. C.qui bonis cedere possunt,in l. si donatione,C. de collat. Cyn. in l.vel liberis colum.1. C. eod. Ias. ad l.ex hoc iure colum.9. ff. de iust.& iure. Angel. conf.139. vers. venio ad tertium. Roman. conf.26. in 2.dub.Curt.conf.68.Alex.conf.216. colum.1. vol.2. Aufrer.ad Toloss.decis.381. Ferrer.cautel.33. Mantic. conf.51,& 132. vol.2. Ruin.conf.2. col.2. vol. 1. Ant. Gabr.de donat.concl.1.num.68.

Cui amplissime tractanti in præcitato loco,adde, quod hæc est communis opinio,Soc.iun. conf.77. nu. 152. vol.1. Iul.Clar.in §. donatio q.16. vers.sed quid dicẽdum. Tiraq.infinitos pene cumulans,in l. si vnquam, in verb.donatione largitus,nu.44.C.de reuoc.donat. Ias. in l.si non sortem,§.libertus,nu.2.ff.de condict.indeb.in l. ex hoc iure,nu.53.ff.de iust.& iur, Didac. Segura. in l. ab exhæredati,nu.91.ff.de legat.1. Anton.de Cannar.in tract.insinuat. in 2.par.q.12.nu.16. Duenn.reg.224. limit.4.nu.4.Pinell. relatiue tantum de bon. matern.l.1. par.3.nu.62. Caballin.de euictio. §.4.num 1. Cæphal. conf.61.num.17. conf.94. nu.18.Fusius sing.126.littera D. Neuiz.conf.8.num.13. De magis communi Bart.Sal. conf.304. num.5. vol.3.

27 Vnde applicando ad materiam,l. si pater, §. fin. si quis liberauit amicum ab incursu inimicorũ,vel bannitorum,& quodammodo pro mercede,vel remuneratione fecerit magnum donum, & fortasse meritorium,quia fortasse a morte liberauit, quæ insinuatio requiretur in tam magno beneficio? Vtique nulla. Superat igitur omnes iuris solemnitates,& cautelas, beneficij merces,premium,& remuneratio.Declara, vt merita specificentur,alias esset elusio. Minsinger. hoc commendans,centur.4.obseruat.75.

28 Ampliatur quinto loco principaliter dispositio, d. l.si pater,§.fi.vt habeat locum in donatione inter patrem,& filium,quæ licet regulariter non valeat,l.donationes,quas parentes, C. de donat. inter vir. & vxor. tamen fallit in donatione remuneratoria, glos. Bart. Bal. & alij in auth. vnde si parens,C. de inoffic. testam. Ioan.Crot.in repetit.l.frater a fratre,num.4. ff. de condict.indeb. Bartol.in leg. si tibi decem,§. si pactus,ff. de pact.in l.1. §.nec Castrense,col.penul.de collat.bonorum, in l.si quis pro eo, §.1. in fin.de fideiussoribus, in tract. de duobus fratribus,col.6. vers.deinde quæro. Bal. in l. 2. in 4. opposit. C. de inoffic. donationibus,in l. si pater, post princip. Cod. qui bonis cedere possunt, in authent. ex testam. & ibi Corn.& alij, C.de collat. in l.fin. C.de vsucapio. pro donato. Ang. in §.1. in authent.de immensis donat.Castren.in d.l.Aquilius,col.2.Floria.in l.quæ pater,ff.famil.hercisean. Alex.conf.20. col.1.lib.3. Aret. conf.17. col.2. Corn. conf.144.lib.2. Barbat. consil.11. col. 4. lib.2. Soc.conf.66. col.2. lib. 1. Dec. consil. 136.

Ias.

Google

Ias. *in l. ex hoc iure, in 2. effectu, ff. de iustit. & iure, in l. si non fortem, §. libertus, ff. de condict. indeb.* late Tiraq. *ad l. si vnquam, in verbo, donatione, num.* 19. *C. de reuocan. donat.*

Cui adde bonum verbum, quod hæc est communis opinio. *Dec. in l. si donatione, nu.* 10. *C. de collat.* Riminal. *conf.* 240. *nu.* 3. Iul. Clar. *in §. donatio. q.* 8. *versic.* hæc tamen & c. Cæphal. *conf.* 61. *num.* 13. *lib.* 1. Viul. *lib.* 1. *opin.* 74. *vers. secundo fallit.* Emanuel in suo thesaur. *littera D. num.* 198.

29 Et vltra Tiraq. & Iul. Clar. supra citatos, subampliatur hæc ampliatio, quod in dubio si nulla donationis causa adijcitur, & filius ante de patre præclare meritus fuerit, valebit donatio, & ob merita censebitur facta, & hæc est communis opinio. Crot. *in repetitione l. frater a fratre, ff. de condict. indeb. num.* 79.

30 Vnde, si filius contulerit in patrem aliqua beneficia, & per mensem post pater donat, præsumitur ex præcedentibus meritis, & sic practicando erit cautus ad sustentandum donationem, articulari, & deducere saltem beneficia per filium collata per aliquod tempus ante donationem, & benemeritá, & quod filius hoc fecit in beneficium sui patris.

31 Ampliatur vlterius, vt talia bona filius non teneatur conferre cum fratribus. Dec. *in l. si a patre, in l. si emancipati, C. de coll.* Addentes ad Matthesil. *notab.* 41. *nu.* 9. vbi limitat quando constat fecisse intuitu meritorum.

32 Ampliatur tertio, vt talis donatio non sit imputanda in legitimam. Cuce. *de legitima in verb. ex substantia, num.* 9. *fol.* 57.

33 Declaratur tamen præsens ampliatio, vt procedat, & locum habeat multis concurrentibus. Primò, quod filius contulerit in patrem ea beneficia, quæ de iure non tenebatur; non enim donari videtur, quod iure aliquo cogente conceditur, *l. donari, ff. de donat. & de reg. iur.* Rip. *ad l. si vnquam, q.* 14. *& li.* 3. *respons. c.* 13. Tiraquel. *in eadem l. in vers. donatione, num.* 92. *vers. quarta declaratio.* Secundum requisitũ est, quod merita æquiualeant donationi, aliàs non valebit, nisi, quatenus capiunt merita pro residuo, censebitur donatio simplex, & hæc est communis opinio. Bertrand. *conf.* 164. *nu.* 2. *lib.* 2. Iul. Clar. in *§. donatio, q.* 3. *vers. sed nunquid, q.* 8. *vers.* hoc tamen, dicens in hoc stari arbitrio iudicis, an æquiualeat, vel non. Cassan. *de consuetud.* Burgund. *rubr.* 7. *§.* 5. *num.* 49. *Cagnol. ad l.* 2. *num.* 196. *C. de rescind. vendit.* Soarez in thesaur. *litera F. nu.* 59. Ias. in authent. *vnde si parens, num.* 16. *C. de inoffic. testam.* & idem Soarez litera D, *nu.* 246. *Pedemont. decis.* 171. *num.* 19. Ioseph de Ludou. *conclus.* 14. *illat.* 14.

34 Tertium requisitum est, quod non statur assertioni patris de meritis, etiá si illa in specie exprimeret, sed meritá ipsa probanda sunt per filium, & hæc est communis opinio. Ias. *in repet. l. frater a fratre, sub numer.* 44. *vers. secundo limita. §. de condictio. indebit.* *Corset. conf.* 289. *col. fi. lib* 4. Ruin. *conf.* 44. *in fin. lib.* 5. *Pedemont. decis.* 171. *numer.* 19. Ioseph de Ludouic. *conclus.* 14. *illat.* 11. *fol.* 26. Cui adde Viu. *lib.* 1. *opin.* 74. *vers.* & in hoc standum non est. *Ias. conf.* 154. *num.* 5. *lib.* 2. Emanuel Soarez. *in suo thesau. litera D. numer.* 201. *Ias. in d. auth. vnde si parens, nu.* 18. *in fi.*

35 Vltra quos omnes subampliatur vlterius, vt non sufficiat assertio patris, & enumeratio in specie meritorum etiam cum iuramento, sed debent concurrere aliquæ præsumptiones, vel coniecturæ coadiuuatiuæ. Ias. *conf.* 154. *col.* 4. *vers.* 5. *& clarius conf.* 184. *col. pen. vers. sed præmissis, lib.* 2. Magis clare Alciat. *reg.* 1. *præsumpt.* 16. *n.* 3. *respons.* 584. *nu.* 5. & quales esse debeant, iudicis arbitrio statur. *Iacob.* Menoch. *de arbitr. iud. lib.* 2. *centur.* 2. *cas.* 134. Cott. *in memorab.* in verbo donatio facta filio, post Alex. *conf.* 8. *lib.* 2. Nicol. Festas. *de æstimo. & collectis, p.* 4. *c.* 5. *nu.* 6. qui tenet sufficere iuramentum, sed opinio Menoc. verior videtur idem *conf.* 112. *vol.* 2.

36 Declaratur allegata conclusio, quod simplici assertioni non stetur, nisi habeat præsumptionem pro se. Crauet. *de antiq. temp. p.* 1. *sect.* 2. *nu.* 69. Nicol. Festas. *de æstimo. p.* 4 *c.* 5. *nu.* 18.

Declara secundo, quia quoad patrem statur, vt ipsi contrauenire non possit. *Ias. in d. l. frater a fratre, n.* 44. *limit.* 3. Tiber Decia. *respon.* 25. *n.* 4. *lib.* 1. Ioseph de Ludou. *concl.* 14. *illat.* 88.

37 Et quomodo, & quando merita dicantur æquiualentia, iudicis arbitrio statur. Soc. *conf.* 295. *col.* 3. *lib.* 2. *Ias. conf.* 154. *nu.* 5. *lib.* 1. Curt. iun. *conf.* 126. *nu.* 11. Purpur. *ad l. cum quid, nu.* 151. *ff. si cert. pet.* Menoc. *de arb. iud. lib.* 2. *centur.* 2. *casu* 132.

38 Et quod assertioni non stetur in prohibitis prælati, patris, & similium. Marsil. *sing.* 610. *&* 262. *n.* 2. Rol. *conf.* 98. *num.* 42. *& seq. vol.* 2. *Iul.* Clar. *in §. donatio. q.* 3. *vers. sed hic occurrit.* Borgn. *decis.* 46. *num.* 444. *& in repert. in verb. in prohibitis, & in verbo locator prælatus, & in verbo rector.* Buriat. *conf.* 15. *n.* 119. *vol.* 2. Nat. *conf.* 352. *numero* 3. *vol.* 2. Duen. *regul.* 139. *numero* 9. latè *Iacob.* Menoc. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 29. *n.* 14. *cum sequent.* vbi *nu.* 40. ponit conclusionem receptissimam, quod donatio simpliciter facta inter patrem, & filium nulla facta mentione meritorum in dubio intelligitur ex dicta causa, & Dec. *in l. si donatione, numero* 11. *C. de collat.* Castrens. *in l. si Ruffinus, C. de testament. militar.* Curt. iun. *conf.* 54 *nu.* 3. Alciat. *regul.* 1. *præsumpt.* 30. Gomez. *in §. actiones, nu.* 30. *de actio.* Coras. *in l. frater a fratre, §. quæsitum, nu.* 59. *ff. de condict. indeb.* vbi Crot. *nu.* 79. *Ioan.* Lup. *de donation. inter vir. & vxor. §.* 43. *numer.* 13. *vers. & crediderim.* Riminal. *ad princip. de donat. num.* 236. etiamsi essemus in publico guarentigiato instrumento. Mascar. *concl.* 184. 185. 186. *& iterum* 1049. *num.* 8. in litera M, etiamsi extat iuramentum appositum. Serafin. & magis communi *priuileg.* 40. *nu.* 16. licet in se contrarium teneat.

39 Declara nisi persona iurans esset valde legalis, & spectatę vitæ, vel nisi concurrant aliquæ coniecturæ de veritate meritorum, aut virtus, vel probitas donatarij, vel similia. Grat. *respons.* 7. *nu.* 33. *lib.* 2. pulchre Bald. *in l. fin. ff. de probat.*

Declara secundo, vt sufficiat qualis qualis probatio meritorum, nó exacta probatio requiratur, Marsil. *sing.* 610. Alex. *conf.* 18. *vol.* 3. Arelat. ad Alci. *reg.* 1. *præsumpt.* 6. Seraph. *de iuram. priuil.* 40.

40 Vnde dum venimus in practica, fiat per patrem instrumentu donationis, in quo pater nó asserat simpliciter, prout communiter fieri solet, pro benemeritis, & gratis seruitij, sed etiam fiat specialis enumeratio aliquorum meritorum, de causa, loco, & tempore. Vlterius apponatur iuramentũ pro sigillo prædictorum, quibus peractis si ad illius executionem in

iudicio

iudicio agatur, deducantur aliquæ verisim litudines, vel coniecturæ, quæ fortasse ex lectura instrumenti aliquatenus patere potuerint, eũ iudex eam audiet, vt pulchre practicare docet vltra alios Mising. *centur. 4. obseru. 75.* & etiam obligatur hæres iurantis, vt pro cautela ponit Vero. *de simulat. præsump. 7.*

41 Verum recte cõsiderando reducendo ad practicã, supra dictas theoricas, quæ seruitia excogitari poterunt, & in infirmitatibus, & alijs temporibus, ad quę filius in patrem non teneatur? Ex *l. veluti, ff. de iustit. & iure.* Vnde donatio remuneratoria inter patrem, & filium vere excogitari nõ potest. Ita pulchre sentit Sali. *in l. filiæ cuius, n. 12. C. fam. hercisc.* quem sequitur Rip. *in l. fœminæ, nu. 41. C. de secun. nupt.* Laucel. & Politus, *in l. filium quem habentem, num. 132. C. famil. hercisc.* Pinell. *ad l. 1. p. 3. nu. 62. illat. 21. fol. 320. C. de bon. matern.* Commendat Soarez. *in suo thesaur. litera D. nu. 198.* Et licet Tiraq. *in d. 4. declar.* aliqua pro communi afferat exempla, tamen & illa parentibus debentur.

42 Et sequendo cum multis communem posset ex prædictis inferri ad vnum circa intellectum *l. veluti, ff. de iust. & iur.* debemus namque parentibus quasdam operas, sed non omnes, de quibus supra ex Rip. & Tiraq. retulimus.

Secundo corollarie infertur intellectus, & limitatio ad regulã, vtile, *lib. 6.* vt non procedat in donatione remuneratoria inter patrẽ, & filiũ, quæ pro parte non meritorum, est donatio simplex, vt vidimus.

Quę addi possunt ad ea, quæ late cõgerit eruditus Alphan. *reportat. 220.* & Clemen. *de patr. pot. effect. 20.* vbi remisiue tantum loquitur.

Ampliatur septimo loco, etiam inter maritum, & vxorem, inter quos regulariter est prohibita donatio, licet non remuneratoria, & pro mercede, & præmio ial. *in l. si diuortio. ff. de verb. oblig.* Bart. *in l. si voluntate, C. de fideic.* Bal. *in l. 2. §. creditum,* in vltima oppo. *ff. si cert. petat.* Tiraq. *ad l. si vnquam,* in verbo donatione largitus, *nu. 18. C. de reuoc. don.*

43 Declara eo modo, quo dictum est in præcedente ampliatione inter patrem, & filiũ, quia iura & doctores indistincte loquuntur.

Et vltra Tiraq. & alios superius adductos circa præsentem ampliationem adde, quod hæc est communis, vt testatur Socin. *conf. 66. lib. 1.* Gome. *de contract. c. 4. nu. 31.* Viui. *lib. 1. opi. 75. fall. 2.* Io. Cæph. *conf. 61. nu. 12. lib. 1.* Eman. Soarez. *in suo thesaur. litera D, num. 213.*

44 Similiter vltra prædictos ampliatur ista ampliatio vt procedat nedum quando merita processissent immediate ab vno ex coniugibus, sed etiã si processissent consanguineo aliquo coniugis, cui donatur. Ita in terminis Soc. *conf. 66. nu. 12. lib. 1.*

Et licet Pinel. contrarium sentiat, vt supra *illat. 9.* cum per hoc distrahæretur totus titulus, *ff. & C. de donat. inter. vir. & vxor.* quia per hoc non destruitur, cũ regulariter donatio huiusmodi sit prohibita, & sicut fallit in multis casibus, vtputa stante iuramento, q̃d hodie in omni contractu apponitur, non tamen per hoc huiusmodi materia destruitur, ita nec dicendum est destrui per hanc limitationem. Quid enim iuramento in contractibus frequentibus? vt supra ex Sur. ia. & alijs adduximus, & tamen ex magis communi talis donatio valet Soarez *litera D. numer. 208.* Alcia. *in c. cum contingat, nu. 196. cum seq. de iureiur.* Anton. Gabr. *de magis communi* attestans, *de donat. conclus. 3. num. 1. in fin.*

Cui adde Io. Crot. *in l. frater a fratre, nu. 82. ff. de condi. indeb.* Boer. *decis. 13. n. 6.* Io. Cæph. *con. 61. nu. 15. & 22.* Viui. *lib. 1. opin. 75.* Iul. Clar. *in §. donatio, q. 9. ver.* quid si in donatione, *decis. Perus. 66. nu. 1.*

45 Illud non omittam, quod donatum consanguineo præsumitur in dubio causa potius consanguinitatis, quam remunerationis, *l. tutor, §. qui a tutoribus. ff. de excusat. tuto.* quem singularem dixit Rom. *sing. 652. conf. 207. & 235.* Io. Lup. *in rubr. de donat. §. 45. col. pen.* Coras. *lib. 2. Miscel. c. 4.* Couar. *in cap. Iosu. num. 3. de testam.*

46 Amplia etiam, si ille consanguineus fuerit rector alicuius ecclesiæ, vel amicus, *c. requisiuisti, de testam.* Bar. & ibi Soci. multa notatu digna adducit, *in l. timibus, ff. de reb. dub.* Alc. *reg. 1. præsumpt. 28.*

47 Limita quando consanguinei essent milites, *l. hæreditatem. ff. de Castrens. ip. cu l. cum alleg. s, C. eod. tit.* Limita secundo, quando merita præcessissent, *l. si vero non remunerandi, §. si vero, ff mand. gl. & Doct. in l. si donatione. C. de collat.*

48 Limita tertio, quando consanguineus assiduè conuersaretur cum donante, *d. l. cum allegas & d. l. hæreditate,* Alc. *reg. 1. præsum. 30.*

49 Ampliatur octauo loco principaliter dispositio, *si pater, §. 1. ff. de donat.* in eo non habeat locum statutum Tudertinum, & alia huiusmodi prohibentia mulierem contrahere sine certa solemnitate, poterit tamen donare ex causa remunerationis, vel pro mercede, præmio, & recognitione forma in hac, & statuti solemnitate non obseruata, nec hic casus intelligetur in statuto comprehensus, Granut. *theorem. 25. limitat. 7. num. 35.*

Cui adde (licet in materia sua succincte loquatur) Lamberteng. *de contract. mulierum, gl. 23. nu. 18.* Adde etiam sub dubio aliquatenus loquentem Castr. *consilio 171. col. 1. lib. 2.* quia hę donationes plus fauoris, & priuilegij habeant, *per l. si vero non remunerandi, §. idem Papinianus, ff. mand. not. in l. fundum per fideicommiss. fam.* si *de leg. 1.* Ial. *ad l. cum filio familias, colum. 12. vers. item adde, ff. de leg. 1.* Tiraquel. *ad l. si vnquam, in verbo donatione largitus, numero 28.* & iterum, *num. 158. & de leg. connub. glo. 3. q. 2. in fin.* Quem casum non expressit Firman. *in suo repertor. in verbo, statutum, quod mulier.*

50 Potest igitur mulier pro mercede, & (vt ita dicã) salario, remuneratione, & recognitione donare, & remeritare statuti solemnitate non obstante, adeo, & tam fauorabilis est mercedis materia, salarij, & recognitionis.

51 Ampliatur nono loco principaliter dispositio, *l. si pater, §. fin. ff. de donat.* vt vendicet sibi locum in minore, qui in mercedem salarium, & remunerationem donare potest tam mobilia, quam immobilia. Ial. *in l. ex hoc iure, effec. 2. & in §. libertus, effec. 9. conf. 156.* in bi quoque, *vol. 4.* Redoa. *de rebus eccl. non alienan. numer. 1. fol. 20.* Rom. *in l. si ante nuptias, ff. sol. matrim.* Ial. *in l. cum filio fam. num. 170. ff. de leg. 1.* Seisell. *in l. ex hoc iure. in 4. effect. numer. 73.* Alc. *in l. creditores, num. 9. ff. de verb. signif.* Tiraquel. *in d. l. si vnquam, num. 29. special. 16. in ver. donatione largitus.* Soc. *conf. 66. colum. 2. in fin. lib. 1.* Beru. *conf. 61. nu. 33. & conf. 65. nu. 14. vol. 1.* Her-

Digitized by Google

Hermonopol. in promptuario iuris ciuilis, lib. 1. tit. 12. vers. rem a patre, moderat. in tract. claasal. num. 24. fol. mihi 295. & quoad mobilia hæc est communis opinio. Viui. lib. 2. opi. 92. & Aret. qui in mobilibus loquitur, cons. 24.

52 Declaratur circa immobilia, vt requiratur decretum alias non possint. Natt. cons. 173. sub aa, 1. cons. 180. nu. 7. lib. 1. D. Simoncell. dicens hanc opinionem veriorem in tract. de decre. lib. 1. tit. 2. inspect. 4. sub n. 28. vers. contraria.

53 Declaratur secundo, vbi ex benemeritis ius agendi non competebat, secus vbi essent merita, ex quibus ius agendi competeret, vt per Simoncell. vt supra ampl. 6.

Vides igitur quomodo pater filio, vxor marito, mulier sine forma statuti nulla reseruatione facta causa remunerationis donat, & in minore decretū requiritur. Et in materia locati, & conducti, de qua Deo dante agimus, est notabilis tex. in l. tam plures, §. fin. ff. de administr. tut. vbi tutor absque aliquo præstabit mercedes, & salaria præceptoribus conductis ad docendum, & instruendum pupillum, quia hęc est remuneratio laboris.

Secundo ad idem facit in materia locati, & conducti loquens, l. qui filiis, ff. vbi pupill. educar. deb. vbi tutor, vt supra, præceptoribus mercedes, & salaria constituere debet pro remuneratione laborum.

54 Ampliatur decimo dispositio l. si pater, §. fin. ff. de donat. vt procedat, & locum habeat in prælato, qui pro mercede, salario, prȩmio, & remuneratione bona ecclesiæ alienare potest, & recipiens iuste, & licite recipit. Bal. in l. iubemus, col. 3. C. de sacrosanc. eccl. Ias. cons. 116. vol. 4. Guglielm. Redoa. de reb. eccl. non alien. vers. donatio, & c. nu. 6. fol. 20.

Cui adde Oldr. cons. 226. col. 2. vers. secundo, quia donatio Io. Andr. ad Spec. in rub. de reb. eccl. non alienan. Bar. in l. iusta causa, per illam tex. ff. de manumiss. vindicta. Bal. in c. de priore, de appel. Roma. in l. si vero. §. de viro, fallen. 48. ff. solut. matr. & cons. 50. Castr. cons. 285. in fi. lib. 2. Panor. in c. ad hoc, in 2. notab. de testam. & in c. consensus, per gloss. 1. ibi, de reb. eccl. non alien. Innoc. in Clement. 1. col. 5. eod. tit. Alex. cons. 56. col. 3. vers. vnde refert, lib. 1. Soc. cons. 84. lib. 3. Bacba. de præstan. Cardin. q. 3. primæ partis, col. 6. vers. limita etiam. Summa Ang. in verbo immunitas, nu. 53. & seq. Soc. cons. 8. col. 5. lib. 3. Alci. ad l. creditores, in fi. ff. de verbor. signif. Ias. cons. 222. col. 2. vers. bene facit. lib. 2. & cons. 83. lib. 3.

Subampliatur secundum tamen aliquos, vt procedat etiam in bonis stabilibus. Castr. cons. 84. lib. 1. cogitandū tamen est per ea, quæ inferius dicentur.

55 Subampliatur secundo, vt Prælatus possit pro mercede, & remuneratione alterare, & mutare naturam, & solitum feudi, vt si erat solitum ad tēpus aliquod, vel in masculos tantum, possit pro mercede, & remuneratione dare in tempus longius, vel etiam in fœminas, & recipiens iuste pro mercede, & remuneratione recipiat, per d. §. fin. l. si pater. Nico. de Neap. Iacob. de Belu. in cap. 1. in tit. qui feud. dar. pos. per text. in c. 2. § 1. tit. de legibus, Corrad. & c. 1. tit. quemadmo. fead. ad fil. pertineat, Dec. cons. 498. col. penult. vers. postremo dato.

Adeo igitur merces, præmium, & recognitio fauorabilis est, & licita, vt Prælatus date bona ecclesiæ, & feudi naturā mutare possit pro mercede, & remuneratione, & recipiens iuste recipiat, & legitimè retineat ad ampliationem, l. si pater, §. fin. de donat.

56 Declaratur, vt procedat in rebus mobilibus, vel concedendo vsumfructum ad breue tempus, vt per Rodo. vt sup. Tiraq. ad l. si vnquam, in verb. donatione largitas, num. 25. vltra quem adde quod seruanda est hæc forma, & circunstantię, quod primo alienentur mobilia, vel pecuniæ. secūdo, si mobilia, vel pecuniæ non extent, tunc bene fatendum est de immobilibus quo ad vtile dominium tantum.

57 Vnde in materia locati, & cōducti, de qua agimus, potest conducere aliquod petium terræ ad fructandū, donec steterit in seruitio ecclesiæ. Ita fructus sint loco mercedis, & salarij, & si vellet cōcedere immobilia simpliciter, eligat debiliora, vt petiolam terrę, vineolam, & similia; Bero. pulchre, in c. consensus, col. 4. vers. vnde cogita, de reb. eccl. non alien. Redoa. in eod. tract. §. contra, fol. 284. vbi tenet, quod seruitia probari debent aliter quam per assertionem. Idem in trac. de spol. q. 7. nu. 1. fol. 200. Montal. in l. consilij, ff. de reg. iur. Bonacos. de famul q. 9. vbi multos allegat, & si vis practicare, vide pulchre cons. Alex. 55. lib. 1. vbi te instruit, quod seruitium debet esse magnum, & notabile, debet considerari locus, tempus, & qualitas personæ dicens vidisse annullatas multas donationes Prȩlatorum, nec de meritis statur simplici assertioni Prælati, Rodo. de reb. eccles. q. 4. vers. idem aduerte, fol. 326.

58 Ampliatur vndecimo dispositio, l. si pater, §. fin. ff. de dona. vt procedat, & habeat locum in administratoribus ciuitatum, Prioribus, & Antianis populi, qui licet regulariter donare non possint, possunt tamen ex causa remunerationis hoc facere, Bart. in l. ambitiosa n. 4. & 2. ff. de decret. ab ordin. faciend. Vnde Priores Tudertini possunt remunerare legatos, & Ambasciatores per alias allegatam l. cum patres, §. fin. de admin. tut. & l. qui filium, ff. vbi pupillus, educat debeat l. iubemus, §. scientes, C. de sacros. eccl. quæ iura ad ciuitatum rectores ampliat Bar. in d. l. ambitiosa, num. 2. Alex. cons. 101. col. 4. vers. præterea illa gloss. lib. 5. Ias. cons. 101. col. 2. vers. 5. vol. 2. Fely. in c. accedentes, in fin. de præscript. Nicol. Fest. de extim. & collect. part. 4. c. 4. in fin.

59 Ampliatur, & respectiue declaratur hęc cōclusio, vt quoad concedentem stetur assertioni concedentis etiam in plenum præiudicium, quoad tertium præsumptiue tantum, ita vt admittatur probatio in contrarium. Ita contra Ias. cons. 101. vol. 4. & 227. vol. 3. tenet pulchrè Crau. cons. 135. num. 42. Late Festas de extim. p. 4. c. 5. nu. 12.

60 Ex quibus corollarie habetur ampliatio l. iubemus, §. scientes, C. de sacros. eccl. vt procedat etiam in administratore Ciuitatis.

61 Secundo infertur corollarie ampliatio ad l. cū plures, §. fin. de admin. tut. & l. qui filium, ff. vbi pupill. vt procedat etiam in Administratore Ciuitatis.

Eandem opinionem sequitur, & comprobat Alex. cons. 161. paulo ante finem, lib. 2. cons. 43. col. 1. versic. non obstat, lib. 4.

62 Subampliatur hæc ampliatio, vt ciuitates administratores possint ob benemerita concedere immunitatem etiam perpetuam, Alexand. consil. 30. tertio dubio in fine libr. 5. commendat Fely. in cap. acceden-

tes,

tes,conclus.9.de præscript. Ias.*consil.73.col.4.lib.4.*

63 Subampliatur secundo, vt possint etiã statuto prohibente, quod bona communis alienari non possint, nisi concurrente certo numero populi, & certa solẽnitate, tamẽ statuto nõ obstante poterit ex causa remunerationis, Alberic. reputans hoc notabile *in prima parte stat.q.122.* Commendat Alex.*d.cons.43.* Vnde causa remunerationis laboris non intelligitur cõprehensa,& semper est excepta,& fauorabilis.

Practicando tamen per palatia communis tuæ patriæ,& videbis quotidie fieri reformationes, ꝙ Priores,vel antiani nõ possint aliquid disponere,vel facere,nisi in numero sint tot, & similiter hac alia forma seruata. Idem de concilio generali ex dispositione statuti:nã si fiat aliquid pro remuneratione laboris,non intelligitur comprehensus,ita casus sic fauorabilis.

64 Declaratur notabiliter, vt tale ius remunerandi non transeat in successorem in eodem officio, quia remuneratio ex parte remunerationis est personalis, adeo, quod quis hæredem suum grauare non potest ad remunerandum. Ita Bart.*in d.l.ambitiosa,sub num. 4 per l.vnius,ff si quid in fraud.patron.*

Vnde qui succedunt in officio Priorum, non possunt remunerare beneficium collatum in antecessores in eodem officio,Couar. *in cap.cum in officiosa, nu. 10. de testam.*

Et ista declaratio saltem attẽta ratione sua, notabilis,& vtilis est,nedum in successoribus in officio publico, sed in tutore,curatore,Prælato,& similibus supra adductis, Bened. de Barz. *cons. 115. in fine, vol. 1. consil.vlt.volunt.* Ceau.*de antiq.temp. par.5. sub nu.39. per l.cuius bonis,ff.de rur.furio.*

65 Ex quibus corollarie infertur limitatio *ad l. hæredẽ,ff.de reg.iur.* & similes,de hęredis potestate loquẽtes,quia non procedunt in remuneratione, quæ personalis est,nec etiã quæ ex defuncti voluntate ad hęredem transmittitur,ex Bart. doctrina,de qua supra, quem casum non posuit Ioseph. de Lúdou. *conclus.16.* vbi materiam late ponit,nec hunc casum posuit. Ampliatur duodecimo dispositio, *l.si pater,§.fin. ff.de donat.* vt procedat ẽt in tutore,& curatore,qui pro mercede numerari possunt,*l. cum plures,§.fi. ff.de admini. str.tutor.l.Lucius,ff.vbi pupill.* de quibus alias superius diximus,qui text. valde notandi sunt, vt per Cuman. *cons.101.* Ducissa Mediolani, Tiraq. *ad l.si vnquam, in verbo,donatione largitus,num.23.*

66 Declaratur vltra Tiraq. vt possit donare ex causa mercedis, & remunerationis non tamen immobilia, vt per Crot.*in l.frater à fratre,nu.51.* Io.Lup. *in rubr. de donat.inter vir.& vxor.§.45. nu. 12.*

Extenditur hæc limitatio etiã in tutore,vel curatore alicuius Principis,qui in hoc non est magis priuilegiatus, qua alij, vbi cautius procedere debet, ex quo principes semper sunt magis auari,quam alij, vt passim experiẽtia docet,& ita tenet Rol. loquitur in tutore, curatore,prælato,& similibus administratorib.

67 Declaratur secundo,dummodo merita sint æquiualentia, vt vidimus supra de alijs personis, quibus adde Beun.*cons.12.num.17.*

68 Declaratur tertio, vt non possit facere donationẽ excessiuam etiam de mobilibus,vnde non posset etiã pro mercede, & remuneratione donare magnam quantitatem pecuniæ, Roland. extendens etiam ad Prælatos *in alleg.cons.18.num.70.*

Quæ forsitan addi possunt ad ea, quæ vno verbo tangit Caualcan.*de tut.num.121.fallen.2.*

69 Ex quibus corollarie infertur intellectus, & limitatio *ad l.pactum curatoris,C.de pact.l.fin.de curat. furios.& l.tutor,& l.Lucius,§.fin.ff.de administr.tut.* quibus cauetur tutorem, vel curatorem donare nõ posse, quia hoc non procedit ex causa mercedis, & remunerationis modo,quo supra.

Quæ addi possent ad ea, quæ doctè ponit Ducnn. *regula 31.*

70 Ampliatur decimotertio dispositio,*l.si pater,§.fin. ff. de donat.* vt procedat in procuratore etiam simpliciter constituto, qui absque alio inspeciali mandato pro mercede, vel remuneratione donare potest, *l. filius,in princ.ff.de procur.* Bart.*in l.ambitiosa,num.3.de decret. ab ord. far.* & hæc est communis opinio, *Aret.* 24. in tertio dubio, licet de subtilitate iuris aliter tenendum dicat.

71 Ex quib. infertur intellectus,& limitatio *ad l.præses,C.de transact. & c.fi. de offic. Vicar. lib.46.* quibus cauetur ad donandum requiri speciale mandatum, quia hoc fallit ex causa mercedis,& remunerationis.

Quæ addi possunt ad ea,quę ponit Nouell.*reg.91.* vbi hunc casum non ponit,Bero. *cons.5. nu.72. lib.1.* Ioseph.de Ludou.*concl. 30.vers.6.&c.* Bero. *q.33.* vbi simpliciter transeunt ad donandum speciale mandatum requiri.

Ampliatur decimo quarto dispositio *l.si pater,§.fi. de donat.* vt procedat etiam in iudice, qui pro mercede,præmio,& recognitione potest pœnam in totum, & absolutè remittere, in parte etiam minuere, & similiter aliquid cõmunitatis,vel fisci,& cameræ pro meritis donare, & recipiens licitè recipit, & retinet pro sua mercede,pręmio,& recognitione. Rom. *in l. si vero,§.de viro,fallen.48.ff.sol.matrim. per l.diuus,ff. de bon. dam.* ibi, vel si quid fortiter, *& l. in multorum, C.de modo mulctandi.* Gugl.Cun.Bart.& alij *in l.1. ff. de iust.& iur.* Bal. *in l. programma,col.2. C.comminationes,vel epistolas,col.2.* Barbat.*de præstan. Car. par. 1. q.3. col.6.* & in præsenti materia est etiam textus celebris, & notabilis *in l.non omnes,§. à barbaris, iunctis not. per* Bart. *ff.de re milit.* quem singularẽ dixit Rom.*sing.538.nullus.* Barbat.*cons.13.col.4.lib.4.consil.26.col 2.lib.2.* Fulgos.*cons.124.col.fin.* Alex.*consil.19.lib.7.* Socin.*regul.229.lex.*

72 Ampliatur, vt possit superior remittere onus soluendi gabellas propter remunerationem, quod alias remitti non potest,nec debet,*l. cum Nauarrhorum,C. de nauic.lib.11.* per quem tex. ita Roman.*in l.si vero, §.de viro,fallen.48.ff.sol.matrim.* Barbat.*d.cons.11. & d.cons.44.col.fin.lib.2.*

73 Declaratur allegata conclusio,dummodo delictũ non sit grauissimum,vel atrocissimum:nõ enim merita ipsius a pœna atrocissimi criminis liberare debent. Ita per authoritates historiales,& humaniores tenet Tiraq. *ad l. si vnquam,in verb. donatione,nu. 38. C.de reuoc.donat.*

74 Ex quibus corollarie infertur intellectus *ad l.si ita vulneratus,ff.ad leg. Aquiliam,* nam publice interest delicta puniri,ex causa tamen mercedis,& remunerationis publice interest pœnas remitti, vel modificari,& sic in pari casu merces præualet pœnæ.

75 Secundo corollarie infertur *ad leg. bona fides,ff.depositi*, vbi delinquentes egestate laborare debent.

fallit

fallit enim hoc, nisi merita aliud suadeant.

76 Et in practica notandum est, & seruire poterit loco cuiusdam ampliationis, quòd merita attenduntur siue propria, siue maiorum, vel proximiorum, quia maiorũ merita ad heredes, & posteros trãseunt. Bal. *cons.555.col.2.vers. quid igitur, lib.1.* sequitur Socin. *cons.84.col.3. vers. ex quibus lib.3.* Ro.n. *cons.29.*

77 Ex quibus infertur intellectus, & ampliatio *ad l. nemini, vers. filios autem, & l. petitionem, C. de aduoc. diuer. iudic.* vbi merita parentum transeunt in filios, ita vt filius ex meritis patris, vel maiorum suorum pœnæ incursæ remissionem consequi mereatur. Bonum igitur, & laudabile est habere maiores benemeritos, & inofficiosos.

78 Similiter notandum est, quòd merita præcipue attenduntur in rempublicam, vel communitatem collata, & sic publicum beneficium máximè remuneratur, etiã si tale beneficium a dolo, vel delicto ortum fuisset, *per l.2.§. postea cum Appius, ff. de origi. iur.* ad quam late Tiraq. *de pæn. cau.49.*

79 Ex quibus infertur limitatio ad l. itaque Fullo, *ff. de furt.* nemo enim ex sua improbitate, & dolo præmium consequitur, tamen si delictum aliquod fuit, ex quo suæ patriæ profuit, vel ipse, vel sui maiores, attenditur beneficium resultans non delictum principians, vt dicit Acc. *in d. §. postea.*

80 Practicandu igitur bonus aduocatus pro liberando reum allegabit benemerita tam rei, siue maiorum, qui tanta in communitatem contulerunt beneficia tali, & tali tempore, & loco, & merito ob id iste remunerandus sit.

81 Ampliatur decimo quinto dispositio *l. si pater, §. fin. ff. de dona.* vt pro mercede, præmio, vbi remuneratione licet Principi ciuitatis, & cuilibet superiori rem propriam vni auferre, & alteri dare, *ad l. item si verberatum, §. 1. ibi, item si forte ager, & l. Lucius,* ibi, Partim veteranis in præmium assignatis, *ff. de euictio.* Bald. *in l. bene a Zenone, col. 1.* vbi hoc in terminis dicit, *C. de quadrien. descriptio.* Oldrad. *consil.224. col. 7.* late Ias. *in l. quo minus, col. 1. in fine, & seq. de fluminib.* cum latissime adductis per Gabriel. *de iure quæsito non tollendo, conclu.2.*

Cui ab eo non allegatos, & in materia bene loquẽtes adde Tiraq. *ad l. si vnquam, in verb. donatione largitus, numer.40. C. de reuocan. donatio.* Rozad. *consil.5. num.18. cum seq. cons.9. num 48. & 49.* Crau. *cons.5.n. 5. cons.7. nu.10. cons.135. nu.7.19.20. & 27.* latissime *de antiq. temp. part.1. q.1.* & hæc vltra fidem Ant. Gabr. est communis opinio attestata per Curt. iun. *cons.1. num.29. cons.135. num.5.* Nicol. Festas. *de æstimo. & collect. par.4. c.6. sub nu.7.* Eman. Soarez *in suo thesau. litera B, n.258.* Gabr. Saray. *ad Dec. in l. id quod nostrum,* vbi Decian. *num.3. & in addit. litera E, ff. de reg. iur.*

82 Declaratur ampliatio, vt sit vera tribus principaliter concurrentibus, scilicet, necessitate, recompensatione, licentia. Necessitate inquam, quando publica vtilitas aliter oriri potuisset. Dec. *cons.361. col. pen. cons.588. col.3.* Felin. *in c. quæ in eccle. col.20. de constitu.* Ias. *cons.233. col.7. vol.2. in l. Gallus, §. & quid si tantum, colum.11. in 2. lectu.* vbi Socin. *col.6. de libe. & posthum. in l. Barbarius, col.6. de offic. prætor.* Ruin. *cons.60. col.4. vol.5.* & hæc est communis opi. Alex. *cons.217. col.4. vol.2.*

83 De compensatione inquam, vel solutio iusto prætio, vel data simili compensatione. Bar. Bal. & alij *in l.1. §. fin. ff. de pignorat. act.* Ang. *cons.139. col pen. in fin.* Ias. *in l. Barbarius, col.8. de offic. prætoris.* late Ant. Gab. *de iur. quæsito, conclus.2. nume.25.* Nicol. Festas. *de æstimo. & collect. part.4. capit.6. num.11. & 12.* Et dicam alias latius.

84 Limita, quia ciuitas, vel alius recognoscens superiorem, alias non posset. Felyn. *in c. quæ in eccl. colum. 14. vers. quarta declaratio, de constitutionibus.* Soci. iun. *cons.121. colum. pen. vol.5.* Ruin. *cons.229. col.3. vol.1. cons.105. col. penult. vol.5.* Ciuitas igitur Tudertina, quæ principem recognoscit, hoc sine licentia facere non posset.

85 Ampliatur decimo sexto dispositio, *l. si pater, §. fin. ff. de donat.* vt liceat pater non possit filium spurium instituere, vel aliquid in testamento relinquere, auth. ex complexu *auth. licet, C. de natur. liberis.* late Caccialup. *in repetit. l. si qua illustris, nu.69. cum seqq. C. ad S.C. orfit.* late Coras. *ad l. hæres, C. de impub.* fallit notabiliter, vt possit instituere ob merita præcedentia. Ita notabiliter Bald. *cons.66. colum.2. lib.1. per nota. in auth. vnde si parens, C. de inoffi. testam. & cons.406. col. 3. lib.2.* ante eum do. Andr. ad Spec. *tit. de success. ab intest. §.1. vers. quid ergo, si habes.*

Et hæc declaratio notabilis est, tum ex se, tũ quia Doctores etiam facundissimi, & oculatissimi materiam tractantes, eã nullo modo nec ponunt, nec tangunt, vt apud Caccialup. et Coras. in locis superius allegatis videri potest latissime Duenn. *reg.266.* vbi de hoc ne verbum quidem. Facund. Couar. *in epitom. de sponsalib. §.5.* vbi nullum verbũ de hoc ponit Palent. *de not. & spur. c.43.* vbi ponit materiam successionis, nec hunc casum apposuit.

Et de facili in facti contingentia euenire potest, quia experientia docet, quod parentibus magis quãdoque succurritur a spurijs, quã legitimis, præcipue in discrimine vitę & honoris. Vnde bonum esset meritis aliquam recognitionem dare.

86 Præualet igitur præmium, merces, & recognitio, nec attenditur ortus natalium, nec quod sit aliquis legibus exosus, si merita inueniantur. Cautela igitur est pro sustentanda spurij institutione, inuenire aliqua merita in patrem collata.

Et hæc addi possent in vtilitatem bene merentiũ spuriorum ad ea, quæ ponit Alphan. *reportat.53. & reportat.593.*

87 Ampliatur decimo septimo dispositio, *l. si pater, §. fin. ff. de donat.* vt procedat donatione, vel remuneratione facta per clericum, militem, vel doctorem, cõcubinæ, vel Amasiæ, quia stãtibus meritis valet, nec procedunt notata *in l. affectionis, ff. de donat.* vt pulchre consuluit Ancharannus, *cons.247.* hac ratione, quia inter personas prohibitas licet prohibeatur donatio, tamen non prohibentur alij contractus, *per l. qui testamentum, & ibi not. ff. de probat. & in l. cum quis decedens, §. pen. ff. de leg.3.* sed talis remuneratio non est proprie donatio, sed debiti naturalis restitutio, merito non censebitur prohibita.

Cui adde, dum in hac ratione Anch. dicit, quod donatio ob merita, quod nõ est proprie donatio hodie hęc est magis communis opinio. Didac. Couar. *in c. in offi. post num.11. de testam.* Soc. iun. *cons.94. nu.13. lib.2.* Iul. Clar. *in §. donatio, q.3. in princ.*

Et

Et hoc Anchar. dictum vti singulare commendat, & sequitur Ias. *in l diuortio, col. antepen. ff. de verb. obl.* Ferdinan. Lopez. in add. Lancell. Galiaula, *in repet. l. Centurio, col. 5. de vulg. & pupil.* Capil. *decis.* 102. *nu.* 2. vbi etiam dicit valere stante iuramento, & quod tempore donationis non esset concubina, attestans ita iudicatum. admodum commendat Franc. March. *decis.* 127. *par.* 2. loquens in milite, doctore, & clerico. Vital. *in trac. clausul. claus.* 46. *incip. dedit, & donauit.* Io. Lup. *in rubr. de donat. inter vir. & vxorem, §.* 39. *in fine* Anchar. *quaest.* 22 *numer.* 6. *par.* 2. vbi enumerat seruitia esse pro quot annis seruiuit, & secundum numerum annorum fiat taxatio, tenendo ibidem conclusionem generalem, quod etiã in nõ prohibitis requiratur specialis mentio meritorum, nec statur dictis notariorum.

Practicando igitur cautus erit aduocatus si consulatur de donatione facienda cõcubinæ, vt si possibile est, tria præcipue concurrant, scilicet iuramentum, asserrio meritorum, & quod tempore donationis nõ sit concubina. In hoc dico, si possibile est, quia &c.

88 Subampliatur in Rege quoad concubinam suam, vt per Io. Lupum *in rubr. de donat. §.* 37. *num.* 13. vbi modificet, quòd donatũ hoc, cõcubina alij nec donare nec relinquere potest, quia princeps vult, quod donata per eum perpetuò maneant apud donatarium.

89 Declaratur prædicta ampliatio, vt non sufficiat assertio meritorum hoc maxime casu, quia ex dulcedine concretum fieret abstractum, sed merita in specie deducenda, & probãda, & quidem honesta, & rationabilia, Dec. *cons.* 132. & hæc communis opinio. Coral. *ad l. frater a fratre, §. quaeritur, nu.* 55. *ff. de condict. indeb.* Eman. *in suo thesau. litera D. num.* 193.

90 Declaratur vltra eum secũdo loco vno alio notabili modo, vt debeantur proportionaliter pro modo seruitiorum præstitorum, ita vt dato quod bene probentur merita, vel seruitia, possunt tamen per iudicẽ modificari, & proportionabiliter diminui eius arbitrio. Affl. *reputans in pract. valde vtile, decis.* 102.

91 Declaratur vlterius in concubina præterita, & habita, secus in futura. Ang. *in l. mulier. ff. de re iudi.* exclamat pro singular. Alex. *in l. affectionis, ff. de dona.* Io. Lupus *in rub. de donat. §.* 37. *num.* 8.

Practicando igitur circumspectus erit iudex, vt licet merita probentur, tamen poterit illa suo arbitrio moderari, & cum hoc moderationem facere de donatione, vel legato.

92 Ex quibus corollarie infertur ad multa. Primo infertur limitatio *ad l.* 2. *C. de donat. inter vir. & vxor.* vt non procedat in donatione remuneratoria, modo quo supra.

93 Secundo infertur intellectus *ad l. cum quis decedens, §. penult. ff. de leg.* 3. vt non extendatur ad donationem remuneratoriam.

Tertio corollarie infertur, vt seruitia, & merita probata per Amasiam, vel concubinam, per iudicẽ moderari possint; pariter & legatũ, vel donatio, nec sufficit Amasiæ deduxisse, quòd locauerit operas sua per annos tot, & noctes tot. Idẽ in Doctore, & milite, quia superius allegati indifferenter loquuntur.

94 Et in materia locati & coducti, de qua agimus ad propositum præsentis ampliationis, quæritur in materia nõ concubinæ, sed meretricis, quod aliquis pro actu venereo promisit sibi certã mercedem, poterit ne licite in iudicio agere, & petere, in hoc meretrix erit audienda? & vtique sic, & iudex eam audire, & ipsi ius reddere debet. Din. & Sali. *in l.* 2. *C. de condic. ob turp. caus.* Bart. & Alex. *in l.* 3. *§. sed quod meretrici, ff. eod.* Bart. & ibi Alex. *in addi. in l. affectionis, ff. de dona.* Alex. Ias. & alij *in l. generaliter, ff. de verb. oblig.* Rip. *in l. si plagij, col. penult. num.* 22. *ff. eo.* Abb. *in cap. quia plerique, numer.* 14. *de immun. eccle.* Ioan. Lup. *in rubr. de donat. §.* 40. *sub num.* 9. & hæc est vera, & communis opinio, vt per Zas. post Ias. *in d. l. generaliter, sub nu.* 29.

Securæ igitur sint mulieres meretrices, quia si pro libidine explenda aliquid a iuuenibus promittatur, id licite petere poterint.

95 Ampliatur hæc conclusio, vt nedum promissam mercedem petere possint, sed datum, & consignatũ retinere, siue sit titulo liberæ donationis, siue sit datum pro mercede actus venerei, nulla enim in hoc est differentia. Dom. Soto *lib.* 4. *de iust. & iur. q.* 7. *art.* 1. reprobata opinione Ioan. a Medi. Gouar. *in reg. peccatum, par.* 2. *§.* 2. *sub num.* 4.

Cui adde plene profitenti, quòd hæc est communis opinio. Summa Angel. *in verb. meretrix, nu.* 5. *& in verbo, Donatio.* 20. *num.* 32. Et hæc est communis opinio Leg. Canonist. & Theolog. Nauar. In Manu. *c.* 17. *§. cui restituendum, sub num.* 34. *vers.* dico quarto, vbi *in fin. limitat*, nisi fraude & mendacio extorserit per fallas assertionis.

96 Ampliatur secundo loco allegata conclusio & dispositio, *l.* 3. *§. sed quod meretrici, ff. de condit. ob turpem caus.* vt si meretrici fuerit datum aliquid pro pignore, quòd non solum potest illud retinere, sed etiã agere contra dantem ad reddendum, & persoluendum debitam mercedem. *Cin. in l.* 2. *C. de condict. ob turp. caus.* Commendat Ioan. Luc. *§.* 40. *num.* 5.

Vnde quando pignorantur annuli, agant meretrices, & exhibeant annulos, vt erubescant non soluere mercedem per hanc exhibitionem.

97 Declaratur primo loco dispositio *d. §. sed quod meretrici*, vt procedat in publica meretrice, secus in priuata, ad quam datur occultus accessus, quarum multo plures sunt, quam publicæ, quia tales nec promissam mercedem petere, nec datam retinere poterunt. Cin. & Ang. *in d. l.* 2. *C. de condict. ob turp. caus.* Abb. *in d. c. quia plerique, nu.* 14. Ioan. Lup. *§.* 41. *in princ.* & hęc est magis communis opin. Adrian. *in* 4. *sentent. in trac. de restit.* & hodie est frequentissime recepta. Couar. *in regula peccatum, par.* 2. *§.* 2. *num.* 3.

98 Subdeclara, vt mulier occulta possit licite datum in foro conscientie retinere. Monald. contra Cin. & alios in summa male acquisitorum. Henr. *in c. peruenit, de adult.* Floren. *in secunda parte, tit.* 2. *c.* 5. *colum.* 2. Silu. *in verbo, restitutio.* 2. *col.* 2. Adr. *in d. §. oritur alia quaest.* Dom. Soto *lib.* 1. *de iustit. & iure, q.* 7. *art.* 1. Couar. *vt supra vers.* 2. *quaest.* Nauar. *vbi supra vers. secundo ideo, &c.*

Si igitur istæ occultæ acceperunt munera a suis amasijs, quæ vere quidẽ, vel secrete retinent, dum accedunt tempore confessionis ad sacerdotem, ne timeant, quia si studuit, non coget ad restitutionem.

99 Ex quibus corollarie infertur intellectus *ad l. Lucius, ff. de iure fisc.* vbi scelere quæsita fisco applicatur, siue apud possidentem reperiantur, siue apud quemcumque alium, vt ibi Accur. & Bar. not. quia nõ pro-

Digitized by Google

cedit in coitu meretricis,quia de se punibilis non est, nec receptio a iure improbata, & sic loquitur in ca. sibus,in quibus receptio in se est illicita,quod non est in meretrice, vt patet ex prædictis.

100 Declaratur secūdo, vt hæc declaratio seruiat quo ad meretricem, & quoad occulta in foro conscientiæ,& tria hęc sunt necessaria,vt receptio sit permissa. Primum,quod dās habeat facultatem, Vnde filiusfamilias & miles, si dant, non faciunt accipientis in aduentitijs,vel profectitijs. Secundum,quod datio nō sit valde fraudulenta. Tertium,quod non sit excessiua, sed moderata, Henric.*in c.peruenit,de adult.* Ioan. Lup.*in d.rubrica §.41.* Couarr.*vt sup.n.2.in fin.* Adde Ang.*in verb.meretrix, &c.*

101 Ex quibus sic discussis infertur corollarie ad multa, Primo *ad leg.3.et 4.ff.de condiction.ob turp.causam*: quibus decisum est in pari casu turpitudinis potiorem esse possidentem,& sic meretrix exclusa videtur a petendo promissam mercedem,quia iura procedūt, quando datio, & receptio vtrinque est illicita, & reprobata. Sed in casu meretricis tam promissio,quam datio licita est,merito non obstabunt.

102 Secundo infertur intellectus *ad l. mercedem, C. de condict.ob turp. caus.* vbi promissum ob peragendum maleficium,& lenocinium exercendum,peti non potest,quia hoc procedit,quando l.humana actum in se punit, tunc nec pactio valebit: sed in casu meretricis materia vendibilis est,& merito, &c.

103 Pari modo responderi,& intelligi potest, *l.iurisgentium,§.si ob maleficium,ff.de pact.l.plagij.& l.generaliter,ff.de verb.oblig.*

104 Quarto infertur intellectus ex prædictis *ad l. liber homo, ff. ad l. Aquil.* vbi nemo est dominus membrorum suorum,ergo nec meretrix sui corporis. Respondetur id verum,bene tamen erit domina vsus sui corporis, cum ipsum projectra mercede locare potest. Et licet locatio in se licita non sit,nō tamē requitur,quin locatori impleni pro parte sua non sit soluēda promissa merces. Ita Cou.*in alleg.loco,n.2. in fi.*

Quæ addi possent ad reportat.per Alphan.in hac *l. reportat.627.* Et sic in materia locati & conducti, de qua agimus,licet locatio in se sit illicita,et turpis, nec locator teneatur conuentioni stare,tamen si impleuerit pro parte sua, potest agere locator ad promissam mercedem,ad ampliationem,*l.quæro,§. inter locatorem,ff.locat.& l.Iulianus,§.offerri, de actio.emp.*

Et sic impleti pro parte sua est impendum etiā in actu turpi & illicito.

Quæ addi possunt ad late adducta per Alphan. *report.254.* ponam latè *in tit.de euiction.*

105 Ampliatur decimo octauo dispositio *l.si pater,§.si. ff.de donat.* vt procedat etiam in bonis suppositis fideicommisso,& prohibitis alienari,quæ pro mercede,et remuneratione alienari possunt, nec procedit dispositio *auth.res,C.commun. de leg.* Ita Ias.reputans sub aliquo dubio singulare, *in d.authen.res,quæ, colum.2. limit.5.*

Pro qua facit, quia talis remuneratio est admodū priuilegiata,et inter personas prohibitas fortiatur effectum suum,vt patet ex prædictis.

106 Et facilius procederet,si remuneratio fieret ex causa testatoris prohibentis, *iuxta not.in l.cum filius,familias,§.diui,de leg.2.& l peto, §.prædium*, & ibi notant omnes *ff.de leg.2.*

Et dum Ias.allegat Bart.in proœmio Digestorum adde ab eo non allegatum Panor. *in c.per tuas,col.2. in gl.1.in fin.de donat.* idem Ias.*ad l.hoc iure, in octauo, effectu.et in l.si non fortem,§.libertas,in sexto effectu.* Tiraquel.*ad l.si vnquam, in verbo donatione largitus, numer.43.*

Ampliatur decimo nono dispositio, *l.si pater,§.fin. ff.de donat.* vt in dubio præcedentibus meritis præsumatur donatio, ad limitationem *l. cum de indebito, de probat.* cum late congestis per Tiber. Decia. *respons. 73.nu.37. lib.2.15.num.4.libr.3.117.numer.40.libr.3. 32.nu.4.eo.libr.52. nu.6.lib.1.43.nu.32.lib.3.25.num. 113.lib.1.& nu.33.libr.2.* Ioseph. de Ludo. *concl.9.*

107 Non omittam hic, quod posuit Purpurat. *ad l.cum quid,num.130. ff.si cert. petat.* etiam si datum excedat valorem meritorum: nec enim (inquit) animi gratitudo cū re numeraria comparari potest, de quo alias dixi supra de donatione inter patrem & filium, & alios prohibitos.

Subampliatur secundo præsens ampliatio etiamsi dotis fauor concurreret. Ita contra Bart. *ad l.quæ dotis,num.6.ff.solu.matrim.* tenet Bald.*nouel.ad l.1. num. 411.ff.solu. matr.* vbi respondet ad allegata per Bar. Ias.*ad d.l.quæ dotis,nu.25.* Iacob.Menoc. *de arbit. iud. libr.2. cent.1.cas.88. num.55.*& in materia allegatur *cent.1.cas.88.nu.55.*& in materia allegatur pricipalis text.*in l.si vero remunerandi,§.idem Papinian. ff.mand.* qui ex prædictis declaratur.

108 Extenditur vltra Menoch. & alios superius nominatos, vt per merita subsecuta censeatur remissa, & facta donatio iniuriæ præcedentis, *leg.in ipsius, C.famil.ercisc.* vbi Bald.not. quod si in inimici sibi inuicē faciunt grata seruitia,præsumitur remissa iniuria. Ias. *ad l.ex hoc iure in 12.& 19.effect.ff.de iustit.& iure, & in §. libertus in effectu 11.* similiter per conuersationem,& hæc est communis opinio. Plac. *in epit.delic. cap.6.numero 43.* Iul.Clar.*in §.iniuria, vers. item tollitur.*

109 Vltra quem dic obiter esse verum in iniuria verbali, secus in personali, de qua est maius dubium, vt per Castr.*in d.l.in ipsis*,& quando per salutationem. Archid.*in cap.olim, de iniur.& damn.dat.per gl. in §.in summa Inst.de iniur.* Bal.*in auth.si testis,C.de test.* Alex. *in l. .C.de pact.*

110 Ex quibus corollarie infertur ampliatio *ad l.3. de adimen. legat.* quod ambulatoria est vltima voluntas vsque ad mortem,ita vt merita vltima in testatorem prævaleant. Et in practica notandum videtur,quod Imperator *in d.l.in ipsius* adeo fauet meritis, mercedi, & recognitioni ipsorum, vt sufficiat ea probare, & per scripturas,& per solos testes, licet solemne testamentum præcedat. Non enim ibi Imperator principaliter curat modum probandi merita, sed merita ipsa, quæ sint sufficientia ad mitigandum, & consequenter mutandum priorem testatoris voluntatem.

111 Et sic vltima derogant primis in vltimis voluntatibus, *§.posteriore,quib.mod.testam.infirmentur*, quando est fauorabilis, & hoc ex coniecturis colligitur *d. l. in ipsius.*

112 Licet igitur voluntatis mutatio non præsumatur *cap. maiores, in fin. de baptismat.c.licet, de procurator. lib.6.*& vt allegant mutatione incumbat onus probandi, *l.3.cum ff. de probat.* Manti. *de coniect. vlt. volunt.lib.12.tit.1.num.2.* tamen ex meritis subsequentibus

tibus in mercedē, præmium, & recognitionem meritorum præſumitur, & coniecturatur mutatio voluntatis in melius, & fauorabilius.

113 Addo igitur vehemens, & fortis eſt merces, & recognitio laboris, ſeruitiorum, & meritorum, vt ex eis inducatur coniecturata mutatio voluntatis.

114 Extenduntur prædicta, vt procedant, & vēdicent ſibi locum in filio, qui commiſerit cauſam ingratitudinis in patrem, propter quam exhæredari potuiſſet, *§. aliud quoque capitulum, auth. vt cum, de appellat. cognoſ.* tamen gratitudo, & merita ſubſecuta tollunt ingratitudinem præcedentem, *not. in l. 1 ff. ſolut. matr.* Iaſ. *in l. fratres, C. de inoffic. teſtam.* Tiraq. *ad l. ſi vnqua. in verb. donatione, nu. 46.* Marſil. *de fideiuſſ. nu. 220.* Iaſ. *in l. ius autem ciuile, col. 5. de iuſtit. & iur.*

Cui adde, quod hodie hæc eſt magis cōmunis opinio. Pyrr. *in conſuetud. Aurel. tit. de ſucceſ. c. 25.* Cott. reputans admodum notabile *in memorab. in verb. filiusfamilias.* Eman. a Coſta *in l. cum tale, §. ſi arbitratu, num. 189. ff. de condit. & demonſtratio.* Soarez *in ſuo theſau. litera I. num. 212.* Cui adde ab eo non allegatum. Abb. *in c. Quintanallis, col. 2. de iureiuran.* Alex. *in l. 1. num. 33. ff. ſolut. matrim.* Iaſ. *in l. in arenam, C. de inoffic. teſtam. & in authent. non licet, col. 1. C. de liber. præter.* Didac. Couar. in *cap. Raynutius, num. 18. de teſt.* addit. ad Alex. *conſ. 159. lib. 7.*

115 Ex quibus corollarie habetur limitatio *ad §. aliud quoque,* ſuperius allegatum.

Practicando igitur, ſi filius anhelans ad paternam hæreditatem, & ſucceſſionem, allegetur ab inſtituto ingratus, & legitime exhæredatus, replicet de pœnitētia, & meritis, & probet, humanum enim eſt errare, angelicum emendare. Tetigi ſupra de ſubſtantia locati primo, *quæſt. 4.* & not. in practica, quòd ſimplex pęnitentia non eſt ſufficiens, vt conſiderat Gualdenſ. *de cautel. vlt. volunt. caut. 17. nu. 3.* vbi dicit, quòd ex ſimplici pęnitentia non faueret filio iudicando, bene tamen ſi concurreret poſtea cohabitatio, & ſimul viuere. Sequitur ſimpliciter Mantic *de coniect. vlt. volunt lib. 4. tit. 11. num. 44.*

Ego vltra eum ſic ſimpliciter pertranſeuntem putarem, etiamſi non adſit cohabitatio, & conuictus, ſi tamen apparent ſeruitia, & merita, quod ſufficiant: multi enim filij oe ex cauſa mulierum, vel ſimilē ſcādala renouentur, nolunt cum parētibus habitare, & in dies de parentibus ſunt benemeriti magis fortaſſe, quam ſi cohabitaſſent: nimia enim familiaritas parit contemptum, & allegatæ autoritates, merita tantum præſupponunt.

Et quoad pœnitentiam non placet dictum Gualdenſ. quod operatur quoad Deum; non enim Doct. de hac loquuntur, nec de mentali, ſed a meritis exterioribus coadiuuata. & vltra Mant. declara communem opinionem procedere, quando cāuſa exhęredationis non concerneret directe iniuriam patris, prout meretricium, & ſimiles, Couar. *in d. cap. Raynutius, nu. 19. in fine.*

Qaæ addi poſſunt ad ea, quæ congerit Alphan. *in materia report. 197.*

116 Ampliatur vigeſimo diſpoſitio *l. ſi pater, §. fin. ff. de donat.* quod licet quando ſit mentio mortis, intelligatur donatio cauſa mortis ſaltem, quoad vnum magis ſubſtantiale, *l. Seio, §. final. ff. de donat. cauſ. mort.* late Franc. March. *de coniect. vlt. volun. lib. 1. tit. 13. num. 3.* atteſtans hanc eſſe communem opinionem.

Cui adde bene in materia loquentes, Dec. *ad l. non omnes, nu. 5. ff. ſi cert. petat.* pulchrè Riminal. *Inſtit. de donat. in princ. nu. 219.* Crau. *in repet. rubr. de leg. 5. nu. 156.* Alphan. *report. 898.* Iaſ. *in l. 1. §. ſi quis ita, nu. 18. ff. de verb. oblig.* Purpur. *in l. fin. num. 227. C. de pact.* Duen. *reg. 258.* Emao. *in ſuo Theſaur. litera D, nu. 28.* qui de communi pariter atteſtantur, Viu. *lib. 1. opin. 85.* Burſ. *conſ. 136. nu. 35. vol. 2.* Bello. *conſ. 60.* Rimin. iun. *conſ. 254 num. 95. vol. 3.* Caualc. *deciſ. 42. num. 10.* Franc. March. *deciſ. 486. nu. 5. par. 1.*

117 Tamen præcedentibus meritis intelligitur inter viuos, mortis mentione non obſtante, Bald. *in leg. ſi mortis, in fin. C. ad leg. Falcid.* Tiraq. *ad l. ſi vnquam, in verb. donatione, num. 47.*

Dices cum Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 1. tit. 13. num. 4.* poſt Corn. ab eo allegatum, quod hęc coniect. eſt leuis, quia etiam donatio cauſa mortis fieri poteſt ob merita.

Poteſt id fortaſſe verum eſſe, ſed ſit interpretatio in dubio, quia fortior eſt, vt per Alex. *in l. quæ dotis, nu. 5. ff. ſolut. matrim.*

118 Practicādo igitur cautus eris, vt ſi opponatur donationem eſſe reuocatam, vti factā cauſa mortis per aduentum ſanitatis, poterit allegari de meritis, quibus deductis, & probatis, mortis mentio quoad huoc effectum nihil operabitur. Stantibus igitur meritis non eſt bona allegatio, quòd ſit facta mentio mortis.

119 Ampliatur vigeſimo primo diſpoſitio, *l. ſi pater, §. fin. ff. de donat.* quia promiſſio ſine cauſa non valet, *l. ... §. circa, vbi not. ff. de do. excep.* ad quam late Iaſ. *in l. filiusfam. §. diui, nu. 7. ff. de leg. 1.* Affl. *deciſ. 389.* Marſil. *ſing 482.* Dec. *ad l. cum præſens, ff. ſi cert. pet.* Stracch. *de Mercat. tit. de ſponſionib.* Alphan. *report. 628.*

* Cui adde, quod hæc eſt communis opinio, Alex. *conſ. 152. nu. 2. lib. 2. & conſ. 157. nu. 1. lib. 6.* Io. Cæph. *conſ. 108. per totum, & conſ. 13. lib. 1. & conſ. 19. lib. 4.* Iaſ. *in l. a Titio, ff. de verb. oblig. in l. iuris gentium, §. ſed cum nulla, nu. 3. & 23. ff. de pact. in l. lecta, num. 25. ff. ſi cert. pet.* Hippol. *de fideicom. num. 318.* Loriot. *de pact. cap. 59. de qualitate contractus, num. 2.* Turzan. *comm. opin. 145.* Franc. Connan. *lib. 5. cap. 9.* Anton. Gouean. *lib. 1. variarum, cap. 35.* Franc. Ottoman. *in princ. Inſtit. de verbor. oblig.* Soarez *in ſuo Theſaur. litera P. num. 340. & litera S. num. 204.* licet ipſe ſubtilius contrarium ſentiat.

120 Tamen fallit, ſi ſint merita præcedentia, quia valet, Bald. *in l. generaliter, in 4. oppoſit. C. de non numer. pecun.* Felyn. commendat *in cap. ſi cautio, limit. 14. col. 5. de fid. inſtrum.* Galiaul. *in rubr. de verb. oblig. col. 36. verſ. item iſta.* Iaſ. *in l. ex hoc iure, in 7. effectu, & in §. libertus, effectu* 10. Fortun. Garz. *ad leg. iuris gentium, §. quinimmo, col. 33. verſ. ego vero, de pact.* Et ſic corollarie ex meritis limitatur *lex 2. §. circa, ff. de dol. excep.*

121 Practicando igitur ſi opponatur de nullitate promiſſionis, quia ſine cauſa allegentur merita, & ex cauſa meritorum ſuſtinebitur. Adeo igitur potens eſt merces, & præmium meritorum, laboris, & ſeruitiorum, vt ſuſtineant promiſſionem nullam, & inualidam.

122 Ampliatur vigeſimo ſecundo notabiliter diſpoſitio, *l. ſi pater, §. fi. ff. de dona.* vt licet donans habeat beneficium, nec conueniatur vltra quam facere poſſit, *l. l. inter eos, ff. de re iud. l. diuus, ff. de reg. iur.* tamē ſaliat

in donatione remuneratoria, vt pulchrè voluit Angel. *in l. non tantum. ff. de re iud.* reputans in practica valde notabile, & vt le, vbi Alex. *col. fi.* ad nodum commendat. Notabile etiam reputat Ias. *ad alleg. iam l. inter eos, sub num. 3. vers. limita, &c.* Roman. *cons. 26. col. 2. num. 3. vers. tertio quia, & in famosa leg. si pater, §. fin. ff. de donat.* Ioan. de Plat. *in §. sed & si, colum. pen. Institut. de act.* Ias. *in l. ex hoc iure, in 7. effectu, & in d. §. libertus, effectu 16.* Barbat. *de praestan. Card. par. 1. q. 3.* vbi reputat valde notabile. Tiraq. vbi valde commendat, *in l. si vnquam, in verbo donatione, num. 50.*

Et vltra eam adde in materia bene loquētes, Angel. *cons. 124.* Cor. *cons. 101. col. pen. lib. 1.* Dec. *consil. 238. in fin.* Aimon. *consil. 95. num. 2.* licet aliter videatur velle Bertr. *cons. 85.* sed sibi contradicit *cons. 183. col. 1.* Dec. *in l. diuus, sub num. 2. vers. & ista, ff. de reg. iur.* & hæc est communis opinio, Viu. *lib. 1. opin. 81.* Soarez *litera D, num. 243.*

123 Et sic corollarie habetur limitatio *ad alleg. l. inter eos, ff. de reg. iur. & l. diuus, ff. de reg. iur.*

124 Practicando igitur cautus erit donatarius, vt si opponatur priuilegium deducendi, ne egeat replicare de donatione remuneratoria.

Adeo igitur efficax est merces, præmium, & remuneratio, vt præualeat paupertati, & potius lex non curet quemquam fieri pauperem, quam remunerationem, & mercedem in aliquo lædi, vel offendi.

125 Ampliatur vigesimotertio dispositio *l. si pater, §. fin. de donat.* vt licet donator non teneatur de euictione, si a traditione initium ducat, *l. Aristo. §. fi. ff. de donat.* Ad quam Ias. *consil. 73. in 3. dub. lib. 1.* Curt. iun. *cons. 174. nu. 34* Ruin. *cons. 184. nu. 8. lib. 1.* Boer. *decis. 67. lib. 1.* Bertran. *consil. 117. lib. 2.* Alciat. *respons. 340.* Riminal. *cons. 409. num. 21. lib. 3.* Caball. *de euict. §. 4. vers. tertius casus, sub nu. 2. & nu. 5.*

Cui adde pulcrè loquentes, & de communi attestantes Rimin. *Instit. de donat. §. 1. nu. 108.* Curt. iun. *cons. 188, nu. 27.* etiam si ficta traditio intercedat per constitutam clausulam.

126 Tiraq. *de constit. par. 2. nu. 2. & 6.* Ant. Gomes. *de contract. lib. 2. c. 2. num. 35.* Viu. *lib. 1. opin. 80.* Eman. *in suo thesau. litera D. nu. 189. & iterum num. 241.*

127 Fallit si donatio sit remuneratoria, vt volūt Bar. Alex. Ias. & alij, in l. *Iulianus, §. qui fundum, ff. de verbor. oblig.* Bar. *in l. idemque, §. fi. ff. mandat.* Alex. *consil. 47. col. 2. lib. 3.* Ias. *cons. 34. lib. 1.* Rub. *consil. 95.* Caball. *in d. § 4. sub num. 5.*

Cui adde bonum verbum, quod hæc est communis opinio, quam ponit Pinell. *de bon. mater. l. 1. par. 3. nu. 61. illat. 12.* Gozad. *cons. 60.* Port. *cons. 168. num. 9.* Ant. Gom. *de contract. to. 2. c. 2. cum apostilla.* Soarez. Bursat. *cons. 31. num. 5. vol. 1.*

128 Ampliatur vigesimo quarto dispositio *l. si pater, §. fin. ff. de donat.* vt procedat, & habeat locum, vt fideiussor, cui est facta acceptilatio, causa remunerandi possit agere cōtra principalem debitorem, & sic est vnus ex casibus, in quibus fideiussor licet mihi soluerit, remuneratio tamen sibi parit actionem, quā ponit Bal. *in l. fin. C. de fruct. & lit. expen. col. 3. vers. pone aliquis, per tex. vbi not.* Bart. *in l. idemque, §. fin. ff. mandat.* ad quam Alex. *cons. 47. in fin. vol. 3.*

129 Quem casum non potuit Marsil. *de fideiuss. q. 31. num. 216. cum sequen.* Vnde si fideiussisti ad fauorem alicuius creditoris, cui postea fecisti aliquod beneficium, & ipse donat causa remunerationis, habebis fructum exactionis.

130 Adeo igitur vtilis est merces, & remuneratio, vt tribuat actionem, & fructuosam exactionem, & licet nihil solueris, & sic semper cautus sis, vt fiat acceptilatio non animo donandi simpliciter, quia hoc non sufficeret, vt dicit Bart. *in d. §. fin.* sed exprimatur remuneratio.

Et sic corollarie habetur ampliatio *ad l. pro ea, C. mandati, & c. fin. de fideiussoribus.*

Ampliatur vigesimo quinto dispositio *l. si pater, §. fin. ff. de donat.* vt licet fructus rei pignoratæ, computentur in sortem, *l. si dominum, C. de pign. c. cum contra, eod. tit.* Duen. *reg. 388.*

131 Fallit in fundo feudali domino pignorato quasi in certis casibus virtute remunerationis. Imol. *in c. 1. de feud.* Tiraq. *ad l. si vnquam, in verb. donatione, num. 53.*

Cui adde aliter declarantem Negusan. *de pign. in 5. membro, 5. par. num. 14.*

132 Sed vltra superius adductos subampliatur hęc ampliatio, vt procedat nedū in feudo, de quo loquitur, sed in emphyteuta, qui pignorauit rem emphyteuticam directo domino, vt directus dominus non computet fructus in sorte; ita ampliat, & dicit valde singulare Rom. *sing. 329.* Cui adde Socin. *reg. 3. fal. 5.* Bero. *in c. 1. col. 7. limit. 3. de vsur.* Ioan. de Arn. *probl. 11.* reputans valde notabile in materia vsurarum.

133 Et vltra Negus. & Tiraq. superius adductos declaratur conclusio, tam in feudo, quā in emphyteusi duobus principaliter concurrentibus. Primo, quod vasallus interim abstineat a seruitio, & sic nascitur remuneratio. Secundo, quod tales fructus æquipolleant seruitijs, & è contra, vel saltem pro rata fiat distributio. Innocent. *in c. 1. de feud.* Adrianus *in quarto sentent. in tract. de vsuris, vers. occurrit, vsque ad fin,* pulchre Parisien. *in consuetud. tit. 1. §. 1. glos. 9. num. 11.* Couar. *variar. resolut. lib. 2. cap. 1. vers. hæc vero interpretatio, & post vers. sic examinari,* inferens sic intelligendum, *cap. 1. de vsur,*

Et in materia locati, & conducti, de qua agimus, infertur, vt procedat prædicta in conductore ad lōgum tempus, qui emphyteutæ æquiparatur, vt suo loco dicam.

134 Ampliatur vigesimosexto dispositio, *l. si pater, §. fi. ff. de donat.* vt licet vsuræ omni iure diuino, & humano sint prohibitę, prout est communis opinio attesta-

135 ta per Ias. *in §. omnes, num. 14. Instit. de actio.* Bero. *in rubr. de vsur. num. 80.* Alciat. *in capit. perniciosum, de offic. ordinarij, num. 74.* Masquar. *de iud. eis, part. 1. cap. 11. num. 6.* Soarez *in thesau. receptat. sentent. lite-*

136 *ra V, num. 76.* Potest tamen permitti, & exigi causa remunerationis, cum creditor sic propter illas onera, uit ad aliquid æquale faciendum, *glos. notab. in l. petens, in glos. magna, vers. sed quid si aliquis,* & ibi Clarius Salic. *col. 11. q. 4. in fin.* & Ias. *col. antepenult. vers. tertio nota, num. 17.* Dec. *colum. 6. vers. annota, num. 9. C. de pact.*

137 Et sic habetur alia ampliatio in materia vsurari a, quam nec Negusan. nec Couar. ponit *in alleg. c. 1. lib. 2. variar. resolut.*

138 Tam fauorabilis igitur est mercedis, præmij, & recognitionis potentia, vt quod iure non est licitum, permissum, & licitum reddat.

Decla-

Digitized by Google

139 Declaratur prædicta ampliatio, vt pactum ęquiualeat vsurę, aliàs in eo quod vsura excedit, est prohibita. Ita declarãdo cõtra Sali. *ibi.* tenet Ias. *nu.* 18.

140 Ampliatur vigesimo septimo dispositio, *d. l. si pater, §. fin.* vt impediator repetitio eius, quod solutum est errore iuris. ita Ias. *in d. §. libertus*, scilicet, quando respicit certam speciem obligationis, prout in liberto, secus si in genere suo stet, non respiciendo certam speciem obligationis, *nu.* 7. post Bart. *in l. si testamento, §. 1. de fideius.* Fulg. *ad l. ex hoc iure, col.* 10. Et hæc * est communis opinio, vt attestatur Couar. *in c. cum in officijs, num.* 10. *de testamentis*, licet ipse in puncto iuris contrarium teneat, & fortasse melius *per tex. in l. sed & si lege, §. consuluit, ff. de petit. hæred.* & ita etiã tenet Ias. *lib. 1. singul. respon. c. 6. num.* 22. Fortun. *in l. 1. §. ius naturale, illat.* 10. *de iustit. & iure.*

Et vltra Ias. plene profitentem, *in l. ex hoc iure, a num.* 40. *ff. de iustit. & iur. & in l. si non sortem, §. libertas, a num.* 7. *ff. de condict. indeb.* & Tiraquel. *ad l. si vnquam, in verbo donatione, num.* 17. addam nonnullas proprietates huiusmodi remunerationis.

141 Prima est, quod in ea habet locum retractus. Tiraquel. *de retra. Lign. §. 21. glos. 1. num.* 3.

142 Secunda est, quod in donatione remuneratoria debentur laudemia. Petr. Iacc. de actione in rem pro re emphyteutica, *col. 9. vers. item excepta.*

143 Tertia est, & quidem notabilis vltra Tiraquel. & Ias. quod donatio facta filio ob benemerita, nõ imputatur sibi in legitimam, ex quo hoc lucrum est aduẽtitium. Ita simpliciter per transit Ant. Cucc. *in tract. de ligit. vers. rursus hæc verba, num. 7. fol.* 56.

Verum contrarium est verius, quod immo talis donatio non diminuat legitimam aliorum filiorum, nec deducatur ante omnia, vt ęs alienum, sed filio in suam legitimam imputatur, vel in tertiam, aut quintam bonorum partem, iuxta constitutiones Hispaniç. Castr. *cons. 82. in princ. lib.* 1. Clarius idẽ Castren. *consil. 354. lib.* 2 Socin. *cons. 148. col. 6. vers.* quæ legitima in casu isto, *lib.* 1. Corn. *consil. 90. col. 7. in quarto dubio, lib.* 2. Rip. *lib. 3. respons. de donat. reuocan. c.* 10. *col. pen. post medium, q.* 3.

Declaratur tamen, & ita fortasse saluari posset op. Anton. Cucch. vt non procedat hęc secunda opinio, quando ministeria, operæ, beneficia, ob quæ remuneratoria donatio fit, eius essent conditionis, vt pater in iudicio conueniri posset ad remunerationẽ, prout sunt lucra debita filio, qui negociatus est pro industria, & operibus suis. Ita pulchre declarat Amol. *consil. 65. num.* 6. commendat Didac. Couar. *in cap. cum in officiosis, prope finem, sub num.* 11. *de testa.* inferentes ita intelligi debere *glo. in auth. vnde si parẽs, C. de inoffic. testa.* in qua se fundat Anto. Cucch. & cum ea sic simpliciter pertransit.

144 Ex quibus infertur corollarie intellectus *ad l. viuus, ff. si quid in fraud. patr.* quia hoc ideo ibi procedit, quia obligatio remuneratoria ad hæredes nõ trãsit, vt diximus *sup. ampl.* 11. & sentit Cou. vt supra.

145 Quarta est vltra Tiraquel. Ias. & alios, & deseruire poterit loco alterius ampliationis, vt per donationẽ factam causa remunerationis ob mercedem, præmium, & recognitionem, non intelligatur adeptum legatum, *iuxta leg. sed & si lege, §. consuluit, ff. de petit. hære.* Rub. *conf. 95. n. 14. &* 15. quod tamen sic intellige, si merita fuerint specialiter expressa.

Contra quæ subsistit Mantic. *de coniect. vlt. volun. lib. 12. tit. 6. nu.* 14. ea ratione, quia licet merces, & remuneratio præsupponat aliqualem obligationem, illa tamen non restringit ad remunerandum, *l. 3. §. si quis quasi, in fi. ff. de condict. ob caus.*

Et quod amplius est, potuit testator aliam rem gratia remunerationis præstare, non eam, quam alteri legauerit: & ideo potest videri sponte a priori voluntate recessisse.

Quæ ratio primo loco adducta non videtur vsquequaque tuta, quia luce clarius ex iam deductis constat, talem obligationem inducere omnino ad remunerandum. Et licet potuerit, & steterit in arbitrio testatoris, quam rem voluerit donare, donando tamen, & restringendo voluntatem suã ad hanc particularem rem legatã, videtur ex causa ademisse legatum, *nec tex. in d. §. si quis*, probare videtur Mant. opinionem, si bene inspiciatur. Ex quibus corollarie infertur intellectus, & limitatio *ad l. rem legatam. ff. de adimen. leg.* vt non procedat in donatione remuneratoria, sed in absoluta, & mera donatione.

Et ad confirmationem prædictorum contra Mãtic. opinionem, scilicet, quod obligatio antidotalis sit potens ad remunerandum, & ad hoc non astringat, scribit Seneca *lib. 2. de benef. c.* 18. & quidem diligentius quærendus beneficij, quam pecuniæ creditor; huic enim reddendum est quantum accepi, & si reddidi, solutus sum, ac liber, at illi plus soluendum est, & nihilominus relata gratia cohæremus.

Quin & ingratitudinẽ peccatum esse cõstat quãdoque mortale, vt quando fit contemptus beneficij accepti, vt per D. Tho. 2. 2. *q.* 107. *art.* 3. Et licet qui beneficium facit, nõ habeat ius exactionis, cum animo liberali id egerit, & ideo remuneratio nõ est debita ex legali oblatione, sed ex honesta & morali, vt idem Thomas *probat.* 2. 2. *q.* 106. *art.* 4. 5. *&* 6. Et sic poterit intelligi, *l. 3. §. si quis, ff. de condictione ob cau.* per Mantic. *allegat.* Et si contra ingratos actio aliqua non est inuenta, hoc fuit ne tot lites oriantur, quia mille fori non sufficerent, tam infinitus est numerus ingratorum, vt pulchre deducit Couar. *in cap. cum in officijs, sub num.* 10. *de testamen.* Fortun. Garz. *in l. 1. §. ius naturale, ff. de iustitia & iure, illat.* 10. late Mannos. *de ingratitud.* Et si contra aliquos est ingratitudo, est cõtra infęlices legum professores: si enim hodie Bart. reuiuisceret, sine fauoribus nihil faceret, & literæ torpescunt.

146 Sexta est, quod donatio remuneratoria nõ sit verè & propriè donatio, ita vt prohibitus donare possit remunerare, *l. Aquilius regulus, ff. de don.* vbi ad propositum materiæ locati & conducti, de qua agimus, appellat officiũ magistri conducti mercede remuneratum, Bald. *in l. sed & si lege, §. consuluit, ff. de petit. hæredit.* Bart. *in procem. Digestorum in l. per diuersas, C. mandat.* Ioan. Andr. *ad Spec. titul. de instru. edit. §. porro, colum. fin.* Alber. *in prima part. statut. q.* 122. prædictam materia. Panorm. *in rubr. de donat. & in cap. per tuas, cons. 3. colu. fin. lib.* 2. Alex. *ad l. iurisgentium, §. quinimmo, colum. 4. versic. iuxta prædicta, de pact. consil. 217. col. 1. lib. 2. consil. 43. colu. 6. lib.* 4. Are. *cons. 17. colum.* 5. & hæc est vera, & communis opinio per omnes vbique approbata. Verba Tiraqu. *ad l. si vnquam, in verbo, donatione, sub num.* 11. Cui adde de communi pariter attestantes, quos posui su-

pra, *ampliat.* 17. Dec. & Cagn. *ad l. donari, ff. de regul. iur.* Gabal. *de euic.* §. 4. *num.* 5.

147 Vltra quos omnes ampliatur, vt procedat, siue quis sit prohibitus donare simpliciter, siue sit specialiter adiectum, nec donatione mera, neque conditionali, neque sub modo; adhuc enim remunerari pōt. Summa Ange. *in verbo, donatio.* 1. *num.* 52.

Vnde sint verba quomodocunq. concepta in vim donationis, merces, præmium & remuneratio semper intelligitur excepta, & priuilegiata.

Declaratur ex intentione allegatæ summæ Ang. Primo, nisi quis prohibeatur alienare, quia non habeat administrationem in rebus liberam, vt sunt nominati per eam *in d. ver. donatio, & num.* 2. *vsque* 17.

Secūdo, nisi prohibeantur donare propter legitimam causam, vt sunt *a num.* 14. *vsque* 22. Tertio, nisi qui non possunt donare in damnum aliorum, vt sunt *in n.* 59. *& ead.* Ang. *in verbo immunitas*, §. 53.

148 Et sic patet corollarie intellectus ad allegatam l. donari, in verbis illis, nullo iure cogente, quia negari non potest quin naturaliter obligatus sit naturali saltem obligatione, ad benefaciendum benefacienti, vt per Dida. superius allegatum.

Septima est, quod donatio remuneratoria nudo pacto fieri non valeat, & sic in ea non procedat dispositio, *l. si quis argentum*, §. *fin. C. de donat.* Bar. *in l. iuris gentium*, §. *quinimmo, ff. de pact, num.* 20. vbi Ias. *num.* 19. dicit hanc esse communem opinionem. *Iul.* Clar. *in* §. *donatio*, *q.* 14. *in vers. quæro an dispositio.* Emanuel. *in suo thesau. litera D. nu.* 245. Et sic vides, quod licet donatio remuneratoria sit in tantū priuilegiata, nudo tamē pacto fieri non possit, & sic fauore meritorū, mercedis, & remunerationis, nudum pactum actionum non producit, *ad no. in c.* 1. *de pact.*

149 Octaua sit ad intellectum ampliationis supra positæ in ordine 7. & materiam *l. mulieres, C. de dignit. lib.* 11. Quod potest aliquis dare, vel promittere vxori iuueni, vel generosæ, vel nobili in præmium, mercedem, & recognitionem iuuentutis, vel nobilitatis, d. l. mulieres. Abbas, & Præpositus in cap. de illis, de condic. appositis. Castren. *ad l. si ita stipulatus fuero*, §. *si tibi nupsero, ff. de verb. oblig.* Bart. in l. diuortio, *ff. eod. tit. facit glos. recte intellecta, in l. si voluntate, C. de fideicommissis*, vbi Bart. *not. Campeg. de dot. par.* 1. *q.* 52. Ioa. Lup. *in c. per vestras not.* 3. §. 32. *de donat.*

* Et hæc est communis opin. Curt. *iun. cons.* 6. *num.* 20. Ioan. Lup. *vt sup. num.* 7.

150 Ampliatur hæc conclusio, vt prædicta procedāt, tam ante matrimonium, quam eo constante. Abb. *in c. fi. de don. inter vir. & vxor.* Guid. Pap. *cons.* 112.

151 Declaratur, vt procedat, & intelligatur, quando expresse constat, quod animo remunerandi factum sit. Sal. *in l.* 2. *C. de dote caut. non numer.* Gugliel. Mainer. *in l. ambiguis. pro dote, n.* 58. *ff. de reg. iur.* pulchre Couar. *in epito. de sponsa. c.* 3. §. 5. *n.* 2. *in fin.* vbi reprobat Crau. contrarium tenentem, *cons.* 51.

152 Declaratur vlterius, vt non teneatur vxor donataria, transeundo ad secunda vota, hęc bona sic pro remuneratione donata conseruare filijs primi matrimonij. Rip. *in l. fœminæ, n.* 35. *C. de secun. nup.* sic illam intelligens. Ioan. Lup. *in rub. de don.* §. 50. *n.* 35.

153 Declaratur, vt huiusmodi donatio appelletur cōstitutio dotis vxori facta, sed vxor non habet priuilegia veræ dotis, cū non sit dos, sentit Rom. *cons.* 445. *col. pen. vers. vnde inferendo*, Couar. *vt sup. nu.* 5. *in fin.*

154 Ex quibus corollarie infertur ad materiam, l. *Titio*, §. 1. *ff. de condic. & demon*, posse quam ad matrimonium inuitari spe lucri consequendi, quam præter eius interpretes, dicit singularem, Ioan. Lup. *in c. per vestras, in* 3 *not.* §. 21. *col.* 2. *de don.*

Declaratur, vt id possit fieri non tantū adiecta cōditione sed & per modum, sicuti si quis aliquem hęredem instituat, vt matrimonium cū Berta contrahat; quod si non fecerit, vult eum priuari illa hæredicate. Oldr. *cons.* 16. Aret. late *d.* §. *si nupsero*, declarando latè, vt per Couar. *in allegato loco, n.* 7. *cum seq.* ad quem recurras pro intellectu, *d. l. Titio*, §. 1. Regula proposita recipit multas notabiles declarationes, quorum aliquæ sunt insertæ ampliationibus præpositis, & maxime aut sumus inter personas prohibitas, vel nō prohibitas. Similiter aut merita sunt æquiualentia, vel non: aut sunt expressa in genere vel in specie, & quod stetur iuramento, quæ omnia deseruire possunt pro vniuersalib. limitationibus ad regulam secūdum Doct. in eis passim allegatos, Vnde hæ sint limitationes aliquæ. Similiter si merita, & seruitia erant talia, quæ quis tenebatur præstare, vel non, vt diximus sub ampliatione quinta.

155 Vnum non omittam circa illud de expressione meritorum, quod verior opinio videtur, vt etiam inter personas non prohibitas, non sufficiat generalis expressio meritorum, sed merita debent specificari,

* prout late defendit Socin. *cons.* 295. *volu.* 2. attestans ita pluries consuluisse, nec habere contradictorem. Idem late combrobat Tiraq. *ad l. si vnquam, in verb. donatione, num.* 80. cum multis sequen. addit. ad Alex. *consil.* 14. *vol.* 1. Vbi pulchre loquitur Rube. Alexan.

* *cons.* 95 *late* Anchar. Regien. *quæst. familiar.* 12. *vsque in finem*, licet Dec. *l. si donatione, num.* 19. *Cod. de collat. & consilio* 20. licet sub distinctione, contrarium tenuerit, Rip. *lib.* 3. *responsorum, cap.* 9. Ias. *cons.* 159. *libro* 2. quia idem Dec. melius cogitando comprobat, & sequitur opin. Socin. *consilio* 366. *colum.* 3. *versicul. venio ad tertium*, & sic se commodauit schenæ, & non iurisperitis, sed litigatoris negocium gessit, prout eum appellat Regien. *allegata quæst.* 12. *part.* 2.

156 Et vltra superius allegatos ad huius opinionis cōfirmationē dico, quod illa verba solita apponi in instrumentis, pro benemeritis, & gratis seruitijs, intelliguntur in dubio, aliter non constito de meritis obsequialibus, non de remuneratione dignis, nam quilibet dicitur meritus, qui non offendit *l. cum pater*, §. *rogo, l. Lucius*, §. *Lucius, ff. de legat.* 2. in terminis, Bal. *in c. si sistratus, col.* 1. *de rescript.* pulchre pulchra addit Alex. ad Bart. *in l. si forte, litera E. de Castren. peculio*, vbi etiā inuehit, quod talia verba, vt plurimum apponuntur de stilo notariorum. Practicando igitur cautus erit diligens Aduocatus, & Procurator, vt consideret omnia prædicta tam articulando, quam excipiendo.

157 Declaratur vlterius, vt fiat pro seruitijs imminē tibus, vel præteritis, non futuris. *Ita* Imo. & Roma. *in d. l. Aquilius.* Ias. *in l. ex hoc iure, in primo effectu, ff. de iusti. & iure*, Castrens. *consil.* 345. *colum.* 3. *versic.* 3. videtur, *libro primo*, dicens eue casum secundum eum apertum *in l. donatio, Cod. de donatio.* Facit, quia reddere & remunerari pręsupponunt seruitium iam

præ-

præstitum non præstandum *l. verbum reddendi, ff. de verb. signific.* Tiraquel. *ad l. si vnquam, in verb. libertis, nu. 95. C. de reuoc. donat.*

Nona sit cōclusio donatio remuneratoria non reuocatur. Etiam cessantibus meritis. Bursat. ex communi, *conf. 304. nu. 12. vol. 3.*

Et vltra alios ad confirmationem facit, quia intētio remunerantis, & mercedem facientis debet esse dirigi pro actu retroacto, & preterito, & iam consumato. Vnde in simili si mutuo hodie tibi decem ad hunc finem, vt in futurū eueniente casu mutues alia decem, est vsura, *gl. fin. notab. in can. Feneraueris, 14. q. 3.* Abb *in c. fin. col. fin. de vsuris.* Laurent. de Rodulph. *in tract. de vsur. q. 3.* Roman. *conf. 506. col. 3.* Barbat. *in c. illos vos, col. 2. de pignor.* Similiter est furtum, *l. si pignori, ff. de furt. & est simonia.* Innoc. *in capit. tua nos de ætate, & qualitate, inuchens* contra Cardinales procurantes beneficia pro seruitoribus suis. Angel. *in l. sed & si lege, §. consuluit, de petit. hæredit.* de cuius tamen veritate Ioan. de Anal. *in cap. cum essent, de simonia.*

Et casus iste de mutuando ad effectum mutuandi est admodum frequens, vtilis, & practicabilis hisce temporibus, quibus omnia fiunt vt vulgo dicitur *à disegno*, & sub spe lucri duplicati.

158 Redeundo ad principali propositum, secunda sit conclusio. Licite quis mercedem recipit pro indicando furem, vel malefactorem, *l. solent*, vbi not. Ias. de *præscr. verb. in l. 4. §. si tibi indicium, ff. de condic. ob turpem causam.*

Tertia sit conclusio. Nulla merces, salarium, vel præmium debetur pro indicando seipsum. Vnde sit fiat proclama pro indicando furem, vel alium malefactorem, non comprehendit ipsum delinquentem se reuelantē. Bart. asserens in facto habuisse in quodam fornario, *in l. 3. §. si ex stipulatu, ff. ad Sill.* vbi dicit esse casum notabilem, & quotidianum. Salic. *in l. 1. C. eod. & in l. 1. C. de mulier.* quę proprijs seruis se immiscuerunt. Ioan. And. ad Spec. *tit. de furt. in princip.* Ias. *in d. l. 4. §. sit tibi indicium*, vbi similiter dicit esse casum notab lem, & quotidianum. Anan. *in c. qui cum fure, num. 8. de furt.* Aug. ad Ang. *tit. nec non ad nuntiam, numero 31.* & hæc est communis opin. Iul. Clar. *in §. fin. quæst. 77. vers. in multis*, dicens in facto euenisse in nocte Veneris Sancti. Cauti igitur sint delinquentes, ne sub auara spe mercedis, lucri, & præmij se ipsos iugulent, & cum adagio, turdus sibi mortem faciat.

Ex quibus in materia mercedis remuneratorię sic (Deo fauente) discussis, eliciūtur plures illationes ad intellectum, *l. 3. & 4. ff. de condict. ob cau.* & in hac locati & conducti materia, eiusque propositum.

159 Prima sit. Apud iudicem exteriorem nemini licet agere ad mercedem, vel præmium eius operis, quod habet crimen ab eodem iudice pœna exteriori puniendum, *l. mercalem. C. de Condit. ob turp. cau.*

160 Secunda. In pari turpitudinis causa lex humana denegat actionem, & repetitionem eius, quod propter aliquod scelus committendum datum fuerit, *d. l. 4. in princ.*

161 Tertia sit. Vtcunque humana lege denegata sit repetitio eius, quod ob crimen, vel maleficium datū fuerit, non tamen ex hoc accipiens erit tutus in animæ iudicio ratione materiæ, quæ vendibilis, vel locabilis non est, vel quod conuentio fuerit iniqua, & sic tenetur ad restitutionem Couar. *in reg. peccatum, p. 2. §. 2. sub nu. 6. vers. tertio, &c.*

162 Quarta sit conclusio. Etiamsi propter parem turpitudinis causam quotiens datio & receptio est illicita, minime cōpetat danti repetitio, tamen vbi ipsi receptio est licita, non tantum repetitio negat ur, sed & retentio ipsa iustissima est, ex ratione *text. in l. 3. §. sed cum meretrici*, de quo superius vidimus.

163 Quinta est. Si quis promiserit alicui parasito, vel ioculatori, vt is sub vera mercede, vel salario inter ludicra, & iocos patiatur alapas, & verbera, quod si merces promissa sit moderata, promittens cogi poterit ad talem mercedem persoluendum, ex quo ars in se licita est ad hominum delectationem, modo exerceatur absque proximi præiudicio, & læsione honestatis. D. Thom. & Caiet. *2. 2. q. 168. artic. 3.* Siluest. *in verb. arf. q. 7.* Couar. *vt supra, numer. 5.* licet Zas. contrarium sentiat *in l. generaliter, n. 31. de verb. oblig.*

Et sic in materia locati, & cōducti, de qua agimus, quis locare potest personam suam ad delectationem populi, & ad iocandum, vt suo loco videbimus.

De famulis & pedissequis.

De mercede famulitia.

QVÆSTIO X.

Offert se alia vtilis, & practicabilis indagatio cuiusdā conductionis de famulo cōducto nulla mercede cōuenta, vel promissa, an ei debeatur ali-
1 quod salarium. Auari namque sunt Domini vix alimenta permittentes, e contra famuli, & pedissequę conqueruntur de non dato concedenti salario, quod fortasse magis merentur pedissequę, quam famuli.

Et pro parte negatiua facere videtur *text. in l. sed & si quid, §. sufficienter, ff. de vsufruct.* vbi seruis sufficienter consultum videtur, si secundum eorum statum, & conditionem alantur, & vestiantur, nulla alia salarij mentione facta, quem textum ibi Bal. dicit esse valde notabilē, & singularem ad cognoscendum quando quis dicatur sufficienter, & condecenter, vt vulgo dicitur *calzato & vestito* pro testamentis exequendis.

Secundo facit *l. in rebus, §. possunt, ff. commendat. ibi.* nam cibariorum expensæ naturali ratione ad eum pertinent, qui vtendum accepit seruum, ergo ad sola alimenta tenetur, quæ cum seruitio computantur, *per l. item si serui, §. 1. ff. de edil. edic.* Vbi Vero infert ad quotidianam quæstionem secundum eum, quod si quis acceperit falconem alicuius, vt nutriret, sed eo vsus fuerit, quod non repeteret expensas, quæ cum seruitio computantur.

ADDITIO.

☞ *Sum. Angel. in verbo iuramentum V. num. 19. vbi si iurauit seruire, & fuit promissum salarium quolibet mēse, si non habet, potest agere ad interesse.*

2 Pro contraria parte facit præceptum Dominicū in Euangelio. Dignus est mercenarius mercede sua;

& si quis fraudat aliquem mercede sua, effundit sanguinem. Cano. Imolen. 14. q. 5. Cass. *in Catalo. glor. Mund. part. 3. considerat* 1. *nu.* 8. *vers. condescendo.* Tiraquel. *ad l. si vnquam, in verbo, facultatem*. Silu. *nupt. fol. 9. lib.* 1.

3 Conclusio igitur est negatiua, quod regulariter famulo, vel pedisseque nullum debeatur salarium, nisi sit cōuentum, sed debetur simplex victus, & vestitus. Bal. *in l. sed & si quid, §. sufficienter, per illum tex. ff. de vsufruc.* sequitur & commendat Alex. *in l. in bis, §. seruis, ff. solu. matrim.* Dec. *cons.* 132. *in fine* late Granut. *theor.* 12. *nu.* 12. *cum seq.* Rot. Nouiss. 55. *part.* 1.

4 Declaratur allegata conclusio, * vt non procedat probatis duobus extremis, videlicet quod ille sit solitus locare operas suas, & alia, quod ille sit solitus conducere. Feder. de Sen. *cons.* 18. *in fin.* quod consilium est valde frequens in casu, de quo agitur. Idem tenet Alex. *cons.* 109. *num.* 12. *lib.* 6. Ang. *in verbo familia, in fin. num.* 10. Bonacos. de famulis, *q.* 79. post Natt. *cons.* 376. *nu.* 4.

Cui adde in materia bene loquentes Rebuff. *de famulorum salar. gl.* 3. *in princ. to.* 2. Soc. *in consil.* 196. *vers.* 4. *& vlt. vol.* 2. Hieron. Gabr. *cons.* 170. *nume.* 20. *volu.* 1. Simon de Præt. *cons.* 53. *num.* 2. & ita fuit pluries obseruatum in sacro Rotæ auditorio, vt per Pute. *dec.* 45. *lib.* 2. quæ allegatur in recollectis per Cassan. *decis.* 170. *alias* 163. Granut. *theorem.* 12. *num.* 12. *cum sequent.*

Cui adde Archid. 1. *q.* 1. sunt Rebuff. *de priuil. schola. priuil.* 163. *& seq.* Castrens. *cons.* 346. Roma. *cons.* 140. *nu.* 2. Petr. Moncada ad Crotum, *de testibus, p.* 4. *nu.* 139. & ibi Capra. *reg.* 88. *nu.* 46. Menoch. *cons.* 228. *nu.* 4. *decis. Genuens.* 115.

5 Practicando igitur in hac vtili materia locationis famulorum, quæ passim contingit, scias in articulis, & interrogatorijs deducere: nam primo ad fauorem petentis salarium deduces, qualiter iste est solitus inseruire varijs, et diuersis personis, a quibus accepit pro salario tot, vt te monet Castrens. *in allegat. cons.* & si hoc facere non valeat, recurras ad generalem consuetudinem, & loci obseruantiam, prout in Gallia, quæ in hoc sufficit. Granu. *theor.* 12. *nu.* 15.

E contra etiam pro reo conuento cōsidera, si tuus principalis reperisset alium valde amicum, qui gratis inseruisset, & sine præmio, vt monet Alex. in allegato consil. qui loquitur, & deseruiet tibi nedum in famulo, sed in quolibet negociatore, et factore. Item, quod talis inseruiuit multis absq; salario. Item, quod est valde amicus, potest etiā esse quod frater rei conuenti recepisset in domum aliquem famulum præter voluntatem eius, vt considerat. Castrens. *vt supr. in allegato consilio.*

6 Vnde vidi in facto casum. Duo fratres rustici habitabant simul; vnus conduxit famulum, qui inseruiuit ambobus, petit salarium pro rata a fratre, qui nō conduxerat, qui excipiebat non teneri, quia non cōduxerat, sed stante quod inseruiuit, cur non tenetur?

7 Declaratur secundo allegata conclusio, vt no procedat in famulo, vel pedissequa alicuius industriæ, vel peritiæ, qui gratis operari non præsumuntur. Ide in paupere, qui non habet vnde viuat. Petr. de Vbal. *de duobus fratribus, p.* 6. *in fi.* Bonacos. *n.* 79. nisi dicas, habet victum, & vestitum.

8 Declaratur tertio allegata conclusio, nisi consuetudo aliud in contrarium disponat, quæ in hoc attendenda est, vt patet ex Alex. cons. & alijs superius in prima declaratione adductis.

9 Declaratur quarto, vt non procedat de æquitate, secundum quam debetur, aliquod salarium famulo, vel pedisseque, quando æquitas sit considerabilis, & scripta, & ita tenuit Rota in vna Romana mercedis coram Reuer. P. Bonnarino die 16. Iunij 1570. cuius verba referuntur a Granut. *theorem.* 12. *sub num.* 10. Solet allegari Bal. *cons.* 155. *vol.* 4.

A qua etiam decisioni habes, quod si famulus, negociator, vel similis, qui diu inseruiuit, & tacuit, nunquam interpellando de salario, sibi præiudicat. Vnde caute interpellandum est.

10 Debet autem dominus alimentare famulum, vel pedissequam, & vestire vestibus condecentibus secundum ordinem, & qualitatem ipsorum dominorum, *l. sed & si quid, vbi glos. ita exponit. ff. de vsufruc.* & plus expendit Domicellus, quam alius nobilis, & diues, quam alius, vt ibi per Angel. & ad hæc vestimenta præstanda dominus compelli potest, vt per Bonacos. vt supra, Rebuf. *in l. de verb. victus, col.* 1. *de verb. significat.*

Declaratur tamen, quia aliquæ vestes dantur famulis ad ornatum, & istas per recessum debent reconsignare Dominis suis, prout sunt vulgo *liuree* domicellorum, & Magistratuum; quædam sunt ad vsum quotidianum, & istæ censentur donatæ. Castr. *in l. id vestimentum, ff. de pecun.* & tangit *in l. peculium, ff. eod. tit.*

11 Declaratur vlterius, quòd si famulus tenetur seruire pro alimentis ex pacto, eo recedente restituere tenetur vestimenta facta, alias secus pacto non existente. Bermun. *de publ. concub. num.* 32. *fol.* 325.

12 Similiter si famulus recedit infra annum a Domino, & non reddit vestimenta trita, prout extant, dominus retinere potest de salario quantum est illud pretium vestimentorum. Bal. *per illum tex. in l. in his rebus, §. serui, col.* 2. *ff. sol. matr.* Immo poterit dominus propria authoritate spoliare famulum vestimēta non reddentem. Vt Bald. *in d. §. seruis.* Quod quandoque mechanicum videtur.

Ex quibus sequitur corollarie casus, in quo quis dicere potest ius propria authoritate.

13 Pone, quòd seruus, seu famulus a Domino recedit culpa Domini, vtiq; vestimenta non sunt retinenda, si non debet fieri integra solutio, iuxta distinctionē positam in materiam locati, & conducti, *in l. si vno, §. item cum quidam, ff. locat.* Et si dominus vult restituere quantitatem, vestimenta non sunt auferenda, alias auferenda sunt, & ita de consuetudine seruatur. Aufred. ad Tholol. *q.* 337.

14 Ad id tamen, quod superius dictum est, licere spoliare de facto, & propria authoritate, declaratur esse verum in fugitiuo, & suspecto, vt non possit haberi copia iudicis, ita Bal. *in d. §. sufficienter, & in authent. habita, C. ne filius pro patre,* Commendat Alex. *in d. l. in his, §. serui, num.* 2. *per l. ait prætor, §. si debitorem, ff. quæ in frau. cred.*

15 Et sic corollarie ampliatur iste textus, vt procedat, & vendicet sibi locum in Domino coram famulum fugitiuum, & suspectum.

16 Sed pone vnum notabile ad intellectum *l. nec semel, §. si in habitationem, ff. quando dies lega. cedat.*

Quis

Google

Quis pro salario,& mercede,vel loco ipsius promisit famulo vestes hiemales,& æstiuas,quādo,& quo tempore debētur? Vtique hiemales Kalend.Septembris: æstiuæ Kal.Aprilis Casus est *in l.1.C.de veste milit.li.* 12.& ibi Bart. dicit esse casum valde notabilem, & quotidianum pro familiaribus,& seruitoribus.Commendat Rom.*sing.*601.per allegatam *l.nec semel.§. si in habitationem.* inferens ad legatum vestium in testamento vxori factum; nam debentur modo, quo supra.Commendat etiam Corset. *in singul.suis in verb. Vestis*,Ias.*in l.1.num.3.C.de legat.*Felyn.*in capit. causam,column.* 12.*in fin. de rescriptis*,Aufrer. ad Tholos. *quæst.*337.

17 Et in materia locati, & conducti, de qua agimus, notabilis est *text. in d.§. si in habitationem*. Si legetur per testatorem alicui pensio annua,vel quotannis,similiter mercedes perceptorum annuæ,vel quotannis intelliguntur enim pro tempore debito, & quo solui solent,& debent,& sic tempore necessitatis.

18 Vnde infertur in hac materia locati,& cōducti ad practicabilem quæstionem.Conduxi talem Aduocatum,Medicum,et similes,et promisit seruire in anno, intelligitur quoties necesitas imminebit,& vrgebit.

Et prosequendo materiam salarij,& mercedis, famulorum,& pedissequarum vltra Granut.supra allegatum, nunquid famulo debebitur salarium solitum, vel promissum omni tempore? Plura considerantur.

Causa, Culpa, Consensus, Infirmitas, Diminutio.

Causa, De hac tetigi supra de retentione vestimentorum, *per l. si vno, §.item cum quædam, ff.*

19 *locati*,& angam in rubrica si non fiat per locatorē, & famulo a domino sine causa expulso debetur integrum salarium etiam pro tempore futuro, quo non inseruiuit,si cum alio post expulsionem non steterit, nec per ipsum stetit quo minus alijs inseruiret. Thol. *decis.*268.*per ll.in materia locati, & conducti loquentes in l.qui operas,& l.sed addes,§.fin.ff. loc.glos. in l. diem functo,ff.de offic.assess.*Innocent.*in c.propter, in verbo remissio,de locato,& conducto*.

20 Practicando igitur cautus erit bonus iudex inspiciendo, si potuit famulus reperire alium dominum, & in hoc perquisitio facta est,& diligentia adhibita, faciunt no.ata *in l. in iure ciuili,ff. de reg.iur. & ff. de condit.& demonstrat.& in regul.cum non stat, lib.6.* & supra tetigimus in materia aduocati,& procuratoris de substantia locationis secundo tit. *de fruct. & lit. expens.*

ADDITIO.

☞ *Addo etiam aliud in practica vtile, & fructuosum. Quod si famulus commisit seruire per quinquennium. Et dominus iratus expellat eum, et labatur de tēpore aliqua pars,nō liberabitur ab obligatione seruiendi pro tempore residuo dominus requirat,nisi cū alio iam se accommodauerit.Alber.in l.stat liberos §.si ita sit libertus,tt.de statuliber.Casus tū dominis Phantasticis valde quotidianus.*

21 Culpa. Si famulus sua culpa recedat, mercedē futuram amittit, Bald.*in l.2. num.2. vers.sed si quis permittat,& in l.eadem,nu.7.C.locat.* Doctores in *l.penul. ff.solut.matrimon. in l.diuersitatis, C. de postliminio reuer.*Ferret.*de milit.instit.nu.*13. Rebuff. *de priuil. scolar.priuil.*163.Bonacos.*de famul.quæst* 79.*circa mediū.* Et si pro famulo sua culpa condemnato aliquid soluo,computatur in mercedem,Alber.*per illam leg. in l.si colonus,ff.de aqua plu.arcen.*& Rusticis sæpe in facto occurrit Bart.*in leg. in ijs rebus,§.seruis,nu.4.* vbi Rom.*num.26.ff.solut.matrimon.*Vinc.de Ann.*singul.* 287.Paris *de sindic. vers.salarium, vers.si officialis, nu.* 13.*Et si famuli operas conduxisti,pro quo fideiussit Titius, pro omni damno aut culpa finali, tenebitur Titius,etiam de furto facto, quod in eo dolus requiratur,cum appellatione culpæ in stipulatione fideiussoria adiecti,& dolus contineatur, Bart.*in leg. quod Nerua,num.*10.*ff.de deposit.*sequitur Alexan. *in l. etiā §.licet,n.8.ff.soluto matrim.* Tiber.Dec.*tract. crim. lib.* 1.*c.6.tomo* 2.

ADDITIO.

☞ *Sed quid si Famulus recedat à Domino, & remaneat debitor? Vtique Domino potest retinere eius bona, donec soluat, Bar.in l.de his rebus §.seruus in 4. Et ibi Roma. n. 26.ff.sol.matrimon. Vincent.de Anna singular.287.*

22 Consensus. Si famulus non vult amplius inseruire, & dominus contentus est licentiare,sed de præterito nihil vult dare,nunquid possit? Respondet Bald. *in d. l.eadem, nu.8.* quod si tantum damnum patior de recessu,quantum commodum habui de seruitio,nō teneor propter compensationem hinc inde: sin autem mihi damnum,nec interesse aliquod est,tunc ego dominus teneor soluere pro rata. Bonacos. *de fam. q.* 109.

23 Infirmitas. An famulus,debeat habere salariū pro tempore infirmitatis,*glos.in l. arboribus, §. de illo, in verbo,ægrotante*,tenuit quod sic,eum non stet per eū, quominus seruiat, per textum in materia locati, & conducti,*in l.qui operas,ff.locati.* Et hæc opinio est verior de æquitate,& pietate,& pluries secundum eam fuit iudicatū.Siluan.*consil.28.n.2.& 23.*Innocen.Io. Andr.& Barbat.*in c.3.*loc.Domini.Hostien.& Speculi.relati per Aufr. ad Tholos. *q.*268. & dicit cōmunem Imol.*in c. 3.locati*.

Pro qua est bonus tex.*in l.4.§.Stichus,de stat. liber. & l.1.§.diuus,de extraor.cogn.* Bal.*in l.fin.C. de condict. infert.& æquiorem* Io.Vad.*q.*7.

24 Contrarium tenet Abbas *in c.1.de cler.ægrotāte, vel debilitato,n.6* gl.*in l pen.C.de condict.ob causam, & in d.§.diuus*,Bar.*in l.si vno,§.item cum quidam ff. locat. in l.operæ,ff.de vsufruct.leg.*Anchar.Butr. & Imol.*in capit.propter sterilitatem,* locati, & hæc opinio est de iure verior,& communis. Doctores *ad l. diem functo, de offic. assess.* vbi Cagn.*nu.*215. Bolognet. *numero* 72. Viui.*lib.1.opin.*108.Soarez.*in suo thesau.litera L, num.* 48. vbi tamen ex pietate residet cum præcedenti opinione. Viuia. tamen, vt supra testatur pluries iudicatum.

Cui adde ab eo non allegatos,& de materia bene loquentes,& de communi pariter attestantes Ias. *ad d.l.diem functo,num.*47,Couar.*var.lect.li.3.c.*143. Alb. *in d.leg.operæ,& in d.l.arboribus,§.de illo.*Bonacos.*in tract.de famul.quæst.*103. Cagnol.*in d.leg. diem functo, num.*

*num.*215.vbi Bologn.*num.*72,Bald.*in l.liberti,nu.*15. *C.de oper.liber.*

25 Conciliantur primo loco opiniones est allegatis, vt prima procedat de æquitate, vel pietate, secunda vero de rigore iuris, Vnde iudex habens latas habenas, vt Gubernatores Prouinciarũ,& Ciuitatum, qui possunt cognoscere sola facti veritate inspecta, in curia mercatorum, & similes poterunt deputare salarium,& mercedem famulo infirmo,& vidi quandoque in facto ad bonam cautelam iudicibus inferioribus causam salarij committi cum clausula, sola facti veritate inspecta, ad effectum procedendi iuxta regulas æquitatis, licet Vtui. vt sup. in hoc contrarium teneat Sebast.Medic.*de cas.& pericul.q.*6.*nu.*6.*par.*1.

26 Conciliantur secundo, vt prima opinio multo magis procedat stante consuetudine ex his, quæ superius diximus ad gl.*in l.excepto, C. locat*, secunda verò opinio procedat semota consuetudine, quia tunc non debetur, nisi in casu speciali, *l.post daps, C.de aduocat.diuer.iudic.dicam in tit.de offic.assessorum*,& ita conciliat Summa Angel.*in verbo familia,num.*2. vbi in materia locati, & conducti, dc qua agimus, allegat formolam propositionem. Casus contingens in personam locatis operas suas liberat conductorem a præstatione mercedis, *ex l.si vero,§.item cum quidam,ff.locat.leg in rebus,§.possunt.ff.commendat,glos.in l.fin.§.idem iuris,& ferendo,ff.ad leg.Rhod.de iact.*

Ex quibus elicitur corollarie ampliato ad materiam, *l.diem functo,ff.de offic.assessorum*, vt sicut in casu mortis salarium currit, ita & in casu infirmitatis; facit vltra Doct. ibidem *l. cum hæres,§. Stichus, ff. de stat. liber.* vbi quando stat per seruum, quominus seruiat libertas debetur.

27 Conciliantur tertio, vt secunda opinio procedat, quando salarium debetur ratione personæ, prima verò opinio procedat si salarium debeatur respectu aliorum. Vnde potestas, qui habet famulos, licet infirmetur, vel moriatur, tamen heres tenetur, ita Aufrer. ad Tholos.q.628.*per l.si pecuniam,ff.de condic.ob caus.* Gemin.*in c.*1.*de cler.non resid.lib.*6.

28 Conciliantur quarto, vt prima opinio procedat in infirmitate non culposa, secunda opinio procedat in infirmitate culposa prouenta culpa, & defectu famuli Flor. *ad l.arboribus,§.de illo, de vsufruct.* Et notabilis est hęc intelligentia,& declaratio in actu practico in multis, nam nec paupertas culposa in restitutionibus,& similibus prodesse non deberet.

29 Conciliantur quinto, vt prima opinio procedat, vt si famulus factus sanus seruiat quatenus seruiuisset non infirmus Bertach.*in verb.famulus,verf.*3.Bal. *in l.si. C.de condit.instr.* vbi idem tenet in stipendiartjs *in l.liberti,rol.*6.*C.de oper.liber.*

30 Bene tamẽ verũ est, quod si Dominus dicat famulo infirmo, tu non potuisti seruire anno pręterito ex infirmitate, restaures in præsenti, non tenetur Tiraq. reputans hoc admodum notabile, *ad l.boues,§.hoc sermone,n.*63 *ff.de verb.signif.*

31 Conciliantur quinto in famulo ad certum tempus conducto, tunc procedat prima opinio, secunda procedat opinio in famulo conducto sine præfinitione tẽporis. Port.dicens hoc notabile, *in §.apud, num.*2 *Instit. de rer. diuis.* æquiorem, & humaniorem dicit Io.Vad.q.7.

32 Conciliantur sexto, si famulus seruiebat titulo la-cratiuo,& debet habere salarium tempore infirmitatis, si titulo oneroso, tunc habebit, si pro modico tempore fuit infirmus,& modicam habebit pensionem; secus si magnam. Collec.*in c.si autem de rescript.* Innocen. *in cap.pen. locat.* Capel.Tholol. *decis.*359. vbi Aufrer. infert ad milites stipendiarios, vt si capiantur ab hostibus, recuperare non habeant salarium si eorum leuitate, vel nõ ex improuiso fuerint capti, alias secus.

33 Conciliantur septimo, si infirmitas sit grauis, alias non. Vnde podagra non excusat etiam a seruiendo. Abb.*in l.arboribus,§.de illo, in fin.ff.de vsufruc.per leg. quæsitum,ff.de re iudic.l.*1.*§.pen.ff.ad Sillan.C.de detur, l.a minoribus,l.podagre,C.qui morbo, lib.*10.

34 Sed pauci famuli podagra laborant dominis prouidentibus. Practicando igitur cautus erit defensor famuli deducere æquitatem, quam iudex ante oculos semper habet, *l.quod si Ephesi, ff.de eo quod rer.loc.*cõsuetudinem, quæ est optima interpres, *l. si de consuetudine, ff. de leg.* non culpam, quia fortasse causa Domini incidit in ægritudinem, deduceret etiam consuetudinem certam,& limitatam pro certo tempore, & similia.

35 Et salarium debetur pro rata temporis, quo famulus seruit, *l.sed si vno,§.cum quidam,ff locat.* Bal.*conf.*47. *rol.*7.Franc.March.*decis. Delph.*798.*lib.*1.Fcrt.*de mil. lit.instit. num.*117. Tenetur autem Dominus famulo infirmo etiam ad medicinas, modicas tamen, ac etiã ad expensas, modicas tamen. bartol.*in l.legata.num.*3.& ibi Alex.*in addit.ff.de alimen.& cibari.leg. in leg. si cum dotem, §.sin autem in fæuissimo, nu.*8. vbi Alex. *nu.*6.*ff.solut.matrim. in l.in rebus.§.possunt ff.commod.* Ferret.*de milit.disciplin.nu.*117.sequit Aciat.*in l.cætera* 44.*de verb.signif.* Port.*de alimen.c.*13.*n.*10. Pic.*in l.filia,§.filia,n.*161.*de leg.*1.Rolan.*conf.*22.*n.*3.*lib.*1. Menoc.*lib.*4.*præsump.*157.

36 Declaratur id esse verum, si tales expensæ vel medicinæ præstentur, vt famulo, secus vt pauperi, quia ad omnes expensas, & medicinas tenetur. Ang. *in verbo familia,nu.*2. vbi Addit.declarat in paupere, qui non habet vnde sibi subueniat,& maxime si sit famulus Episcopi, vel clerici. Aufrer.ad Tholos.*q.*268.

37 Declaratur secundo, nisi consuetudo aliter obseruet. Angel.*in d.§.sin autem in fæuissime, per l.*1.*C.de iure fisc.lib.*10.

Ex quib. corollarie infertur *ad l.in rebus,§.possũt, ff.commodat.* vt procedat,& extendatur etiam ad famulum, qui sub certo salario locauit operas suas.

38 Diminutio. Quæro breuiter ad materiam, *l. Seio,ff. de ann.legat.* si est famulus trium,& diminuatur, vel augeatur, an diminuatur, vel augeatur salarium; dicã *in tit.de Instit.act.*vbi de Medico, Aduocato, Potestate, & similibus.

39 Notãdum etiam est, quòd si famulo, vel agenti negotia soluitur salarium cõuentum, quicquid vltra datur ob fidelitatem, diligentiam ve, non censetur iure simplicis,& meræ donationis, sed ob causam,& propter merita. Ita est cõmunis opinio attestata per Pin. contrarium subtiliter tenentem, *in l.*1. *C. de bon.mat. illat.*3.*fol.mihi* 320.

40 Non omittam etiam in hac materia famulatus, & pensionũ, quod datur pensio, quæ in sola tẽporalitate consistit, prout datur in stipendium pro patrocinio, pro pulsandis campanis, vel alijs seruitijs, quo casu etiam

etiã laicus vel alius ad beneficia incapax retinere potest, Archid. *in c. quamuis, vers. prouideri*, & ibi Gemin. in vltimo notabili, Anchar. *col. 1. vers. 3. collige*. Frãc. *in 2. notab. de præbend. lib. 6.* Bal. *in cap. ad audientiam 2.* vbi Abb. *primo notab.* Fel. *num. 5.* vbi tenet tales pensiones nullam habere spiritualitatem, Mandos. *in pract. signat. grat. in verbo pensiones*, vbi etiam tenet non esse necessariam illarum mentionem in impetratione beneficij, Silu. *de benefic. par. 3. q. 12. n. 10. in 4. qualit.* Gig. *de pens. q. 67. n. 2.* Felyn, post alios *in c. postulanti, & in c. in nostra, de rescrip.*

41 Datur etiam salariũ ob id, quod appellatur beneficium seruitorium, quod canonicus retinere non potest, ne à maioribus distrahatur, Staph. *de liter. grat. in prin. fol. mihi 19.*

42 Practicando etiam notandum est, quod ad probandũ aliquem continue retinuisse famulos, non est necesse probare momenta, sed quod viderunt seruire in prãdio, in cęna, & in similibus temporibus, Benintend. *decis. 43. nu. 13.*

ADDITIO.

☞ *Et quis probatur famulus, si probetur quod est assotiatus Dominum & inseruiuit vt famulus, licet de hoc nulla interueneritscriptura, Test, Est. Notabilis in l. vltim. in princip. C. de proxim. sacr. Scrin. lib. 1c. quem dixit valde notabilem, Bar. in l. 1. §. familiæ nu. 5. ff. de publican.*

43 Et famulus dicitur habere habitationem, vbi habet Dominus, Gramm. *decis. 87. num. 4.*

44 Similiter addendum videtur, quod salarium etiã conuentum, non debetur familiaribus Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum, Clericorum, Cameræ, Auditorum Rotę, Referendariorum, & similium Prælatorum elapso biennio a die mortis ex Motu proprio Pauli Tertij, & Bulla Pij Quinti. Vnde caute agendum est.

45 Vidi quandoque in facto practicatum, quod salaria sunt sequestrata dominis, maxime præterita pro delictis famulorum, & coacti ad soluendum, cum sit ius quæsitum famulo.

46 Et famulus conductus pro certo salario, si efficiatur Notarius, & conficiat multa instrumẽta pro seruitio apothecę, habebit salarium duplicatũ. Roma. *cons. 25.* Fely. *in cap. cum olim, nu. 3. de re iudicata.* Pulchrè videndus Paris de Put. *in tract. syndicat. in verbo salarium*, vbi pro duplici officio, labore, vel exercitio, duplicatum debetur salarium Doctori officiali, notario, & similibus, & potius *par. vltima, concl. 56.*

ADDITIO.

☞ *Sed nunquid a sententia condemnatoria super mercede famuli, appellatio datur? tique non, Ang. in l. quisquis, C. quorum appellatio, non recipiuntur vrbus de sent. prouis. art. 3. glos. 7. Vincent. de Anna, sing. 42. Et sæpe in facto contingit per quaros Dominos.*

De obstetricibus.

QVÆSTIO XII.

1 ET quoniam obstetricum materia admodum eõ formis est cũ præcedentibus, in hac quæstione conclusiue procedendo dicitur quod debetur concedens salarium, licet non fuerit promissum, Affl. *in vsib. feud. tit. ex quib. caus. feud. amittatur, n. 233.* Boui. *de statutar. vrbis præscrip. gl. 19. sub num. 47.* vbi etiam in materia salarij, & mercedis dicit vnum, quod consuetudine debetur salarium, quod solet præstari, & Gubernator Vrbis habet facultates amplissimas in hoc pro cedit manu Regia, quia statim cogit ad faciendum depositum, & quilibet iudex in hoc debet esse vigilãs, & circumspectus, & vide textum *in l. fin. C. commun. de legat.* vbi Medico æquiparantur in salarijs, ad quã Specul. *de salario, §. fin. gl. in canon. 1. 14. q. 5.* Felyn. *in c. tua nos, de offic. deleg.* Rip. *de peste, c. fin. n. 107.*

2 Quæro, an nutricibus salarium debeatur, & vtique sic, & debetur officio iudicis, quod nutricia appellatur *l. 1. §. ad nutricia, ff. de var. & extraord. cogn.* Bello. *instit. de oblig. in princ. n. 5.*

De intromissoribus.

QVÆSTIO. XIII.

PVlchra, & notabilis, vtilissimaque (si Bald. credimus) est quæstio ad materiam *l. Titio ff. ad municipal.* qui exercet actum alteri demandatum sub certo salarium, an possit vere tale salarium petere, quam l. & materiam ipsius valde notabilem dixit in actu practico ibi Bart. & mirabilem appellauit Bal. *in cap. ex parte decani, num. 6. de rescript.*

Pro parte negatiua facit reg. culpa est, *de reg. iur. ff. & in 6.* vbi culpa est miscere se rei ad se non pertinẽti. Si igitur culpa est, merito nullum debetur salarium alteri præsertim promissum.

Secundo pro hac parte facit *c. tua nos*, de homicidio vbi delinquit quis alterius officium exercendo.

1 Tertio pro hac parte facit *l. doli mali, §. fin. ff. de nouat.* vbi quis non debet esse curiosus de rebus alienis.

2 Hinc vnus officialis nõ debet se de officio alterius intromittere, Bart. per illum text. *in l. prouincijs, C. de nu. nllua, & cartul. lib. 12. not.* Bal *in l. repetita, C. de episc. & cler.* late Sicul. *cons. 45. col. 3. lib. 3.*

3 Pro contraria parte facit, quia homine m assici beneficio hominis interest, *l. seruus ex lege, ff. de seru. export and.*

Secundo faciũt ea, quę not. Din. & Dec. *in reg. culpa*, quod nõ dicitur esse in culpa, nec alienæ rei se immiscere, qui vel ratione officij, vel pietatis, vel cõiũctionis officium alterius exercet, vel excutioni demandat. *l. non tantum, ff. de appell.* notatur *in l. vt vim, ff. de iustit. a. & iure* Dec. *in c. 1. de offic. deleg.*

4 Cõclusio igitur est, quod exercens officium alteri mandatum, salarium petere potest, *d. l. Titio*, non quidem, vt salarium sibi retineat, sed vt vero procuratori restituat per actionem in factum, quæ oritur ex crimine falsi, vel varijs causarum figuris, ita Bal. *in d. c. ex parte*, dicens esse casum admodum mirabilem.

5 Subdẽs etiã, quod confirmatio statutorũ impetra- ta

Digitized by Google

ta a falso procuratore, vbi erat verus procuratorsva leat de iure, secus si nullus erat constitutus procurator, dicens hunc casum alibi non reperiri.

6 Hanc etiam materiam dixit in practica valde notabilem Bart, *ad l. non dubium, nu. 18. C. de legibus*, reddens rationẽ decisionis huius notabilis materię, quod hic sequitur executio, quia aliqua negocia gessit, nec facit contra ius, non autem executio nascitur ex falsitate, quam facit.

7 Et sic patet intellectus *ad reg. l. itaq. fullo, ff. de fur.* quia non cõsequitur præmium ex delicto immediatè, sed ex negocio licito in se gesto mediante delicto. Aliam rationem notabilem secũdum Iaso, ibi reddit Bal. *in d. l. non dubium, opposit. 16. num. 25.* quod in hac *l. Titio* salarium erat constitutum causæ, non personę ob effectum, & meritum laboris, non in fauorem eius, cui dirigebantur literæ, & ita dicit præsumendũ in dubio, quod salarium constituatur ob meritum *l. Medico, C. de annuis legat.* & sic consequitur nõ ob delictum, sed quia meruit stipendium, dicens esse casum valde singularem. Sequitur, & commendat ibi Iason, *num. 52.*

Ex quibus corollarie infertur limitatio *ad leg. cum principalis, ff. de reg. iur.* & regula accessorium, *lib. 6.* vt non procedat, quando salarium est constitutum causę, & ob meritum, non personæ. Nec locati & cõducti materiam exeũdo, multorum fuit opinio, quod ille viaticum suum peteret possit, actione ex locato, & conducto contracto per illas literas, est enim cõtractus, qui epistola contrahitur, *l. consensu, ff. de actionib. & obligationib.*

8 Verior cum Bar. videtur opinio, quod ille possit, petere salarium actione præscriptis verbis, seu in factum cum enim mandaretur illud officium constituto certo salario, æquum est, vt huic implenti salarium detur, dicens esse valde notandum, & sæpius in facto occurrere.

9 Salarium igitur constitutum executioni officij exequẽti debetur, licet ad hoc non fuerit deputatus. Consideranda igitur sunt verba salarij promissi, an sint directa in personam, vel ad executionem officij, & alicuius actus, nam si opponatur petenti hoc salarium non est tibi promissum, quia diriguntur literæ, puta ad Titium Replicabitur hoc non obstare, quia verba respiciunt executionem negotij, prout ego vere feci, et licet sit expressum nomen Titij, ad quem literæ directæ sunt, id non fuit expressum, vel significatũ certę & determinatæ personæ, & industriæ ipsius, sed magis, vt significaret illum, qui officium exercet *l. eum qui ita, §. si & Titium, ff. de verb. oblig. l. tale pactum, §. fin. ff. de pact.*

10 Notandum etiam est, quod quis recipit alicui proferendum ratione officij, & tunc non potest petere pecuniã nisi onus subeat, *l. liberis, §. ab hæredibus, ff. de alim. leg. d. l. Titio.*

11 Infertur igitur limitatio *ad l. ab administratione, C. de leg.* vt procedat in vltimis voluntatibus, secus in contractibus, *iuxta not. in d. l. Titio*, & in terminis locati, & conducti *ad l. item quæritur, §. item cum quia, ff. locat. dixi in tit. si non stat per locatorem.*

Et ex prædictis patet conciliatio in contrarium adductorum, maximè in argumento contrariæ partis ex Dec. & Din.

12 Quid de tertio, qui in domo alicuius permãsit simpliciter sine promissionẽ alicuius salarij, & mercedis? Vtiq; nõ debetur, nisi sit solitus locare operas, & ille retinens in domo sit solitus conducere, Cast. *cons. 346. lib. 2.* Rim in. *cons. 358. n. 29. lib. 2.* vbi dicit, quod hęc est vera et indubitata cõclusio. Et ita tenuit Rot. in vna mercedis, coram Reuerendo patre Bonnadino die 16. Iunij 1570. *ex l. 1. de var. cogn. & l. 1. in fi. & salarium, C. mand.* Granut, *Theor. 12. nu. 10.*

De œconomo Capituli.

QVÆSTIO. XIV.

QVid dicendum in œconomo constituto à capitulo sede vacante, cui salarium a capitulo fuit

1 deputatum, an licite petere poterit? Vtique non, sed si sponte detur, recte accipit, Nicol. de Neap. *in eos, ff. de tutel.* Barbat. ad Bart. *in l. a tutoribus, §. si. ff. de administr. tutor.*

De arbitri salario.

QVAESTIO XV.

NOn inutilis est indagatio, & passim indagatur an arbitris salarium debeatur.

1 Et pro parte affirmatiua facit, quia arbiter æquiparatur agrimẽsori, vt per Florian. *in l. sed & si loci, §. in iudirio, ff. comm. diuidun.* sed agrimensori debetur salarium, vt infra videbimus, pariter igitur Arbitris.

2 Secundo æquiparantur seruitijs, quibus salarium debetur, & de tali æquiparatione est *tex. in l. si de meis, §. de cepisse, ff. de arbitris*, & de salario infra videbimus, & de ęquiparatione Francisc. March. *decis. 464. part. 1.*

Pro contraria parte facit, quia arbittaria redacta sunt ad instar iudiciorum, *l. 1. de recept. arb.* Euerard. a loco a iudice ad arbitrium.

3 Pro resolutione cõsiderandi sunt duo casus principales. Prima igitur conclusio est in arbitrio, & tunc nulli dubium est, quod ei debetur salarium, & sportulæ, *l. quotiens, C. de priuil. scolar. lib. 10. l. fin. C. de præposit. agent. in rebus, lib. 10.* Quam ad hoc dixit singularem Gugl. de Lud. *sing. 14.* Amanel. *de clar. aquis, sing. 101.* vbi etiam *alleg. l. 3. §. si mensor, ff. fin. regun.* singularem quoque reputat Bero. in verbo compromissum, *nu. 3.* Pet. Rauenn. *sing. 35.* Spec. *de arbit. §. fi. vers. sed nunquid* Boicc. *in c. cum ab omni, de vita, & hon. cler.* Alb. *in l. labeo, §. ait prætor, ff. de arbitr* Blan. *de comprom. q. 8. num. 22.* Ioann. de Anan. *comm. 104.* Viu. *opin. 259.*

4 Declaratur, & limitatur in causis extraordinarijs, vt per Bal. & Doctores *in d. l. in sacris*, Specul. *in citato loco*, Firm. in verbo Arbiter, vbi etiam tenet, quod debetur vnum salarium duobus, quod tertio participandum est.

5 Secundus casus est in arbitratore, & idẽ dicendum est, vt salarium, & sportulę debeantur, Lanfranch. *de arbit. par. 3. q. 39.* Ial. post Nicol. de Neap. *in §. tripli, col. pen. de actionibus.*

6 Ampliatur ista conclusio, vt procedat etiã si talis arbitrator pronuntiauerit de consilio sapientis, cui fuit constitutum & solutum, nihilominus debeatur pro ipso separatum, salariũ, cum non sit inconueniẽs

pro

Digitized by Google

pro eadem re pluribus personis,& pro diuersis respectibus diuersa, & varia solui salaria. Natt. *consil.89. vol.1.* subdens in practica, quod si partes compromittentes ab initio crediderunt arbitratorem laudaturum sine consilio, tunc debeat salarium communicare cum iuris perito, alias non.

7 Et adde prædictis, quod arbitri ex forma statutorū sunt ad instar iudicum delegatorum, *Ias.* dicens cōmunem, *in l. de iudices, nu.9. de re iud.* Villalob. *in recollect. litera A. num. 139.* Vnde sicut iudices delegati recipiūt sportulas,& salarium, ita & arbitri statutarij. Late in materia diuisionis salarij inter iudicē, & alium Borgn. *decis.31. in fine par.2.*

8 Quid in proxonetis? Vtiq; sic regulariter Stracch. *de proxenet. in fin.* Foller. ad Maran. *dist. 9. princip. num. 140.* tangit Granut. *Theorem. 12. num.9. in fin.*

De Agrimensoribus.

QVÆSTIO XVI.

SED nunquid Agrimensori debebitur salarium? Videbatur dicendum, quod non, quia non videtur esse debere melioris conditionis, quam procurator, qui ponit operam,& laborem suum,& tamen eius officium est gratuitum, vt sup. vidimus.

1 In contrariū facit, quia agrimensor arbitrio æqui paratur, cui salarium debetur, vt iam vidimus, & hanc opinionem, vti veriorem tenuit Florian. *in l. sed & si loci, §.1. per illum text um, ff. finium regund.* Natt. *consil.89. volum.1.*

Quid in assessore, de qua materia vidimus aliquid in tit. de sportulis iudicum? Vnde in hoc conclusiue procedendo dicitur, quod sic, & si discordent in sententia ferenda, & ex hoc eligunt tertium, quòd debet communicare cum illo tertio. Specul. *in tit. assesso. re, §. salarium, vers. quid si duobus,* Natt. *cons.89, vol.1.* Notatur *in cap. statutum, §. assessorem, de rescrip. lib.6.* vbi Ancar. *n.3.* Butr. *in c. cum ab omni, n.22. de vita, & honest. cleric.* Abb *in c.1. num.4.* ne prælati vices suas, Gran. arguens a Vicario, Theorem.12. *sub nu.2.* Firmian. in verbo assessor, vbi debetur, si partes cōcordauerint ante sententiam, vt alias vidimus supra de fruct.& lit. expensis. Et potest in sindicatum coram sindicatoribus petere sibi constitui salarium, si sibi nullum prius erat constitutum salarium, Bart. *in l.1. §. sed si comites, ff. de var. cogn.* Quid si eius culpa remoueatur? posui supra titulo de sportulis. Quid si fuerit negligens? Vtique salarium petere non poterit. Angel. *in l. si vacantia, in verbo præses, C. de bon. vacan. li.10.* & debetur salarium assessori in fine officij, Bal. Alex. Castrens. & alij *ad l. diem functo, ff. de of. assessorum. per l. si a colono, de fideiussoribus, & l. si fernus, §. fi. ff. de stipul.* seruorum, & assessori delegati debetur de bursa partium, vel ab ipso delegato. Castrens. *in l. fi. de assessoribus pernot. in c. statutum, §. assessorem, de rescript. lib.6. & in authent. vt defunctus, §. fin.*

2 Quid si præcedat insalutato (vt dicitur) hospite? Vtique nec pro tempore, quo seruiuit, salariū debetur, Bal. *in l.2. colum.1. vers. ideo si assessor. C. locat. in l. si partes, ff. de legat.1.* Alexand. *ad l. diem functo, colum. fin. de offic. assessorum.*

De transmissione salarij tangam *titul. de offic. assessorum.*

Et iudicis arbitrio relinquitur quale debeat esse assessoris salarium, quando non est certe determinatum attenta qualitate assessoris, peritia, experientia, & solito dari similibus, Seuer. *in l. diem functo, q.50. de offic.* assessorum, quam commendat. *in rub. illius tituli,* Purpurat. *n.182.* & Iacob. Menoc. reprehendens Alc. aliter tenentem, *de arbitrio iudic. lib. 2. censur. 3. casu 254.* Vnde peritia, experientia, & solitum multum proderunt.

Vidimus hucusque de pensionibus, mercedibus,& salarijs tacite prouenientibus ratione personæ,& sui officij, vel exercitij, licet de eis nihil sit conuentū, & sic de quadam tacita locatione, vel cōductione. Placeat modo videre, an ratione alicuius accidentis, cū debeatur, vel augeatur, aut diminuatur merces, pensio, vel salarium.

Notabilitas seu Dignitas. Remuneratio, Charitas, Amicitia. Paupertas.

De Locatione Ex Dignitate.

QVÆSTIO I.

QVæro an dignitas, vel nobilitas attendi debeat in locatione,& conductione, salarijs, & mercedibus persoluendis.

1 Et prima fronte videbatur dicendum, quod non: quia habemus iure cautum, quod in omnibus cōtractibus inspicimus in obscuris id, quod minimum est, *l. semper in stipulationibus, ff. de reg. iuris regul. inspicimus, lib.6.*

Pro contraria parte facit, quia nobilitati,& dignitati multum deferimus, vt inferius videbimus, merito,& cæt.

2 Veritas est, quod dignitas multum attenditur in materia locati,& conducti. Vnde tutor pupilli debet præstare mercedes præceptoribus, non quidem minimam sed pro dignitate natalium pupilli, *l. cum plures, §. cum tutor, ff. de administ. tutor. l. qui filium, ff. vbi pupill. educ. debeat.* Similiter econtra aduocato dandū est honorarium pro eius dignitate, & facundia *l.1. §. in honorarijs, ff. de var. & extraor. cogn.* commendat, Boer. *de autor. mag. concil. num. 31.*

3 Vnde, si casus eueniat, habes filium in lecto graui infirmitate oppressum, vocas medicum a lōginquo, non dat tibi certam legem in mercedem? Vtique pro dignitate natalium tui filij, & Medici excellentia præstare debes. idem in aduocato, & similibus.

4 Similiter visus es opera alicuius: vis recognoscere, dicit, des quod tibi placet. Vtique turpe est homini nobili dare quid minimum, dicit textus *in d. §. cum tutor,* sed pro dignitate dare debentis, & recipientis. Idem in famoso, & celebri concionatore dici potest conducto nulla certa promissa mercede.

5 Et dignitatis, & nobilitatis multa sunt priuilegia, de quibus late per Tiraq. *in tract. de nobilitate,* Sicul. *cons.57. lib.2.* Fel. *in cap. cum adeo. de rescript. in capit. pastoralis de offic. delegat.* Cott. *in memorab. in verbo nobilitas.*

6 Ex quibus, corollarie infertur limitatio *ad l. semper in stipulationibus, ff. de regulis iuris,* vbi in dubio inspicitur minimum, quia hoc non procedit in casu de quo supra *ex d. §. cum tutor,*

Sed

Sed nunquid in homine nobili præsumitur donatio debitæ mercedis? Vtique sic. Roman. hoc valde commendans *sing.650.* Io. Lup. *in rubr. de donat. inter vir. & vxor. §.9.*

Quem casum non posuit, Menoch. *lib.2. de arbitr. centur. 1. cas.88.* habes tantum ab eo, quis proprie est nobilis, *casu 66.*

7 Vide tamen Cott. *in verbo nobilitas*, qui pulchrè tenet, quod auaritia omnia dominatur, præcipue in nobili. Vnde hodie dura esset hæc præsumptio. Pone, quod conduxi aliquem nobilem natum, sed mechanicam artem exercentem, proderitne nobilitas? Vtique non dicam suo loco, ex quibus omnibus patet ad contraria.

De locatione remuneratoria.

QVÆSTIO II.

SVccedit secundo loco remuneratio, de qua superius, vidimus de mercede remuneratoria. Et est in materia locati & conducti, de qua agimus *text. in l.*
1 *Aquilius Regulus, ff. de donat.* de cuius intellectu late superius vidimus. Illud addam in proprijs terminis locati & conducti, quod ponit ibi Bart. *ad intellectũ l. penul. C. de offic. rect. prouinc.* quod si communitas habet palatium deputatum pro officialib. tunc officialis non potest emere, vel conducere hospitia, *d. l. penul.* Si verò non habet palatium deputatum, tunc ex causa simplicis donationis recipere non potest, *vt l.1. §. prouincialis, C. de contrac. iudic.* sed remunerationis sic, *d. l. Aquilius*, similiter expulso in casu illius l. competit officium iudicis.

De Locatione ex Facultate.

QVÆSTIO. III.

SVbsequitur charitas, & dilectio ex consanguinitate, & iure sanguinis. de hoc posui *titul. de bon. quæ liber. in fine*, & tetigi in materia mercedis remuneratoriæ, an in consanguineo præsumatur donatio ratione sanguinis, vel remunerationis. Vnde euenit casus in hac materia locati & conducti, si consanguineus inhabitauerit domum alterius cõsanguinei, vel gerit negocia illius, poteritne agi ad mercedẽ vel pẽsionem, an potius est præsumenda donatio ratione sãguinis, vel coniunctionis? dixi ad materiam *l. procula, ff. de probat. & l. tutor, §. qui a tutoribus, ff. de excus. tutor. de mercede remuneratoria.*

De locatione Amica.

QVÆSTIO IIII.

QVæro vlterius, an amicitia aliquid operetur in contractu locationis, & cõductionis circa pẽsionem, mercedem, & similia.

1 Et primo videbatur dicendum, quia amicus, & propinquus æquiparantur Alberic. *in c. requisiuisti, de testibus*, Alexand. ad Bar. *in l. non solum, §. qui alieno, ff. de procuratorib.* Hinc amicus singularis venit appellatione suorum, Bald. *in leg. 1. col. 12. C. qui accusare non possunt.*

2 Pro contraria vero parte facit, quia in materia *l. exigendi, C. de procur.* amicus nõ admittitur pro altero amico, & hæc est magis communis opinio. Curt. iun. *in d. l. exigendi. col.6.* Lamberteng. *de contract. mulier. gl. 11. in verbo agnati, q.16. nu.93.*

Similiter statutum disponens causas inter coniunctos compromissi non comprehendit amicos Alex. in *l.1. colum.2. ff. ad l. falcid.* Blanc. qui eum non allegat, de compromissis inter coniunc. *q.3. in verbo amicus, num.49.*

3 Putarem valde amicum ex magna, & vehementi amicitia esse recognoscendum, prout etiam ex causa præsumptæ nimiæ affectionis de fide in testimonio diminuitur, Abb. *in c. accedens, il secondo, num.8.* vt lite non contestata, *Decis. Neapol. 305. numero 13.* & hæc est communis opinio. Alexand. ad Bart. *in l.3. in verbo consideratæ, de testibus*, quod quidem arbitrio iudicis remittitur, Ant. Gabr. *de testibus, conclus. 11. numero 8.*

Similiter in donatione facta alicui valde amico in materia *l. si vnquam, Cod. de reuoc. donat.* Ponit late de amicitiæ viribus loquens, Tiraq. *ad l. si vnquam, in verbo libertis, nu.75.*

Et supra vidimus titulo *de fruct. & lit. expen.* quod procurator valde amicus patri præsumitur velle patrocinari pro filio gratis. late in terminis loquens de coniuncto & amico Benedict. de Barzis *cons.115. col. 1. consiliorum vltimar. voluntat. per l. militem, C. de procur. & l.1. in princ. ff. eod.*

De locatione, & Paupertate.

QVAESTIO V.

QVid in casu paupertatis? de hoc tetigi supra de sportulis iudiciũ, & in *tit. de fruct. & lit. expẽs.* vbi iudex paupere sportulas recipere non potest, nec procurator salarium, & ibi posui quomodo pauper
1 intelligatur, arbitrio tamen iudicis statui solet, Men. *de arb. iud. casu 65.* Cui adde ab eo non allegatũ, quod hæc est communis opinio, Dec. *in c. sedes, num.25. de rescrip.* Bello. *cons.16.* Hippol. *in l. quæstionibus modum. nu.18. de quæstionibus*, Suarez. *in suo Thesaur. litera P. num.57.*

2 Quid si pauper locet vel seruiat pauperi? Est materia de priuilegiato contra pariter priuilegiatum, & vidi versari iudicis arbitrium quis pauperior sit, & similia.

Vlterius pro complemento huius principalis quæstionis de substantia locationis quæritur de infrascriptis.

Verba, Scriptura, Fides, Arbitrium, Modicitas, Præcedentia, vel Sequentia.

Verba an in Locatione sint necessaria.

QVAESTIO VI.

QVæro an in contractu locationis & conductionis sint pro substantia necessaria verba, &
1 videbatur dicendũ, q; sic, quia verba mentẽ paciscẽtium demonstrant. *l. Labeo, ff. de supellect. legat.* Pro contraria parte facit *l.1. ff. locat.* vbi expresse dicitur quod lo-

2 quod locatio, & conductio non verbis, idest verborũ solennitate fit, sed solo consensu. Vnde mutus locare potest *l. in quibuscunq. ff. de act. et oblig. in l. vbi non voce, ff. de reg. iur. gl. in d. l. 1.*

Et hæc est verissima opinio, de qua etiam est textus clarus, *in l. si stipuler. §. si in locando, ff. de verb. oblig.* Vnde si ad interrogationem respondeatur signis, annuatur capite, vel quouis alio modo contrahentium voluntas demonstretur, locatio, & conductio licite contrahitur *l. consensu, & l. quæcunque, ff. de act. & oblig. l. qui ad certum ff. de locat.*

Ampliatur conclusio, vt procedat, etiamsi partes agerent facere stipulationem, quia si non valebit in vim stipulationis, valebit ex mero, & puro consensu, nisi partes expresse protestentur, Bart. *in l. si quis ita, & in d. §. si in locando,* vbi Castrens. Alex. Imol. Alex. Ias. & alij sequuntur *per l. si ita stipulatus, §. Chrisogonus de verb. oblig. & leg. si stipuler, cum l. sequenti, ff de nouationibus. & l. certi condictio, §. quoniam. ff. si certum petatur.*

3 Ex quibus sequitur corollarium, quod in similibus si non valet vt ago, valebit vt valere potest. Similiter si respondetur ex interualo, contractus locationis in se non vitiatur, vt ibi post Ias. & alios.

4 Practicando igitur nutu, verbis, responsione ex interuallo locatio fieri potest. Vnde mutus surdus locare, & conducere possunt, vt dictum est, & per nuncium, & per epistolas fieri potest *l. consensu, ff. de act. et oblig.* Vnde in folio, & apocha locatio fieri potest.

5 Ampliatur secundo, vt sicut consensu contrahitur, ita & dissoluitur, *l. idem, ff. pro soc.* Bal. *in l. item quæritur, §. qui impleto, in fin. ff. de locat. & cond.* vbi legit, *l. qui ad certum, facit l. omnia, & l. nihil tam naturale, ff. de regul. iuris.*

6 Nec obstant in contrarium adducta, quia verum quod verba declarant animum, verborum tamen solennitas in omnibus contractibus non exigitur, maxime qui solo consensu contrahuntur.

De Locatione an requirat Scripturam.

QVÆSTIO *VII.*

QVæro vtiliter, an in contractu locationis, & conductionis sit pro substãtia necessaria scriptura. Et primo videbatur dicendum quod sic, quia
1 contractus locationis similis est contractui emphyteutico, *vt not. in l. 1. C. de iur. emphyteut.* sed in contractu emphyteutico requiritur pro substãtia scriptura, *gl. in l. 1. in verb. alienationis, C. de iur. emphyt.* Et hæc est magis communis opinio, vt per Sal. *in d. l. 1. nu. 5.* Aret. *in §. adeo, n. 8. Instit. locat.* Mil. *dec. 72.* Iul. Clar. *de iur. emph. q. 4.* Soarez. *in suo Thesaur. litera E. n. 124. Merito, &c.*

2 In cõtrarium facit, quia locatio similis est emptioni, & venditioni, vt suo loco dicã, quæ de substantia scripturam non requirunt, *l. cum instrumentis,* & ibi *not. C. de fid. instr. l. cum res,* vbi Bal. *C. de probat.*

3 Secundo facit quod superius dictũ est, quod locatio non verbis, sed solo consensu contrahitur. Et hæc opinio est verior, Bart. *cons. 14.* *Pedemont. dec. 23. n. 9.* Boer. *dec. 118. n. 1.* Bertach. *in verb. scriptura de substantia. text. in terminis l. contractus, C. locat.* Vnde & per testes probatur, & ita vbi iudicatum.

4 Quid si fiat pactũ, vt conficiatur de locatione scriptura? respõdetur, quod adhuc valebit sine scriptura quoad sui substantiam, & essentiam, & cõtractus est perfectus ante scripturam, Soc. *cons. 32. col. 2. vers. nec est curandũ. vol. 3.* Brun. *de form. rubr. ex quibus confic. form. vel solennitas volum. 17.* & hæc est communis opinio vt attestatur Grat. *cons. 107. volum. 1. volum. 1.* Lofred. *cons. 19. colum. penult. in fin.* Ant. Gabr. *de pact. concl. 3.*

Cui adde, quod hæc est hodie magis cõmunis opinio Couarr. *in cap. relatum, in princ. nu. 9. in fin. de test.* Tasqu. *de cont. illustr. capit. 28. numer. 22. 23.* late Bursat. *consil. 101. sub num. 10. volum. 2.* licet Port. *Instit. de empt. & vend. num. 4.* dicat contrariam magis communem, quem sequutus est Ant. Gomes. *de contract. capit. 2. numer. 17.* Eman. Soarez. *in suo Thesaur. litera S. num. 20.* tamen eorum opinio magis communiter reprobatur, Bursat. vt supra. & adde Anchar. *quæst. familiar. 21.* Barbat. *de empt. & vend. n. 7.* Et ita tenuit Rot. *in vna Placentina, test. pereg.* Fabian. *decis. 38. inter manuscriptas,* Fabian. *de emptio. quæst. 3. 5. quæst. principal. num. 54.* Mago. Rota. Luca. *quæst. 5. num. 19.* vnde debet apponi, vt aliter non valeat. Et ita practicatur Curt. iun. *cons. 348. nu. 12. 22.* Rota nouissima *377. nu. 6. part. 1.)*

Illud non omittam, quod ex alijs, quã per appositionẽ dictæ clausulæ apparere potest, partes voluisse pro substantia requiri scripturã, & sine ea aliter non valere, vt per Aret. *cons. 160. col. 4. & cons. 340. col. 2.* & vide Pulc. *omnino decis. 43. p. 3.*

5 Et licet scriptura, nisi in casibus prædictis, non sit de substantia, erit tamen ad probationẽ, si conueniatur simpliciter de scriptura, ita vt probari non possit nisi per scripturam, vel confessionem, Bal. *in auth. sed nouo iure, col. penult. C. si cert. petat.* Grat. *d. cons. 107.* & hæc est magis communis opinio, Cag. *in l. si quis maior. C. de transact. nu. 43.* Rot. *cons. 31. nu. 1. lib. 2.* *Personæ cons. 24. nu. 13.)*

6 Practicãdo igitur cautus erit non admittere alias probationes, sed restringere aduersarium ad probandum per scripturam, vel eius confessionem.

7 Sed hic quæro vnum in materia scripturæ satis vtile frequens in practica. Loco tibi domum, vel quid simile, promittis pro pensione tot. postmodum interpello te, vel e contra, vt de gestis per nos conficiatur scriptura, an poterit cogi? Videbatur dicẽdum quod non, *ex c. legebatur. & ibi not.* per Abb. *de maior. & obedient.* per quod ita expresse tenuit gl. Dominus Lacell. *in §. 1. in verbo firmitatem, de maior. & obedient.*

8 Contraria opinio est in iure verior, Bart. *in l. si cum exceptione, §. sed & si quis, per illum textum, ff. quod met. caus. in l. dedi,* quæ est tertia, *ff. de condict. sine caus. in l. ex ea parte in principio,* vbi Alex. & Aret. *in 2. notab.* & ibi etiam Ias. *ff de verb. obligat.* Bal. *in l. plures apochis, C. de fid. instrum. in l. sient. d. tum.* & ibi Salic. & Alberic. *C. de liberal. caus.* Bart. Imol. Castrens. & alij *in l. 2. in verbo, inspectum, ff. solut. matrim. glos. in l. chirographis, in verbo, aut nouationem, ff. de administr. tut.* Canon. vbi Innoc. Bald. & Felyn. *col. pen. vers. tertio loco, in cap. significauit de testib.* late Alex. *in l. si finita, §. eleganter, ff. de dam. infect.* Alberic. *in l. deuoluta, Cod. de condict. ex l. in l. de minore, §. tormenta, ff. de quæst.* Bald. *in l. fin. C. de pact.* comment. *in l. instrumenta, volum. 2. vers. quæro, testator Cod. de fideicommiss. &*

cons.

Digitized by Google

cons.458. lib.1. & cons.133. lib.5. Alex.*consil.39. post princip libro 5.* Corn. *consil. 120. colum.1. libro 4.* late Felyn. *in cap. accedens, vt lit. non contestat.* Guid. Bap. *singul.726.* late Tiraq. *de retract. lignagier, §.29. glos.5.*

Cui adde Ias. *in l. ex ea parte, numero 11. ff. de verb. obligat.* Ioan. de Amic. *cons.71. num.18.* Natt. *consil. 382. num.2.* Franc. March. *decisio Delphina. 370. numero 5. lib.1.* Et hæc est communis opinio, vt testatur Galles. *de form. camer. titulo de præambul. process. quæst.3. num.1.*

Conductor igitur locatori, vel è contra dicere potest, Ego volo, quod de gestis per nos appareat scriptura.

9 Declara, vt procedat in promissione in se efficaci, puta cum causa, ex qua saltem de iure ciuili actio nō datur, *l. cum de indebito, ff. de probat. l. generaliter, vbi omnes not. C. de non numer. pecun. cap. si cautio, de fide instrument.* Venafr. *cons.129. colum.1.* secus de iure Canonico, vel in Curia mercatorum, & in qualibet promissione efficaci, ex qua actio datur, & per Alex. *consil.52. nu.4. vol.6.* Villalob. *ex communi, in verbo actio, num.14.* Stracch. *de mercatur. tit. de contract. numer.1.* Vrsill. post Affl. *decis.120. & decis. 399.* Viu. late *opinio. 234. pactorum genera libr. 1. ac opin. sequent. ac opin. 206. lib.2.* Quo casu nedum scripturam priuatam, seu publicum instrumentum facere tenetur, Granut. *Theorem.9. num.2.*

Et secundum hanc declarationem procedit *c. legebatur de maior. & obed. & gl.* Lancell.

10 Declaratur secundo loco, vt allegata conclusio non procedat, nisi creditor, locator, vel conductor ab initio non fuisset contentus aliqua simplici scriptura priuata, quo casu aliud validius instrumentum petere non poterit, Mandell. de Alba. *consil.33. nu.2.3.* Vnde in practica male fiunt præcepta ad conficiendum instrumenta, quia scriptura priuata non est adeo authentica potest perdi, vel eius actio de facili præscribitur.

Declaratur tertio, vt non teneatur conficere instrumentum guarentigiatum, quod in loco habeat executionem paratam, quia durius obligaretur. Angel. & Alex. *in l. si finita, §. elegantier, ff. de dam. infect.* Ang. *in l. si pupillus, ff. de nouat. in l. in omnibus, in fin. ff. de iudic.* reputat singulare, Aret. *in l. ex ea parte, ff. de verb. oblig.* & ibi Ias. in fine hoc valde commendat, idem Aret. *in l.2. in princip.* vbi Ias. *colum. fin.* Parpal. *colum. antepenult.* Rip. *num. 49. ff. solut. matrimon.* idem dicit posse de ritu magnæ Curiæ, forma Cameræ, & similibus.

11 Sublimita, nisi ex more loci instrumenta aliter cōfici non solerent. Tiraquel. *vt supra, num.3.* dicens in Gallia passim obseruari, nullum confici instrumentum, sine guarentigia, Rebuff. *in tract. de consuetud. artic.2. glos.13. num.29. tom.3.* Granut. *d. Theoremat. 9. in fine,* & ita fortasse saluari posset Caballin. *milleloq.196.* Galet. *de form. Camer. titulo de præambul. process. quæst.3. num.3.* Tuderti igitur, vbi guarentigia admodum frequentatur, cogetur locator conductori, & è contra publicum conficere instrumentum cum guarentigiæ præcepto, & clausulis solitis, & consuetis, Anton. Gabriel. *de consuetud. conclus.3. num.10.13.15. & tetigi supra.*

De Locatione ex Fide.

QVÆSTIO VIII.

Pulchra sanè est, & vtilis indagatio ad materiam, *§. vendita, Institut. de rerum diuis.* an eius dispositio, & materia procedat in cōtractu locationis, & conductionis, in quo sit necessaria effectualis traditio mercedis, vel pensionis, vel sufficiat habere fidem de mercede, vel pensione.

1 Et pro parte affirmatiua facit, quia emptio, venditio, locatio, & conductio, pari passu ambulant, & eisdem iuris regulis continentur, *l. secunda, ff. locat. §. 1. eod. tit. in Instit.*

2 Pro contraria parte facere videtur, quia *d. §. venditæ,* præcise loqui videtur in venditione, & si de alijs intellexisset, pariter expressisset, *l. cum prætor, ff. de iudic. cap. nonne, de præsumpt.*

3 Prima opinio affirmatiua est verior, quā expresse tenet *glos. in l. si seruus, §. locaui,* vbi Bart. hoc valde commendat, *num.2. ff. de furt.* Ias. *in addit. ad* Port. *in d. §. venditæ, addit. 1.* commendat Salic. *ad l. traditionibus, ff. de pact.* dicens colonum, qui nummis colit, statim effici dominum, & facere fructus suos habita fide mercedis, vel pensionis. Et facit, quia venditionis appellatione locatio continetur, vt suo loco Deo donante dicam.

4 Dicitur autem quis habere fidem de mercede, vel pensione eo ipso, quod simpliciter tradit, vel consignat rem locatam, vt per *gl. in l. in ciuile, C. de rei vendic. in gl. 1. in fine, in §. venditæ, in verbo fidem, Inst. de rerum diuis. in l. procuratoris, §. fin. in verbo, vendicare, ff. de tribut.* Commendat Ias. *in l. traditionibus, nu.4. C. de pact.* quæ deseruient etiam in materia emptionis, & venditionis, quando habeatur fides de precio declarando, vt per Alex. *consil.86. nu.6. vol.6. pulchra gl. in l. quod vendidi, ff. de contrah. empt.*

De Locatione Arbitraria.

QVÆSTIO IX.

Quæro vlterius de alia particulari quæstione, quæ sæpius in facto occurrit. Fit locatio, & cōfertur merces in arbitrium Domini; solet vulgariter dici, *datemi quello, che volete voi, io mi contento di tutto quello, che volete voi,* quomodo hoc intelligatur?

1 Et primo aspectu facere videtur, quia verbū, volo, liberum importat arbitrium, *l. cum quidam, ff. de legat.2. l. fideicommissaria libertas, ff. de fideicommiss. libertat.* Bart. ad reprimendum, *in verbo videbitur, nu. 3.* Affl. *decis.371. num.8.* late Iacob. Menoch. *de arbit. iudic. quæst.8.*

2 Ex aduerso facere videtur, quia illa verba, vt tibi placuerit, boni viri arbitrium significat, Bart. *in l. si quis arbitratu, num.7.* & ibi Socin. *num.32. ff. de verb. oblig.* idem Bart. *in l.1. num.51. C. de sacros. Eccles.* late Iacob. Menoch. *de arbitr. iudic. quæst.8. num.7.* Similiter illa verba, ad eum beneplacitum, boni viri arbitrium significant, Bal. *in l.1. §.1. in 4. notab. C. commun. de legat.* cum multis per Ias. *in l. si sic legatum, num. 6. in fin. ff. de legat.1.*

3 Et hæc secunda opinio videtur in iure verior, quia expresse de famulo loquens, tenuit Angelic. *in verbo*

bo arbiter, *nu.* 10. *in fine*, *& in verbo*, *Familia*, *nu.* 10. *in fin.* Bonacoss. *de famul.* *q.* 79.

4 Vltra quos facit hęc ratio, quia cum quis se ponit in manibus, & voluntate partis aduersę, non cēsetur collatum liberū arbitrium, sed iure, ac ratione collatum, Bart. & Bal. *in l. penult. in fin. ff. de arbitr.* Ias. *in l. si sic legatum*, *nu.* 30. *ff. de legat.* 1. Bald. *in l.* 3. *C. de dot. promiss.* Bart. *in l. & si vnius*, *§. prætor ait*, *ff. de iniur.* Menoch. *de arbitr. iudic. lib.* 1. *q.* 7. *num.* 6.

5 Vidi a multis responsum in facti contingentia, vt verba cōsiderentur, nam multum important liberū, & absolutum arbitrium, & multa regulatam voluntatem, vt late per congesta a Menoch. *de arbitr. iudic. q.* 7 *&* 8. & sic conciliantur contraria. In dubio tamē iusta, & rationabilis videtur opinio superius firmata, præsertim ratione mercedis, quæ fauorabilis est, vt suo loco (Deo dante) dicemus.

Et in facto vidi, quod quis conduxit operarium ad

6 conficiendum molendinum dixit operarius. *Io non ti dico mai altro, sà quello, che vuoi tu.* vocasse peritos in arte, quod eis videatur dignum.

De Locatione in modico.

QVÆSTIO V.

NVnquid locatio vno nummo, vel in modica mercede facta valeat?

Antiqui habebant locationem pro minimo, quam appellabat pro frusto panis locare, idest minimo, prout in lib. prouerb. frusto panis.

Primo videbatur dicēdum, quòd sic, *ex l. si vsufructus*, *ff. de iur. dot.* ibi, locet, vel vendat vno nummo, ego, &c.

Secundo facit, *l. si quis donationis*, *ff. de contr. empt.* vbi vēditio facta pretio viliori valet, ergo & locatio, quæ eisdem regulis regulatur, *l.* 2. *ff. locat. ad idem*, *l. si sponsus*, *§. circa*, *ff. de donat. inter vir. & vxor.*

1 Pro contraria parte facit *l. si quis conduxerit*, *ff. locat.* & hæc opinio est tex. claro verissima est, Firmia. *in verbo, venditio qualiter*, *vers.* 3. Nicol. Moz. *de locat. vers. venio*, *num.* 16.

2 Quæ declaratur in duobus casibus. Primus est, nisi res, quæ locatur, non esset digna maiori pensione. Secūdus casus est, nisi locatio fieret ex causa necessitatis a lege introducta, & ita loquitur *lex*, *si vsusfructus*, *ff. de iur. dot.* prout ibi gl. declarat, quam notabilē cōmendant Bar. Bal. Ias. & alij, *ad l. si quis ante*, *ff. de acquir. possess* Bal. *in rubr. C. de iur. emphyt.* Soc. *reg.* 229. *fallent.* 20. Benincas. Perus. *in §. actionem*, *num.* 38. Fabian. de Monte, *de emptio. & vendit. in* 5. *quæst. princip.* *num.* 21. extollens summopere præsentem declarationem, Tiraq. *ad l. si vnquam*, *in verbo donatione*, *num.* 2. Dec. & Cagnol. *ad l. imaginaria*, *ff. de regul. iur.* Papien. *ad formam libell*, *in verbo florenos*, *num.* 3. Mant. *sing.* 370. *nu.* 2. Thob. *in princ. quibus modis recontrahitur obligatio*, *num.* 10.

3 Et practicando notanda sunt verba, *l. si quis donationis*, *& l. si quis conduxerit*, aut enim merces est vilis, aut vilissima. Primo casu subsistit locatio, sicut vēditio *ex d. leg. si quis donationis*: aut vilissima puta in vno nūmo, & non valet, vt locatio, sed vt donatio, & sic locatio, quæ nō valet vt locatio, valebit vt valere potest. Similiter consideranda sunt verba, *d. l. si quis conduxerit*, ibi, ad instar donationis, non enim dicit, quod sit vere, & proprie donatio, ex quo aliqualis recognitio apparet. Vnde isto casu non est proprie locatio, & non est proprie donatio, seu actus similis donationi. Similiter ibi. Cōductio nulla est. Vnde minimum in locatione consideratur, ex quo est tantæ potentiæ, vt reddat conductionem nullam.

De Locatione Obscura.

QVÆSTIO VI.

QVæro vlterius. Cōduxi famulum, domum, Doctorem pro vno anno cum certa mercede, postea quilibet est in libertate sua, postea per aliquot annos post recōduco, nulla facta mētione alicuius mercedis, valebitne huiusmodi locatio, & conductio?

Pro negatiua videbatur dicendum, cum nulla appareat constituta merces ex iam superius adductis.

1 Pro affirmatiua facit, quia a primordio tituli posterior formatur euentus, *l.* 1. *C. de impōnēd. lucratiua descr. lib.* 10. *l. si filia*, *§. Neratius*, *ff. famil. hercisc.* Vnde ex primo loco constituta mercede sequentes regulantur.

2 Secundo facit *l. penult. §. si vxor*, *ff. solut. matrimon.* vbi dos data in primo matrimonio censetur repetita in secundo, licet matrimonium tertij in medio interuenerit.

3 Et hæc opinio affirmatiua est verior, quia intelligitur facta pro primo salario, & mercede. Bal. *ad l. cum quidam*, *in princip. ff. de iure dotium.* Commendat Clement. *sing.* 13. Ias. *ad l. diem functo*, *ff. de offic. assessor.* & hæc est communis opinio, Roland. *de lucro dotis*, *quæst.* 75. *num.* 3. Viu. *communium opinion. in verb. officialis secundum primam impressionem*, Gomes. *de contract. cap.* 2. *num.* 9. *cap.* 3. *num.* 4. Pisell. *de rescind. vend. in rubr. par.* 2. *cap.* 3. *num.* 4. Soarez. *in suo Thesaur. litera C. num.* 203.

Ampliatur, vt procedat etiam in contractu societatis. Vnde si morte patris erat finita societas cum alio socio contracta, iuxta *l. actione*, *§. morte*, *& l. ad eo*, *in princ. ff. pro soc.* tamen si filius postea cum socio patris ijsdem institutoribus vtatur sicut prius, intelligitur societas cum filio renouata, quamuis filius fuisset pupillus tutorem habens, cuius patientia interuenisset. Idem in Mercatore, Ioan. Lup. *in rubr. de don. §.* 6. *num.* 18.

4 Ex quib. corollarie habetur ampliatio *ad l. si vxor*, *§. fin. ff. solut. matrim.* vt procedat nedum in contractu dotis, sed mercaturæ, societatis, & locationis.

5 Insuper, licet nō appareat pro qua pensione sit facta locatio, in dubio pręsumitur pro ea locatione, pro qua est facta solutio, & hoc ex obseruantia subsecuta, Alex. *cons.* 107. *nu.* 2. *lib.* 1. post Bald. ab eo allegatum, Crauett. *cons.* 294. *num.* 21. Ioseph. de Ludouic. *conclus.* 38. *vers.* 49.

6 Ex quibus infertur ampliatio *ad l. si seruus pluriū*, *§. fin. ff. de legat.* 1. vt procedat nedum in eadem scriptura, sed in diuersis, & varijs temporibus obseruatis, & subsecutis.

Notandū est etiam circa substantialia locationis, vt vere, & proprie dicatur locatio, tria copulatiue requiri. Primū, quod interueniat pecunia, & quidem numerata, non in saculo, vel sudariolo. Secundum, vt factum sit locabile. Vnde ad di gnoscendū facta sol

ta locari ex mente Bar. *ad l. naturalis, §. at cum do, ff. de praescript. verb.* ponuntur aliquae conclusiones.

8 Prima sit conclusio. Ea, quae sunt meri facti, vt ire Romam, portare libros, pannos, & similia, sunt facta solita locari, *l. qui operis, ff. locat.* & hęc est communis opinio, vt post Bar. *in d. §. at cum do,* Fulgos. *nu. 3.* Ias. *num. 2.* Curt. *num. 2.*

9 Secunda sit conclusio. Facta habentia ad mixtum ius, vt vendere, manumittere, si illa habeant actum momentaneum, non possunt locari, Bart. conclusionem dicit communem, Curt. *nu. 2.* contra quam est text. clarissimus *in l. rogasti, §. si prædiū, ff. de præscrip. verb.* ob id reprehenditur per Fulgos. *num. 4.* Ias. *nu. 2.* Anton. Padill. *nu. 3. in fin.*

10 Tertia sit cōclusio. Facta habentia admixtum ius expedienda tractu successiuo, vt operę aduocati, sunt locabilia, Cur. & Padil. vt supra, dicunt communem.

11 Insuper factū est locabile, quando resultare potest vtilitas personæ, pecuniarii, vt pingere, scribere, & similia. Ias. post Fulg. *in d. §. at cum do,* Matthes. *notab. 68.* tertium requisitum est, vt persona sit solita locare operas suas, *gl. in l. si pecuniam,* vbi Alex. & Ias. *ff. de condict. ob causam, in l. naturalis, §. & cum do, superius allegata,* vbi Ias. attestatur hanc esse communem opinionem.

12 Hæc tamen omnia limitantur esse vera, quando locatur opera personæ, secus si locatur vsus alicuius rei, tunc indistincte est locatio, siue res possit locari, siue non, gl. singul. secundum Castr. ibi, *in l. rogasti, §. 1. ff. de præscrip. verb.* vbi hoc notabiliter limitat, si res sit apta locari. Vnde si concedo habitationem pro certa pecunia, vtique erit locatio stāte aptitudine rei. Non enim erit locatio, si obligo rem pro te pro certa mercede, quam promittis, quia non videtur ad hoc apta talis res, nec erit locatio, nisi expresse fuerit cōuentum, vt ibi per eum notabiliter loquentem.

Et conductio est nulla non seruata iuris forma, Sebast. Medic. *de reg. iur. reg. 7. num. 18.*

De natura locationis.

Quæstio Secunda Principalis.

Altera principalis in hac locati, & cōducti materia se nobis offert indagatio, & quæstio, cuius naturę sit contractus locationis, & conductionis.

1 Visa enim substantia rei, opportune eius naturam perscrutari possumus. Et vtique bonæ fidei est, arg. *§. actionum, Instit. de act. l. 2. l. emptorem, l. præses, C. locat.* Summ. Angelic. *in verbo contractus, num. 5. §. conductor, Instit. eodem,* Ioseph. de Ludouic. *conclus. 12. vers. & quoniam.*

De lucro cessante moroso.

QVÆSTIO I.

EX qua conclusione infertur ad aliquos vtiles, & notabiles effectus practicabiles, & quotidianos. Primus est. In contractu locationis, & conductionis, venit interesse damni emergentis, & lucri cessantis, ponendo aliquas vtiles conclusiones *ad l. si sterilis, §. cum per venditionem, ff. de act. empt.* Dec. *in l. rogasti, § si tibi, num. 3. ff. si cert. petat.*

1 Prima sit cōclusio. Si in instrumēto locationis apponatur clausula, omnia damna, &c. debetur lucrū cessans ex cōuentione, & sic actione locati, & cōducti peti poterit, Bald. *in l. ad probationem, C. de probat.* Ias. *in §. fuerit, nu. 62. Instit. de act.* Soc. iun. *cons. 136. nu. 4. vol. 2.* Pedemont. *decis. 1269. num. 12.* Veron. *caut. 97.* Bart. *in l. Venditores, ff. de verb. oblig.*

2 Cui adde Alc. *cons. 268. in princip.* Bursatt. *cons. 68. num. 5.* Vltra quos ampliatur hęc prima conclusio: vt procedat etiam de equitate Canonica, Gramm. *cons. ciuil. 66 nu. 76.* Cagnol. *ad l. si quis maior, nu. 152. C. de transact.* Rimin. iun. *cons. 89. nu. 23.* Bonac. *de equitate Canonica, conclus. 114.*

3 Ex quibus corollarie infertur ad statutum, quòd instrumenta guarentigiata habeant executionem paratam, vel in materia clausulæ de forma Cameræ, vel Ritus magnæ Curiæ, quod operabitur effectum suum nedum in claris, & specificatis, sed in his, quæ ex instrumento præsumptiue resultant, prout est dānum, & interesse simplex, & incertum, vt per Pedemont. vt supra, Dec. *cons. 389. col. fin. cons. 489. colum. penult.*

4 Secūda sit cōclusio. Mercator potest petere lucrū cessans a cōductore moroso, aliquibus tamen cōcurrentibus. Primo, mora cōductoris debitoris. Secundo quod sit solitus luccari, quæ duo probantur, Bar. *in l. vnica, in verbo consuenit, num. 15. C. de sent. quæ pro eo quod interest, in l. nummis, in fine, ff. de in litem iurand. in l. 3. §. fin. ff. de eo, quod certo loco,* Anch. *in Clement. 1. §. sanè circa finem, de vsur.* Cin. *in authent. ad hæc, colum. 2. C. de vsur.* Immol. *in l. si insulas, §. vsuras, ff. solut. matrim.* Alexand. *cons. 141. colum. 2. in fine, vol. 5.* Soc. *cons. 156. colum. 3. vers. quoddam est lucrum, lib. 1.* Dec. *cons. 116. col. 1. vers. præterea,* Anch. *consil. 148. circa finem,* & hæc est communis opinio, Aret. *cons. 9. in fin.* Alexand. *in l. nummos, col. fin. de in litem iurand.* Claud. *in l. diuortio, col. 3. in fi. ff. soluto matrim.* Purpurat. *ad l. cum quid, nu. 167. ff. solut. matrim.* Igne. *in l. contractus, nu. 16, ff. de regul. iur.* Cagnol. *ad l. Vnic. nu. 40. C. de sentent. quæ pro eo, quod interest,* late Ant. Gabr. *de solut. conclus. 10.*

Cui plene allegati adde de communi pariter attestantes Berengar. *ad l. vnic. numero 119. C. de sentent. quæ pro eo, quod interest,* Domin. a Soto *de iustit. & iure, lib. 6. quæst. 1. articul. 3.* Didac. attestans de mente Theologorum *var. resol. lib. 3. cap. 4. num. 2.* Sapia. *in d. l. vnic. num. 88.* Soarez. *in suo Thesaur. recept. sententiarum litera L, num. 189.* Aimon. *de consuet.* Aluernens. *de retract. tit. 23. artic. 2. num. 11.* Kirchou. *commun. opin. cent. 2. concl. 84.* attestans ita de consuet. leruari. Riminald. *cons. 318. num. 9. vol. 2.* & ita tenendum est in concludendo, & iudicādo, Dec. *cons. 11. & 441. in vlt. dub. num. 14.* Mant. *cons. 185. per totum, vol. 1.*

Et hæc est etiam magis communis opinio, Dec. *in c. cum venerabilis, num. 14. de appellat.* vbi Paris. *num. 32.* Felin. *num. 9.* Bero. *cons. 193. num. 21. & 51. vol. 1.* Anchar. Regiens. *quæst. 33. num. 13. par. 1.* Et hæc est opinio receptissima tam iure ciuili, quam canonico, tam iudicando, quam consulendo. Parisiens. *in tract. de vsur. num. 28.* Rub. *cons. 65.* Cacheran. *decis. Pedemontan. 143.* quem placeat videre. *decis. Genuens. 58. num. 7. & 194.* vbi tenet de communi opinione Canonistarū posse taxari ad minus sex pro centenario: & plus si in regione ita frequentatur.

Idem

Idem si sit solitus deponere pecuniam apud campsores, vel in montibus, vel emptionibus prædiorũ, Laurent. Kirchou. *cons. 103. in fin. vol. 4.* Alex. *cons. 31. vol. 6.* Crauet. *cons. 89. in fin.* Ruin. *cons. 55. vol. 2.* Alc. *cons. 329. num. 1.* & ita in practica seruatur, Rol. *cons. 35. num. 16. vol. 1.* Brun. *in tract. monet. p. 2. limit. 1. nu. 6.* late Iodoc. *de pupill. intereff. numer. 15.* Burfat. *conf. 72. num. 6.*

4 Similiter practicando vlterius considerandum est, si enim quis est solitus negotiari, non requiritur probare aliud extremum, quod merces, & similia præ manibus habuerit, sed sufficit deducere, & probare, q̃ si habuisset verisimiliter, attenta eius industria, & diligentia, commoditate loci, & in communi solito similium artificium lucratus fuisset tot.

Si vero nõ est solitus negotiari, prædicta sunt probanda, nec sufficit solum probare, quod verisimiliter lucratus fuisset tot, nisi probetur, quod præ manibus haberet merces, vel similia, Castrens. *in l. 3. §. nunc. de officio, numer. 3. ff. de eo, quod cert. loc.* Dec. *consilio 322. numer. 4.* Affl. *decis. 29.* Caccialup. *in l. 1. numer. 83. C. de Summ. Trinit. & fide Cathol.* Straccha de mercatur. *de contract. mercat. nu. 2.* reputans hoc admodum

5 notandum in practica. Et hæc est communis opinio, Natt. *consil. 370. in fine,* Soarez. *in suo Thesaur. litera L. num. 182. & 91.* late Burfat. *conf. 68. num. 11. & 21. volum. 1.* Camill. Plaut. *ad l. vnic. C. de sentent.* quæ pro eo quod interest, *in gloss. ex lucro, nu. 16. limitat. 2.* vbi Cagn. *num. 37.* Rebuff. *nu. 601.* Gomez. *in §. actionum, num. 18. de act.* Bois. *de remiss. merced. num. 109.* Simili modo, si sumus in solito negotiari, non est necesse probare lucrum cessans, certe, & clare, sed vt verisimile, secus in non solito negotiari, & mercari: Bar. *in d. leg. vnic. nu. 25. in verbo consueuit.* vbi dicit quasi certum ex eo solo, quod cum alia eius pecunia consueuit lucrum facere, & ibi Bal. *num. 8.* Salic. *num. 35.* Anchar. *in Clement. in §. sanè, quæst. 2. de vsur. et cons. 145.* Immol. *in l. si insulas, §. vsura, colum. 2. ff. solut. matrim.* Castren. *in l. diuortio. ff. eod.* Alex. *cons. 141. col. 2. in fin. col. 5. & cons. 191. numer. 5. vol. 2.* Angel. & Aretin. *l. continuus, §. cum ita, ff. de verb. oblig.* Io. de Anan. *in c. cum venerabilis, col. 7. vers. an vsura, de except.* Cuman. *cons. 139.* Cagnol. *in l. vnic. numer. 40. &* ibi Rebuff. *nu. 30. C. de sent. quæ pro eo,* Dec. *cons. 116. col. 1.* Io. Lup. *in c. per vestras, §. 22. de donat. inter vir. & vxorem.* Rui. *cons. 104. colum. 4.* Soc. iun. *cons. 165. n. 8. col. 2.* Pur. *ad l. cum quid, num. 167. ff. si cert. petat.* Et hæc est communis opinio, Soc. *cons. 156. col. 4. volum. 1.* Ant. Gabr. *de solut. conclus. 10. numer. 3. in fine.* Adde Cephal. *cons. 143. col. fin. vol. 1.* Crauett. *consil. 189. num. 7.* Paris. *cons. 86. nu. 14. vol. 1.* Rimin. iun. *cons. 304. nu. 8. & seq. vol. 3. cons. 52. nu. 31. vol. 1.* Purp. *cons. 182. n. 32. vol. 1.* Borgnin. *decis. 3. num. 32.* Firmian. *in verbo vsura, num. 10.*

6 Et semper lucrum cessans dicitur certum in mercatore solito negotiari, sicuti in non solito negotiari. Salic. *ad l. si fler ilis, §. cum per venditorem, in fine, ff. de act. empt.* Igne. *ad l. quatenus, num. 65. ff. de regul. iuris,* Ramec. *ad l. vnicam, num. 46. & 47. C. de sent. quæ pro eo,* quod interest, vbi ait lucrum ordinarium in mercatore venire, non autem fortuitum. latæ Neuiz. *cons. 77. num. 25.* Similiter practicando sufficit probare mercatorem petentem interesse, non autem mercatorem in genere tali anno solitum lucrari, & communiter, & verisimiliter tot ex mercibus, & negotiatione, Salic. *in l. 3. §. si. ff. de eo, quod certo loco,* & absque eo, quod certitudo lucri ostendatur Cagno. *ad l. diem functo, num. 106. de offic. assessor.* vbi eo loco repetendit, Dec. *num. 8.* idem Cagnol. *ad l. quatenus num. 26. ff. de reg. iuris,* dans modum, & formam articulandi, & capitulandi tale lucrum cessans, dicens contra Dec. Castrens. Fel. & Parisita in Senatu pluries iudicatum.

Bene tamen verũ est quod in homine solito mercari, vel negotiari in emendis prædijs, mercibus, & similibus, si probaretur, quod alij mercatores similes lucrati fuissent, audiretur, & sufficeret. Rebuff. *in d. l. vnica, n. 103.* dicens hanc esse cõmunem opinionem, Bal. *nouell. de dot. p. 7. special. 3.* & ab hac opinione nõ est in practica recedendum. Io. Lup. *de vsur. ad l. curabit. coment. 1. §. 6. sub num. 117.*

7 Et probatur tale interesse lucri cessantis per coniecturas, Cagnol. vt supra, *& in d. l. vnica, n. 42.* vbi Bologn. *nu. 148.*

8 Et in casu defertur iuramentum suppletorium, Corn. *cons. 22. nu. 8. in fine, vol. 4.* Plot. *ad l. si quando, n. 427. C. vnde vi,* secundum primam impressionem, Addit. ad Dec. *in l. quatenus num. 5. ff. de regul. iur.* Anch. *quæst. familiar. 33. num. 16. part. 2.* & hæc est magis communis opinio, Burfat. *cons. 68. nu. 38.* Addo Plot. *de in litem iurand. §. 19. numer. 30.* vbi in terminis locationis, & conductionis lucrum cessãs contra eum, qui nõ soluit in tempore mercedem vel pensionem, probatur iuramento in litem, attestans hanc esse communem opinionem etiã in foro conscientiæ in mercari solito, *& §. 11. num. 31. §. 12. num. 7.* & per instrumenta inter alios confecta. Ant. Gabr. *de solut. concl. 10. nu. 5.*

9 Et caueas, quod solitus mercari, vel quouis modo negotiari nõ dicitur si vellet incipere negotiari tempore solutionis, vel vnico vel bino reiterato actu, licet alias in alijs casib. secus sit, vt suo loco dicã, Castr. Aret. & Immol. *in l. continuus, §. cum ita, ff. de verbo. oblig.* Tiraq. *de pens. casu 51. 71. & 171.* Nat. *cons. 370. num. 2.* Rebuff. *vt supra, num. 607.*

10 Probatur etiam tale interesse lucri cessantis etiã per instrumenta per alios confecta, *vt per gl. in d. l. vnica, in verbo subtilitatem,* & ibi Bal. & cæteri, Ant. Gabr. *de solut. conclus. 19. num. 5.* Similiter in practica dicitur, quod attendendum est interesse primi tantũ anni, nõ sequentium, ac etiam interesse tantum propinquum, non remotum, vt ex hoc lucratus essem, hoc, ex hoc, illud &c. Curt. iun. *in d. l. vnica, col. 9.* Dec. *in c. cum venerabilis, num. 14. de except.* Iaf. *in l. 3. §. nunc de offic. col. 2. vers. breuiter conclude, ff. de eo, quod certo loco,* Dec *consil. 11. num. 32.* licet aliter tenuerit, Cagnol. *in d. l. vnica, num. 45.* tamen hęc est magis cõis opinio Stracch. *de contract. mercat. par. 5. n. 3.* Emanu. *in suo Thesaur. litera L. nu. 191.* Panciról. *cons. 47. num. 7.* Bon. *de cens. articu. 11. circa medium,* Bertaz. *cons. 18. num. 25. vol. 2.*

11 Debet insuper articulari locus, & hæc est magis cõis opinio, Aret. *cons. 152. col. fi. & consil. 157.* Crauett. *cons. 87.* Turcan. *opinio. 155.* licet Castrens. Dec. & alij contrarium tenuerint, vt per Couar. *lib. 3. variar. resolut. capit. 4. num. 5.* Emanuel. Soarez. *litera L. num. 187.*

Testis insuper deponere debet, a quib. locator sit

F 2 re.

Digitized by Google

requisitus, & quod fuit pręcise requisitus ad emendũ tale prædium,& quod omnino emisset, si pecuniam habuisset, ex quo fundo percepisset tot loquendo in non solito negociari, vel mercari,cum non omnes sint mercatores,vel soliti negotiari, Castrens. *ad l. di. uortio,in pr.ff.solut. matrim.* cuius opinio in practica seruatur, Ruin.*cons.56. colum.2. vol.2.* Roland. *cons. 35.vol.1.*

12 Pariter considerandum est circa damnum emergens,quod distingui solet, aut mora est commissa in committendo,vel omittendo. Si committendo,venit damnum emergens interesse intrinsece,& extrinsece,& in materia locati & conducti,de qua agimus: si vendisti lignũ magagnatũ scienter,& teneris de ruina domus,& pensione soluta non in infinitũ,sed prima tantum pensio debetur,& non vltra,& sic habetur, ꝙ pensio domus est interesse extrinsecum, & de prima tantũ intelligitur *l. in hoc iudiciũ,l. Neratius,ff. de seru.corrupt.* Ang. *in verbo vsura,nu.30.*

13 Similiter conductor morosus, vel dolosus tenetur ad damnum emergens in non solito mercari vel negotiari, Alex.*cons.31.viso,nu.10. vol.6.*

14 Insuper si conductor tenetur ad speciem aliquã; tunc tenetur ad interesse lucri cessantis, & damni emergentis, si dolus sit in committendum, secus in omittendo, nec datur iuramentum in litem. & hæc est magis communis opinio, Ias. *ad l. nummis,n. 4. ff. de in litem iurand.* Plot. *de in litem iurand.§. 10.nu.26.cum sequent.*

15 Et sis cautus, quia interesse lucri cessantis peti amplius non potest soluta sorte principali. Matthes. reputans in practica admodum notabile, *notab.90.* cõmendat Euerard. a vi subrogationis, *nu.16.*

16 Reducendo igitur ad practicã cautus erit diligens aduocatus,& procurator articulando,& capitulãdo deducere moram, vel ex interpellatione, vel lapsu diei &c. deduceret etiã, quod ipse est solitus mercari, vel negotiari,& verisimiliter esset lucratus tot, & si erit homo non solitus negotiari, deducat, quod præ manibus habebat talem rem, nec emit ex carentia pensionis, quæ fructabat verisimiliter tot, & est etiã securus in foro conscientię,& de iure,& ęquitate canonica, Hostiens.*in c.salubriter,* de vsuris, Dec.*consil. 116.col.penult.vers.præterea,* Abb. & Fely.*in cap.cum venerabilis,* vbi Abb. *colum. 3.* Felyn.*col.2. de except.* Soc.*cons.2. colum.fin. volum. 1.* & hæc est communis opinio, Arei.*consil.9.* Ant. Gabr. *de solut.conclus.10. num.2.* licet Grat.*cons.56.volum.1.* de contraria attestetur.

Et contra Grat. ad Angelũ, *in verbo vsura, il primo,§.16.* Rimin.*cons.318.numer.6.vol.2.* Neuizz. late *cons.77.* Bursatt.*cons.28.num.12.* Pancirol.*consil.147. sub nu.16.* vbi dicit esse magis communem omnium Theologorum. Vnde in curia Episcopali licite petuntur, Pedemont.*decis.143.sub num.13.* Et licet tale interesse lucri cessantis possit excedere duplum verę sortis, Bero.*cons.193.nu.21. volum.1.* arbitrio tamen iudicis taxabitur, Iacob. Menoch.*de arbitr.iud.lib.2. cent.2.casu.119.* attestans hanc esse communem opinionem.

17 Et quibus corollarie infertur intellectus *ad l. fin. ff. de peric. & commend. rei vendit.* quia ille textus secundum aliquos procedit in contractu bonæ fidei, in quo debetur vsuræ ex mora pro modo fructuum, & non ratione lucri cessantis, Ias.*in l.3.§.fi.ff.de eo, quod certo loco,* Couar. *variar.resolut.lib.3.c.4.nu.2.* Vnde, si verus est iste intellectus, cum contractus locationis sit bonæ fidei, & iisdem iuris regulis reguletur, sicut emptio, & venditio, idem in eo obseruandum erit, Laurent. de Rudulph. *de vsuris,p.2. oppos. 4.* & ista est magis communis opinio, Socin. *in l.de diuisione,n. 13.ff.solut.matr.* Vbi loquitur in homine insolito negotiare, seu in fortuito lucro vel vbi nõ probaretur verisimiliter de interesse lucri cessantis, Ias. *in d. l.3. §. fin.* Bulg.*ad l.nummis,* de in litem iurando, Paris. *ad c.venerabilis, nu.32.* vbi Fely.*in 2.limitat. de except.* Sapia.*ad l. vnic.n.88.* vbi Rainer.*n.46. C.de sent. quæ pro eo.* & hæc est communis opinio, Dec.*cons.441.n. 14.* Silua.*cons.10. num.10.* licet in se contradicat, & fuit opinio antiqua, Bald. *ad Spec. ad appell.§. restat,* & hæc est magis communis opinio Burs.*cons.68. nu. 4.vol.1.*

18 Cautus igitur erit conductor deducere lucrum verisimile, prout venditor tenetur. Bene verũ est, quod in almo Rotę auditorio, fuit aliquando obseruatum, tria requiri, s. moram, solitũ negotiari, & quod merces præ manibus habuit, & pecunias dicta de causa mutuo accepit, quas non accepisset, si debitor morosus non fuisset, vt per Mohedan *dec.208.* Dux Sessæ, *& 103.* Put.*dec.3.* de vsuris, & Ant. Augustinus Episcop. Ilerdens.*dec.592.& 289.* Simon Centu, ex doctrina, Castr.*in l.3.§. fin.ff. de eo, quod certo loc. per l. quemadmodum,ff. ad l. Aquil.*

Mordet tamen eam Burs.*cons.68. sub n.36.* dicens opinionem Castrens. communiter reprobatam, vel saltem non procedere cum res, vel merces essent continuæ, & omni tempori suppositæ.

Excusatur tamen ex impotentia quis ab interesse
19 lucri cessantis, & damni emergentis, Affl.*dec.20.* Declara id verũ esse in necessitate extrema, ex qua de iure diuino creditor gratis succurrere tenetur, Corrad.*de contr.illicit.q.29.* Rebuff.*ad l.vnica,nu.594.& 608.* Put.*de restit.in integrum,decis.8.* Ant. Aug.*lib.3. decis.564.* Archiepisc. Floren. *in sua Summ.p.2. tit.de auaritia.* Affl.*decis.2.* Rol.*cons.35.vol.1.*

Declara secundo, vt non procedat in impotentia superueniente post morã, Bero.*cons.193.nu.28.vol.3.*

Practicando igitur paupertas non excusat conductorem post moram, vel nisi extrema necessitas, ad ea, quę supra posui materia paupertatis.

De lucro cessante conuentionali.

QVAESTIO *II.*

SEd in hac materia lucri cessantis, & dãni emergentis, vtilis & quotidiana est quęstio, & indagatio. Loco Sempronio domum, vel quid simile, & do sibi terminum ad soluẽdum pensionem, & paciscor, quod pendente termino aliquid mihi detur, non quidem certum, sed in genere, & incertum, eritne licitũ?

1 Videbatur dicendum, quod nõ, quia stante dilatione ad soluendũ non videtur in aliqua mora, ergo ad nullum interesse tenetur. *l.lecta §.sed cum certis, ff. si cert.pet.gl. in l.si cum exceptione,§. quatenum, in verbo tripli,ff.quod metus causã l.traditio,C.de act.empt.l.stipulationes non diuiduntur,§.final ff. de verbo. oblig.* pro qua parte tenuit Soc.*cons.176.in fi.lib.2.& consil.103.*

in fi.lib.2.Rub. Alex.*conf.*88.Dec.*conf.*119.*n.*3.quam
coem dixit Aret.*conf.*152.*in fi.* & 157.Tucz.*opi.*155.

2 Pro contraria parte facit, quia conductor non debet habere rem, & pretium, seu pensionem, quam si habuisset præ manibus, vtique lucratus esset tot, *l. curabit, C.de pact.empt.*

Et hanc partem tenuit Castrensf. *in l.Iulianus, §.ex vendito, ff.de act.empt.* Dec.*in rap.cum venerabilis, n.* 14.*de except.conf.*111.*col.fi.*Corn.*conf.*113.*col.fin.lib.* 3. Alc.*in l.si quis nec causam, col.3.si cert.pet.* Cagnol. *ad l.curabit, num.*58. Parisienf.*in consuetud.§.*1.*glos.*9. *num.*17. & *de contract.quæst.*74.*num.*544.Alex.*consil.* 121.*nu.*4.*lib.*5. Hostienf.*in cap.salubriter*, vbi Abb.*nu.* 3.*ac etiam col.penult.*Anan.*nu.*16.*de vsuris.*Ioan.Lup. *in cap.per vestras in* 5. *notab.nu.*5. Corrad.*de contract.* *quæst.*30. Archidiac.*in canon.Vsur.*14. *quæst.*3. Rom. *conf.*517.*col.*7. Angelic.*in verb.vsur.*1. §.16. Siluestr. *in verb.* §.23. & hæc est verior, & magis communis opinio, Couar.*var.resol.lib.*3.*c.*4.*illat.*6.Commendat Soarez *litera L.num.* 189.

3 Ampliatur hæc conclusio, vt procedat nedum in interesse in genere, & incerto, sed certo, & taxato, quod secundum leges appareat coueniens, verisimile, & iustum, Bal.*in l.rogasti, §.si tibi*, vbi Purpur.*num.* 39.*ff.si cert.petat.* Anan.*in c.vlt.nu.*92.*de vsur.* Alber. *in l.*1. & ibi Bald.*col.*4.Iaf.*col.*3.*C.de sum.Trinit.*Cagnol.*ad l.curabit.num.*59.Paris.*conf.num.*31.*lib.*1. Couarr.*d.c.*4.*illat.*7.

Cui adde, quod hæc est vera, & magis communis opinio, Alex.*in l.si insulam, §.vsuras, col.fin. vers. alius articulus, ff.solut.matrimon.consil.*31. *vol.*6. *conf.*221. *volum.*2. Plot. *ad l.si quando, numero* 454. secundum primam impressionem. Ancharan.Regienf.pulchre, *quæst.*33.*parte secunda*, Dec. *conf.*111. *volum.fin.* vbi bene loquitur.

4 Cautus igitur erit in practica locator paciscens ab initio quid certum, & taxatu, vt illud sit verisimile, & conueniens, secudum leges, & fortasse melius erit couenire ab initio in incerto tantum, postea liquidare, iuxta doctrinam Ancharan. superius allegatam.

5 Ampliatur secudo allegata decisio, vt nec tale interesse computetur in pensionem, Castrensf. reputans hoc valde notabile *in l.sicut, §.fi.ff.locat.* contra Bart. ibi ex dispositione *l.curabit, C.de act.empt.*

Ex quibus corollarie habetur ampliatio *ad d.l.curabit*, vt procedat, & habeat locum etiam in contractu locationis, & conductionis. Addendo ad *reportat.* per Alphan.281.

6 Declaratur allegata conclusio, vt procedat in solito negociari, alias secus, quia tale pactũ facere non potest, Soc.*conf.*86. & 103.*lib.*4. & est æqua, & rationabilis opin. Crau.*conf.*189.*in* 3. & 4.*casu.* qui in materia perbelle consuluit, Anchar. Regienf. *quæst.* 33. *in princ.par.*2.& hæc pauca addo vltra Couar. plene profitentem *d.lib.*3.*cap.*4.

7 Ex quibus corollarie habetur limitatio, & intellectus *ad l.lecta, vers.sed cum fortis, ff.si cert.pet.* vt licet pendente dilatione debitor nõ sit in mora, tamẽ vsuras compensatorias pacisci, & habere poterit, & sic vsuræ cõpensatoriæ non requirunt necessariò morã.

8 Sed pone, quòd locator dederit terminum conductori ad soluendum mercedem, & nihil aliud sit dictum, nec pactũ, debeturne interesse? vtique sic, quia dies interpellat pro homine, vt in terminis locati, & conducti, est *gl.in l.cum quidam, §. ex locato, ff.de vsur.*

De lucro cessante arbitrario.

QVÆSTIO III.

1 ALtera non inutilis in hac lucri cessantis materia est indagatio. Pone, q̃ nõ sit data certa dilatio ad soluendum, sed fuerit dictum, quousque pensionẽ soluas, volo quod des tot, vel quid tale, & militant dubitãdo rationes superius allegatæ. Veritas tamẽ est, vt valeat talis conuentio, & licitè huiusmodi lucrum peti poterit ex æquitate, *l. curabit, C.de actio. empt.* Soc.*conf.*176. *col.fin.lib.*4. Paris.*conf.*60.*lib.*1.

2 Ex quibus corollarie habetur ampliatio *ad d. l.curabit*, vt procedat stante dilatione incerta, & arbitraria. Et vltra superius adducta adde, quod hanc eandẽ opinionem teneat alij a Paris. non allegati, vt Paul. de Liaz. Calder. & Anchar. *in c.salubriter, de vsur.* & *in cap.in ciuitate, eod.tit.* Bald.*in rubr.de vsur. quæst.*4. Salic. *in authent. ad hæc quæst.*13. *de vsur.* & hæc est communis opinio, Alexan.*conf.*31. *volum.*6. & *consil.* 200.*eod.volum.* Pulchre in materia Ruin.*consil.*73. *in* 4.*casu, volum.*1.

3 Et est in facultate cõductoris, quando soluere velit, & se liberare ab hac annua præstatione, quæ concedi videtur pro cessatione solutionis. Soci.*conf.*88. *vol.*1. & tradit Paris.*in d.conf.*60.*nu.*22.*lib.*1.

De lucro cessante titulato.

QVÆSTIO IV.

1 ALia succedit circa interesse lucri cessãtis practicabilis, & vtilis indagatio ad materiã *l.sicut §.fin.ff.locat.* vendidit quis fundum pro certo pretio, postea cõuenitur inter partes, vt donec pretium soluatur, fundus intelligatur locatus pro certa annua pensione, valebitne talis contractus? Primo loco videbatur dicendum quod non, quia hæc duo videntur habere repugnantiam, emptio, & conductio, vẽditio, & locatio. Ex vna enim dominium transfertur, ex alia non, *l.vbi repugnantia, ff.de reg.iur.*

2 Secundo pro hac parte facit in simili id, quod not. Ant.de Butr.*in c.salubriter, de vsuris*, quod si dos fuit promissa ad certum tempus, maritus nihil interim licite consequi potest, nec etiam fructus rei pignoratæ, ex quo promissor propter dilationẽ nõ fuit in mora.

3 Pro cõtraria parte facit æquitas *l.curabit, C.de act. emp.* & sicut emptor nõ debet habere rem, & pretiũ, pariter nec conductor rem, & pensionem, cũ iisdem regulis iuuentur, *l.*2.*ff.loc.* & hanc opinionem in terminis tenuit Soc.*conf.*103.*vol.*4. & *conf.*88.*nu.*18.*eod. vol.*Paris.*conf.*66.*nu.*22.*vol.*1. Abb.*conf.*76.*lib.*1.Dec. *conf.*419.*nu.*4.*vers.*2.*non obstat.*Alexan.*conf.*121. *vol.*5. Couar. *var.resol.lib.*3.*c.*4.*illat.*9.

Cui addo Ruin.pulchrè distinguentem *conf.*73.*nu.* 3.*vol.*1.Anchar.*q.*33.*nu.*6.*par.*2.Io.Lup.*de vsur.§.*7. *nu.*138. *cum seq.* & ratio est in promptu ex Socin. & Paris, quia in facultate illius erat soluere pretium, & se liberare ab annua præstatione, & in isto casu non videtur data dilatio ad soluendum, sed illud annuum videtur promissum pro cessatione solutionis, *l. lecta, ff.si cert.pet.*per Bar.& alios *in l.qui Romæ, ff. de verb.*

oblig.& est text. in terminis locati in l. sicut,§.fin. cum l.sequent.ff.locat.
4 Circa quẽ tex.quia insertus est *in tit.locati,& conducti*,apponuntur multa vtilia,& quotidiana in pra-
ctica.Primũ,ꝙ licet regulariter locator teneatur ad
exonerationẽ mercedis(vt suo loco Deo dante dice-
mus)tamen hoc fallit,& limitatur quãdo locationẽ
præcessit vẽditio,modo,quo sup. ex quo est perfecta
vẽditio periculũ est emptoris,& sic magis attenditur
emptio,& venditio,quam locatio in ea incorporata.
5 Ex quibus corollarie infertur ampliatio *ad l. 2. C. de peric.& commod.rei vendi.* vt procedat etiam si in
termino solutionis pretij rei venditæ essent inclusa
dilatoria locatio, & conductio, quæ assumit natura
venditionis includentis eam .
6 Secũdum est ex eadem glo.ibi vt isto casu locator
non teneatur ad vti frui, ad ea, quæ ponam *in tit. de euict.ad l.si quis domum,ff.locat.*
7 Tertium est ad intellectum,& materiam *d. l. sicut, §.fi.* vt virtus constituti appositi in contractu emptio-
nis,& venditionis nõ operetur effectũ suum in loca-
tione finita,& expirata *ad l. itẽ quæritur.§.qui impleto,ff.loc.* vt singulariter per Alex.*cons.121.n.4.vol.5.*
8 Quartum,quia dispositio *d.l.sicut, §.fi.* procedit in
casu suo,s. quando est titulata locatio,& nomine lo-
cationis, pro pensione, fictu, vel responsione sit ali-
quid promissum : secus si simpliciter pro interesse,vt
considerat Dec.*in cons.119.sub num.4.*
9 Et similiter notãdum est in hac materia locati , &
cõducti,quod si pro rata,& proportionabiliter sit so-
lutum pretium ab emptore,proportionabiliter mer-
ces,vel pensio debetur,*ex l.quæ de tota,ff. de rei vend.* vt per Alex.*cons.119.n.5.vol.5.*qui etiam dicit vnum
aliud satis vtile in practica,quod licet *gl.de qua supr. in d.l.sicut,*dicat periculum in casu illo esse emptoris
intelligitur ex consensu perfectè tradito, nõ ex mera
10 traditione secuta.Vnde periculũ rei venditę spectat
ad emptorem , nedũ traditione actualiter secuta, sed
ex consensu præstito,*§.cum autem,Institut.de empt.& vend.l.necessario,ff.de peric.rei vend.l.1.C.eod.*
11 Declaratur tamẽ,vt prędicta sint vera in casu suo:
si vero primo locauit,postea vẽdidit,& confessus est
habuisse pretium,si postea conueniatur inter partes,
quia pretium nõ fuit solutum vere, debere solui cer-
tum quid ratione pẽsionis, quia per venditionẽ sub-
secutam fuit extincta locatio pręcedens,vt per Abb.
*in allegato cons.*quem ita declarat Alex.*d.cons.119.*
Ad allegata ei in cõtrarium allegari potest , quod
nomine simplicis interesse,vel vsurarum promitti nõ
potest,bene tamen *sub tit.locationis*,vt per Ruin.*in d. cons.77.nu.8.quem videas.*
12 Et sic sub velamine locationis, & cõductionis ali-
quid permittitur,quod sub nomine simplicis interes-
se prohibetur , *ad reg.cum quid,lib.6.*
Practicando igitur promittat conductor locatori
non ex simplici interesse , sed titulo locationis , &
conductionis modo,quo supra .
13 Declaratur vlterius vltra Couarr. superius alle-
gatum , vt non procedat , quando venditio est facta
cum modicitate pretij,nec emptor curauerit accipe-
re possessionem rei venditæ pariter & locatæ,& vẽ-
ditor semper soluerit datia,collectas,& onera, vt la-
te à Paris *cons.55. vol.3.* ad quem recurras, & ponã
inferius *in tit.de vsuris,vbi videas.*

Quid in pęna conuentionali, ponam *in titul. arborum furtim cæsarum.*
14 Et notabilis est in quæstione,de qua agimus,*tex.in d.l. sicut,cum l. seq.* vbi expresse apparet locationem
esse contractũ bonæ fidei,ibi,Bona fides,&c.& simi-
liter quod pensio currit pro rata temporis pretij nõ
soluti,& sic habetur limitatio ad superius adducta,vt
currat pensio pro rata tẽporis proportionabiliter,&
adhuc merces debebitur pacto inito,vt si pretiũ non
soluatur,res sit inempta,*l.item si cum gl.quæ subsequi-*
15 *tur l.sicut ff. loc.* Includitur igitur locatio in corpore
venditionis,& currit pensio proportionabiliter .

De lucro cessante moroso .

QVÆSTIO V.

ET postquam ingressi sumus materiam lucri ces-
santis, & damni emergẽtis,& ad propositũ ma-
teriæ locati,& cõducti,de qua agimus,homicida,qui
aliquem siue dolo malo,siue culpa,siue in rixa inter-
fecerit,tenetur ad expẽsas in cõducẽdo medicos, vel
chirurgos,similiter tenetur ad operas,quas verisimili
ter occisus fecisset,si vixisset,prę̨sertim si erat artifex
solitus locare operas suas,vt Medicus,Aduocatus,ꝓ-
1 curator,prętor,& alij operarij,& artifices,*l.liber homo,vbi gl.ff.ad l.Aquil.l.qua actione,l.hæreditatum,ff. eod.tit.l.ex hoc, ff. si quadrupes pauperiem fecisse dicatur,l.fi.ff.de his,qui deiecerunt,vel effuderunt, cap.1.* vbi
Abb.& alij de iniurijs,Specul. *in tit. de iniur.§.sequitur,vers.sed nunquid,*idem in vulnerato,vel mutilato,
vel aliquo membro debilitato.Summa Angel.*in ver. restitutio,1.& in verbo homicida,* vbi limitat, nisi fe-
cerit ad sui defensionem, Summ. Rosell. *eod. verb.3.*
Aret.*in tract.malef.in ver.nec non ad querelam,nu.95.*
Lup.*in rub.de donat.§.25.nu.5.*vbi dicit quotidianum
Put.in vna Tudertina,*decis.280.p.3.*
2 Ampliatur,vt nõ solũ teneatur ad interesse offensi
sed aliorũ,quos interfectus,& mãcus sustentabat,pu
ta familiæ pauperis,Plot.*de in lit.iur.§.4.n.6.* pariter
si pater est senex,Mareh.pulch.*decis.delfin.929.p.2.*
3 Ampliatur secundo,vt teneatur socio omnium bo-
norum,vel particularis rei,Plot.*vt sup.nu.8.*
4 Ampliatur tertio,vt nedũ teneatur ad medicinas
corporis, sed ad exequias, orationes, & eleemosinas
secundum facultates homicidæ,Rol.*cons.49.lib.2.*
5 Ampliatur quarto,vt de iure diuino id permittatur
& post annum a die occursi casus etiam causa eũ fi-
sco finita,Rol. *vt supr. nu.15.* vbi attestatur de magis
communi. limita hoc verum,si agat vt filius,secus si
vt hæres,Put.*in allegata decis.*
Limita secundo , vt taxetur arbitrio iudicis , Rol.
cons.39.nu.10.vol.2. Borgn.*de tut.nu.136.* Menoc.*de arbitr. iudic. casu 122.* quæ medicinæ, curationes, &
operę sunt ęstimandę non iuxta terminum annorum
centum, prout homo viuere pręsumitur, vt fuit opi.
Floria.relata per Alex.de Neuc.*cons.85.nu.10.vol.1. cons.crimi.* sed iuxta terminos *l.hæreditatum.ff.ad leg. Falc.*Maran.*in Spec.par.4.n.4.*Marsi.*sing.574.*& hęc
est communis opin.Ioseph.*Rot.Lucana 62.nu.28.* vbi
etiam declarat *consil. Cranet. 119. num.5.* procedere
in transuersalibus pauperibus , licet interfectus eos
alere nõ teneretur. Et isto casu filio,vel patri,vel hę-
redi interfecti, vel eius socio , vel ipsi vulnerato da-
tur

Digitized by Google

tur pro prędict's iuramentum in litem, quo hæc omnia probantur, *Iaſ. ad l. ſi quando, n. 57. C. vnde vi*, Rot. §. 41. *nu.* 9. vbi limitat in homicidio caſuali, quo caſu licet prædicta debeantur, non tamen probantur ſimplici iuramento, ſed teſtibus, vel alijs legitimis probationibus, vel officio iudicis ęſtimabitur, vt per eum limitantem in delicto culpoſo, nō dari, ſed probationibus legitimis probabitur, poterit tamē iudex ſupplere attenta qualitate agentis, & ipſius facultatib. Inſpicit etiam qualitatem facti, ſi offenſus dedit cauſam, quia offendent excuſatur etiam aliqualiter modum exceſſerit, Soc. *conſ.* 156. *col. fi. vol.* 2. Crau. *conſil.* 119. Ioſeph. Ludou. *concl.* 39. *& d. decіſ.* 62. *n.* 23. Purpur. *conſ.* 449. *nu.* 15.

6 Addo, quod ſi duo inimici ſe inuicē offendunt, intereſſe non ſoluitur, ſed fit compenſatio. Similiter non venit intereſſe, ſi quis offendat ad defenſionē ſui, vel patris, Fely. *in c. dilecti nu.* 15. vbi Dec. *num.* 16. *de except.* Addit. ad Bertaz. *conſ.* 18. *litera B. lib.* 2. Et iſto caſu nō fit differentia in eo, qui locat operas, vel propriam artem exercet, vt per Crau. & Marſ. *in citatis locis*, Capic. *deciſ.* 333. Plac. *in epito. delictorum, libr.* 1. *cap.* 6. *num.* 32. vbi ampliat in homicidia ad mortem damnato, vt arbitrio iudicis aliquid annuatim ſoluendum ſit, vbi idem quærit in iuuene ſignato, & fęmina deformata, Franc. March. *dec. delfin.* 929 *p.* 2. vbi quid in ſene Didac. loquens in hærede piſcatoris, *p.* 2. §. 8. *ſub num.* 12. in regula peccatum, & re vera exclamat Ioſeph. *in allegata deciſ.* 62. quod iudices moderni temporis quærunt ſolum compoſitiones cammerales omiſſis damnis & intereſſe offenſi contra omne iuris debitum.

7 Pariter vulnerans, & interficiens animal alicuius tenetur ad lucrum ceſſans, & damnum emergens, fortaſſe erat ſolitus locare, & dare ad vecturam, & ſimilia & dabitur iuramentum in litem, vt per Plot. *vt ſupr.* § 41. *n.* 3. vbi in fine tenet, quod ſi prædicta ſine dolo ſunt commiſſa, iudex ex officio ſupplere poterit, quádo vere conſtabit deberi, iuxta not. per Bar. *in l. ſi quod ex Pamphilia, ff. de leg.* 2. Soc. *conſ.* 36. *vol.* 1. *per l. prin. §. hoc interdicto, ff. quod vi aut clam.* Rebuff. Paul. & alij, *C. de ſent. quæ pro eo.* In præſenti autem materia vide Alber. *in l. & ſi quæcunque §. in colluctatione, nu.* 3. *ff. ad legem Aquilinam.*

De lucro ceſſante fortuito.

QVAESIO VI.

1 QVid in piſcatoribus, veneratoribus, & aucupibus? in materia ponam aliquas concluſiones ad *l. ſi iactum, ff. de contrah. empt.* Prima ſit concluſio. quis venetur in alieno domino prohibēte, vel aucupetur, tenetur ad æſtimationem damni, quod per eā venationem, vel aucupationem domino prohibenti intulerit, in qua æſtimatione habenda eſt ratio animalium, quæ niſi extraneus venatus, vel aucupatus fuiſſet, dominus fundi, vel cōductor, aut colonus habuiſſet. pariter habendā eſt ratio venationis, vel aucupij quæ in eo fundo, per Dominum, vel conductorem exerceri ſolebat. Ioann. a Med. *de contract. q.* 12. Couar. *in reg. peccatum, p.* 2. §. 8. *nu.* 11.

2 Secunda ſit concluſio, Conductus ad piſcandum pro certa conuenta mercede pro qualibet die id habere debet eo etiam die, quo piſcatio ſterilis fuit. Couar. *vt ſupr. num. duodecimo, appellans l. ſi iactum, text. ſingularem.*

3 Tertia ſit concluſio. Venatoris, piſcatoris, & aucupis percuſſi, operæ præſentes, & futurę æſtimandę ſunt, Couar. *vt ſup. n.* 12. *in fi. licet* Rom. *ſing.* 331. dixerit lucrum ceſſans in his minime æſtimandum, refertur per Stracch. *de mercatura, tit. de cōtrac. n.* 9. vbi rationē reddit, quia id certū eſt, & a fortuna dependet.

De lucro ceſſante irregulari.

QVAESTIO VII.

NEc exeundo materiam locati & conducti, nec lucri ceſſantis damni emergentis, quatenus ad materiam locati, & cōducti ſpectat, quæro vlterius. Venditor fuit in mora irregulari in conſignādo domum venditori, nunquid tenebitur ad penſionem domus? Et primo videbatur, quod non, *ex l. neq. pignus, ff. de reg. iur. iuncta l. traditionibus:* cum enim traditionibus rerum dominia transferantur *d. l. traditionibus*, re igitur non vere tradita poteſt dici in domino venditoris, & ſic in ea, vti quaſi propria locatio cōſiſtere
1 non poterit *d. l. neque*, Contrarium tenet I. C. *in l. Iulianus, §. ex vendito, ff. de act. emp.* vbi venditor tenetur ad fructus, & ſic ad penſiones ſi habitauit, vel habitare potuit, vel locauit, aut locare potuit, & ita in ſpecie tenuit, Soc. *in l. de diuiſione, col. penult. ff. ſol. matrim.* Neg. *ſ. de pig. p.* 5. *memb.* 4. *nu.* 9.

2 Et ſic habemus, quod venditor tenetur ad penſionem licet fortaſſe non habuerit.

3 Practicando igitur articulanda eſt mora, item quod habitauit, vel habitare potuit, vel locauit, aut locare potuit, & penſio, quæ legitime deberi poterit.

Nec obſtat ratio contraria, quia id prouenit ratione moræ. Quæ omnia faciunt ad materiam *l. quod te, ff. ſi cert. pet.*

ADDITIO.

☞ *Et in contractu locationis & conductionis venit intereſſe intrinſecum, totā, tā reſpectu ſui, quia bonæ fidei eſt, quā reſpectu fructuum.* Rebuff. *ad l. vnic. ſuper gl. in verbo. Dupli. n.* 42. *C. de ſent. quæ pro eo. Et venit etiam intereſſe extra rem reſpectu penſionum quæ loco fructuum ſunt* Rebuff. *in citata gloſ. nu.* 75.

De lucro ceſſante domini.

QVAESTIO VIII.

1 QVæro in materia *l.* 1. *C. de ſeru. fug.* an habeatur ratio operarum Domini, & quia agitur materia ſeruorum, quæ hodie parum lucroſa eſt, ponitur per Cin. *in l.* 1. *n.* 20. *oppoſ.* 10. *C. de ſeru. fug.* Iaſ. Ver. & alij, & in hoc ſimplici remiſſione ero contentus.

De re æque idonea.

QVÆSTIO IX.

1 QVæro. Conductor offert rem æque idoneam an audiatur ponam *in tit. de cuct.*

Digitized by Google

De lucro, vel damno ex computatione.

QVAESTIO XV.

PVlchra, vtilis, & necessaria est inspectio, an id, quod percipitur ratione lucri cessantis, vel danni emergentis, ex damno dato actione furti, vel simili causa, debeat in sortem commutari, & pensionem ipsam iuxta ritum bonæ fidei. Et pro affirmatiua dicēdum videbatur, quia creditor computat in sortem, l. si pignore, ff. de pignor. actio.

1 Pro contraria parte facit. Fructus non cōpensantur *l. si conuenerit, ff. de pig. act.* Et hęc opinio est de iure verior, quam in terminis ponit, & tenet Accur. *in d. l. si pignore*, reddens rationem inter creditorem, & conductorem, quia creditor non potest vti re, & vtēdo committit furtum; secus in conductore, qui vsum habet, vbi Bart. hoc summopere commendat in materia locati, & conducti, & sic patet responsio ad rationem cōtrariam, & sic patet limitatio *ad l. si pignore*, vt non procedat in conductore.

2 Et in materia locati addo vnum aliud, quod si creditor in re pignorata cōduxit multa operas, & impēdit multos labores, quod hæc computantur, Host. *in summ. de vsur. §. in aliquo, vers. 4.* Alexand. ad Bart. *in l. 2. C. de pig. act.* Negui. *de pign. in 5. memb. 2. partis, nu. 13.* Similiter si conductor ad longum tempus, prout emphyteuta, & feudatarius pignorat creditori directo, & domino fructus non computantur in sortem, *cap. 1. de feud. cap. conquest. de vsu.* quod memorabile reputauit *ad limit. l. si pignore, ff. de pig. act. & l. 1. & 2. C. eod.* Rom. *sing. 329.* Bero. *in c. 1. limit. 3. de vsur.* Soc. *reg. 3. casu 5.* Negui. *de pign. in 5. membr. 5. partis princ. limit. 4.* Bald. *de præscr. in 2. par. princ. nu. 5.* valde commendat Ioann. de Arn. *problem. 9.*

3 Et hęc in materia locati tantum & conducti deseruient ad intellectum *d. l. si pignore, & d. l. 1. & 2. C. eo. de pign. act.* Et in tract. *locati & conducti est text. in l. si, qui rem, ff. locat.* vbi infert Bart. & sequitur Castrens. quod si conductor exegit pœnam a damnum dante, non cogitur locatori restituere, nec in sortem computare, vbi glo. ampliat idem in commendatario, *ex l. si, §. sed cum vsura, & ibi not. C. de furt.*

De natura locationis. Fructus.

SEcūda principalis indagatio in hac secūda quęstione principali est fructus ex mora in actione loca-
1 ti, & cōducti, vti bonæ fidei an debeantur iure actionis, vel officio iudicis, Vtilitas indagationis inter alias hæc est, si enim iure actionis sublato principali peti non poterunt, secus si officio iudicis, Bald. *ad l. 1. C. de vsur. & fruct. leg.* Dixi *ad reg. cum quid, par. 4. limit. 5.* Vna fuit opinio, quod iure actionis ex locato, & conducto, pro qua facit *l. in marito, §. fin. ff. sol. matr.* vbi in contractu dotis bonæ fidei petuntur accessiones, & fructus actione de dote, & hanc opinionem tenuit *gl. in §. actionum, in gl. mag. Inst. de act.* quam singularem dixit Bald. *in cap. dilectus, col. 7. de excep.* Matthes. *not. 90.* & Bald. *in d. l. si marito, §. fi.* vbi hoc summopere commendat, & laudat.

2 Contraria fuit opinio, quod officio iudicis mercenario. Pro qua opinione facit, quia fructus veniunt ex mora & transcendit naturam actionis bonæ fidei; ergo actio ad eos competere non potest, & huius opinionis existens allegat hanc rationem Bald. *in l. 1. C. de vsur. & fruct. leg.* Bellapert. *in d. §. actionum,* Ias. *in l. iudicio cœpto, nu. 9. C. de iudic.* & hæc est vera, & communis opinio attestata per Alesand. *ad d. l. si marito, §. fin. in princip.* Ias. *in l. in bonæ fidei, in prin. ff. de eo quod certo loco.*

Non obstat ratio ex aduerso adducta, quia loquitur in dote, quæ est iudicium vniuersale, secus in particularibus iudicijs, prout nos loquimur. Bene verum est, quod si in contractu locationis, & conductionis intētaretur certi condictio generalis, non venirent isto casu fructus ex mora, ex quo hoc prouenit ex accidētali natura, Bal. *in l. 2. C. de pact. inter emptorem, & venditorem, in l. petens, C. de pact.* Ias. & Alex. *in l. certi condictio, ff. si cert. petat.*

De in litem iurando. Effect. 3.

1 TERTIA Principalis est indagatio ex bona fide, oriens, quod in actione locati, & conducti vti bonæ fidei, iuratur *in litem, l. in actionibus de in litem iurando*, de qua materia dicam suo loco, titulo de in litem iurand.

De deterioratione. Effect. 4.

QVarta est indagatio ex bona fide proueniens, quod locator non cogitur recipere rem locatam deterioratam sine pretio deteriorationis, *glo. in l. qui sibi, in gl. fi. ff. de solutionibus.*

1 Et notandum est in practica, quod deterioratur debetur locatori actione metus ex locato. Vnde recipere non cogitur, & recipiendo sibi præiudicat. Vnde cautela est, vt in receptione protestetur, ita Bar. *in l. 3. si reddita, ff. commod. in l. eleganter, §. non solum, ff. de dolo,* Benincas. *post alios, in §. actionum, num. 48. Inst. de act.* Ex quibus etiam habes maxime ex mente Bart. in dictis locis, quod si conductor velit soluere partem tantum mercedis, vel pensionis, nulla stante conuentione, vel cōsuetudine, locator non cogitur recipere, de qua deterioratione latius tetigi *in ti. de dolo, & culpa,* vbi videas. Et circa particularem partis solutionē hoc in terminis in empyteuta, & conductore tenet Ias. *in l. quidam æstimauerunt, numer. 7. ff. si cert. petat. in l. 2. num. 80. C. de iure emphyt.* Bart. *ante eum in l. eum qui, in fi. ff. de annuis leg.*

Notandum tamē est, quòd damnum seu deterioratio potest duplici modo euenire; quandoque casu, & non iniuria; quandoq; iniuria, puta culpa, & defectu alicuius. Primo casu, si deterioratio casu eueniat, vt ventorum, impetu aquarū, terræ motu, & simili, & tunc conductor non tenetur, nec conueniri potuit, *l. fluminum, §. hæc stipulatio, cum §. seq. ff. de dam. inf.*

Secundo casu, quando venit, aut potuit prouidere, & nō prouidit, & tunc tenetur, aliàs secus, tex. in materia locati & conducti, *in l. sed & si, ff. locat. l. qui bona, §. cum inter, ff. de damn. inf.* & verbum, iniuria, appositū *in d. l. sed & si,* bene exponit Accurs. *ad d. l. fluminum, §. hæc stipulatio*, in verbo iniuria, vbi iniuria, idest nō iure, vel culpa, & culpa dicitur, si cum potuit prouidere, nō prouidit: & dicitur etiam culpa, si quid prouenit facto custodis, *l. fi. ff. nau. caup. & stabular.*

De

De contrauentione. *Effect.* 5.

QVINTA vtilis inspectio est ad materiam *l. Cato.* §. 4. *ff. de verb. oblig.* Heres conductoris licet non teneat rem integraliter, tenetur tamen in solidum, & conueniri potest. *Ita* Bart. Castr. & alij, *in l.* 3. §. *si hæres, ff. commod.* & hæc est communis opinio, vt per Soc. *in d. §. Cato, num.* 15, vbi Buttigell. *num.* 86. *Crott. num.* 47 *& in lect. non. num.* 20. Rip. *num.* 35. Galiaul. *num.* 31. Hotoman. *num.* 201.

1 Hæredes igitur conductoris ratione contractus bonæ fidei in solidum conueniri possunt, siue in solidum teneant, siue non, Idem in hæredibus locatoris ratione paritatis, contrafaciendo tamen non in solidum tenetur, sed proportionabiliter, Aret. *in d. §. Cato, num.* 19. Dicam in materia duorum reorum, *in verbor. oblig. par.* 5.

De dolo dante causam. *Effect.* 6.

1 SEXTA principalis inspectio est & quid vtilis, & necessaria. Dolus dans causam contractui locationis, & conductionis, vti bonæ fidei, reddit eum ipso iure nullum *glos. in cap. cum dilecti, de emption. & vendit. in l. sub prætextu, C. de transact.* & in materia locati & conducti est bonus textus *in l. cum in plures,* §. *mandaui, ff. locat.* & hęc est magis communis opinio, Benincas. *in §. actionum, num.* 232. cuius ratio in promptu videtur, quia dolus est contra naturam bo-
2 næ fidei, *l. bona fides, ff. deposit.* Mant. *singul.* 316. dicens hoc perpetuo notandum, & perpetua obseruatione dignum, latè Anton. Nicell. *de concord. glo. concord.* 13. Angelic. in verbo contractus, *num.* 5. *glo. in l. dolo, C. de inutil. stipulat. in l. si dolo, C. de rescind. vendi.* & hanc dicit communem, Cinus *in d. l.* 2. *q.* 16. Angel. *in l. Iulianus, §. venditor, ff. de actio, empt.* Cin. *in l. non dubium, num.* 8. Canonist. *in cap. cum dilecti, de empt. & vendit.* vbi Imol. *num.* 13. Panorm. *num.* 7. Bero. *num.* 6. idem Panorm. *in cap. non sine, num.* 7. *de arbitr.* Igne. *in l. contractus, nu.* 105. *de reg. iur.* Crot. *in l. si is, qui pro emptore, nu.* 4. *de vsuc.* Diaz. *reg.* 200. & hæc est pura, & mera veritas. Ant. Padill. *ad l.* 2. *n.* 3. *C. de rescind. vend.*
3 Ampliatur etiam, si appositum sit iuramentum. Canonist. in cap. cum contingat, *de iureiur. vbi Butr. in* 4. *memb.* Abb. *num.* 23. Alc. *num.* 13. attestans hanc esse communem opinionem.
4 Declaratur allegata conclusio, si dolus daret causam, secus si incideret, quia tunc non reddet contractum locationis nullum, sed purgatur per actionem descendentem ex eo contractu, & datur cótra heredes, & ita procedunt iura loquentia dari contra heredes, Bart. *in l. eleganter, in princip. ff. de dolo, in l. summa, ff. de cond. indeb. in l. & ideo, ff. de cond. furt.* Bald. *in l. arbitro, ff. d. dolo,* Corn. *in l. actio. C. de transf.* Alex. *in l. iurisgen §. prætor ait, ti. de pac.* Ias. *in l. in depositi, num.* 8. *ti. de re iudic. in l. transactione, num.* 5. *C. de transac.* Seitell. *ad l. illud, quod, ti. de iurisdict. omn. iudic.* Crot. *in repetitio. l. si is, qui pro emptore, num.* 114. *de vsucap.* & hæc est communis opinio, Ioan. Igneus *ad l. contractus, n.* 105. *ti. de reg. iur.* Curt. *in l. actione, in l. sub prætextu, C. de transact.* Imol. *in cap. cum dilectis, de empt. & vendit.* Cagn. *ad l.* 2. *num.* 16. vbi alij *repeten. C. de rescind. vend.* Euerard. in loco a contractibus ad distracta. Æmil. Ferret. *in l. si quis cum aliter, ff. de verb. oblig.* & hæc est mera veritas, vt dicit *Ias. in §. actionum, de actionibus,* & est verissima opinio, vt ibi Ioann. de Plat. attestatur.
5 Dolus dat causam contractui, quand o suasionibus dolosis induxisti me ad contrahendum, qui aliàs non essem contracturus, & iste dolus est radicatus in consensu, qui tradit robur contractui, *vt l.* 1. *ff. de pac.* adeo quòd contractus dolosus est, & consensus, ob id dicitur dare causam contractui.
6 Dolus dicitur incidere in contractum, quando tu aliàs locaturus, & ego dolo demonstraui, quòd pensio talis rei non est nisi tanta. Vnde dicitur incidere in contractum, quia consensus, qui est causa contractus, est bonus, & purus: sed illud accidens, quod versatur circa pẽsionis quantitatem, fuit dolosum, Bart. *ad l. eleganter,* de dolo, Canonistæ *in cap. cum dilecti.* Pantaleon. & Cagnol. *ad l.* 2. *vbi Cagnol. num.* 16. *C. de rescinden. vend.* Ferr. *in d. l. si quis cum aliter, num.* 1. *Doctores in d. §. actionum, de actio.*
7 Declaratur secundo, vt procedat in dolo, qui caderet in prudentissimum, & cordatum hominem, & nõ in quocunque alio dolo. Inn. *in c. cum dilectus,* Quod metus causa sequitur Ias. *in l. interpositas, C. de transact. in d. l. si quis cum aliter, num.* 9. *in §. actionum, num.* 6. & hæc est cõmunis opinio, vt testatur Suarez litera D. *n.* 108. Secundum quam pluries in facto obtinuit Mars. *sing.* 407. dicens quotidie in facto euenire. Cõmendat èt in pract. Bald. *in rub. C. de rescin. vend,* Gomes. *in §. actionum, n.* 14. Ant. Padil. *ad d. l.* 2. *nu.* 5.
8 Declaratur tertio, nisi dolus sit cõmissus ab vtraque parte, locatore, & conductore, quia dolus cũ dolo compensatur, *l. viro, atque vxore, ff. solu. matr.* Declarando, vt per Sebast. Med. *de compen. par.* 1. *q.* 7.
9 Declaratur quarto, vt procedat in dolo contrahẽtiũ, secus si sit dolus tertij, vt proxonetæ, & similiũ, *gl. in d. l. eleganter,* & ibi etiam Alex. ad Bart. *per l.* 2. *ff. de proxonet.* Bal. *in l.* 2. *in* 3. *oppositione, ff. de fideiuss. in l. multum interest. C. si quis alteri, vel sibi.*
10 Nisi ille tertius sit fecẽ idem cum aliquo ex contrahentibus, & illius personã repræsentet, vt tutor, curator, procurator, & similes, Bart. *in l. si dolo, ff. de dolo,* Benincas. *in §. actionum, num.* 302. *de act.*
11 Igitur dolus tertij nocet alteri ex contrahentibus, si illius personam repræsentet, alias non. Et sic habetur limitatio *ad l.* 1. *ff. de proxonet.*
12 Declaratur quinto, volente eo, contra quem dolus est commissus, ne inductum in fauorẽ, retorqueatur in odium, *l. quod fauore, ff. de legib. gl.* est notabilis secundum Bald. & Ang. *in l. iurisgentium, §. prætor, ff. de pact. in l. eleganter, in verbo nulla,* & ibi Bart. *ff. de dolo, in l. in causis, la seconda, in princip. ff. de min.* & cogeretur is, qui dolum commisit, contractum seruare, Federic. de Sen. *conf.* 89. Bald. *in d. l. quod fauore, col.* 2. *per illum tex.* Panorm. *in cap. cum dilecti, colu.* 2. *vers. item cape aliam, de empt. & vend.* Castrent. *conf.* 295. *col.* 1. *lib.* 2. Felin. *in c. dilectus, il secondo, colum.* 5. *vers. tertio facit, de rescript. & in cap. tuis quæstionibus col.* 1. *de testib.* Ruin. *consil.* 198. *num.* 12. *lib.* 1. Io. Ign. *in l. contract. col.* 34. cum multis sequent. *ff. de reg. iur.* Tiraq. late inferens ad multa *in tract. le mort saisit le vif par.* 7. *declar.* 1. *num.* 8. Aret. *conf.* 77. *in* 2. *dubio* Cagnol. *in l.* 2. *num.* 50. *de rescind. vend.*

Cogetur

13 Cogetur tamen is, qui dolum passus est in cõtractu locationis, & cõductionis declarare, an velit stare contractui, vel non. Ita practicare docet Bart. *in l. Iulianus, §. si quis colludente, in fin, verbo. ff. de act. emp.* quem summopere commendat Bal. *in l. dolus, C. de pericul. & commod. rei vend. in l. 1. col. 3. C. plus valere,* quod agitur Ias. *in l. transactione, C. de transact.*

14 Quod limita, nisi resisteret lex actui, quia declaratio dolum passi nihil operabitur, *glo. notabilis in l. a divo Pio, ff. de rit. nupt.* quam dicit non esse alibi, Bal. *in l. 1. col. 3. C. plus valere,* quod agitur, *in l. non dubium, col. 10. C. de legibus, in l. ea quæ, C. de dona. ant. nupt.* Ias. *in l. iurisgentium, §. prætor ait, ff. de pac.* Alex. ad Bart. *in d. §. si quis a colludente.*

15 Declaratur sexto, inspecto iure naturali, secundũ quod contractus dolo initus valet, Bart. *in l. 1. nu. 22. ff. de condit. indebit.* Et hæc est cõmunis opinio, Garzi. *in l. si vnus, §. pactus, nu. 97. ff. de pact.*

16 In foro tamen animæ contractus omne, siue bonæ fidei, siue stricti iuris, dolo initi, sunt nulli. Couarr. *in regul. possessor. in 2. par. §. 7. col. penult.*

17 Hodie tamen de æquitate canonica omnes contractus ne dũ locatio, & conductio, sunt bonæ fidei. Bal. *in cap. 1. de mut. petit.* quem commendat Ias. *in l. & si post tres, nu. 27. ff. si quis cau.* Veron. *in cap. cum venerabilis, de except.* Bonacoss. *de æquitat. canon. conel. 60.* Galei. *de bonæ fidei iudi. num. 12. cum seq.* vbi pulchrè se extendit Beninc. *de paupert. q. 8. Special. 9. de contract. nu. 26.* Ias. *in §. actionum, nu. 4. & in §. quod nulli, de actio.*

18 Bene verum est, quod dura videtur hæc decisio, cũ hæc differentia inter ius ciuile, & canonicum nõ repetiatur, *cap. 1. & 2. de non. oper. nunc.* immo expresse ius canonicum facit contractus bonæ fidei, quando innuat esse stricti iuris, *in c. cum venerabilis, de except.* & ita tenet Ias. *in l. cum postea quam, de pact. in l. cum fundus, nu. 8. ff. si cer. pet.* vbi Alc. *nu. 16.* Ias. *in l. quod mihi, nu. 13. ff. si cert. pet.* Gomel. *in. §. actionum, nu. 4. de act.* Couar. *in regul. possess. 2. part. §. 6. nu. 5. de reg. iur. lib. 6.* Ant. Padill. *in l. 2. num. 6. C. de rescind. vend.* Seraph. *de iuram. priuil. 31. nu. 97.*

19 Quo fit practicãdo, vt cõsideretur modus. s. an dolus dederit causam, vel inciderit. Itẽ, an dolus cadere potuerit in prudentissimum virum, vel non. Ita persona, contra quã est commissus dolus, an velit stare contractui, vel non: & an eius declaratio releuet, an nõ, quia lex resistit, vel non, & sic passim practicãdo.

20 Ex quibus omnibus corollarie infertur intellectus *ad §. fin, verf. ali quando, Instit. de perpet. & tempor. action.* nam ibi ea actio non transit ad hæredes; quia dolus dedit causam contractui, vnde agitur actione de dolo, quæ ad hæredem non transit, nisi lite contestata cum defuncto, vel quatenus ad eum peruenerit, vel dolo malo vsus fuerit, Bart. *in l. ex deposito, ff. de actio. & obligat.* Castrens. *in l. curatores, in fine, C. de negoc. gest.* Ias. *in l. ex parte, §. fin. ff. de verb. oblig.* Cagnol. *in l. hoc iure, §. fin. ff. de reg. iur.* Doctor. *in §. actionum, Instit. de act.*

21 Similiter contractus omnes cum Principe initi dolo facti, sunt nulli, ex quo omnes sunt bonæ fidei, Bal. *in cap. 1. §. si quis de pace Constantiæ,* Ias. *in §. actionum, num. 2. de act. num. 2.* Alc. *lib. 3. de verb. significat. n. 61.* Fernand. Vasqu. *de success. creat. §. 26. num. 27.*

22 Extenditur ad omnes contractus etiam cum ciuitate facto. Ex ea de pact. *nu. 407.* allegat Alexand. ad Bart. *in l. Cæsar, de publicanis,* qui hoc non dicit Padill, *ad l. 2. C. de rescind. vend. nu. 7.*

Et in materia locati, & conducti circa dolum, & eius actionem Domino competit actio de dolo, si colonus expellatur, propter singulare odium coloni, Bartol. *in l. bo. Ites, ff. de captiu.* Commendat Bald. *in cap. dilectis, num. 28. de appell.*

23 Et vltra Bonacoss. ad id, quod dicitur, quòd omnes contractus de iure Canonico sunt bonæ fidei, intellige, quando non tractatur de materia peccati, vel spirituali: & isto modo de iure Canonico intelligitur, *§. actionum, de actio.* Addit. ad Angel. *in verbo Dolus, litera D. num. 9.*

24 Notandum est similiter in practica, quòd ex dolo tertij agitur contra tertium, & si dolus incidat in contractum, & est in arbitrio conductoris restituere rem, vel supplere iustam pensionem late Angelic. *in verbo Dolus, nu. 9.* circa medium, vbi idem ait, si dolus non incidat, nec det causam, sed interueniat re ipsa. Dicam in titulo de similitudine locationis.

De errore. Effect. 7.

1 SEPTIMA principalis indagatio est, quòd error vitiat contractum locationis, & conductionis, vti bonæ fidei, *ad leg. si id quod auri, ff. de verb. oblig.* & est in terminis *l. Græcia, in tit. ff. locat.* Ponam in titulo de errore, & de iuris, & facti ignorantia.

De impossibilitate. Effect. 8.

1 OCTTAVA principalis indagatio est, quòd impossibilitas vitiat contractum bonæ fidei, *ad l. non solum, ff. de act. & obligat.* Ponam in titulo de conditione impossibili.

De purgatione moræ. Effect. 9.

1 NONA principalis Indagatio est, quod in contractibus bonæ fidei admittitur purgatio moræ, licet adiecta sit dies, & pœna *ad l. Lucius, ff. de act. emp.* ponam (Deo dante) *in tit. de mora.*

De rescissione contractus. Effect. 10.

1 DECIMA differentia est, quia in contractu locationis, vti bonæ fidei, habet locum remediũ, *l. 2. C. de rescind. vend. ponam in tit. de similitudine locationis.*

De arbitrio. Effect. 11.

VNDECIMA indagatio est actio locati, vti bonæ fidei per adiectionem loci efficitur arbitraria. ponam in tit. de eo, quod certo loco.

De non implemento. Effect. 12.

1 DVODECIMA indagatio est. Non implenti contractum bonæ fidei minus succurritur, quia magis bona fides exuberare debet. Alex. *consf. 105. num. 3. lib. 3.* in terminis locati & conducti, Francis. Bec. *consf. 45. nu. 27. lib. 1.* vbi in locatione contrafacienti minus succurritur.

De

De Pacto. Effect. 13.

1 DEcimatertia sit indagatio, quod in locatione ex pacto incontinēti apposito debentur vsuræ citra stipulationem, *gl. in l. cum quidam, §. ex locato, ff. de vsur.* vbi loquitur in terminis locati, & conducti.

2 Sed in materia damni emergentis occurrit vnum satis notabile. tu impediuisti debitorem meum, quo minus locauerit operas suas, ex quibus posset satisfacere, tenerisne ad interesse? Vtique sic. *Ias.* valde cō. mendans *in l. 1. §. 1. num. 9. ff. ne quis eum.*

De similitudine Locationis.

QVÆSTIO IV.

Principalis.

1 TErtia principalis est quæstio, cui similis sit contractus locationis, & conductionis, & vtique emptioni, & venditioni, & iisdem iuris regulis consistit, & tantam inuicem familiaritatem habere videtur, vt vnum ab alio fere discerni non possit, *l. 2. §. 1. ff. locat. & instit. de locato, & conducto, in princip. & §. adeo,* quibus in locis declarant familiaritatem quoad tractatum, & quoad sententiam. Hierony. Gabr. *consil. 73. num. 2. vol. 1.*

2 Et adde bonum tex. *in l. veteres, cum l. seq. ff. de act. empt.* iuxta expositionem Hotoman. *in comment. in verb. emptionis,* vbi legit, idest non idem est. Firmia. *in verbo, domo,* vbi tenet per hoc, quod locata simpliciter domo, veniunt omnia, quæ venirent ea vendita, prout etiam dicam *in verbo, accessorium, par. 5.* Vnde apud antiquos iuris interpretes magna fuit altercatio, si conueni cum aurifice, vt ex auro annulum conficeret pro tot, quæ ei dabant, eritne locatio, & conductio? an emptio, & venditio? & fuit opinio Cassij, vt materiæ esset venditio, & operis locatio, tamen fuit decisum distinguendo: aut ex auro aurificis, aut ipsius dantis. Primo casu est vēditio. Secundo casu est locatio, & conductio, *§. item quæritur, instit. de locato, & conducto,* ad idem *l. Sabinus, ff. de contrahen. emptio.*

3 Ex quo textu in materia locati, & conducti colligitur notabilis regula: Aut ex parte dantis interuenit pecunia tantum, & est emptio, & venditio. Aut etiam interueniat traditio materiæ, & est locatio. Vnde do tibi trabem ad dolandum, est locatio, do tibi pecuniam, & tu mihi das trabem, & eam dolatam, & est venditio.

De qualitate prima emptionis. Pretium.

1 ET quoniā in hac tertia quæst. principali agitur cognitio contractuum, & quomodo vnus discernatur ab alio, omissis hinc inde rationib. vtil. tacitu dendo, ponam aliquas conclusiones, quando sit venditio, quando locatio, & similes ad materiam, *l. 2. ff. loc.*

Prima sit conclusio. Cum agitur, vt in alium trasferatur rei dominium, & vsucapiendi conditio pro certo pretio, tunc emptionis, & venditionis contractus censetur Bart. *disputat. 4.* Publican. *in solutione, num. 1.* Socin. *cons. 86. col. 2. lib. 1.*

2 Cum enim pretij fit mentio, venditio arguitur *§. pretium, instit. de empt. & vendit. glos. singul. in l. cum dotem.* & ibi Bald. *C. de iur. dot. l. fin. C. de præd. curial. lib. 10.* Spec. *de empt. & vend. §. nunc dicendum, versic. sed pone* [illegible]*utum.* Castr. & Alex. *in l. 2. ff. si cert. peta.* Bald. *in l. ex conuentione, col. 1. C. de pac. in l. cum hi, §. si cui, in vtraque lectura,* & ibi Alber. *ff. de transact. in l. si domus, §. 1. ff. de leg. 1. in l. sciendum, §. polliretur, ff. de ædil. edic. in l. 1. C. de rer. permu.* late Tiraq. *de retract. Lignag. §. 1. glos. 2.*

Cui adde *Ias. in l. 1. nu. 23. C. de iur. emphyt. cons. 45. nu. 3. lib. 3.* Marsil. *singul. 105.* Iacob. Menoc. *de retin. possess. remed. 4. nu. 9. & lib. 3. præsumpt. 74.*

Cui adde, quod hæc est communis opin. Soarez *litera B, nu. 253.* licet Caball. contrariam teneat, *milleloq. 216. nu. 3.* eandem tamen communem tenet Bar. & Alex. *in l. 1. §. qui superficiem, ff. de superficiebus.* Firm. *in verb. pretium,* glo. & Bart. *in l. fin. C. de præd. decur. lib. 12. in l. apud Celsum, §. si cum legitime, in verb. accepto pretio, ff. de dol. except.* Bald. *in l. si quis ante,* vbi Ias. *nu. 15.* Alex. *nu. 9 ff. de acquir. poss. glos. 2. in l. illicitas, de offic. præsid. in l. si quid earum, in ver. empta, ff. de leg. 3.* Bal. *in l. Gallus, §. & quid si tantum, ff. de liber. & posthum. in l. naturalis, ff. de præscript. verb.* Fab. reputans hoc valde notabile, *de empt. & vendit. q. 2. princip. nu. 3.* Abb. *in cap. 1. de his, quæ fiunt à prælato, col. 1. in c. potuit, col. 2. loca.* Nicol. Mozz. *in tract. de contract. tit. de empt. in princ. nu. 30. scribentes in l. filiusfamilias, §. diui,* vbi Alex. *nu. 22.* Ias. *nu. 107. in 1. lect. & in 2. lect. nu. 144.* Ferd. Loaces, *nu. 97.* Crot. *nu. 103.* Rip. *nu. 101.* Abb. *in c. ... de postul.* Fel. *in cap. fin. num. 5. limit. 1. de accusat.* Paris. *cons. 82. vol. 3.* Ias. *in l. 2. nu. 120. C. de iur. emphyt.* amplians non valere pactū, vt emptio fieret sine pretio, quia contra substantiam contractus, *l. cum precario, ff. de preca.* Affl. *decis. 270. nu. 2.* Benintien. *decis. 37. num. 20.*

3 Et vltra Menoch. *vt supra,* Tiraquel. & alios, addo vnum pulchrum, & notabile, & hoc in materia locati, & conducti, de qua agimus. Quid si fuerit dictum, vt nisi ad tale tempus dominium transferatur, puta donec pretium nō fuerit integraliter solutum, eritne venditio, vel locatio? Vtique venditio, non locatio. Ioan. Andr. ad Spec. *tit. de empt. & vendit. §. 1. incip. facile erit, &c.* Bal. *in rubr. C. de contrahen. empt.* Ias. hoc summopere commendans *in l. 1. in fi. principij, ff. si cert. petat.*

4 Declaratur hoc notabiliter, nisi pretiū sit paruū; nam tunc locatio erit. *glos. singul. in l. 1. ff. de superfic.* quam singularem, & notabilem dixit Bald. *in d. §. fin. in l. si ex conuentione, ff. de pact. in l. literæ, ff. de dilat.* Alciat. *respons. 515. nu. 2.* Iacob. Menoch. *de retinen. possess. remed. 2. num. 6.*

Cui adde ab eo nō allegatos. Rom. *cons. 346.* Bar. *in l. patronus, §. 1. col. 2. de leg. 3.* Anchar. *consil. 403. col. 2.* Alex. *cons. 26. lib. 4.* Aret. *cons. 16. col. pen.* Dec. *in l. semper in stipulationibus, num. 6. ff. de reg. iur.* Ias. reputans hoc valde notabile, *in l. 1. col. 6. vers. vnum tamen in proposito, C. de iur. emphyt. in l. filiusfamilias, §. diui, vbi in 1. lect. nu. 107. & in 2. lect. nu. 144.* reputat singularissimum, & menti tenendum. Socin. *litera P. reg. 398. limitat. vlt.* qui similiter valde commendat.

Sublimita hoc verum, si fuerit dictum, pro pretio, & nomine pretij, alias non. Ias. ita declarans, vt supra, reputans hoc valde notabile.

Ex

5 Ex quibus corollarie infertur ampliatio, & extẽsio ad *d. l. 2. ff. locat.* quod tãta est similitudo, & familiaritas inter contractus locationis, & venditionis, quod si venditio non valet ex paruitate pretij efficitur locatio. Nec igitur valebit consequentia. est pretium, & certum, ergo est emptio: sed additur, est pretium certum, & iustum.

6 Et si habeatur declaratio *ad §. pretium, institut. de empt. & vendit.* vt non satis sit certum, nisi sit iustum pretium. Locatio igitur in vno nummo non valet, de qua superius vidimus. Venditio in paruo pretio non valet, sed efficitur locatio.

7 Quid si fuit actum, vt non transferatur dominiũ directum, sed vtile tantum? Vtique erit contractus emphyteuticus, vt per Bald. *in d. § fin. not. in l. 1. C. de iure emphyteut.*

8 Sunt igitur gradus descensus. Transfertur dominium plenum, vtile, & directum, & est contractus emptionis. Transfertur vtile tantum, est emphyteuticus. Nullum transfertur dominium, neque possessio, & est locatio, & conductio.

9 Declaratur vlterius, nisi ad verbum, pretium, præcedat verbum, conduco, quia tunc erit locatio, non venditio. Ias. *ad l. si quis ante, sub nu. 15.* vbi idem Ias. *nu. 6.* dicit valde notandum, ff. *de acquir. possess.*

10 Declaratur tertio, vt non procedat in reuenditione, quæ sine pretio valet, & tenet glo. *in l. seruum filij, §. fin. ff. de legat. 3.* Fabia. *de empt. quæst. 2. princip. nu. 20. in fi.* dicens vitium contractum per venditionem rei, purgari per eius venditionem. Bartol. *in l. 1. §. si rem, ff. deposit.*

De qualitate secunda venditionis. Datio.

3 SECVNDA principalis conclusio est, *l. Sabinus. ff. de contrab. empt.* cum est actum, vt is, qui pecuniam recepit, aliquid faciat, atque aliquid det, & sic vtrumque: sed datio venit principaliter, factum in consequentiam, tunc dicitur emptio, & venditio. Bart. *in d. q. 4. in solu. n. 1. vers.* aliquando conuenit. idẽ Bart. in *l. qui saxum, ff. de donat.* Socin. sen. *d. cons. 88. col. 2. in princ.* Fab. *de empt. & vendit. q. 2. prin. n. 26. ex l. 2. §. 1. ff. loca. & §. item quæritur, instit. eo.* vbi clarius exprimit Theophil. in instit. & interpretes Hotom. & Balduin. Gabr. Mude. *in rubr. de contraben. empt. n. 13.* ea ratione, quia vbi corpus non debetur ab eo, cui id fit, illud saltem, in quo operæ præstantur, locatio esse non potest, sed emptio est, *d. l. Sabinus.*

De qualitate tertia venditionis. Pretium iustum.

DE hoc posui supra qualitate prima in limitationibus *ad glo. in l. 1. §. 1. ff.* de superficiebus.

De qualitate quarta, Vnica Solutio.

1 QVarta principalis conclusio est, quando pretium præstandum est semel pro multis annis, dicitur venditio. Bartol. *in l. cotem, §. qui maximos, ff. de public. & in d. q. 4. in l. 1. § in fi. ff. de superficiebus, in l. 1.* vbi Ias. *C. de iur. emphyt.* Bal. *in l. licet, q. 5. C. loca. in addi. ad Spec. in eod. titul. §. 1.* Ang. *consil. 15. Castren. in d. leg. 2. § 1. ff. loc.* Barba. *in capitul. propter sterilitatem, in fi. locat.* Anchar. *cons. 401.* Alexand. *cons. 3. lib. 1. cons. 108. lib. 3. cons. 84. lib. 6.* Corn. *consil. 78. libr. 2. cons. 12. lib. 4.* Fabian. *de emp. q. 5. princip.* Socin. *cons. 88. lib. 1. cons. 156. lib. 2.* Dec. *consil. 4. in fi.* Alcia. *respon. 513. nu. 2.* Socin. *cons. 44. lib. 1.*

Et hæc est communis opin. Socin. *d. cons. 256. addit. ad* Ias. *in l. si quis ante, litera C, C. de acquir. possess.* Rodo. *de rebus eccles. fol. 431. num. 10.*

2 Ampliatur hæc conclusio, vt procedat etiam si cõtrahentes vtantur verbo, locare, & conducere, tamẽ in casu præmisso venditio erit, inspecto effectu, non prolatione verborum. tex. in terminis in materia locati, & conducti loquens *ad l. si vno, in princ. ff. loca.* cuius regula passim in quolibet actu allegatur.

3 Dicant igitur contrahentes quicquid volunt, attẽditur effectus ad idem in materia locati, *in l. in lege. ff. locat. in l. si insulam, ff. de præscri. verb. in l. damni infecti, in princip. ff. de dam. infec. in l. si stipulatus, ff. de vsur. ad quam l. si vno,* Bald. *in l. si vno, vers. iuxta hoc quæro, C. commodat. & in rubr. C. de iure emphyt. quæst. 1.* Alexand. *in terminis nostris in l. cote. §. qui maximos, in 4. q. litera G. ff. de public. & vectigal.* Oldr. *cons. 139.* Purpur. *in l. col. antepen. ff. si cer. pet.* Boer. *decis. 144.* Tiraqu. de vtroque *retract. de retrac.* Lignagier. *§. 1. glos. 14. nu. 87.* & iterum, *§. 30. glos. 1. nu. 11.* & iterum, *§. 32. glos. 1. numer. 34.* Euerar. *in loc. ab emphyteut. ad cens.* Bart. *in l. locare, ff. loca.* Flor. *in l. arboribus, §. vsusfructus.* Salic. *in l. 1. in 2. opposit. C. de iure emphyteut.* Alex. *cons. 1. volu. 3.* Imo. *in c. propter sterilitatem, de locat.* Bertach. *de gabel. par. 2. q. 2. & in reperto. in verbo,* gabellarum locatio, & est communis opinio. Ripa *de peste, par. 2. primæ partis, nu. 39.* Eman. *in suo thesau. litera P. nu. 252.* Ias. *in l. si tibi pecuniam, in 1. notab. ff. si cer. pet.* Firmia. *in ver. verbum potest.*

4 Effectus autem magnus est propter remissionem mercedis ex causa sterilitatis, vel simili, quod nõ fiet, si erit ante venditio, vt per Castren. *in d. l. 2. §. 1. ff. locat.* Alex. & Ias. *ad l. si quis ante,* vbi Alex. *num. 9.* Ias. *nu. 16. ff. de acquir. possess.* inferentes ad gabellarios, & datiarios: nam licet instrumento fiat mentio de pretio, & etiam de verbo, Vendo, tamen contractus iudicabitur ex distributione pretij, & est vtilis passus, frequẽs & quotidianus. Anchar. *cõs. 404. et 406.*

Pariter hoc casu periculum rei spectat ad locatorem. Sebast. Med. *de cas. for. p. 2. q. 10. nu. 90.*

5 Notandum tamen est in hac materia publicanorum, quod quatuor sunt casus, quibus concipiuntur instrumenta publicanorum.

6 Primus per verbum, concedo, quod generale est, & hoc casu est locatio. si sit diuisio pretij singulo an-
* no *gl. in l. 2. C. de iur. emphy.* & est communis opin. Rip. *de priuileg. contra pestem, nu. 54.*

7 Secundus casus per verbum, loco, & est locatio, siue pretium sit singulis annis, siue pro vno pretio præstando pro omnibus annis, siue locatio sit facta pro vno anno. Castr. *in d. § qui maximo, in l. 2. §. adeo, ff. locat.*

Tertius est casus in verbo, Vendo, & erit venditio, si vnicum est pretium; secus, si fiat diuisio in singulos annos, quo casu erit locatio. Bart. *in d. l. licet, in d. q. pubicanus.* Firmia. *de gabell. par. 2. q. 1.* Alex. *cons. 108. lib. 3. cons. 3. lib. 1.* Soc. *cons. 88. col. 1.* Imo. *cons. 7.* Corn. *cons. 128. & cons. 23. lib. 2.* & hæc est communis opinio. Rip. *de priuileg. pest. num. 56.*

Ampliatur, vt sit locatio, quãdo ab initio vnica est

constituta

Digitized by Google

constituta solutio, sed diuisa præstatio in tempora, dummodo præstatio sit vniformis, Corn. *cons. 12. libr. 4.* Ripa, *vt sup. on. 64.* declarando mentem Bart.

8 Quartus casus, si promiscue sit vsus, loco, & vendo, & tunc attenditur effectus de vnica, vel multiplici solutione, vt dictum est, & ita allegati Doctores tenent, & maxime Rip. *n. 66.* vbi tenet esse locationem, quando etiam constitutum sit vnicum pretium, quia subiecta materia hoc requirit.

9 Et sic in hac locati, & conducti materia est assumptum reale, & firmum, disgregata, sed vniformis solutio, & præstatio prout inferius dicam.

Qualitates igitur arguentes locationem sunt istæ,

ADDITIO.

☞ *Et quando partes promiscuè vtuntur verbo, loco, & vendo, in dubio præsumitur locatio potius quam venditio Gl. in l. 2. C. de iur. emphyt. Ripa de priuileg. contr. pestis, nu. 55. Boer. decis. 246 alias 245. num. 11. vbi dicit communem. Maotir, lib. 3. præsumpt. 104. latè. Sud. decis. 326. num. 12.*

Factum, Distributa Solutio, Accidens.

De qualitate prima locationis. Factum.

1 PRima conclusio est. Cum igitur vt is, qui pecuniam recipit, nullum ius in alium transferat, sed solum agitur, vt aliquid faciat, & operetur, tunc locatio, & conductio dicitur. Bart. *in d. q. 4. in solutione, nu. 1. vers. aliquando agitur.* Socin. sen. *d. cons. 98. col. 2. in princip.* Guglielm. Mude. *in rubr. de contrahen. empt. nu. 13. glos. in l. qui saxum, ff. de donat.* quam singularē ad hoc dixit Pet. Rauen. *singul. 668. alleg. l. 2. ff. locat.* Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 104.*

Probatur hæc conclusio primo *ex l. item si pretio, §. 1. ff. locat.* secundus clarius *ex l. Sabinus. ff. de contrah. emption.*

Tertio & notabilius ad hoc *in leg. si conuenit, ff. eod.* Quarto *ex l. cum manu sata, §. fin. ff. eod.* quam pulchra dote exornat Vincent. de Anna. 176. *singul.*

2 Ampliatur, ista conclusio, vt procedat, siue prædiū, constituatur pro toto tempore, siue annuatim. Bart. *in d. q. 4. per tex. in materia locati, in l. ea lege, §. locaui, ff. locat.* Quam singularē dixit Rom. *sing. 31.* Cremen. *sing.* 80. promisiti, & suo loco particulariter Deo dante dicam.

3 Ampliatur secundo, vt quando factum, & datio est in conuentione, sed factum venit principaliter, datio in consequentiam, adhuc tamen est locatio, & conductio, ita Bar. Soc. Fabian. *in allegatis locis ex l. item si prætio, §. item cum insulam. ff. locat.* Baldus *in §. itē quæritur, in verbo placet, Instit. locat.*

De qualitate secunda. Disgregata solutio.

1 SEcunda conclusio est, quando solutio non est vnica, sed annua, vel plures facienda, tunc non est venditio, sed locatio, *gl. in l. 2. Cod. de iur. emphyteutic.* Bar. *in d. q. 4. in solutione, nu. 1. vers. quid vult dicere.* Fabian. *d. q. 2. nu. 26.* Socin. *d. cons. 88. column. 2. vers. distinguitur, lib. 1. & cons. 156. lib. 2.* Imol. *in c. propter sterilitatem. num. 33. de locat.* Anchar. *cons. 402. column. 2.* Corset. *cons. 12. ebl. 1. lib. 2. cons. 38. num. 9. eod. libr.* Rip. *de pest. tit. de priuileg. pest. num. 56.* Socin. *iun. cons. 68. nu. 2. lib. 2.* Iaco. Menoch. *de retinen. possess. remed. 4. nu. 19. & de præsumpt. lib. 3. præsump. 104.*

Addo Crauet. *cons. 214. nu. 2.* & hæc est communis opinio Villalob. *in sua recollect. litera L, numero 132.* Hieron. Gabr. *cons. 68. q. 1. num. 5. vol. 1.* commendat Ias. *in l. 1. nu. 6. C. de verb. signific.* dicens aliud notabil. ex mente Bald. ibi, quod qui emit a communi, censetur vsufructuarius: ideo si commune habet naues piscatorias; in illis etiam censetur vsufructuarius per text. notabilem in materia locati, & conducti, *in l. sed addes, §. illud, ff. locat. l. item si fundus, de vsufruct.* & magis communem dicit Soarez in suo thesauro, litera P. *n. 252.* Sebast. Med. *de casib. fortuiti, p. 2. q. 10. num. 89.* Franc. Mar. *decis. 209. p. 2.* Nat. *cons. 548.* Mogon. Rot. Lucen. *69. num. 15.*

Probatur hæc conclusio *ex l. item quæritur, §. qui impleto, & l. si in lege, §. si domus, cum §. seq. ff. locati.*

Secundo *ex l. vectigalia, §. fin. de public.*

Tertio *ex l. si a colono, & l. Aurelio, §. fideiussores, ff. de fideiussor.*

ADDITIO.

☞ *Costa hoc valde commendat in verbo vendidit.*

3 Declaratur ista conclusio vltra Menoc. & alios, vt talis locatio dicatur vnica tantum, licet solutio sit diuisa in plura tempora. Bart. *in l. si seruus communis, §. fin. num. 7. ff. de stipulat. seruorum.* Commendat Socin. *cons. 25. vol. 1.* ea ratione, quia nihil est imputandum ex parte locatoris, quod cohæret personę, sed sunt plures præstationes.

Ex quibus corollarie infertur ad multa vtilia.

4 Primum infertur intellectus, *ad §. pretium, Instit. de empt. & vendit.* nam licet pretium arguat emptionē (vt alias superius vidimus) tamen ratione subiectæ materiæ, quę emptioni non conuenit, pro mercede, vel pensione accipitur, prout *in l. ea lege, §. locaui, in l. insulam, §. qui ædem, ff. locat.* Imo. *in d. c. propter sterilitatem, num. 33. vers. non obstat,* Rip. *de pest. tit. de priuileg. contract. pest. post numero 59.* Afflict. *decis. 72. in fin.*

5 Secundo infertur, vt talis reputetur cōtractus, qualem verborum proprietas demonstrat, *l. interest, ff. de solutionibus*. Vnde apponendo pretium & nomen emptionis, emptio videtur, quia ratione subiectæ materiæ, verbum emere, pro conducere accipitur, *l. 2. C. locat. d. l. ea lege, §. locaui, l. quoties, §. fin. ff. de public.* & sentiunt omnes superius relati interpretes.

6 Practicando igitur, licet in instrumento apponatur certum pretium, ac etiam nomen emptionis, si solutio conferatur in multas vices ex tacita mente contrahentium, locatio erit, & conductio: & sic pacta in instrumentis apposita magis declarant qualitatem contractus quam nomina, & qualitates aliorum contractuum. Vnde parum est dicere censum, si pacta cōueniant emphyteusi, & sic de alijs.

7 Et sic patet etiam responsio ad *glos. in l. Pomponius, quærit, §. 1. in verbo, admitti, ff. quemadmodum vsusfructus admittatur in l. fundi partem, ff. de contraben. emptioo.* quæ sentire videtur emptionem esse, non locationem.

Et

Et ratio rationis in promptu, eſt: videtur, nã quã do ſolutio confertur in plures vices, non videtur intentio dominium transferendi, eo quia ſi ille in ſolutione ceſſaret, poſſet de fundo expellere, *l. quæro, §. inter locatorem, ff. locat. d. l. vectigalia, §. fin.*

8 Declara ſecundo vltra alios, niſi ſit actum, vt tot ſint locationes, quot anni. *tract. clauſularum fol.* 77.

De qualitate tertia locationis. Accidens.

1 TERTIA concluſio eſt, Cum verſamur in dubio ex aliquo accidenti, iudicamus contractum locationis eſſe, puta, ſi fuerit dictum, quod ob famem, bellum, vel peſtem fiat remiſſio mercedis, quod pactum locationi conuenit. Socin. *d. conſ.* 88. *col.* 2. *verſ. quod etiam dignoſcitur, lib.* 1. ea ratione, quia ex natura locationis periculum eſt locatoris, & ob id fiat remiſſio, *l. ex conducto, §.* 1. *l. ſi merces. §. vis maior, ff. locat.* quod in emptione non contingit, quia periculum eſt emptoris, *l. neceſſariæ, ff. de pericul. & commod. rei vendit.*

2 Datur etiam venditio & locatio ſimul, puta, loco tibi fundum, & do tibi in prædio locato boues æſtimatos, quo caſu iſta æſtimatio, facit venditionem, *ad l. cum fundus, ff. locac. & l. quæro, §. fin. ff. eodem.* Et ſic ſi boues pereant, colonus non tenetur, niſi ad pretiũ ipſorum.

3 Quod limita, niſi perijſſent dolo coloni ita limitat *glo. in d. l. quæro, §. fin. per l. ſi ſeruus, §. locani, ff. de furt. & l. ſi ſeruus, ff. commodat.*

4 Declara ſecundo, vt procedat, quando fuit actum ne addatur æſtimatio ipſorum bouum, quia tunc eſt emptio & venditio, ſecus ſi fuit actum, vt reſtituatur a colono boues æſtimati, vel ſit in electione coloni reſtituere boues, vel æſtimationem ipſorum, quia tũc operatur periculum peremptionis, non deteriorationis. Colligitur ex diſtinctione Bart. *in l. ſi vt certo, §. nunc videndum, ff. commodat.* Nicol. Mozz. *de contract. tit. de emptione, in princ. num.* 37.

5 Declara tertio, vt procedat in æſtimatione certa, aliàs ſi diceretur, reddam tibi æſtimationem, re perempta liberatur. not. Bar. in l. quidam, §. 1. ff. *de leg.* 1.

6 Cautus igitur erit dominus, cum locat laboritium colono ſuo, & dat ipſi boues æſtimatos, aut vult eſſe contentus reſtitutione pretij, vel vult, vt reſtituátur ijdem boues, ſic & in colono dicendum eſſe videtur.

7 Sed in ipſomet contractu locationis & conductionis, cum ipſamet res, quæ locatur, etiam æſtimetur, tunc hæc æſtimatio operatur duos effectus. Primus, vt conductor teneatur de leuiſſima culpa. Secundus effectus eſt, vt ſi res perdatur, vel pereat, ſoluatur pretium ipſius. Bart. *in l. ſi vt certo, §. nunc videndum, in fin. ff. commodat.* qui loquitur in conductore roncini æſtimati, qui tenebitur de leuiſſima culpa. Ioa. And. & ibi Abb. *in c.* 1. *de commodat.* vbi hanc opinionem valde commendat, limitando eam, niſi expreſſe fuiſſet promiſſum reſtituere æſtimationem.

8 Bonum igitur eſt, cum locatur animal, æſtimare etiam ipſum, tum ratione leuiſſimæ culpæ, tum in caſu perditionis, & peremptionis.

9 Et per hanc *l.* 3. *& not. in ea in practicabili quæſtione* reſpondit Bald. *ad l. ſi in coemnda, §. cum duobus* 1. *lc. Elur. in fin. ff. pro ſoc.* dedi aſinam meam in ſocidam in quinquennium, & eſt conſuetudo, quòd in fine quinquennij diuidantur aſini, & fructus, vel pecudes, & ſic de alijs. Interim aſina, perit naturaliter, nunquid ruſticus teneatur ad aliquid? vtique non, quia eodem modo eſſet peritura apud Dominũ, etiam ſi fuit tradita æſtimata, quia in contractibus non ordinatis ad dominium, æſtimatio non facit emptionem, *vt not. in d. leg.* 3. *& in d. l. cum manu ſata. §. fin. & l. cum duobus, §. damna*, ſecus ſi pereat caſu fortuito, cui reſiſti non poſſit, vt ibi per Bal. Addo vlterius, quod quis non tenetur ad ſolutionem gabellæ ex locatione & datione animalium, & bonum ad certum pretium æſtimatorum, nec pariter ex locatione prædiorum occaſione laborandi ipſa prædia datorum, Boer. *q.* 234. *in fin.* atteſtans ita de conſuetudine ſeruari.

De locationis deceptione.

1 ET ſtante hac horum contractuum ſimilitudine, paritate, & familiaritate, infertur, quod ſicut in lege venditionis licitum eſt contrahentibus ſe decipere, ita & in locatione, & cõductione: ita ex hac paritate motus tenet I.C. *in l. item ſi pretio, §. fin. ff. locat.* ſentit Duen. *reg.* 148. dum hancmet legem allegat.

2 Ampliatur hęc concluſio, vt procedat tam de iure ciuili, quàm canonico, ita in terminis locati & conducti ponit Pedemon. *deciſ.* 42. *num.* 7.

Addo Dec. *in l. ſemper in contractibus, nu.* 9. *ff. de reg. iur. ex c. cum dilectis, & c. pen. de empt. & vendit.* Addentes ad ſummam Angel. *in verbo, dolus, ſub nu.* 9. *litera F. poſt medium.*

Ampliatur ſecũdo iſta diſpoſitio, vt procedat etiã in foro conſcientię cum enim permittatur iure canonico, ergo licebit in foro conſcientię. Dec. *in d. l. ſemper in contractibus, num.* 9. *in l. penult. num.* 9. *C. de eden. in c.* 1. *nu.* 67. *de conſtitutionibus. Iaſ. in l. quotiens, num.* 19. *C. de rei vendic.* Vincent. Paleot. *in d. l.* 2. *num.* 226. Borgn. *deciſ.* 3. *nu.* 3. *par.* 2.

Contrarium tenet Innoc. & poſt eum Butr. *in cap. in ciuitate, de vſur. in cap. quia plerique, de immun. eccleſ.* Rodoa. *de rebus eccleſiæ, fol.* 123. *nu.* 8. Butr. allegando D. Thom. *in c. cum dilecti*, vbi Ant. Burgoſ. *numer.* 15. *de empt. & vend.* late Crot. *in c.* 2. *in* 1. *notab. de conſtituc. lib.* 6. Gomeſ. *in § ſupereſt, num.* 54. *de act.* Petraſan. *ſing.* 22. *n.* 8. *Iaſ. in § ſed iſte, n.* 104. *de act.* Addit. ad Angelic. *in verbo, dolus, litera F, num.* 9. & hæc eſt communis opinio, Duen. *reg.* 68. *limit.* 2. *in fi.* late Gomeſ. *in c.* 2. *nu.* 7. *de conſtit. lib.* 6. Bertran. *conſ.* 71. *numero* 2. *vol.* 3. *conſ.* 73. *nu.* 12. *eod. vol.* Bonacoſ. *de cautel. litera E. fol.* 34. Ioan. de Lign. *in can. ſi quis presbiterorum, & in cap. per tuas, in fin. de donat.* Rodoa. *de rebus eccleſiæ, in princ. in verb. alienatio. n.* 3. *fol.* 19. Rot. *deciſ.* 2. *numer.* 4. *de pact. in antiquis*, Gomeſ. *ſuper regul. cancellariæ in regul. de exprimendo valore rei in impetrac. beneficiorum, quæſt.* 1. Benincaſ. *de paupertat. de contract. quæſt.* 8. *ſpecial.* 9. *numero* 28. Bald. *in capit. cum cauſam, il ſecondo, de teſtib.* Barbat. *conſ.* 68. 1. *dub. volum.* 4. Pariſ. ad Bart. *in l. in cauſæ, §. idem Pomponius, ff. de minorib.* Iaſ. *in leg. pen. notab.* 4. *ſub num.* 5. *C. de pact.* Cæpol. *in l.* 1. *§. cauſa huius, nu.* 11. *ff. de ædil. edic.* Exea. *in cap.* 1. *numero* 311. *de conſtit.* & hæc eſt magis communis opin. Tho. Boninſin. *de inſt. negoc. c.* 5. *in fin.** Et cum viro bono non conueniat decipere, deceptus poterit interrogare aduerſariũ, an vir bonus ſit, qui ſi affirmatiue reſpõdeat, tenebitur rependere damnũ decepto, ſi vero

negatiue

Digitized by Google

negatiue respondeat, inde à iudicio repellet, atque ita in foro Ferrariensi obseruatum, testatur Anan. in c. in ciuitate, col. 5. vers. vltimo pro ista parte de vsur. quem secuti sunt Ias. in l. pen. nu. 5. C. de pact. Ruin. cons. 162. num. 4. in fin. lib. 4. Quam sententiam confutauit Felin. in c. vlt. num. 13. de præsump. quia nemo debet detegere turpitudinem suam. Barbar. cons. 67. col. 3. vers. Ego vidi, lib. 4. assistens iudicatum contra consilium Ananiæ. Dec. in l. semper in contractib. num. 7. de reg. iur. Petrasancta sing. 25. Ferret. cons. 4. num. 4. Cagnol. in l. 2. num. 11. C. de rescind. vend. vbi alios commemorat. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 1. nu. 25.

4 Concilia, vt prima opinio procedat si quis locat, vel vendit sciente valorem rei: secunda opinio procedat in locante, vel vendente ignorante. Ita colligitur ex Dec. in d. l. semper, & in d. l. pen. Pantaleo de Crem. in l. 7. col. 34. de rescind. vend. Paris. de vsur. q. 14. Veron. de simulat. contract. præsumpt. 12. Stracch. de mercatur. par. 2. num. 16. Et sic iuxta mentem superius allegatorum interpretum licebit viro bono & laudato ecclesiæ, vel pio loco in Curia mercatorum decipere, & circumuenire locando, vel contrahendo.

Quibus adde late Cagnol. in l. 2. notab. 1. C. de rescind. vendit. omissis multis in hoc disputationibus, quia reuera in hoc conuenire videntur, & adde Gozad. cons. 14. num. 4. pulchre Plac. videndus in Epito. delict. lib. 1. c. 36. num. 17. videas.

5 Episcopus igitur, Abbas, Rector Hospitalis, vel Confratriæ locando poterit, & conducendo aliquem circonuenire modus vt supra, & inferius allegandis, & erit in foro Canonico, & cōscientiæ tutus. March. decis. 484. num. 30. vbi loquitur de venditione Episcopi retractata.

Et omissis multis, an in alijs contractibus procedat allegata conclusio, veniam ad aliquas limitationes vtiles in hac materia locati, & conducti.

6 Limitatur primo, vt non procedat in rustico, minore, & muliere, qui præsumuntur in dubio habere ignorantiam, & ob id deceptio nō competit. Bal. in d. l. 2.

7 Ampliatur ista limitatio, vt procedat etiam stante iuramento, & renunciationibus in instrumentis apponi solitis. Alex. cons. 1. lib. 6. Dec. cons. 60. & 180. & 203. colum. 2.

8 Declaratur ista prima limitatio, vt procedat in rustico sagaci, & squadrato, quia licitum est, si potest, locando decipere Butr. in c. quia plerique, vbi Abb. num. 10. de immun. eccles. Burgol. in d. cum dilecti, num. 10. de empt. & vendi. & melius num. 18. Parpal. in l. si quis maior, col. 1. C. de transact. Alex. in l. vti exigitur, ff. de eden. Dec. cons. 34. col. fin.

9 Declaratur secudo, vt procedat in dubio, quia ignorātia præsumitur, secus probata scientia. Iac. Meno. de arbit. iudic. cas. 39. num. 45. ponam latius inferius.

10 Vt igitur Rusticus, Colonus, & conductor decipi potuerint, articulanda est sagacitas ipsius, item quod coluit multos agros per multos annos, vel fuit vicinus, ita in terminis locati contra quosdam conductores consuluit Dec. cons. 583. Soc. cons. 48. vol. 1.

11 Declaratur secundo in sciente, secus in ignorāte, de qua materia dicam in remed. l. 2. C. de rescind. vend.

Illud pro nunc addam, quod licet quis sciens sit, tamen si ex necessitate locet, vel conducat, non licebit contrahendo contraucnire. Anto. Burgol. in c. dilecti, n. 19. dicens esse dictū mirabile, & in d. c. quia plerique, Ant. Butr. n. 2. facit, quia in necessitatibus nemo liberalis existit, l. rem legatam, ff. de adimen. legat.

12 Declaratur tertio, in prodigo, ita Butr. in d. c. quia plerique, & Burgol. in d. c. dilecti, num. 19.

13 Declaratur quarto, & est vtilis declaratio totius materiæ, vt procedat in dolo re ipsa, secus si dolus daret causam contractui, quia isto modo circonuenire non licet, sed si dolus incideret, non rescinditur, sed agitur ad supplementum iustæ pensionis, prout supra dixi de dolo dante causam contractui, ita Burgol. in d. c. dilecti, nu. 21. vbi ampliat etiam si postea scientia superueniat. Dec. in c. 1. nu. 67. de constit. Cagnol. in d. l. 2. sub num. 15. attestans ita licitum esse, in Ciuili, Canonico, & conscientiæ. Ioan. Ferrarius in l. semper in conuentionalibus, ff. de reg. iur. Exea. in cap. 1. num. 3 14. de constit. vbi pulchre loquitur.

14 Tres igitur sunt in practica casus. Primus, quando re ipsa sine dolo interuenit circumuentio, & licita est etiam si postea scientia superueniat. Secundus casus est, si dolus dedit causam contractui, quia tunc alias nō locaturum, vel conducturum induxit ad locandū, vel conducendum, & contractus est nullus.

15 Tertius casus est, quando dolus incidit, quia pro minori pensione induxit me ad locandum, & tunc agitur ad supplementum.

16 Declaratur quinto, vt procedat vltra dimidiam, & non vltra, cap. regulariter, & Capra. reg. 87. n. 62. & sequitur Pedemont. dec. 42. n. 9. vbi rationem reddit, quia infra dimidiam præualet contractus, vltra dimidiam præualet læsio, & sic attenditur.

17 Declaratur sexto, dum contractus est in fieri, secus si post, ita Dec. in l. penult. num. 7. C. de pact. Addit, ad summam Angel. in verbo, dolus, nu. 9. litera F. circa medium ex l. penult. C. de pact.

De rescindenda locatione.

1 SVbsequitur alia necessaria inspectio ad l. 1. §. si in fraudem, ff. si quid in fraud. patron. an remedium, l. 2. C. de rescind. vend. procedat, & habeat locum in contractu locationis, & conductionis.

Pro parte negatiua facit, quia dictum remedium est collocatum sub tit. de empt. & vend. ergo alij cōtractus censentur exclusi, l. cum prætor, ff. de iud. l. maritus, C. de procuratoribus, iuncta l. Imperator, de in diem adiectione.

2 In contrarium facit æquiparatio prædicta, et text. allegata l. 1. §. si quid in fraud. & hanc opinionē tenet gl. in d. l. item si pretio, §. 1. in l. si oleū, in glos. fin. C. loc. in l. in venditione, §. in verbo si minoris, ff. de bon. au. ctorit. iudic. possidentis. glos. fin. l. si pecunia, C. de vsufructu, tradit Bald. in d. l. 2. colum. 4. q. 3. vbi Salic. q. 4. Castrens. quest. Angel. in l. maiorib. C. commun. vtriusque iudic. Bald. in cap. cum causam, in fine de testibus, Canonistæ in c. cum dilecti, vbi Imol. col. pen. Barbat. col. fin. de empt. & vend. & in c. cum causa, colum. 4. eod. titul. Aeron. de stipulat. contract. præsumpt. 3. Corn. cons. 185. col. 3. vol. 3. Alex. cons. 122. col. pen. volum. 1. Dec. cons. 583. & hæc est communis opinio. Ias. in l. de quibus, num. 29. ff. de legi. in l. si quis cum alter, num. 18. ff. de verb. oblig. Gozad. cons. 44. col. fin. Guid. Pap. singul. 376. Hier. Gabr. de empt. & vend. concl. 1. nu. 19. & nu. 30. Ioseph. de Ludou. concl. 12. vers. & quoniam, gl. in l. si capellione, in gl. fin. C. de vsur.

Gui

Cui adde pulchrè de hoc loquentes Castren. *cons.* 287. *in nonis*, Cagnol. *in d. l. 2. sub num.* 58. dicens de hoc non esse dubitandum, ex quo est bonæ fidei, & hanc dicit communem Burgens. *in d. cap. dilecti, n.* 7. Aret. *cons.* 126. *num.* 2. Fab. *de empt. & vend. quæst.* 8. *princ. num.* 9. Bursatt. *cons.* 204. *num.* 10. *vol.* 2. Mantic. *ad l. cum probatio, vers. nec mirum, ff. de probat.* Soarez *litera L, num.* 143.

3 Ampliatur ista communis sententia, vt procedat, habeat locum, etiamsi contractus locationis esset deductus in stipulationem, prout hodie passim contingit in omnibus instrumentis contractum, vt per Bart. *in d. l. 2. col.* 1. *& in d. l. si quis cum aliter, col.* 1. *per glo. ibi, in verbo machinationem*, & ibi Imol. *col. fin.* vbi Alex. & Ias. *col.* 4. Anton. Gabr. *concl.* 1. *num.* 20. & hanc dicit communem Ias. *in l. de quibus, num.* 29. *ff. de leg.* Contraria tamen opinio est verior, & magis communis. Pin. *ad l.* 11. *par.* 1. *cap.* 3. *nu.* 6. Emanuel Suarez *in thesau. litera L. num.* 146.

4 Vltra quem amplia secũdo, vt procedat, & habeat locum in locationibus operarum, quas faciunt Architecti, & fabri lignarij, & similes, & si fuerint decepti vltra dimidium valoris operarum conductarũ & locatarum, & constructarum, competat beneficium *l.* 2. Ita Ant. de Padil. *in d. l.* 2. *num.* 14.

5 Vtilis sanè indagatio est, quia passim conqueruntur fabri murarij, fabri lignarij, architecti, & similes qui locauerunt operas suas, & fortasse pro modico respectu laboris, & consumationis temporis, quæ ex post facto inopinate succedit, demum patiuntur, & ex maiori parte sunt homines viles: ob id practicabilis est quæstio, & passim vsu recepta, & auaritia dominante, cum de pecunia agitur, deceptio est admodum in vsu omnibus postpositis.

6 Declaratur allegata conclusio in colono, vel conductore sciente valorem rei, & de eius qualitatibus informato, ita Bart. *in d. l. 2. nu.* 14. *& num.* 16. Bald. *num.* 7. *q.* 4. Salic. *num.* 11. *q.* 7. Castren. *num.* 7. Fulg. *n.* 11. Cremen. *num.* 86. Cagnol. *num.* 125. Azzo. *in sum. col.* 1. *num.* 1. *in fin.* Alex. *cons.* 127. *col.* 2. Spec. *de empt. & vendit. §. nunc dicendum, vers. quid si aliquis scienter.* Barbac. *cons.* 55. *col. fin. vol.* 2. *& cons.* 41. *col. pen. vol.* 1. Angel. *in l. si quis cum aliter, ff. de verb. oblig.* Flor. *in l. si seruum, in fin. ff. ad l. Aquiliam.* Dec. *cons.* 583. Bertrand. *cons.* 143. *col.* 1. *vol.* 1. Paris. *cons.* 128. *col.* 1. *vol.* 1. Aymo. *cons.* 151. *num.* 25. late Anton. Gabr. *lib.* [illegible] *conclus.* 1. *de rescinden. vendit. num.* 98.

Cui adde Castren. *in l.* 3. *C. commun. vtriusque indic.* Alex. *cons.* 17. *lib.* 3. *& cons.* 1. *volum.* 6. Socin. *cons.* 48. *vol.* 4. Fab. *de empt. q.* 8. *col.* 6. Dec. *cons.* 181. *colum.* 2. & hæc est vera, communis, & indubitata conclusio, vt per Cagnol. *in d. l.* 2. *n.* 125. Mant. *lib.* 1. *loco c.* 6. Balduin. *de empt. & vendit. pag.* 560. Aff. *lib.* 3. *feud. num.* 17. *si de feud. controu. fuerit inter domin. & agnat.* Boer. *decis.* 142. *num.* 3. Rom. *cons.* 475. *num.* 4. Soc. iun. *cons.* 73. *in fin. lib.* 2. Lofred. *cons.* 23. Hieron. *cons. feudal.* 127. Beto. *in c. cum dilecti, num.* 23. *de empt. & vendit.* late Tiraqu. *de retract. Lignag. §.* 1. *glos.* 8. *num.* 14. Couar. *variar. resol. lib.* 2. *c.* 4. *num.* 2. Pinell. licet quoad se cõtrarium teneat, *in d. l.* 2. *par.* 1. *c.* 2. *num.* 10. attestans hanc opinionem receptissimam. Soarez *litera L. nu.* 3. Stracch. *de sponsio, q.* 10. *num* 2.

7 Practicando igitur in hac materia locati & conducti deducet locator scientiam, si conductor fuit per prius versatus in bonis conductis, similiter si coluit agros vicinos, cum vicinus præsumatur scire facta vicini, iuribus vulgaribus. *Ita* practicare docet Dec. *d. cons.* 583. in terminis locati & conducti. Commẽcat. Soc. *cons.* 48. *vol.* 1. Cagnol. *ad l.* 2. *num.* 125. *C. de rescinden. vendit.* Fabian. de Mont. *q.* 8. *num.* 20.

8 Vnde erit cautus, quòd multi conducunt prata vicina pro commoditate pasculi, vel coloni sui, pro commoditate laboritij, arguite scientia ex vicinitate. Similiter colui agrum tuum per annos multos, arguitur scientia, & sic excipiendo, & articulando deducendum est.

9 Et si instrumento apponatur clausula, ex certa sciẽtia, &c. non competit conductori remedium huius *l.* 2. vt per Bald. *ibi. q.* 8. Alex. *in allegato cons.* 42. *col.* 3. Curt. sen. *cons.* 50. *num.* 753. Ias. *in l. fin. §. idem quæsiuit, col. fin. ff. de condict. indeb.* Mant. *cons.* 82. *col.* 2. Anto. Gabr. *dicta conclu.* 1. *nu.* 99. Adde Boer. *decis.* 142. *num.* 10. *cum seq.*

Contraria tamen opinio est verior, & æquior, vt per Cassador. *decis.* 1. *de empt. & venditio.* vbi attestatur, quòd ita tenuit Rot. in facti contingentia. Commendat & sequitur Viui. *lib.* 1. *opin.* 430. vbi innuit etiam si essent appositæ vlterius aliæ clausulę. *Idem* commendat Pinell. *in d. l.* 2. *part.* 1. *cap.* 2. *num.* 23. vbi pulchre dicit, quod de stylo, & imperitia notariorũ apponitur. O bone Deus, quod absurdum temporibus nostris, notarij apponunt clausulas, quas ignorant, & sæpius ligant ignorantes, & sicut certioratio fit de Velleiano, & statutis omnibus notis, cur nõ de alijs clausulis etiam peritis incognitis? & in dubio ignorantia præsumitur. Fabian. de Mont. *q.* 8. *nu.* 22. Et in practica notandum est, quia Cagnol. *in d. l.* 2. *nu.* 126. sentit inducere præsumptionem ita vt transferat onus probandi contrarium in aduersarium. Pinel. (vt supra) sentit nullam scientiam operari etiam præsumptam, & ita colligitur etiam ex Cassador. & superiu scitatis, & ita practicatur.

10 Declaratur secundo, vt allegata conclusio non procedat, quando in instrumento adesset consensus geminatus, vel adesset clausula rati, &c. Mars. *in l.* 1. *§. quæstionis, num.* 20. *ff. de quæst.* Crauett. *cons.* 114. *col. fin. & cons.* 151. *col. fin.* Ruin. *cons.* 16. *col.* 2. *vol.* 4. Soc. *cons.* 48. *col. fin. vol.* 4. quem pondera, quia loquitur, quando partes asseruissent iustum pretium, postea esset apposita clausula rati, &c.

11 Declaratur tertio, vt læsio sit consideranda tẽpore cõtractus, & est text. *in l. si voluntate C. de rescind. vend.* Doctores *in d. l.* 2. vbi Roman. *colum.* 3. *vers.* vidimus perfecte, Bald. *col. pen. vers.* ex his apparet Salic. *col.* 8. *quæst.* 18. Castren. *col.* 1. Imol. *in c. cum dilecti in* 2. *notab. de empt. vendit. in cap. cum causa, numer.* 2. *eod. tit.* Socin. *cons.* 48. *col.* 1. *vol.* 4. Lofred. *cons.* 52. *col.* 4. Anton. Alexand. *cons.* 16. *col.* 16. *volum.* 2. Crauett. *cons.* 151. *col.* 2. Grat. *cons.* 142. *colum. fin. vol.* 2. Ruin. *cons.* 55. *col.* 16. *vol.* 1. *& cons.* 79. *col.* 2. *vol.* 1. Bertrand. *cons.* 12. *colum.* 2. *in fin. vol.* 1. *cons.* 33. *col.* 2. Pinell. *de rescind. vend. part.* 3. *lib.* 2. *cap. fin. num.* 2. vbi limitat procedere quando fiat locatio pro minori pensione solito ab alijs dominis, *volum.* 2. late Anton. Gabr. *de empt. & vend. concl.* 1. *num.* 47.

Cui adde bene in materia loquentes, Bart. *in l.* 3. *§. diui. ff. de iure fisci*, Alex. *in l. pretia rerũ. ff. ad l. Falc.* Aret. & Ias. *in §. si quis agens, Inst. tit. de act.* Guid. Pap.

decis. 157. Paris. *de commer. num.* 715. *&* 724. Anton. Padill. *in d.l.* 2. *nu.* 70. & hæc est communis opinio, vt per Cagnol. *in d.l.* 1. *q.* 47. *nu.* 213. monens, vt cauti simus in concipiendo libellum, & articulos, vt fiat relatio ad huiusmodi tempus contractus. Pantaleo. *nu.* 198. Angel. & Salic. *in l. si voluntate.* Castren. *in l. si ad rescindendum, C. de rescind. vend.* Angel. *cons.* 312. *col.* 3. *vers. ad illud autem.* Ias. *cons.* 54. *col. fin. lib.* 1. Lamberteng. *de contract. mulier. glo.* 5. *in fin. num.* 21.

12 Bene verum est, quod si fiat articulus de multis diebus, & ante, & post, & per aliquot menses etiam quòd legitimè concludet, & probabit, vt per Bar. *in d.l. pretia rerum,* & Salic. *in d.l.* 2. Aret. *in c. cum causa, de testib.* Guid. Pap. *sing.* 376. Ant. Gabr. *d. concl.* 1. *nu.* 49. Vltra quem addo hoc verum in breui spatio, neque si successit causa mutationis, vel alterationis, vt per Bald. *in d.l.* 2. *nu.* 28. Castr. *nu.* 4. *in fi.* Veron. *de simulatione contractus, num.* 30. Afflict. *decis.* 316. Lanfranc. *in c. quoniam contra, in verbo testium, num.* 160. Lofred. *cons.* 23. & hæc opinio reputatur verior, licet subtilis Pinel. *in d.l.* 2. *par.* 3. *c. fin. num.* 15. contrarium sentiat Lamberteng. *in cit. loc. num.* 21. Et si dicatur, quæ est pensio iusta? multę, licet parum discrepantes, sunt opiniones.

13 Prima est, quod pensio iusta dicitur solita, & consueta. Rom. *cons.* 423.

14 Secunda est opinio, quòd pensio iusta dicitur habito respectu ad fructus, & reditus, qui percipiuntur ex re locata. *Ita* Veron. *de simulatione contractus, præsumpt.* 3. *nu.* 33. vbi in hac materia multum se extendit distinguendo, quod Veronæ molendina quæ valent centum, locantur & locari possunt pro quadraginta, vel quinquaginta minalibus frumenti, & sic vltra duodecim pro centenario: sed domus, & palatia, quę in se multum valent, pro modica pensione locantur habito respectu ad valorem eorum, *l. fin. §. sin autem,* ibi, veluti domus in prouincijs pretiosæ, *C. de bon. quæ liber.* vbi Bal. dicit, quod domus pretiosæ sunt steriles, quia redditus non respondent pretio earum. Ioan. de Plat. *in l.* 2. *C. de præd. nauicul. lib.* 12. Boer. *decis.* 19. *num.* 9. vbi turris non habet pensionem. Burlatt. *consil.* 84. *num.* 17. *decis. Perus.* 65. *nu.* 11. subdit etiam Bal. *vt supra,* quod ad dignoscendum iustam pensionem, debet haberi respectus ad onera imposita conductori: nam si tenetur portare pensionem, vel fictum ad domum, locatoris est onus. Bart. *in l. item illa, ff. de constitut. pecun.* Bal. *in l. accepcam, quæst.* 12. *C. de vsuris.* Angel. *in authen. vt exactio dotis, §. illud, & dicam suo loco.* Similiter debet haberi respectus, cum fit venditio cum pacto de retrouendendo, postea fit locatio, quia in hoc etiam pro iusta pensione habetur respectus. Soci. *cons.* 248. *in fin. vol.* 1. Ias. *in l.* 1. *§. si hæres, ff. ad Trebell.* Dec. *cons.* 648. Felin. *in cap. cum Ioannes, col.* 2. *de fide instrum.* Garat. *consil.* 39. *col.* 1. *vol.* 2. *&* *consil.* 857. *eod. vol.* Soc. *cons.* 57. *col. fin. vol.* 4. Ruin. *cons.* 13. *col.* 3. *& cons.* 66. *col.* 4. *vol.* 4. Tiraq. *de retract. conuentional. in erasatione, num.* 24.

15 Sed placeat considerare dictum Veronens. *d. præsump.* 3. *in fi.* vbi concludit, quod est contra rationem naturalem, legem ciuilem, & charitatem, nō minori pretio emere, quam esset commune, & iustum pretium, & locare iniusto fictu in damnum conductoris sub prætextu, quod non ita feliciter vendi posset, & quandoque minori pretio propter pactum, de retrouendendo. Habetur etiam respectus in consideranda iusta pensione, an consistat in pecunia numerata, vel in alijs speciebus, vt per Veron. *vt supra.*

Et sic corollarie patet, quod licet emptori rem emptam pro iusta pensione venditori locare. tangam *in tit. de vsuris.*

Tertia est opinio, quod pensio iusta dicitur illa, quæ in viginti annis valorem rei conficit, *gl. fin. in l. perpetua, in verb. iusta. C. de sacrosanct. eccl.* vbi Castr. & Fulg. *per tex. in §. si vero alicuius.* vbi hoc not. Ang. *auth. de non alienan.* Spec. *in tit. de locat. §. nunc aliqua, vers. dicitur autem, q.* 8. Roman. *cons.* 369. *col.* 2. *versic. si consuetudo, & consil.* 423. *pro pleniori.* Corn. *consil.* 261. *col.* 2. *vers. in his rebus, lib.* 1. *& consil.* 181. *col.* 25. *vers. nam iusta merces, lib.* 2. *& consil.* 201. *col.* 3. *lib.* 3. *& cons.* 285. *lib.* 3. *col.* 3. Bertrand. *consil.* 218. *num.* 2. *lib.* 13. attestans hanc esse communem opinionem. Veronens. *de simulat. contract. præsumpt.* 3. *col.* 1. Guid. Pap. *cons.* 80. *col.* 1. Ias. *in l. si fundum per fideicommissum, col.* 3. *vers. item adde, ff. de leg.* 1. Tiraquel. *de retract. lignagier. §.* 1. *glos.* 6. *num.* 19.

16 Cui adde Frau. Marc. *decis.* 31. *par.* 2. quem placeat videre cum suis addit. Guid. Pap. *singul.* 906. Seruanda tamen est conuentio partium primo loco, deinde consuetudo locatoris, post rei, quomodo sit solita locari de proximo generaliter post loci generalitatē, deinde recurritur ad iudicis arbitrium. Alex. de Neuo ita declarans iustam pensionem *cons.* 95. *num.* 11. Nicol. Mozz. *de contract. tit. de locat. vers. venio, nu.* 16.

* Addo etiam de communi attestantem Ias. *in l. dudum, num.* 5. *de leg.* 1. Paris. *cons.* 60. *num.* 29. *lib.* 1. Couarr. *variar. resolut. c.* 9. *num.* 5.

17 Quarta est opinio, quod pensio iusta dicitur, quādo redduntur quinque pro centenario. Burlat. *consil.* 11. *nu.* 21. *lib.* 1. *decis. Perus.* 65. *nu.* 14. *par.* 2.

18 Ex quibus corollarie infertur ad facti contingentiam *gli promette per la sua pigione quello, che sarà giusto,* vtique pensio iusta est, de qua supra.

19 Declaratur quarto, quando in contractu locationis, & cōductionis esset appositum iuramentum, pro facilitate tamen ponendo aliquas conclusiones.

20 Prima est in maiore iurante, & resolutio fit, quòd non iuuatur beneficio huius *l.* 2. *vt per gl. in d.l.* 2. vbi Bar. *nu.* 9. Bal. *nu.* 12. Salic. *q.* 10. Alberic. *num.* 9. Castrens. *nu.* 15. Cagnol. *q.* 8. *nu.* 91. Cremens. *num.* 175. Padil. *nu.* 32. Soc. *cons.* 48. *col.* 1. *in fi. vol.* 4. *consil.* 80. *colum.* 9. *cons.* 85. *col.* 3. *vol.* 1. *& in reg.* 226. *limitat.* 11. Alex. *cons.* 133. *col. fin. vol.* 5. *cons.* 32. *vol.* 2. Ruin. *consil.* 135. *col. fin. vol.* 5. Aymon. *cons.* 114. *col.* 2. Boer. *decis.* 142. Curt. iun. *cons.* 66. *col.* 20. Felin. *in cap. ex rescripto, col.* 3. *de iureiurando.* Dec. *cons.* 60. *in fin.* Gozad. *cons.* 32. Bauer. *de vi iuramen. col.* 3. Ant. Gabr. *de empt. & vendit. nu.* 68. *conclus.* 1. vbi testatur hanc esse
* communem opinionem.

Cui adde bene in materia loquentes, & de cōmuni pariter attestantes. Burgos. *in c. cum causa, num.* 47. *de empt. & vend.* vbi de communi. Cagnol. idem attestans, *in d.l.* 2. *q.* 8. *& in l. si quis maior, num.* 36. *C. de transact.* Corn. idem attestans, *cons.* 189. *col.* 4. *vol.* 1. Curt. sen. *cons.* 44. *col. penult.* Aymo. *cons.* 188. *num.* 3. Alex. *consil.* 133. *lib.* 5. *&* 125. *num.* 9. *lib.* 1. Couar. *in c. quamuis, par.* 3. *§.* 4. *nu.* 4. Pinel. hoc idem attestans *in d.l.* 2. *par.* 3. *c.* 1. *in princip.* Roland. *consil.* 59. *nu.* 18.

*par.*1.Neuiz.*conſ.*22.*num.*11. Eman. *in ſuo theſau. litera L.num.*150.*& alio in loco,num.*5.Caſtador.*deciſ.*1.*de empt. & vendit.* Pederp.*deciſ.*41,*num.*8, Caecialup.*in tract. de tranſact.q.*12.*col.*4,Curt.*conſ.*43,

21 Declaratur id eſſe verum in iuramento interpoſito ex certa ſcientia. Bertran.*conſ.*137.*col.*2.*volu.*1, Ruin.*conſ.*167.*num.*24.*vol.*2. Soe.iun. *conſ.*50.*col.*2.*vol.*2. Ccauet. *conſ.*188.*col.*1.

Contrarium tenet Pinel, *in d.l.* 2.*part.* 3. *cap.* 1. *in princ.* & ſatis practicatur, quia ſimpliciter iuratur, vt plurimum ſine aliqua certioratione, & certe laudabilis eſt certioratio, ne homines deciperentur. Seraphin. *de priuileg. iurament. priuileg.*90.

22 Declaratur ſecundo in iuramento dolo, vel metu extorto. Ccauet. *conſ.*141.*num.*27.

23 Subdeclaratur autem id, quod dictum eſt de iuramento, quod eo non obſtante poſſit locator agere ad ſupplementum iuſtæ penſionis, ſicut venditor iuſti pretij. Bald. *in l. quæ ſub conditione,* §.1. *ff. de condition. inſtitut,*

Quam materiam non tetigit Ant.Gabr. *in ſua concluſione de materia loquente,* & Bald. *ſequutur ibi* Alber. Angel. & Caſtr. Felin. *in c. inter cætera, col. fin. de reſcrip.* Aret. *in* §.1.*num.*22. *Inſtitut. de hæredibus inſtituen.* Iaſ. *in l. vbi pactum, num.*3. *C. de tranſact.* Burgol. *in c. cum cauſa, num.*40. *de empt. & vendit.* Soc. *in l. is, qui ducenta,* §. *vtrum, num.*1. *ff. de rebus dubijs,* Dec. *in d. c. inter cæteras, numer.*6. quam doctrinam dixit mirabilem, & notab. Cott. *in memorab. in verbo, alternatiua, dicens.* Memento in æternum. Et ita tenuit Rot. *vt per* Caſtador. *deciſ.*1.*de empt. & vendit.* ea ratione, quia principaliter non agit ad reſciſſionem contractus, nec lædit eum.

24 Practicando igitur cautus erit locator agens, vt præciſe, & ſimpliciter agat ad iuſtam penſionem tantum, nec addat contractum reſcindi, quia ratione iuramenti non audiretur.

25 Ex quibus patet ad materiam, l. plerique, de iure dotium, & regulam, in alternatiuis, *lib.*6.

26 Contrarium tamen tenet Cagnol. *in d.l.*2.*nu.*95. Ant. Padill. *ſub num.*32. Arius Pinell. *par.*3.*c.*1.*nu.*1. Couar. *in c. quamuis, part.*3.§.4.*numer.*8. ea ratione, quia iuramenti religio etiam hoc caſu offenditur, & ratione iuramenti præſumitur cogitaſſe de omni modo contraueniendi etiam in genere.

Et ſi adeo fortis eſt virtus iuramenti, vt tollat actionem ad iuſtum factum, quomodo igitur habebit comitem iuſtitiam?

Declaratur tertio in muliere, minore, & ruſtico iurantibus, vt voluit *gloſ. in d.l.*2. vbi Bart. *col.*2. *ver. quid ſi minor, & ibi* Bal. *q.*9. Caſtr. *col. pen.* Salic. *colu.*4. *gloſ. in d. c. cum cauſa,* vbi Abb. *col. fin.* Imo. *col.*5. *&* 8. Curt. *conſ.*53.*col.*3. Calcan. *conſ.*27.*colum.*4. Corn. *conſ.*189.*col.*4.*vol.*3.*conſ.*11.*vol.*5. Alex. *conſ.*89.*col.*4.*vol.*2. *& conſ.*127.*cod. vol.* Iaſ. *conſ.*133.*col.*10.*vol.*5. Aymo. *conſ.*142.*col.*6. *& conſ.*192.*col.*2. Ruin. *conſil.*135.*col. pen. vol.*1, late Ant. Gabr. *dict. concl.*1.*nu.*83. vbi allegat pulchra conſilia *Bertran.*

Cui adde Socin. iun. *conſ.*144.*lib.*1. Capic. *dec.*159. *num.*22. Cagnol. *in d.l.*2.*nu.*39. *&* 199. Rolan. *conſ.*7. *num.*52. *vol.*3. Et hæc opinio magnam habet æquitatem. Pinell, *in d.l.*2.*par.*3.*c.*1. *ſub num.*6.

Ampliatur illa concluſio vltra Cagno. & alios ad
27 *d.l.*2, *in homine valde ſene.* Bertran. *conſil,*176,*volu.*1,

28 Ampliatur etiam vltra alios in milite. Ant. Padil. *in d.l.*2, *ſub num,*32.

29 Et adde, quod in minore, ruſtico, & ſupra nominatis perſonis hæc eſt communis opinio, atteſtatur Cur. *iun. d. conſil,*53, Alex. *in l. ſtipulatio hoc modo concepta, num.*53. *ff. de verbor. oblig.* Socin. *conſil.*48. *in fin. lib.*4. Dec. *conſ.*180.*lib.*5. Fabian. *de empt. & vendit, quæſt.*8.*num.*17.

30 Declaratur in minore, quando iuraſſet non venire contra contractum, nec ratione minoris ætatis, nec alia ratione. Alex. *conſ.*17.*col.*1.*vol.*3. Aymo. *conſ.*7.*col.*2. *& conſ.*114. *col.*2. *& conſ.*151. *in fin. &* 158. *col.*1. *in fin.* Alcia. *in c. cum contingat, num.*133. *de iureiura.* Auguſt. Bero. *in c.*1.*nu.*155 *de reſtit. in integrum,* vbi tradit duplicem formam præſtandi tale iuramentum, ita vt nullo pacto contraueniri poſſit. Abb. *conſ.*31.*lib.*2. Alex. *conſ.*42. *lib.*1. *conſ.*89.*num.*2. *conſ.*222. *ſub num.*2.*lib.*2. *conſ.*17.*vol.*3. Dec. *conſ.*349.*num.*5. *in fin. & num.*6. *& conſ.*403.*nu.*22. Imo. *conſ.*1.*n.*3. Curt. ſen. *conſ.*48.*col.*8. *col.*66.*num.*17. Pacif. *conſ.*96.*lib.*1. Ruin. *conſ.*212.*num.*6.*lib.*1. *& conſ,*159.*lib.*5. Neuiz. *conſ.*8.*num.*28. Berc. *conſ.*144.*num.*12.*lib.*1. Hieron. Gig. *in conſ. feud. conſ.*227.*num.*7. *&* 15. Riminal. *Inſti. quib. alien. licet, vel non, num.*258. Ancha. *q. familiar.*20.*num.*4.*lib.*1. Gomeſ. *de contract.*c.14.*num.*20. *in fin.* Petr. Vnzol. *art. notariar. verſ. vlt.* Caſus, in quẽ *non reſtituitur, num.*6. vbi dat formam in practica iuri non contrauenire ratione minoris ætatis, minoris penſionis, vel pretij, vel qualibet alia ratione, vel cauſa, ſed rata ſemper, & firma manere. Simoncel. *de decret. lib.*3.*tit.* 8. *num.* 230.

31 Cui adde Pantal. de Crem. *in d.l.*2.*nu.* 182. Padil. *nu.*34. dicens hanc eſſe communem opinionem. *Ioſeph. de Ludou. concl.* 73. *ampliat.* 2.

32 Quid in muliere maiore annorum vigintiquinq. iurante? Alex. *conſ.*42.*col. pen. vol.*1. tenuit ligari a tali iuramento, & conſequenter excludi ab huiuſmodi beneficio. ſequutus eſt Iaſ. *conſ.* 76. *in fi. vol.*1. Contrarium eſt verius, vt per Corn. *conſ.*174. *vol.*3. Soc. iun. *conſ.*116.*vol.*2. & ita paſſim practicari videmus in mulieribus iurantibus.

33 Declaratur vlterius in mulieribus, ruſticis, & minoribus certioratis de beneficio huius *l. nam iuramentum* cum certioratione excludit a beneficio huius *l. necnon alijs beneficijs eis competentibus,* vt per Doc. *in l. ſtipulatio, ff. de verbor. oblig.* Alcia. *reg.* 1. *præſumpt.*42. Cagnol. *in d.l.*2. *num.*100. late Anton. Gabr. *in allegata concluſ.*1.*num.*90. *cum ſequen.* vbi etiã tenet, quod requiratur ſpecialis renunciatio *l.*2. vel dicatur, quod renunciet cuicunque læſioni, vel deceptioni.

Cui adde, quod ita tenet Din. *conſ.*5. Cin. *in d.l.*2.
* *q.*6. & hæc eſt communis opinio, vt per Butr. *in cap. penul. de empt. & vendi. num.*11. vbi etiam æquiorem *affirmat,* vbi Card. *num.*4. Imo. *num.*21. Burgo. *nu.* 37. Ticaq. *ad l. ſi vnquam, in princ. num.*146.

* Cui adde de communi atteſtantem. Aret. *in l. ſi duo patroni,* §. *idem Iulianus, num.*5. *ff. de iureiur.* Anchar. *q.*35. *part.*1.

34 Contraria tamen opinio, quod ſufficiat ſimplex iuramentum, & quod alia certioratio non requiratur, eſt verior, & magis communis, & de conſuetudine paſſim ſeruatur, vt per Fulgo. *in d.l.*2.*n.*7. Pantale. de Crem. *nu.*178. Pinell. *par.*3.*c.*1. *ſub num.*10. Anton.

Padil.

Padil. *ſub num.* 34. & inſuper idem tenent ſcribentes *in d.l.* 2. ſciendum, vbi Rom. *num.* 30. Iaſ. *num.* 54. Alexan. *num.* 36. Zaſ. *num.* 16. & in authen. ſacramenta puberum, vbi Bar. *num.* 16. Caſtrenſ. *num.* 10. Zaſ. *num.* 36. *& in d.l. ſi duo patroni, §. idem Iulianus.* Barbat. *in c. cum cauſam, num.* 21. *de empt. & vendit.* Curt. iun. *conſ.* 47. *numero* 10. Maurit. *de reſtit. capite* 234. Tiraq. *in d. l. ſi vnquam, nu.* 130. Anton. Gabr. *de iureiurando, concluſ.* 3. *in fine*, vbi dicit iſtam opinionem veriorem, & magis communem. Eruditus Simoncel. *de decret. lib.* 3. *tit.* 8. *limitat.* 31. *num.* 205. qui licet copioſe loquatur tamen excepto Anton. Gabr. ſuperius allegatas authoritates non adducit, cui addere placeat Emanuel. *in ſuo theſaur. litera I. numer.* 148. Couarru. *variar. reſolut. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 1. Minor igitur, Mulier, cuius ſit ætatis, ruſticus, & ſimiles perſonæ ſi iurauerint locando, vel vendendo, tenentur licet non certiorati, vt ex prędictis patet. Si verò non iurauerint, & ſumus in dubio, iuuantur tali remedio, Iacob. Menoc. *de arbitr. iudic. caſ.* 194. *nu.* 45. & in dubio ignorantia præſumitur.

35 Declaratur quinto id, quod de iuramento dictum eſt, vt non procedat ſtante enormiſſima læſione, quę eſt multo plus vltra dimidiam, quo caſu poteſt agi ad reſciſſionem etiam iuramento nō obſtāte, quod hoc caſu nihil operatur. Hippol. Rimin. *inſtit. quibus etiā alien. licet, vel non, §.* 2. *num.* 26. Anton. de Perret. *in repet. l.* 1. *effect.* 8. *iuramen. n.* 133. *de iureiurando*, Cagnol. *in dict. leg.* 2. *numero* 98. *cum ſequen. Codic. de reſcinden. vendit.* Cuma. *conſ.* 180. Anton. de Butr. *conſ.* 45. Anch. *conſ.* 83. *viſis diligenter circa finem, conſ.* 180. *colum. fin. conſil.* 329. pro maiori intelligentia *col. fin. conſ.* 375. *in ſupradicta quaſtion. colum.* 1. Cald. *conſ.* 8. *duæ puellæ, in titulo de iureiur.* Rip. *reſpon.* 4. *ſub tit. de donat.* Socin. *conſ.* 104. *lib.* 4. Socin. iun. *conſ.* 48. *num.* 24. *& conſ.* 144. *num.* 25. *libr.* 1. Cæpol. late alios congerens *conſ.* 207. *num.* 74. *lib.* 2. Abb. *diſputat.* 2. *ſtante ſtatuto ſub numer.* 21. *Caſ.* 9. *verſ. item turpitudo*, & hæc eſt communis opinio. Dec. *conſ.* 45. *in fine, & conſ.* 180. *cum ſequent. & conſ.* 351. Iaſ. *conſ.* 133. *nu.* 8. *lib.* 4. & hæc eſt verior, & magis communis opinio. Curt. iun. *conſil.* 53. *num.* 12. Matthe. Gribal. *in commun. opin. in verb. læſio.* Laurent. Kircho. *commun. opin. centur.* 3. *concluſ.* 8. *centur.* 4. *concluſ.* 9. Anton. Gabr. *de iur. dot. lib.* 3. *concluſ.* 1. *nu.* 8. *& nu.* 11. & hæc etiam eſt magis æqua opinio. Burſat. 75. *ſub num.* 5. *lib.* 1. Et ita ſe habet communis obſeruantia totius mundi. Cagnol. *in d. l.* 2. *num.* 87. *&* 88. & ita paſſim obſeruat ſacrum Rot. auditorium, quæ ratione enormiſſimæ lęſionis non curat de iuramento, nec de clauſulis notariorum, Caſſador. *decyſie. de empt. & vend.* & Delphinalis, vt per Guid. Pap. *deciſio.* 519. late D. Simoncel. *de decret. lib.* 3. *tit.* 8. *numer.* 233.

Cui adde ab eo nō allegatos Caſſan. *conſ. vlt.* Ioa. de Amic. *conſ.* 33. *nu.* 42. Bologn. *conſ.* 44. & ait etiam in Granatenſi. Prætorio obſeruatur, Didac. *variar. reſolut. lib.* 2. *c.* 4. *nu.* 5. Anton. Gabr. *de empt. & vend. conclu.* 1. *nu.* 86. Pariſ. de communi pariter atteſtans *conſ.* 45. *num.* 52. *lib.* 1. *conſ.* 75. *col.* 2. *libr.* 4. Ioſeph. de Ludouic. dicens magis communem, *concl.* 73. *ampliation.* 2. Crauet. *conſ.* 188. *numero* 3. Imol. *conſ.* 14. vbi iſtam communem eſſe ait opinionem, & ab ea non recedendum nec iudicando, nec conſulendo. Aleuan. *conſ.* 420. *num.* 20. *conſ.* 125. *numer.* 13. *vol.* 1. *conſil.* 127. *vol.* 2. *conſ.* 13. *vol.* 3. *&* 133. *vol.* 5. *conſ.* 1. *vol.* 6. *conſ.* 18. *volu.* 7. Caecialup. *in tract. de tranſact. q.* 12. *colum.* 4. Curt. *conſ.* 43. Socin. *conſ.* 155. *num.* 75. *& ſeqq. conſil.* 48. *vol.* 4. Capr. *cap.* 87. *num.* 113. Corn. *conſ.* 189. *vol.* .. *conſ.* 11. *&* 26. *vol.* 3. Bart. *conſ.* 21. *volum.* 5. Calcan. *conſ.* 25. *num.* 1. 2. Socin. iun. *conſ.* 50. *num.* 5. *volum.* 1. Didac. *in* 4. *par. relect. §.* 4. *numero* 4. pulchre Pedemon. *deciſ.* 41. *num.* 8. dicens hanc eſſe magis communem opinionem Guid. Pap. *q.* 519. Afflict. *deciſ.* 80. *numero* 5. late Neuiz. *conſil.* 21. *&* 22. Alciat. *in cap. cum contingat, numero* 77. *&* 85. *de iureiurando*, Gram. *deciſ.* 76. *numero* 12. Alb. *conſ.* 81. *nu.* 99. Villalob. *in recollect. litera F, num.* 137. Didac. *variar. reſolut. cap.* 4. *numero* 5. atteſtās ita Romę ex Caſſad. & in Regio Granatenſi prętorio iudicatum, Roland. *conſ.* 7. *num.* 43. *libr.* 3. vbi de communi, niſi conſtet animo donandi, Anchar. *q.* 4. *par.* 2. *deciſ. Pedem.* 40.

36 Ampliatur vltra Cagnol. & Anton. Gabr. *in ſua allegata concluſ. prima*, vt procedat etiam ſi in inſtrumēto fuerit dictum, & iuratum non venire contra, ratione enormis, vel enormiſſimæ læſionis, prout communiter fieri ſolet, adhuc enim dicta clauſula non obſtāte poterit contrauenire, & contractum reſcindere. Abb. & alij, *in c. Quintauallis, de iureiuran.* vbi Imol. *numero* 56. Alciat. qui alios adducit, *num.* 88. Soc. *conſil.* 263. *col.* 5. Dec. *conſ.* 180. Rip. *d. reſponſ.* 4. *n.* 14. Neuiz. *conſ.* 21. *&* 22. *num.* 5.

37 Quæ omnia faciunt ad intellectum, *l. ſi libertus ita iurauerit, ff. de oper. libert. et l. creditor, §. Lucius, ff. mād.* quod enormiſſima læſio nulla generalitate verborum tolli poteſt. Corn. *in authent. ſacramenta puberum, numer.* 95. *&* 103. Anchar. *conſ.* 330. *numer.* 5. Caſtren. *conſ.* 74. *col.* 2. Crauet. *conſ.* 142. *numer.* 24. Cagnol. late *ad l.* 2. *num.* 87. *&* 88. pulchre Iacob. Meno. *de arbit. iud. lib.* 1. *q.* 7. *num.* 63. Alphan. *reportat.* 919. Moron. *de treg. & pace, par.* 1. *q.* 13. *num.* 23. * Et læſio enormiſſima intelligitur quando eſt vltra triplum vel quadruplum Grat. *conſ.* 88. *nu.* 1. *volu.* 1. vel alius exceſſus a maxima læſione vltra dimidiam, ſecus in modico vltra dimidiam, Corn. *conſ.* 27. *vol.* 4. *conſ.* 166. 182. *vol.* 1. puta renunciare hæreditati paternæ quatuor millium ducatorum pro ſexcentis florenis. Anchar. *in reg. acceſſorium*, dicens ita Senis conſuluiſſe, vel renunciare hæreditati valenti ſetingentos producentis. Anchar. *Regiciſ.* 8. 35. *in fine, part.* 1. & ita obſeruatur in Practica, Modern. apoſtillantes ad Alex. *conſ.* 42. *num.* 11. *vol.* 1.

38 Salua tamen pace tantorum virorum cautius, & melius eſt abſolutionem petere a vinculo iuramenti ad effectum agendi, & ecipiendi in forma etiam ſtante enormiſſima nedum enormi lęſione, vt late deducit Pariſ. *in allegato conſil.* 45. vbi hanc dicit communem opinionem, & colligitur ab eod. *conſ.* 99. *num.* 20. *libr.* 1. Siluan. *conſ.* 13. & ita longo vſu eſt obſeruatum extra Rotam. Sentit Caſſad. *d. deciſ.* 1. ex Afflict. *deciſion.* 322. *numero* 22. vbi late Vrſill. late a Doct. Simoncell. non allegatus fortaſſe non viſus. Ari. Pinell. *ad l.* 2. *parte* 3. *cap.* 1. *numero* 8. *C. de reſcindend. venditi on.* & hæc hodie eſt magis communis opinio Alexan. *conſ.* 38. *vol.* 4. Grat. *conſ.* 30. *vol.* 1. Menoc. *conſ.* 24. *num.* 24. *volum.* 1. Curt. iun. *conſ.* 141. *num.* 16. Capic. *deciſ.* 159. *numer.* 26. *&* 27. late Virgin. Boccac. in conſt. Aegid *gloſ.* 2. *numero* 22. *&* 28. Borgnin. *deciſ.* 9. *n.* 41. vbi limitat, niſi enormiſſima læſio vti notoria nulla proba-

G 2 tione

tione egeret, Cæpol. cons. 17. num. 5. Contar. ad Aegid. lim. 9. nu. 28. & 49. Affl. decis. 263.

Quæ conclusio vera est etiam si in instrumẽto locationis promissum esset in specie absolutionem a iuramento non petere, & petita non vti. Bal. in l. 2. col. 28. ff. de iur. fisci. Fely. in cap. debitores, num. 9. de iureiurando. Maxime quia talis absolutio a iuramento ad effectum agendi, vel excipiendi non requirit citationem partis, Afflic. dicens communem in cap. cum contingat, numero 124. de iureiurando. Afflic. decis. 220. num. 10. Soarez. licet aliter quoad se sentiat litera I. nu. 326.

Cui adde, quod ita de consuetudine seruatur. Curt. iun. cons. 152. nu. 9. Marsil. sibi contrarius in rubr. de fideiuss. col. 45. & de probat. eod. loco Ruin. consil. 170. col. 8. volu. 1. Bertran. cons. 226. col. 5. vol. 3. maxime si petatur coram iudicibus maioribus non ordinarijs. Anton. Gabr. de citat. conclus. 1. sub nu. 97. Tuderti coram vicario semper habetur sine citatione, & prudẽter sane, ne quis remaneat iure suo defraudatus, & insuper adde Soc. iun. cons. 47. nu. 18. & consil. 50. num. 8. lib. 3. Ferret. cons. 149. Crauet. cons. 7. numero 7. Dida. variar. resolut. lib. 1. cap. 4. numero 5. attestans ita quotidie practicari. Addit. ad Alex. cons. 222. litera b, lib. 2. Rot. Pedemont. decis. 78. Caball. ad constit. Aegidian. lib. 2. c. 22. & ad consil. Anto. Butr. cons. 45. litera D. & ita in omnibus Curijs practicatur. Afflict. decision. 220. num 12. Natt. cons. 163. numero 5. volum. 1. Riminal. iun. cons. 203. num. 80. & 81. volum. 2. cons. 87. vol. 1. Ioan. de Amic. cons. 33. in fin. Rot. Perus. decis. 18. nu. 2. par. 1. Bero. cons. 56. vol. 1. Rolan. cons. 13. num. 25. et 38. vol. 1. Borgn. decis. 9. num. 24. * Practicatur etiam instando coram iudice laico, vt faciat remitti iuramentum. Et ita practicatur. Old. cons. 186. Tiber. Dec. tract. crim. tom. 2. r. t 1. sub nu. 54.

Ampliatur, vt nec hęres iurãtis audiatur in hoc remedio nisi absolutione petita, decis. Pede. 41. n. 10.

39 Declaratur quinto loco principaliter in terminis tamen locati, & conducti, de quibus agimus, omissis alijs extra materiam, & vltra D. Gabriel. & Cagnol. & Pinel. vt non procedat in conducentibus herbetũ aliquod, vel pratum, quando dependent a viribus fortunæ, puta si quis conducat fructus alicuius pręstimonij, seu beneficij, quartas Regias, vel Episcopales, Specul. & ibi Ioan. Andr. in rubr. de vsur. Anton. Padil. ad d. l. 2. sub n. 15. Casus notabilis, quia quotidie habentes massaritias, & armenta bestiarum conducũt herbeta, & prata.

40 Declaratur sexto principaliter, si emptor statim locat venditori, qui postea agit ad rescissionem contractus, emptor autem supplet, quod iusto pretio deerat, sed vult rescindere locationem, venditor replicat conuentiones esse diuersas, vt per Pinel. de rescindend. vend. l. 2. parte 1. c. 1. in princ.

Declaratur septimo loco non exeundo materiam locati, & conducti, vt tale remedium non competat post finitum contractum locationis, & conductionis, Dec. cons. 583.

41 Declaratur octauo, vt possit tali remedio expresse renunciari, Bal. in d. l. 2. q. 9. & ibi Barbat. in addit. Afflic. decis. 220. Fabia. de empt. & vendit. q. 8. col. 5. Did. ad cap. 4. numero 5. variar. resol. cap. reg. 87. num. 105. Cagnol. in d. l. 2. nu. 133. & hæc est communis opinio. Pedem. decis. 41. n. 9.

42 Contrarium videtur verius, licẽt enim contractus sit finitus, tamen ex læsione actio datur, ita Pinell. dicens in facto obtinuisse coram grauissimis senatoribus ad d. l. 2. part. 1. c. 2. sub num. 18. vbi in contractu locationis dicit tale remedium competere tam ad excipiendum, quam repetendum, dicẽs tale remedium durare per annos triginta, & hanc esse communem opinionem: Et potest læsio intentari super contractu principali, & super pacto incontinenti apposito, & hoc finito contractu Bursat. consil. 204. numero 10. volum. 2.

43 Et circa intellectum, d. l. 2. ff. locat. de qua in præsentiarum iam egimus, talis similitudo horum contractuum operatur etiam hunc alium effectum, nam vbi non habemus decisionem in materia alicuius cõtractus, recurrimus ad similem: Vnde si in locatione & conductione non est aliquid decisum, argumentabimur ab emptione, & econtra, Bal. in l. si ea lege, col. fin. C. de vsur. Pedem. decis. 51. nu. 11. quæ regula deseruiet in tota hac materia.

44 Quæ conclusio, & dispositio d. l. 2. ff. locat. vltra Pedemont. ampliatur, vt procedat etiam si dispositio, vel statutum sit exorbitans, adhuc enim de venditione loquens trahitur ad simplicem locationem. Aret. in §. adeo, in vlt. notab. Instit. locat. per gl. in l. quod vero, ff. de leg. in l. si quis seruo, ff. de furt. Tiraq. de retract. lignagier. §. 1. gl. 14. nu. 82. in fin.

45 Et nota iurisconsultum satis præcise loquentem, nec apponentem aliquam notam improprietatis in d. l. 2. ff locat. licet percurrendo in multis tales contractus reperiantur dissimiles. Vnum tamẽ est, quod vẽditio facta sine conuento pretio etiam traditione secuta non subsistit, nec subintelligitur iustum, vel solitum pretiũ, secus in locatione, & conductione: quia si ab initio nulla constituatur merces, vel pensio habitando simpliciter intelligetur pro solita mercede pro rata temporis, qua quis habitauerit. Pinel. ad d. l. 2. par. 2. rub. cap. 1. numero 34. de rescind. vend. ex l. item quæritur, §. final. ibi prout quisque habitauerit, ff. loca. qui casus frequentissimus est in simpliciter habitantibus, qui tenentur ad solitam, vel iustam pensionem pro rata temporis.

46 Quomodo autem differat locatio ab emphyteusi, est opus laboriosum, ponit glos. in l. 1. vbi Ias. num. 22. C. de iure emphyteut. & termini sunt notissimi, prout erumpit Clar. in §. emphyteusis, quæst. 1. vers. quid autem. Attenduntur, verba, & maior pars. Ruin. consil. 161. num. 22. & 27. volum. 1. plura cumulat Neuiz. consil. 92. Bero. quæst. 14. Roland. consil. 46. numero 42. volum. 1. Siluan. consilio 9. numero 14. volum. 1. Riminal. consil. 212. volum. 1. & si fiat promiscuę mentio in aliquo instrumento emphyteusis, & locationis considerantur pacta cui magis conueniant, ita Bellon. dicens communem consil. 21. numer. 5. & si præstatur modica pensio, & in pecunia est emphyteusis, si magna pensio, vel aliqua pars fructuum, est locatio, & hæc est communis practica, Natt. consil. 49. numero 7. Cagnol ad l. 2. num. 202. C. de rescind. vendit. Roland. cons. 95. numer. 24. volum. 1. pulchre Crauet. in singul. in verbo contractus, dicens quotidie in facto euenire, quod pro re emphyteutica soluitur vna libra piperis, vel quid minimum, & est emphyteusis, licet vtatur verbo, locauit, in instrumento, prout passim notarij faciunt. Villalob. in recollect. litera I.

num.

Google

num. 133. *&* 134. Viui. *opin.* 147. Castren. *conf.* 270. *col.penult. vol.* 2. Bal. *in l.* 1. *nu.* 8. *C. de iur.emphit.in auth.defuncto,col.* 1. *C. ad Tertull.* Corn. *conf.* 24. *num.* 6. *&* *conf.* 63. *col.* 2. *vol.* 2. Soc. *conf.* 98. *&* 156. *volu.* 1. Tiraq. *de retract.consang.* §. 50. *gl.* 1. *nu.* 1. Purpur. *in l.* 2. *nu.* 62. *ff.si cert.pet.* Hier. Gabr. *conf.* 68. *q.* 1. *num.* 5. *vol* 1. Rub. *conf.* 95. *nu.* 3. Dec. *conf.* 164. Aret. *conf.* 148. *nu.* 1. Affiic. *decis.* 72. *&* 80. *in fin* Crauet. *conf.* 186. *num.* 5. 214. *nu.* 2. 231. *nu.* 14. 293. *num.* 9. Paris. *conf.* 82. *nu.* 44. *lib.* 3. Iacob.Menoc. *de arb.iud.q.* 7. *nu.* 26. *gl. notab. in §. adeo, litera D. instit. locat.* Grat. dicens communẽ. *consil.* 161. *volum.* 2. Silua. *conf.* 6. *nu.* 9. de communi. Burlat. *conf.* 330. *n.* 93. *vol.* 3. idem in instrumento cẽsus licet vtatur verbo locare. Rot. *nouissima* 703. *p.* 1.

47 Practicando igitur habes, quomodo detinenda sit causa læsionis in materia locati, & conducti. Primo enim læsio vltra dimidium allegari potest, & conductori obstat scietia, quę ex cultura, & vicinitate articulari poterit, non tamẽ ex clausula ex certa sciẽtia, & similibus in instrumentis apponi solitis, quæ læsio attenditur tempore cõtractus, vel ante, & post, breui tamẽ spatio, habetur etiã quę sit pensio iusta ad fundãdam læsionem, quid stante iuramento, quid in rustico, & muliere, & c. Pariter nec dicitur locatio ad longum tempus, quando pro vsu domini aliquid soluitur. Burs. *conf.* 254. *nu.* 12. *vol.* 3. Sic etiam locatio nõ emphyteusis reputatur vbi pensio fructibus correspondet, Aret. *conf.* 55. Alex. *conf.* 112. *num.* 13. vbi latè Additionarij, *vol.* 1. Cagnol. de communi *in auth. qui rem.nu.* 6. *C. de sacros. eccles.* Bertran. *conf.* 42. *num.* 9. *lib.* 1. Bero. *conf.* 130. *&* 131. *vol.* 1. Et verbum Affictus, locationem magis arguit quam emphyteusim, prout in dubio iudicandum est. Bald. *in l. litera, de dilatio.* Coffa. *de communi in verb. emphyteusis in fin.* et transibit ad extraneos hæredes, Cepha. de communi *conf.* 9. *n.* 12. *lib.* 1. Bec. *cõf.* 3. *n.* 23. 24. Burlat. *cõf.* 255. *nu.* 2. 3. 4. *vol.* 3.

ADDITIO.

☞ *Sed pone aliũ casum in materia læsonis, & resciisionis contractus, quidã conduxit possessiones ad longũ tẽpus pro centumaureis pro quolibet anno, tempore contractus aureus valebat Paulos vndecim, tractu temporis crescit ad Paulos* 20. *Erit ne facienda de saleatio, & reductio ad æquitatem. vtiq. Sic Thesaur. decis.* 126. *vbi videtur eligere quandam viam m. diam prore in eius cõputo, videre potest, & hoc per l. Cum quidem in pr. ff. de vsur. quam ad hoc singulare appellat, ampliatur vt nõ possit alligari præscriptio de solutione plurimorum annorum in præiudicium soluentis vt ibi per Thesaur. num. ro* 4.

Ampliatur secundo, idem & contra, vt si valor diminuetur ad quid minimum, augeatur ad æquum habendo respectum ad onera, & expensas Thesaur. Redem. 214.

Ampliatur 3. *idem in emphyteusi. Thesaur. Redemo* 120.

Ampliatur 4. *idem in datijs & Cõtributione onerum Thesaur. Redemo* 290.

De locatione qualificata.

QVÆSTIO IV.

Principalis.

PRacticabilis quarto loco principaliter, vtilis, & delectabilis offert se nobis indagatio de intra scriptis, videlicet.

Promissio locandi, godere a godere.

Locatio ad firmam, venditio in herba.

De promissione locandi.

QVÆSTIO I.

VIDMIVS supra de naturalibus, & substantialibus contractus locationis, & conductionis, prosequendo materiam tractabimus primo loco de promissione locandi, & passim in facto occurrit. *V uoi venire ad opera con me? V uoi venire per seruitor con me? V uoi darmi a lauorectio la tal vigna? V uoi darmi a pigione la tua bottiga, o casa?*

1 Et pro parte affirmatiua facit id, quod pro valde notabili posuit Rom. *sing.* 186. Si dicatur, obligo me, quod obligabo me tibi ad decem, quod statim sũ obligatus, nec requiritur noua promissio, vt per *Io. And. in addit. ad Spec. in tit. de oblig.* sequũtur Soc. & Ias. *in l. cum fundus, §. seruum tuum imprudens, ff. si cer. pet.* Ias. *in l. dominus, in* 4. *notab. ff. de condi. indeb. in l. si fideiussor. §. memine, ff de leg.* 1. dicens esse calum notabilem, & menti tenendum, *Rui. in l.* 4. *§. Cato, in* 8. *notab. ff. de ver. oblig. vbi Galiaul. col.* 9. *vers.* 12. cadit Hermannot. *num.* 179 Ruin. *conf.* 12. *num.* 32. *lib.* 3. vbi hoc dicit valde notabile, *conf.* 19. *num.* 14. *lib.* 4. Affiic. *decis.* 61. Galiaul. *in rubr. ff. de verb. obligat. colum.* 25. Gozad. *ad l.* 2. *colum.* 5. *C. de pact. inter empt. & vendit.* Gomes. *in §. in personam, num.* 14. *de act.* & hæc est communis opinio. Rub. *conf.* 29. *col.* 2. Zal. *consil.* 10. *num.* 39. *lib.* 2. late id attestans Tiraquel. *de retract. conuen. tion. ad finem tit. nu.* 26.

2 Secundo facit, quia promissio liberandi idem operatur, quod ipsa liberatio, *l. si intra.* vbi Bart. *not. ff. de pact.* vbi Ang. dicit valde notabile, & perpetuo menti tenendum, Bald. *in l. si creditoris, C. de fideicom.* Castr. *conf.* 242. *lib.* 2.

3 Pro contraria parte facere videtur, quia aliud est fideiubere, aliud promittere de fideiubendo, *l. si quis stipulatus sit Stichum, §. si. ff. de verb. oblig.*

4 Secundo, aliud est redhibere, aliud promittere de redhibendo, *l. quod si nolit, §. in factum, vers. illud plane, ff. de edil. edic.*

5 Tertio aliud est aliquam accipere in vxorẽ, aliud promittere accipere, nam per illud contrahitur matrimonium, per hoc etiam cum iuramento sponsalia tantum de futuro, *c. iuramenti*, vbi Imo. *in* 2. *notab.* Pan. *in* 1. *notab. de iureiurando, c. ex literis, c. sicut, c. si inter, de sponsal. quib.* probatur ex huiusmodi promissioni. bus etiam iuratis non impediri matrimonium postea cum alia contractum, Card. *conf.* 46. Mili. *in repet. in verb. sponsalia.* late Seraphin. *de iuramen. priuileg.* 23. *num.* 3.

6 Et hæc est verior opinio, quam tenuit glos. *in l. in bonæ fidei, in verbo conducturum*, vbi Ias. *num.* 3. summopere commendat, & Castr. *in §. si tamen, ff. de eo, quod cer. lor. glos. fin in fi. in l. Titius, ff. de pigno. no.* omnes *in l. si pœnam, ff. de verb. oblig.* late Gozad. *ad l.* 2. *numer.* 18. cum addit. *in verbo promissio, C. de pact. inter emp. & vend.* Aret. *conf.* 28. *art.* 1. Ias. *consil.* 117. *&* 153. *volu.* 1. Tiraquel. *de vtroque retract. ad finem tit. numer.* 42. 55. Brun. *de statut. exclus. fœmin. artic.* 6. *princ.*

Digitized by Google

princ.q.7 nu.70. Soc. *conf.170 post.princ.vol.2.* Dec. *conf.183. in fin.* Ruin. *conf.145 in princ. vol.1.* Alciat. *conf.113.& conf.725.* Anchar. *q.familiar.39.in princ. par.1.*Couacru.*variar.resolut.lib.3.c.4.num.7.*Paris. *conf.30.nu 7.*Crot.*conf. 2.num.7.&* 8.Bero.*conf.156. num.23.vol. & conf.157.num.22. volu.1. conf.62.num. 25.conf.15. num.17. vol.3.*Grat. *conf. 100. num. 20. vol.2.* Crauet. *conf.76. nu.5.* Ioann. Cephal. *conf.66. num.20. & seq. vol.1. conf.272. num.19. volum.1.* Aci. Pinell. *in l.2.cap.3 num. 29.C.de rescind.vendit.* Mari. Freu. *de feud. de assensu, q.2.in princip.num 6.* Ferrer. *conf.28.num.2.vol.2.* Rolan. *consil 69.num.22.& 17. volum.3.* Cassan. *in consuetud.* Burgund.*rubr.4.§.24. fol.19.num.5.* late Burl. *conf.100.num.1.vol.*

Cui adde Iacob.Menoch. *conf 92.num.4 lib.1.* Riminal.iun. *conf.51.num.11.vol.1.& 583.num. 3.consil. 36. num.7. 400.num.5.* & hęc est communis opinio. Ioseph.de Ludouic.*concl.72 in princ.*

Cui adde Bald. *in l. fin.§.empta, C. commun. de leg.* Alex.*conf.28.in fin.lib.4.in l.1.§.si quis ita.ff. de verb. oblig.*Matthel.*notabil.40.*Cortec. *in singular. suis, in verbo,pactum,2.*Boer.*decis.5.& decis.58.num.4.* Purpurat. *in l.1.numer 65.ff.de iurisdictio omn.iudic.* Fortun.Garz.*in l.legitima,num. 13.de pact.* Petr.*regu.19.* Cagnol.*in l.aliud,num.2.ff.de reg.iur.*Hercul. *de caut. de non offeden.cap.31. allegat glos. in l. in ementis, C.de empt.decis.*Tossan. Pedemon. *nomiß.233.*

7 Hinc postea statutum, vel dispositio, vt de quolibet contractu locationis soluatur gabella, non habet locum in promissione locandi, vt per Ias.post Castren. *in d. l. in bonæ fidei.*

8 Statutum tamen, bannimenta,& similia prohibentia venditionem, vel locationem censentur etiã prohibere promissionem de vendẽdo, vel locando. Rui. *conf. 145. col. 2. vol. 1.* qui ampliat etiam si talis prohibitio conferatur post mortem. Anton.Gab.*de præsumpt.conclus.7.num.3.*

9 Et promissor de vendendo, vel locando liberatur præstando interesse etiam si habeat facultatem rei tradendæ,& hæc est verior,& magis communis opinio. • Ioseph.de Ludou.*concl.72. vers. verior, &c.* vel vẽdendo simpliciter sine traditione. Ias.*conf.117. lib.1.* Rumin.*sen.conf. 116. num.7.* Tiraquel.*de retrac. conuent.ad fin.tract. num.47.*

Ampliatur secundo, vt ex promissione de locando non debeatur vsurę Boer.*decis.48.num. 73. versic.& latius*, quod facit ad limitationem eorum, quę posui supra de interesse lucri cessantis, & dãni emergentis.

10 Declaratur ista conclusio, vt non procedat in promissione geminata. Alciat.*in rubr.ff.de verb. obligat. num.20.* Menoc.*conf.92.num.28. lib. 1. quod faciat ad* ampliationem,*l balista, ff. ad Trebell.*

11 Declaratur secundo in promissione Incontinenti a parte acceptata, Salic.*ad l.in vendentis, C.de cõtrah. empt.*Bursat.*conf.100.nu.10.*& sic stante stipulatione promissio de locando est locatio. Menoc. *in allegato conf.92.nu. 30.* similiter quando esset facta in iudicio Menoc. *vt supra. num.29.* Ias. *in l. iurisgentium, §. sed cum illa,num.9.ff.de pact.*

12 Sicut quando est facta cũ iuramento. Seraphin. *de commun priuileg.23.*prope finem, a quo etiã habes, q tẽpus sit prostitutũ ad se liberandũ a tali ꝓmissione, sic habes cautelã, vt talis ꝓmissio, vel fiat in iudicio, vel incontinenti acceptetur, vel fiat cũ iuramento.

13 Declaratur quarto, quando res esset tradita, & sic secutum esset implementum. Dec. *in l. ex conuentione,num.3.C.de pact.*Menoc. *vt supra, nu. 36.* Bene verum est, quod quãdo vtraque pars est in damno, potest agi actione de dolo. Ioseph. de Ludouic.*concl.72. fallent.6.*

A D D I T I O.

☞ *Thesaur.decis.Pedemo.233. num.10.dicens, Senatum sic pluries iudicasse.*

14 Declaratur quinto, vt non procedat quando constat de mente cõtrahentiũ ex verbis in scriptura appositis, vel corã testibus prolatis, ex quibus colligatur partes contrahentes voluisse facere perfectã vẽditionem, vel locationẽ, non promissionem de locando, vel vendendo, vt sentit Bursat. *in allegato consil. 100. num. 12.* ex doctrina Bartol.in terminis locati,& conducti, *in leg.1.ff.locat.* Alex. *conf.119.num.3. vol.5.* Rube.*consil. 142. col.fin.* late Neuiz. *conf.92.num.48.* Rolan.*conf.50.num.61.65.vol.3.*

• Declaratur sexto fauore ecclesiæ, vel in odium morosi, late Benincas.*de actio.in princ.nu.56.cum seq.* vbi multa cumulat.

15 Et promissio de locãdo intelligitur pro iusta pensione,& ad declarandum, datur actio prescriptis verbis. Bald.*in l.1.col.pen.in lect.antiq.C.de legib.* Alesan. ad Bar.*in l.1. ff.de contrahen.emptio.* Firmian.*in verbo promissio,* & iudex hic quid facere debeat, vide in q. de similitudine locationis, de rescindenda locatione, dũ tractatur, quę sit iusta pensio. Imo promissio de locando pro cõuenta,& taxata mercede est vera locatio,& hęc est magis communis opinio. Pinel.*in l.2.c. 3.par.2.nu.29.& de rescind. vendit.* Alba.*conf.22. n.3.* Gozad.*in l.2, num.23. & 33. C.de pact. inter empt.& vend.*Nec obstant rationes in contrariũ adductę, maxime singulare Rom. quia esto quod a multis reputetur dubitabile, vt late per Galiaul. *in repet.rubr. ff.de verb.oblig.num.62.63.*Alcia. Ruiu.*in repet.l.1.ff.eod. num 15.16.17.* Buttigel. *in §.Cato. num.42.*post Dec. *in d.§.seruum.*Marsil.*sing.469.*Grat.*conf.109. nu.11. lib.1.* Respondetur etiam multis modis, de quibus per Dec. *vt supra*, late Tiraquel.*de retract.conuent.num. 42.* Cui adde plenius Gram. *decis.103. num.188. cum seq.* Ex quibus respõsionibus declaratur materia circuitus *ad l.cum pater.C.comm.de leg.* Afflict. *decisione 103.num.187.cum seq.*

16 Certe nõ videtur posse dari firma, & certa resolutionis regula in materia ꝓmissionis, in multis enim casibus inducit factum,& in multis non, iuxta tamen factorum diuersitatem,& qualitatem, pone in facto dicatur. *se vuoi appigionarmi la tua casa,* & locator dicat, *perche non?* & replicetur. *quanto ne vuoi?* dicet, tot, & replicetur. *te ne voglio dar tãto.* dominus respõdet, *tu mi hai inteso,* non est perfecta locatio. Corn. *consil. 123.lib.4.* dicens idem in venditione,& circuitus sunt euitandi. vbi ęquitas suadet,& quando non sunt cum aliquo effectu. Card. in Cle. *auditor q.14. de rescript.* Gallesi.loquens in forma Cameræ,*par.4.q.4.*Conti. *de sponsal.c.4.*iuxta principium.* Promissio de locando, intelligitur pro iusta pensione, declarado tempore locationis nõ promissionis, & nisi soluatur,& declaretur, cõtractus nõ valet. Bal.*in l.2. col.pen.in lectura*

L

ctur a antiqua, ff. de legibus. Alex. *in l. 1. ff. de contrahen. empt.* & ad declarandum datur actio præscriptis verbis. Firmian. *in verbo promissio.*

De consentiente locationis.

QVÆSTIO II.

1 Sed non inutilis est indagatio, nunquid si quis cõsentiat locationi, an quoad se dicatur locare, & pro parte negatiua facit, quia aliud est vendere, aliud vendenti consentire, *l. aliud, ff. de reg. iur.*

2 Similiter aliud est manumittere, aliud manumittẽti consentire, *l. 2. & l. si pater, in fi. ff. de manum. vind.*

3 Pro contraria parte facit, quia consentiens alienationi dicitur alienare, vt latè deducit Tiber. Dec. *respon. 60. num. 12. lib. 1. respons. 105. nu. 2. lib. 3. respon. 9. nu. 70. lib. 2.* Gieron. Gabr. *cons. 72. num. 1.* Ioseph. de Ludou. *concl. 7. in princ.* Soc. *consil. 230. num. 6.* Bald. *in cap. 1. §. illud, vers. quæro, de prohib. feud.* Ias. *in l. quoties, C. de fideicom.* Nicol. Mozz. *tract. de cõtract. tit. de empt. & vend. in princ. nu. 37.*

4 Prima sit conclusio. Consentiens locationi dicitur sibi præiudicasse in interesse, quod habet, *l. si fundum per fideicommissum, ff. de leg. 1. l. nihil, §. 1. ff. eod. l. cum pater, §. libertis, ff. de leg. 2. late de rerum alien. concl. 2.* Ioseph. de Ludou. *conclus. 7.* Ex quibus habentur plures declarationes.

Cui adde pulchre Crauet. *post tract. de antiq. temp. in quodam cons. nu. 12.*

5 Vnde practica dat cautelam, vt saluo iure suo consentiat not. *in c. ex literis, de transac.* Duran. *de art. testan. tit. 1. caut. 2. n. 7.* Lamberteng. *de contract. mulier. gl. 11. nu. 46.* Tertia sit conclusio. Prohibitus locare erit etiam prohibitus locationi consentire, quando ratio diuersitatis assignari non possit, vt agatur de re consentientis. Barbat. *cons. 51. colum. 4. vol. 1.* Dec. *cõs. 124. & in l. fin. col. 2.* vbi ante ipsum Aret. *colu. 1.* Cagnol. *num. 138. Cod. de pact.* Soc. *in l. Gallus, §. videndum, col. fin. vers. sed aduerte,* & ibi Claud. Aquent. *colum. penult. ff. de liber. & posthum.* Calcan. *cons. 1.* late Tiraq. *de leg. connub. gl. 5. q. 12.* & hæc est magis communis opinio. Lambert. *de contract. mulier. glos. 1. num. 326.* Fabia. de Mont. *de empt. quæst. 3. princip. num. 49.* Rimin. *ad princ. Instit. de donat. n. 500.* & Socin. *in fin.* Alphan. *repertor. 142.*

6 Et notandum est in proposito. Aut quis prohibetur contrahere ex defectu iuris, & tunc potest contrahenti consentire, prout vsufructuarius proprietario alienanti *l. interest, C. de vsufruct.* Aut quis prohibetur propter imbecillitatem consilij, & intellectus, vt mulier, minor, & similes, & tunc non poterit alteri consentire Bar. & Salic. *in l. si fundus, §. si nesciente, ff. de pignor.* Bertach. *de Episcop. par. 4. q. 45.* Hippol. Riminal. *consil. 56. numero 22.* vbi plures refert *lib. 1.* Gulielm. Rodoa. *de reb. eccles. non alienan. sub rubric. de sign. verb. alienatio sol. 11. num. 1. cum sequent.* Simoncell. *de decret. libr. 2. tit. 6. inspect. 16. numero 143.* Cui adde Bologn. *in l. fin. numero 86. C. de pact.* Barbat. *in rub. de rebus eccles. num. 206.* Sfor. *de restitut. part. 2. q. 61. artic. 1.*

7 Quem casum in muliere nõn posuit D. Granut. theoremat. 25. & facit ad statutum Tudertinum, & alia *de contract. mulier.* vt prohibeantur etiam consẽtire, & adde a D. Simoncell. non adductos, & bene in materia loquentes Tiraquel. *ad l. si vnquam, in verbo, donatione largitus, q. 21. nu. 278. C. de reuoc. donat. & de leg. connub. glos. 5. q. 12.* Dec. Purpur. Cagn. & alios, *in leg. fin. C. de pact.* & hęc est magis communis opinio. Lambert. *de contract. mulier. glos. 1. q. 85. numer. 326.* Addo. Balc. *in c. 1. §. illud, de prohibit. feud.* Ias. *in l. quoties, C. de fideicommis.* Soc. *consil. 230. lib. 6.* Tiber. Decian. *consil. 260. nu. 11. vol. 1.* Mozz. *de contract. in tit. de empt. in princip. num. 36.* & sic patet responsio ad contrararia.

* * Declararur tertio, vt consentiens locationi, vel venditioni, præiudicet a iure præsenti, non in post superuenienti *leg. 1. §. quod ait prætor, ff. quorum legat.* Castren. *consil. 375. columm. 6.* Hieron. Gabr. *consil. 72. num. 5.*

Declaratur quarto, vt consentiens locationi, vel venditioni actum cui consensit impugnare non possit, non quod actio tollatur vel in aliquod teneatur, puta de euictione, vel similibus. *Ias. in l. quoties, C. de fideicomm.* Anchar. *consil. 76. num. 4.* Hieron. Gabr. *cons. 72. num. 5.* Ioseph. de Ludouic. *conclus. 7. colum. fin. declarat. 3.* Adde pulchre loquentem Crauet. *cons. 33. num. 5.*

De præsente locationi, & tacente.

QVÆSTIO III.

1 Qvid si aliquis pręsens locationi an dicatur locasse quoad se? Videbatur dicendum quod sic *ex reg. qui tacet, lib. 6.* hinc fideiussoria tutore nominatus si patiatur nomen suum describi in actis, & nõ contradicat, consentire videtur, & per solemnem stipulationem se obligasse, *leg. 4. §. fin. ff. de fideiussor. tutor.*

2 In contrarium facit recepta conclusio in materia taciturnitatis, quod vbi agitur de aliquem obligando, taciturnitas non inducit consensum, *glos. in l. inuitus, l. filiusfamilias, ff. de procurator. in leg. qui patitur, ff. mandat.* Bal. & Salic. *in l. 1. §. magistrum, ff. de exercitor.* Tiraquel. *de retract. lignagier. §. 9. glos. 3. num. 14.* & hæc est communis opinio Alex. *in l. sæpe, col. 2. ff. de re iudic. in l. cum proponas. C. de pact.* vbi Cornel. *colum. 2.* Ias. *num. 11.* Curt. iun. *numer. 2.* Ias. *in l. fundum per fideicommissum, numer. 1. ff. de legat. 1.* Ioann. Crot. *in l. filiusfamilias, §. diui, numer. 163. ff. de leg. 1.* Ruin. *ad §. Cato, num. 169. ff. de verborum oblig.* Soarez. *in eius thesaur. litera P, numero 229.* Decis. Perus. *9. numero 24. part. 1.* Cassad. *decis. 3. numero 1. de rescript.* Mandol. *ad formul. 14. glos. fin quæstion. 2.* Guid. Pap. *singul. 108.* Marc. Mant. *singul. 130. num. 1.* Bello. *in §. præterea, numer. 8. quibus modis re contrahitur obligatio.* Bald. *in l. si sine voluntate, C. ad Velleia.* Castren. *in l. interdum, ff. rem ratam haberi.* Alexand. *in l. non solum, §. morte, colum. 6. ff. de nou. oper. nunciat. in l. voluntate,* vbi etiam alij, *ff. solut. matrimon.* Afflict. *decis. 95. colum. 3. decis. 38. num. 3. decis. 308. num. 4.* Curt. iun. *cons. 77. num. 4.* Cornel. *Benincas. de paupertat. quæst. 8. priuileg. 4. contractuum, num. 75.* Achill. Personal. *de adipiscen. possess. car. 343. num. 418.*

3 Et hæc opinio verior videtur. vnde si sum pręsens alicui locationi, & taceo, non dicor pro meo interesse locasse.

Digitized by Google

Declaratur, nisi vltra taciturnitatem concurrat aliquis actus positiuus, quo casu locare,& consentire dicitur. Vnde si post locationem concurrat habitatio, vel similis actus, receptio pensionis, vel alius tractatus dicitur locasse. Abb. *in c. cum pirum, in 3. notabili, de regularibus, in c. non iniuste, colum. penult. de procuratoribus.* Veron. *rautel.* 24. Matthell. *not. th. 23.* commendat Ias. *in l. quæ dotis, nu. 96. & 99. ff. sol. matrim.* Corset. *in singularibus suis, in verbo, taciturnitas.* Pedemont. *decis.* 132. *nu.* 10. dicens hoc quotidianum, & menti tenendum. Crauet. *de antiq. temp. vers. viso de verbis, fol.* 51. *num.* 23.

Godere a godere,

QVAESTIO IIII.

PRACTICABILIS & vtilissima est indagatio, commodo tibi domum meam, & tu mihi tuam. Similiter do tibi quinquaginta, & tu permittis habitare domum, vel apothecam tuam, an sit locatio,& conductio?

Et videbitur esse tacita locatio, quasi concurrant merces,& res ex superius adductis. Contrarium est verius, immo est contractus innominatus, *l. si rem inspiciendam, §. si cum vnum, de præscriptis verbis,* quã singularem dixit Rom. *singu.* 39. item quæro & *cons.* 520. Bene verum est, quòd talis habitando in domo, vel apotheca, super qua pecunias mutuauit, dicitur percipere fructus, & ob id ea computare in sortem. Bald. *in terminis ad l. si is, qui bona, §. si antiphona, ff. de pignor.* reputat singulare Alexand. *consil.* 141. *num.* 7. *vol.* 5. Aret. *in l. gerit, col.* 2. *ff. de acquiren. hæredit.* & est casus admodum quotidianus, cum multi pecunia egentes concedunt domos ad habitandum,& ipsi pecunia vtuntur.

1 Sed altera est notabilis inuestigatio. Conueniunt sæpe rustici, & homines mæchanici inter se, operibus adinuicem præstandis; hodie enim præstabo tibi operas meas ad metendum, vel ligonizandum,& cras tibi præstabo meas,& totidem, eritne locatio,& conductio? Vtique non, sed contractus innominatus: do vt des, ex quo datur actio præscriptis verbis, *l. si tibi operas, vbi not.* Castren. *ff. de præscriptis verbis.*

2 Sed pone vnum, quod de facili est differentia,& diuersitas in operibus prout passim contingit, quid agendum, deueneturne ad aliquam æstimationem? Vtique non, sed ad ipsas operas agitur præcise per actionem præscriptis verbis iuxta conuentionem facta ex natura talis contractus, vbi Ial. animaduertit.

3 Quid in conuentione mutui? mutuo tibi vt postea tu mutues mihi, erit ne licitum? Vtique non. Alber. *in l. sed si lege, §. consuluit, ff. de petit. hæred.*

De Locatione ad firmam,

QVÆSTIO V.

1 QVæro, quæ sit locatio ad firmam. Vtique est locatio per annum firmo manente salario quantitatis conuentæ. Abb. *in cap. vestra, notab.* 2. *de locat.* & isto verbo vtitur pulchre Imol. *cons.* 12. *num.* 2. docens modum licentiandi famulos in hæc verba, prout in Romandiola vtuntur. *Io ti do licenza che in capo della tua fermata possi accommodar con altri, che ti piacera.* hoc etiam verbo vtitur Berbond. de publicis concubinariis, *vers. vel aliam euidentem, nu.* 7. *fol.* 177. vbi dicit, quod Vicarij,& alij clerici officiales nõ debent pœnas de sanguine suorum sacerdotum facere proprias,& sicut cæteras possessiones ad firmam tradere. Bonacoss. *de famul. q.* 53. *fin. facit ad tit. de renun. locat.*

2 Vltra quem adde vnum vtile in practica, quod locare ad firmam, et annuam pensionem, importet etiã emphyteusim,& habens mandatum locandi cũ clausula ad firmam, & annuam pensionem, poterit dare in emphyteusim Bar.& alij *in authent. ingressi, C. de sacrosanct. eccles.* & est communis opinio Grat. *cons.* 96. *n.* 14. *vol. primo,* & est vocabulum Angelicorum. Brun. *de l. in verbo locato. vers.* 8.

De venditione in herba,

QVÆSTIO VI.

1 QVæro. Vendidi Sempronio fructus talis fundi, vt vulgo dicitur *In herba,* an sit locatio, vel venditio,& ex facie verborum videbatur venditio, itẽ ex conuentione certi quodammodo pretij. Cõtrariũ est verius,& sic vt sit locatio vel eius naturam imitetur Bar. *in l. cotem, §. fi. nu.* 11. *ff. de publican.* Bal. *in l.* 2. *C. de contrahen. empt.* inquiens, quod si heri emi fructus Clusij Perusini,& hodie apparent valde damnificati, fit remissio pro rata, prout in locatione. Casus admodũ quotidianus ratione multiplicati æris alieni,& periculum est emptoris. Bettach. *de gabell. p.* 2. *q.* 1. *et* 2. Maureus. *decis.* 209.

De locatione cum adiectione.

QVÆSTIO VII.

Principalis.

Locatio, vbi dies conditio, modus, an sit proprie locatio.

De in diem adiectione.

QVAESTIO I.

1 QVæro, nunquid locatio de in diem sit proprie locatio? Et primo videbatur dicẽdumquod nõ quia in contractibus in diem cessit, sed nõ venit dies, *l. cedere diem, ff. de verb. sign.* ergo non est proprie locatio ita arguit Bal. *in l.* 1. *C. vt actiones ab hæredibus, & contra hæredes.*

2 Secundo facit *tex. in §. omnis, instit. de verb. oblig.* vbi ante diem agi potest,& in nullo modo agitur, vel agi potest, quia negatiua præposita tollit omnem potentiam. *gl. in c.* 4. *de reg. iur. lib.* 6. Doctores in *l. Gallus, in pr. ff. de liber. & posthu.* agitur nullo modo agi potest, ergo non erit vere,& proprie locatio.

3 Contraria est opinio, pro qua facit hæc ratio quia speciale est in vsufructu, vt ante diẽ agi nõ possit, *vt l.* 1. *§. fi. ff. quando dies vsusfructus cedat,* ergo in cõtrarium est ius commune in *l. ius singulare, ff. de legib.* Si igitur ante diem agi potest, ergo est proprie locatio.

Digitized by Google

4 Secundo facit, quia sicut dies obligationem perimere non potest, *l. obligationum fere, §. placet, ff. de actio. & oblig.* ita non poterit esse impedimento, quo minus actio, vel obligatio nascatur. Si igitur nata est actio, & obligatio, ergo erit proprie locatio.

5 Et hanc opinione tenent Faber. Aret. & alij, *in §. omnis, in notab. Instit. de verb. oblig.* Andr. de Pisis, & alij, *in l. si insulam. ff. eod.* Bart. *in l. ita stipulatus, q. 2. princ. ff. eo. in l. certi conductio, in princ. ff. si cert. pet. in l. qui hoc anno, ff. de verb. oblig.* Natt. in terminis *cons.* 261, *in prin. vol. 2.* & hæc est vera & communis opinio. Thobias *ad d. §. omnis, sub nu. 14.* vbi Bello. *nu.* 8. Nicol. Mozz. *de contract. tit. de stipul. vers. venio, n. 19.* attestans non comprehendi a statuto, Firm. *in verbo debitor in diem, & in verb. creditor in diem.*

6 Declaratur infrascriptis modis. Primo in die certa, secus in die incerta, notatur *in l. 1. C. vt actiones ab hæredibus, & contra hæredes.*

7 Secundo declaratur, vt si ab initio pure concepta sit stipulatio, deinde sit factum pactum in diem, *vt no. in §. temporales, Instit. de except.*

8 Declaratur tertio, vt ante diem sit nata actio, & obligatio, sed differtur, & sic obstabit exceptio. Vnde si conductor promisi pensionem tali die, nata est ante diem, & obligatio & actio, sed obstabit exceptio, * & hæc est communis opinio Alci, *in l. credere diem, n. 7. ff. de verb. sign.* vbi dat rationem, quia dies apposita non respicit substantiam, sed executionem, & sic non impedit ortum obligationis, & actionis.

9 Nota tamen Hottom. in suo commentario verborum iuris, in verbo cedere, vbi dicit, quod in locatione cessit dies, quando tres, quatuorne dies effluxerunt a die præfixa, vbi etiam taxat I. C. *d. l. credere diem.*

10 Et prædictis postea infertur, vt bene conductor conueniri possit ante diem, vt eo adueniente soluatur, & si locator sit securus, & cautus, Alci. *in d. l. die, n.* 10. Dec. *in l. 1. n. 29. ff. si cert. pet* Bar. *in l. si finita, §. eleganter* vbi etiam Alex. & alij, *ff. de dam. infect.* Rip. *in l. in illa, nu. 9. in fi. & in l. item stipulatus, nu. 83. ff. de verb. oblig.* Afft. *dec. 279.* attestans ita pluries pro hac opinione iudicatum L. Olach. *dec. Pedem.* 130. attestas similiter ita iudicatum in Senatu. Alex. *cons.* 133. * *num. 9. vol. 5.* & hæc est communis opinio Burt. *cons.* 83 *n. 3. lib.* 1. Cæph. *cons.* 381. *n. 29. lib. 3.* Menoch. *cons.* 146. *nu.* 20. circa medium, *libr. 2.* late Ioseph. Ludou. *concl.* 8. vbi multi modis ampliat, & limitat. Et ex supradictis declarationibus patet responsio contraria, bonus textus *in l. quæsitum. ff. de pignor.*

De conditionibus, & demonstrationibus.

QVÆSTIO II.

QVæro, an locationis conditionalis sit proprie locatio.

1 Et pro parte affirmatiua facit *tex. in l. vnica, §. nouissime, C. de caduc. tollen.* ibi, quamuis eum, qui stipulatus est sub conditione, placet pendente conditione creditorem esse.

2 Secundo facit *l. creditores, de verb. sign.* vbi creditor cōditionalis appellantur creditor, ergo proprie, cum verba legis debeantur proprie intelligi, *l. non aliter, ff. de leg. 3.*

3 Pro parte negatiua facit, *l. videamus, ff. de liberat. legat.* vbi ad literam dicitur creditorem conditionalem improprie creditorem esse. Secundo facit *l. is cui, ff. de act. & obligat.* vbi is, cui legatum est sub conditione, pendente conditione non est proprie creditor.

4 Et hæc opinio est verior, & magis communis, de qua testatur Dec. *in l. 1. in 1. lectur. n. 29. & in 2. in fine, ff. si cert. pet,* Viu. *lib. 1. opin. 57.*

Cui adde Thob. *de verb. oblig. §. sub conditione, n. 5.* Alc. *ad l. credere diem, n. 10. ff. de verb. sign.* Alex. *in l. ex prædijs, C. de euict.* Negusant. *de pign. membr. 4. p. 5. n.* 26. Rip. *in l. qui Romæ, §. duo fratres, nu. 51. ff. de verb. oblig. & in l. 1. nu.* 101. & ibi Curt. iun. *nu. 72. ff. si cert. pet.* Pedemont. *dec. 170. nu. 7.* vbi pariter magis communi attestatur.

5 Ad allegata in contrarium videtur dicēdum, quod si conditio est omnino extitura, vere locatio & conductio *ex no. in l. 1. ff. si cert. pet.* Si vero incerta, sic nō erit nisi ex larga significatione, at vbi euenerit etiam retro fingetur proprie creditor ex locatione, & conductione fuisse, *in not. in l. is cui. ff. de act. & obl. in l. 1. §. ferm, ff. ad Syllan.* Thobias. *ad §. sub conditione, num. 6. Instit. de verb. oblig.* Alc. *in l. creditores, n. 8. ff. de verb. signif.*

6 Et non recedendo a terminis locationis conditionalis, ad materiam *l. quod sæpe. §. in his. ff. de contrah. empt.* an procedat in locatione ad mensuram, cōsiderandi sunt duo casus principales, primus est, loco tibi perticas ex illo fundo tot, & locatio est conditionalis ante mensuram, nec est perfecta, *d. §. in his*: secundus casus est: loco fundum ad rationem tot pro pertica, & non est conditionis, sed pura, & perfecta, & mensura non venit ad substantiam, sed declarationem pensionis, Cæph. *cons. 36. nu. 22. lib. 1.*

7 Quid in naue, vel vase per assertionem capacitatis tot, Stracchæ de mercatur. *tit. de nauib. part. 3. numer.* 10. plures casus in proposito distinguit, & considerat.

8 Primus est. Si nauis duorum milium amphorarum aduersione pro mille scutis conducta sit, mille debentur, etiam si nauis capax non sit tot amphorarum, quia ita conuentum est, *l. 1. §. si conuenerit, ff. depositi.* Et sic conuentio adeo seruanda est, etiam si res, super qua est facta, non sit allegatæ qualitatis, vel mensuræ.

9 Secundus casus est. Si nauis duarum millium amphorarum aduersione conducta sit, & non est adiecta certa vectura, tunc debetur iuxta consuetudinē, magnitudinē, & capacitatem ipsius ex his, quæ superius diximus ad materiam, *gl. in l. excepto, C. locat. de substantia locationis, q. 2.*

10 Tertius casus est. Si nauis duarum millium amphorarū conducta sit & imposita vectura pro quantitate, & numero amphorarum, pro tot amphoris merces debetur, quot portauit.

11 Quartus casus est, Vbi conducta fuit nauis pro vectura mille, & in locatione dictum fuit nauim esse duarum millium amphorarum, ex quo locator certā mensuram nauis dixit, præstare debet, si minus capiat, lege tenetur, *§. si vas, ff. ne act. empt.* & ita tenet Cun. *in l. fin. §. si. ff. ad l. Rodiam de iactu.*

12 Quintus casus est. Quando in conductione fuit dictum esse tot amphorarum in circa, quid importet illa dictio in circa, dicam suo loco.

Sextus

13 Sextus casus est. Vbi conducta fuit nauis certa, & expressa vectura relata ad ipsā nauim, & nō adiecto numero amphorarum, quas capit nauis, vectura integra debetur neq; nauis capacitas inspicitur, quia cōtrahentes retulerunt se ad corpus, et de capacitate nauis non meminere, Oldr. *cons.* 197. cuius opinio cōmunis est, Alex. *cons. octauo, in princ. lib.* 4. Ias. *cons.* 73. *vol.* 1. declarando, vt per eundem, *cons.* 79. *eodem vol.* & per Dec. *cons.* 347.

14 Septimus casus est. Vbi vectura non ad ipsum corpus nauis, sed ad ipsas amphoras, vel sarcinulas relata est & promissa vectura duorū, puta pro qualibet sarcinula. nec est dictum impositarum in naui tunc vectura debetur pro impositis tantum in naui, ita declaratur Castrens. *in l. si. §. fin. ff. ad l. Rhod. de iactu.*

15 Et quod dictum est de nauibus, de dolijs, & alijs vasis vecturalibus inferri, & iudicari poterit.

16 Similiter in materia ista locati, & conducti datur in materia conditionis aliud exemplum in conductore, & colono, qui promisit annuatim soluere in festo omnium sanctorum quintam partem vini, quæ colligetur ex tali vinea, non obligatur nisi colligetur natu collectumque vinum *l. cum certus, ff. de vino, & tritico legato*, & illud relatiuum quod nascetur, adiectum verbo futuri temporis, importat conditionem, *l. Stichum qui meus erit, ff. de leg.* 1. Cagnol. *ad l. in omnibus, nu.* 25. *ff. de reg. iur.* Ioseph. *conclu.* 8. *illat.* 1. *vers. possunt multa &c.*

de his quæ sub modo.

QVAESTIO III.

1 QVæro an locatio facta sub modo sit proprie locatio, & videbatur dicendum, quod non, quia modus conditioni æquiparatur, Abb. *in c. cum Ioannes, de fid. instr.*

2 Pro contraria parte facit, quia modus non suspendit actum, sed illum tantum qualificat, & inducit actionem, & obligationem, Cagnol. *in d. l. in omnib. nu.* 23. *& de reg. iur.* Ioseph. de Ludou. *conclus.* 8. *in fin.*

3 Et hæc opinio est verior, secundum quam in pulchra facti specie consuluit Ruin. *cons.* 75. *vol.* 1. Leo Pont. Max. appaltauit lumerias Augustino Chisio, & fuit confecta apocha huius fere tenoris. *Nostro Signore alloga ad Agostino Chisi &c.* & dictus Augustinus ita scripsit apocham. *Io Agostino prometto dare lo appaltatore, & promesse di banco con li capitoli ben chiari, & necessarij alle cose predette, & il resto della capitolatione, che bisogna promettendo la stipulatione &c.* an contractus locationis sit perfectus in se, & absolutus. Vtique Ruin. vt supra respondit quod sic, quia capitula principalia sunt cōcepta dispositiue, puta alluoca &c. per tanto &c. & licet postea fuerit additum de stipulatione, & capitulis hoc non repugnat perfectionis contractus sed illa verba sunt addita ad maius robur, & probationem, vt conficeretur publicum instrumentum cum fideiussione, & capitulis, quod licet postea non fuerit confectum, vel sit suspectum, apocha stat in robore suo, & habebit executionē, subdens ex quo locatio facta sub certis capitulis, & alijs in instrumento exprimendis, licet alia capitula non apponantur, locatio est perfecta ex nota. per Aret. *in l. pen. C. de instit. & substit.* Ad contraria respondetur, quod modus dicitur cōditio improprie, & largo modo, vt ibi Abb. sentit. Et materia ista locationis conditionalis, & factæ sub modo, est admodum frequens & quotidiana, quia maximè domini cum colonis faciunt multa pacta, & conuentiones, tā de fructibus hoc modo seminandis, quam restituendis, & asportandis. apponunt etiam alia pacta de plantandis tot arboribus, prejciendo fimum, & similia.

Et hæc pro prima parte sufficiant. Transeundum est ad secundam partem.



D. VINCENTII CAROCII I. C.

Locati, & Conducti Tractatus.

PARS SECVNDA.

De locatione ad longum tempus.



Quæro, quæ fit locatio ad longum tempus, & quoniam multipliciter ponitur, tractabo nonnullas conclusiones vtiles, & practicabiles.

QVÆSTIO I.

1 Quæro primo loco circa hanc principalē quæstionem locationis ad longum tempus, an locatio decem annos sit ad longum tempus.

Et primo loco videbatur dicendum quod non, ex quo tempus decem annorum dicitur modicum, *l. si fidei commisso, §. ut quis, ff. qui, & à quibus, l. 2. §. si seruus ff. de acquir. poss. l. vnics. C. de vsucapion.* Bartol. & Angel. *in l. fin. C. de præscriptione longi temp.* Canonistæ *in Clem. 1. de reb. eccles. non alien.* Caballin. *milleloq.* 158. *par.* 1.

2 Secundu facit id, quod notat Corn. *conf.* 179, *col.* 2, *vol.* 3. vbi modicum tempus dicitur trium annorum, ergo ad longum sufficient quinque, vel sex, nec requiruntur decem.

Contraria est opinio, vt locatio ad lōgum tempus dicatur decem annorum, *glos. notab. in l. 2. in fin. ff. si ager vectigal. vel emphyteuticen. petat*, quam sequuntur, & commendat Castrens. *ad l. si filio, §. si vir in quinquennium, nu.* 10. *ff. solut. matrim.* Alex. *consil.* 17, *colum.* 1. *volum.* 4. Iason *consil.* 84. *&* *conf.* 19. *lib.* 1. Io. de Amic. *conf.* 25. Socin. *conf.* 46. *colum.* 8. *versic. sed difficultas, volum.* 4. Card. *in Clem.* 1. §. *fin. quæst.* 4. *de rebus eccles. non alienan.* Firmian. *in verbo longum, & in verbo tempus.* Lapus *allegat.* 31. Afflict. *de iur. protomis. in princip. sub num.* 25. Franc. March. *decis.* 688. *par.* 1. Tiraq. *de retract. lignagier. §. 1. gl. 6. nu. 9. in fin.* Hieron. de Mont. *in tract. finium, c. 5. nu.* 18. & hæc est communis opinio, & de consuetudine passim obseruata, Bal. *in l. iubemus nulli, colum. 2. C. de sacrosf. eccles.* Dec. *conf.* 292. *colum.* 2. Soc. *conf.* 32. *col.* 2. *lib.* 1. Couarr. *variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 16. Duenn. *reg.* 40. *ampliat.* 12. Anan. *in c. fin. nu.* 13. ne prælati vices suas. Pinell. *de bon. matern. par.* 3. *sub nu.* 63.

Cui adde Soarez *in suo Thesaur. litera C. nu.* 197. *& litera T. nu.* 3. immo & hæc est magis communis opinio, Bellame. *decis.* 648. Matthei. *commun. opin. in verbo locatio*, ex Dec. *conf.* 204. Bero. *conf.* 146. *num.* 2. *lib.* 1. *decis.* Perus. 24. *num.* 4. *lib.* 1. & idem Ioseph de Ludouic. *conclus.* 12. *vers. reducendo ad principalem*, Franc. March. *decis.* 213. *part.* 2. Viu. *opin.* 107. Port. *in §. diuturni, num.* 5. *Institut. de iure naturali gent. & Ciuil.* Boer. *decis.* 234. *num.* 2. 3. *&* 4. Ruin. *conf.* 58. *col. fin. volum.* 4. *&* 148. *eodem volum.* Rolan. *conf.* 9. *nu.* 17. *volum.* 3. Duen. *regul.* 240. *limitat.* 2. *in fin.* Grammat. *decis.* 24. *num.* 11. Anchar. *q.* 66. *num.* 10. *part.* 2. Vasqu. *de success. tit. de testament. potest. §.* 10. *sub nu.* 78. Simoncell. *de decret. lib.* 2. *tit.* 6. *inspect.* 2. *num.* 26. Balb *de præscript. par.* 2. *principal. quæst.* 10. *num.* 33. Angel. & Imnol. *in l. si domus, §. fin. ff. de legat.* 1. Ial. *in l. manumissiones, ff. de iustitia, & iure, in leg.* 3. *§. ex contrario, num.* 48. *ff. de acquirend. possess.* Felin. *in cap. quæ in ecclesiarum, num.* 86. *de consl.* Affl. *de iur. protomis. notab.* 8. *num.* 25. Zas. *in epitom feud. par.* 9. *nu.* 13. Alex. *conf.* 118. *lib.* 5. *in l. si finita, §. si de vectigalibus, volum.* 2. *ff. de dam. infect.* dicens hanc opinionem veriorem, Aret. *conf.* 51. Borgn. *decis.* 43. *num.* 9. Rimin, *conf.* 65. *nu.* 8. *conf.* 16. *&* 177.

3 Licet contrarium teneat *gl. in l. codicillis, §. Institutas, in glos. fin. de leg.* 2. quæ communiter reprobatur, vt per Duenn. *regul.* 40. *ampliat.* 12. Euerard. *in loco à feud. ad emphyt. num.* 50. *gl. in rubr. quæ sit longa consuetudo, in l.* 1. *C. de præscript.* 30. *vel* 40. *annorum in l. cum de in rem verso, ff. de vsur. in l. si filius, C. de petit. hæredit. in l. fideicommissarium, §. ad isto, ff. qui, & a quibus.* Butr. *in cap. fi. ne prælati vices suas*, Alex. *ad l. si filio, §. si vir, num.* 24. *ff. soluto matrim.* attestans pariter *gl. in d. §. institut.* communiter reprobari, Rodo. *de rebus eccles. fol.* 16. *num.* 2. *& fol.* 342. *num.* 12. *&* 348. *num.* 4. Lamberteng. *de contract. mulier. in verbo consensus, num.* 54.

Nec obstare videtur in contrarium adducta, quia loquuntur in casu suo, & sic patet limitatio, vt non procedant in locatione decem annorum, quę dicitur longi temporis.

4 Sed licet allegata opinio vera sit, & durum esset ab ea in practica recedere, tamen posset facile teneri cōtrarium, quia iura, vbi se fundant gl. & Doctores, non loquuntur in materia locationis, & cōductionis, sed in alia penitus diuersa, prout aperte videri potest, & non valet consequentia in hac materia, decennium est longum tempus, ergo & in locatione, & conductione, nisi ex omnimoda casus similitudine, vel paritate, & ita vno verbo innuit Tiraq. *de retrac. conuent. §.* 2. *glo.* 1. *nu.* 18. Iacob. Menoc. *de arbitr. iudic. lib.* 2. *cent.* 1. *cas.* 5. *nu.* 8.

5 Declaratur hæc communis opinio, & conclusio, vt procedat, & habeat locum in profanis, ac etiam in rectoribus ecclesiarum sæcularibus, secus quoad monachos, & prælatos regulares, quia locatio ad longum tempus, quæ & quanta sit, arbitrio iudicis statur, Alexan. *add. l. filio, §. si vir, nu.* 25. Calcan. *conf.* 125. *num.* 12. Et hæc est communis opinio. Iacob. Menoch. *d. cas.* 5. *in fine.*

Bene

Digitized by Google

6 Bene verũ est, quod ex dispositione Paulinæ trien. nium hodie est præfixum locationi rerum Ecclesiarum, vt dicam suo loco.

7 Quid in biennio? multorum fuit opinio, quòd in locationibus, & conductionibus esset longum tempus, namque in hac materia locati, & conducti cõductor per longum tempus absens intelligitur per bienniũ, *l. cum domini. ff. locat.* Secundo conductor dicitur per longum tempus cessasse a solutione pensionis, si stetetit per biennium, *l. quæro. §. inter locatorem. ff. loca.*

8 Contrarium est verius, nec obstant contraria, quia loquuntur in alio casu. Vnde in hac locati, & conducti materia biennium multipliciter consideratur. Primus est casus in absentia coloni ad effectum aperiendi, & alteri locandi, & tunc biennio expectatur, *d. l. cum domini.* late Menoch. *de arbitr. iud. li. 2. centur. 1. c. 79.* ponam suo loco. Secundus est casus in cessatione solutionis pensionis, & similiter biennium cõsideratur. *d. l. quæro §. interponam, in tit. de recuss.* Tertius est casus, a dicatur locatio ad longum tempus ex biennio, & iure cautum non reperitur.

9 Quid in triennio? Videbatur dicendum, quod sic, quia emphyteuta cessans per triennium cadit a iure suo, *l. 2. C. de iur. emphyt.* Contrarium est verius. Natt. in mil. it. Hierosolimitano commendatario, *cons. 51. vol. 3.* concludens dici admodicum tempus. Tiber. Decia. *cons. 4. num. 3. lib. 2.* Hieron. Magon. Rot. Florent. *91. num. 13.*

10 Quid in quinquennio? videbatur dicendum quod sit longum tempus ex cap. fi. de magistris, vbi speciale est, vt ad quinquennium locare possint, ergo in ceteris quinquennium erit longum tempus, & ita residet *gl. fin. in Clem. 1. de reb. eccles. non alienand.* Calcan. *cons. 125. num. 11. vers. tertius casus.*

11 Contrarium est verius, & facit ad practicabilem quæstionem, vt ratione fideicõmissi prohibitus alienare vendere, hypothecare, vel permutare, possit locare in quinquennium. Port. *cons. 61. per totum*, tang. Mazzar. licet non aperiat *de fideicomm. p. 2. q. 28.* qui in contrarium allegat Ruin. *cons. 131. n. 11. lib. 3.* qui nihil dicit ad hoc propositum, & adde, quia hunc casum non ponit Durant. *de cautel. vltimarum volunt. tat. tit. 8. c. 5. & 6.* Nec obstant adducta in contrariũ, quia illa iura loquuntur de præbendis dandis clericis studentibus, & hoc per quinquennium, ita sentit Guid. Pap. *q. 290.* Alex. *cons. 29 num. 2. & cons. 82. in fine li. 7.* Rebuff. *in praxi. beneficiorum tit. de dispensatione ætatis, circa num. 5. & 6.*

Si igitur in locatione, & conductione quinquennium non est longum tempus, multo minus quadriennium.

12 Quid in septennio? Vtiq; longum tempus in profanis (de his enim loquimur) dici non potest, *gl. fin. in Clem. 1. de rebus eccle.* Abb. *in cap. 1.* ne prælati vices suas. Didac. *lib. 2. c. 16. num. 1. variar. resolut.*

• Cui adde, quod hæc est communis opin. Alex. *cons. 4. n. 6. vol. 5.* vbi notabiliter loquitur, & concludit dici ad modicum tempus, nec habere vtile dominium.

13 Quid in nouennio? Vtiq. non est ad longum tempus, patebit ex dicendis, quia est ad longum tempus cum pacto de renouando in nouennium, ergo simplex nouennium non est longum tẽpus in profanis.

De locatione ad vitam.

QVÆSTIO VI.

QVAERO secundo loco ad vnum aliud, an locatio ad vitam locantis, vel conducentis dicatur ad longum tempus? Et videbatur dicendum quod non, quia potest etiam citius mori, & sic locatio erit breuis. *l. 1. ff. de condit. & demonstrat.*

1 Contrarium est verius, vt dicatur ad longum tempus, siue sit ad vitam locantis, siue ad vitam conducentis. Anchar. Card. & Imol. *in Clem. 1. de rebus eccl. per text. in §. emphyteusim. authent. de non alienan. in c. ex literis, de constitut.* Nicol. Aozz. *de contract. in tit. de locat. de diuis. locat. num. 9.*

• Cui adde, quod hæc est communis opinio. Alex. *ad l. si filio. §. si vir. num. 15. ff. solu. matrim. consil. 109. in fine lib. 3.* Aret. *consil. 55. num. 1.* Nauarr. *in cap. 1. §. t. de pœniten. distinct. 5.* Pinell. *in l. 1. part. 3. num. 63. C. de bon. matern.* Vincent. de Anna *singular. 325.* Hispani. *de primogenitur.* Hispan. *lib. 1. cap. 20. numero 29.* maxime in locante, vel conducente iuuenilis ætatis. Corn. *cons. 243. col. 1. & 2. volu. 3.* prout in Card. *annorum 45.* sequitur Hierony. Gabr. *cons. 168. quæst. 1. nu. secundo.*

2 Sed nunquid locatio ad vitam locantis, vel conducentis dicatur perpetua, vel habere naturam perpetuæ locationis? Videbatur dicendum, quod non, ex *l. iubemus. §. sanè. C. de sacros. eccles.* & ita tenet *glos. in c. 2. in glos.* de his, quæ siunt a maiori parte Capituli, sentiens conce ssionem factam a clerico ad vitã, non esse subiectam tolerantiabus perpetuarum alienationum. Io. Andr. *in cap. tuæ, eod. tit.* Oldrad. *cons. 226. col. 2.* Federic. de Senis. *consil. 12.* Canonistæ *in cap. 1. de rebus eccles. lib. 6.* Immol. *in c. 2. de his, quæ fiunt a prelato,* Socin. *consil. 73. colum. 1. vol. 3.* Ial. *consil. 73. col. 4. vol. 3.* Cassador. *decis. 5. in fine, de priuileg.* & cũ hac opinione referendo eam vltimo loco residere videtur Anto. Gabr. *de locat. conclu. 2.*

Contrarium est verius, *glos. in l. 1. ff. pro soc. & in cano. ea enim. §. perpetua. 10. q. 2. & in c. fin. de rescript. lib. 6.* Socin. *consil. 15. colum. penult. volum. 1.* Immol. *in cap. tua, col. 1.* de his, quæ fiunt a prelato sine consensu Capituli, *& in cap. possessiones, circa med. vers. vlterius sciendum, de rebus eccles. non alienan.* Federic. de Sen. *cons. 143.* Lapus *allega. 31.* Abb. *in cap. 2. numer. 6.* de his, quæ fiunt a prælatis, in ca. quamuis, in fine, de decimis, Bald. *in c. fin. de constitutionibus*, Ioann. Andr. *in regn. is, qui tacet, quæst. 3. de regulis iuris in* Mercur. Boer. *decis. 234. glos. notab. in canon. possessionem, 16. quæst. 1.* Alexand. *consil. 119. lib. 3.* Couarru. *variar. resolut. lib. 2. c. 16. num. 3.* Alexand. ad Bar. *in l. in hoc iudicium, §. 1. littera F. ff. commun. diuidund.* vbi pactum in perpetuum exponitur, idest donec viuat, *& cons. 59. vol. 5.* vbi pro toto tempore conductoris, Ial. *in l. si non fortem, §. si centum, num. 9. ff. de condict. indeb.* Pontan. *de spol. lib. 2. num. 137.*

3 Et facere videtur hæc ratio, nam quoties quid est dubium, & incertum, præsumitur perpetuum, *l. suffici. cis, vbi* Ial. *in 2. notab. ff. de condict. indeb. l. 3. §. ex contrario, colum. 4. num. 15. ff. de acquir. possess.* Dec. *cons. 471. col. 3. vers. & in dubio,* Alexand. *consil. 216. colum. fin. lib. 7.* Felin. *in cap. ex literis, colum. 7.* & ibi Dec. *col. fin. de testibus,* latè Tiraq. *de retract. conuent.*

§. 2.

Digitized by Google

§.2.gl.l.nu.39.Iacob.Menoc.de arbitr.iudic.quaest.69.num.10. sed tempore mortis nihil incertius, l.1.ff.de condit.& demonstr. merito &c. late gl.fin.in t.fin.de rescr.lib.6.dicit sing.Alber.de Albert.sing.149.& hęc est communis opinio, Hippolit. Riminald. cons.241.nu.9.& 59.vol.3.234.nu.164.vol.2.Burs.cons.330.n.76.vol.3.

De Locatione simpliciter facta.

QVAESTIO III.

SEd non inutilis erit inuestigatio Apparet instrumentum locationis ita conceptum. Locauit ad longum tempus Sempronio, quomodo intelligatur, an ad decem annos praecise, vel ad vitam conducentis. Prima facie videbatur dicendum ad fauorem locatoris, & sic vt ille declarare, & interpretari possit, quomodo velit factam esse locatione, ex l.quoties idem sermo, ff.de reg.iuris. & in materia locati & conducti ex l.si vno in princ.ff.locati.l.si stipulatus, C.de vsuris l.insulam.ff.de praescrip.verb.

1 Contrarium verius videtur, quia in contractibus verba intelliguntur contra proferentem, l.veteribus, & ibi Ias.ff.de pact. Vnde imputet sibi locator, qui legem apertius non dixit, nisi simus in Ecclesia, in qua semper minus damnosum iudicatur, vt suo loco dicam. Vidi etiam in facto, quod fuit cōsiderata qualitas personarum, & loci, si alijs fuit locatus, quomodo, cuius situationis, & sic iudex arbitrabitur.

Similiter est facta locatio ad vitam simpliciter, an intelligatur locantis, vel cōducentis, & vtique in facti contingentia vidi resolutum ad vitam conducentis, ex reg.d.l.veteribus, & occurrit saepius in famulo, qui promittit seruire in vita vtique ipsius famuli, non domini, ita vt eo mortuo cogi possit per heredē, nisi aliud appareat: multi enim ex aliquo respectu volunt seruire, & tenentur vni, non alij.

De locatione de nouennio in nouennium.

QVAESTIO IV.

QVaero, an locatio facta de nouennio in nouennium sit ad lōgum tempus. Videbatur dicendum quod nō, quia nouennium in se non est longum tempus, vt superius visum fuit, & sic potiusvidentur plures locationes, quam vna, & ad longum tempus.

1 Contrarium est verius. Card. in Clement.1.§.1.de rebus eccles.non alienand.Faber.in §.item finitur Instit.de vsufruct. Aret. ad l.si quis ante colum.1.ff.de acqui.vend.possess.Alex.cons.265.lib.2.& cons.104.num.6.lib.3.Felyn.in c.quae in ecclesiar.num.87.de constit.Ias.in l.manumissiones,n.7.ff.de iustit.& iure,Soc.cons.69.num.8.lib.1.Curt.de feud.part.4.num.92.& haec est communis opinio Ant. Pinell.in l.1.p.3.C.de bon.mat.ern. Eman.in suo Thesaur. litera C. num.199. immo alienatio appellatur Alex.cons.68.lib.1.Aret.cons.3.Barbat.in rubr.de rebus eccles.col.5.Caball.milleloq.567.in fin.part.2.gloss.Parit.tit.1.§.14.nu.36.Vincent.de Anna.sing.325. & de cōmuni Eugenius cons.24.num.5.

2 Ampliatur haec conclusio, vt procedat, & idem sit si fuit pactum, vt de quinquennio in quinquennium, quia haec duo simul iuncta faciunt longum tempus. Lapus.allegat.12.& ibi Madōs.in addit.Tiraq.appellans locationem in fraudem de retract.lib.2.num.11. Mandos.super indulto locandi. Cels. Vgo.in clausulis contractuum, in verbo ad renouandum. allegat Bar.in l.si finita, §.si de vectigalibus, ff.de dam.infec. & si Bal. contrarium velit.in l.voluntas, col.1.vers.illud certum est, C.de fideicommiss. Alex. cons.68.lib.1.& cons.165.lib.2. & sic clausula ad renouandum isto casu nihil operabitur, & praesumetur in fraudem Din.in l.rodi.rillis, §.Instituto, ff.de leg.2.Vgo.in trac.clausul.contrac.in verbo finito quinquennio, Ant.Padill.in l.quoties plures nu.8.ff.de leg.2.

3 Et talis locatio non valet, dum fit de bonis ecclesiasticis, sine euidenti vtilitate Ecclesiae solēnitatibus requisitis tanquam in fraudem legis, & contra formam Paulinę, Card.in Clem.1.q.5.de rebus eccl.Alex.cons.165.vol.1.vers.secundo adducitur.Mar.Anguisol.cons.99.nu.5.bona apostilla ad Abb.in c.tua nos.num.11.de eccles.aedificand. Riminald. iun.consil.234.num.4.6.160.& 166.volum.3. Franc.Becc.cons.32.num.15.lib.1.& haec est communis opinio Eugen.cons.24.num.5.

Quid si locatio fiat ad tempus & intra nouennium? Vtique dicitur ad modicum tempus, & nō habet ius in re, nec requiritur aliqua solennitas, & est simplex conductor. Armill.in verb.locatio n.5.vbi nō requiritur aliqua solennitas requisita in bonis ecclesiae, vel alij ad longum tempus, Rot.decis.1.de locat.in nouis. Soc.cons.32.in 1.dub.vol.1.Mandos.in prac.com.missiōn.commiss.2.in verbo locationem, Castrens.consilio 4.volum.1.Borgn.decis.43.numero 57.& decis.44.num.45.

4 Bene verum est, quod in materia Paulinae si locatio fiat ad solum trienniū, cum pacto renouandi ad aliud trienniū a die finitae primae locationis, non valet vti in fraudem legis Ioann.de Arn.sing.166.dicens saepius in facto euenire, & esse notatu dignum, & haec est communis opinio.Borgn.dec.43.nu.7.& ita fuit saepius iudicatum, Rebuff.in compend.alien.rerum ecclesiarum,n.18.Ias.cons.93.vol.1.Caballin.milleloq.160.p.1.Neuizz.cons.90.num.26.Rodo.de rebus eccl.rub.de fruct.ecclesiarum,nu.15.& 16.Alex.cons.17.nu.2.vol.2.

5 Ampliatur vltra alios, vt procedat etiam si dictum sit vt nullū transferatur dominium, quia commoditas fructuum in huiusmodi casu pro vera alienatione habetur, Bal.in auth.hoc ius porrectum, volum.2.vers.6.C.de sacros.eccles.Fab.in c.de empt.& vendit.quaest.4.principal.vers.circa testium, Gabell.milleloq.160.nu.2.part.1.

Limita aliud esse si fiat de nouennio simpliciter, sed cum pacto de renouando ad aliud nouennium, & sumas to solita locari, saltem per aliam inuicem, & concurrit diuturnitas longi temporis, vt per R imin.cons.16.& idem de quinquennio cum pacto de renouando ad aliud quinquennium, Rimin.consil.400.

De locatione collata in voluntate conducentis.

QVAESTIO V.

1 QVaero quinto loco in hac quaestione, an locatio collata in voluntatem conducentis sit ad lon-

longum tempus, & videbatur dicendum quod non, quia de facili voluntas mutatur, & nunquam homo in eodem statu permanet, §. *vt autem*, *authen. de non alienand. bona gl. in princ. Instit. de iust. & iur.* ad idem tex. *in l. diui fratres. ff. de iure patronatus*, vbi mutatio voluntatis de facili præsumitur *in capit. cum cessante de appell.*

2 Procõtraria parte facit, quia voluntas durare præsumitur *l. eum qui voluntatem, ff. de probatio. l. cum hic status in sui pr. ff. de donat. inter vir um & vxorem, cap. maiores, de baptismate*, quod procedit etiam si sit elapsum longum tempus, *Ias. in l. sarcimus* per illum text. *in 3. not. C. de testam. not. in l. 1. C. de seruis fugit.* late Alc. *reg. 2. præsumpt. 16.*

3 Et hæc est verior opinio, vt locatio ad voluntatem conducentis dicatur ad longum tempus, Dec. *consil. 204. in fin.* Soc. iun. *consil. 63. nu. 2. lib. 2.* Mart. Laud. *in repetit. rubr. ff. de rei vendic. n. 5.* Ari. Pinell. *de bon. maternl. l. 1. in p. 3. sub n. 63. prope finem ex reg. l. sufficit*, vbi Bart. & Ias. *ff. de condict. indeb. l. iuris peritus, ff. de excus. tutorum.* Dec. *cons. 472.* Alex. *cons. 216. lib. 7.* pulchre Fulgos. *consil. 240. in princip.* Herculan. *de cautio. de non offendend. c. 9. numer. 24. ponam in tit. de rebus eccles. & latius in tit. de beneplacito*, & ad contraria parte responsio per adducta pro cõtraria parte, quia præsumitur durare, nec in dubio voluntatis mutatio præsumitur.

4 Sed pone hic vnum, quod reuera mutetur voluntas conducentis in breui spatio, quod concernit modicum tẽpus, diceturne amplius locatio ad longum tempus? certe ita. vidi responsum, quod attenta primordiali voluntate dici potuit ad longum tempus, ex regula, quod a primordio tituli posterior ponatur euentus, de qua supra vidimus, sed attento effectu postea secuto non gaudebit amplius beneficio locationis ad longum tempus.

5 Quid si fiat locatio in voluntatem locantis, vel cõcedentis. Vtique non præsumetur ad longum tempus vt tangam *in tit. de beneplacito*. Illud etiam vidi practicatum, quod inspiciantur conditiones appositæ in instrumento locationis; si enim multum faueant locatori, non præsumetur mutatio voluntatis & sic erit ad longum tempus. Si vero non admodum faueant, præsumetur in fauorem concedentis, & sic mutatio voluntatis.

6 Quid conseruatur duratio locationis ad voluntatem tertij? Vtique videntur militare rationes, quod mutatio non præsumitur, attenta tamen qualitate personæ, & si magis adhæreat vni, quam alij. Et corollarie infertur, quod locatio facta ad annos viginti, dicitur ad longum tempus, Burl. *cons. 23. n. 6. lib. 1.* idem si ad annos 29. Ioseph. de Ludou. *concl. 1. vers. redeundo ad principalem* Contrarium tenet Spec. *de locat. §. nunc videndum, vers. 29.* Rodoan. *de rebus eccl. f. 338. nu. 7.*

De Locatione in perpetuum.

QVÆSTIO VI.

1 Quæro, quę dicatur locatio non ad longum tempus, sed in perpetuum? & videbatur annorum centum ex doctrina Bart. *in l. si vsufructus, ff. de vsufruct. legat.* Bal. *in l. 2. C. ne rei dominicæ*, vel cẽplorũ gl. & Bar. *in l. annua, §. a Titia. ff. de annu. legat.*

2 Verius est, vt ad annos 30. *gl. in §. 1. Instit. de perpetuis, & temporal. act. in auth. si quas ruinas. in verbo, dantur, C. de sacros. eccl. in §. perpetuam, 10. q. 2.* Panor. *in c. nulli, de rebus eccle. non alienandis*, Tiraquel. *de retract. lignagier, §. 1. gl. 6. n. 9. gl. in l. 1. ff. pro soc.* Bald. *in l. si bonus, §. si fundus. ff. de legat. 2.* & ibi sequitur Alex. Bero. *in d. c. nulli, nu. 35. & 36.* Rodoa. *de rebus eccl. in principio vers. vocabulum, nu. 10. fol. 15. & iterum fol. 17. num. 7.*

3 Multo magis annorum 40. vel vlterius, Spec. *de sent. §. 8. in fi.* Card. *in Clem. 2. q. 15. de rescript.* Firm. *in verbo perpetuum*, & passim hodie videmus concessiones fieri ad annos 60.

4 Considerandum tamen est, quod si loco aliquidin 30. annos, dicatur bene ad longissimum tempus, non autem in perpetuum: dicetur tamen per centum annos, & vltra quousque pensio soluatur, Bart. *in auth. quibuscunque, C. de sacros. eccl.* Bero. *in d. c. nulli, nu. 35.* Rodo. dicens hoc in iure verius, *de reb. eccl. fol. 28. sub nu. 39. per l. 3. ff. de except.*

5 Bene verum est, quod si famulo conducto concedo, vt perpetuo vestiatur, intelligitur donec steterit cũ me, *gl. in l. id vestimentum, ff. de pecul.* Bart. *in l. in is §. sciemus, ff. solut. matr.* Port. *in §. non tamen, nu. 4. Instit. de satisdat. tut.*

Et considerandum est, quod licet hominis vita præsumatur vsque ad annos centum, *l. fi. C. de sacros. eccl.* hodie tamen a communiter accidentibus ad modum breuior est, & vsque ad annos sexaginta, vel septuaginta dicitur tempus antiquũ, & immemoriale, Soc. *cons. 89. nu. 7. col. 1.* Federic. Cott. *cons. 108. nu. 2. vol. 1.* Ruin. *cons. 92. nu. 10. vol. 4. cons. 141 nu. 18. vol. 5.* Crauett. *de antiq. temp. p. 2. vers. absolutus. n. 21. & seq.* Rip. *resp. 1. n. 9. de iure patron. vol. 2.* Menoc. *cons. 2. n. 309. vol. 1.* Tiber. Decian. *cons. 21. nu. 26. lib. 1.* late Borgn. *decis. 45. nu. 23.*

Cui adde, bene loquentes, Alc. *reg. 4. præsump. 44.* Ant. Gabr. *de præsumpt. concl. 16.* iuxta tamen morem regionis plus viuitur in vno loco, quã alio, Alphan. *reportat. 89.* Vnde si contingat casus articulare tempus immemoriale, vel antiquum, probatis annis 60. vel 70. erit a communiter accidentibus probata intentio, & non videtur mos ragionis admodum attendendus, quia vita hominis valde inordinata fecit regulam generalem sine limitationibus.

6 Quid si dicatur, vt donec soluatur pensio, locatio duret? Vtique dicitur perpetua, Nicol. Mozz. *de con. trac. tit. de locat. vers. venio, numer. 9. ex l. 1. ff. si ager vectigalis.*

De Locatione ad modicum tempus.

QVÆSTIO VII.

1 Quæro in hac principali quæstione, quę dicatur locatio ad modicum tempus. Primo loco dicẽdum videbatur dierum triginta, & sic vnius mensis. ita modicum tempus interpretatur I. C. *in l. 1. §. hoc interdicto, ff. de itiner. actuque priuato.*

Secundo loco videbatur dicendum biennium, ex text. *in materia locati & conducti in l. cum domini, ff. locat.* de cuius intellectu superius vidimus.

2 Verior opinio esse videtur, vt intelligatur arbitrio iudi-

iudicis, gl. in l. 1. §. quod autem, ff. de superficiebus, & ibi Bart. Iacob. Concenn. lib. 1. quæstionum, c. 3. nu. 6. Iacob. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. centur. 1. casu 31. qui loquitur in terminis, locati & conducti, & in superficiario, qui conduxit ad non modicum tempus, ad l. 1. §. quod autem, ff. de superficiebus, & de retinend. possessione, remed. 4. num. 39.

Cui adde gl. in c. 2. in verbo non modicum, iuxta secundam expositionem de reb. eccl. non alienand. lib. 6. gl. fin. in Clem. 1. eodem tit. Ioann. And. ad Spec. eo. tit. vers. in sexto, & hæc est communis opinio Alexand. ad l. ege si filio, §. si vir, nu. 25. ff. solut. matr. & ita passim obseruatur teste Dec. cons. 204. Rot. decis. 232. in nouis. Corset. in tract. de minimis, part. 1. circa principium. Rodo. de reb. eccl. rubr. quid sit, & quomodo intelligatur modicum, nu. 14. fol. 72. Firmian. in verbo modicum, Sebast. ad l. si is, qui pro emptore n. 97. de vsucap. Sfor. Oddo, de rest. in integrum, q. 27. art. 3. n. 23. Rebuff. de alie. nat. rerum ecclesiæ, n. 26.* Mandol. de comuni, ad Lap. alleg. 89. n. 16. immo alleg. 80. in cap. Quæris cum locatio, n. 1. super verbo longum tempus.)

Declaratur vltra Menoch. quando præmissa iudicis arbitrio relinquatur, Card. cons. 95. post nu. 4. Alex. cons. 17. nu. 2. vol. 4. Mandol. de signatur. gratiæ super indulto locandi, fol. 67.

De locatione in dubio.

QVÆSTIO VIII.

PVlchra, & notabilis est quæstio. Est facta locatio simpliciter, an in dubio erit extenda ad modicum tempus, vel ad longum?

Primo loco videbatur dicendum ad longum tempus, quia hoc magis fauet concedenti ratione caducitatis, vt inferius dicam, & ita sentit Magon. Rot. Lucana 50. n. 7. Rimio. cons. 177. nu. 2.

1 Pro contraria parte facit, quia locationis appellatione simpliciter non venit locatio ad longum tempus, sed ad modicum, gl. in l. codicillis, §. instituto, ff. de legat. 3. & hæc opinio regulariter est vera, quam tenet Afft. de iure protomis. in pr. nu. 26. Pinel. de bon. mater. l. 1. p. 3. n. 63. in fin.* Riminal. cons. 400. nu. 3.

Et facit notabile dictum Crauett. de antiq. tempor. partic. 4. n. 923. non præsumi conductorem, voluisse renouare perpetuo Coloniam, sed ad tempus, tum quod hoc sit neutri partium onerosum commendat Menoch. de præsump. lib. 6. præsumpt. 9. nu. 2.)

ADDITIO.

☞ Vincent. de Anna. sing. 696. Soc. iun. cons. 25. num. 3. lib. 2.

2 Ampliatur, vt procedat etiam si per prius esset facta locatio ad quinquennium: nam simplicitr postea locando intelligitur ad alium vnicu annum, Soc. iun. cons. 25. in pr. par. 2. ex regul. l. boues, §. hoc sermone, ff. de verb. sign.

ADDITIO.

☞ Sur. decis. 265. nu. 12.

3 Ex quibus corollarie apparet ampliatio ad d. §. hoc sermone, vt verba intelligantur de primo actu, etiam si actus immediate præcedens contrarium demonstret, & sentiat.

4 Fallit fauore ecclesiæ ratione caducitatis, Iul. Clar. de emphyt. quæst. 1. vers. sed pone, Alex. de Neuo. cons. 27. Bero. q. 14. Burlatt. cons. 23. nu. 27.

5 Fallit, nisi locatio simpliciter facta sit concepta, vel cum expressione hæredum, & successorum, vel cum verbis prægnantibus, vt quandocunque ad voluntatem, &c. vt sentit Felyn. cons. 25. num. 6. qui ita declarat dictum Bald. contrarium sententis in cap. 1. de alienat. feud.

6 Et ex prædictis postea infertur, quod si loco tibi fructus alicuius animalis, quod parit bis in anno, vel alicuius agri producẽtis fructus bis in anno, quod primi tantum fructus conductori debentur, vltra Alex. ad Bar. in l. dotis promissio, ff. de dot. promiss. cons. 16. num. 6. lib. 4. Fel. in c. 2. de tregua, & pace, Natt. in clement. sæpe, in princip. de verb. signific. Curt. iun. con. 128. Ias. in l. in duobus, §. si ei, qui column. 2. ff. de iureiurando, Alex. ad Bart. in d. §. seruorum. Ant. Gabr. de legibus, concl. 2. numero 16. Cui adde, quod hæc est communis opinio, Ias. in l. diuortio, §. ob donationes, nu. 12. ff. solut. matrim.

7 Quæ conclusio vltra scribentes superius allegatos declaratur, vt procedat, quando fructus alterius anni sunt adeo pręcoces, vt colligantur infra tẽpus prioris, secus si ager producat fructus bis in anno ex natura soli, vel animalis, vt late Tiraq. nihil tamen allegãs in d. §. hoc sermone, n. 10.

8 Ex quo limitatur, quod ponit text. ab omnib. commendatus in l. sine præfinitione, ff. de pœnis, quam commendat Ias. in §. curare, nu. 46. de actio. quod dicendo condemno te ad tempus, intelligitur ad decennium dicens hoc esse mirabile, & nullibi reperiri, Bal. in l. 1. C. de postuland. Ias. in l. 2. §. 1. nu. 38. ff. de re iudic. Gomes. in §. quædam, num. 22. de act. Dec. in c. ex literis, nu. 36. de constitut. Plat. in l. nemo, nu. 6. C. de exact. tribut. libr. 10.

9 Datur etiam colonus, vel laboratur perpetuus, qui laborat de anno in annu, vel de quinquẽnio in quinquennium, Firmian. in verbo laborator, nu. 3.

Similiter pensionem annuam quis emere potest ad vitam sine peccato vsurario, habita ratione incertitudinis habita moderatione ætatis ementis, Boer. singul. in verbo mista, num. 17.

10 Datur etiam colonus perpetuarius, vt dicam de effectibus locationis ad longum tempus.

De locatione sine tempore.

QVÆSTIO IX.

1 QVæro de notabili, & vtili quæstione, facta est locatio sine præfinitione alicuius temporis valeat ne? Videbatur dicendum quod nõ ratione incertitudinis, quę regulariter contractum vitiat, Specular. de locat. §. 6. vers. 59. & 92. late Marsil. in rubr.

de

*de probat.col.73.*Alex.*ad l.ita stipulatus,la grande,ff.de verb.oblig.*

2 Contrarius est verius, & censetur facta secundum consuetudinem loci, aut locatoris arbitrio si nō adest consuetudo, adeo quod locator potest quolibet anno in prædio rustico,& quolibet mense in vrbano cōductorem expellere,nisi esset consuetudo in contrariū, Alexand.*cons.*167.*col.*1.*volu.*1.Purpur.*consil.*306.*nu.*29.*vol.*1.Minsing.*cons.*28.*nu.*34.*fol.*158.Borgn.*decis.*44.*nu.*76.Fernand.Vasq.*lib.*1.*de testamen.pot.§.*10.*sub nu.*78.*vers.regulariter tamen facit*,Anton.Gabr.*tit.de consuetud.concl.*1.*numero* 4.*&* 5.*ponam in titul. de consuetud.*Bart.*cons.*193.*num.*2.*volum.*1. Ant.Gomes.*de contrac.rubr. de locat.sub num.*16. vbi dicit,quod si est consuetudo locandi domos de mense Septembris, Sācti Angeli,vel sancti Martini,aut Pascatis, quod non potest ante dictum tempus conductorem expellere facit dictum Ioseph.Ludouic.*concl.*38.*illat.*49.de quo superius tetigimus.

ADDITIO.

☞ *Surd.decis.*265.*num.*57.

Postquam vidimus quid sit locatio ad longū tempus,videamus continuatiue de effectibus ipsius.

QVÆSTIO X.

Nunquid locatio ad quinque annos,est ad modicum tempus. Vtiq.sic, Riminal.ien.*cons.*400.*num.*2.

QVAESTIO XI.

Quid de locatione octo annorum,vtique ad modicum tempus,Dec.de communi *cons.*292.*nu.*1.Magnol.*ad auth.qui rem,nu.*10.*C.de sacros.eccles. de communi* Riminal.*cons.*142. *vol.*3. Burlat. *cons.*330. *nu.*49.*vol.*3.

QVAESTIO XII.

Quid ad nouem annos,vtique ad modicum tempus dicitur,vnde non est locus caducitati,Bero.*cons.*117.*in fine,vol.*1.Bursatt.*cons.*154.*numero* 13. *volum.*3.)

QVÆSTIO I.

1 Quæro, an per locationem ad longum tempus transferatur vtile dominium? Primo videbatur dicendum,quod non *ex l.non solet,ff.locat.* vbi per locationem dominium non transfertur.

2 Secundo, quia dominium traditionibus transfertur, *l.traditionibus,C.de pact.* sed locator tenetur ad simplicem patientiam,vt videmus *in tit.de euictio.merito,&c.*

3 Pro contraria parte facit, quia conductor ad longū tempus æquiparatur emphyteutæ, qui habet vtile dominium,vt infra videbimus.

4 Secundo, quia locans ad longum tempus dicitur alienare,vt similiter inferius videbimus.

5 Et hæc opinio in puncto iuris est verior, *gl. in l.* 2. *ff.si ager vectigal.vel emphyt.petat* Bart.*in leg.prima, §.quod ait,nu.*3.*ff.de superficie.*Federic. *cons.*123. Castrens.*in l.manumissione,numero* 6.*ff.de iust.& iur.*Alexan.*in l.si filiofam.§.si vir,nu.*15.*ff.solut. matrimon.* Bal.*in authent.& qui iurat, C.de bon.author. iudic.possid.*Alexan.*cons.*1.*nu.*15.*vol.*4.Canon. *in cap.*1.*de reb. eccles.non alienand.*Anchar.Regens.*quæst.*52. *numero* 2.*part.*2.Aret.*cons.*55. Fel. *cons.*25. Ias. *in l.naturaliter,num.*15.*ff.de acquir.possess.in l.*1.*numero* 34. *in l.*2. *num.*39. *in fin. num.*2. *C.de iure emphyteut.* Rocch. de Curt.*in tract.de iure patronat.in verbo,ipse, vel is a quo numero* 57.*cum sequent.*Gugliel.Rodo. *de rebus eccles. non alienand.in princip.vers. vocabulum quoque,fol.*15. vbi sentit id maxime procedere in locatione ad maximum tempus: Euer.*in loc.a feud.ad emphyteus.numero* 48.idem qui supra,Rodoan.*de rebus eccles.non alienand.quæstion.*6.*numero* 345.*numero* 8.Duenn.*regul.* 40.*ampliat.*12.Soc.*cons.*5. *col.*2. *libro* 4. Salic. *in l.fin. col.fin.vers.an prohibita,Cod.de reb.alien. non alienand.* Angel. *in §.scire, authent. de non alienand.*Immol. *in Clement.*1.*de rebus eccles. non alienand. cons.*68. *colum. final.*Panorm. *in cap.ex literis,col.*2. *de iure patronat.* Florian.*in l.hoc iudicium,§.si conueniat,ff.commun.diuidund.*Card.*in c.*1.*§.donare,*qualit. olim feudum poterat alienari,Alexan.*consil.*68.*colum.*2.*lib.*1.*& iterum, cons.*265.*lib.*1.*cons.* 112.*colum.*1.*libr.*1. *&* 115. *colum.*2. *libr.*3.*cons.*17.*lib.*4.*cons.*69.*in fin.libr.*5.*&* 122. *eodem. volum.& cons.*117.*col.penult.lib.*4.Cor.*cons.*243. *circa primum.col.*2.*lib.*3.Iacob.de Sancto Georg.*in tract.de feud. in verbo, & cum pacto de non alienando, colum.*4. *vers.quæro vlterius,*Bertran.*cons.*126.*lib.*2. Tiraquel. *de retract.lignagier gl.*14.*§.*1.*numero* 79.glo. & Doctor.*in cap.*1.*de quibus mod.feud.amittatur,*Didac. *variar.resolut.lib.*2.*c.*16.*nu.*2.Iacob. Menoch. *de arbitr. iudic.lib.*2.*centur.*1.*casu* 5.*nu.*1.Franc.March.*decision. Delphinal.*455.*par.*1.vbi etiam attestatur *glos.in l.codicillis,§.instituto, ff.de leg.*2. communiter reprobari Boer.*decis.*234. *num.*2. Hieron.Gabr. *cons.*168.*quæst.* 1.*num.*3.Ruin. *cons.*57. *&* 61. *volum.*1. Nicol. Mozzat. *de locat. & conduct. vers. venio ad aliam, numero* 7. Borgn.*decis.*43.*numero* 1.& hęc est vera,& communis opinio,Suarez.*in suo Thesaur.litera C,numer.*199. Fabian.de Mont.*de empt. & vend.par.*1. *quæstion.*22. *principal.quæst.*3.*numero* 8.Bart.*in leg.ex hoc iure, nu.* 5.*ff.de iust.& iure,in leg.in prouinciali,§.si ego, numero* 6.*ff.de nou.oper.nunciat.in leg.*2.*colum.*3. *Codic.de iure emphyteut.*Fel.*in cap. quæ in ecclesiarum, colum.*31. *de constitut.in c.plerumque de rescript.* Caball. *milleloq.* 67.*par.*2.Aret.*in §.adeo, col.*1. *Instit. de locat.* Caball. *milleloq.*113.*par.*1.*glos.notabil.in leg.quæro, §. inter locatorem,litera S ff.locat.* Bald.*in capit.querelam,in fine de iureiurand.*Ias.*in l.*1.*C.de sacros.eccles.in leg.res,quæ, numero* 15.*Codic. eod.in leg.*2.*numero* 38. *Codic.de iure emphyt.*Felyn.*consil.*25.Tiraq.*de iur. constituti part.* 3. *limitat.*14.*numer.*12. vbi colonos ad longum tempus perpetuarios appellat,Grat.*cons.*76.*numero* 1.*volum.* 1.Bossius *de censibus,artic.*9. Afti.*decis.*365.*numero* 4. Rimin.*consil.*380.*num.*10. Vincent.de Anna.*allegat.* 104 *nu.*9.

Hinc postea in practica, & facti contingentia infertur,quod colonus ad longū tempus, conductor ad modicum fisci, vel reipublicæ potest incidere arbores fructiferas per eū plantatas, ex quo tempore plātationis erat vtilis dominus, & imputet sibi dominus,

Digitized by Google

ñus,qui rem suam sic locauit,Bal.*in d.§.Instituto*,vbi Floria. & Ioann. de Imol. sequitur idem Bal.*in c.t. quibus modis feud.amittatur,in l.si domus,§.fi.de leg.* 1. vbi Imol.& Alex.sequuntur Euerar.*in loco a feud. ad emphyteus.*vbi dicit valde menti tenendum, & de facto habuisse in quæstione satis ardua.Francis.Men. *decis.555.parte* 1.

Et nota quia præfati Doctores non loquuntur in omnibus arboribus, sed in seminatis, vel plantatis per eum tantum. dicam *in tit.de recusationibus*, & de melioramentis.

6 Declaratur allegata conclusio, vt non procedat, quando aliter inter partes conuentum sit,Bald.*in c. literæ,nu.6.de dilation.per gl. notab.in d.§.instituta,* sequuntur,& commendant Aret. & Faber. *in §. adeo, Inst.locat.*Boer *dec.234.n.2.*adde Aret.*in l.si quis ante,col.1.ff.de acquir.possess.* Euerard.*in d.l.nu.53.* Contard.*ad l. vnica,limit.21. nu.29. C. de momentan.possession.*Fabian.*in tract.de empt.q.22.5.q.principal.nu.8. per l.quod si nolit,§.fin.ff.de ædilit.edict.* Dominic.*in c. Abbatibus,2.q.2.*Bal.*in l.si domus,§.fi.ff.de leg.2.* Soc. *litera A.regul.25. limitation.4.* licet titubet aliquantum,Rodoan.*de reb. eccl.in prin. in verbo vocabulum. nu.6.fol.15. vide infra.q.3. in fin.* Rimin.*consilio 212. num.26.*

7 Et ita practica nota quando conficies instrumentum quod duplici modo potest extendi tale pactum. Primo sic dicendo.cum hoc pacto expresse apposito, vt talis locatio non egrediatur terminos simplicis locationis,ita ex Aret.& Contard.*in sup.* Alio modo, si dicatur quod non intendit per hoc, quod cõductori acquiratur aliquod dominium etiam vtile in re conducta Euerard. in citato loco dicens hanc etiam esse cautelam, ne incidat arbores etiam per eum satas colonus, vel conductor, vel poterunt iungi simul ad maiorem expressionem.

8 Sed pone,quod locans ad longum tempus sit dominus directus tantum,quid dicendum. Vtique,& illud censetur translatum,Fulgo. locatione pendẽte quis nã erit iste locator? dominus directus?minime, quia præsupponitur non fuisse vnquam, nec vtilis, quia vtile iam est translatum in ipsum conductorem? Respõderi fortasse potest,quod constituit conductorem vtilem dominum locatione durante non tamen in potentia locator est priuatus ex his, quæ not. *gl.in l. manumissiones,ff.de iustitia, & iure,in verbo, datio,* vbi Bar.*nu.1.*Castrens.*nu.2.* Ias.*num.14. circa medium,* & simplex commoditas translata censetur, prout in vsufructu dicemus.

9 Declaratur secundo loco vtiliter allegata conclusio,vt non procedat in locatione ad longum tempus iurium,vt vsusfructus,appaltus gabellarum, & similium,quia tales non sunt vtiles domini.Rui.*cons.216. numero 7.volum.1.* Cui adde Bal. *de vsufruct.loquentem,in l.1.num.67.circa medium,Cod.de confessis, per l.cum dominus,ff. de vsufruct.* Isti igitur appaltatores gabellarum, appaltus carnium, vini,musti,& similium etiam ad longum tempus non habent ius in respond alij, nec aliquod vtile dominium,licet multum arrogent,& iunge cum his quę ponam infra in materia de publicanis.

Ex quibus infertur ad materiam *l.non solet, ff. locat.*

10 Primo declaratur vt nõ procedat in locatione ad longum tempus, ex qua vtile dominium trãsfertur, vt disimus. Vnde si quæratur an ex locatione dominiũ trãsferatur, si loquamur in locatione ad modicũ tempus,nec vtile, neque directũ transfertur,si in locatione ad longum tempus,vtile tantũ transfertur.

11 Colligitur vlterius *l.illam* loqui in locatione ad modicum tempus,quæ generaliter, & indefinitè intelligi potest. de quolibet dominio vtili, & directo.

12 Colligitur tertio, quod appellatione locationis simpliciter venit,& intelligitur locatio ad modicum tempus, quę dominium non mutat,& hoc facit ad quęs.de qua sup. an locatio simpliciter facta intelligatur ad modicum, vel longum tempus.

13 Colligitur quarto, dominij appellatione in dubio venire directum,*ad gloss.in l.1.§.qui in perpetuum,ff.si ager vectigalis, in verbo domini,*vbi Bart. & Alexand. * & hæc est communis opinio ex Alex.*colum.3.*Bolog. *num.11.*Alciat.*num....*Horman.*num.9.* Rip.*num.27.* Clau-Marmer.*numer.46. in l.naturaliter,§. nihil commune,ff.de acquir.poss.*Eman.*in suo Thesaur. litera D. num.138.*

14 Bene verum est, quod si conductor ad longum tẽpus in libello assereret se dominiũ simpliciter & probet de vtili tantum,non succumbet,Ias.*in §.sed istæ, nu.141. de act. in l. si domus,§. si fundum,numer.9.ff.de leg.3.in l.sed & si possessori,§.item si iurauero,n.7.ff.de iureiur.*Felyn.*in rub. n.7. & in cap.cæterum,de iud.*& * hæc est communis opinio,Eman.*in suo Thesaur.litera D,nu.137.*

Cui adde Fely.*in rubr.de præscript.nu.10.* Alex.*in l. si finita,§.si de vectig.colum.2.ff. de damn.infect.*Ias. *in l.1.nu.17. ff.de acquir.possess.* Alex.ad Bart.*in l.1. ff.si ager.vectig.*

15 Declaratur vlterius *in d.l. non solet,*vt vnum procedat in materia *l.in naue,Saufeij, ff.locat.* de qua materia separatim dicam de actione oneris aduersi, & alibi etiam tractabimus materiam *d.l.non solent,*prout materia se suggeret.

16 Colligitur quinto,ꝙ licet verbum,solet necessitatem quandoque importet,*l.1.*vbi Bar.*q.fin.C.quomodo,& quando iudex,in l.admonendi,col.3. vers.venio ad verbum,solent,ff.de iureiu.* quandoque perpetuitatem *l.qui saltum,*vbi Bar.*ff.de leg.3.*quandoque tamen importat regulariter,& in actu frequentiori, & vt plurimum ordinario, locatio enim ordinaria, quæ ad modicum tempus est,dominium non mutat.

17 Declaratur vlterius principalis conclusio, quod finita locatione vtile dominium extinguatur ex persona conductoris,Soc.iun,*cons.63.nu.19.vol.2.* Aret. *cons.3.col.2.*Hieron.Gabr.*cons.67.q.1.nu.3.*

Declaratur quarto principalis conclusio,quod licet & conductione longi temporis acquiratur vtile dominium, nõ tamen tollit quin expelli possit ad beneplacitum,vel finito tempore in colonia partiaria, pactis,statuto,vt tradit in terminis,Soc.iun.*cons.56. nu.12.14.cons.63.nu.16.vol.2.*Natt.*cons.49.n.33.lib.1.* Burs.*cons.330.n.77.vol.3.*

QVAETIO II.

Secundo loco quæro in hac principali quæstione de effectibus locationis ad longum tempus, an in conductorem ad longum tempus transferatur possessio.

Digitized by Google

1 Et primo videbatur dicendum, quod non, ex *l. si quis ante, ff. de acquir. possess.* vbi conditio, & precariũ simul concurrere non possunt: quippe ex vno transfertur possessio, quod est precarium: ex alio nõ transfertur, quod est conductio.

2 Secundo loco pro hac opinione facit *l. non solum §. 1. vers. si ego*, vbi colonum nullam possessionem habere d. l. *verbis generalibus negatiuis omnino affirmat, ff. de vsucapionibus.*

3 Tertio pro hac parte facit *l. certo, §. is qui, ff. de precar.* vbi clare habetur, quod colonus, inquilinus, & conductor sunt in prædio, tamen non possident.

4 Pro contraria parte facit *l. 1. C. communia de vsuc. in primis verbis*, ibi, qui ex conducto possident, &c.

5 Secundo pro hac parte facit pulcher text. *in l. communi diuidundo, §. neque, ff. commun. diuid.* vbi clare dicitur colonum naturaliter possidere.

6 Tertio pro hac parte facit *l. 2. C. de præscript. xxx*, vel xl. ann. vbi conductor possidere dicitur.

7 Quarto pro hac parte facit *l. 2. §. 1. ff. pro hærede*, vbi colonus naturaliter possidet.

8 Pro resolutione conclusio est verissima, & indubitata, quod colonus, seu conductor ad mediũ tempus non possit nec ciuiliter, neque naturaliter, sed habet simplicem detentionẽ, *l. non solum, §. 1. ff. de vsucap. l. si quis ante, ff. de acquir. possess. l. certe, §. is qui, ff. de precar. l. 1. in finalibus verbis, Cod. de vsucapionibus*, Ias. in *d. l. si quis, ante, numero 6. gl. in l. communi diuidund. §. neque, ff. communi diuidund. in l. 2. ff. pro hærede*, in *l. 2. Cod. de præscript. xxx. vel xl. anno.* Euerard. *in loco a feud. ad emphyt. num. 41.* Grat. *cons. 81. num. 25. vol. 1. ponam latius parte vltima conclus. 48.* Et casus clarius videtur, nec vllam in se habere dubitationem, licet quandoque a iudicibus minus peritis dubitatum audiuerim.

9 Fallit in conductore ad longum tempus, qui naturaliter possidet, *gl. in l. 3. §. ex contrario*, vbi Alex. Ial. & alij, *ff. de acquir. possess. in d. l. si quis ante*, vbi Alex. *nu. 9.* Ial. *nu. 6. in l. si vt certo, §. si duob. vehiculum, ff. commod.* Bal. *in c. quarelam, in fin. de iuretur. in c. literæ, de dilationibus, in l. ædem, n. 5. C. locat.* Fely. *cons. 25. nu. 4.* Alex. *cons. 1. col. 3. lib. 4.* Roduan. *de rebus eccles. fol. 338. nu. 2.*

Et sic in facti cõtingentia vidi decisum in hac vtili materia locati & conducti, quod ius protestandi super bonis locati ad longum tempus, competit colono, qui naturaliter possidet, & habet vtile dominium & non domino directo, quod verum putarem in conductore sub certa firma responsione, secus si ad medium, vt videntur multa instrumenta, quia damnum infertur etiam domino. Vnde licet protestare pro suo interesse.

Et quod per locationem ad longum tempus trãsferatur possessio, est communis opinio, Ruin. *consil. 156. nu. 6. vol. 1.* Crot. *cons. 22. nu. 6.* Corb. *de iur. emphy. ampliat. 35. in princ.*

Ampliatur, vt procedat etiam in statuto bannimentis, & similibus de possessore loquentib. quia comprehendunt conductorem ad longum tempus, quasi vere, & proprie sit possessor, & sic a statuto comprehensus, Bal. *cons. 325. in fine lib. 1.* Immol. *in clem. sæpe, nu. 21. de reb. eccl. non alienand.* Alex. *cons. 1. col. 3. li. 4. cons. 120. lib. 3. cons. 4. lib. 2.* Barb. *plene, cons. 8. col. 8. lib. 4.* Ang. *in l. quamuis, §. 1. ff. de acquir. possess.* Masuer. *de loc. §. item si iste*, Tiraq. *de retract. Lignag. §. 1. gl. 13. nu. 79.*

Cui adde Contard. *ad l. vnicã, lim. 26. C. de momentan. possess.* Euerar. *in loco a feudo ad emphyt. nu. 50.*

10 Et per discursum, nota Iurisconsul. & legislatores multifariam loquentes: quandoque enim appellant colonum, vel conductorem possessorem, quandoque non, & sic verbum possidere, si referatur ad personã, cui conueniat possessio, proprie ponitur: si referatur ad personam, cui nõ conueniat vera possessio, vt colono, conductori, inquilino, & tunc resoluitur in simplicem detentionem, & hoc patet ex iuribus pro vtraque parte adductis.

11 Patet secundo id, quod alias dixi, quod verbũ colonus, vel conductor simpliciter prolatum in lege aliqua, vel dispositione intelligitur de colono, vel conductore modicũ ad tempus. ita annuunt iura superius adducta dicentia colonum, vel conductorem non possidere, quia de colono ad longũ tempus intelligi non possunt, ex quo (vt dictum est) possidet, & comprehenditur a statuto de possessore loquente, dicam tamen suo loco.

QVÆSTIO III.

QVæro tertio loco circa hanc principalem quæstionem de effectibus locationis ad longum tẽpus, an prohibitus alienare possit, locare ad longũ tempus. Vtilissima sane quæstio in statutis bannimentis, fideicommissis, & similibus.

1 Pro parte affirmatiua facit, quia alienatum non dicitur, quod adhuc in domino manet, *l. alienatum, ff. de verborum signific.* sed rei locatę dominium retinemus, *l. non solet, ff. loc.* merito prohibitus alienare locare poterit.

2 Secundo pro hac parte facit, quia non dicitur quid alienatum ex non vsu, & qui se priuat vsu alicuius rei alienare non dicitur, *l. alienationis vers. qui occasione ff de verb. sign.* sed locator concedit vsum, & patientiam tribuit conductori, vt videbimus *in tit. de euict. merito, &c.*

3 Pro contraria parte facit, quia alienationis verbũ generale est *l. alienationis, ff. de verb. sig.* & complectitur omnem casum, in quo dominium transfertur, & est communis opinio, Sal. *in l. fin. nu. 1. C. de reb. alien. non alienan.* Soc. *cons. num. 2. lib. 1.* Afil. *in cap. 1. §. at si libellario, nu. 30.* quibus modis feud. amittatur, Rip. *in l. fin. quæst. 42. C. de reuor. donat.* Bero. *in cap. nulli. num. 21. de rebus eccles. non alienand.* Eman. *in suo Thesaur. litera A. numero 137.* Sed ex locatione ad longum tempus transfertur vtile dominium, vt dictum est, merito, &c. *cons. 170. num. 9. vol. 1. consiliorum vltim. voluntat.*

4 Et hanc partem per hanc rationem tenuit Fabian. de Monte *in tract. de empt. & vendit. quæst 31. quar. quæst. principalis. num. 8.* Bald. *in cap. 1. in principio de his, qui feud. dar. poss. gl. in l. si. & ibi* Bal. *& in aliis, Cod. de pact. pign. gloss. in Clement. 1. in verbo locationes, & ibi* Cad. *vers. vltimo de rebus eccles. non alienan.* Din. Bal. & Immol. *in l. codicillis, §. instituta de leg. 2.* Bald. *cons. 257. lib. 1.* Alex. *ad l. si filiofamilias, §. si vir. num. 24. ff. soluto matrim. in l. si domus, §. si fundus, ff. de legat. 1.* Barbat. *in repe. rubr. de rebus eccles. quæst. 1. in princip. limit. 8.* Fel. *in capit. quæ in ecclesiarum, colum.*

30. vers.

30.*verſ. vbi autem*,de conſtitutionibus,Dec.*conſ.*242. late Tiraq.*de retract.Lignag.§.*1.*gl.*10.*nu.*81.

Cui adde Bal.*in auth.ei qui,colum.penult.Cod.de bonis authoritate iudicis poſsidentis*,Alexand.*conſ.*1.*colu. penult.libro* 4.*conſ.*75.*libro* 1.vbi tenet maritum prohibitum alienare,ſine cõſenſu vxoris poſſe locare ad longum tempus, Iaſ.*conſ.*29. *libr.*1. Boer.*deciſ.*234. *nu.*2.Duen.*reg.*40.*ampliat.*12. Anch.*quæſt.*52. *nu.*2. *par.*2.atteſtans eas ſolemnitates,quæ requiruntur in bonis eccleſ. alienan. requiri etiam in locatione ad longum tempus, Franciſ. March. *deciſ.*555.*parte* 1. Martian.*conſil.*73.*num.*2.*volum.*1.Hieron.Gabr.*conſ.* 168.*quæſtion.*1.*numer.*2.*parte* 1.Iaſ.*in l.naturaliter,§. nihil communem,numero* 15.*ff.de acquir.poſſ.in leg.*1.*n.* 34.*in l.final.nu.*39.*C.de iur.emphyt.*Bero.*conſ.*123.*lib.* 1.Rodoan.*de reb. eccleſ.non alienan. in princip.*dicens eſſe textum opimum de iure ciuili *in lege* 1. *ff.de fun. dot. & de iure canonico, in c.audientiam*,& ibi Abb. *de rebus eccl.non alien.*Fernand. Vaſq. *de ſucceſſ. erata, tit.de teſtament.*Iacob.Menoch.*de arbitr.iud.lib.*1.*centur.*1.*caſu* 5. *numero* 4. & hæc eſt communis opinio, Octau.Simoncell.*de decret.lib.*2.*tit.*6.*inſpect.*2.*nu.*25. *in fin.* & ita fuit votatum per ſacrum Rotæ auditorium,vt per Mohe.*deciſ.*240.

Quam opinionem, vel cõmunem atteſtatur Caſtrenſ.*in l.fin.C.de reb.eccleſ.non alienand.*Immol.*in d. §.ſi vir. & in d.cap.audientiam,nu.*2. Aret.*in §. adeo, poſt princip.Inſtit.locat.*Veron.*in l.alienationis verbo, num.*8.*de verb.ſign.* Alex.*conſ.*165.*lib.*2.Soc.iun.*conſ.* 56. *lib.*2. Affl. *in conſtitut.Neapol.lib.*3.*rubr.*5. *in fin.* Ari Pinell.*in l.*1.*parte* 3.*numero* 64.*C.de bon. mater.* atteſtans gl.contrarium tenentem *in l.codicillis §. inſtituta,ff.de legat.*2. communiter reprobari,Rui.*conſ.* 148.*numero* 11.*volum.*1. Ang.*conſ.*145. *colum.*5. *verſ. quarto eſt videndum*, Alex. *conſ.*6.*vol.*4. *& in dict.§.ſi vir*,Gozad.*conſ.*24. Pariſ.*conſ.*32. *colum.*2. *volum.*1. Tholoſ.*deciſ.*320.& hęc eſt communis opinio Canoniſtarum, & Legiſtarum,Caſtrenſ.*conſ.*4. *volumin.*1. Borg.*deciſ.*43.*num.*57.*circa medium*, Plot. loquens de alienationem prohibita in forenſem, inter conſilia criminalia *conſ.*108.*num.*59.Couarru. *variar. reſolut. lib.*2.*cap.*16.*nu.*2.Felyn.*conſ.*22.Soarez.*in ſuo Theſau. litera C.n.*192.Iul.Clar.*in pract.§.fin.quæſt.*82. *in verbo,ſtatutum*,Pinell.*in l.*1.*par.*3.*num.*66.*C.de reſcin. vēdit.* Bal.*nouell.ad l.*1.*num.*134 *ſolut.matrimon.*Afin. *de accuſ.& inquiſ.c.*155.

4 Declaratur allegata concluſio,vt procedat,quãdo locatio ad longum tempus ſit alienatio impropriè, nõ autem propriè,et in materia fauorabili,et indifferenti,ſecus in materia odioſa,& ad alicuius pœnę incurſum,*c.nulli,in verbo, alienatione, de rebus eccl. non alien.*Iacob.de Belu.*in authent.de non alien. §. quia vero*,Caſtrenſ.*conſilio* 25.*libro primo*, Soc. *litera A,regul.*25.

Cui adde Barbat.*in rubr. de reb.eccleſ.num.*52. Rodoan.*in eod.tract. verſ. vocabulum,nu.*5.*fol.*15. Cald. *in c.cum contingat, de iureiur.* vbi prælatus non dicitur periurus ſi iurauerit non alienare,ſi locat ad longum tempus, quia hoc iuramentum intelligitur, ne contractus teneat,non quoad incurſum periurij,late explicat Didac.*variar.reſol.lib.*2.*c.*16.*nu.*2.

5 Vltra quem iuuatur hæc declaratio *ex Clem.*1. *de conſangu. & affinit.* de qua Iaſ.& Dec.*in l.*2. *ff.de iur. omn.iud.*Io.Andr.*in cap.diſpendia,de reſcript.lib.*6.vbi conſtitutio pœnalis extenditur, non tamen eius pœna Iaſ. *in l.*2.*in fi.ff.de ius vocan.l.cum quidam,ff. de liber. & poſthum.* Corſett. *in ſingul. in verbo, extenſio*, Marſil.*ſing.*300.Felin.*in c.cum Ioannes,n.*34.*de fid. inſtru.*Dec.*in l.factum,§.in pœnali,ff.de reg. iur.* Bero. *in c.nulli,n.*32.*de reb.eccleſ.*

6 Ex qua prima limitatione corollarie infertur ad multa. Primum eſt,quod iuramentum appoſitum ſuper aliquo, quod poteſt accipi ſtrictè, & largè,& negatiuè apponatur,intelligitur appoſitum ſtricta propria ſignificatione ipſius verbi, & ad excluſionem alicuius pęnę,vel incurſus,ad intellectum *c.ad noſtram, de iureiur.*tex.notabilis *in c.clericus,eod.*

7 Secundum eſt corollarium ad materiam *l.fin.C. de iure emphyt.* quod emphyteuta an incurrat pœnam illius legis locando ad lõgum tempus,dicam *tit.de iure emphyt.*tertium eſt corollarium, vt maritus poſſit locare bona vxoris,licet alienare non poſſit, ponam *in tit.de iur.dot.*

8 Declaratur ſecundo allegata concluſio, niſi ſit dictum,& appoſitum, vt intelligatur renouata de triennio in triennium,quinquennio in quinquennium, & ſic de ſingulis. Poſui ſupra de locatione ad longum tempus,*quæſt.*4.vel tot ſint locationes quot anni,ponam in tit.de multiplicatione contractus.

9 Declaratur tertio,allegata concluſio,vt fortius,et multo magis procedat,ſi in locatione ad longum tēpus ſit appoſitum pactum, vt nullum ius transſeat in conductorem,poſui ſupra *in quæſt.*1.

10 Declaratur quarto,vt non procedat,quando legis ratio ceſſaret,vel lex careret ratione,& eſſet iniqua, vel eſſet ius ſingulare,verba Bald. *in authent. ei, qui, colum.penult. verſ. vlterius quæro, C. de bonis authoritate iudic.poſsidendis*,ponens exemplum, ſi prohibeantur alienari bona eccleſię, quod ratione caret.

11 Vnde in hoc eſt diligenter animaduertendum, videbis ſtatuta prohibentia alienari in forēſes, videbis fideicommiſſa, & teſtatorum voluntates prohibētia alienari extra familiam, poterit ne illis caſibus fieri locatio ad longum tempus?& conſiderabis rationē, & æquitatem,ſi materia eſt fauorabilis:ſi odioſa, attēdetur,meus prohibentis,ratio principalis, & ſic de ſingulis,ad materiam *§.diui ff.de legat.*1.

12 Declaratur quinto,vt non procedat,quando locatio eſſet facta ad modicum tempus, cum clauſula ad renuntiandum,Bal. *in l.voluntas, C.de fideicommiſſis.*

13 Declaratur ſexto, vt colono partiario poſſit fieri locatio ad longum tempus,Bal.*in c.*1.*§.at ſi libellario*, quibus modis feudum amittatur.

14 Dices.Colonus partiarius eſt ſocius, *l. ſi merces, §. vis maior, ff.locat.* & dicam latius ſuo loco, ergo dominus,*l.*1.*ff.pro ſoc.*& ita ſenſit Bal.*in l.*1. *C.de fructibus,& lit.expenſ.conſ.*302.*lib.*1.

15 Reſpondetur,quod non eſt propriè ſocius,Bald. *in l.certi iuris,C.locat.*& ſic Corollarie infertur ad duo. Primum eſt,*ad l.ſi merces,§.vis maior*,vt non ſit propriè ſocius,et in omnibus,quod probat illa verba vbi quaſi iure ſocietatis.

Secundum eſt,vt in ſocium transferatur dominiũ procedit in propriè ſocio, ſecus in partiario, & impropriè *ad l.*1.*§.*1.*ff.pro ſoc.*

16 Notandum tamen eſt ad id,quod ſuperius dixi *q.*1. *declarat.*1.& in hac met quæſtion. de pacto appoſito, locatione ad longum tēpus,vt nullum ius tráſferatur

H 2 tur

tur in côductorem, quia incommoditas illa fructuũ non percipiendorum pro vera habetur alienatione in materia prohibitiua alienationis, quod procedit, & verum est, nedum in bonis ecclesię, sed aduentitiorũ respectu patris, minorum, et omnium quorũcunq. Bal. in authent. hoc ius, colum. 1. C. de sacros. eccles. ex capit. consultissimo, de rebus eccles. lib. 6. & Clem. Monasteriorũ, eodem tit. Sequitur & commendat Fabia. de empt. & vendit. quæst. 3. in fine, quartæ quæst. principal. ex Cannon. Abbatibus, 12. quæst. 2. & in Clemen. exini, §. porro, de verb. signifi. Paris. in consuetud. §. 41. quæstio. 8. Couaruu. variar. resolution. libro 2. capite 16. nu. 1. prope medium, qui loquitur tantum in bonis ecclesiæ alienari prohibitis.

Adde generalius loquentes Cuman. in d. §. institute, lectur. a, Ias. cons. 64. col. final. lib. 1. vbi clare loquitur. Pinell. in l. 1. par. 3. numero 64. in fine, Cod. de bonis matern. confirmantem ex regul. tex. in l. Seius, & Angerius, ff. ad l. Falcid. in l. si vno, ff. locat. & effectus, non verba considerantur Simonc. de decret. 2. tit. 6. inspect. 2. nu. 24.

17 Si tamen locatio ad modicum tempus fiat potentiori, perinde indicatur, ac si esset ad longum tempus Moline. Hispan. de primogenitura Hispaniæ, p. 1. libr. 1. cap. 1. num. 29. Vincent. de Anna. & in addit. singular. 325.

ADDITIO.

☞ *Poterit iste prohibitus alienare pensiones creditorib. delegare l. Codicilli §. instituto vbi Alber. de leg. Declaratur vlterius, aut alienatio prohibetur absolutè de perse, & tunc censetur prohibita locatio ad longum tempus, aut prohibetur alienatione præiudicetur tertio, vel quid simile, & tunc non censetur prohibita locatio ad longum tempus. Bart. in repetio. 51. n. 250. ff. solut. matrimon.*

QVAESTIO IIII.

QVarto loco successiue in hac principali quæstione de effectibus locationis ad longum tẽpus quæro, an prohibita venditione dicatur prohibita locatio ad longũ tempus, & est quæstio pulchra, vtilis, & sæpe in facto occurrit, vt dicit Fabian. de emption. quæst. principal. n. 11. & pro parte affirmatiua facit l. 1. ff. de rerum permut. & l. fin. C. de decur. lib. 10. vbi ponitur iste contractus emptionis, & venditionis, vti diuersus ab alijs contractibus.

Secundo ad idem facit c. fin. de accusatoribus, & c. 1. de excessi, prælatarum, lib. 6.

1 Pro contraria parte facit primo l. statu liberi, §. quintus, ff de statu liber. vbi venditionis appellatione venit omnis contractus, per quem dominium transfertur: sed per hanc locationem vtile dominium transfertur merito, & c. & hanc l. dixit singularem, & non esse alibi, Bal. sing. 56.

3 Secũdo ad idem facit l. sicuti, §. in venditionis. ff. quibus modis pignus, vel hypotheca soluitur.

Tertio ad idem facit c. 1. de contract. inter dominum, & emptorem in vsib. feud. vbi latius loquendo omnis alienatio continetur.

* Et hac opinio est verior, communis, & recepta gl.
4 in d. §. quintus, & in d. §. venditionis. Cyn. in leg. 2. Cod.
de vsucap. pro emptore, in leg. 3. C. de iur. emphyteut. per
l. 2. in 2. responso, ff. de dot. prælegat. in l. si ego, §. interdum, ff. de publica. Rofred. quæst. Sabbatina 8. Viterbiensis, Bald. in authent. ei, qui, columu. antepenult. vers. quæro, vlterius, C. de bonis authoritate iudic. possidendis. Alexandr. consil. 1. column. 4. libro 4. Firmian. de Gab lis, quæstion. final. 4. quæst. principali, dicens, hoc valde vtile, & singulare Ias. in l. final. column. 24. quæstion. 4. C. de iure emphyteut. & cons. 29. colum. 1. volumin. 1. reputans hoc valde vtile, & singulare Dec. cons. 104. Rip. in leg. filiusfamil. §. diui, ff de legat. 1. Tiraquel. de retract. Liguagier. §. 1. glos. 14. numero 82. Diaz. regul. 239. Mozz. de contract. titul. de emption. & vendition. in princip. nu. 26. Quibus adde in materia bene loquentes, Boer. decis. 234. numero 2 Fabian. de empt. & vendition. quæstion. 2. principali, Cin. in leg. final. C. de rebus eccles. non alienand. Bald. in capitul. si clientulus, de alienat. feud. in l. 1. C. de rerum permutation. in leg. volantas, C. de fideicommissis. Abb. in capit. 1. de his, quæ fiunt a maiore parte capituli, Bartol. in leg. final. §. in computatione, Codic. de iure deliberandi, Arci. consil. 124. column. 2. scribentes ad leg. filiusfamil. §. diui, ff. de legat. 1. vbi Bart. quæstion. 8. Alexand. numero 21. Iason. in 1. lectur. numero. 109. in 2. lectur. numero 143. Ferdinand. Loazes, numero 97. Crot. numero 113. & hæc est communis opinio, vt ibi per Rip. numero 100. Diaz. regul. 127. Ioan. Bacch. singul. 4. Bald. in leg. cum hi, §. si cui, ff. de transact. vbi tenet hoc verum de stricta significatione, secus de interpretatione, Corn. consilio 166. volum. 2. Castrens. consil. 177. Dec. consil. 660. numero 8. Bald. cons. 336. numero 2. volum. 5. Nouell. regul. 227. Socin. consil. 43. colum. 2. volum. 1. Alciat. in d. §. diui, quæst. 8. Viui. lib. 2. opinion. 278. in testatore loquen. per l. pater, §. fundum, ff. de legat. 2. gl. in leg. 2. Codic. pro emptore. ex quibus postea inferuntur corollarie mula.

5 Primum est. Sicut ex venditione debentur laudemia, pariter ex locatione ad longum tempus. Specul. in tit. de locato. §. nunc aliqua, vers. 122. Imol. in capit. potuit, colum. 9. de locato, Alexan. cons. 68. colum. 1. volum. 1. Tiraquel. de retract. Lignagier, glos. 14. §. 1. sub num. 82. Cui Adde Alesan. in cons. 165. column. 1. lib. 1. Imol. cons. 68. Crauet. cons. 337. numero 10. & 332. volumine 3. Boer. decis. 234. nu. 1. in fine, qui in hoc melius & contrarium concludit. Apostilla ad Alexan. cons. 119. lib. 3. Caball. milleloq. 213. p. 1. attestans superius allegatos contrarium tenentes male sensisse, & consuluisse. idem tenet Crauet. cons. 858. volum. 5. Borg. decis. 45. sub n. 65.

6 Secundum est, quod sicut in venditione habet locum retractus, ita in locatione ad longum tempus, dicam suo loco.

7 Tertium, quod singularis successor tenetur stare colono ad longum tempus, pariter dicam suo loco.

8 Declaratur primo loco allegata conclusio, vt non habeat locum, quando in dispositione venditionem esset facta mentio pretij, quo casu ad solã venditionem restringitur, cum emptio pretij arguat solã venditionem, vt late superius dixi de similitudine locationis, qualitate prima, vbi videre placeat. Addo summam Angelic. in verbo emphyteusis, n. 19. dicens hoc notabile.

9 Declaratur secundo, vt procedat in materia fauorabili, vel sui natura nõ restringibili, secus si materia sit sui natura vel odiosa, vel restringibilis.

Hinc

Digitized by Google

Hinc in decreto iudicis, vel sententia in bannimētis pœnalibus in aliqua Bulla, vel Motu proprio in statutis non venit locato ad longum tempus, nec similis contractus, per quem dominium transferatur, Bar. *in l. alio, n. 11. ff. de alimen. & cib. le.* vbi distinguit, aut profertur a testatore, aut à iudice.

Primo casu cōprehenditur, secundo casu non, Bal. *in l. voluntas, C. de fideicommissis in l. sicut, §. sed si permiserit, ff. quibus modis pignus, vel hypotheca soluitur in l. 1. Cod.* quando prouocare non est necesse Fab. *de empt. q. 2. limitat. 3. nu. 5.* Diaz. *regul. 227.* Bart. *in l. qui duobus ff. de fals.* Franc. *in cap. 1. de extes. prælat. lib. 6.* Spec. *de empt. & vendit. §. nunc dicendum, alias dicendū, alias videndum, n. 25.* Abb. *in c. 1. de rebus eccl. non alien.* Tiber. Decian. *consilio 59. colum. 1. vol. 1.* subdeclarando tamen vel ex communi vsu loquendi, vel ratione publicę vtilitatis, vel ex identitate rationis, vt colligitur ex sequentibus declarationibus, Alexand. *cons. 76. lib. 5.* Caball. *mill cloq. 94. nu. 2. in fin.* probaturque hæc declaratio *ex text. notabili, in l. si pupillorum, §. si prætor, & ex l. magis puto, §. nec passim, ff. de rebus eorum.*

10 Declaratur tertio loco, & est vtilis declaratio, quod multa sunt inspiciēda in hac prohibitione, causa, siue ratio res, commerciū, persona, publica vtilitas, &c. Si enim militat ratio, vel impletur causa, fit extensio, alias non: si prohibetur res, vel commerciū ipsius, fit omnimoda extensio si prohibetur persona tantum non fit extensio: si prohibitio, respicit publicā vtilitatem, fit extensio, licet materia sit odiosa, vel alias restringibilis. Similiter si verba sunt intelligenda ex communi vsu loquendi, ille erit attendendus, alias a proprietate non est recedendum, nisi ex causis prædictis. pariter si effectus est considerandus, fit extensio, alias non. Ita de facili, & hęc omnia bonus iudex arbitrabitur, & considerabit, & multa iura considerabuntur Bar. post Iac. But. *in l. quorum, ff. de pign.* Bal. *in c. 1. de feud. alien. in l. fi. ff. de condict. ob caus.* & colligitur ex longo discursu per Fab. *de emption. q. 2. princip. & nu. 10. vsque ad 21.* Ias. *in l. fin. num 65. Cod. de iur. emphytent.* Rodoan. *de rebus eccles. in principio in verbo alienatio, num. 8.* Castrens. *cons. 175. in principio* Bologn. *cons. 25. art. 1.* Ioann. Bologn. *cons. 11. numer. 76.* Bursat. *cons. 149. num. 11. volum. 2.* Mozz. *de emp. & vendit. in princip. num. 34.* Paris. *late cons. 82. volum. 3. quem videas,* Alc. *in l. alienationis verbo, numer. 8. ff. de verb. signif.* late Soc. iun. *in l. Gallus, §. & quid si tantum, nn. 48. ff. de liber. & posth.* vbi attendit rationis identitatem, vel diuersitatem, siue materiam sit fauorabilis, siue odiosa Fel. *in c. fin. nu. 5. de accus.* Soc. *reg. 398. litera P.*

11 Et notandū est, quod in præsenti indagatione sunt duo iura singulariter, & valde notabilia circa coniecturatam mentem disponentis, vel prohibentis, quæ attendi debet, *l. hoc modo, ff. de condit. & demonst.* aliud est, locans res emptas non videtur legare alio titulo paratas, *l. item legato, § item interest, ff. de leg. 3.* quam celebrem dixit Rom. *sing. 614.* Castrens. *cons. 26.* Ber. *in c. nulli, nu. 39. in fin. de præcar.*

12 Declaratur quarto loco vltra superius allegatos, nisi in locatione ad longum tempus, vel alio simili cōtractu sit tradita certa, & determinata forma Bal. *in c. 1. in fin. de feud. alien.* Fel. *late materiam ponens in c. fi. nu. 6. de accus.* Socin. *in materia regulam ponens in tractatu fallentiarum litera B. nu. 398.* Soc. iun. *ad l. Gallus, §. & quid si tantum, nu. 47. ff. de liber. & posth.* quæ sunt bona, & vtilia loca in materia, nec a modernis, (vt viderim) allegata.

13 Et quibus habes ad intellectum, *l. statu liberi, §. quintus, ff. de statulib. l. sicut, §. venditionis, ff. quibus mod. pign. vel hypotheca soluitur.* Et vltra superius adductos vide Hottoman. *in comment. verborum iuris, in verbo emptionis, il primo,* Alciad. *in l. alienationis verbo, numer. 18. ff. de verbor. signific.* Alphan. *reportat. 144.*

14 Ex quibus habetur sexta declaratio vltra alios, vt dispositio illarum legum procedat de iure antiquissimo ante inuenta nomina alijs contractibus, quibus adde Ias. *in l. iurisgentium, in principio, numero 7. ff. de pac. & adde bonum textum in l. veteres, ff. de act. empt.* vbi veteres verbo, venditionis, & emptionis promiscue vtebantur, & *subdit in l. sequenti* idem esse in locatione, & cōductione. sed Hotroman. *in comment. verborum iuris, in verbo emptionis,* legit, idest, & sic appellatione venditionis venit locatio hac expositione attenta, Ant. Burgo. *in capit. fina. numer. 25. de empt. & vendit.* Socin. iun. *consilio 73. numero 10. consilio 119. num. 13. libro secundo.* Caball. *de evict. §. t. numer. 5.*

Et ex prædictis limitationibus patet facilis responsio ad contraria.

ADDITIO.

☞ *Declaratur vbi militat eadem ratio Rebuff. ad l. alienationis Col. 8. de verb. signif.*

QVÆSTIO V.

1 QVinto loco in hac vtili materia de effectibus locationis ad longum tempus quęro, an dispositio *l. fin. C. de iure emphyt.* procedat, & habeat locum in contractu locationis ad longu mtempus, & conductor ad longum tempus alienando irrequisito domino cadat a iure. Et pro parte negatiua facit: quia in pœnalibus, & odiosis non fit extensio, immo restringi debent, *l. cum quidam, ff. de liber. & posth. cap. statutum de elect. lib. 6. reg. odia, eod. lib.*

2 Secundo pro hac parte & propius accedēdo facit, quia pęna priuationis non habet locum nisi lex expræsse dicat, *§. cum igitur, authent.* de non deligendo secundo nubentes, *not. glos. in c. final.* vbi Abb. *de iur. patronatus,* late Iacob Menoch. *de arbitr. iud. capitulo 275.*

3 Tertio pro hac parte facit text. *in l. at si quis, §. diuus Marcus, ff. de religiosis,* vbi licet hæres delinquat prohibendo testatorem funerari ab eo, quem testator elegera, tamen non ponitur ratio quia pęna in hęredem statuta nō est, per quem textum dicit Bal. *in l. 3. in pr. C. de episcop. & cleric.* quod pœna non habet locum, nisi in casibus a iure expressis, licet aliquid lex fieri prohibeat, & sic actus in se illicitus: nō punitur lege non disponente, vt ibi Accurs. *notat.*

4 Pro contraria parte facit tex. in materia priuationis notabilis, *in cap. 1. §. porro. vers. sed quia natura & c.* quę fuit prima causa beneficij amittendi, vbi Bal. dicit esse textum meliorem de iure, quod vbi agitur de pęna priuationis alicuius iuris, licita est extēsio. Cō-

mendat Salic. *in l. 2. col. 10. C. de noxabilis*, Alex. *in auth. non licet, C. de liber. præterit. in l. cum mulier, col. 1. ff. solut. matrim.*

5 Secundo pro hac parte facit *text. notabilis in l. si uxor, §. 1. ff. de adult*, vbi ad imponendum pœnam vxori propter adulteriū fit extensio ad vxorem de facto, quæ nullo modo potest vera vxor appellari, *l. cum hic status, §. penult. ff. de donat. inter virum, & vxorem*. Commendat pro valde notabili. Aret. *in c. tuas, in 4. notab. de probat. gl. notabilis in l. certa, §. sed & si quis, ff. de leg. 1.* vbi Alex. & Ioann. de Immol. *commendant, & sequuntur*.

6 Tertio pro hac parte facit *text. in l. 2. in §. quod si curatores, & in § quod si decesserit* ad Tertulliam, *quæ iura ad hoc propositum valde commendat*. Aretin. *in capit. translatæ, de constitutio. in capit. final. colum. 2. de rescript.*

7 Quare Fulgos. *consilio 240.* pro euidentia tenuit, quod dispositio *l. fi. C. de iur. emphyteut.* procedat in conductore ad longum tempus, & hoc ex *§. adeo, Instit. locat.* vbi emphyteutæ perpetui locatores appellantur, & ibi similiter Imperator refert se ad iura Codicis loquentia de iure emphyteut. quod dictum valde solenne appellauit Ias. *in d. l. fi. n. secundo*, dicens quod est magnum dictum, si verum est, & corrupte allegat consil. Fulgos. *in ordine 140.* Viui. *opin. 112. sequitur etiam* Natt. *consil. 114. n. secundo*. Dec. *in auth. qui rem, C. de sacros. eccles.* Ruin. *cons. 165. nu. 30. lib. 1.* Beco. *cons. 107. vol. 1.* Burl. *cons. 23. nu. 11.* Aret. *consil. 55. colum. fin.* Roland. *reputans hoc notabile, consilio 51. numero 18. volum. 2.* Rodoan. *de rebus eccles. folio 524. versic. hic sic dictis, nu. 4.* hoc valde commendans pro extensione. Alex. *cons. 104. vol. 3.* dicens hanc esse

• communem opinionem, *& conf. 165. nu. 2. vol. 2.* Bal. *cons. 415. volum. 1.* Dec. *cons. 204.* Ias. *in d. l. fin. nu. 112.* Ruin. *cons. 148. nu. 5. vol. 1.* Papien. *in forma libelli, gl. 1. in principio.* Iul. Clar. *in §. emphyteusis quæst. 19.* & ma-

• gis communem dicit Corbol. *de iur. emphy. ampliation. 35.*

8 De quo tamen dicto valde dubitauit Crauett. *de antiq. temp. p. 4. nu. 147.* cum multis sequentibus, ea potissimum ratione, quia in pœnalibus non fit extensio, nisi lex expresse dicat ca[...] rationibus superius pro vna parte adductis, & hæc est communis opinio, Ias.

• *ad l. cum quidam, nu. 23. ff. de liber. & posthum. in l. fi. ff. de in ius vocando*, Viu. *lib. 1. opin. 108. ac opin. 94. post medium*, Eman. *in suo Thesaur. litera E. nu. 24.* & hanc opinionem tenuit Dec. *cons. 294. n. 3.* dum dicit, quod dispositio *l. fin.* non procedit nisi in contractu emphy-

9 teutico, non in alijs, & hæc videtur verior opinio, Alphan. *reportat. 517.* & Rot. *in vna casal. die 20. Februarij 1576. in manuscriptis*.

• Declaratur, vt procedat in conductore ad longū tempus, secus in conductore ad longissimum tempus vel in perpetuum, & ita vere loquitur Fulgos. *in allegato consilio*.

10 Declaratur vlterius in conductore ad longum tēpus, vel magnum tempus, prout alij dicunt superficiei sub annua præstatione, & maxime in culono, vel conductore Principis, vel Ecclesiæ *ex l. 2. C. de rei domi. nica*, quam singularem ad hoc propositum dixit Bar. *in l. 2. §. quod autem, il secundo, in fin. ff. de superfic.* sequitur Aret. *cons. 55. sentit, quodammodo* Tiraquell. *de retract. Lignagier. §. 1. gl. 14. sub nu. 84.* vbi sentit periculosum esse consil. Fulg.

11 Declaratur vlterius, vt non procedat cons. Fulg. quādo in instrumento locationis ad longum tempus essent apposita illa verba, scilicet, quod conductor, et eius hæredes, & cui, vel quib. dederit, teneant, prouideant, & faciant quicquid voluerint soluendo pēsionem: quia per hæc verba videtur data facultas alienandi, absque incursu aliquo. *Ita sentit* Alberic. *in d. l. fi. col. 2. circa medium*, attestans in similibus conductoribus nostris temporis non procedere dispositione *d. l. finalis*. Sed caue, quia præsupponit pactum supra positum, alias non licet tangat etiam defectū solennitatum. Vnde erit cautus ad cautelam apponere, pactum, de quo supra.

12 Declaratur vlterius in alienatione valida, secus nulla ex aliquo defectu, puta in muliere non seruata forma statuti, Cott. *dicens hoc singulare in verb. actus, nullus*.

QVÆSTIO VI.

1 Sexta se offert quæstio in hac principali quæstione de effectibus locationis ad longum tempus, an dispositio *l. 2. C. de iur. emphyt.* procedat, & habeat locum in conductore ad longum tempus, vt cessans soluere per biennium, vel triennium, cadat a iure suo, quemadmodū emphyteuta, & facit ad materiā *l. ædem, C. loc.* & quoniam hic quoque tractatur materia priuationis ædis, rationes, & argumenta in præcedēti quæstione apposita repeti possent. Quibus igitur omissis verior opinio videtur, quod habeat locū, vt est *gl. notabil. in l. quæro, §. inter locatorem, in verbo, biennij, ff. locat.* sequitur Bal. *in c. quærelam, in fin. de iureiur. in cap. literæ, colum. 2. de dilat. in c. si cautio, col. penult. de fide instrum. in l. ædem, col. 2. C. locat.* Angelic. *in §. iure autem column. 2. authentic. de non alienando*, Butr. *in c. propter, sterilitatem*, vbi Imol. *col. 2.* Panoc. *in vltim. notab. de locat.* Alex. *cons. 117. volumine quarto*, Bart. *in l. vectigalia, §. 1. ff. de publican.* Ias. *in dicta l. 2. num. 39.* Socin. *consil. 167. column. 2. lib. 1.* Papien. *in forma libellus, in principio.* Tiraq. *late de retract. Lignagier. §. 1. glos. 14. num. 84.* Corbol. *de iure emphyteut. ampliat. 23.*

Cui adde Ruin. *cons. 153. nu. 10. libr. 1.* Boer. *decis. 234. num. 3.* Ioann. Cæph. *cons. 508. nu. 14. lib. 1.* Natt. *cons. 36. n. 3.* & hæc est (licet ipsi non dicant) com-

• munis opinio, de qua per Ias. *in auth. qui rem, num. 15. in fin. C. de sacros. eccl.* dicens ab ea non esse modo aliquo recedendum, Dec. *cons. 138. & 144.* licet contrarium sentiat Burlatt. *cons. 2. nu. 15. lib. 1. & cons. 255. num. 3. lib. 3.*

2 Fundatur autem in hac simplici ratione, quia conductor ad longum tempus, habet ius in re, & naturalem possessionem nulla tamē lege hoc expressum reperitur, vt dicebat Imol. *in d. c. propter sterilitatem*.

Et vltra scribentes in locis ordinarijs, & maxime *ad d. l. 2.* præsens decisio extenditur multis modis.

3 Ampliatur primo, vt procedat si conductor ad longum tempus respondeat in pecunia numerata, & sic sit proprie conductor, siue in mercibus, grano, vino oleo, & similibus, Bal. *in l. ædem l. locat. numero tertio vers. & opponitur.* commendat Felyn. *cons. 25. num. 8.*

4 Et sic corollarie habetur vnum in materia pœnali, &

& priuationis *ad l. cum quidam, de liber. & posthum.* quod licet agatur de priuando aliquem iure suo, hoc intelligitur tam in casu vero, & proprio, quam improprio ex rationis identitate.

5 Ampliatur secundo, vltra alios, vt supra, vt procedat, & habeat locum etiam in colono portiario, qui si cessauerit per biennium, vel triennium, cadat a iure suo, & inducitur priuatio iuris, vt per Bald. *in d. l. eadem, in princ.* Felyn. *d. consi.* 25. *nu.* 9.

6 Ampliatur tertio, vltra alios in seruo conductore Hostien. *in summa de locat. §. fin. vers. quid si alij concessit*, Bald. *in d. l.* 2. *nu.* 7. & ibi Salic. *q.* 130. Spec. *in tit. de locat. §. nunc aliqua, n.* 149. & 166.

7 Cauti igitur erunt Coloni suis debitis temporibus respondere dominis de eorum rata fructuú, & non patiátur labi biennium, vel triennium, & sint magis cauti cum dominis de triennio, quá biennio, quia sępius sub colore boni velaminis pręcipitant pauperes familias rusticorum, & colonorum, qui cogútur innitis dentibus deserere sudores & dispersos labores.

8 Ampliatur quarto loco allegata conclusio, vt procedat etiamsi in instrumento locationis esset appositum pactum francandi in forma pregnanti, quia per hoc non intelligitur sublatus incursus caducitatis, ob pensionem non solutam, & sic pactum de francando non habet hanc virtutem, vt late deducit Fel. *d. consi.* 25. *per totum.* late Tiraq. *ad l. si vnquam, in verbo reuertatur, nu.* 25 1. *C. de reuor. don.* Iac. Men. *de arbit. iud. centur.* 3. *casu* 275. *nu.* 22. Dec. *in l. in bonæ fidei, nu.* 11. *C. de pact.* Gozz. *consi.* 86. *n.* 26. Alcia. *reg.* 3. *præsumpt. vlt. nu.* 2. Barbat. *consi.* 51. *lib.* 1.

9 Ampliatur quinto, vt declaratio caducitatis, & incursus transeat ad hæredes actiue, & passiue cum temperamento tamen actiue loquendo, quando dominus sciuit, voluit & habuit tempus declarandi, sed non declarauit, & ita tenuit Rot. in vna Bononien. vt per Cassador. *decis.* 3. *in pr. de locat. & conduct.* Bal. *in l. ad diem, ff. de verb. oblig.* Din. *in reg. cum quis, nume.* 4. *lib.* 6. Spec. *in tit. de præscript. §.* 1. Bar. *in l.* 1. *§. si ad. uersus, nu.* 1. *ff. quando appellandum sit, in l.* 2. *un.* 17. *C. de iure emphy.* Spec. *iterum in tit. de loc. §. nunc aliqua*, Beninten. *decis.* 37. *nu.* 17. Alex. *in l. cum filius, §. in hac nu.* 4. *ff. de verb. oblig.* Alex. *consi.* 71. *num.* 4. *vol.* 1. Bald. *in capit.* 1. *§ item, quibus modis feud. amittatur*, Salicet. *in l. omnimodo. Cod. de adulter.* Doctores *in l. rei iudicatæ, ff. solution. matrim.* Alexan. *consilio* 189. *volum.* 6. Aret. *consi.* 114. Ruin. *consi.* 159. *volum.* 1. Curt. *in tract. feud. in q. pen. quartæ quæst. principa.* Gomes. *consil.* 174. *col.* 3. Seball. Med. *in tract. mors. omnia soluit*, concl. 36. & 38.

Cui adde Rip. *in l. fin. q.* 61. & 64. *C. de reuoc. donat.* Ruin. *consi.* 19. *vol.* 5. Parti. *de feud. reintegr. fol.* 120. Nicol. Moron. *de fide, & pace, quæst.* 19. Pabi. *dec.* 18. Cacheran. *dec.* 29. *n.* 1. Amplæ Pontan. *conclus. Blesen. artic.* 10. Celsus Vgo. *consi.* 29. *nu.* 21. & hæc est communis opinio, Burlat. *consi.* 23. *nu.* 11. Qui indistincte, absolute loquitur, sed secundum prædicta intelligi. tur, & intelligi debet, & hæc est vera, & communis intelligentia, Iul. Clar. *in §. feudum, q.* 64. vbi ampliat etiamsi quis esset ipso iure priuatus, passiue tamen loquendo dat bonum temperamentum in casu notorio, & inexcusabili, vt ibi per eum.

Cui adde, quod hæc est magis communis opinio, Boer. *decis.* 228. Marsil. *in l.* 1. *nu.* 67. *C. de raptu virgi. num.* Tiraq. *ad l. si vnquam in verbo, susceperit, nu.* 76. Ruin. *consi.* 70. *nu.* 13. *vol.* 5. late Ant. Gabr. *de iure emphy. concl.* 3. *in fin.* & latius de malef. *conclus.* 35. *num.* 4. & 5. Curt. iun. *consi.* 142. Rodoan. *de rebus eccles. in fine*, vbi hoc valde commendat. Pedemont. *dec.* 132. *nu.* 6. Gramm. *consil. ciuil.* 69. *nu.* 25. Minsing. *centur.* 3. *obser.* 97.

10 Quid stante iuramento? Doctores fuerunt varij, vt per Cassad. *decis.* 2. *de iureiurando, nu.* 8. dicam alias suo loco.

11 Vnde practicando, quando euenit, casus, si velit hæres domini directi ingredi possessionem locatam allegando nihil vlterius requiri, & quod ipso iure est priuatus, poterit apponi, quod per allegantem non probatur scietia, nec facultas in tempore declarandi, quę scientia facile deducitur secundum cursum temporis a fine biennij maxime temporibus nostris, in quibus rectores sub colore boni summum cum vigilantia immo summum ius implorando anhelant, & exclamát ad caducitates, & maxime quádo plus offertur, vel bona sunt cómoda eis, vel valde meliorata, nec mirú si moriuntur nepotes vel incidunt, &c.

Ampliatur sexto, etiamsi conductor ad longum tempus post incursam caducitatem possederit, Rui. *consi.* 163. *n.* 3. *vol.* 1. refere, & sequitur, Bursatt. *consi.* 23. *num.* 11. *vol.* 1.

12 Vnde non est bona exceptio. Ego conductor ad longum tempus post incursum caducitatis steti in re conducta, ergo est remissa caducitas.

13 Ampliatur septimo, vt possit propria auctoritate expellere si vult, & ita tenuit Rota, vt per Peregrin. *decis.* 40. *ponam in tit. de recus.*

14 Et caueas, quia talis conductor tenetur ad fructus postea perceptos vti possessor malefidei, Ang. *in §. si vero. Authent. de non alienando, per l. si fundum, C. de rei vendit.* Spec. *in tit. de locat. §. nunc aliqua, nu.* 10. Cin. & Bald. *in authent. incestus, Cod. de incest. nupt.* Castrens. *in l. a de his, quibus vt indi.* Ias. *in l.* 2. *num.* 17. *C. de iure emphyt.*

Cui adde Soc. *in l. diuortio, col.* 3. *ff. solut. matrim.* & *consi.* 167. *col.* 4. *vol.* 1.

15 Ex quibus corollarie habetur ampliatio *ad l. si pater, C. de vsufr.* vt procedat, & habeat locú in emphyteuta, & conductore ad longum tempus.

Caueát igitur vsufructuarij ad tempus emphyteutæ, & conductores ad longum tempus ab huiusmodi perceptione fructuum, quia restituere tenentur, & sunt malæ fidei possessores.

Et vltra Ias. plene tractantem *in d. l.* 2. *C. de iur. emphyt.* adde, quod iste conductor ad longum tempus finita locatione perseuerádo est simplex conductor ad modicum tempus, nec habet locum tacita renouatio, nec est locus dispositioni, *l. item quæritur, §. qui impleto, ff. locat.* Bori. *consi.* 33. *nu.* 11. & 12. *volu.* 1. Ruin. *consi.* 61. *numer.* 8. & 9. & 167. *volum.* 1. Riminald. iun. *consi.* 254. *num.* 19. & *sequent. volum.* 9. Gozzad. *consil.* 94. *num.* 51. Mar. Anguiss. *consi.* 71. *nu.* 10. Borgn. *decis.* 44. *nu.* 79.

16 Ex qua conclusione (si vera est) illud colligitur contra Ias. vt supra, quod si remanet simplex talem conductor ad modicum tempus, non poterit omnino dici malæ fidei possessor, & debet habere portionem, vel ratam, prout simplex conductor ad modicum tempus.

H 4 Am.

Ampliatur nono in conductore de nouênio in nouennium, ita vt etiam excludatur, a petendo renouationem. Hippol. Riminald. *conf.* 533. *lib.* 1.

Ampliatur decimo etiam si in minimo defecerit in solutione, puta in vno nummo, quia cadit, a iure suo, *Ias. in l.* 2. *q.* 16. *n.* 54. *C. de iur. emphyteutic. in auth. qui rem, num.* 16. *vers. reuertor, C. de iur. emphyten.* Sicul. *consil.* 36. *in fine, volum.* 2, Gozzad. *consil.* 69. *num.* 8. & ita tenuit Rota in vna Bononiensi locationis, coram D. Augustino, vt per Caputaquens. *decis.* 30. *alias* 3. *part.* 1.

Declaratur hæc ampliatio vt vera sit stante iuramento, alias non, Castr. *in l. in executione, §. pro parte, ff. de verb. oblig.* Salic. *in authent. perpetua, C. de sacros. eccles.* Ruin. *consil.* 167. *colum.* 3. *post num.* 10. *volum.* 1. Brun. *de statut. exclus. famin. artic.* 9. *quæst. vltima, volum. fin.*

Subdeclara hoc verū de rigore iuris, secus de equitate, quę in terris Ecclesię, & foro Episcopali, & cum viris Religiosis seruari debet, Bursat. *consil.* 233. *nu.* 3. *lib.* 3. post Bal. *in l. ede, nu.* 10. *cum apostill. C. locat.* Iul. *in §. emphyteusis, q.* 8. *vers. aut vero dicimus*, dicens sapere magnam æquitatem, & ita iudicatum. Et illud minimum præsumitur omissum per errorem, Decis. Bonon. 6. *per totam*.

Addo Seraphin. *de iurament. priuileg.* 84. *numero vndecimo*.

Subdeclara secundo, quod illud minimum in quo fuit cessatum, non sit notabile, puta in dimidia, tertia, vel quarta parte, Specul. *de locat. §. nunc aliquam, quæst.* 30.

Ampliatur octauo, vt pendente lite super caducitate non soluendo incurrat caducitatem. Capic. *dec.* 16. *nu.* 6. & ita tenuit Rota, in vna Bononiensi locationis, coram D. Ant. Augustino, vt per Caputequens. *part.* 1. & 299.

17 Declaratur primo loco allegata conclusio, vt nō procedat stante iuramento de soluendo quolibet anno, vel semestri pensionem, vel responsionem, quia ratione periurij nō expectatur lapsus biennij, vel triennij dictum originale Bal. *per illum text. in c. querelam, in fin. de iureiur.* quem ibi sequitur Fel. dicens esse dictum aureum, & mente tenendū Alex. *consil.* 4. *lib.* 4. *per l. si quis maior, C. de transact.* vbi Ias. *num.* 12. dicit hoc bene notandū, inferens, quod in Dominio Venetorum extat statutum, vel consuetudo, quod emphyteuta, vel conductor ad longum tempus quandocunque cesset soluere, priuare non possit, tamen hoc fallit si iurauerit soluere in certo termino conuento vt per eū subdentem, quod si alibi aliter tenuit, quod malefecit. idem *Ias. in l.* 2. *q.* 9. *num.* 47. *C. de iure emphyteutico.* Alex. *conf.* 127. *lib.* 4. *& conf.* 85. *duplicatum* 325. *vol.* 1. Corsett. *in rubr. de iureiurand. priuileg.* 9. *& in singular. suis, in verbo, emphyteuta*, idest dicens bene probari *ex c. querelam*, deducendo vt per eum, & *in reperto.* Abb. *in verb. emphyteuta*, Barbat. *in c. potuit, de locat.* Doctores *in auth. qui rem*, vbi *Ias. limitat.* 3. *nu.* 11. *in fin.* Dec. *nu.* 10. *C. de sacros. eccles.* Ferra. *cau.* 20. dicens hoc esse dictum elegans, & signandum, & comprobat multis rationibus, & argumentis in preiudicium certe miserabilium emphyteutarum, & conductorum, Marf. *sing.* 226. *Ias. in l. quod te, si cert. pet at.* Cagnol. *in d. l. si quis maior, nu.* 51. Caballin. *de euict. §.* 3. *nu.* 51. Rip. *in cap.* 2. *numer.* 19. *de rescript.* Bertr. *conf.* 294. *in fine.* Ant. Gabr. *de transact. concl.* 1. *num.* 41.

Cui adde Rip. *de iur. emphy. respons.* 9. Borgn. *decis.* 9. *nu.* 14. & vltra eum hæc est vera, & magis communis opinio Goza. *conf.* 58. *col. pen. vers. non obstat.* Ba. uer. *de virtute iuramenti, casu* 10. Rol. *conf.* 25. *num.* 23. *vol.* 2. *& conf.* 6. *num.* 41. *& conf.* 42. *& conf.* 8. *nu.* 41. *conf.* 77. *nu.* 18. *vol.* 1. Rodoan. *de reb. eccl.* [illegible] *sed quod emphyt. sub n.* 5. *f.* 497. Gozzad. *consil.* 69. *num.* 6. Gulg. de Bened. *in c. Raynut. in verbo, testamentum, num.* 27. *de testam.* & ita fuit in facto plures obseruatum teste Cutt. *in d. l. si quis maior*, Adde Alex. *consilio* 85. & 126. *lib.* 1. Cott. hoc pro singulari valde commendantem, *in verbo, emphyteuta*, dicente ab hac opinione in iudicando, & consulendo non esse recedendum, Corf. ad Abb. *in verbo, emphyteuta*, addentes ad Matthes. *notab.* 50. *& nota.* 54. Cott. *in verbo, iuramenti religio.* Plot. *de in litem iurando, §.* 24. *num.* 1. *&* 2. Guid. Pap. *conf.* 32. *col.* 4. *conf.* 131. *col.* 4. *col.* 131. *col.* 9. Corn. *conf.* 25. *lib.* 2. Dec. *conf.* 452. Riminal. *conf.* 218. *nu.* 8. *vol.* 2. Port. *conf.* 17. *nu.* 61. Burs. *conf.* 233. *in princ. lib.* 3. Caccialup. *de transac. quæst.* 15. Cagnol. *ad l. si quis maior, nu.* 59. Tiber Decian. *tract at. crimin. Tomo.* 2. *c.* 13. *nu.* 29.

Et ita tenuit Rota, in vna Bononiensi locationis, vt per Caputaquens. *decis.* 192. *&* 299. *p.* 1. late Seraph. qui hos non allegat de iuramento, *priuileg.* 84. vbi multis modis ampliat & limitat.

18. Vltra quem amplia vno modo etiā si adesset statutum, quod conductor ad longum tempus, vel emphyteuta etiam si staret per annos triginta in soluēdo, non cadat a iure suo, Bero *consil.* 126. *n.* 8. *vol.* 1. Ferrat. *caut.* 20. Bolog. *conf.* 31. Cagn. *ad d. l. si quis maior, nu.* 25. declarando, vt per eum.

Limita etiam vltra Seraphin. alio notabili modo, nisi in instrumento sit pactum, vt nō cadat a iure suo, quia hoc casu iuramentum regulatur a pacto, Dec. *in l.* 1. *nu.* 28. *C. de pac.* & ita tenuit Rota in vna Romana deuolutionis, coram Domino Cantucio 2. Febr. 1575. cum Domino Hie. Gabr. Riminal. *conf.* 53. *n.* 10. *vol.* 1. quod maxime verum est, si contractus sit alibi celebratus, & solutio destinata ad speciem locum, vbi talis consuetudo non sic viget Riminald. *in citato iam loco*.

19 Et si dicas cum Iul. Claro *in §. emphyteusis, quæst.* 8. quod hæc opinio videtur dura, quia iuramentum non alterat, sed sequitur naturam actus, super quo interponitur *l. fin. C. de non num. pecun.* responde ex Marsil. *sing.* 226. quia etiam, alterat, vt per eum.

20 Secundo modo respendetur, quia illud procedit quoad hoc vt iurans in plus non obligetur, non autem in alijs, ita respondet Rube. *conf.* 146. *num.* 5. Roland. *conf.* 8. *nu.* 41. *vol.* 1.

21 Ex quibus corollarie, habetur *ad l. final. C. de non num. pec.* vltra adducta per Alphan. *report.* 103.

Parergon.

22 Sed (pro bene Deus) & si fiunt certiorationes licet verę, velatę & apparentes in Velleianis, Macedonianis, statutis & similibus, cur non in similibus. Conducunt pauperes homines ad lōgū tempus prædia aspera, & inculta, loca pestifera & inaccessibilia, iurāt facere hoc, & hoc tacet per tēpora Domini directi,

recti, postquam vident reducta, & meliorata, anhelãt ad periuriũ, & hoc sub velamine, funditus extirpant familias pauperum, qui in sudore vultus totius familię reduxerunt prædiũ ad culturã, & quod per multos labores, & annos acquisiuerunt reuocabiliter acquisiuerunt, & per actum simplicis tactus, & lapsum vnius diei amittut, quod per multos, annos acquisiuerũt, vbi nõ est iuramẽtum iniquitatis vinculum?

Rectores scribũt literis aureis hanc declaratione, & pro omni posse executioni mãdant sub aliquo velato, & apparẽti colore, caueãt (quæso) boni iudices, & cõpatiãtur laboribus, nec iuramento est data vis in præiudicium tot laborum, & obsecuent Corn. *cõs. 96. lib. 1. & 246. lib. 2.* dicentem quod dispositio *l. si quis maior*, est dura, & exorbitans, nec extendẽda ad alium casum etiam iuratum. Commendat Parisiens. ad Alex. *cons. 85. vol. 1. in addit.* incipiẽte, omnes, Addit ad Matthes. *notab. 50. in fin.* Cur. *in d. l. si quis maior. num. 7. & 12.* & est communis opinio, Cagn. ibi, *num. 21. & 27.* Anton. Gab. *de transac. concl. 1. nu. 74.*

23 Declaratur secundo in conductore ad longũ tempus comunitatis alicuius loci, vel ecclesię, qui si fuerit solemniter citatus, & non soluat, potest tanquam contumax expelli non expectato lapsu biennij, seu mauis triennij, Ang. *in l. locorum, C. de omni agro deser. lib.* 10. dicens hoc esse singulariter notandum ad intellectum, cap. potuit, locati. commendat Corset. *in reper. ad Abb. in verbo, emphyteuta, & in sing. suis eo. verb. 2.*

24 Caue tamen, quia hoc dictum, si verum est, procedit multis concurrẽtibus. Primo absentia coloni, vel emphyteutæ, qui iam deseruerit locum conductum, prout clare constat *in d. l. locorum.* Secundo, quod sit lapsum totum residuum temporis, ita vt non remaneant nisi sex menses. Tertio interpellatio iudicialis non extraiudicialis. Ita *Ias. in l. 2. q. 8. nu. 46. C. de iur. emphyt.* Barbat. *in cap. quoniam frequenter, §. porro, numer. 18. vt lit. non contest. sentit. Rodoan. de rebus ecclesi. vers. sed quod emphyteuta, fol. 197. num. 6.* clarius colligitur ex verbis Corset. *in d. sing.*

Vnde non est bona practica, est citatus cõductor, vel emphyteuta non comparet, ergo potest expelli.

25 Sed hic quæro de vtili quæstione. Decessit cõductor ad longum tempus relictis pluribus hęredibus. Vnus tantum contrauenit, vel cessando per bienniũ, vel alio modo, nunquid præiudicabit alij, ita vt res tota dicatur deuoluta?

26 Primo aspectu videbatur dicendum quod non: nõ enim debet alteri per alterum iniqua conditio inferri, *l. non debet, ff. de regul. iur.* nec quis debet alieno odio grauari, *l. si quis in suo, §. legis, C. de inoff. testam.* & non est sine culpa quis puniendus, *reg. sine culpa, lib. 6. c. 2. de constit.* late Sicul. *cons. 18. col. 7. lib. 2.* & hanc * opinionem dixit communem. Alb. *ad l. commun. diuidun. ff. commun. diuidund.* Augl. de Cun. *in l. si necessitas, §. 1. ff. de pign.* Barbat. dicens hoc valde notabile *in c. ex parte, col. 7. de feud.* Corset. *in sing. suis, in verb. emphyteusis 4.* qui volunt, quod particularis solutio plurium annorum facta per vnum ex hæredibus extendatur ad vnam solutionem vnius anni, & sic euitetur commissum.

27 Contraria opinio est verior, & magis communis, vt per *glos. in verbo confundetur, in d. l. commu. diuid.* quam sequitur Bart. *in leg. fraudati, ff. de publicanis.* Hostiens. *in summa, de locato, §. fin.* Specul. *in eodem tit. §. nunc videndum, num. 70.* Ias. *in d. l. 2. num. 55.* Affl. *dec. 153. n. 3.* Ripa *in l. 4. §.* Cato, *nu. 44.* vbi Alciat. *nu. 97.* Pontan. *n. 30.* Soc. iun. *n. 160. & vsque ad 173.* Iul. Clar. *in §. emphyteusis, q. 8. vers. quæro,* dicens, quod licet hæc opinio sit communis, tamen est rigorosa. Roncagallus *de duobus reis, l. 9. in princ. num. 139.*

Quibus copiose scribentibus adde in terminis cõductoris loquentem Grat. *cons. 67. nu. 23.* Ratio fundamentalis videtur, quia ex persona hæredum non mutatur conditio obligationis, quæ a sui primordio indiuidua est, & sicut conductor primus ex solutione partis non esset liberatus, pariter nec hæredes, *l. 2. §. ex his, ff. de verbor. oblig. l. 2. §. fin. ff. de præto. stipul. cum similibus.*

28 Ampliatur vltra alios supra firmata conclusio, vt si in numero hæredum sint aliqui minores, qui pro eorum parte soluerunt, tamen culpa cohæredum nõ soluentium res incidit in commissum, quod ex hoc non competet minoribus soluentibus restitutio in integrum, quia non ceciderunt earum facto, vel omissione, sed facto, & culpa cohæredum non soluẽtium, contra quos bene competit minoribus actio, *l. his consequenter, §. fi. l. hæredes, §. si vnus, §. idem iuris, ff. famil. hercisc und.* Doctores *in d. §. Cato, & clarius* hoc exprimit Grat. *d. cons. 67. in fin.* Rodoan. *de reb. eccle. ver. canon. autem, num. 6. fol. 437.*

29 Ex quibus postea infertur limitatio ad *leg. non debet, de regul. iuris,* quia non videtur inferri conditio iniqua, si habet quis actionem ad recuperandum id, quod culpa alterius amisit.

30 Secundo corollarie infertur vnũ aliud in hac materia locati, & conducti, quod diuisio pensionis soluendæ diuiditur pro rata proportionabiliter inter hæredes conductoris, ex quo dare tãtũ est in obligatione *l. si in executione, §. 1. ff. de verb. oblig. l. pacto, C. de pact.* pęnã tamen ex non solutione oẽs incurrunt, & sicut in pœna conuentionali, pariter & in legali, *glos. not. in l. commun. diuid. ff. communi diuidundo.*

31 Ex quibus corollarie habetur ampliatio ad *l. stipulationum alia, §. fin. & l. eandem, §. 1. & l. in executione, §. si ita, & l. hæredes, §. an ea, ff. fam. ercisc.* vt extẽdatur siue pęna sit conuentionalis, siue legalis.

32 Præualet igitur quandoque negligentia, & omissio vnius diligentiæ, & sufficientiæ alterius. Et licet in dubijs benignior interpretatio sit facienda, *l. semper, ff. de regul. iur.* tamen in casu caducitatis contrarium seruatur.

33 Vnum tamen me dubitare facit, quia dominus recipiendo pertem tantum videtur sibi præiudicasse ex quo ad id non erat obligatus, & sic ratione taciti cuiusdam consensus, & ad hoc facere videtur; quod si erant plures emphyteutæ in solidum obligati, si diuidant fundum inter se, vel alienent cum consensu domini, infertur ex hoc Domino præiudicium, Affl. dans hoc pro cautela *dec. 253. in fine.*

Vnde Acc. (vt omnium saluetur opinio) inquit, dat cautelam, vt dominus recipiat saluo iure suo, vt per eum, *d. l. commun. diuid. in finalib. verbis.*

34 Ampliatur secundo loco vltra alios allegata conclusio vno alio notabili modo, quod si dominus locator refirmet locationem post incursam caducitatem non per hoc videtur remisisse ius caducitatis, vt sentit Grat. *cons. 67. num. 8. vol. 1.*

Ex

35 Ex eius consilio colliguntur etiam duo vtilia in hac materia locati,& conducti. Primũ est, quod prorogato locationis præsupponit locationem valere, & subsistere per l.g. sed & manente, ff. de precar.

36 Secundus est, quod si in instrumento locationis, & conductionis apponatur clausula, Non aliter, nec alio modo, id operatur precisam naturam, ita vt nulla interpretatio fieri possit, ne amittatur, quæ a verbis nõ sit expressa, Bal. in l. si quidẽ, C. de excep. in r. t. §. denique, quę fuit prima causa beneficij amittendi.

37 Ampliatur tertio, vt perdat etiam melioramenta conductor ad longum tempus. ponam(Deo dante) in tit. de expensis.

Ampliatur quarto, vt nedum procedat in pluribus hæredibus, sed in pluribus emphyteutis principalib. & sit dictum, eum pro parte sua soluere. Pile. q. 47. Alc. in l. si creditores, C. de pact.

38 Declaratur primo allegata cõclusio, quia paupertas excusat etiam stante iuramẽto, Speculat. in tit. de locat. §. nunc aliqua, vers. 29. Ioan. de Arnold. sing. 62. Dicẽs sæpius in facto occurrere, & facere ad limitationem l. si quis maior, C. de transact. quam non posuit Ant. Cabr. de transact. concl. 1. vbi materiam l. si quis maior, examinat. Foller. in pract. criminal. par. 2. secunda par. in verbo, suffocauit vxorem, num. 45. pulchre Bald. in cap. querelam, in fin. de iur. iuran. attestans se alibi nescire, Rudoan. de rebus eccles. fol. 437. nu. 6. in fin. & licet Ial. in emphyteuta, loquens dubitauerit, in d. l. 2. n. 53. & 57. tamen verior opinio videtur, vt difficultas excuset etiam stante iuramento, nec sit locus dispositioni, l. si qui maior, & per Alex. & Imol. ibi. vbi Cagnol. num. 278. Alc. num. 3. Dec. cons. 453. n. 4. & hæc est communis opinio, Alph. reportat. 454.

Quem casum non posuit Anton. Gabr. in allegata conclusione. adde Ferret. in tract. de pace, & obedientia seruanda, num. 5. Sebast. Medic. de casibus, & periculis par. 2. q. 4. num. 19. ex regul. impossibilium, de reg. iur. Bal. in l. acceptam, C. de vsur. Ioan. de Anan. sing. 62. & commentar. 64.

39 Quod fortius procedit etiam si quantitas debeatur, prout in conductore, vel emphyteuta euenire potest, & hęc est verior, & magis communis opinio, vt per Doctores in l. quod te, vbi Sadolet. n. 93. Eman. in suo thesaur. litera D. num. 70. vbi limitat, nisi tempore contractus stetisset difficultas, licet Ial. attestetur contrariam esse communem, ibi nu. 32. & in l. vnum num. 19. ff. eod.

40 Ampliatur hęc prima limitatio, vt nedum impedimentum paupertatis, sed omne aliud legitimum impedimẽtum excuset ab incursu caducitatis, ita tradit Rip. in d. l. quod te, num. 41. allegan. cons. Fulg. 7.

41 Ex quo consilio Fulgosij in hac vtili materia locationis ad longum tempus colliguntur tria vtilia in practica. Primum est, quod si appareat facta solutio per conductorem, & dominus dicat, ego recepi ad alium computum, & conductor dicat, solui pro pensione, in dubio sit interpretatio, vt pro pensione, vel canone ad caducitatem euitandam.

42 Secundum est, quod iuxta absentiam conductoris cum dimissione procuratoris excusat conductorem ab incursu caducitatis.

43 Tertium, quod iudices semper debent esse proni contra caducitatem, maxime quando intentatur per ecclesiam, vel personas ecclesiasticas, quod tẽporib. nostris parum obseruatur, immo totum contrarium: & in qualibet promissione etiam iurata semper intelligitur, si promissor poterit, l. si. ff. qui satisdare cog. vbi Alex. & Ias. dicunt, quod pœna l. si quis maior, nõ habet locum, cum quis aliquo legitimo impedimento fuit impeditus, gl. notab. iuran. Beatus Paulus, 22. quæst. 3. in cap. venientes, de iureiur. Archid. in cano. authoritatem, 15. q. 6. Bart. in l. fin. in princ. ff. ad municipales, Bald. in cap. iurauit, num. 11. de probat. Dec. Dec. in cap. cum parati, num. 26. de appell. & dicit Bal. in l. pactum, q. fi. C. de collat. quod non tenetur quis seruare iuramentum ob periculum patris, vel opprobrium, commendat Dec. cons. 345. col. 1.

44 Et notandum videtur in proposito, quod conductor ad longum tempus excusatur ex omissione pręteriti temporis, vt non priuetur re conducta. Cõpetit et sibi remedium restitutionis in integrum saltem ex clausula generali, stãte iusto, & legitimo impedimẽto, gl. in l. 4. C. de vsufruct. Bal. in l. 2. C. de vsur. & fruct. Bart. in l. ad diem, in l. cum filiusfamilias, §. in hac, ff. de verbor. oblig. Ang. & Imo. in l. sed si conditioni, §. seruus alterius, ff. de haredib. instituen. Benincal. de paupertate, quæst. 8. num. 30. special. 9. de contract. vbi et multum hortatur ecclesias, & personas ecclesiasticas, ne inuehantur contra conductores, emphyteutas ad rigorosam caducitatem, quia ecclesia non claudit gremium redeuntibus maxime pauperibus: si enim ecclesia de bonis proprijs subuenire tenetur pauperibus, multo magis remittere caducitatem, vt per eum. Et hoc idem tenuit Innoc. in c. ex ratione, de appell. Augliel. in l. eos, C. eod. Bald. in l. 2. §. si quis indicio, in fi. ff. si quis cautionib. dicens, quod paupertas æquiparatur morbo, in l. fin. num. 5. C. de cond. inser. in l. acceptam, C. de vsur. Bar. in l. inuitus, num. 6. & 7. C. de procu. Roman. in l. si verò, §. de viro, in fallen. propter paupertatem, ff. sol. matr. Abb. in d. c. ex ratione, num. 11. vbi Felin. nu. 1. Dec. num. 19. Aldobrand. in §. item propter, nu. 13. & 15. Insti. de excus. tutorum, in §. licet autem, Insti. quibus ex causis manumittere non licet, Matthel. hoc valde commendans singul. vlt. & ibi additio magna, Cremen. pariter commendans, singul. 122. Mant. dicens admodum notandum singul. 31. nu. 4. Maurit. de restit. in integ. c. 362. Bal. cons. 5. num. 1. lib. 1. cons. 381. num. 3. lib. 3. Dec. cons. 436. nu. 2. & 22. Card. cons. 187. num. 5. Siluan. late cons. 69. num. 17. latissime Garz. cons. 57. per totum. & ita sæpius ex c. restitutionis, tenuit Rota, vt per Cassad. de appel. dec. 6. Bellamera. decis. 44. in fine, dec. Fastoli, in antiquior. caus. 17. dub. 37. in fine, & hæc est communis opinio, Sfortia de restit. in integr. q. 11. art. 9. num. 44. in fine.

45 Declaratur pręsens limitatio, vt non procedat in paupertate culposa, quæ nullo modo, nec in aliquo casu excus. Dec. in c. quæ in eccl. n. 137. & 138. de const. Aldobr. in d. §. item propter, n. 7. Ant. Cannar. de excus. par. 2. num. 8. Benincal. de paupertate, q. 4. de iudic. num. 48. & hæc est communis opinio, D. Sfort. de restit. in integr. q. 11. art. 11. num. 57. qui tamen dicit non posse dari casum paupertatis culposæ, vt quis ex proposito, & consulto velit esse pauper, nam videtur facilis responsio, vt quis ludendo, epulando quotidie splendide, luxuriando, & similibus de causis efficiatur pauper, & passim experiẽtia docet, & hæc est paupertas culposa. Et ob id Summi Pontifices in quinquennalium, & cessionum beneficijs semper excludunt,

Digitized by Google

cludunt, & considerant paupertatem culposam, Cótard. *ad l. diffamari, limit. 1. nu. 134. & lim. 4. n. 130.*

46 Considerandum est etiam, & hoc colligitur ex superius allegatis Doctorib. quod non excusat simplex paupertas, quæ quandoque pensionẽ soluere potest, sed magnam paupertatem. Vnde iudicis arbitrium versabitur, quæ sit ista paupertas, attenta familia ipsius, qualitate temporum, viuendi modo, et similibus, vt in simili deducit Iacob. Menoch. *de arbitr. iud. casu 65.* Et quod datur paupertas culposa ex vitio, & prodigalitate, quæ etiam testem repellit, ponit Soc. *reg. 289. in fin.* Alex. *cons. 237. nu. 2. lib. 6.* Menoch. *de arbit. iudic. lib. 2. centur. 1. casu 69. num. 10.*

47 Sed pulchra (ni fallor) oritur indagatio ad materia, *l. 1. §. lucratiuas, C. de impositis lucrat. descrip. lib. 11.* Contendũt inter se conductor ad longum tempus ex causa caducitatis, & dominus directus, quis eorũ tractet de lucro captando, & quis de damno vitando. Et primo videbatur dicendum dominum directũ agẽtem ad caducitatem non agere ad lucrum, quia non enumeratur inter causas lucratiuas in allegato §. *lucratiuas*, vbi Imperator per taxatiuam tantum vult ibi descriptas appellari causas lucratiuas non alias.

48 Pro cõtraria verò parte facit, quod acquisitum ex causa pœnæ dicitur, & enumeratur inter causas lucratiuas, Bart. *in l. Mæuio, §. si duobus, nu. 24. ff. de leg. 2.* Bald. *in l. nec damnosum, in 2. opposit. C. de precibus Imperato. offerend. in l. militis, in fin. C. de militia. testamen. gl. ad hoc notabilis, in l. apud Celsum, §. autoris, in verbo noxæ, ff. de dol. except.* Alexand. *in l. cum mulier, colu. 2. ff. solut. matrimon.* Dec. *in l. in eo quod, vel is, qui, numer. 4. ff. de reg. iur. per l. seruus ea, l. in fin. ff. de seru. export. tand.*

49 Et hanc opinione tenuit Cornel. Beninc. *in tract. pauper. q. 8. special. 9. de contract. nu. 17.*

50 Cuius opinio videtur posse confirmari *ex §. si vero altera, Authen. de nupt.* vbi illud, quod perdit ille, qui dedit causam diuortio, dicitur lucrum alterius, sic id, quod perdit emphyteuta, vel conductor ad longum tempus ex culpa caducitatis, dicitur lucrum acquisitum domino directo.

51 Secundo videtur conformabilis hæc opi. *ex l. iubemus, la seconda, §. sane, C. de sacros. eccles.* vbi acquisitum ex causa priuationis dicitur lucrum illius, qui iam acquisiuit.

52 Contraria opinio mihi videtur verior ex hac ratione, quia si res donata reuertatur ad donantem ex reuocatione ex capite ingratitudinis, nõ dicitur acquisitum ex titulo lucratiuo, vt not. Bar. *per illum tex. in d. § lucratiuas, n. 7.* subdens generalius, quod repetens rem ex aliqua culpa iam accipientis sine nouo contractu non dicitur acquirere ex tit. lucratiuo.

53 Bene verum est, quod conductor ad longum tempus tractat de damno vitando, vt clare constat. Et sic corollarie habetur medium inter hęc duo, quod vous certa de damno vitando, alter non tractat de lucro

54 captando. Bene verum est, quod tex. *in d. §. lucratiuas* loquitur in casu suo, sed non sequitur, quin deotur alij casus lucratiui extra illos, vt sentit Bart. *in d. §. duobus, num. 24.* Vnde non valet argumentum e sufficienti partium enumeratione, prout *in l. patre furioso, & in §. actionum*, faciunt Doctor. quia hoc procedit, quando text. principaliter intendit enumerare pro

55 regula aliquos casus, prout *in §. actionum*, secus si ad vnum finem tantum prout *in §. lucratiuas.*

56 Ex quibus corollarie inferuntur duo. Primũ quod licet donatio ex ingratitudine reuocetur, *l. fin. C. de reuoc. donat.* id autem non dicitur tit. lucratiuus.

Secundum est, quod res conducta, vel emphyteutica ad dominũ reuersa non dicitur titulus lucratiuus.

57 Quod facit materiam concursus causarum.

58 Declaratur secũdo loco principaliter allegata cõclusio, vt biennium, vel triennium intelligatur secũdum naturam fructuum colligẽdorum ex bonis conductis, nam si oliuetum esset locatum ad longũ tempus, vel terra boschiua, Salicetũ, aut terra Musatica, & promisisset conductor singulo semestri, vel anno fictum, canonem, vel pensionem, & deficeret per biennium, vel triennium, vel annum, certe non cecidisset sic simpliciter: nã in oliueto requireretur lapsus quatuor annorum attento biennio, dum singulo biennio & non prius producat fructus suos. Terra boschiua post sex, nouem, vel decem annos, cum soleat tantum singulo triennio producere fructus suos, & ligna cędi soleant terra Magesatica post biennium, cum singulo anno cum dimidio soleat producere fructus suos, vt est Perusię, Tuderti, & varijs in locis, vbi terra singulo anno tota non seminatur, sed medietas pro quolibet anno, & sic vna pars per annum semper quiescit, idem de Castagnetis, quæ in spatio tot annorũ cedũtur, vineis, perguletis, fœno, rosis, & similibus. Reperiuntur etiam mala quædam, quæ faciunt fructus vno anno, & non alio, & requiescũt in anno. Et sic de singulis, tempus, annus, biennium, et triennium a fructibus declaratur. Ioan. Andr. in addis. ad Spec. *in tit. de locat. §. nunc aliqua, nu. 88.* Cin. *in l. 2. q. 11. in fin. C. de iur. emphyt.* Bal. *in l. æde, & in l. certi iuris q. 2. C. locat.* Bart. *in l. diuortio, §. quod in anno, num. 4.* vbi Castrens. *nu. 6.* Socin. *num. 8.* Alex. *in pract. valde commendans*, & dicens in facto habuisse in quæstione ardua, & difficili, *nu. 10.* & moneos ex hoc limitari materiam, *l. 2. C. locat. & c. potuit*, eod. Ias. *numero 6.* Dec. *in auth. qui rem, limi. 9. numer. 10. C. de sacrosan. eccl.* Rol. *cons. 87. num. 29. vol. 1.*

Cui adde Tiraq. hoc bene probantem, *de retract. conuent. gl. 4. numero 31.* Coit. *in memorab. suis, in verb. emphyteuta cessans.* Ias. *in d. l. 2. notat. 4. Cod. de iur. emphyt.* Anton. Gomel. *de contract. c. 3. num. 14.* Riminal. iun. *cons. 165. num. 16. & 57. vol. 2.* Borgo. *de vsufruct. mulieris, nu. 170. & decis. 43. numer. 59.* dicens hoc valde menti tenendum, vbi etiam subdit calculandum esse tempus, quando laicus locat bona sua ad longũ tempus, & conductor cessauit per menses decem, & octo, & postea laicus donaret, venderet, vel alienaret dicta bona in ecclesiam, & cõductor cessasset per annum, caderet a iure suo, cum illi menses decem octo laici habeantur pro anno. Salic. *in d. l. 2. q. penul.* Rodoa. *de reb. eccles. nu. 5. fol. 495.* Ias. *in d. l. 2. q. 12. numer. 51.* Dec. *in c. porro, num. 2. de priuileg.* Lambert. *de iure patr. lib. 2. par. 2. art. 8. q. 1. lib. num. 8.* Mars. a Borgn. nõ allegatus *sing. 409.* Corneł. Benin. *de pauper. de contr. q. 8. special. 9. num. 8.*

59 Et prædicta faciunt ad interpretationem statuti Tudertini disponentis, quod fructus vltimi anni sint domini, non coloni, quomodo intelligendus sit annus, præter ꝗ in terris, quarum seminatur, pars in quolibet anno.

Et nota, quod Borgn. *in allegata decis. 43.* iotell gi præ-

Digitized by Google

prædicta, quando iuramentum non est interpositum, sed caue, quia aut promisi quolibet anno simpliciter non restringendo me ad præcisum diem, & tunc annus a fructibus regulatur.

Cum igitur non dicatur nisi modo, quo supra, merito caducitas non obstabit. Si vero restrinsi promissionem meam ad certam determinatam diem, & tūc præcisè obligat, & seruari debet, quia se ad talem diem promissor adstrinxit ex superius adductis.

Et si quis in parte fuit conductor ad longum tempus ecclesiæ, & partim priuati, fit computatio pro rata circa tempus. *Ial. in l. fin. q. 13. C. de iur. emphytent.* Lamber. *de contract. mulier. in fin. n. 204.*

Declaratur quarto generaliter in quolibet legitimo impedimento, vt carcerationis, & infirmitatis, accessus non tuti sine herede mortui, & similibus, *gl. in clem. appellanti, de appellat.* Alexan. *cons. 226. colum. 3. vol. 9. cons. 67. col. fi. vol. 7. cons. 173. col. 1. vol. 2.* Bal. *in d. l. 2. in fin.* Arei. *cons. 162.* Dec. *cons. 160. col. fi.* pulchre Rolan. *cons. 87. num. 22. vol. 1.*

Cui adde Butrig. *in cap. significanti, not ab. 4. de pignor.* Rodo. *de reb. eccles. f. 497. in verb. sed quod emphytenta, num. 25.* attestans hoc casu concedi in integrū restitutionē ex clausula generali ex legitimo impedimento, & iusta causa.

Cui adde bonum textum, & ibi notant omnes, *in l. quæsitum, ff. de re iudic.* qui de infirmitate loquitur, *& in l. 1. ff. ex quibus causis maiores.* Bart. *in l. final. numero 4. ff. de in integrum restitutione, in l. 2. §. si quis in iudicio, ff. si quis cautionib.* Innocent. *in cap. ex ratione, de appel.* Maurit. *de restit. in integr. c. 336.* late Spec. *in tract. rest. in integrum, q. 11. artic. 6. 7. & 8.* qui ex magis communi opinione excludit infirmitatem grauem, non leuem, iuxta iudicis arbitrium excusare, & restitutionem competere.

Cui pulchre, & plene tractanti in materia infirmitatis, adde Cassad. *de appell. decis. 6. numero 4.* Benint. *decis. 26. nu. 1.* Sebast. Medic. *de casibus, & pericul. p. 2. q. 9. & quæst. 25.*

60 Et nedum propria infirmitas excusat, sed consanguineorum, & domesticorum: quis enim non excuset filium ex infirmitate patris, & econtra fratris, sororum, & similium? *glos. notabil. in cano. communis filius, dist. 23.* quam valde commendant Alber. Ales. *in d. l. quæsitum,* Maran. in Spec. *par. 6. in verbo contumacia, numero 3.* Cassan. *super consuetudin. Burgund. card. 10. num. 1.*

61 Et circa carceratum late scribentes *in l. 2. C. ex quibus causis maiores,* Bart. *de carcere, num. 7.* Gigas, *de pēsionib. quæst. 35. num. 4.* Sfort. *de restitutio. in integr. q. 7.* a quo habes varia genera impedimentorum, ex quibus restitutio datur. Addo Rolan. *consil. 87. num. 25. vol. 1.*

62 Declaratur quarta allegata conclusio, quod istud biennium, vel triennium debet esse continuum, non discotinuum. Vnde si hoc anno non solui, sequenti anno solui, tertio non solui, & sic discurrendo, non dicitur caducitas. Dec. *in auth. qui rem, num. 6. in 2. notab. C. de sacrosan. ecclef.* post Specul. *in tit. de locat. §. nūc aliqua, vers. 27.* vbi Ioann. Andr. *in addit. per capit. cupientes, §. cæterum, de elect. lib. 6.* Salic. *in d. l. 2. in fin.* late Soc. *cons. 117. lib. 2.* Rodoa. *de reb. ecclef. vers. sed quod emphyteuta, n. 3. fol. 497. limit. 1.*

Cui addo Dec. *in l. si idem, in fin. ff. de iurisdict. omn. iudic.* Benincas. *de paupert. priuileg. 8. de contrác. spec. 9. num. 7.*

63 Declaratur quinto allegata conclusio, vt dispositio, *l. 2. C. de iure emphyt.* non vendicet sibi locum in conductore ad longum tempus, qui non possedit rem conductam, nec ea frui potuit, sine tamē culpa ipsius, prout nec emphyteuta hoc casu caducitatem incurrit. Socin. iun. per multas auctoritates, *cons. 70. libr. 1.* quam opinionem dixit tutiorem, & æquiorem. Iul. Clar. *in §. emphyteusis, q. 8. vers. sed quæro,* rationē reddens, quia non dicitur esse in culpa, ex quo non possedit absque tamen culpa sua.

Cui adde bene materiam explicantes. Bald. *in l. solennibus, circa fin. C. de rei vendic.* Abb. *cons. 67. col. fin. lib. 2.* Cast. *cons. 115. in fin. lib. 1.* Ang. *cons. 311. in 5. dub.* Card. *cons. 92.*

64 Declaratur sexto, vt dispositio *l. 2. C. de iur. emphy.* non procedat, nec habeat locum stante cōsuetudine, vel pacto de non deijciendo, *gl. in d. l. 2. in verb. repellere,* quam post multa iura in contrarium adducta sequitur Spec. *in titul. de locato, §. nunc aliqua, versic. 89.* Bart. *in l. fundi, C. de fund. patrimonia. lib. 11.* Castr. *cōs. 137.* Abb. *cons. 72.* Anan. *consil. 84. col. fin. vers. postremo,* Rodoa. *de reb. eccl. vers. sed quod emphyteuta, numero 12.*

Cui adde Corset. dicentem hoc valde notabile, & singulare *in verbo, emphyteusis 2.* & hæc est communis opinio non habens discrepantem, vt per Ias. *in d. l. 2. nu. 120. in fin.* Dec. *cons. 138. nu. 5.*

Ampliatur vltra Ias. vt procedat etiam in statuto, vel priuilegio; ne quis incurrat caducitatem, sed solum teneatur ad simplicem pensionem. Dec. *in auth. qui rem, limit. 6. nu. 8. C. de sacrosan. eccl.* qui sublimitat non procedere in rescripto, quod non valeret, ex quo regulariter respicit iuris obseruantiam, *l. falso, C. de diuers. rescrip.*

65 Et nota, quia præfati Doctores omnes loquuntur indifferenter, & absolute, ne vllo vnquam tempore deijciantur, sed teneantur ad simplicem pensionem.

66 Et vidi in facti contingentia plures locationes sic factas. Vnde habes duas cautelas, pacti videlicet, & priuilegij: & quando hæc duo legitime concipiantur vtilia sunt, & pariunt quietem conductoribus, & emphyteutis, contra nimium rigorosos dominos, & locatores.

67 Et vltra Dec. & Rodoa. vt supra hanc opinionem tam circa consuetudinem, quam rescriptum obtentum, tenet Firmia. *in tract. de gabel. par. 7. q. 10.* Abb. *cons. 122. in 2. dub. lib. 1.* Card. Alex. *in cap. 1. col. 8. qui feud. dar. poss.* Fel. *in c. cum causa, col. 6. limit. 9. de re iud.* Socin. *consil. col. 1. libr. 1.* Franc. Cremens. *notab. 106. in verbo, emphyteuta,* non soluendo, qui reliquit cogitandum circa rescriptum arguendo a consuetudine ad rescriptum.

Vnde si consuetudine hoc induci potest, ergo & per rescriptum, non enim consequentia tenet, quia rescriptum tendit ad obseruantiam meram iuris, vt dictum est, merito &c. secus in consuetudine, quæ legi quandoque derogat, attestatur autem Mediolani vigore talem consuetudinem, & caducitates odiosas esse, & vtinam vbique principes hoc promitterēt, esset bona, & laudabilis inuentio, nec tot homines supprimerentur, qui bonis melioratis ex quæsito colore expelluntur.

Ex quibus corollariè infertur ad multa vtilia.

68 Primo infertur intellectus *ad l. sed & si manente, de prerario*, vt procedat, & habeat locum, quãdo pactum esset contra substantiam contractus celebrati, secus si contra naturalia contractus, vt per glos. magistram, *in l. pacta conuenta, ff. de contrah. empt.* Bart. *in l. vbi ita donatur, ff. de donat.* Parm. *in cap. cum venerabilis, de except.*

Vnde in materia locati, & cõducti, de qua agimus si loco domum cum pacto, vt nulla cõstituatur merces, vtique non valeret, quia esset contra substãtiam ipsius locationis, ad cuius essentiam, & substantiam requiritur merces, vt diximus supra de substantia locationis. Si verò fieret pactũ, & cõductor, qui canonem, vel pensionẽ non soluit, ex hoc expelli non possit, vtique valeret, & respiceret naturalia contractus.

69 Et sic obiter ad materiam *l. æde, C. locat.* (sic enim legendum inquit Tiraq. non ædem) *de retrac. conuentionali, §. 5. gl. 4. num 31.* vt licet conductor expelli possit ob pensionem non solutam, pacto tamen succurri poterit, & valebit.

70 Succurretur etiam ex priuilegio, quod obtinere poterit conductor, ne vnquam ex defectu pensionis non solutę expelli possit, sed ad absolutionem simplicis pensionis, & mercedis conueniatur, prout multa instrumenta videntur.

71 Secundo infertur intellectus, & limitatio *ad leg. si conueniat, & l. hoc iudicium, ff. commun. diuid.* quia esto quod ille textus loquatur in pacto de non diuidendo, secundum Fulg. *ibid.* & late per Ias. *in l. si non sortem, §. si centum, nu. 4. cum seq. ff. de condict. indebit.* Alphan. *report. 523.*

72 Vltra tamen eos dicitur, aut pactum exclusiuũ est absolutum generale, & indeterminatum, & non valet, *d. §. si conueniat*, aut est exclusiuum, sed restrictum ad certam causam, & valet.

Vnde in materia locati, & conducti, si fiat pactum inter locatorem, & conductorem, vt puta ratione pẽsionis non solutę, vel alia acta ad exclusionem expelli non possit, valeret, & teneret.

73 Tertio infertur modificatio *ad l. conuenire, ff. de pact. dot.* vt per pactum, nec conductor expelli possit propter pensionem non solutam non inuitante præcisè ad delinquendum, quia cogitur soluere pensionem, & quando vere, & principaliter sonat in delictum, alias secus. Gomes. *in §. pœnales, col. fin. de actio.* Rip. *ad leg. nemo potest, num. 56. de legat. 1.* Alexan. *cons. 2. num. 2. lib. 2.* Rimin. *ad §. 1. num. 247. Institut. de donat. & ad §. 1. num. 157. Instit. quibus alienare licet, vel non.* Paul. *in c. fraternitatis, num. 56. de testib.* Alphan. *report at. 209.*

74 In hac igitur materia locati, & conducti, aut conuenio, ne expelli possim ratione pensionis nõ solutæ & valet, quia nõ tendit principaliter, & vere ad delictũ. Si vero conuenio, ne expelli possim ex alijs causis, puta ratione determinationis, vel male vtendo de conducta, vtique fortasse aliud dicendum foret, quia hæc clarius videntur tendere in delictum, & prębere ansam, & occasionem delinquendi. Nonne iniquum esset, vt incidendo multas arbores fructiferas, inducendo cõtinue in domum conductam ganeas, & meretrices, vel alias inhonestas artes exercendo, quod ratione pacti, quod postea parit malos mores, expelli non possit?

75 Quarto infertur intellectus, & declaratio *ad l. iubemus nullam, C. de sacrosanct. eccl.* Pone quod prælatus locat bona ecclesiæ ad longum tempus cum pacto de quo supra, vtique sic, quia in iure quærendo, prout in casu nostro, solus prælatus præiudicare potest. Feder. *cons. 9.* Innocent. *in cap. admonet, de renunc.* Bal. *in auth. si qua mulier, C. de sacrosanct. eccl. ad l. Imperatores, ff. de pact.* late Corset. *in sing. in verb. emphyteutis. 2.* In hac igitur locati materia prælatus præ-
76 iudicare post locando in præiudicium iuris quærendi, non quæsiti.

77 Declaratur septimo allegata dispositio *l. 2. C. de iure emphyt.* vt non procedat, quando conductor ad longum tempus velit moram purgare celeri satisfactione, dicam *in tit. de mora.*

78 Declaratur octauo, vt non procedat dispositio *d. l. 2.* si dominus locator post incursam caducitatẽ fecerit aliquem actũ, per quem tacite remisisse videatur ius caducitatis, *l. 1. §. non male, ff. de dol. except. l. qui in futurum, ff. de pact.* & aliquantulum clarius materiam explicando ponam aliqua exempla actuum, ex quibus inducatur tacita remissio.

Primo per simplicem petitionem post incursum factum, licet reuera non receperit, nec habuerit, *leg. Aemilius Largianus, ff. de minor. l. post diem, & ibi glose not. ff. de lege commissoria.*

79 Declaratur ista conclusio, vt procedat in petitione, & interpellatione facta in iudicio. Ita declarat Aret. *cons. 150. col. penul.* vbi attestatur hanc esse com-
* munem opinionem. Ex cuius discursu habemus duo vtilia in casu, de quo agimus.

80 Primum est, quod *lex, post diem, ff. de l. commissoria*, procedit & habet locum in simplici, & mera petitione, & interpellatione, ne sit superfluitas *in leg. sequenti.* Secundum est satis frequens in practica, quòd si fiat iudicialis interpellatio contra conductorẽ morosum, & citatus contradicat, & faciat partem in iudicio, adhuc censetur remissa mora cõtradictione facta nõ obstante, & sæpius occurrit casus. Citatur debitor, & comparet, contradicit petitioni factæ, videbatur indignus beneficio tacitæ remissionis ex sua pertinaci contradictione.

81 Declaratur secundo dispositio *l. Aemilius, et l. post diem*, vt procedat etiam in interpellatione extraiudiciali, quando ex mora iam commissa est acquisitum ius creditori ad acquisitionem, & recuperationem alicuius speciei: nam postea petendo pretium, videtur remisisse ius acquisitum ex mora.

82 Prout in materia locati, & conducti, de qua agimus, ob petitionem in tempore nõ solutam, locator, & dominus habet ius ad rem ipsam, & sic ad speciẽ in tempore nõ solutam, si postea agat in iudicio, vel extra ad pensionem, videtur remisisse morã, & consequenter ius auferendi amplius rem iam effectam caducam, prout declarat Alex. *ad l. cum procurator, §. si dominus, colum. 1. in fin. ff. de nou. oper. nunciat.* vbi Ias. *sub num. 6. & in l. si ex legati causa, colum. fin. num. 19. de verbor. obligat.* appellans hanc declarationem valde notabilem.

83 Declaratur tertio dispositio, *l. Aemilius*, quòd illa procedat, quando erat appositus *a l. certus terminus solutioni*, & iam erit elapsus, & sic commissa mora, & caducitas: nam si postea fiat prorogatio, censetur remissa mora. Ita Bald. declarat *in l. acceptam, q. 7. C. de*

vsur.

vsur. Prout in terminis locati & conducti ad longum tempus, vbi allegat præfixus terminus solutioni quod est biennium, vel triennium, si fiat a domino, prorogatum censetur, & remissa caducitas, & sic Bald. *l. Aemilius*, restringit ad prorogationem.

84 Declaratur quarto dispositio *l. Aemilius*, vt intelligatur, quod tibi in casu illius legit erant assignati duo termini solutioni, & in vtroque adiectum pactũ legis commissoriæ. Vnde per secundam interpellationem est recessum a pacto, cui ob primã locus fuerat. ita declarat Cors. *lib. 2. miscell. iuris, c. 6.* Plautus *ad l. quod te, in præfat. n. 21. ff. si cert. pet.* Iac. Menoc. *de arbit. iudic. lib. 2. cent. 3. cas. 220. nu. 32.*

85 Declaratur quinto, vt non possit postea mutare propositum Dominus. Alex. *cons. 113. nu. 3. vol. 4. per l. apud Aufidium, ff. de optio. legat.*

86 Declaratur sexto, vt per petitionẽ perdat melioramenta, etiam Ias. *in d. l. 2. q. 35. C. de iur. emphyt.* nisi sint a conductore empta. Alciat. *cons. 20. num. 8.*

87 Bene verum est, quod si emphyteuta, vel conductor ad longum tempus non acquieuerit, sed negauerit, perdit beneficium. Spec. *de locat. §. nunc aliqua, q. 84. nu. 106.*

88 Et hunc *text. l. Aemilius*, valde commendat Alex. *cons. 72. col. 2. nu. 3. in fin. vol. 3.* Socin. *in l. commissoria, C. de pact. inter empt. & vendit.* Cagnol. *in l. 2. eod. tit. num. 85.*

89 Secundus modus principalis est per receptionem, & sic ad actum facti deuentum est, & vtique præiudicat, *l. sed & si §. si certo, ff. de petit. hæredit. l. si hominẽ, §. quoties, ff. deposit. l. quod in hæredem, §. eligere, ff. de tributoria, l. si præcedente, in fi. ff. mandat. l. nihil, §. si a statu libero, ff. de inoffic. testam.*

90 Quod procedit etiam in materia, *l. æde*, per anticipatas solutiones. Bald. *in d. l. æde.* Bero. *consil. 182. nu. 3. lib. 1.* Magon. *Rot. Lucan. 75. numer. 9.* in qua materia ponam veritatis causa nonnullas non inutiles conclusiones.

91 Prima sit conclusio. Dominus recipiendo pensionem præteritã, cum protestatione iuris sui, non præiudicat caducitati, sed conseruat ius agendi ad caducitatem. Ita tenet Alberic. & post eum Ias. *in l. 2. nu. 124. C. de iure emphyt.* attestans hanc esse communem opinionem Legistarum, & Canonistarum. Cor. *cons. 40. litera I. lib. 4.* Ias. *in l. si post moram, nu. 4. ff. de eo, quod certo loco.* Iul. Clar. *in §. emphyteusis, q. 10. in prin.* Boer. *q. 309. nu. 5.*

Addo Corn. *cons. 40. lib. 4.* Gig. *de pensio. q. 73. in fi.* Ruin. *cons. 100. n. 4. & 151. n. 22. lib. 1.* Cagnol. *in l. 2. nu. 271. ff. orig. iur.* Tiraq. *ad retract. lib. 1. §. 24. gl. 1. nu. 11. & lib. 2. §. 1. glos. 2. n. 24.* Eman. *pariter de communi in suo thesau. litera E. num. 85.* Mascard. *concl. 22. n. 9.* Cephal. *cons. 24. nu. 222.* Burlat. *de magis communi, consil. 447. nu. 7. vol. 4.* Corbel. *de iure emphyt. limit. 21. num. 2.*

92 Nec in hoc stabitur eius iuramento. Fusius *in verbo dominus, nu. 94.* contra Marsil. *in rubr. C. de probat. num. 125.*

Quæ opinio optime probari videtur *ex l. si debitor, §. 1. ff.* quibus modis pignus, vel hypotheca soluitur vbi consensio salua causa caducitatis, quem textum commendat in proposito Bal. *in c. 1.* quo temoore miles, inferens ex hoc, quod vasallus post fellonium receptus cum protestatione, de qua supra domino Negusant. *de pignor. membr. 3. par. 6. numer. 26. limitat. 3.* Cagnol. *ad l. creditor, numero 2. ff. de regul. iur.* Duen. *reg. 170.*

93 Dices, aut vult, aut non vult: si vult, ergo protestatio non est necessaria, si non vult, ergo nihil operabitur. Respondetur quod dilemma procedit, si ad vnũ tantum actum fieret relatio, secus si ad plures, prout in casu nostro. ita respondet Rom. *cons. 94. nu. 7.* Vnde in casu nostro dari possunt actus diuersi, quod recipiatur pensio pro tempore petente, & protestetur pro caducitate, vbi singularem appellat Roma. *tex. in d. l. si debitor, §. 1.*

94 Hoc idem valde commendat Dec. *consil. 460.* Ex quo consilia dantur multa vtilia remedia in hac vtili materia locati, & conducti. Primum est, quod si dominus locator ob pensionem non solutam potest expellere cõductorem propria authoritate, vt dicemus *in tit. de recus.* si eligat viam iuris, & adeat iudicem, non per hoc censetur renunciasse facultati propriæ authoritatis etiam sine protestatione.

95 Secundum est, quod si dominus iam expellit conductorem, non per hoc excluditur, quin agere possit ad pensionem, quia sunt remedia, quæ cumulatiue competunt, & per vnum non tollitur aliud.

96 Si igitur sunt plura remedia ad fauorem locatoris, aut sunt contraria, & tunc electo vno tollitur aliud. Si vero non sunt contraria origine, sed diuersa, & ad eundẽ finem, & tunc electo vno non censetur sublatum aliud, vt per Dec. *in allegato consilio*, qui pro maiori cautela semper laudat protestationem, licet etiã si non apponatur, soluere possit secundum eum.

Hoc idem late comprobat Castrens. *cons. 162. col. fin.* Socin. *cons. 136. col. 2. lib. 2. & in capit. 1. colum. 33. vers. ex prædictis, de lit. contest.* Alexand. *cons. 134. per totum vol. 4.*

97 Qui vlterius in hac vtili materia locati, & conducti dicit, quod si eueniet casus, quo cõductor expelli possit propter pensionem non solutã propria authoritate, quod poterit locator ad hoc inuocare brachiũ sæculare etiã tempore feriarum a statuto indictarũ, & illæ nullo modo obstabunt: & si cõductor replicet de solutione pensionis in tempore hoc vti eius fundamentu probare debet, nec purgabit moram offerendo in iudicio, nisi pecuniam præmanibus habet. hoc idem comprobat Spec. *in tit. de locat. §. nunc aliqua, vers. 25.* Bald. *in c. 1. quo tempore miles.* Ias. *in l. 2. nu. 3. ff. si quis cautionibus.*

98 Secunda principalis sit conclusio, Dominus recipiendo pensionem præteritam simpliciter, & absque protestatione videtur in dubio remittere ius caducitatis, & hæc opinio est æquior, & magis communis. Ias. *in d. l. 2. nu. 124.* Gig. *de pension. q. 71. sub n. 3.* Iul. Clar. *in d. q. 10.*

Cui adde pulchre loquentes Curt. sen. *cons. 82. col. 1. vers. tertio principaliter.* Socin. sen. *cons. 66. col. fin. vers. secundo quia, lib. 3.* Ruin. *cons. 151. num. 12. lib. 1.* Dec. *cons. 329. nu. 3.* Brun. *cons. 110. nu. 3.* Paris. *consil. 108. n. 44. lib. 1.* & est receptissima opinio. Dec. *consil. 138. nu. 7. in fi.* Mandos. de montior. *q. 28. nu. 3.* Burs. *cons. 233. nu. 7.* vbi de communi Mascard. *concl. 603. nu. 14.* Calcan. *cons. 22. nu. 5.* Iacob. Menoch. *de recuperan. possess. remed. 9. nu. 152. & cons. 355. nu. 12. lib. 4. & de præsumptio. præsumpt. 112. numer. 1. vbi num. 15.* ampliat, etiam si caducitas aliunde proueniat, quam

a pen-

a pensione non soluta, puta alienatione *præsump.45. num.8.lib.3.*

99 Et vltra eum amplia idem in receptione partis tantum Natt.*cons.335.*Roland,*cons.81,nu.32.*

Secundo amplia vltra eundem Menoch. idem in receptione fructuum, interesse, vel vsurarum. Mago. Bot.Lucan.*35.n.10.per l.commissoriam,C.de pac. inter empt.& vendit.*

100 Tertio amplia etiam vltra Menoch. si non recepit, sed habebat in manibus. Magon, *vt supra nu.11.*

* Quarto amplia, idem si post incursum, patiatur sta re, faciendo noua pacta, vel conuentionis. Butr. *in c. potuit,in fin.*Bero,*cons.150.nu.10.11.26.vol.2,*Neuiz, *cons.22.n.33,*Bursat.*cons.233,nu.6.lib.3.*

ADDITIO.

☞ *Surd.cons.68.nu.14.decis.317.num.14. dicens hanc esse magis communem opinionem.*

Ampliatur quinto, etiam si non recipiat cum effectu, sed petat simpliciter. Alber.in l.2.nu.6.C.de iur.emphyt. Et ibidem Ias.nu.128.vers.secundo quæro. Salicet. in l. commissoriæ,in fine,C.de pact.inter empt.& vendit. Tiraq.de retract.conuentio.§.1.gl.2.nu.64.Gigas de pensio. q.73.nu.6.Rui.cons.119.n.4. vol.5.Surd.cons.86.n.15.

Declaratur hæc quinta ampliatio, vt vere sit, & procedat si petitio fiat, post tempus, secus si infra tempus, & ante ipsum elapsum, quia ex hoc non censetur remissa. Sur.decis.317.num.6.

101 Vnde in hac materia locati, conducti, & expulsionis ob pensionem non solutam magna est differētia primo expellere, postea agere ad pensionem, vel econtra. Primo.n.casu vnum non tollitur per aliud. Secundo casu sic. Vnde non sit adeo auidus locator, sed expellat, & postea agat ad pensionem, & erit cautus, & securus. Tertio sit principalis conclusio.

102 Dominus recipiendo pensionem temporis futuri, sibi præiudicat in caducitate, & expulsione, ita dicūt præfati superius scribentes, & bene probatur *in leg. qui in futurum, ff.de pact.* vbi Castren.etiam not.quod dominus non potest cogi recipere pensionem, vel cautionem pro pluribus annis, & hoc ne præiudicetur in iure caducitatis.

103 Ampliatur ista conclusio, vt procedat etiamsi recipiat cum protestatione, quia hoc casu est contraria facto & nihil releuat, ita tenent Card. Bu. Imol. & alij *in d.c.potuit,locat.*Ias.*in l.2.sub nu.24.C.de iur. emphyt. & in l.2.sub nu.3. ff.si quis cautionibus,* attestans ita consuluisse in casu valde arduo, & hæc est communis opinio Ruin.*cons.110.num.4.& 151.nu.12.lib.2.* Mascard.*conclus.252.num.10.* & hæc est magis communis opinio Hyp.Riminald. *cons.34. num.63.* vbi idem si in instrumento diuisionis appello colonum, vel emphyteutam.

104 Subdeclaratur hæc ampliatio, nisi conductor contentiret tali protestationi, vt per Imol. *in d.cap. potuit* Ias. *in d.l.2.nu.24.vers.soluat tamen,&c.*

105 Vltra quem die, aut emphyteuta, vel conductor tacet, vel contradicit tali protestationi. Primo casu cēsetur remissa caducitas. Secundo casu non, & hæc est communis opinio. Ruin *cons.110,num.4.& 151.nu.12, lib.1.*Boer.*decis.309.num.6.*

106 Limitatur principalis conclusio, quando dominus scienter reciperet pensionem temporis futuri, secus si ignoranter, puta successor prelati, vel similis Alber. Castr.Ias.& alij, *in auth. qui rem,C. de sacrosan. eccles. & in d l.2.n.125.*Rodoa.*de reb.eccles.fol.499.num.21. vers.sed quod emphyteuta,&c.*

Cui adde in materia bene, et vtiliter loquentes Anton.de But.*cons.22. sub nu.3.* Spec. *de locat.§. nunc videndum, vers.23.*Bald.*in cap.1.quo tempore miles.*Alex. *cons.5.num.7. vol.5. & cons.105. num.13. vol.3.* Rom. *cons.103.nu.5.*Bal. *in leg.Meuius,§.duobus,ff. de legat. 2.* vbi Imol. & talis scientia debet probari per conductorem, vel emphyteutam. Alex.*cons.106.col.5.vol.3. cons.18.num.18.vol.6.* & sufficit scientia Procuratoris generalis recipientis pensionem. Corn. *cons.187. col.fin.vol.1.glos.*Paris.*tit.1.§.14.num.10.& 11. & §. 30.num 114.*Afflic. *decis.129. col.fin.* Soc.iun. *cons.22. nu.15.vol.1.*Capic.*decis.18.nu.15.* & præsumitur sciētia ex decem annis. Alex.*cons.112.col.2, vol.4.cons.105. num.14.col.3.*Dec.*cons.185.numer.8.*Ruin. *consilio 70. num.14.vol.5,*Bero.*cons.116.num.13.& 117.num.5. vol. 1.* & est dictum practicabile, & notandum. Vincent. de Ann.*singul.149.* & hæc est communis opinio Alex. *cons.2.num.75.vol.1.* & ita tenuit Rota in vna Romanæ domus coram Domino Blanchetto die 14. Decembris 1574.

* Et in dubio ignorantia præsumitur, & statur iuramento, Alex.*cons.105.n.10.lib.3.* Ruin.*cons.70.nu.14. vol.5.*Dec.*cons.452.num.26.*Bero.*cons.117.num 5.& 116.nu.13.vol.1.*Mascar.*concl.881.numero 6.* Boni. *de statu.vrb.prætor.glos.19.nu.13,*Vrsil.*ad decis.*Affl.*129. num.6.*

Ex quibus consilijs habentur etiam multa vtilia circa præsentem inspectionem in hac vtili materia locati, & conducti.

ADDITIO.

☞ *Glos.Parisiens.tit.1.§.14.n.10.11.Socin.iun.cons.22. num.15.vol.1.*

107 Primum est, quod si sumus in conductore ad longū tempus ecclesiæ, si non est collegiata. Prælatus recipiendo sine alio, præiudicat, secus si esset collegiata, quia sine consensu capituli præiudicare non posset, et hæc est communis opin. Alex.*d.cons.105.*

108 Secundum est, quod ignorantia præsumitur in recipiente pensionem *ex l.verius,ff.de probat.& l.fin.ff. pro suo.* Vnde conductori incumbit onus probandi scientiam, ne incurrat caducitatem.

109 Considera etiam consilium Butrij, superius allegatum, dum dicit sub n.3. scienter receperit, vel sub parte scientię, & sic pars scientiæ sufficiat ex aliquo actu præsumptiuo ad præsumendum scientiam. Considerare tamen placeat, quod fortasse in prælato locatore præsumetur de facili scientia, quia ipse actum gessit, secus in pręlato nouo successore, & hæc vno verbo sensit Alberic.*in d.authent. qui rem.* Tertium est, quod prædicta procedunt in bonis Communitatum, et vniuersitatum locatis, nam sindicus, qui recipit pēsionem debet esse legitimus, alias non præiudicat, & procedūt ea omnia, quæ dicta sunt circa prælatos ex Alex.in allegatis consilijs, qui æquiparat in casu, de quo agitur. Vnde si sindicus alicuius communitatis locet ad longum tempus bona suæ communitatis, &

timatur

finiatur eius officium, si postea finito iam officio recipiat etiam scienter, non præiudicat, quia defuit qualitas substantialis, cum nõ sit amplius sindicus. Similiter, vt nouus sindicus recipiendo simpliciter præsumitur per ignorantiam more noui prælati in officio successoris. Vnde in hoc erit diligenter aduertendum in practicando hanc vtilem, & fructuosam materiam, & hoc idem notabiliter tenet Innocent. *in c. peruenit, de arbitris.*

Adde etiã in hac limitatione, de qua supra, Dec. *cons 329. num. 3.* vbi etiam testatur de communi in prælato circa ecclesiam collegiatam, vt præiudicare non possit, & subdit vnum in practica satis vtile in hac materia, de qua agimus, quod si massarius, vel factor alicuius monasterij, vel loci, aut vniuersitatis recepit pensionem, vel canonem per plures, & plures annos, quod infertur præiudicium monasterio, vel vniuersitati, quia ex tractu successiuo per multiplicationem plurium, & plurium annorum videtur inducta ratificatio. Vnde cauti in hoc debent esse Domini, Monasteria, & Vniuersitates, in similibus præiudicijs, & notent omnes salutare consilium Decij *in d. consil. in fin.* vt prælati non sint adeo cursiui in huiusmodi caducitatibus, prout alias dixi ad idem Ruin. *cons. 70. sub num. 14. lib. 5.* Cepol. *cons. ciuil. 45. num. 3.* Vrsill. ad Afil. *decis. 129. nu. 9. & 10.*

110 Tertius modus principalis tacitæ renunciationis circa caducitatem incursam ponitur a Castren. *in l. semel moram, ff. sol. matrim. 5.* dando nouum terminũ ad soluendum, vel rogando dominum, vt differret, tacuit, & dissimulauit. *glos. paru. in l. mora, ff. de vsuris, probatur in l. Titia, §. vsuras, ff. de leg. 2. in l. qui Romæ, §. Seia cohæredes, & ibi not.* Bartol. *ff. de verbor. obligat. in l. de pupillo, §. si quis ipsi pratori, ff. de non. oper. nunciat.*

111 Cauti igitur erunt Domini, quia si accedunt conductores, & petunt dilationem nouam ad pensionem soluendam, & ipsi simpliciter cõcedunt, videntur remittere caducitate similiter tacẽdo, & dissimulãdo.

112 Et sic in materia taciturnitatis tacens consentire præsumitur, si contradicendo potuisset actum impedire, *cap. 2. de accusat. lib. 6. l. quoties, ff. ad municipal. l. honores, §. ad decurionatum, ff. de decurs.* late Ias. *in l. quæ dotis, num. 99. ff. sol. matrim.* & sæpius in facto occurrit. Est elapsus terminus, accedit conductor, vel alius debitor, rogat creditorem, qui tacet, quilibet diceret contrarium taciturnitate stante, & nullo alio concurrente, quod facit ad concessiones in solutum, nisi infra tot, quia dando nouum terminum, vel tacendo cum debitore rogante, videtur remissa mora.

113 Sed pulchra, & vtilis est indagatio ad materiam *l. si quis maior, C. de transact.* puta, stante iuramento apposito in contractu locationis ad longum tempus, vel emphyteutico, si post incursam caducitatem recipiatur pensio, modo quo supra, an etiam dicatur renunciatum pœnis, & dispositioni *l. si quis maior*, quæ etiam inter alia continet, vt cadat ab omni commodo contractus.

114 Anton. Gabr. *de transact. conclus. 1. ampliat. 24. nu. 46.* videtur tenere, quod per hoc non videatur renunciatum dispositioni *l. si quis maior*, ex multis consilijs per eum allegatis, cuius opinio videtur confirmabilis ex eo quia certi iuris est, quod per partem periurium iam incursum remitti non potest, nec etiam expresse, nedum tacite, vt per Bart. *in l. Labeo. numero 5.* vbi Ias. *sub nu. 2. ff. de iureiurando*, quemadmodum nec episcopus post incursum hoc facere potest Feder. de Sen. *cons. 300.* Anchar. *cons. 189.* Panor. *in c. 1. de iureiur.* valde commendat in vtroque casu Alex. *consil. 17. num. 4. vol. 3.* Rolan. *cons. 34. nu. 3. vol. 1. cons. 26. nu. 31. vol. 3. cons. 31. num. 13. & 14. vol. 2.* Virgin. Bocca. *in constit. Aegid. glos. 2. nu. 39.* Curt. Ien. *cons. 65. nu. 27.* Borgni. *decis. 9. num. 35.*

115 Contrarium tamen videtur de iure verius, licet enim vna ex partibus periuriũ iure incursum remittere non possit, potest tamen remittere pœnam, vel interesse sibi acquisitum ex incursu periurij per partem aduersam: Ita notabiliter declarat Soc. Ien. *in l. 1. num. 103. ff. solut. matrimon.* inferens ex hoc, quod si in contractu simulato opponatur de periurio, poterit licite replicari de remissione tacite, vel expresse; Sequitur & cõmendat Gozad. *cons. 28. vol. 4. vers. bonore.* admodũ ẽt commendat Crauet. *cons. 151. numer. 9.* dicens hoc euenire posse nedum facto, & expresse, sed etiam tacite. Vnde locator post periurium incursum, petendo implementum, vel pẽsionem, videtur omnino remissum ius acquisitum ex periurio iam incurso, idem in donatore, & similibus.

116 Ex quibus corollarie infertur ad duo. Primum habetur ex hoc ampliatio *ad cap. 1. de iureiur.* vt procedat, & extendatur, vt nedum possit remitti iuramẽtum ante incursum sed pœnam, & ius quæsitum post incursum, & ita sentit Soc. *in d. l. 1.* arguendo ab identitate rationis.

117 Secundum corollarium est ampliatio *ad l. commissoriæ, C. de pact. inter empt. & venditor. & l. qui in futurum, ff. de pact. ad l. de lege, §. si. ff. de lege cõmissoria*, vt procedat, & locum habeat etiam stante iuramento, nam post diem petendo videntur, & remittere ius ex periurio acquisitum, & consolidatum.

118 Caute igitur procedendum est, & non fundare simpliciter, & ex abrupto, vt disponitur *l. si quis maior* quia in dictis casib. nõ procedit, & est verior opinio, maxime quia est dura, & valde odiosa, vt ibi per Curtiun. *num. 7.* Cagnol. *num. 21.* vbi de communi, & alias dictum fuit.

119 Vnum ponam considerandum, an censeatur sublata exceptio, tu non debes in iudicio audiri, quia periurus, crederem quod sic, quia inutilis esset remissio, de qua supra, & ista exceptio tacitæ remissionis oritur ipso iure, licet detur exceptio intentionis. *glos. in l. sed & si lege, §. certe, ff. de petit. hæred* & non solum tacita remissio inducitur recipiendo principalem pensionem, sed aliquid loco ipsius, vt colligitur ex *l. si hominem, §. quoniam, in verbo, vsuras, ff. deposit.* Vnde vidi in facto, quod multi locatores agentes receperunt frumentum, oleum, & similia.

120 Declaratur nono in terminis locati, & conducti, vt non procedat dispositio *l. 2. C. de iur. emphyt.* in cõductore, qui non soluit in tempore exhibitionis, vel præcepto iudicis ad materiam *l. fi. ff. de lege commissoria*. Ita in terminis locati, & conducti, de qua agimus, tenuit fuisse notatum per consilium Neapolitanum, Afflict. *decis. 328.* qui loquitur etiam stante iuramento. Cui adde in materia bene loquentes Salic. *in l. fin. C. de non num. per.* Firmia. *in verbo, obligatus facere, vers. 3. & in verbo debitor non soluens.* Bartol. & alij, *in l. non solum, §. morte*, vbi Bart. *q. 2. princ.* Imol.

col. 2.

Vol.2. dicens esse bonam cautelam, vt inhibitio fiat semper iudicis authoritate. Castren. num.7. Alexand. nu.10.laf.nu.29.ff.de non.oper.nunciat.idem Alexand. in l.de pupillo,§.qui procuratorio,colum.1.ff.eod.tit.Bal. in r.fin.col.fin. de sequestrat. possessionis, & fructuum, vbi appellat notabilem,& singularē in d.l. mulier, ff. de leg.commissor.Io.And.& Butr.in cap.significauit, de censibus,qui similiter loquuntur in debito iurato, & in addit.ad Spec.in tit.de solut.§.nunc aliqua,vers. nunc autem,Archid.in rano.dixit,in fine.4.quæst.5. Anchar. in Clemen.1.de excess. prælat. Alexand.consil.11. num. 16.in fin.volum.2.Roman.consil.6.Salic.in leg.1.in fi. Codic.de temp.appell.Franc.in c. fin.col.penult. libro 6. Alex.cons.95.col.pen.vers.superest respondere,libro 2. Nat.cons.348.Lancellot. de attentat.libro 2.part.2. c.12.limitat.5.numero 160.Sport.de restitut.in integrū, parte 1.q.71. num.87. Quibus adde bene loquentes Alex.& Ial.in l.fin.ff.qui satisdare cogantur.Guid.Pap. cons.31. & singular.120. Ial.in l.si quis maior, col.5. C.de transact. vbi rebrobat Io.Fab.contrarium tenē tē.Anton.Gabr.de transact.conclus.1.limit. 8. & 11.n. 66.& 68.Cott.in memorabil.in verbo emphyteuta priuati.Veron.cautel.22.Alex.cons.44. vol.3. in l. si non stante,in 3.q.Bar.ff.sol.matrim.Gram.decis.77.Tiraq. post ll.connubiales,glos.7.num.41.Afflict. decis.74. Alphan.report.188.

121 Declaratur tamē ista declaratio,vt procedat quatuor, vel tribus præcipue concurrentibus, videlicet authoritate iudicis, vel iusta causa,sine fraude, & sequestrum non sit mendicatum,vel præceptum,prout faciunt emptores volentes soluere pretium,et sit præsumptio non denunciate in iure fundato, vt tradunt Alberic.& Bald.in d.l.mulier,& tradit Spec.de empt. & vendit. §.nunc dicendum,vers.fin.Felian r. constitutus,de rescipt.& in r.1.col.fi.de iureiur.Machel.patrocinio 5.nu.3.& 4.Borgni.decis.4.sub num.2.

122 Id autem, quod de authoritate iudicis dicitur, intelligitur in dubio,vel apparet iustum, secus si appareat de iniustitia,quia illi non est parendum. Bar.in l.prohibitum,C.de iure fisci, lib.11. Fel.in c.constitutus, de rescript. Dec.post Io.Andr.in c.significamus,de constit.Ial.in l.si iste posidet, nu.29. ff.de acquir.possess. vbi quando iuris ordine seruato, & minus recte processit per l.meminerint,C.vnde vi,Dec.& Cagnol. in leg. non videtur, §.qui iussit, vbi Dec.nu.2.,Cagnol.sub n. 3.appellant tex.in allegata l.mulier optimum,& notabilem.Damas.reg.70.Soc.reg.352.in verbo iudicis authoritas,vbi monet in practica,quod si iudex processit inutile,sed ord ne seruato & sic rite,excusat,alias secus,& sic simplex actus in forma iudicij excusat, licet in se sit inutilis.Affli.super const.tit.de violent.possessor.Brun.cons.22.nu.2.Grat.cons.76.col.1.vol.2. & hæc est communis opinio Brun.cons.87. nu.36. Affl. Gabr.de restit.spoliat.concl.1.n.124.

Cui adde pulchre,et vtiliter loquētes Boer.q.238. num.4. Dec.in l.fin.nu.35.C.de edict. Diui Adriani tollendo,in l.vt vim,ff.de iust.& iure.Crauet. cons.18.n. 8.& 124.nu.4.& 140.nu.2.& melius cons.302.nu.2. a quo habes quomodo iudex processit iniuste, & quando minus rite Iacob.Menoc.de retinend.possess.remed. 8.num.19.cum multis seq.

* Fallit quando esset factum post tempus, & moram commissam. Afflict. decis. 150. Rota Genuens. 61.num.6.& 9. decis.206.

Pulchra & vtilis decisio,quid enim prodest remedium post mortem,& per hoc diuiditur in facti contingentia, quod indultum Principis, quod nemo cogatur ad soluendum debitū, nisi post tot mēses,quod in pretio grani quanti plurimi,non proderit illis qui tempore promulgati indulti iam moram incurrerāt, & iam tempus conuentionale erat elapsum quæstio practicabilis vtilis, & frequens, & passim in facto occurrit, & latius alias Deo dante tractabo.

123 Vnde cautus erit diligens conductor,vt inspici faciat,si præceptum,vel commissio iudicis est nulla, si iudex processit iudicialiter, vel vt priuatus, & nouo iuris ordine seruato, & si poterat sperni, vel non, & semper curet intimari locatori ad omnem bonum finem,et effectum,et ad maiorem ipsius excusationem offerendo soluere debitam pensionem leuato præcepto,vel sequestro cum debitis protestationibus.

124 Circa illud autem de iusta causa,quod etiam a priuato potest fieri denunciatio absque iudicis interuentu,ex l.nomen, vbi Bar. not.C. quæ res pignori obligari possint,in l.3. ff.de nouat.Borgn.decis.3.nu.14. immo ex Bart.in d.l.nomen nu.8.

125 Colligitur in practica,quod si cōductor sciat pensionis nomen esse iam cessum , licite soluere poterit cessionario absque aliqua denunciatione precedente, vnde ex iusta causa sequestrare poterit. Et facit vltra alias,bona glos.in l. habitationum, §.fin. ff.de peric. & commod rei vendit.l.post perfectam,C.de euict.

126 Ex quibus postea corollarie infertur limitatio ad l.1. C.de prohibita sequestratione pecuniæ, vt non procedat stante iusta causa, quæ oriatur ex obligatione rei,& tunc non tollitur satisdatione. Alex.in l.de pupillo,§.is cui,ff.de non.oper.nunc. Paris.cons. 107. nu.78. col.3. Ad illud vere de præcepto mendicato, vel sequestro, hoc passim occurrit,vt dicit Bal.in facto habuisse in d.l.fin.

127 Vnde seccurrendum est iudicis officio præstito iuramento calumniæ,& alijs consideratis,vt per Iacob. Menoc.de arbitr.iud.lib.2.cent.3.cas.224.Cepol. caut. 51.& 181.Curt.sen.de prohibita sequestr. pecun. in fin. Caball.de euictio.num.9.

Addo Affl. decis.369. Machel.patroc.n. 5. Borgn. decis.4.in prin.

Parergon.

128 Caueant autem boni iudices cumulare, & rimari multas coniecturas,quia homines hodie sunt valde proni ad iurandum,& ex minimo interesse non verum,sed vtile,non iustum,sed nō damnosū; non timent,sed audent;non faciunt quod debent, sed quod possunt, & prodest, refrixit charitas,& superabundauit iniquitas: & si legislatores hodie reuiuiscerent, & experirent vitam & mores hominū, & nimium interesse , non ita se fundarent iuramento calumniæ,sed ad reprimendum peierare volentium, & peierantium audaciam,alio remedio succurrerēt. Vbi hodie est illa lis,in qua nō sint decem periuria? certe nulla,& plura nō sunt periuria,quā officiales, auidi,& ignorantes,quod parū non est ad dicendum.

129 Corollarie igitur ex prædictis omnibus infertur in hac vtili materia locati & conducti,quod pensiones,mercedes,salaria, & fructus sequestrari possunt ex iusta causa obligationis præcedentis. Vnde si ego

I sum

sum verus creditor Sepronij locatoris in certa quantitate, de quo debito legitime constat, potero præcipere conductori, ne soluat, sed retinear penes se seque strum, et demum seruatis seruandis sibi consignari facere videbis etiam in facto sæpius euenire fiscus procedit contra aliquem ex delicto, R cus est contumax, adstrinxit colonum ad partem fructuum domino debitam, similiter Dominum ad mercedem famulo cō tumaci debitam, & ita pluries in facti contingentia videbis, et excusantur conductores soluentes iussu iudicis. Bart. *in l. creditor.* Anchar. *cons. 64. col. fin.* Castren. *cons. 288. lib. 2.* Dec. *cons. 25.* Ias. *cons. 26. vol. 3.* Afflict. *decis. 156.* & practicando vtiliter laudatur, vt resistat aliquantulum, & expectet plures iussiones. Paris. *in c. ex transmissa, col. 4. de præscrip.* vbi in practica valde commendat Cagnol. *ad d. §. qui iussu, n. 2. in fin.* Foller. *de cens. in fine operis.*

130 Declaratur decimo loco dispositio *l. 2. C. de iure emphyteut.* vt non sit ei locus, si conductor ad longum tempus sit creditor locatoris, & sic compensare intendat. Ponam in tit. de compensat. vbi locus suus.

Declaratur vndecimo loco ad materiam *l. arboribus, §. non solum, vers. quid tamen, ff. de vsufruct.* vt licet soluatur pensio, non curatur a quo. Vnde si quis conducat, alius postea possideat, & nomine proprio soluat, excusat a pœna caducitatis, quæst. est satis notabilis, secundum Bald. *in d. vers. quid tamen,* & quilibet primo aspectu contrarium diceret, si enim possessor bonorum emphyteuticorum soluit, quid ad te, cuius negocium nullo modo gestum est?

131 Contrarius est verius, vt dummodo soluatur, non curetur a quo, *ex d. §. quid tamen,* qui textus loquitur proprijs terminis locati, & conducti, & hanc opinionem tenet, & cōmendat Bal. ibi, vbi notabilem rationem reddit; quod quotiescunque tractatur de conseruatione alicuius iuris realis, vt conductionis, emphyteusis, census, & similium, solutum præsumitur factum nomine ipsius. Vnde nō attenditur persona soluens, sed solutio ipsa, *l. forma, §. si tamen,* vbi tex. notabil. ad hoc, *ff. de cens. l. qui fundum, ff. quemadmodum seruitus amittatur.* Idem tenet Spec. *in tit. de locat. §. nunc aliqua, vers. 82.* Rom. hoc valde commendans *consil. 103. num. 2. & cons. 491.* Bal. *in l. sollemnib. Cod. de rei vendic.* Ias. *in l. 2. q. 25. nu. 69. Cod. de iur. emphyt.* licet Alber. *in d. §. quid tamen, contrarium sentiat,* & priorē sententiam tenet Anchar. *cons. 44. colum. fin. vers. ex quibus.* Alex. *cons. 71. in fin. volum. 1.* Lancellot. Dec. *in l. apud Iulianum, §. hæres, ff. de leg. 2.* late Tiraquel. *de retract. Lignagier. §. 1. glos. 9. num. 259.* Ex qua notabili declaratione colliguntur multa vtilia in hac vtili materia locati, & conducti.

132 Primum est, quod pensionis solutio est ius reale, & attenditur res, non persona. Vnde constito de solutione, non est curandum a quo, & sic in materia *l. æde, C. locat.* dici non poterit, amice non soluisti dicedas, quia replicabitur, apparet solutio, non quæras vlterius.

133 Secundum est, quod si vsufructuarius non locauerit, sed eo absente, & ignorante, facta fuerit locatio, tenet, vsusfructusq. retinetur *d. §. qui tamen,* etsi in hac materia locati, & cōducti nō attēditur principaliter persona, sed cōseruatio iuris, & res ipsa. Vnde ignorātia, nec absentia non nocet, quominus ius quæratur.

134 Tertium est, non incipias iudicium caducitatis, quia non apparet facta solutio nomine conductoris, quia hoc tibi non prodesset. Illud fortasse verum esset, quod si possessor, qui iam soluit, repeteret tanquā indebitum posset, *l. quod si pænæ, §. 1. ff. de condic. indeb.* & sic præiudicaret vero conductori. Vnde cum eo caute est procedendum, & in dubio solutio præsumitur semper facta ad conseruationem iuris, vt ibi per Ias. de communi attestantem.

135 Vnde in practica placeat considerare vnum. Possessor rei conductæ ad longum tempus soluit quolibet anno, & sic amouit caducitatem, venit in differentionem cum vero conductore, & causa ei præiudicādi agit ad repetitionem, nunquid ex hoc præiudicabit in caducitatis incursu, &c.

136 Et ex prædictis infertur in ratihabitionis materia, quia quod non est gestum nomine meo, ratum habere non possum, *d. reg. ratum, & l. si pupilli, §. si ego, ff. de negoc. gest.* in conseruatione tamen iuris realis, & ad euitandum pœnam, vel caducitatem, id quod non est gestum nomine meo ratifica re possum, & mihi prodest.

137 Extenditur ista conclusio, vt procedat & habeat locu etiam in creditore, cui pignorata est res conducta ad longum tempus: nā potest creditor pro omni suo iure, & interesse soluere pensionē ad euitandum caducitatem, *l. lex vectigali, vers. creditor. ff. de pigno.* quam ibi Ang. ad hoc propositum summopere cōmendat. Rodoa. *de reb. eccl. fol. 499. num. 24.*

138 Subampliatur ista extensio, vt creditori non soluenti detur restitutio in integrum pro omni suo iure, & interesse, aduersus incursam caducitatē. Alex. *consil. 85. num. 2. volum. 2.* vbi hoc reputat admodum notabile.

139 Subampliatur secundo, vt intelligatur resolutum ius pignoris ipsi creditori in re conducta pignorata, cum potuerit prouidere soluendo canonem, & non prouidit ex Bart. *doctrina in l. si res, ff. quib. modis pignus, vel hypotheca soluitur, in l. 3. §. sed & Marcellus, ff. de in diem addict.*

140 Cautus igitur erit creditor, cui pignorata est res conducta ad longum tempus, in procurando solutionem canonis, ne extinguatur ius suæ hypothecæ. Elicitur ergo ex hac ampliatione licere conductori ad longum tempus pignorare rem conductam late Ari. Pinell. *ad l. 1. par. 3. sub num. 70. C. de bonis mater.* Alphan. *reportat. 999.*

Quibus adde, quod hęc est communis opinio, siue hypotheca sit specialis, siue omnium bonorum. Ias. *in l. fin. nu. 78. C. de iure emphyt.* Rip. *in l. filiusfamilias, §. diui, nu. 90. ff. de leg. 1.* Grat. *cons. 55. & cons. 54. num. 5. lib. 1.* Iul. Clar. *in §. emphyteusis, q. 18.*

141 Extenditur secundo loco principaliter hæc vnde, cima declaratio, vt non solum procedat in creditore, sed in aliquo soluente pro inuito, vel ignorante, *l. soluendo, ff. de neg. gest. & l. solutionem, ff. de solut.*

142 Et in hac vtili materia locati, & conducti, ex doctrina in materia *l. soluendo,* eliciuntur aliqua vtilia in practica. Primum est, quod si quis soluat pro emphyteuta, vel conductore, ignorante, repetit, si pro inuito, non repetit. Ita Din. Alber. Bart. Bal. & Cast. *in d. l. soluendo, per l. si pro te, ff. mandat. et in l. si Stichum, §. fi. ff. de nouat.* & imputet sibi pro recusante soluens. Cagnol. *ad l. inuito, col. 4. ff. de reg. iur.*

143 Secundum est, quod potest dominus directus, & locator

locator, si vult pensionem recipere a tertio, non tamen cogitur, quia ista solutio non solum fit ad liberationem, sed in signū recognitionis cuiuidam. ita Bal. *in l. acceptam, col. fin. C. de vsur.* commendat Ias. *consil. 49. volum. 1.* Cagnol. dicens id singulare, *in d. l. inuito, num. 10.*

Tertium est, quòd non solum quis soluere potest pro conductore pensionem ad euitandam caducitatem, sed offerre, & deponere, vt per Alber. *in d. l. soluendo.*

144 Ex quibus corullarie infertur intellectus, & declaratio *ad l. inuito, de reg. iur.* vt procedat, & habeat locum, quando resultaret beneficium, vtilitas, & cōmodum illius, cui beneficium datur inuito, vel ignoranti, secus si etiam alterius, prout in soluente debitum creditori; nam duo resultant vtilia, scilicet liberatio debitoris, & satisfactio creditoris, qui recipit suum creditum.

145 Et in hac vtili materia locati, & conducti vidi ad hoc propositum quæstionem in facto. Retinebatur in carceribus cōductor pro pensione iam decursa, & non soluta, & constabat per publicum iuratū & guarentigiatum instrumentum: quidam non rogatus fideiussit pro conductore carcerato, & soluit. fuit dubitatum, an posset repetere, fuit dictum quod sic, ex allegatis superius in materia *l. soluendo, & l. si pro te, ff. mandat. & l. fin. C. de neg. gest.*

146 Si igitur habes conductorem ad longum tempus amicum, vel coniunctum, & fortasse est absens, si vis facere rem gratam, poteris pro eo ignorante pensionem soluere, & si recusat, deponere, & dabitur tibi repetitio.

147 Extenditur tertio loco principaliter hæc vndecima declaratio, vt possit etiam fieri solutio per procuratorem ad id legitime constitutum, vt per Rodoa. *de rebus eccles. vers. sed quod emphyteuta, num. 24. fol. 299.* Cortett. ad Abb. *in verbo, emphyteuta.* Iul. Clar. *quæst. 8. vers. sed quid econtra,* an requiratur speciale mandatum ad solutiones recipiendas, & in specie in hac materia caducitatis? vtique sic, & debet de hoc mandato constare per publicum instrumentum, alias non adhibetur fides, Bald. *in leg. falsus, colum. penult. C. de furt.* Boer. *decis. 281.* Simon de Pret. *cons. 83. nu. 7.* Rom. *singul. 227.* Bero. *consil. 116. num. 10. lib. 1.* vbi recipiendo simpliciter, non remittit ius caducitatis. Riminal. iun. *cons. 67. num. 31. & 32. lib. 1.* Ioseph. de Ludouic. *conclus. 30. vers. 92.* posui vltra adducta per eum *ad reg. cum quid, par. 1. limit. 2. num. 10.* vbi videre placeat. Roncagall. *de duobus reis, par. 3. numer. 12.* vbi si fiat solutio negotiorum gestori, vel simplici procuratori, requiritur ratihabitio, alias non tenet, & debet locator probare se die tali misisse procuratorem ad recipiendū pensionem, alias debitor excusatur, si aliter soluere non poterat. Alexan. *cons. 92. col. 5. vers. non obstat, vol. 1.* Gozad. *cons. 57. volum. 2.* Roland. *cons. 87. num. 25. vol. 1.* per *l. arbiter Kalendis, ff. de arbitris.* Mozz. *de contract. in tit. de mandat. in 4. ordine, versic. 70.* vbi etiam ad agendum ad caducitatem ex Bero. *cons. 151. nu. 18. vol. 1.* licet contrarium teneat Caballin. *milleloq. 221. in fine.* Adde etiam Afflict. *decis. 129. num. 10.* potest tamen dominus ratum habere. Dec. *cons. 329. num. 3.* Ruin. *cons. 151. num. 12. lib. 1.* Hippolit. Riminal. *cons. 27. nu. 12.* vel nisi sit pater administrator annorum filij. Socin. *cons. 66. nu. 20. vol. 3.* Nec sufficit mādatum ad recipiendum pensionem, & renouandum, vt caducitas remitti possit. ita contra Corn. tenet Corbolus *de iure emphyteut. limitat. 23. in fine.*

Et similiter adde, quod procurator cum libera non potest debitum liquidum remittere, vt dixi *in d. regul. cum quid,* hoc verum est expresse, secus tacite ex negligentia. Salic. *in l. præses, nu. 2. C. de transact.* Simonc. *de decret. lib. 3. tit. 8. num. 73.*

Cautus igitur erit conductor, cui soluat, & fortasse putet se esse liberatum, & re vera non sit.

Pariter procurator constitutus ad petendum pensiones, præsentes, & futuras caducitatem petere non potest. Caputaq. *decis. 181. par. 2.*

148 Declaratur duodecimo dispositio *l. 2. C. de iur. emphyteut.* nisi esset præscriptum ius coloniæ, ponam in *titulo de præscript.*

149 Declaratur decimotertio, dummodo constet de conductione, vel colonia legitime. Vnde si in libris alicuius Monasterij, vel Episcopatus appareat, talis promisit quolibet anno quartingos grani tot pro tali fundo, non est locus dispositioni *d. l. 2.* nec ex hoc constat esse colonum. Ita dixit in facto habuisse Alberic. *in d. l. 2. col. 5. versic. quid de quæstione,* qui loquitur expresse in colono, & conductore.

150 Vnde vides, quod non infertur necessario. Apparet scriptura quod promisit pro tali fundo quolibet anno tot, ergo est colonus, vel conductor ad longum tempus, & adsunt tria requisita. s. assignatio certi fundi, promissio, & quantitas certa, & propterea bonum est facere liquido apparere de vera locatione cū suis debitis requisitis, nec statim illaqueare homines ad caducitates ex qualibet leui scriptura. Commendat Marsilius *singul. 95.* Ias. *in l. 2. num. 42. C. de iure emphyt.* dicens, hoc valde menti tenendum. Socin. *consil. 167. & 266. par. 2.* Ias. *in authent. qui rem, C. de sacros. eccles.*

151 Vnde practicando consideranda sunt verba scripta in libris receptorum, quandoque enim dicit, *che il tale pagò per la tal vigna tanto,* & tūc sumus in dubio, & ad tollendam caducitatem non iudicabitur, vel conductio ad longus tempus, & ita loquitur Alber. in casu suo, si recte ipsius verba considerentur. Quandoque apponuntur verba importantia pēsionem, vel canonem, & similia æquipollentia, & tunc inducitur locatio ad longum tempus ex lōgæua solutione multiplicata saltem decem annorum. Ita interpretatur Dec. *cons. 146. col. 1. & 2. in 1. dub.*

Ex cuius consilio in hac vtili materia locati, & cōducti reportantur hæc duo vtilia vltra iam adducta.

152 Primum est, quod si quis soluerit pensionem per annos decem, iudicatur conductor, ex doctrina Bart. *in l. litibus, C. de agricolis, & censit. lib. 10. & l. cum de in rem verso, ff. de vsur. & dixi latius superius in princip.* Vnde locator, si exhibeat in iudicio, quod talis pro pensione soluit tnt, & pateant solutiones decem annorum, erit fundata, & probata intentio ipsius: quare cautè agendum est, dum fiunt recepta.

153 Secundum est, quod iustè impeditus ex infirmitate, inimicitijs, vel carceratione, aut similibus, tenetur mittere procuratorem, alias nō excusatur ad ea, quæ dixi supra, *declarat. 4.* & pondera Dec. loquentem in absentia iniusta, secus si ex iusta causa, puta reipublicæ, vt ibi per eum. Idem Dec. *cons. 138. sub num. 5.* vbi

Alberic. doctrinam valde notabilem appellat, quia est magnus practicus, vt *in d. conf. 146. in princ.* & dicit, quod absenti ex iusta causa datur restitutio ex clausula generali.

154 Contrarium tamen sentire videtur Rolan. *consil. 87. num. 9. vol. 1.* vt licet non appareat scriptura solemnis, pensio tamen ecclesiæ soluenda est, dicens valde not. pro extensione *d. l. 2.*

155 Declaratur decimoquarto dispositio *l. 2. C. de iure emphyt.* vt tūc procedat, si dominus directus hoc voluerit, aliàs conductor ad longum tempus non dicitur incurrisse caducitatem. Ita sentit *glo. parua in l. 2. ff. si ager vectigalis, in l. 2.* vbi Bart. *num. 2.* Bald. *numero 3.* Ias. *notab. 5. num. 6. & 10. C. de iure emphyt.* dicens * istam esse communem opinionem. Adde in materia bene, & vtiliter loquentes. Ang. *in §. si vero, vers. sed quæro. authent. de non alienand.* Abb. *cons. 67. lib. 2.* Alex. *consil. 172. lib. 2. & cons. 92. lib. 3. & consil. 113. lib. 4.* per pulchre Dec. *consil. 138. col. 2. num. 5.* & hæc est magis communis opinio. Curt. iun. *cons. 109. num. 11. & 110. num. 23. & 149. post nu. 3.* Paris. *cons. 108. nu. 33. lib. 2.* Veron. *cons. ciuil. 25. num. 2.* Iul. Clar. *in §. emphyteusis, q. 9.* Viui. lib. 1. *opin. 94.* & ita de consuetudine seruatur. Rolan. *cons. 87. num. 12. vol. 1.* Corn. *cons. 115. lib. 1.* Caball. *milleloq. 134.* & ad Butr. *consil. 22.* Caputaq. *par. 1. decis. 301.*

156 Ex quibus postea corollarie infertur ad multa vtilia in hac materia locati, & cōducti, quòd si in instrumēto locationis ad lōgum tempus, vel etiam ad modicū in emphyteusi, feudo, & alijs inuestituris, apponatur clausula, ipso facto, vel ipso iure, intelligitur domino volente, & non alias, & sic verba præcisa priuationis referuntur ad volūtatem domini. *Ita* in materia locati, & conducti consuluit Corn. *d. cons. 115.* & Dec. *d. cons. 138. num. 5.* qui loquitur, siue talis clausula sit in aliqua lege, vel dispositione, siue in conuentione partium, quæ in hoc regulatur à iure communi. Vnde dicebat Bal. *in auth. qui rem, C. de sacrosanct. eccles.* & ibi sequuntur Ias. & Dec. quod priuatio non est * in facto esse, sed in potentia fieri. Tiraquel. *ad l. si vnquam, C. de reuoc. donat. in verb. reuertatur, sub num. 8.* Roland. *consil. 57. num. 9. & cons. 61. num. 6. volum. 3.* Corb. *de iure emphyt. ampl. 45. num. 6.* & hæc est verior, & magis communis opinio. Roncheg *de duobus frat. l. 2. num. 33. prope fin.* Rot. nouiss. coram Veral. *conclus. 28. par. 2.* Seraph. *de iuram. priuileg. 84. num. 14.* Borgn. *decis. 30. par. 2.*

157 Vnde si in facti contingentia contra conductorem ad longum tempus opponatur, tu nō es amplius conductor, quia ipso iure cecidisti ex lapsu tanti temporis à commodo contractus, dabitur replicatio quod adhuc non declarauit voluntatem, & consequenter retinet in hac suspensione, & pendentia incertitudinis dominium vtile, & possessionem. Viui. *lib. 1. opin. 94.* * & facit fructus suos, & hæc est communis opinio. Felin. *in cap. de quarta, col. 10. de præscript.* Eman. *in suo thesau. litera E. num. 116.*

158 Cautus autem erit dominus declarare volens caducitatem, vt declarare faciat ipsum esse verum dominum, & rem esse locationi suppositam, alias careret fundamento. Bald. *consil. 177. lib. 3.* Crauet. *consil. 280. num. 3.* Menoch. *de retinen. possess. remed. 3. nu. 172.* Ludou. *conclus. 34. alias. 70.*

Et practicando fortius dicit Dec. *d. cons. 138. col. 3. sub num. 7.* quod si ego conduco à te fundum ad longum tempus, & pro ficto quolibet anno in tali festiuitate, vel die soluere tot pro pēsione, & si in tali die non soluatur, cadat in commissum, intelligitur ista conuentio secundum ius commune, puta si tali die conuenta defecerit intra biennium, vel triennium, ex qualitate locatoris, dicens esse communem, & vtilem practicam. Vnde cautus eris.

Et talis declaratio non potest fieri nisi per dominum, vel procuratorem cum speciali ad id mādatum Crauet. *consil. 149. num. 3.* Vrsil. ad Afflict. *decis. 129. numero 8.* Parisiens. *in consuetud. feudal. §. 14. quæst. 1. num. 10.* Bursat. *consil. 225. num. 68. lib. 3. & 233. sub num. 9. lib. 3.*

Addo Bero. *cons. 151. nu. 18. lib. 1.* Ioseph. *conclus. 30. rasu 10.* Et si allegans haberet causam a domino, quoad ius excipiendi hanc, transiret in singularem successorem. Hipol. Rim. *cons. 94. num. 58. lib. 1.*

159 Et sic infertur limitatio *ad l. 1. ff. de annuis legat. & l. 1. §. si ita, ff. ad l. Falcid.* vt pęna priuationis in defectum solutionis annuatim faciēdæ intelligatur pro primo anno. Quia hoc limitatur non procedere, vbi pęna priuationis est decisa, & determinata a iure, quia secundum illam regulatur, vt ibi per Dec. dicentem hoc valde notādum ad intellectum dictarum legum.

Et ita tenuit Rot. tēpore Cassiadori in vna Bononiensi bonorum, vt per eum in titulo de locato, *decis. 2. per cons.* Cuman. *164. col. pen.* dicens hanc opinionem veriorem, subdens, quod fortasse locatori displiceret priuatio, & ea vti nollet, nec etiam vtile esset, quia fortasse ab alio non reperiret tantam responsionem. Pulchre & late Benintend. *decis. 37. per totam,* vbi tandem pro hac parte concludit.

Addo Specul. *in titul. de locat. §. nunc aliqua, vers. 47.* Ruin. *cons. 143. num. 14. vol. 1.* Nat. *cons. 274. num. 22. in fin.* Pedemont. *decis. 132. nu. 6.* & hæc est verior, * magis communis opinio. latissime Tiraq. *ad l. si vnquam in verbo, reuertatur, numer. 8. C. de reuocan. donat.* Roncagall. *de duobus reis, l. 2. nu. 33. in fin.* Caballin. ad Butr. *cons. 22. litera D.*

160 Qua postea declaratione facta licebit domino locatori propria authoritate nulla interueniente iudicis declaratione ingredi, & hæc est magis communis opinio. Ias. *in l. 2. num. 12. C. de iure emphyteut.* Ruin. *cons. 153. num. 6. lib. 1. & cons. 57. num. 2. lib. 4.* Corn. *consil. 165. lib. 2.* Alexan. *cons. 6. post num. 22. lib. 3.* Iul. Clar. *in §. emphyteusis, q. 9. in fin.*

Cui addo bene, & vtiliter loquentes Corn. *consil. 193. vol. 3. & cons. 271. eod. vol.* Alex. *cons. 117. vol. 4.* Viui. *lib. 1. opin. 94. in fin.* dicens ab hac opinione in iudicando, & consulendo non esse recedendum, Bald. *cons. 301. col. 2. lib. 1.* Marsil. *in rubr. de fals. nu. 47.* Corai. *de iur. emphyt. in verbo, volente.*

Et licebit moram purgare quandocunque ante litis cōtestationem, & libellum porrectum. Guid. Pap. q. 123. Cephal. *cons. 25 num. 14. & 15. lib. 1.*

Et si in instrumēto, est apposita pęna dupli, caducitas peti non poterit. Secundo considerandum est, qūo sit apposita caducitas, & a quibus capitulis reguletur, vt considerat Bursat. *cons. 233. nu. 15. & 16. lib. 3.*

Præterea an pensio est apposita diuisim super qualibet bubulca, pertica, vel quartingata, caducitas non est incursa, nisi pro ea parte, & loco pro quo nō est soluta pensio, & non in totum in odium caducitatis, ex

magis

magis communis, de qua per Grammat. *decis.* 49. Iul. Clar. §. *emphyteusis, quæst.* 8. *in fine*, Roland. *consil.* 17. *num.* 12. *volum.* 2. Borgnin. *de vsufruct. numer.* 187. *in fine.*

161 Sed in hac locati materia vtilis est indagatio in his temporibus, in quibus bannimenta admodum præualent, quæ inter alia disponunt in rubrica *de i possessi* in hac Prouincia Vmbriæ. *A nessuna persona sia lecito pigliar possessione di alcuna sorte di beni mobili, et stabili senza decreto di Giudice, non ostante qual si voglia patto posto in qual si voglia instrumēto, ò contratto.* Modo locaui fundum ad lōgum tempus, ob pēsionem non solutam, res est effecta caduca, & iam declaraui, nunquid ingrediendo propria authoritate dicar bannimentis contrauenisse? certe dici posset, quod non quia legitime factum, pœnam non meretur, l. Grach. *ff. de adulter.* & latius *ad l. ipsam aliqua cumulaui.* Si igitur de iure communi licet propria authoritate fundum ingredi facta iam declaratione, ergo non sum in aliquo dolo, & consequenter non teneor ad aliquam pœnam, maxime, quia bannimenta sunt stricti iuris.

Et non possunt in multis derogare iuri communi, si tamen vtatis decreto iudicis, cautius ages, cogitamen non poteris.

Sicut nec turbare aliquem dicitur ex forma bannimentorum, qui per instrumentum acceperat possessionem, & nō expulerat colonos, vt per Herculan. *in tract. de attentat. cap.* 6. *num.* 47. *in fin.* qui casus est in materia locati, & conducti, & passim occurrit propter bannimenta, quę Principes hisce temporibus admodum præponunt.

162 Declaratur decimotertio loco dispositio *l.* 2. *C. de iure emphyteu.* vt non procedat in conductore ad longum tempus a duobus dominis: nam si vni soluit, & alij non soluit, vel vnum requirit, alterum non, pro parte tantum incidit in commissum, ita tenet Bald. Cughiel. de Cune. Alber. & alij, *in l. communis libertas, ff. de in ius vocand.* late Alber. *in l. si duo patroni, ff. de iureiurando.* Ias. *in l.* 2. *quæst.* 18. *Codic. de iure emphyt.* & *in l. fin. quæst.* 12. *num.* 124. *C. eod. tit.* & hæc est communis opinio, vt per Alexandr. *in d. l. communis libertas*, licet Rodoa. *de rebus eccles. vers. sed quod emphyteuta, num.* 31. *fol.* 500. aliquantulum dubitet, & decisionis ratio in promptu esse videatur, quia tales ius est diuiduum, vt per Scribentes in præallegatis locis.

163 Et ad hoc facit communis resolutio, quod vtile per inutile vitiatur, si sumus in indiuiduis, secus in diuiduis, vt per Din. *in regula, vtile, lib.* 6.

164 Ex quibus corollarie infertur ad intellectum *l. fi. C. de authorit. præst.* vt procedat, & habeat locum in materia indiuidua, secus in materia diuidua, quod sēsit expresse Alber. *ad d. l. si duo patroni*, & sic fortasse suppleri potest id, quod no. Din. *in regul. quod omnes tangit, lib.* 6. dum dicit, quod quando aliquid est commune multis, vt singulis, tunc requiritur consensus omnium *l. per fundum, ff. de seruit. rustic. præd.* quia hoc non videtur sufficere, sed inspicienda sit materia, quę in te tractatur, an sit diuidua, & commodam diuisionem recipiat, vel non, idem dici potest ad *l. si vnus, cum l. sequent. ff. de arbitr.* & *l. duo ex tribus, ff. de re iudicat.*

Sequitur igitur in hac locati, & conducti materia, quod locatio, & conductio est materia sui natura diuidua, & commodam recipit diuisionem. Vnde si a pluribus res aliqua locatur, factum vnius ex locatoribus alijs non præiudicat.

165 Declaratur decimoquarto in eo, qui per ignorātiam nō soluit, prout est hæres, qui in ius alterius successit, & habet probabilem causam ignorātiæ de bonis, an sint emphyteutica, vel ne, quo casu saltem restitutio competit ex clausula generali, de qua materia Deo dante ponam suo loco *tit. de in integr. restit.*

Declaratur decimoquinto, vt excusetur ab incursu caducitatis conductor ad longum tempus, si in tēpore non soluit, sed facit oblationem, quæ etiam verbalis sufficit quoad euitandam pœnam caducitatis, et hæc est communis opinio. *Ias. in l.* 2. *num* 182. *C. de iure emphyteut.* Iul. Clar. *in §. emphyteusis, quæst.* 8. *vers. pone quod.*

Cui adde Viui. *lib.* 1. *opin.* 131. Socin. *cons.* 119. *in fi. lib.* 4. Eman. Soarez. *in suo thesau. litera O. num.* 1. Ant. Gabr. *libr.* 3. *de solut. conclus.* 8. *decis. Perus.* 105. *par.* 2. Tiraquel. *de retract. conuent.* §. 4. *glos.* 5. Neuitant. *de pignor. parte* 5. *princip. membr.* 3. quibus in locis postea habetur materia oblationis, cōsignationis depositionis, & quando sufficiat verbalis, & quando requiratur realis. Catelli. Cot. *in verbo emphyteuta non soluendo.* Io. an. de Arn. *cautel.* 58. Roland. *consil.* 87. *num.* 17. *vol.* 1. Corb. *de iure emphyteut. limit.* 37. Burlat. *cons.* 233. *num.* 14. & *cons.* 253. *sub nu.* 50. pariter si dominus directus sit mortuus, & hęreditas taceat, tutior est depositio *Ias. in l.* 1. *col.* 49. *C. de iure emphyt.* Summa Angel. *in verbo, emphyteusis, nu.* 31.

166 Et ad id, quod superius dixi circa particularem solutionem, notandum est, quod emphyteuta, vel conductor ad longum tempus priuati non admittitur ad particularem solutionē, secus est in emphyteuta, vel conductore ad longum tempus Principis, cui ex humanitate indulgetur particularis solutio, dummodo non excedat tres vices, *per l. placet, C. de collat. fund. patrimon. lib.* 11. Ias. *in l. quidam, aestimauerunt, ff. si cer. pet.* Negusant. *de pignor. in* 3. *membr.* 2. *nu.* 22. Afflict. *decis.* 153.

Vnum omittere nolo, quod colligitur ex authoritatibus superius adductis, maxime ex consil. Aret. Fulgos. & Feli. quod conductor ad longum tempus ęquiparatur emphyteutę, & ambula pari passu cum eo, hoc vt verum, si sit in perpetuum, vel ad longissimum tempus, & hoc ex §. *adeo Instit. locat.* Vnde non videbatur sufficere longum, sed requiri longissimum tēpus, bene verum est, quod Doctores passim pertranseunt cum conductore ad longum tempus.

QVÆSTIO VII.

Quæro septimo loco principaliter in hac materia de effectibus locationis ad longum tempus an dispositio *l. ædes, C. locat.* procedat in locatione ad longum tempus.

1 Et primo videbatur dicendum, quod sic, quia conductor ad longum tempus conductor appellatur, vt suo loco dicemus, ergo conuenire debet dispositio de conductore loquens, *l.* 4. §. *hæc autem verba, ff. de damn. infect.*

Secūdo pro hac parte facit, quia textus in allegata *l. ædes*, generaliter loquitur, merito indistinctè, & generaliter

neraliter debet intelligi, *l.1.§.generaliter, ff. de legat. præstan.*

2 Contrarium videtur verius ea ratione, quia condu. ctor ad longum tempus habet ius in re, vt dictum est, meritò in eo non habet locum dispositio *l. æde*, quæ in simplici conductore loqui videtur, & hæc est opinionem in terminis tenuit Ang.*conf.2.col.2.* Castr. *conf.* 3 *229.alias 223.vol.1.*

Et in hac vtili materia locati, & conducti satis celebre esset consilium Angeli superius allegatum, dum ponit nouam formã venditionis,& locationis simul, nec in se continet repugnantiam aliquam, quo iure contrahendi vtuntur Florentini secundum Ang. ibidem. Vendo enim Sempronio ius, quod habeo in tali loco eum reseruatione aliqua,quo casu mediante reseruatione possum apponere pactum, vt pro tali resoluantur pro mercede,vel pensione tot pro quolibet anno, nec erit contractus continens repugnantiam aliquam,quando venditio non erit pura,mera,& absoluta,sed cum alicuius iuris reseruatione.

4 Vnde passim fieri possunt venditiones prædiorum, & domorum eum aliqua reseruatione, quo casu includi poterit locatio. Vnde dominus fruetur duplici commodo scilicet,pretij respectu venditionis,& pensionis respectu locationis, nec in hoc contractus reputatur illicitus stante reseruatione.

5 Secundo infertur intellectus *ad l.cum precario, ff. de precar.* quod non dicitur pactum contra substantiã contractus,si fiat diuerso respectu,sed contractus nõ sit absolutus,sed cum aliqua reseruatione, super qua postea pactum diuersi contractus apponatur. Vnde erit cautus, quando allegatur aliqua exceptio, quod sit contra naturam contractus inspicere an sit super eadem re, vel diuersa. Et similiter nota Ang. sic arguetem.est res,et pensio,ergo est locatio,et conductio.

6 Vnum non omittam circa hanc Ang. declarationem, quod aliquantulum dura videtur, quod dispositio *l.æde*,non procedat etiam in locatione, & conductione ad longum tempus; nam si conductor ad longum tempus male vtitur re conducta, & non soluit pensionem, & sic non obseruat fortasse in tempore, quare expelli non poterit ex his, quæ ponam *in tit. de enict.* circa inobseruantiam, & implementum, *& in tit.de recusat.* quod conductio intelligitur si promissã pensionem soluat insuper si locator eget re conducta pro suis necessitatibus,cur non poterit *ex l.præses, C. de seruit.& aqua.*

QVÆSTIO VIII.

1 QVæro circa hos effectus locationis ad longum tempus, an transeat ad hæredes extraneos,& primo dicendum videbatur,quod nõ,ex quo emphyteusis præcipue ecclesiastica non transit ad hæredes extraneos regulariter, & hæc est magis cõmunis opin.Imol.*in l.ex facto,nu.14.ff.de hæredibus instituend.* Ruin.*conf.23.num.34.lib.3.*Iul.Clar.*in §.emphytensis, q.28. circa medium*, in contrarium est textus clarus, quod hæredes transeat in *l.viam veritatis. C.locat.* commendat Bald.*in cap.literæ,num.2. de dilatio.* Ampliatur hæc conclusio,vt procedat siue fiat a priuato, siue fiat ab ecclesia. Ruin.*conf.96.nu.22.vol.1.* post Aret. *conf.55.* seruata tamen solemnitate, vel habita licentia summi Pontificis, quæ supplet omnem defectum secundum Ruin.*in allegato consilio,& conf.77. col.3.n.7.eod,vol.*Rol.*consil.96.nu.24.vol.1.*

Et in hac vtili materia locati,& conducti in practica notanda sunt allegata consilia Rui. Arer.& aliorũ quia (vt experentia docet) passim fiunt instrumenta,& Notarij promiseue loquuntur de locatione, & emphyteusi;nam si pensio est modica, est emphyteusis,licet in instrumento fiat mentio de locatione, quia pacta attenduntur, non verba. Si pensio correspondet fructibus,erit locatio, prout etiam superius alias dixi late Menoch. *de præsumpt. libr.3. præsumpt.* 105. Cagnol.*ad l.1,num.202.C.de rescinden. vendit.* Magon. Rota Lucana 1 *1.nu.5.*

2 Et consideratur pensio correspondens fructibus secundum æstimationem tempore contractus, & allegantis contrarium incumbit onus probandi, & si in instrumento reperiantur pacta, quæ partim conueniant emphyteusi,partim locationi,locati præferenda est secundum Arer. *d.consil.55.* vel potius dicetur contractus locationis mistus secundum Ruin. *d.conf. 96.* Vnde locatio miscetur cum venditione, vt dictũ est. Miscetur etiam eum emphyteusi, siue sapit naturam,contractus innominati,quod præcipue erit si ab initio melioramenta donentur, & sic aliquid a principio detur. Similiter si hat pactum de ea non alienanda in personam prohibitam, prout considerauit egregie.Ruin.*d.conf.196.*

3 Considerandus est etiam mos regionis,& qui contractus soleat magis frequentari in ea regione, vel emphyteusis, vel locationis, vt per Bal. *in d.c litere*, nec ab emphyteusi ad locationem ad longum tempus inferendum est, nisi in casibus a iure expressis, vt per Ruin. *in d.conf.161.*& Aret.*d.conf.55. col.fin.* & multi sæpe in hoc decipiuntur arguendo de vno aliud indefinite. Similiter si transferatur omne ius sub annua pensione, vel mercede, erit contractus censualis, & verbũ pensio,vel merces exponetur pro censu.Imol. *in cap.ad audientiam,de rebus,eccles.non alien.* Roland. *conf.69.n.42.vol.3.*& sit verbum,pensio,vel merces, mutat nomen ex qualitate contractus, & pactorum ipsius,faciunt dicta per Euerar.*in loco a feudo.*

QVÆSTIO IX.

1 ET per modum corollarij ex supradictis iuribus, & authoritatibus infertur decisio huius nonæ quæstionis,quod conductoris appellatione venit, & continetur conductor ad longum tempus, & simpliciter loquentia de conductore ipsum cõpræhendunt etiã in statutis,& materia stricta. Cin.Bar.& Salic. *in l.1.vbi Bar.nu.2. opposit. C. de iure emphyteut.* Imo. post Butr.*in cap.potuit,locati.* Aret. *conf.55.colum.fin.* Alex.*conf.122.volum.1.*Ruin.*conf.77.num.7.& 161. num.22.volum.1.* Fulgos. *in statutis loquens, conf.248. in princ.*Fel.*conf.25.num.6.*Rolan.*conf.96.numer.24. vol.1.*Hieron.Gabr.*consil.168 quæst.1.nu.6 lib.1. tetigi supra quæst.1.principal.in fin.& facit §.adeo,Instit.locat.* vbi emphyteusis largo sumpto vocabulo conductor appellatur, & videbimus per discursum quæ conueniant conductori ad longum tempus in materia locati,& conducti.Magon.Rot.Lucan.50.n.7.

QVAE-

Digitized by Google

QVAESTIO X.

1 QVæro decimo loco circa hos effectus locationis ad longum tempus, an dispositio *l. emptorem, C. locat.* procedat in locatione ad longum tempus. Videbatur dicendum quod sic, cum tex. ille indistincte loquatur, ergo &c.

2 Contrarium est verius. Angel. *consi. 2. col. fin.* Guid. Pap. *q. 480. limit. 2.* Aufrer. ad Tholos. *decis. 420.* Pyrrus Engleber *ad l. contractus, num. 3. ff. de reg. iur.* ea ratione, quia habet ius in re, vt vidimus singulare, commeodat Tiraquel. *de retract. Lignagier. glos. 14. §. 1. num. 82. in fin.*

Vidimus de multis effectibus locationis ad longum tempus, & de multis alijs per discursum videbimus. Transeamus Deo duce ad personas quærendo de multis, an locare possint, vel non, ponendo pro quæstione generali.

Quibus locare licet, vel non.

Primus gradus personarum.

Mutus, Surdus, Infans, Furiosus, Senex, Mulier.

Mutus, Surdus.

QVAESTIO I.

1 QVæro primo loco, an mutus, vel surdus locare possint. Et primo videbatur dicendum quod non, quia nullum maius nostræ mentis inditium, quam qualitas inspecta verborum, *l. Labeo, ff. de sup. pellect. legat.* sed isti fari non possunt, nec audiri, merito &c.

Secundo pro hac parte facit, quia mutus, & surdus donare non potest. *glo. & Doct. in l. id quod, § mutus, ff. de donat.* quam glo. ibi Cuman. Castr. & alij extendunt ad alios contractus, merito, &c.

2 Pro contraria parte facit, quia potest condere testamentum, *l. discretis, C. qui testamen. facere possunt.* Secundo potest contrahere matrimonium, *l. mutus, in princip. de iure dot. cap. tua, & cap. cum apud, de sponsal.*

3 Tertio potest constituere procuratorem, *l. mutus, in princ. ff. de procurat.* item hæreditatem adire, & bonorum possessionem agnoscere, *l. mutum, ff. de acquir. hæred. l. si. C. de bonorum possess. infant.*

4 Et hæc opinio est verior, quam expresse tenuit *glo. in l. 1. in verbo, non verbis, ff. locat.* ea ratione, quia contractus locationis solo consensu perficitur, nec pro forma requirit aliquam solemnitatem verborum, vt diximus superius, merito surdus, & mutus locare possunt, *l. in omnibus, ff. de actio. & oblig. at. l. vbi non voce, ff. de regul. iur.*

Nec obstant contraria, ad primum enim dicitur, quod bene verum est, quod mens declaratur verbis, factis etiam & nutu in non valentibus loqui, vt dicitur in eadem *l. Labeo, in fin.*

Ad secundum dicitur, quod procedit in muto, & surdo intellectu carentibus, qui infantibus, & furiosis æquiparantur, secus si habeant intellectum, & ita declarat Ias. post alios, *in l. 1. ff. de verb. oblig.* & bene facit *d. l. vbi non voce*, ibi, si intellectum habeat, &c.

Infantes, Senes.

QVAESTIO II.

1 QVæro secundo loco principaliter, an infantes locare possint, & omissa in hoc disputatione, dicitur locare non posse, quia nullum habent intellectum, & quicquid vident, ignorant oculo saltem intellectuali, *l. in sponsalibus, la 2. ff. de sponsal. §. pupil. lus, Institut. de inutilibus stipulationibus.* late Franc. Fara *de essentia infantis, cap. 11.*

2 Præterea vltra adducta per eum additur, quod operas suas locare non possunt, *l. fin. §. fin. ff. de oper. seruorum*, vbi minoris annorũ quinque nullæ sunt operæ.

3 Impuberes autem sic, *l. cæterum, ff. de rei vend. l. fin. ff. de liberali causa, l. 2. §. impuberes, & l. excipiuntur, ff. ad Sillan. glos. ad hoc magistra, in l. arboribus, §. de illo, in verbo infantis, ff. de vsufructu.*

4 Practicando tamen distingui solet, aut puer est artifex, aut nõ: primo casu ei debetur salarium, licet impubes sit, nisi agat contra proprium magistrum, qui docuit pariter, & alimentauit, vel contra eum, cuius expensis edoctus est. Similiter si non sit artifex, alimenta compensantur cum operibus, *l. fin. §. in enim, ff. de liber. caus.* ad quam Anton. August. *lib. singular. ad Modestin. pag. 289.* Fortaculus *dialog. 53.*

5 Datur etiã famulo mediastino, licet impuberi salarium, qui vilissima officia in domo exercet & focario, vel focariæ, quia focum curat, domum vertit, nullam purgat, ligna congerit in coquinam, *l. item apud Labeonem, §. prætor ait, ff. de iniur.* ad quam Bude. in *l. 1. ff. nautæ caupo. stabular.* Alciat. *lib. 1. prætermissorum, c. 3.* Alex. *lib. 3. genial. dierum, c. 55.*

6 Si vero sit priuignus, vel pupillus, operæ non æstimantur quanti locari potuissent, sed pro emolumento, quod ex operis tutor, vel vitricus habere potuit. Cuman. *consi. 87. in fin.* Ant. Padil. *ad l. si quis à liberis, § si mater, nu. 79. cum seq. ff. de liber. agnosc.* ex quo habes qui sit vere mediastinus, & quæ focaria.

7 Et hæc materia salarij puerorum valde practicabilis est, maxime cum magistris artium tam pro primo anno, quam alijs, & vsusfructus infantis legatum valet, & subintelligitur cum adoleuerit, *l. si infantis, ff. de vsufructu*, quam singul. dixit Rom. *sing. 158.* & similiter senes defectæ ætatis nullius sunt operæ, vt not. *in d. §. de illo*, vbi Alber. dicit se nescire alibi, & facit *d. l. fin. §. fin. in verbo debilis, ff. de oper. seruit.*

8 Videbis tamen per rerum experientiam multos senes maxime rusticos, & personas viles esse robustas, & locare operas suas ad ligonizandum, metendum, & similia, & per totam diem portare pondus diei, & æstus.

De mundualdo ad Vellcianum.

QVAESTIO III.

QVæro tertio loco principaliter, an mulier prohibita per statutum contrahere sine cõsensu proximiorum, locare possit, vel conducere, quam quæstionem non positam, nec tactam vidi apud Lambertenog. *de contrar. mulier.* plene materiam tractantem.

1 Et primo videbatur dicendum, quod sic, quia statuto non obstante quietare potest. Rom. *consi. 289.*

Digitized by Google

2 Secundo, statuto non obstante potest contrahere matrimonium, in quo contrahendo agitur de magno præiudicio. Ioan. de Arno. *singular.* 46. Granut. *theorem*at.25. *limit.*7.*num,*29. Roderic. Soarez *in l.*13. *stili, num.*16.

3 Tertio, statuto non obstante dotem recipere, vel promittere potest, in quo facto lęsio, & deceptio contingere potest. Rimin. *cons.*63. *num.*9. *lib.*2. Virgin. Boccat. ad Ægidian. *glo.* 8. *num.* 56.

4 Pro contraria vero parte facit, quia locatio, & cõductio regulatur eisdem regulis, quibus emptio, & venditio, ita vt si aliquid reperiatur decisum in contractu venditionis, & sit dubium in contractu locationis, secundum illam regulatur, vt dixi supra de similitudine locationis, sed ex forma statuti mulier nec vendere, nec emere potest, vt apud omnes receptum est, merito neque locare, neque conducere.

5 Secundo, quia tale statutum in societate procedit. Alex. *cons.* 154. *lib.*2. Lamberteng. *de contrac. mulier. glo.* 1. *q.*10. *num.*20.

Et hanc opinionem putarē de iure veriorem, aut enim loquimur in locatione ad longum tempus, aut ad modicum. Primo casu est alienatio, vt dictum est, merito habebit locum statutum. Secundo casu locatio in se est proprie contractus, *l. Labeo*, §. *contractum*, *ff. de verb. signif.* & sic statuti verba adaptari possunt, vt tetigi supra *q.*2. *principal. de diffinit. locat.* & maxime, quia ratio fragilitatis etiam in contractu locationis considerari potest, & solent statuta plene loqui, scilicet, contrahere, distrahere, vel aliquem contractũ facere, prout statutum Tudertinum, & sic videtur colligi intentio statuentium, vt intelligere velint etiam de contractu locationis, & conductionis.

6 Nec obstare videtur primum contrarium, quia loquitur in quietatione necessaria, alias non posset modo aliquo quietare. Gozad. *cons.* 102. Grat. *cons.* 49. *post num.*27. *lib.*1. Rom. *cons.* 394. quem refert, & sequitur Alexan. *cons.* 215. *col.*2. *lib.*6. Rolan. *cons.* 21. *num.* 15. *lib.*1. Ial. *in l. si vnus*, §. *pactus*, *num.*29. *ff. de pact.* Virg. Boccat. ad Ægid. *glo.* 8. *num.*60.

7 Nec obstat secundum de matrimonio, quia hoc respicit personã simpliciter, & tale statutũ respicit bona, & pariter in dote, quia est accessoria ad matrimonium, ita Granut. *theorem.*25. *limit.* 4. & 5. *nu.*30. & 31.

8 Vnde si quid fortasse principaliter a statuto prohiberetur in consequentiam actus a statuto non comprehensi veniet, & consequenter accessorium gaudebit beneficio sui principalis. Vnde si daretur casus, quod mulier locaret in consequentiam actus a statuto non comprehensi, nec etiam locatio esset comprehensa ratione accessorij ad principale.

9 Ampliatur hęc cõclusio, vt procedat etiam in alio casu, puta disponit statutum Ferrarię de indemnitatibus mulierum quod nulla mulier possit aliquem cõtractum facere etiam iuratum sine consensu proximiorum pręsentium, alias si absentes sint, aliorum sequentis gradus, sub pęna annullationis contractus, si pater consentiat filiæ locanti bona consignata per nuncium specialem, quem consensum promisit gratum, & firmum habere, obligando propria bona, si pendente locatione filia locatrix decedat, non poterit pater hæres agere de nullitate cõtractus locationis factæ per filiam, ex capite quia nõ est seruata forma statuti. Ita in terminis contractus locationis, & conductionis circa statuti formam per plures rationes tenuit Crauett. *in quodam suo consil. posito post tractatum de antiquit. temporum*, *quæ decisio ampliat*, & confirmat superius firmatam conclusionem.

10 Et sic corollarie in practica infertur ad vnũ, quod est magna controuersia apud iuris interpretes, an stãte statuto, de quo supra, possit consensus proximiorũ adhiberi per procuratorem, & nũcium specialem, & late posuit materiam Tiraquel. *de legibus connubialibus, glos.*6. *num.*20. Lamberteng. *de contract. mulier. glos.*7. *in verbo consensum, q.*8. *cum seq. q.*4. *cum seq. num.*8. *cum seq.*

Et vltra allegatos per eum vide bene loquẽtes Io. de Arno. *singul.*16. Soarez *in l. stili*, *tit. de las deualas*, *num.*32. Virgin. Boccat. ad Aegidian. *glos.*3. *nu.*40. & *seq.* Granut. *theorem*at.25. *num.*24. *ampliat.*8. tamen vltra omnes limitatur vno modo ex supradictis, quòd inspicienda sunt verba statuti, nam si loquãtur, vt importent pręsentiam, ita vt si quis non sit pręsens, subrogetur alius ab ipso statuto, tunc & eo casu consensus non potest præstari per procuratorem, vel nuncium specialem: & si præstetur, actus est ipso iure nullus, vt patet in casu superius formato.

11 Secundo etiam infertur in hac vtili materia locati, & cõducti, quod si pater, vel alius haberet aliquod ius in aliqua re, & consentiret locationi ipsius, sibi in iure præiudicaret, vt dixi supra in quæstione, consentiens locationi per *l. si fundum*, §. *per fideicommissum*, *ff. de legat.*1. & ex alijs ibidem allegatis, pari modo sibi præiudicabit, si locationi alicui consentiat, in qua tempore præstiti consensus quis non habebat ius, sed ex post facto superueniat, puta efficiatur hæres locatoris, vel quid simile, & sic patet ampliatio *ad dict. l. si fundum*, per fideicommissum, & similia iura.

12 Et multi in hoc dicerent contrariũ, quia inspiciendo initium, & tempus præstiti consensus, ille nullum ius habebat, nec cogitauit de hoc, nec cõsensit, vt ta-
13 lis, sed vt alia diuersa persona. Et nõ exeundo materiam locati, & conducti, si quæratur, ad quod prodest iste consensus a statuto requisitus, respondetur. Primo dat robur contractui locationis, & conductionis. Secundo operatur, vt consentiens contrauenire non possit. Vnde practicando, si consentiens contractui agat ad irritationem ipsius, replicabitur, quod nõ potest, quia consensit. Bene verum est, quod consentiens conueniri non potest ratione consensus præstiti ad aliquid faciendum, vel præstandum. Bald. *in l. ex sententia*, *ff. de test. amrutar. tutel.* Corn. *consil.*144. *col.*3. *in fine*, *lib.*3.

14 Bene verum est, quòd si vltra simplicem consensum, promisisset habere ratum, gratum, & firmum actum, super quo consensit cum hypotheca suorum bonorum cogi poterit ad obseruantiam, immo conducta hypothecaria agere poterit ad bona obligata ob interesse contrauentionis, vt late deducit in terminis locati, & conducti, Crauet. *de indemnitat. mulier. n.*44. Cautus igitur erit conductor, si eius contractus egeat consensu alicuius, quod nedum interponatur simplex consensus, sed cum clausula rati, & hypotheca bonorum, maxime quando specialiter constituatur procurator ad consentiendum.

15 Et sic patet etiam intellectus ad *l. aliud est*, *ff de regul. iur.* & quid operetur iste consensus, ad qua etiam

Bart.

Google

Bart.*conf.* 2 t.*quidam sibi filios, colu.*1.Anchar. *conf.* 76.*in vltimo dubio*.Corn. *conf.*236.*lib.*1.Tiraquel. *de legibus connubial. glos.*3.*q.*2. Riminal. *de donat.num.* 500.Alphan.*report.*142.

16 Similiter mulieres etiam non seruata forma statuti locant operas suas ad filandum,texendum, ligonizandum,& similia,& contrahunt in similibus societatem, & rusticæ debent habere partem lucri cum fratribus.Bal.*in l.ex diuerso,in princ.ff.solu.matrimon.* commendat Ias. *in l.* 1.*sub num.* 20. *C. qui testamenta facere possunt, per l. alimenta*, §.*fin. ff. de adimen. leg.* per quæ patet limitatio ad notat. per Lamberteng. *de contract.mulier. glos.* 1. *in verb. in alienationibus, q.* 9. *nu.* 21. vt etiam non seruata forma statuti contrahere societatem non possit,non enim procedit in casibus superius adductis immo & prædium conducit. Bal.*in l.si vxorem,sub num.*6.*C. de condic. incer.*

17 Sed nunquid in hac materia locati, & conducti iuuabitur Mulier Velleiano? Vtiq. si pro se principaliter contrahit, non iuuatur, & conueniri potest ad debitam pensionem & obseruantiam contractus locationis,& conductionis,secus si pro viro conductore obligetur,quia iuuatur Velleiano, *l.contractus,in fin.C. locat.l.*1.*in fin.C. ne vxor pro marito,l.si adnersarius,C.ad Velleianum,* vbi Bald.dicit esse textum notabilem pro illis,qui locant ad laboritium bona maritis,nam faciunt obligari vxores principaliter,quia hoc casu non iuuantur Velleiano,nisi(inquit Bald.) esset color quæsitus, puta sit semper tractatum cum viro, postea in celebratione instrumenti nominatur mulier ad fugiendum Velleianum,& ita colorē quęsitum declarat Castr.*in d.l.si aduersarius*,& passim in facto occurrit iste casus,quia homines volentes cautios agere tractant cum viris, concipiunt instrumēta cum vxoribus, & nulli dubium est, quod viri vt plurimum conducunt prędia, & est proprium exercitium masculorum. Et nota insuper *glos. in d.l.*1.*C. ne vxor pro marito*, quod proprio nomine vxor dicitur obligari si ad sui vtilitatem. Vnde proprio nomine sit, quod ad mei vtilitatem fit, & tractatur, & similiter mulier iuuatur Velleiano, si cum viro obligetur,vt sibi per eum.

De secundo gradu personarum.

Prælatus,Pater,Tutor, Curator, Maritus,Procurator, Nuntius.

De Patria Potestate.

QVÆSTIO IV.

VIDIMVS superius de aliquibus personis defectum naturæ patientibus,an locare possint,placet vt videamus de administrantibus personas, vel aliena negotia,& primo in patre naturali,an locare possit bona sui filij, & hæc quæstio est notabilis, & satis practicabilis,vt Gomes.& Pinellus inferius allegandi attestantur,nec penes scribentes, qui de patria potestate scripserunt, tractatum reperio.

1 Et pro parte affirmatiua facit, quia pater est legitimus administrator filij etiam eo inuito,*l.*1.*vbi not. C.de bon.mater.glos.in l.non solum,§.si pater,ff. de procurat.in l.fin.§.*1.*ff.de verb.oblig.*

2 Secundo pro hac parte facit, quia lex tantum de patris persona confidit in filium, vt semper præsumatur eligere salubrius cōsilium ad fauorem filij, *l. nec in ea,ff.de adulter.*etiam si faceret actum,qui prima fronte nō videretur vtilis filio. Alciat.*reg.*1.*præsumpt.ex no.per* Bart.*in l.*2.*ff.de vulg.& pupil.*

Tertio pro hac parte facit si tutor, curator, & similes possunt,multo magis pater,qui longe plus potest.de tutore autem,& curatore dicam suo loco.

3 Pro cōtraria parte facit,quia pater prohibetur alienare bona filij,in quibus habet vsumfructū,vt habetur in *l.* 1. *C.de bon.matr.*sed locatio ad longum tempus est alienatio, vt superius vidimus,merito &c.

4 Quare pro resolutione considerantur duo casus principales, qui deseruient in quocunque administratore. Primus est in locatione ad modicum, vel breue tempus, & hæc sine dubio per patrem fieri potest de bonis aduentitijs filij. Secundus casus est in locatione ad longum tempus,& hæc per patrem fieri non potest, ex quo est alienatio, vt superius vidimus,& ita per multa tenet Pinell.*in l.*1.*par.*3.*nu.*63. *in princ.& iterum num.*64.*in princ.C. de bon. matern.* tenens, quod si talis locatio ad longum tempus fiat per patrem,quod ei filius stare non tenetur,ad materiam,*l. emptorem, C.locat.* Borgnin. *de vsufruct. num.* 176.*loquens in aduentitijs*.

5 Declaratur primo hæc secunda conclusio de locatione ad longum tempus,vt ei filius stare non teneatur, vt non procedat quando locatio fit patrem facta ad longum tempus ex causa vtili, vel necessaria, quo casu ei filius stare tenetur. ita post alios tenet Pinell. *in d.l.*1.*par.*3. *sub num.*64.

Vltra quem addo bonam decis. Franc.Marc.604. *parte* 1. vbi tenet posse obligari, & in emphyteusim dari res vacantes,ruinosas,& steriles,ac etiam terrulas,in quibus etiam permittitur alienatio in bonis ecclesię,& licet ibi Franc.Marc. cogitādum relinquat, ratio tamen ipsius videtur admodum bona, quia dātur ad meliorandum, & id etiam permittitur in bonis ecclesiæ,vbi cautius agitur, & certe iniquum videtur, quod si filius habeat bona aquosa, siluestria, saxosa, & sterilia, pater locet ad longum tempus cū bonis pactis, & vtilibus, & conductor inceperit meliorare postea expelleretur, quis enim conduceret talia bona ad modicum, & breue tempus, vt per aliquod tempus frui non possit in reducendo post laborem impensum ad meliorem culturam?

6 Accedat vlterius, quod in materia prohibitionis alienationis semper est excepta causa vtilis, vel necessaria, & hanc dicit communem opinionem Cur. iun.*conf.*121. *num.* 2.

7 Vnde practicando,si mortuo patre conductor molestetur filio, videre faciat diligenter cautam si fuit vtilis,vel necessaria,& intelligetur vtilis ex qualitate rei locatæ, quia sterilis, vel ruinosa, puta sit locatum casalenum cum pacto refarciendi, fundus similiter eum pacto plantandi tot arbores, construendi domum culam,& similia.

8 Declaratur secundo allegata conclusio, vt licet filius non teneatur stare locationi ad longum tempus factę per patrem,si tamen pater ita locet,nō per hoc priuabitur administratione bonorum filij, nisi sciens hoc fecerit ita Pinell. *in citato loco ea ratione*,quia pęna priuationis vti valde odiosa nō inducitur, nisi expresse

presse caueatur, de qua superius diximus, quæ scientia non præsumetur ad tollendam priuationem, sed per filium actorem probanda erit,

Sed an cadet locatio inter patrem & filium, duæ sunt veræ conclusiones.

Prima est, in casibus in quibus patri non quæritur vsusfructus, prout castrensis, vel quasi, vel in aliquibus casibus in aduentitijs, locatio consistit inter patrem & filium, & pensio licita exigitur,

Secunda sit conclusio, locatio operarum à filio in patrem valet in illis quas filius nõ tenetur prçstare patri, prout industriales secus in obsequialibus. Caccialup. *in repet. l. frater a fratre, nu. 70. ff. de cond. ind.*

Tertia sit, si filius habet aliquod salarium, a magistro stationis, de illo viuet, & residuum patri consignabit. Bald. *in* l. *cum oportet, col. 5. vers. sequitur videre, C. de bon. quæ lib.*

Et mater, pro conductione facta per patrem non potest dare in solutum res filij nisi ratificet filius, vel creditor nõ permiserit, leg. mancipia, *C. de reb. alie, non alie.*)

De Prælato locante.

QVÆSTIO V.

DE hoc ponam in titulo de bonis ecclesiæ non alienandis.

De tutoribus & curatoribus.

QVÆSTIO VI.

QVÆRO sexto loco, an tutor, vel curator, vel ipse minor, locare possint, & quidem absque decreto, & omissis rationibus hinc inde, de quibus superius de substantia locationis. t *tit. de admini. strat. tutorum*, duo sunt, prout in patre considerandi casus principales.

1 Primus est casus in locatione ad breue, & modicum tempus, & eam tam ipse minor, quam etiam tutor, vel curator facere possunt, & ei minor finita tutela, vel cura stare tenetur, nec in ea aliquod iudicis decretũ requiritur, *l. codicillis, §. instituto, vbi* Doctores *notant, ff.* de legat. 2. & *argumento* l. *si tutelæ, ff. de administr. tutorum*, Cin. *in* l. *emptorem, colum. 2. C. locat.* Bar. Castrens. Alexand. & alij, *in l. si filio, §. si vir, ff. soluto matrim.* Soc. *consil. 125. num. 6. lib. 1.* Didac. *variar. resolut. lib. 2. cap. 15. num. 5. propè medium*, Ant. Pinell. *l. 1. part. 3. sub num. 64. C. de bon. matern.* Fernand. Vasqui. *tit. de successione creata, rub. de testam. pot. §. 10. sub numer. 78. versic. nunc videndum,*

2 *lib. 1.* vbicunque enim ratione competentis administrationis quis habet potestatẽ locãdi, & locat, alius qui in illa administratione succedit, tenetur talem locationem obseruare, vt concludunt communiter Doctores *in c. querelam, ne prælati vices suas*, & Alex. post Roman. *in d. §. si vir*, D. Simonc. de decret. *lib. 2. tit. 6. inspect. 2. num. 1.*

Cui plene tractati adde vtiliter loquentes Papiens. *in forma libell. ad facti præstationem, in verbo, soluere neglexerit sub nu. 6.* Marium Anguisso l. *cons. 250. volum. 1.* Alexand. *cons. 140. num. 3. lib. 6.* Marc. Mantuam, *cons. 115. num. 9.* Aufrer. ad Tholos. *decis. 420.* Pet. Duenn. *regul. 240. l. in tat. 3. num. 3.* Crott. *consil. 414. num. 22. volum. 3.* Ceph. *cons. 255. num. 12. vol. 2.* & hæc est communis opinio, Viui. *in silu. opin. 107.* Roland. *cons. 45. 6. lib. 2.*

3 Et hinc postea infertur in pulchra facti contingẽtia, quòd si tutor alicuius Principis concesserit literas patentes alicuius officij, alicui, si desinat esse tutor, vel per recusationẽ, vel quouis alio modo, quod successor in tali tutela ei stare tenetur, & si alium eligat, præfertur ille electus a primo tutore, qui postea desijt esse tutor. Vincent. Francus. *decis. 216. conductor*, vbi loquitur in iurisdictione locata. late Borgnin. *attestans in facto habuisse, & ita iudicatum in repertor. ad suas decisiones, par. 1. in verbo, electio*, dicens esse casum frequentem, vtilem, & quotidianum, & latius *dec. 25. part. 2.*

Et vera est in se talis decisio, sed quis obseruat ille tutor Principis, cui plus subministratur tacite, vel expresse in sacculo, vel extra sacculum, in domo, vel extra.

Declaratur allegata conclusio, vt procedat in tutela legitime decreta. Vnde si mater inuentarium non confecerit, non renuntiauerit Velleiano, secundis nuptijs, & omni legum; & iuris auxilio, non erit legitima tutrix, nec modo aliquo locare poterit, Bal. *in authent. matr. & auiæ, nu. 11. C. quando mulier*, & ibi etiam Salic. *sequitur* Capic. *de matre loquens, dec. 50. versus finem*, Matthesilan. *notab. 108. dec.* Tholos. 288. Corn. *cons. 164. num. 3. lib. 4.* Roland. *cons. 76. num. 5. & 7. lib. 1.* Borgnin. *de tutore, in princip. nu. 23. & 24. pulchre* Natt. *cons. 143. num. 14. & 663. nu. 2. 9. & 10. lib. 4.* Simon. de pret. *cons. 6. num. 13. consil. 143. num. 14. cons. 22. num. 4.* & hæc est communis opinio. Laurent. kirchou. communium opinionum *conc. 39. litera M.* & in terminis locati, & conducti Granut. *Theorem. 8, num. 5. & num. 19.* declarando vt ibi per eum.

Sed nunquid locatio a tutore facta faciat rem alienabilem ex iure protomiseos, & congrui. Vtique sic, si sit legitime facta ab initio. Granut. *inferens ad Gregorianam de iure protomiseos, num. 17. & 7. Theoremat. octauo.*

ADDITIO.

☞ *Declaratur secundo nisi locatio esset facta in fraudem, quæ licet in dubio non præsumatur colligitur tamen & modica pensione vel locatione longioris vltra solitum, vel necessarium. Surd. decis. 299.*

5 Secundus casus principalis est in locatione ad longum tempus, & hæc per minorem, tutorẽ, vel curatorem fieri non potest absq; decreto, & factæ minor stare non tenetur, Alex. *cons. 104. in causa num. 3. lib. 3. cons. 165. num. 1. lib. 2. & 117. lib. 5.* Boer. *decis. 234. sub num. 3.* Ant. Pinell. *ad l. 1. part. 3. sub numer. 64.*

* hæc est communis opinio, teste Fernando Vasquio *de successione creata titul. de testament. potior. §. 10. sub num. 78. vers. Vnde tutor, lib. 1.* & ratio videtur in promptu, quia locatio ad longum tempus, dicitur alienatio, vt dictum est, merito sine decreto fieri non potest, Iai. *post alios, in l. naturaliter, num. 15. ff. de acqui. possession. in l. 1. num. 34. in l. 2. num. 29. in l. fi. num. 2. C. de iur. emphyteut. & superius diximus.*

Quæ

Digitized by Google

6 Quæ conclusio ampliatur, vt procedat etiam si in locatione ad lõgum tempus esset adiectum pactum, vt nullum in reali conductori acquiratur, quia tale pactum est vanum, & præsumitur fraudulentum, & nullius est effectus, vt dixi supra de effectibus locationis ad longum tempus, *q. 1, declarat. 1. & q. 3. in fi.*

7 Pone, quod locatio sit ita concepta. locat pro duobus annis quibus finitis intelligatur ipsi conductori relocata pro se, & successoribus, vtique non valebit sine decreto, ex quo est alienatio, Alex. *cons. 165. n. 1. li. 2.* & superius vidimus, Ang. *in §. emphyteusim in auth. de non alien. commendat* Rim. *cons. 16. n. 2.*

8 Sed nunquid dabitur restitutio in integrum, ponam suo loco.

Considerãda est etiam practicando bona fides, quam si tutor, vel curator in locando etiam ad longum tempus adhibuerit, quod minor ei stare tenetur, Cin. *in l. emptorem, col. 5. C. locat.*

9 Vnum tamen circa prædicta non omittã, volunt enim omnes superius nominati Doctores, quod tutor, vel curator non possit locare ad longum tempus sine iudicis decreto, prout in alienationibus, sed quid e contra, l. si locatio ad longum tempus fiat a tutore, vel curatore cum decreto, tenebiturne minor ei stare? Doctores expresse id non aperiunt, tacite tamen innuere videntur, quod sic, quia etiam alienatio solemniter facta subsistit, Verum dubitationem facit, quia videmus in patre erga filium, de quo lex tantũ condidit, vt diximus, tamen si locat ad longum tempus, filius ei stare non tenetur, idem in marito videbimus, ob id cogitare placeat.

Adde etiam, quod inquilinus debet soluere pẽsionem ex decreto iudicis, alias non liberatur, Bald & Angel. *in l. sancimus, Cod. de administr. tutorum.* Et si tutor, sua bona prudenter locat, debet ita locare bona pupilli, nec creditur ei contrarium afferenti, & dabitur iuramentum in litem, Rom. *cons. 425.* *Plat. de in lite iurand. §. 5. nu. 15.* Ant. Piagg. *de tutor, cap. 7. num. 33.*

Declara id vnum esse quando pensio excedat summam florenorum centum, & sit plurimum annorũ, alias soluta sine decreto, plenam petit liberationem, Aret. hoc in practica valde commendans, *in §. final. super glos. in verb. debitorem, Instit. quibus alien. licet vel non.*

Bene verum est, quod Riminald. ibi *n. 51.* restringere videtur supradictam declarationem, ad vsuras tantum, nulla facta mentione pensionum. Communis tamen est cum Aret. *& sic l. sancimus, C. de administr. tutor.* procedit, & habet locum in pensionibus, & redditibus.

Sed nunquid tutor conducere poterit rem pupilli, durãte officio? vtique non, nisi duobus concurrentibus, l. cum authoritate conductoris, & palam, & cum debitis solemnitatibus, nec per interpositam personam, *glo. in leg. si in emptione, §. fin. ff. de contr. emption.* Pedemont. 109.

De Iure Dotium.

QVÆSTIO VII.

Septimo loco quæro de alia administratione, scilicet, an maritus possit locare bona dotalia, vel econtra an vxor possit.

1 Pro parte affirmatiua facere videtur, quia maritus est dominus, & possessor dotis, & vsucapere potest, Bart. *in l. res, C. de vsucapione pro dote.*

2 Secundo quia maritus est legitimus administrator bonorum dotalium suæ vxoris, *l. si constante, §. si maritus, l. penult. in pr. & l. fin. ff. sol. matrim.* Bart. *in l. si seruus dotalis, ff. eod. tit.*

3 Pro parte negatiua facere videtur, quia maritus non potest alienare bona dotalia suæ vxoris etiã ex causa legitima vxore inuita *l. mater pro filia, C. de iur. dot. l. si sine voluntate,* & ibi Bal. *C. ad Velleian.* late Fabia. *de empt. & vendit. q. 8. 4. q. principalis.* Quare pro resolutione in hac vtili, & practicabili quæstione considerandæ, & ponendæ sunt aliquæ conclusiones vtiles, & quotidianæ.

4 Prima sit conclusio quoad maritum. Si maritus cõstante matrimonio locat aliquam rem dotalem soluto matrimonio locatione pendente tunc vxor ei stare non tenetur, & ita tenet Accurs. *in l. 2. §. fin. de dot. prælegat.* Bar. *in l. si filio, §. si vir, nu. 1. ff. solut. matr.* Cui accedunt Immol. Cuman. & Castrens. & Alberi. *in l. diuortio, numer. 11. ff. solut. matr.* Campeg. *de dot. pag. 2. quæst. 23.* Aufrer. ad Tholos. *decis. 420.* Cin. & Sal. *in l. emptorem, C. locat.* & hæc est communis opinio, Couarru. *variar. resolut. lib. 2. c. 15. num. 4.* Duen. *regul. 240. limitat. 5. in fine,* Villalob. *in sua recollect. litera L. num. 135.* Emanuel. *in suo Thesaur. litera C. numer. 215.* Ant. Padill. *ad l. si quis ex liberis, §. si quis ex his, numer. 3. ff. de liber. agnoscen.* Viu. *opinio 61. in fin. part. 2.*

5 Declaratur hæc conclusio, vt procedat, & vera sit præcise loquendo, secus causatiue, puta quia sol. matrimonio, colono, vel conductori non competit aliqua retentio, vel exceptio, sed bene tenetur vxor, ad quã reuersa sunt bona dotalia cauere marito, vel hęredib. eius de indemnitate, ne ipse damnum cõsequatur, ex his, quæ matrimonio constante, vt legitimus administrator gessit. Et ita sentiunt omnes superius allegati interpretes, ex quibus habemus in practica formam fideiussionis præstandæ per vxorem, & in specie, quod concipi verbis generalibus debet, non restringendo se ad materiam locationis factæ.

6 Subdeclaratur hæc declaratio considerando duos casus; aut locatio est facta ad modicum tempus, puta ad annum, aut biennium, vel vltra. Primo casu mariti locationi vxor præcise stare tenetur & dabitur colono exceptio, vel retentio quasi bona fide facta sit pro tam modico tempore; cum enim viro detur facultas fructandi dotem, ergo locare poterit, cum facultas locãdi sit in fructu, *l. cum antiquitas, C. de vsufr.* & ita tenuit Alex. *in d. §. si vir, n. 1. in fi.* commendant Couar. & Duenn. *vt supra in fin.*

Secundo vero casu præfati interpretes sentiunt vxorem non teneri stare locationi præcise.

7 Vltra eos tamen ita videtur distinguendum. Aut percipiebantur fructus singulo anno, & videtur maritus fuisse in aliquali culpa locando vltra annũ. Aut fructus non percipiebautur singulo anno sed biẽnio, vel quinquennio, & tunc reputatur pro vno anno, & consequenter præcise vxor stare tenetur, & ita vltra Couarr. Duenn. & alios in materia locati, tenet Bal. ab eis nõ allegatus *in l. si quis domum per illum textũ ff. locat.* Campeg. *de dot. part. 3. quæst. 272.* dicens hoc valde

Digitized by Google

valde notandum, & quod iste intellectus valde applaudit literæ, §. *si vir in quinquennium*, maxime quia alias superius diximus, quod annus in recolectione fructuum multifariam consideratur, cadunt enim multi menses, & anni iuxta qualitatem terrarum, prout ibi dixi.

8 Practicando igitur locet secure maritus bona dotalia, quia potest, & permittitur sibi.

9 Sed pone quod hæredes mariti talem cautionem non petant, quomodo succurretur? vtique ipso iure tenebitur vxor si noluerit stare contractui, ac si cauisset. ita Castrens. *in d. §. si vir, commendat* Gomes. *de contract. tit. de locat. & conduct. sub numero* 8. Pernicola Mozz. *in eod. tit. rubr. de rebus, quæ locari possunt, num.* 5. *&* 6.

10 Declaratur secundo loco vltra Couarru. superius allegatum, vt non procedat in bonis parafernalibus quæ si locentur per maritum, quod vxor præcise stare teneatur. Ita infert Gomes. *in citato loco ad materiam l. maritus, C. de procuratoribus.*

11 Notandum est etiam practicando vltra Gomes. Couar. & alios superius allegatos, quod soluto matrimonio, locatione pendente, quod fit distributio pro rata inter hæredes mariti, & vxorem, ad quam reuersa sunt bona dotalia locata, & venit in contributionem, vt not. Bar. & alij, *in l. diuortio*, vbi Bar. *n.* 9. quem ibi sequuntur Ange. Castr. & ibi Ias. declarat, quod tunc pensio venit in contributionem, quando esset per soluenda in certa quantitate, vel in fine anni, vel in quolibet mense, secus si pensio esset persoluenda in certa quantitate fructuum, quia tunc nihil venit in contributionem, nouum intellectum ponit Coras. *Miscell. lib.* 5. *c.* 7.

12 Notandum est etiam, quod vbi annus soluti matrimonij esset sterilis, & sterilitas processit facto mulieris, non nocebit marito, sed debet habere de fructib. vlterioris anni secus si sterilitas processit a casu, quia tunc noceret marito, sicut ecõtra prodesset, si annus esset fertilis, quod dictum valde notabile reputat Ias. *ad d. l. diuortio, num.* 47. *ff. solu. matrim.*

13 Quid si locatio sit facta per maritum in fraudẽ, & in perniciem mulieris puta ea existente grauiter infirma, vtique hæres vxoris stare non tenebitur tali locationi, nec præcise, nec causatiue, Cin. *in l. emptorem, C. locat.* commedat pro valde notabili Campeg. *de dote, p.* 3. *q.* 273. *allegat l. filiæ, ff. solut. matr. & l. in vendit.* §. 2. *ff. de bonis authoritate iudicis possidendis*, Tiraq. *de retr. conuent.* §. 3. *gl.* 1. *n.* 19. Meuoch. *consi.* 108. *nu.* 20.

ADDITIO.

☞ *Surd. Decis.* 299.

14 Vnum tamen ponam in consideratione, quia præfati Doctores loquuntur, quando mulier moriatur ex graui infirmitate, quid si recõualesceret? & iã apparet, quod eius maritus fraudato consilio hoc fecit ex vna parte est fraus, ex alia durat matrimonium, & licita videtur locatio, vt diximus.

15 Baldus autem nouellus a Couar. *in citato loco allegatus, de priuil. dot. p.* 1. *priuil.* 1. *nu.* 19. tenet intrepide maritum posse ad longum tempus, & ad annos decem locare bona dotali, quia (inquit ipse) non est propria donatio ex quo non obdicat dominium, & loco rei habet pensionem pro supportandis hæredibus matrimonij, sicut si ipse perciperet fructus absq. locatione, & hoc esse verum, & procedere siue pensio consistat in pecunia numerata, siue in fructibus, & potest euenire (inquit Bal.) quod magis expediat marito locare etiam ad longum tempus, quam ex se cultiuare, vel coli facere, subdens vnum satis notabile ad intellectum aliquarũ legum, quod lex Iulia prohibens marito alienare fundum dotalem non intellexit de locatione ad longum tempus.

16 Ex quo discursu Baldi Nouelli inferuntur duo vtilia in hac materia locati, & conducti. Primum est, si quæratur, an maritus possit locare bona dotalia, ita videtur distinguẽdum. Aut loquitur quoad se in eius vita, & matrimonio cõstante, & tunc valebit talis locatio etiam ad longum tempus, ita vt si maritus fortasse pœnitere vellet, & rescindere locationem, non posset ex hoc, quia locauit ad longum tempus, nec cõstãte matrimonio conductor pœnitere posset, & dicere ista locatio nõ tenet, quia facta per maritum ad longum tempus. Aut loquimur respiciendo tempus soluti matrimonij, & tunc successor ei stare nõ tenetur nisi modo, & distinctione, de qua supra diximus.

17 Consideret igitur conductor bonorum dotalium duo tẽpora, cõstãtis matrimonij, & soluti matrimonij, primo casu semper erit securus, ita vt si maritus viueret per totum tempus locationis, semper erit securus, aut sumus in tẽpore soluti matrimonij, & est cautus, vel præcise, vel causatiue per fideiussionẽ, vt diximus.

18 Secundum corollarium est intellectus *ad l. lex Iulia, ff. de fundo dotali*, vbi lex Iulia prohibet alienare, vel obligare, nõ tamen intelligetur de locatione ad lõgum tempus, & sic quandoque prohibitus obligare, poterit nihilominus locare ad longum tempus.

19 Secundo infertur intellectus *ad l. fin. C. de rebus alien. non alienan.* vbi prohibita alienatione a l. vel homine, prohibetur translatio vsusfructus, & concessio in emphyteusim, & tamẽ (si vera est opinio Bal. Nouelli) non est prohibita locatio ad longũ tempus quod cogitabimus, per ea, quæ superius diximus ad materiam *l.* 2. *& l. fi. C. de iure emphyteutico.*

20 Tertio infertur declaratio, & intellectus *ad princ. Institut. quibus alien. licet vel non*, iuxta *glossa. in verbo alienare*, vt non procedat in locatione ad longum tempus.

21 Et prædicta omnia vera sunt, & disputantur vxore non consentiente, sed si accederet contractui, & consentiret, & iuraret, cessaret omnis difficultas tam constante matrimonio, quam post, *ex l. licet, de iure. iur. lib.* 6. Vnde vidi multas locationes ad longum tẽpus factas cum consensu vxoris.

22 Secunda principalis conclusio est in vxore, vel socero, si vxor, vel socer locat aliqua bona, locatio valet, si postea nubat, & det in dotem bona locata, maritus tali locationi stare non tenetur, nisi sciens ea per prius locata simpliciter, & scienter in dotem recepe- rit. ita Roman. *in d. l. filiosam.* §. *si vir, n.* 26. *ff. solut. matrimon.* ea ratione quia maritus est voluntarius successor, ergo locationi stare non tenetur, *d. l. emptorem.* Sequuntur Cumanus Immol. & Aretin. *ad d. l. diuortio, ff. soluto matrimon.* vbi Alexand. *num.* 38. Ias. & Seysel. *num.* 35. dicunt hanc opinionem veriorem. Campeg. *de dot.*

Digitized by Google

de dot. par. 2. quæst. 23. Couarruu. *variar. resolut. lib. secundo, cap. 15. num. 5. in fine*, attestans in practica ita uendum.

23 Deducenda igitur est scientia mariti ad victoriam obtinendam.

24 Sed vltra Couarruu. Duenn. & alios superius nominatos, si mulier costante matrimonio locat, cuius erit pensio? Vtique mariti, & erit locus dispositioni *l. Quintus, ff. de donatio. inter virum, & vxorem*, vt per Bartol. *in d. l. diuortio, num. 13.* post Dynum ab eo allegatum.

25 Et sic patet ampliatio in materia locati, & cōducti *ad l. Quintus, ff. de donat. inter virum, & vxorem*, quam non video positam a Neuizz. late materiam tractante *in silu. nuptiali lib. 4. num. 20. cum sequent.* Anton. Gabr. *de præsumpt. conclus. 15.* Alphan. *reportat. 560.* Fernand. Vasq. *controuers. illustr. lib. 3, cap. 105.* Alciat. *regul. 3. præsumpt. 26.*

26 Vidi etiam in facti cōtingentia casum. Mulier habebat virum insipidum, locauit administratrix bona ipsius, & maritus alij postea locauit, an secundus conductor teneatur stare primo, ex quo mulier administrabat, & maritus erat homo nesciens administrare, & facile esset diceret quod sic.

27 Sed vlterius quæro vltra Couarru. & alios vnum in hac materia locati, & conducti, ad intellectum, & materiam *l. 1. C. per quas personas nob. acquiratur*, an actio locati ex locatione mariti quæratur vxori sine cessione, & videbatur quod non, ex regula *d. l. 1. C. per quas person.* vbi per liberam personam non quæritur nobis actio sine cessione, & hoc est verius, & ita tenuit *glos. in l. diuortio, in verbo, tertia portio, ff. solut. matrim.* vbi Iai. *num. 41.* dicit istum casum notabilem ad ampliation. *l. 1. C. per quas person.*

28 Declaratur notabiliter, nisi maritus esset absens, vel non reperitur, nam tūc singulari successori acquiritur sine cessione, per textum notabilem *in l. 1. C. de act. & oblig. in l. sancimus, §. fin. ff. ad Trebell.* & ita Ias. *vt supr.* Et non separando materias, iam quod sumus in materia dotis, nunquid pensiones rerum locatarū poterunt dari in dotem? Vtique sic. *l. si. §. præterea, C. de iur. dot.* vbi text. singularis secundum omnes ibi, & datur bienniū a die contracti matrimonij, infra quod si non præstetur, debentur vsuræ, & quanti lucratus fuisset ex eis, si suo tempore habuisset.

29 Vnde si habes amplum patrimonium, & affictanti, seu locanti molendinum pro centum, furnum pro quinquaginta, prædium pro ducentis, non vis te incommodare de bonis stabilibus neque vendendis, neque consignandis in dotem, quia vis seruare pro filijs masculis, dabis, & consignabis pro dote, & pensiones, & fictus, in quibus postea fieri potest consideratio de eo, quod superlucrari potuissent, si debito tempore solutio facta fuisset.

30 Similiter si in dotem dedisti domum, alimenta dotia declarantur iuxta solitas pensiones ipsius domus, Capra *cons. 105. num. 4.* Vnde si maritasti filiam, & pro dote promisisti domum, quæ locatur pro tot alimenta regulantur a pensionibus, præstari solita, & ita habes in practica modum articulandi talia alimenta.

31 Vlterius quæro vnum in hac vtili materia locati, & conducti non exeundo materiam, de qua agimus mariti, & vxoris. Vxor mea locauit operas suas ad lactandum filium alicuius, ad filandum, texendū, recamandum, & similia, cuius erit hoc lucrum? Vtique vxoris industriosæ, nec erit locus dispositioni *l. Quintus, ff. de donat. inter virum, & vxorem*, Bald. *in l. cum oportet, colum. 3. C. de bon. quæst. liber. in l. cum vxorem, colum. penult. C. per quas personas nob. acquirat.* Crot. *in leg. frater à fratre, colum. 4. ff. de condict. indebit.* Rip. *libr. 3. respons. 3.* Ioann. Lup. *in rubr. de donat. inter virum, & vxorem, §. 61. num. 18. cum sequent.* Alciat. *reg. 2. præsumpt. 26. declarat. 6.* Cremens. *singul. 99.* dicens esse casum quotidianum, & sępius in facto habuisse, & quod lucrum detrahitur pro rata, quod debet esse in seruitio viri, male tamē dicit in vno, quod multę mulieres operantur de nocte, ne impediāt seruitium virorum, quia primum seruitium, quod debeant vxores viris, est nocturnum, merito debitum appellatur, nisi detur compensatio, Anton. Gabr. *de præsumpt. conclus. 15. num. 12.*

Addo Neuiz. *in silua, lib. 4. limitat. 6. num. 23.* attestans lucrum diuidendum per medium, Alexan. *cons. 24. in fine, lib. 1.* Boer. *decis. 22. num. 27. decis. 81. num. 4.* late Laurent. Sylua. *cons. 94. nu. 21.* Et si vxor habitat domum a marito conductam post eius mortem tenetur ad pensionem, nisi iure familiaritatis habitet cum hæredibus viri, Bald. *in leg. contractus, ff. locat.* commendant dicta *in leg. in summa, §. fin. ff. de condit. indebit.*

Et in materia possidendi iure familiaritatis, quod nisi aliud appareat, in dubio, post mortem viri, vxor præsumitur possidere iure familiaritatis, prout viuęnte marito, maxime si hæredes viri faciebant ea, quæ vir in eius vita faciebat, vxore non cōtradicente, vnde vt non dicatur possidere iure familiaritatis, requiritur in aliquo facto declaret mutationem possessionis, puta quod intendit retinere loco pignoris pro sua hypotheca, vel quid simile, vt pulchre declarat Soc. *cons. 131.* ad quem recurras in hac materia. Dec. *cons. 232.* Roland. *cons. 77. num. 26. vol. 1.* Alciat. *regul. 2. præsumpt. 23. nu. 7.* Boss. *de princip. & priuileg. nu. 299.* Borgn. *de vsufruct. no. 202.* Vnde in materia locati, & conducti, si frater, & soror stant simul in domo præsumitur iure familiaritatis, Bart. in practica hoc ad modum commendans *in l. qui iure familiaritatis ff. de acq. poss. in l. & habet, ff. de precar.* Pariter si post mortem viri, hæreditate adhuc iacente conductor, vel colonus recognoscat viduam, præstando pensiones videtur cōtinuare possessionem in eam, vt insistere possit vigore tituli pręcedentis, & medio conductoris recognoscentis, Burlatt. *cons. 452. lib. 4.*

Addendo vlterius. Quid si testator mādat emi domum per suos executores pro vxore vidua remanente, & filiabus, & viduis remanentibus, donec filię veniant ad viduitatem, si domus locetur, quis habebit pensionem? Vtique hæres, Castrens. *cons. 138. in 2. dubio, volum. primo.* vbi concludere videtur, sed considera quod Castrens. non euacuat difficultatem, nam quærit de vxore vidua, & de ea nihil dicit, sed de filiabus tantum.

Quid si maritus locat bona sua, an comprehendat dotem, vtique non. Bald. *in l. si constante, §. si maritus, ff. solut. matrim.* declara, nisi qualitas pensionis aliud suadeat. Campeg. *de dot. par. 4. quæst. 7.*)

ADDITIO.

☞ *Pone quod vxor, sciente, & non contradicente viro retineat puellam in domo per multos annos, & mortuo marito petit salarium, quis teneatur, an vxor, vel hæredis viri. Et videbatur ab hæredibus viri, quia vir tenetur alere vxorem, & appellatione alimentorum, veniũt etiam seruitores, & salaria ipsorum. l. Cum plures §. si tutor ff. de admin. tutor. l. habitatio. ff. de ventr. in possessio. mittend. l. vxor. ff. de aur. & argent. legat. Bal. in Rubri. de vit. & honest. Cleric. Prat. consf. 67. n. 16. lib. 2. Simon de Pret. de interpret. vltim. volunt. lib. 4. dubitatio. 11. n. 59. Menoc. lib. 4. præsump. 157. n. 29. Et in terminis ita tenet Io. Lup. in rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 68. n. 6. fol. 67. Et mulier conducit prædium, & acquirit sibi. Bal. in l. si vxorem nu. 6. C. de condit. insert.*

Titul. de procuratoribus.

QVÆSTIO *VIII.*

VTILIS est locati indagatio, an ad locandum speciale mandatum requiratur, & quantum videri potuit, hæc quæstio non videtur ab aliquo tacta, nec in c. qui ad agendum, de procuratoribus, *lib.* 6. a doctoribus tactum reperio.

1 Et quod speciale mandatum requiratur facit, quia ad vendendum speciale mandatum requiritur. Rolan. *consil... num. 40. lib. 3. per l. si procurator, ff. de con. dic. indebit.* Rebuff. *in rubr. de elect. derog. versiculo trigesimus casus.*

2 Secundo, quia ad paciscendum requiritur speciale mandatum, *l. rescriptum, iuncta l. non nocere, ff. de pact.* Rebuff. *vt supra, vers. vndecims.* Iosepb. de Lodou. *conclu. 30. vers. 70.* vbi de locatione nec ad modicum tempus, nec ad longum mentionem aliquam facit.

3 Pro contraria parte facit, quia videmus agi de modico præiudicio in locatione ad modicum tẽpus, ex quo dominiũ, & possessionem retinemus, *l. rei, ff. loc.*

4 Prima tamen opinio mihi videtur de iure verior, ex rationibus superius adductis, & maxime quia est contractus separatus, & sicut in omnibus fere contractibus nominatis requiritur, pariter in hoc, maxime ad longum tempus, ex quo dominium vtile, & naturalis possessio transfertur, & sapit alienationẽ, vt superius vidimus.

5 Sed pone quod in instrumento sit dictum ad locandum simpliciter, poterit ne locare ad longum tempus; diceres forsan non, quia mandati verba sunt stricte interpretanda, *l. diligenter. ff. mandat.*

6 Contrarium puto verius, cum conductoris appellatione vterque contineatur, & ad modicum, & ad longum tempus, vt dixi supra *de effect. locat. ad longũ tempus, qu. est. 9.* diligenter enim obseruat finem mandati, qui ab eius proprietate non recedit.

7 Practicando tamen datur cautela, vt apponantur aliquæ ex istis clausulis ad locandum ad annuam, & firmam pensionem, vel dicatur ad locandum ad tẽpus, & tempora, Bart. & alij *in authent. ingressi, C. de sacros. eccles.* Grat. *consf. 69. num. 12. volu. 1.* vbi etiam subdit, quod idem operatur clausula omnia, & singula, quæ ipse dominus, quæ clausula magis frequentatur in partibus nostris. Addo Affl. *dec. 305. num. 5.*

8 Ampliatur secundo, quando in instrumento procuræ sit exceptus aliquis casus requirens speciale mãdatum, quo casu censentur videri omnes alij mandatum speciale requirentes, & consequenter locare poterit ad modicum, & ad longũ tempus. ita in terminis Grat. *d. consf. 99. num. 16. lib. 1.* Addo Alex. *consf. 203. num. 2. lib. 7.* Roland. *consf. 12. nu. 52. lib 4. consf. 99. num. 43. lib. 3.* Ioseph. de Ludouic. *concl. 30. num. 64.*

Ampliatur tertio loco, quando adest clausula, cũ libera, Bart. *in l. mandato generali, ff. de procura. in l. certum, §. sed an ipsos, ff. de confess. num. 2.* Ias. *in leg. iusiurand. quod, §. fin. num. 2.* ff. de *iureiurando*, Pedemont. *dec. 39. num. 37.*

Addo Bald. *in l. illud, §. 1. ff. de muner. & honor.* attestantem communiter instrumentis tamen clausulam apponi, & ideo (inquit) defenduntur talia procuratoria, ac si speciale mandatum haberent.

9 Declaratur ista ampliatio in mandato cum libera bonorum, secus cum libera in aliquo, quia tunc non poterit maiora, vel grauiora expressis Franc. Marcus *decis. Delphinal. 694. par. 2.*

10 Vnde inferendo in practica, si procurator est cum libera bonorum, locare poterit, si procurator est cum libera ad vendendum, locare poterit, quia pari passu ambulant, vt superius diximus, si ad alienandum, multo magis, si ad durandum, vel obligandum, similiter, quia non per hoc dicitur facere maiora expressis, & no. Pedemon. in citato loco parificare clausulam cum libera, & clausulam, quod possit omnia,
* quę ipse dominus posset, & est communis opinio. *Ias. in leg. quæ acta, num. 22. de offic. proconf.* Soarez. *litera P. num. 308. in Thesaur. recept. sentent.*

11 Declaratur in clausula rati hũc effectum nõ operatur, gl. *in leg. si procuratorem absentem, ff. de procur.* quam ibi Angel. singularem appellat. *Ias. in l. si debitam, ff. de condict. indebit.* Alexand. *in l. qui bona, §. qui aliena, ff. de damn. infect.* Domin. & Franc. *in cap. qui ad agendum, de procurat. lib. 6. Ias. in l. si procurator, C. de procurat. in l. transactionis, C. de transact. consilio 134. lib. 3.* Abb. *in c. contingit, de transact. glos. notabilis in cap. dilectus, de relig. domin. & hæc est verior.* &
** magis communis opinio, Alex. *in l. si procurator, C. de procurat.* Dida. Couarruu. *variar. resolut. libr. 1. capit. 6. num. 4. & rubr. de testamen. part. 2. sub nu. 14.* inuehẽs, & optima sane cum ratione, quod tales clausulæ potius apponũtur de notariorum insipido quodam, sed apparenti stilo, quã de voluntate contrahentium, virtutem talium clausularum ignorantium, immo ipsimet notarij id penitus ignorant, monstrãt autem scire, & ob id stãte tali abusu pręiudicialia facere non possunt. ita Angel. *in terminis locati, & conducti, in l. licet, col. 1. C. locat.* Bald. *in rubr. Cod. de his, quæ in fraud. creditor.* Abb. *in c. 1. num. 28. vt lite non contestata.* Additio ad Alex. *consf. 28. lib. 2.*

12 Cautus igitur erit diligens aduocatus, & procurator, non acquiescere in appositione talium clausularum, sed considerare qualitatem contrahentiũ, & instrumentorũ. Adde tamen communis superius attestatæ Boer. *decis. 283. num. 17.* Soc. *regul. 393.* Turza. *opin. 16. & 32.*

13 Declaratur secũdo in clausula, quicquid sibi videbitur, & placuerit, quæ important arbitriũ boni viri, & hęc est magis cõmmunis opinio, Afflic. *decis. 91. num. 4. in fine.* Ioseph. de Ludouic. *concl. 30. versic. 65.* Addo Barbat. *egregie loquentem, consil. 25. col. 5. lib. 2.*

Andr.

Andr. ab Exea, *cap. 1. num. 434. de constit.* Paris. *cons. 71. num. 10. lib. 3.* Roland. *cons. 59. num. 3. cons. 60. num. 24. libr. 1.* Crauett. *tamen consilio* 105. *colum. 2. vers. Tertio* pondera, aliter sentit, tueri conatur is Exea, *nu. 434. & 435.* late in materia *Iac.* Menoc. *de arb. iud. q. 8. num. 21. lib. 1.*

14 Sed pone vnum (si Benintend. credimus) quod in palatijs passim occurrit; est cõstitutus procurator ad locandum, vel conducendum, poteritne facere dominum incidere in pœnam? & vtique non regulariter, Aret. *cons. 42. col. fi. cons. 54. col. 2.* Roman. *cons. 161.*
• & hæc est communis opinio Eman. Soarez. *in Thesaur. litera P. num. 309.* ex Ias. & alij per eum citatis.

Addo Bal. *de præscript. in 1. par. secundæ partis principalis, q. 3. n. 8.* Bero. *cons. 116. n. 14. vol. 1.* Auch. *de communi attestans, q. familiar. 44. n. 2. p. 1. in c. 1. nu. 8. vt lite non contest.* Pari. *cons. 100. nu. 8. vol. 3.* Rol. *cons. 79. nu. 42. vol. 1.*

15 Et in practica nota, quod speciale mandatum non dicitur, vt expresse apponantur verba ad faciendum incidere in pœnam, sed satis est si dicatur, constituit Procuratorem Antonium ad talem actum, puta ad locandũ, secus si haberet mandatum ad lites, & causas occasiones talis rei, Alex. *cons. 39. num. 2. vol. 7.* Benint. *dec. 54.* dicens quotidie in palatijs occurrere.

16 Quid ad remittendam caducitatem? speciale mãdatum requiritur. Cell. Vgo. *cons. 26. num. 91.* & superius vidimus. Bero. *cons. 116. n. 10. vol. 1.* Rui. *cons. 100. num. 19. volum. 5.* Corbol. *de iur. emphyteut. limit. 23. num. 16.*

17 Similiter ad declarandum dubium, & liberandum conductorem. Castren. *cons. 34. vol. 2.* Ruin. *cons. 142. nu. 4. vol. 2.* & est communis opinio. Burs. *cons. 104. n. 19. vol. 1.*

De Locatione per Procuratorem.

QVAESTIO II.

1 QVæro vnum satis notabile. Constitui procuratorem ad locandum, qui locauit, & instrumẽto locationis promisit molestiam non inferre, præiudicabit ne domino, quominus auferre possit ad vsum proprium, iuxta *l. æde, C. locat.* Vtique non consuluit Nat. *cons. 25. vol. 1.*

2 Et sic patet vtilis ampliatio *ad l. æde*, vt procedat etiam stante iuramento procuratoris de non inferẽdo molestiam, quia adhuc pro vsu proprio expellere poterit, & sic nõ dicitur molestare, qui vtitur remedio sibi de iure competen.

3 Ex quibus postea infertur *ad l. ignorantis, ff. de procuratoribus*, vt procurator non possit facere cõditionem domini deteriorem, quia hoc maxime procedit in procuratore locatoris, cui præiudicare non potest, quominus expellere possit ad vsum proprium, & sentit Castrens. *post gl. in d. l. ignorantis*, quod procurator cum speciali mandato cum libera, & in rem suam domino præiudicare potest in his, quæ sunt parui præiudicij, ... in materia Soc. *reg. 321.*

4 Et ad prædicta facit *reg. l. factum, §. non videtur & l. nullus videtur, ff. de regulis iuris*: non enim vim, vel molestiam infert, qui iure suo vtitur, & intelligatur promissio de non molestando in casibus a iure non permissis. Et procurator ad locandum an possit pensionem recipere, *dixi ad reg. cum quid p. 1. ampliat. 6. n. 12. addo apostil.* ad Alex. *in l. rescriptum. litera H. ff. de pact.* Stracch. *de mercatura, tit. de mandato, nu. 23. cum sequenti.*

5 Et ille, cui facta est locatio per certos homines, vt sindicos, vel massarios tali loci, non dicitur in mora antequam constet de mandato, vel ratificatione. Rui. *cons. 153. num. 7. vol. 1.*

6 Vnde fit, quod si in instrumento conductionis promisisti tali tempore pensionem soluere non constito de mandato, non erit locus dispositioni *l. æde*, & hoc vtile est in factis nobilium, & magnatum, qui exercent per factores.

7 Similiter si constitui procuratorem ad locandum, et antequã accedat ad te, pęnitet me, & ille ignorans locat, non valebit locatio quia deficit consensus. *no. in c. 1. de procurat. libr. 6.* teneor tamen ad interesse, Bal. *in l. multum interest, C. si quis alteri, vel sibi.* Angel. *in l. si procuratorem absentis, ff. de procurat.* Iason ad Port. *in rub. de obligat. ex consensu contra opinio. glosæ, ff. de contrah. empt.* vbi Alberic. dicit hanc opinionem veriorem.

8 Dubitationem faciebat, quia iam ab initio tempore celebrati instrumenti est præstitus consensus, & si postea pęnitat, cur factum impedire debet ignorantis?

Et non execundo materiam locati, & conducti, de qua agimus, pulchra (si Salic. credimus) admodum vtilis est indagatio, habebam rem tuam cõductam, vel erã debitor pensionis decursę, tradidi famulo perferendam, si pereat, & non veniat ad manus domini, cuius erit periculo. ad materiam *l. argentum, ff. commodat.* & hanc quęstionem in terminis locati, & conducti ponit Ant. Gomes. *de contract. cap. 7. n. 3.* quare ponam aliquas vtiles conclusiones, quæ in practica vt plurimum occurrunt.

9 Prima sit conclusio. Si conuentum est inter locatorem, & conductorem, vt tradatur, vel asportetur res conducta, vel pensio, aut fructus agri culti per ipsummet debitorẽ, vel per certum nunciũ nominatum, si aliter fiat non excusatur, qui diligens non videtur, qui non seruat formam mandati, & conuentionis, *l. eum qui, §. fi.* & ibi Bar. Albec. & Castr. *no. ff. mand. l. diligenter, eodem.* Ant. Gomes. *vt supr. n. 3. in fi.* & hæc
* est communis opinio, Eman. Soarez, *in suo Thesaur. litera F. nu. 403.*

10 Secunda sit conclusio. Conductor tradens famulo rem conductam, vel pensionem famulo proprio siue locatoris, qui consuetus erit in tali ministerio versari se exercere, vel erat fidelis non solitus delinquere in similib. excusatur, conuentione tamen, de qua supra remota, ita Bar. *in d. l. cum qui, §. fin.* vbi Alberic. & *alij, ff. commodat.* Bart. *in l. si procuratori, numer. 13. ff. de condic. ob caus. in l. si finita, §. iam, ff. de dam. infec. in l. item apud Labeonem, §. fin. ff. de præscrit. verbis,* Bal. Sal. & Castren. *in l. si is, cui C. de furt.* & hæc est
* communis opinio, vt attestatur Ias. *ibi in d. l. si procuratori, num. 11.* Firmian. *in verbo nuntius*, vel erat famulus solutus diu facere facta domini, excusatur, secus si non erat adeo notus, Bartholomæus de Capua *singul. 76. ita declarans glos. in l. qui non tantum, ff. commodat.*

11 Et practicando notandum est, quod bona fides saluat conductorem, vel debitorem tradentem, & cõsi-

gnan-

gnantem, quæ articulari, & deduci potest ex multis, primo ex consuetudine, quæ duobus magis ad idem tamen tendentibus, deduci potest, s. ex persona locatoris soliti vti ministerio talis ad talia: item ipsius famuli soliti versari in similibus ministerijs.

12 Secūdo bona fides causatur ex bona fama famuli qui communi hominum opinione reputabatur pro fideli, nec a sæculo fuit auditum de eo malum, vel error similis, & hæc practica colligitur ab Alberico, & alijs interpretibus antiquis. nec in hoc faciunt Doctores differentiā in famulo debitoris, vel creditoris.

13 Tertia sit conclusio. Cōductor & debitor sit admodum cautus, si ad eū accedat famulus cum literis domini inspiciendo diligenter quid contineant tales literę an sint generales, & commendatitię tantum, an sint speciales, & quam specialitatem contineant, & qualitatem famuli si diu seruiuit, si fuit expulsus, & similia, Bar. & Castrens. *in l. Lucius Titius, ff. de fideiussor.* vbi habes a Bar. modicum, & formam componendi literas credentiales, Bal. *cons. 426. lib. 2. pulchre,* & late Boer. *decis. 282.* & si traditionem contineant, alias non liberabitur tradens, ex communi, Soarez. *in suo Thesauro, litera L. num. 177.*

14 Limita in literis antiquis Ioseph. de Ludoui. *concl. 31. vers. & solutio.*

15 Quarta sit conclusio. Si conuentum est inter conductorem, & locatorem, vt portāti tali signum merces, vel pēsio tradatur, si tertius, qui fortasse audiuit, accedat cum tali signo tradens excusatur, ita Bar. ex sua propria opinione motus tenuit *in l. si quis vxori, §. apud Labeonem, circa medium, ff. de furt.* commendat Ial. *in l. 1. num. 22. de eo per quem factum erit,* Ant. Gomes. *in allegato loco* dicens admodum tenendum menti. Cui addo bene, & vtiliter in materia loquentes Dec. *in c. significauit, num. 9. de appellat.* Bar. *cons. 77. col. 4. lib. 3.* late Bauer. *in §. præsenti, col. 4. institut. de testam.*

16 Declaratur hæc conclusio multis modis a Doctorib. ad hanc autem omnia fere redeuntur, quando cum signo designato aliqua verisimilitudo, vel cōiectura concurrat, quia tunc etiam in prędiudicialibus excusatur, ita Abb. Dec. & alij *in d. c. significauit,* vbi Dec. percurrit multas limitationes, quę bene consideratæ omnes huc tendunt.

17 Practicando igitur cautus erit tradens inspicere, & considerare personā famuli an sit verisimile signū abstulisse, quomodo loquatur, & similia, maxime in valde præiudicialibus, alias de facili excusaretur, vt per Dec. *vt supra.*

Addo Veron. *in l. quæritur, §. idem Celsus, il terzo nu. 12. in l. 1. §. si intelligatur, ff. de ædilit. edict.*

18 Quinta sit conclusio præcedentium declaratiua, vt procedat in debitore speciei, secus alicuius quātitatis, vel generis, quo casu indistinctè tenetur, ita Bar. *in d. l. si procuratori falso,* vbi Alex. & Ial. *valde commendant, ff. de condict. ob caus. in l. 1. num. 20. ff. de eo, per quem,* Dec. *in d. c. significauit, in fin. de appella.* Gomes. *in citato loco,* & hæc est communis opinio attestata Soarez. *in suo Thesauro litera F. num. 401.*

Addo Castrens. *in l. argentum, ff. commodat.* Ang. *in l. si finita, §. si tam ruerunt, ff. de dam. infect.* vbi hoc in practica valde commendat. Iaton. pariter valde laudans *in l. cum fundus, §. seruum tuum, numer. 8. ff. si cert. petat.*

19 In hac igitur materia locati, & conducti practicando considerandū est, aut conductor tenetur ad recōsignationem rei locatæ, puta equi, & sic speciei, & liberabitur: aut tenetur ad pensionem, & hoc si consistat in quantitate, prout contingit, & vt plurimum non excusatur; aut tenetur ad aliquod genus, & similiter non excusatur, quia genus non perit, *leg. incendium, C. si cert. petat.*

20 Et caute procedendum est ante quam quis veniat ad consignationem, & diligenter inspiciat cum quo negotiatur, & quis sit in hisce temporib. quibus hominum malitia valde excreuit, vt nec descripto quis confidere possit.

21 Sed quæro vnum sātis frequens. Venit Sempronius, & dicit *mi manda Pietro vostro locatore per li denari della pigione corsa,* ego non cognoscens eum interogo amicum fide dignum, qui approbat dicendo, *gli si possono dare liberamente,* an tradendo in verbis fide dignis ero excusatus? Videbatur dicēdum, quod sic, ex *gl. celebri, & not. ab illi, in l. Titio fundus, in verbo, actiones, vers. sed quoquo modo, ff. de cond. & demonstr.* quam pulchre dote exornar post alios Anton. Gab. *de malefic. conclus. 3. nu. 39. cum sequentib. lib. 7.* attestans ex communi vnius fide digni tantum assertionem valere. Addo vltra eum Ial. *in l. certum, n. 3. ff. si cer. petat.* Barbat. *cons. 1. col. 25. lib. 3.* Cepoll. *cons. 40. vol. 7.* Ale. *regul. 3. præsumpt. 2. latissime.* Neuizz. *lib. 4. silua nuptial. numer. 55.* Cur. sen. *cons. 72. col. 8. vers. recipiuntur.* Curt. iun. *cons. 19. lib. 5.* Rube. *cons. 44. nu. 1.* Paris. *cons. 57. num. 50. cons. 58. num. 17. libr. 1. cons. 29. nu. 24. lib. 2.* Socin. iun. *cons. 37. num. 20. lib. 2.* late Tiraq. *de pœnis legum, caus. 51. a num. 26. vsque ad 39.* Gramm. *cons. 15. num. 13.* Crauett. *cons. 277. volum. 3. vers. quod autem, cons. 319. nu. 14.* late Iaco. Menoch. *de recuper. possess. remed. 7. num. 17.* attestans ex hoc causari bonam fidem.

22 Et in facto vidi euenisse in hac vtili materia locati, & cōducti quod, quis cōduxerat omnes terras Antonij in tenuta talis castri addendo, & colendo vsurpauit de bonis vicini, fuit accusatus, excusauit se, quia interrogauit vicinos expertos, notos, & fide dignos, qui asseruerunt bona talis se protendere, vsque ad talem locum, vel quercum.

23 Pariter vidi in facto in materia locationis, & conductionis, in conductore domus, qui proiecit immunditiem domus, in quoddam claustrum vicini, qui cōquestus est, excusauit se cōductor, quia anteriores cōductores fide digni asseruerūt se aliquādo proiecisse.

24 Et in terminis fere hoc sentire videtur Balb. *ad l. Celsus, sub numer. 39. crica medium, vers. & ideo.* quod si contra hoc cum aliquo asserente se procuratorem talis per dictum fide dignorum, sum excusatus, tenet. Fel. *in cap. per tuas, il secundo, colum. 1. vers. in glos. 1. de simonia.*

25 Contrarium credo de Iure verius: nam quādo tractatur de præiudicio tertij, quod ille erit contentus tali re, vel pacto, assertio fide digni non releuat. ita sentire videtur Castrens. *cons. 365. vol. 1.* sequitur Fel. *in cap. contingat, colum. 4. versicul. limitat. dupliciter, de rescript. in cap. licet, el primo, columm. 1. notab. 6. de simonia.*

26 Et si inspiciatur Balb. in allegato loco, nihil allegat, & se fundat in eius simplici assertione ex quodā verisimili. Et sic videtur colligi limitatio, & declara-

tio

Digitized by Google

tio ad receptam *gl. & ab omnibus commendatam in d. l. Titio fundus*, vt non procedat quoad preiudicium 3.

Et ex prædictis infertur intellectus *ad l. qui cum alio, ff. de reg. iur.* vt non excusetur contrahendo cum aliquo in præiudicium tertij per assertionem alicuius fide digni.

27 Sed quæro vlterius ad materiam *l. argentum.* dato quod quis soluat alicui tanquã factori, vel procuratori, qui re vera non est, dabiturne saltem repetitio? Vtique, sic respondit Gomes. *cons. 6.* quem in hoc singularem dixit Alex. ad Bart. *in l. soluendo, ff. de negoc. gestis.*

28 Et si soluatur negociorum gestori, est necessaria ratificatio, Roncagall. *ad l. 3. vers. Vtique, nu. 11. ff. de duobus reis.*

29 Quid si dicatur a locatore *me li manderete per buomo che vi sia la sicurezza vostra, & mia?* Vtique conductor non est liberatus, nisi facta actuali consignatione, nec sufficit notificatio. Petrus de Vbal. *de duob. fratribus, p. 8. q. 38.* vbi etiam habes, quod fidelis non dicitur bomo potens, & difficilis ad exigendum. Et sic habetur aliquid ad materiam, *l. argentum, ff. com. mendat.* circa materiam locati, & conducti, quam pulchra dote exornat Cagnol. *in l. contractus, n. 32. ff. de reg. iur.* Alphan. *report. 269.* quibus hęc pauca in practica non inutilia addere placeat. Bonacos. *de famulo, q. 168. cum sequenti.*

30 Et pondera, nec sub silentio transire permittas textum superius allegatum *in l. cum, §. si rem, ff. commodat. in verbo inspectori*, quia loquitur in materia locati, & conducti, quia inspector ibi certa mercede est cõductus ad inspiciendum secundum Albericum ibi.

31 Et prosequendo materiam procuratorum in hac locati, materia quæro, prælatus constituit procuratorẽ ad locandum ad quinquenniũ, potest ne facere plures locationes, vt vna succedat post aliam. vtique non. Lapus *allegatio. 12.* quia successiue vna post aliã veniens componerent vnum in se prohibitum, quod est locatio ad longum tempus de bonis Ecclesiæ, vt suo loco dicemus.

32 Et sic habes locationem fraudulentam diuidendo in frustra per pallium quoddam separato eo, quo vnica contextu in vnico actu fieri prohibetur.

33 Ex quibus habetur intellectus *ad l. lecta, ff. si cert. petat.* ea enim, quæ incontinenti fiunt, censetur in esse. Vnde si conueniatur, si statim finita prima locatione intelligatur cœpta secunda, non consideratur, quia in fraudem ecclesiæ, & legis.

34 Similiter *ad l. boues, §. hoc sermone, ff. de verbo. signif.* loco vti procurator prædium Ecclesiæ ad quinquennium cum hoc quod finita prima locatione resurgat statim secunda, non extẽderetur mandatum ad hoc quasi incontinenti facto censeatur in esse, & sub mandato comprehendi in his, quæ necessario non veniunt, & primus actus de se subsistit. & nota decis. Lapi præsupponentem locationem de bonis Ecclesiæ ad quinquennium.

35 Sed nunquid habens mandatum locandi omnia, & singula bona, & possessiones ecclesiæ, poterit locare Ecclesiam, vel domos contiguas vulgo *la canonica*, & vtique non respondit Lapus *allegat. 12.* quia appellatione bonorum Ecclesiæ non venit Ecclesia *gl. in Clem. 1. in verbo, inserta, de concessione præbendæ, cap. susceptum de rescript.* & quia ecclesia locari non potest etiam cum authoritate Episcopi *decretal. 2.* ne prælati, vices suas, *cap. quamuis, & cap. prohibemus*, de decimis, Hostiens. *in capit. sacerdotibus, 1. q. quæst. 1.* sequitur Alexand. ad Bart. *in l. solutum §. final. ff. de pignor. act.* appellat dictum mirabile Roma. *de eo tantum aliquantulum dubitans*, *singular. 40. de cœmeterio, & eius priuileg.* dixi *ad regul. cum quid, part. 1. in princip. num. 3.*

36 Ex quo dicto Roman. colligitur vnum in hac materia locati, & conducti, quod Ecclesia, campanile, cæmetetium, domus, contiguæ, & septa Ecclesię passuum triginta circum circa locari non possunt.

37 Vidi tamen in facti contingentia euenisse, quod quidam Curatus ruralis cum autoritate sui ordinarij locauit clerico sacerdoti omnia, & singula bona Ecclesiæ, an veniant prędicta ex quo sumus in subiecto habili ad præbenda sacramenta, & alia ministeria Ecclesiæ.

38 Vidi etiam in facto euenisse in hac materia locati & conducti. Quidam Reuerendissimus Episcopus locauit ad affictum omnia bona sui Episcopatus, habebat palatium nouum, & magnum contiguum Ecclesiæ Cathedrali ipsius Episcopi, an veniat hac generali locatione, fuit responsum, quod non, ex his rationibus allegatis per Lapum, & certe conductor, & fictuarius sperabat contrarium pro habitando, & fructibus respondendis.

39 Circa etiam campanile, an locari possit, vidi in facti contingentia limitatum. Euenit casus, quod quędam confratria sęcularium personarum volebat se certa die, et bora congregare ad diuinas exercitationes, non habebant campanas, nec signum aliquod, conuenerunt cum alia Ecclesia campanas habente pro certa mercede annuali, fuit respõsum posse, nuia ad opus pium, idem fortasse dici posset, si ad publicam vtilitatem pro conuocando Concilio Ciuitatis, & similibus operibus publicis, licitis necessarijs peragendis, & adiuuandis.

40 Sed non inutilis est indagatio in practica, quando dicatur quis habere mãdatum, ad locandum, an sufficiat dicere in genere ad locandum vel requiratur magis specifica expressio, dicendo, cui personę, & quæ bona & in fortioribus terminis ad donandum. Multorum fuit opinio sufficere in genere dicere ad donandum absque eo quod exprimatur quæ bona, & cui Bar. *in filiusfamilias, nu. 8.* & ibi Castrens. *n. 4. ff. de donat.* ea ratione, quia tractatur de fauore concedentis merito mandatum sit conceptum sufficit. Sequitur Abb. *in c. coram, nu. 5. de restit. in integrum.* Roland. *cons. 16. nu. 14. vol. 2.* & in specie ad alienandum, & locandum tenuit Decius ex doctrina Bar. *superius allegata, cons. 37. sub nu. 8. vers. quarto principaliter, post.* Castrens. *ab eo allegatum, cons. 75. col. 2. in 2. dubio, vol. 1.*

41 Contrarium sentit Bero. *cons. 130. num. 41. & 44. vol. 2. vbi nu. 28.* hoc declarat Soc. iun. *cons. 59 num. 8. lib. 1. & 128. nu. 51. eo. lib.* refert Ioseph. de Ludouic. *concl. 30. vers. 17.*

Addo in terminis locati & coducti, ab eo non allegatos Rodoan. *de reb. eccl. car. 129. nu. 112.* Borg. *de. cis. 55. nu. 23.* vbi hoc maxime commendat in bonis ecclesię minorum, monens discretum iudicẽ, vt admodum in hac aduertat, & circumspectus sit.

42 Quæ opinio vltra alios mihi videtur cõfirmabilis,

K ex

Digitized by Google

ex hac ratione; quia in aditione hæreditatis Ita requiritur ea ratione, quia agitur de magno præiudicio. *l. si quis mihi bona, §. iussum, vbi notatur. ff. de acquir. hæredit.* Aret. *in §. 1. Institut. per quas personas.*

43 Secundo ad contrahendum matrimoniũ requiritur speciale mandatum sic, & sic Bero. *cons. 25. nu. 9. lib. 1.* Aret. *in §. 1. n. 2. vers. secundus, Instit.* per quas personas agere possumus vbi dicit etiã requiri speciale mandatum ad litigandum in casu matrimoniali, Roland. *cons. 26. n. 4. & 21. lib. 2.* Paris. *cons. 61. nu. 6. lib. 1.* Rota. *de procuratoribus, decis. 27. nu. 2.* vbi extenditur ac matrimonium spirituale. Ioseph. de Ludou. *concl. 30. vers. 12.* & vltra eos ea ratione, quia de magno præiudicio & vita durante tractatur, vt per Bar. *in d. l. filiusfamilias,*

44 Et in alienationib. rerum ecclesiasticarum de magno prȩiudicio tractarur, & ob id iura ciuilia, constitutiones, & sacri canones, et Bullȩ successiue summorum Pontificum, vt solemnitates tractatus, & circũstantias requisiuerunt, vt suo loco dicemus, merito videbatur dicendum speciale mandatum requiri ad locandum talia, & talia buna.

Propterea assumo aliud assumptum Barto. *ad d. l. filiusfam.* quod est, vbi tractatur de speciali mandato ad fauorem aduersarij, ne duminus dicat non intellexi de hoc, tunc requiritur speciale mandatum, ne aduersarius damnificetur, ita Barr. *in d. l. filiusfamilias, per l. qui ita, §. 1. ff. ad Trebell. & Clement.* non potest. de procuratore idẽ interuenire potest in casu nostro, & de facili conductor esse in aliquo damno, & quod non fuit intellectum de istis bonis, quia sic Ecclesia, vel monasterium esset admodum in damno, & sic de singulis, & maxime temporibus modernis, vbi rectores sub minima quauis colorata occasione quærunt nodum in scripto pro rescindendis locationibus, & pro minima maiori oblatione tendunt ad rescissionem contractus.

45 Si vis tamen retinere primam opinionem, & quod sufficiat mandatum ad locandum simpliciter, intelligitur in bonis Ecclesiæ, & minorum, scilicet cum tẽperamento de bonis Ecclesiæ, vel pupilli, minus dãnosis, alias locatio præsumitur in fraudem. Bar. *in l. 1. nu. 5. vers. sed quæro. ff. de rebus eorum,* Alex. *cons. 108. n. 8. col. 3.* Ripa *respons. 24. nu. 7.* idem Alex. *cons. 154. n. 6. vol. 2.* Egregie Crott. *cons. 414. sub nu. 9 vers. sed enormi, vol. 3.*

46 Et si procurator ad locandũ locauerit rem aliquã minorũ, vel Ecclesiæ, aut Monasterij verbis prægnantibus, similiter locatio prȩsumitur suspecta, Rodoan. *de rebus eccles. §. & extrauagantis, nu. 34.*

47 Similiter procurator constitutus a prælato ad locandũ recipiendo fructus, alienandũ, & omnia faciẽdũ, quȩ ipsemet poterat, nõ poterit renouare inuestituras ecclesiasticas, vel feudales, Bald. *cons. 138 p. 15.*

48 Et sic ex prædictis autoritatibus, & decisionibus in hac locati & cõducti materia practicãdo colligũtur duo vtilia. Primũ est, quod locatio vno modo dicitur in fraudem, si loquimur de bonis ecclesiæ, vel minorũ, si fiat de bonis minoribus, vnde aut locatio tenet, aut non: si tenet, non poterit dici de bonis melioribus; si non tenet, ergo de bonis minus vtilibus, pupillis, & ecclesijs. Nũ speret conductores ecclesiarum, vel minorum posse facere magnum lucrum in bonis conductis, ex quo minus damnosa eis locanter sed, vidi in facto vnum in hac materiæ locati, & conducti, bonorũ Ecclesiȩ, & minorum. Locauit procurator minoris petiũ terræ ipsius minoris de melioribus, vtilioribus, & magis fructuosis, sed cũ pensione magna, & vtili, venitne rescindenda talis locatio occasione quod sit in fraudẽ, quia de melioribus bonis pupilli? vidi responsum, quod si instrumentum est bene cautelatum, ne prȩdium deterioretur stante bona, & vtili pensione, quod locatio non reputabitur fraudulente. Et nota, quod licet multi cõductores bonorũ pupillorum, & Ecclesiarum respõdeant de magna pensione, & sic videatur actus vtilis pupillis, vel ecclesijs, tamẽ cõductores adeo exfructant bona, vt ex aduerso resultet damnũ maxime in tempore. Vnde caute erit contrahendum pro eis.

49 Secundum, quod colligitur est, quod locatio facta verbis prægnantibus arguit fraudis suspitionem. ponat. *in tit. de vsuris,* de clausulis insolitis.

50 Sed pulchra est quȩstio, an conductor, vel colonus dicatur habere tacitũ mandatum a domino, & locatore? vtique non. respondet. Bal. *in l. si emptor, C. de hæredit. vel actione vendita.* commendat Alex. *in l. sæpe, nu. 113. ff. de re iudicat.* Bart. *in l. de die, §. quadam, §. qui satisdare rogantur, in l. 1. §. 1.* vbi Alex. *nu. 2. notabil. 2. ff. de noui operis nunciat.* Caballin. *milleloq. 1. p. 1. num. 14.*

51 Vltra quem limita in his, quæ expediunt rei cõductæ, *gl. singul. secundum.* Roman. ibi. *in l. si filius, ff. de damn. infect. decis. Genuens. 14. nu. 67. ponam in alijs in tit. de nou. oper nunciatione.*

52 Et notabilis est hæc indagatio in hac locati, & cõducti materia, quia videbis in facto, quod coloni, & conductores accusant, porrigunt quærelas, & alia faciunt, quæ dominis competunt.

53 Ex quibus corollarie habetur limitatio *ad l. cum ad quem, Cod. de vsufruct.* vbi fructuarius est procurator proprietarij in quibusdam respicientibus custodia, & defensionem rei, & iurium ipsius, quia non habet locum in colono, vel inquilino ex prædictis.

54 Similiter in hac materia locati & conducti habetur etiam textus *in l. si inter, in princ. ff. de pignoribus,* vbi procurator ad locandum conueniri potest de pignore dado colono ad effectum, vt colere possit agrũ conductum, & domino datur vtilis procuratori directa, vt ibidem per Accursium, *& in l. solutam, §. fi. ff. de pignor. act.*

55 Quæro quid e contra, puta soluit quis pensionem pro antiquo, præsumetur ne habere mandatum? Vtique Rota *in antiquis, decis. 23.* sequitur Soc. *cons. 46. col. 2. lib. 3.* Dec. *cons. 36. col. 5. cons. 42. col. penul. lib. 1. in l. 1. col. 4. C. qui admitt.* Gozad. *cons. 11. col. 4.* Curt. sen. *cons. 76. col. 5.* Soc. iun. *cons. 139. nu. 10. vol. 3.* Viu. *lib. 1. opin. 207. ampliat. 4.*

Et constitutus procurator ad locandum, an poterit pensionem recipere dixi *ad reg. cum quid, p. 1. lim. 4. nu. 8.* Cassad. *decis. 3. nu. 4. de procur.* Fel. *in c. sicut, nu. 35. de iudic.* Dec. *cons. 42. nu. 13. vers. 3.* Lofred. *cons. 35.* Bero. *q. 3. nu. 4.*

Ampliatur etiam quando non adest temporis diuturnitas, Cagnol. *in l. velle, nu. 15. de reg. iur.* Crauet. *de antiq. temp. p. 2. nu. 65.* Gig. *de pensio. q. 47.* Ant. Gabr. *de procur. concl. 1. n. 6.* Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 23. nu. 3.*

Declara hoc procedere, duob. saltem concurrentibus,

tibus, s. legalitate personę, & parte procuratoris, Goz. *consil.* 11. *num.* 12. & quod recipiens, semel vel bis exigere solitus sit. Cagnol. *in citato loco, num.* 15.

Declara secundo, aliud in emphyteuta, quia pro eo requiritur speciale mandatum, aliàs Dominus nō cogitur recipere. Bal. *in l. acceptam, nu.* 37. *C. de vsur.* vbi Salic. *in vltima columna,* Ias. *in l.* 2. *num.* 50. *C. de iur. empyteut. quæst.* 26. Natt. *consil.* 194. *num.* 8. Redoan. *de rebus eccl. cap.* 3. *num.* 8. Tiraquel. *de retract. Lignagier.* §. 1. *glo.* 9. *num.* 262. Corbol. *de iur. emphytent. limit.* 7. *num.* 2.

Addo vltra eos Cagnol. *qui dicit singulare, in l. inuito, num.* 10. *de reg. iur.* Vnde & hoc idem inferri posset ad conductorem ad longum tempus, ex iam dictis.)

56 Sed pone vnum, quod in facti contingentia euenit in hac locati, & conducti materia. Constitui procuratorem ad vēdendum, ipse locat, an locatio subsistat? videbatur dicendū quod sic, quia concesso vno actu alienationis, censetur concessus alius eidem similis, *l. sicut,* §. *sed & si permiserit, ff. quib. modis pignus vel hypotheca soluitur.* ad quam Cassaneus *de consuetu. Burgund. rubr.* 4. §. 1. *in gl. in verbo, & autoritate,* & maxime, quia (vt dictum est) emptio, & locatio ijsdē regulis ambulant, & de vna ad aliam infertur.

57 Contrarium puto verius in mandato, cuius fines sunt diligenter custodiēdi, *l. diligenter, ff. mandati.* Dices, si licet quod plus est ēt in mandatis, licebit quod est minus. §. *item excipiuntur, Instit. mandat. l. diligenter,* §. *fi. ff. mandat.* dico quod procurator fortasse est constitutus ad vendendum, vt ex pretio satisfiat creditori, quod non poterit verificari in locatione, maxime ad modicum tempus, cum ex minutis, & particularibus solutionibus non satisfiat commode creditoribus, quia particularis solutio reijcitur, vt diximus superius ad *l. secundam, C. de iure emphyteutico.*

58 Pari modo dici posset, si sit constitutus procurator ad locandū Titio, ipse autem locauit Sempronio per rationes superius adductas, vt sentit Affl. *in c.* 1. *in* 12. notabili, de prohibita alienatione per Federicum.

59 Pari etiam modo dici posset, vt si sit cōstitutus procurator ad locandum domum, vel apothecā pro decem, ipse autem locauit pro quinque tantum, & ita sentit text. *in d. l. sicut,* §. *sed & si, vers. quid si consenserit,* vbi Ang. *& sentit* Affl. *vt supra* Lamberteng. *de contract. mulier. glos.* 7. *in verbo, consensus, q.* 10. *nu.* 22.

60 Vnde si es procurator constitutus ad locandum Titio, serua mandatum: si pro decem, serua mandatum, ne facias pro minori, potes tamen pro maiori, & valebit locatio per *d.* §. *sed & si, in fine.*

61 Diligenter igitur custodiendi sunt fines mandati circa cōtractus, personas, & quātitates. Et notabilis est textus *in d.* §. *sed & si,* in hac locati, & cōducti materia pone in facto: habebā amicum, cui cupio rem donare, procurator locat. Vtiq. non valet ex eo textu. dices, si licet donare quod est plus multo magis, donare quod est minus, quia rei locatæ dominiū, & possessionē retinemus, *l. rei, ff. loc.* secus in donatione.

62 Et sic habetur intellectus, & declaratio ad *l. non debet cui, ff. de reg. iuris,* vt non procedat, quando aliqua particularis repugnet, vt optime deducit *d.* §. *sed & si promiserit.* Similiter patet ibi alia declaratio. potest aliquis locare, vel vendere pro decem, ergo Pro quinque. Vtique non, quia resultat in præiudicium committentis ex præsumpta mente ipsius.

63 Vidi etiam in facto casum in hac locati, & conducti materia. Dedi facultatem Sempronio locandi ad longum tempus, & ad hoc procuratorem constitui, ipse locauit ad annum tantum, & sic ad modicum tempus, vidi responsum quod sic, quia in materia mandati in eo, quod plus est, inest quod est minus, §. *is qui exequitur, in fine,* & ibi Accurs. *notat, in verbo, emeretur, Instit. mandati.*

Nisi contrarium constet ex coniecturata mente mandantis, quia illa præcipue attendenda est, & ab ea mandatum regulatur, *c. cui de non sacerdotali,* §. *fi. de præbendis, lib.* 6. quem textum ita intelligit Anch. *ibi, & late commendat* Dec. *in l. non debet cui, & in l. in eo quod plus, ff. de reg. iur.*

64 Et per hoc vidi in facto responsum in hac materia locati, & conducti. Quidam cupiebat benefacere amico, constituit procuratorem ad locandum domū pro decem, locauit pro quindecim. Vtique non poterit ex præsumpta mente, ratione amicitiæ.

65 In proposita autem quæstione vidi oppositum ex cōtrario, quia fortasse locator dedit mandatū ad locādum ad lōgum tempus, quia maior quantitas exigitur, & sic melius locator rebus suis, & debitis cōsulere potuisset, tamen prima opinio puto ꝙ sit verior.

66 Et hæc quęstio fuit in facto Tuderti. Concilium generale fuit decretum, vt officium defensoratus dānorum datorum locaretur a Prioribus per triēnium, qui locauerunt ad annum tantum. Fuit dubitatū an valeret non seruata forma decreti, fuerunt allegata multa hinc inde. Ex prædictis (ni fallor) colligi potest decisio, & resolutio, aut enim constat de voluntate decretum facientis, quod noluerit ad minus tēpus triennio locari, & tunc si fiat, non valebit, prout *in d. c. cui,* §. *fi.* constabat de mente Pontificis, quod fixit pedes suæ voluntatis nolentis prouideri de præbenda minore centum, iuxta intellectum Anchar. & Dec. superius relatum, quæ autem coniecturata voluntas colligitur ex nimio ære alieno communitatis, propter quod fit locatio triennalis, & multi plus offerunt in locatione triennali quam vnius anni, quia vnus annus adiuuat, & supplet alium, & sic de singulis: aut non constat, & sic sumus in dubio, & locatio facta ad annum valebit ex regula, §. *is qui exequitur, Instit. mand. superius, allegati.*

67 Econtra autem procurator ad conducendum pro centum, puta poterit pro minori, non maiori ex verisimili mente conductoris volentes expendere quāto minus sit possibile, prout in emptore loquitur *d.* §. *is qui exequitur.*

68 Vidi etiam in practica aliàs distinctum: aut est procurator ad locandum: aut ad conducendum. Primo casu pro minori non poterit more procuratoris venditoris. Secundo casu pro minori: & hæc distinctio colligitur ex *d. l. sicut,* §. *sed & si promiserit, ff. quibus modis pignus, vel hypotheca solui. iuncto* §. *is qui exequitur, in vers. quod si minoris emeris.*

69 Sed quęro vnum, quod in neguciando vulgariter euenire, & practicari solet. dicto factori, vel famulo. accipias vnum equū ad vecturam, vel vnū par mulorū pro euehendis lignis, vel bais lanæ, vel aliquo simili, & dico per quot, redit famulus, vel procurator domine, *nō posso hauere li muli per quello, che mi hauete detto, & non ne vogliono manco di tanto.* exprimēdo quātitatem, respondit dominus, *va, & fa come meglio*

puoi, pro qua mercede videtur data facultas conducē di per hęc verba? Vtique quod commode, & honestè poterit, prout in dubio fecisse pręsumendum est, Bar, *in l. Gallus in princip. colum.* 1. vbi Ias. *in repetit. numer.* 19. *ff. de liber. & posthum. l. nepos Proculo*, vbi Alciat, *nu.* 3. *ff. de verb. significat.* Bald. *in l. penult. post princip. C. de bon. quæ liber. no.* in Clem. *sæpe, de verb. significat.* *in cap. exceptionem*, vbi Anchar. Butr. *& alij*, *de except.*

70 Qui textus *in d. l. nepos Proculo*, deseruire poterit in hac materia locati, & conducti, cum locator dicit conductori loquenti de pensione soluenda, *dammele quando puoi.*

71 Quid si dominus dicat famulo, vel factori, *hor va, & fa a modo tuo, che io mi contento*. Vtique libera, & absoluta potestas tributa intelligitur. Gemin. in cap. relatum, 37. distinct. Imo. *in cap.* 1. *de constitut.* vbi Fel. *col.* 17. Ruin. *consil.* 18. *n.* 19. *lib.* 1. Iacob. Menoc. *de arbit. iudic. q.* 7. *num.* 45. *&* 58. Vidimus de procuratore ad locandum, videamus aliquid de nuncio, non dico ad recipiendam pensionem decursam, de qua sępius in hac eadem quęstione vidimus, sed de nuncio ad contrahendum.

72 Et indubitati iuris est, locationis contractum per nuncium fieri posse, sicut & per epistolam, *l.* 1. *in fin. ff. de contrahen. empt. l. consensu, ff. de actio. & obligat. & §. vnico, Instit. de obligat. ex consens.* Quæ iura admodum notabilia sunt ad hanc locati, & conducti materiam, ostendunt enim in contractu isto locationis, & conductionis verborum solennitatem non requiri, prout in stipulationis contractu, & superius vidimus, neque scripturam, & fieri posse inter absentes, & per nuncium, & per epistolam.

73 Et circa nuncium, vt contractus teneat, & de iure subsistat, requiritur quod sit specialis, & specialiter deputatus ad hoc Vnde si dicerem, ego locarem talem domum Caio, & tertius audiens referat, vt ille postea dicat, ego conducerem non erit locatio, & conductio, vt per glo. notabilem, *in d. l. consensu, & in d. l.* 1. *in fin. ad Port. in d. §. vnico.* Fabian. *de empt. & vend. in prima quæst. quintæ quæstionis principalis, sub nu.* 48. *cum seq.*

74 Igitur duobus modis locatio, & conductio cōsensu perficitur, aut inter præsentes, aut inter absentes. Primo casu requiritur consensus simultaneus, præsentialis, & vnico contextu, nec ex interuallo. Castr. *in l. si ergo, ff. si cert. pet.* bene veru est, quod dixit Imo. *in l. si stipuler. §. fin. ff. de verb. obligat.* quod interuallum consensus præstiti non vitiat contractum, puta si dedi terminum ad cogitandū, & respondendū, vel ex post ratam habui responsionē, vel fortè non contradixi, arg. *l. si filius, ff. ad Maced.* alias iniquum foret secundum eum, quod contrahens, vel interrogās non esset liber, & quod nō posset alteri vendere, l. in bonæ fidei, *§. quod tamen, ff. de eo*, quod certo loco. cōmedat, & dicit esse solemne dictum Fabian. io citato loco, subdens etiā annuendo, stringendo manus, subscribendo, consensum legitime præstari posse, *gl. in l. item quia, ff. de pact. in l.* 1. *§. si quis ita*, vbi Doctores omnes, *ff. de verb. obligat. in l. Caius, ff. de pignor. act. in l. vbi autem voce*, vbi Dec. & alij, *ff. de reg. iur. glos. in l.* 1. *ff. de pact. & Instit. de verb. oblig. in princ.* Bald. *in l. discretis, C. qui testam. facere possunt.*

75 Vidi in facto casum ad hoc propositū in hac materia locati, & conducti, Duo amici inuicem deambulabant, quorum vnus ære grauatus dixit alteri in hæc verba, *volentieri affittarei il mio per doi anni, per riscire di molti debiti, quali hò, se tu lo vuoi te lo darò*, qui petiit terminum ad deliberandum inuitado se ad diē sequentem, in qua respōdit, *lo pigliarò* & ille acceptauit, & postea confectum instrumentum, & conuentio sortita est effectum suum.

76 Inter absentes autem contrahitur locatio, & conductio per epistolam, vel per nuncium, qui quidem nuncius debet esse specialis, & specialiter deputatus ad hunc actum, vt superius diximus.

77 Sed pulchrū (si Romano credimus) est scire, Est ne necessarium pro validitate contractus, vt ille met nuncius reportet solutione admittentem, vel sufficiat ei transmittere alium nuncium cum responsione, & vtique hoc sufficit, & ita ad intellectū illarum glossarum dixit notabiliter Archidiaconus *in canon. nec illud*, 30. *quæstion.* 5. commendat Bal. *in rubric. Cod. de confess.* Roma. *hoc. valde commendans singular.* 328. *gl. ordinaria*, attestans insuper vnum aliud, quod opinio *gl. in d. l. consensu, & in d. l.* 1. communiter approbatur, idem Rom. *cons.* 295. *donatio, col.* 2. *vers.* 4. vbi dicit esse casum ad hoe *in Clem.* 1. *de procurat.* Fel. *pul. chre cons.* 39. *sub n.* 12. *vers. tertio moueor & c.* Domin. *in cap. si n. §. sane, col.* 2. *de procur. lib.* 6. late Socin. iun. *cons.* 29. *col.* 2. *lib.* 2.

78 Quid si antequam Nuncius accedat, pœniteat eū, qui misit? posui supra hac eadem quæstione. Et in hac materia locati, & conducti, & ad propositum Nūcij, de quo agimus, si nuncius fuit derobatus in initinere, potest agere ad mercedē, & interesse, & petere, quod expendit pro redemptione, Specul. *de iudic. §. speciali a vers. illud autem, & in tit. de locato, §.* 6. *vers.* 69. sed procurator ad emendum frumentum, censetur habere mandatum ad conducendum bestias, vel nauem pro asportando, Paris. *cons.* 90. *nu.* 37. *lib.* 1.

Et si procurator conduxi equum, causa gerendi negocia domini, recuperabit sumptus in eo factos, *l. si vero, §. idem Labeo, ff. mandati.*

Amplia idem esse si habebat equum proprium, sed solet alij locare, secus si pro suo vsu, & commoditate, & si erat talis qualitatis dominus, vt eius procurator soleat equitare, Bart. *in d. §. idem Labeo.*

De bonis torum.

QVAETIO.

1 QVæro vlterius an furiosus locare possit. Et primo videbatur dicendum quod non, quia eius nulla voluntas est, & quicquid videt. ignorat. *l. in negocijs, l. furiosi, ff. de reg. iur.* & (vt dicebat Bald. *in l. nec codicillum, C. de codicill.*) furiosus est positio implicita, nec affirmatiua, nec negatiua.

2 Pro contraria parte facere videtur tex. *in l.* 2. *§. voluntatem. ff. soluto matr.* vbi furiosus dicitur consentire.

3 Secūdo pro hac parte facit tex. *in l.* 3. *§. & si furiosi, ff. de neg. gest.* & quod ibi not. vbi furiosus introducitur gerere negocia aliena, & conueniri potest ratione administrationis.

4 Tertio pro hac parte facit textus, *in l.* 2. *§. furiosus, ff. de procurat.* vbi furiosus potest constitui procurator,

tor, nec in hoc pro absente habetur.

5 Prima tamen opinio negatiua mihi videtur de iure verior, quia in terminis locati & cōducti, de quo agimus, mihi videtur probabilis, *in l. qui ad certum, ff. locat.* vbi tacita reconductio in furioso non procedit, quia consentire non valet. Vnde dicebat pulchre hāc *l. qui ad certum*, allegando Alberic. *in l. 2. §. furiosus, ff. de procurat.* Aut sumus in casu, vbi requiritur consensus expressus, aut tacitus, aut simplex, non contradictio, primo, & secūdo casibus pro absente habetur ex *d. l. 2. §. voluntatem, ff. sol. matr.* & sic obiter patet responsio *ad d. l. 2. §. voluntatem*, pro contraria parte allegatam.

6 Circa quam *l. quia situata est in tit. de locato, & conducto*, quatenus ad eius intellectum, & vtilitatem materię pertineat, aliqua ponam.

7 Ampliatur igitur, vt procedat, quod si locatio facta sit per furiosum in statu furoris, & conductor vtatur reconducta, quod non teneatur ad pensionē cōuentam sed taxandam arbitrio boni viri, iuxta *l. fideiussor. §. meminisse, ff. de leg.* 1. Socc. *in l. qui Romæ, §. cohæredes, nu. 30. ff. de verb. oblig.* Bertacch. *in terminis locationis de gabell. p. 5. nu. 4.* Tiraq. *de retract. in præfat. numero 28.* Cæpbal. *in terminis, cons. 240. num. 22. volum. 5.*

8 Declara primo in furioso habente lucida interualla, qui si eo tempore contrahat, & contractum perficiat, subsistit, iuxta materiam *l. furiosus, C. qui testam. facere poss.* Sed in hac materia locati & conducti vidi in facto euenire vnum ad materiam huius *l. qui ad certum.* Locatio facta est ad annum, qui finitus est, & inchoatus secundus per mensem, vel duos, demum locator furere cępit, poteritne conductor licite prosequi annum tacite reconductionis in sanitate mentis inchoatum? Vidi responsum, quod si ex hac ratione quia tacitus consensus, qui in reconductione exigitur, attenditur ab initio, dum incipere potest secūdus annus reconductionis, quo tempore nō superuenerat furor. Vnde si iam anno secūdo inchoato, & ad aliquem mensem vlterius producto, non esset effectus furiosus etiā sanę mentis contradicere, & actū impedire non potuisset, & sic sumus in dispositione *l. 2. §. voluntatē, ff. sol. matr.* vbi simplex non contradictio attenditur, & sic considerantur in statu reconductionis tria tempora principalia locatio, & in hoc primo tempore requiritur cōsensus, bonus verus, & legitimus verbis, vel alias exterius declaratus, vt superius vidimus. Secundū tēpus est initiū recōductionis, cū alicuius tēporis prosecutione, & in hoc requiritur consensus saltē tacitus, bonus tamen, & legalis, nec per hoc furiosum fieri potest. Tertiū tempus est simplex prosecutio iam bene inchoatę reconductionis, & in hoc furor non præiudicat, immo habetur pro non contradicente, cum si sanę mētis esset actū impedire non posset.

9 Et sic verba Accurs. *in d. l. qui ad certum*, in verbo interim, duo exponit, idest, ante locationem finitam putarem intelligi posse, s. finitā in primo anno locationis, antequam inciperet annus reconductionis.

10 Sed pone vlterius ad intellectum horum verborum in hac locati materia.

De Locatione Furiosum.

QVAESTIO.

Quæro vnum. est facta locatio, vel conductio per furiosum habentem lucida interualla, nec cōstat de quo tempore an furoris, vel intermissionis & in statu quietis quid in dubio erit præsumendum?

1 Et prima facie dicendum videbatur tempore sanę mentis, ex regula vt actus potius valeat, quam pereat *l. quoties, ff. de rebus dub. & de reg. iuris.*

2 Putare tamen ita fore distinguendum. Aut ex aduerso probatū fuit talem fuisse furiosum, & tunc allegante tempore celebratę locationis, vel conductionis habuisse lucida interualla incumbit onus probādi, *gl. in c. si. in verbo compotem,* & ibi Doct. *de success. ab intestat.* Anchar. *cons. col. 2. vers. & si dicatur*, Imo. *in c. fi. col. 3. de præsumpt.* Lamber. *de contract. mulier. gl. 8. in verb. mariti, q. 14. nu. 39.*

3 Practicando igitur duo principaliter articulanda sunt, s. habere dilucida interualla, & eo tempore locasse, vel conduxisse.

4 Sequitur igitur vnum corollarium ex prædictis, quod si detur accidens, morbus vel defectus sui natura possibilis esse continuus, & perpetuus, quod talis regulariter præsumitur licet possit esse interpellatus, & lucidi interualli.

5 Aut sumus in dubio, & tunc præsumitur facta locatis tempore licito, & valido, vt sustineatur, & valeat ita Bart. sub oscure aliquantulum *in l. fina. in fin. ff. de bon. possess. furios. infant.* sequuntur scribentes *in l. furiosum, C. qui testam. facer. poss.* vbi Castrens. *col. final.* Alex. *col. 1. in fine* Ias. *col. 2. in prin. vers. quid si non appareat*, Dec. *col. 3. vers. 2. imitatur* Anchar. *in Clem. vnica*, & ibi Cardin. Zabarel. *col. 2. de hæretic.* Aret. *in l. 1. §. fin. col. pen. ff. de verb. oblig.* Aret. *in §. præterea, Instit. quib. non est permiss. facer. testamentum*, Soc. *in c. ad audientiam, q. 7. de homic.* Gemin. *in c. 1. §. si vero, ante med. de cleric. ægrot. lib. 6.* Alex. *cons. 141. lib. 1. attestans in Florentia ita iudicasse, & cons. 85. col. 3. lib. 2. repetitum in cons. 147. lib. 7. cons. 86. col. 3. lib. 2. cons. 10. colum. 2. & 3. lib. 6.* Card. Zabarell. *cons. 56. col. 2.* Aret. *in c. in præsentia, col. 4. de probat.* Franc. *in rubr. de testam. in 6. col. 5. vers. 3. probatur*, Corn. *cons. 69. lib. 1. & 21. lib. 1.* Ias. *in l. patre furioso, colum. 2. versic. quid in furioso, ff. de his qui sunt sui, vel alieni iur.* Bertrand. *cons. 48. volum. 8. lib. 1.* Alc. *reg. 2. præsumpt. 18.* Gulg. *in cap. Raynutius, in verbo, adiecta, numero 75. de testam.*

6 Et hæc est communis opinio attestata per Cor. *in allegato cons. 69. vers. pro illis, lib. 1.* & magis communem, Lamberteng. *de contract. mulier. glos. 8. in verbo mariti, quæst. 39. nu. 41. in fine*, qui refert multos contrarium tenuisse cum Aret. tamen est magis communis opinio.

7 Quam ampliat, siue tempus probati furoris proximū fuerit actui de quo quæritur, siue remotum, modo tamen ipsum actum processerit. Et practicando habetur ab eo, quod si probatur furor alicuius modico quodam tempore, puta vno die, vel duobus, nihil est actum.

8 Vnde cautus eris, & in articulando, & in faciendis interrogatorijs.

9 Quid si furiosus in statu furoris contraxerit, & lo-

cauerit, vel conduxerit, & cum colonis, & laboratoribus siue cum fictuarijs suis ita processerit, vt quilibet sanæ mentis, & capitis homo: vtique talis actus sustinebitur. Ita apud prudentes Romanos obseruatū refert Valer Maximus corrupte a Ioan. Andr. *allegatus, vere tamen lib. 7. cap. 8.* quod est penultimum *in principio.* Sequitur & commendat Ioann. Andreas *in cap. fin. de successionibus ab intestato,* Doctores *in allegata l. furiosum,* vbi Ias. *col. 2.* Dec. *col. 2.* iterum Ias. *in l. fratre furioso, col. 2. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris,* Dec. *cons. 448. vis tota col. 3. versicul. quarto hoc,* Corsett. *in singularibus, in verbo, testament.* vbi hoc valde commendat Franc. *in rubr. de testam. in sexto, vers. tertio prohibetur,* Ale. *reg. 2. præsumpt. 18. in fine,* Lamberteng. *de contract. mulier. glos. 8. in verbo, mariti, n. 45.* dicens hanc fuisse apud antiquos rationem, quia inspicitur quod gestum, & scriptum est, non quis scripserit.

Cui addo ab eo non allegatos, & bene in materia loquentes late Ioann. Neuizz. *in Sylu. nuptial. lib. 1. car. 14. num. 16.* Dec. *in l. in negocijs, ff. de regul. iuris, num. 3.* Ioann. *durant. de arte testandi, cautel. 6. in rubr. de his,* qui non habet testamenti factionem. late addentes ad Alex. *cons. 141. ponderatis, col. 2. num. 1. vol. 1.* Pantal. Cremens. *in repetit. l. 2. col. 2. C. de rescind. vendi.* Ludou. Gomes. *ad regul. Cancellariæ. regul. de infirmis resignantibus, q. 10.* & hæc est magis communis opinio in practica tenenda Marsil. *sing. 320.* Firmian. *in verbo, furiosus, sub num. 30.* Corn. *consil. 73. num. 1.* Ias. *cons. 141. lib. 4.* Alphan. *reportat. 750. & 257.* Barbat. *in c. qui ingredientibus, colum. 7.* de testamentis, late Viu. *lib. 1. opin. 273. circa medium,* dicens hodie etiam ita iudicādum, & esse opinionem æquā, & rationabilem, quia ab operibus quis est iudicandus, Graminat. *decis. 73. num. 17.* Boer. *decis. 33. num. 88.* Decis. Perus. *1. num. 13.* vbi ampliat, quod sufficiat non esse a mente alienatum, Corn. *cons. 261. colum. 9. lib. 4.* & fatui sæpius melius, quā sapientes decidunt vtiles quæstiones. Et ad propositum materię locati, & conducti, de qua agimus, refert Hostiens. *in cap. ad nostram, de consuetudine,* quem sequuntur Io. Andr.
10 & Abb. ibi, accessit enim ad hospitium cuiusdam tabernarij sub certa mercede pauper quidam, qui comedebat panē ad odorem assati. Vnde quidā fatuus Parisiensis determinauit cōtentionē, vt solutio mercedis fieret ad sonum vnius denarij Turonensis, quā quæstionem bene explicasse videtur ad confundandū animos imprudentum, & hominum idiotarum: nec mirum, quia fatui, & parum sapientes habent in quibusdam casibus, & occurentijs eleuatum ingenium, & acutius sciunt decidere vnum casum, quam multi sapientes, secundum Abbatem, *in d. c. ad nostram,* vbi dicit q D. suus Cardinalis viua voce d cebat, quod Bar. pluries conferebat cum idiotis, & mercatoribus & experientia rerum magistra in hac materia locati, & conducti, laboriosior diuisionis fructuum, asportationis ad domum, & similibus casibus statur dicto rusticorum, & idiotarum.

11 Declarantur tamen prædicta de furioso, vt non cedāt in demente, ebrio, fatuo, mente capto, & similibus. Ita Ioannes Faber. *in §. præterea, Institut.* quibus non est permissum facere testamentum, quem ibi Aret. sequitur. Ias. *in l. furiosum, col. 2. limit. 3.* reputans hoc valde singulare, Dec. *in c. pastor. in 3. notab. de indicijs, & cons. 112.*

12 Consideratis tamen diligenter qualitatem taliū personarum, & modum procedendi ipsorum, quia multos reperies magis alteratos in intellectu, quam alios debilioris mentis, & intellectus. Quid in assertione notarij in illa clausula, sanus mente, & intellectu, quia non est materia nostra. do tibi loca vtilia ad hoc propositum cum casus eueniet, Ias. *in l. fenium, n. 3. C. qui testam. facer. possunt.* Vasqu. *plures allegans de successione processus, libr. 1. §. 1. nu. 54.* Viu. *lib. 1. opin. 373.* vbi habes communem pro negatiua, Boer. *decis. 33. num. 73.*

13 Vltra quos addo a Viui. non allegatum, & late in hoc se extendentem Petr. Rozz. *decis. Lituanic. 2.* Ex quibus omnibus quantum a multis sibi tribunt notarij in respicientibus honorē ipsorū. Et quoniam *l. qui ad certum,* situata est *sub tit. ff. locat. & conducti.* placet discurrere paululū circa intellectum illius maximę, quia celebris est apud Doct. *in materia fictionis.*

14 Allegatur itaque textus ille, quod fictio non est super impossibili, ita Bar. & per hunc met textum *in l. certe ff. de preca.* impossibile namque est per naturam, vt furiosus consentiat, & consequenter vt possit renouare tacitam locationem, vel (vt *l. C.* verbis vtar. *in d. l. qui acceptum*) vt locatio reintegretur.

15 Dices. lex fingere potest mortuum viuere, *l. si. ff. de vocat. muner. l. li bello amisso, ff. de excusat. tutor. cur. in l. qui ad certum,* non potest fingere furiosum ex tacito cōsensu posse tacitā facere locationem? fortius. n. esse videtur mortuum viuere, natura omnino repugnante quam furiosum consentire Respondetur. lex fingit super impossibili in particulari, & indiuiduo, bene tamen possibili in genere suo, licet enim impossibile sit, vt iste particularis homo, qui iam est mortuus, viuat, possibile tamen est aliū similem hominem in genere suo viuere, & ob id fingit. *Ita* sentit Bar. *in l. sub conditione, col. 1. ff. de solu.* late Alex. & Ias. *in l. 1. §. si vir, ff. de acquir. poss.* Dec. Cag. *in l. verū est,* vbi Dec. *nu. 3.* Cagn. *nu. 5. ff. de reg. iur.*

16 Considera tamen vnum in proposito circa hanc declarationē ita receptam considerata paritate terminorum, & rerum: Aut dicimus, quod lex fingit hominem precise, absolute, & simpliciter sumptum, sine qualitate illa diminutiua mortuum viuere. Aut dicimus alium hominem in genere qualitatis mortis viuere. Si loquimur primo casu, nō videtur paritas, quia non videtur bona consequentia, finxit lex hominem mortuum viuere, quia homo simpliciter viuit, esset .n. quodammodo argumentari secūdum quid ad simpliciter, dicendo homo mortuus viuit, quia homo viuit. Si loquimur secundo casu, prout vere loquendū est, & tunc assumptū non est verum, quia in genere mortis nullus homo mortuus viuere potest, vt nouissimum est, & consequenter responsio videtur aliquātulum dubia, ni fallor.

17 Secundo loco considerandum est ad intellectū illius *l. qui ad certum,* quod ex fingit id, quod per naturam non est impossibile, & si aliquod accipens repugnet, accidentia non cōsiderantur, ita Imol. & Rom. *in l. si is, qui pro emptore, ff. de vsucap. per l. qui in vtero, ff. de stat. homin.* Vnde applicando ad hanc *l. qui*
18 *ad certum,* dici posset, quod lex fingere potuisset hominem furiosum locare potuisse, qui vti homo per naturam potest.

Et

19 Et si adsit furor, hoc est per accidens, quod considerari non debet cur igitur furiosus non consentit, & consentiendo non renouat locationem?

20 Respondetur, quod hoc ideo est, quia repugnat æquitas, quæ non vult furiosum consentire posse, & consentiendo relocare, & sic responderi posset ad Alex. in *l. Gallus, §. si eius, ff. de liber. & posthum.* qui circa hunc textum aliquantulum dubitat: cessante enim equitate, fictio non procedit, vt not. *in l. si is qui pro emptore, ff. de vsucap. & in d. §. si vir,* late per Pontan. post alios.

21 Tertio loco considerandum est ad intellectum illius textus, quod ibi non est principaliter fictio, sed presumptio, & super ista præsumptione lex in casu habili fingit prorogatam locationem, & conductionem. Si igitur ibi non fingit, hoc ideo est, quia sumus in claris, cum deficiat fundamentum præsumptionis quod est consensus, ita Sebast. Massa. *ad l. si is, qui pro emptore, fol. 124. num. 151. in fine ff. de vsucap.* Alciat. *de præsumpt. in princip. sub num.* 10.

22 Colligitur ergo in hac materia locati, & conducti renouationem locationis oriri ex præsumptione iuris, æquitate tamen concurrente, & sic aut cessat æquitas, & renouatio non præsumitur, aut subest æquitas, & tunc renouatio inducta præsumi potest. Et sic habemus vtile assumptum, quod in materia renouationis locationis attendendum est, si æquitas id suadet, vel non, ad *l. item quæritur, §. qui impleto, ff. locat.* quæ fraternizat cum hac *l. qui ad certum.*

23 Quarto loco dubitatiuè considerandum est ad intellectum *d. l. qui ad certum*: namque iuris indubitati esse videtur, mutū stipulari non posse, *l. 1. ff. de verb. obl.* & tamen nuptias contrahere potest, *l. mutus, ff. de iur. dotium*, dicit Bar. *in l. 1. ff. solu. matr.* quod ex quo mutus potest per alium stipulari, puta per seruū publicum quod per eū fingitur interposita stipulatio, & sic colligitur, quod dato aliquo impedimento lex fingit per subauditam, & interpositam personam.

24 Cur non fingit in *l. qui ad certum*, quod ex quo ibi furiosus habet impedimentum, tamen fingatur consentire quasi per interpositam personam, prout in muto, & si hoc fingit lex in actu magis arduo, quod est matrimonium, cur non facilius fingere potuisset in tacita renouatione locationis?

25 Respondetur, quod hoc ideo est, quia lex non potest ibi modo habili, quod ibi non potest ratione defectus naturæ. Et licet persona extrinseca non præsumatur, *l. ita stipulatus, §. Chrisogonus, ff. de verb. oblig.* fallit ad integrandum stipulationem. Bart. *in l. post dotem, in 3. lectur. col. 2. ff. solut. matrim.*

26 Quinto loco dices. Si lex in *l. 2. §. voluntatem, ff. solut. matr.* fingit in furioso qualitatem non dissensus, cur non fingit in *l. qui ad certum,* fictionem consensus in renouatione locationis?

27 Respondetur, quia consensus difficilius inducitur, quam dissensus. Præterea hoc ideo est in *d. l. qui ad certum,* ne duæ fictiones simul concurrant, quæ sunt, furiosum consensum habere, & fingi renouationem locationis super consensu ficto, & præsumpto, *l. 1. C. de dot. promiss.* Barthol. *in leg. si is, qui pro emptore. quæst. 7. ff. de vsucap. pont.* Ioann. Farn. *de essent. infant. in fine operis.*

28 Sexto si dicatur, cur inducit lex obligationē in procurando, & in gerēdo aliena negocia iuxta *l. 2. §. furiosus. ff. de procurator. & l. 3. §. & si furiosi, ff. de ne. gest.*

29 Respondetur, hoc ex duplici causa procedere. Primo, ne locupletetur cū iactura aliena de eo, quod ad eum peruenit. Secūdo, quia illæ obligationes principaliter respiciunt rem magis quam cōsensum, vt ibi per Alberic. & alios & sic patet responsio ad contraria, & late in materia Coras. *ad l. qui liberos, par. 2. n. 161. de ritu nupt.* Bonon. *ad l. diem functo, num. 10. & 12. ff. de offic. assess.* Sequitur igitur in practica, quod si furiosus aliquis, demens, fatuus, vel mente captus gesserit vti procurator, vel negociorum gestor negocia alicuius conductoris, vel locatoris, & ad eius manus peruenerit aliquid, puta pensio fructus, vel aliud simile. quod tenetur de eo, quod ad eum peruenit, ex doctrina Alberici *in d. §. furiosus,* & iterum *in l. 3. §. si furiosi, ff. de negoc. gest.*

30 Similiter si decedat locator, vel conductor relicto fortasse hærede fatuo, demente, vel mente capto, prout secundum Neuizz. in silua, sunt omnes filij philosophantium, qui coeunt cum vxoribus abstracti, & supra tertium cælum inuoluti, quod si aliquid peruenerit ad manus dicti hæredis, quod tenetur de eo, quod ad eum peruenit.

De Locatione rationem Officij.

QVÆSTIO I.

POstquam in hoc secundo gradu personarum vidimus de his, quæ ratione officij aliquem consensum præstant, vt in patre, tutore, marito, & similibus, non separando materias, & ad propositum materiæ locati, & conducti, de qua agimus.

Quæro vnum, quod in practica sępius occurrit. Pater, maritus, & similes personę ratione eorum officij consenserunt, & præsentes fuerunt alicui locationi, vel conductioni, præiudicabit ne iuri, si quod habet sup re cōducta, vel locata ad *reg. qui tacet, li. 6.*

1 Et primo videbatur dicendum, quod sic, ex *l. si fundum per fideicommissum, ff. de legat. 1.*

2 Secundo ex *l. nihil, §. 1. ff. de legat. 1.*

3 Tertio ex *l. cum pater, §. libertis, ff. de legat. 1.*

Quibus in iuribus cauetur quod pręsens, & tacens actui, in quo quis interesse prætendit, vel cōsentiens, sibi præiudicat, & hanc opinionem in simplici regula tenuit Tiber. Decian. *respons. 6. num. 12. lib. 1. cons. 105. num. 2. lib. 3. & cons. 9. nu. 70. lib. 2.* Hieron. Gab. *cons. 72. lib. 1.* Simon. de pret. *cons. 100. num. 25.*

4 Pro contraria parte facit primo lex. cum quędam *C. de administr. tutor.*

5 Secūndo pro hac parte facit lex si pars, *§. illud, ff. de inoffic. testam.* in quibus legibus cauetur, & a Doctoribus colligitur, quod consentiens, vel pręsens actui ratione alicuius officij, sibi non præiudicat in iuribus, & interesse, quod habet.

6 Et hanc opinionem tenent vti veriorem, scribentes omnes in *d. l. cum quędam,* vbi Bar. & Bal. *in summario illius textus, & l. si non suprascripsisti, C. eod. in l. aduersus, §. tutores, ff. de inoffic. testamēt.* Bald. *consilio 102. colum. 1. in fine, versicul. præterea, volumn. 2.* Castrens. *cons. 423. colum. 1. volum. 1.* Afflict. *de iure prætomis. vers. vt infra triginta dies, col. 6. versic. sed pone,* Bald. *cons. 333. colum. 1. vers. secundo considero, volum. 5.* Anton. de Butr. *in cap. suborta, colum. 1. versic. e nota*

bene, de re iudicat. late Anton. Gabr. *lib. 3. concl. 2. num. 1. de rerum alienat.*

Addo vltra eum Iacob. Menoch. *cons. 58. num. 50. vers. non obstat lib. 1.* vbi ad contraria respondet Ioseph. de Ludou. *concl. 7. vers. fallit secundo in eo,* qui necessitate officij, &c.

Et ne confuse procedamus, ac ne materias separemus in concernentibus materiam locati, & cōducti, ponam in ordine aliquas conclusiones ad materiam *l. cum quædā, C. de admin. tut. & regula, is, qui tacet, li. 6.*

7 Prima igitur sit conclusio. Conductor, vel locatori dominus adhibitus, vt testis in aliquo actu, sibi in iure suo non præiudicat, quominus vt priuatus, & pro omni suo iure, & interesse agere possit, *l. Caius, ff. de pignorat. act. vbi glo. magna,* quam ibi sequuntur Bar. Salic. Ioann. de Sperellis, & alij, *in l. mutue, C. si cert. petat. in l. si pater, C. de fideiussoribus,* Bald. *in l. Titia, §. Lucia, vers. circa hanc tamen materiam, ff. de leg. 2.* vbi Imol. *vers. & de materia,* Castrens. versi. & hoc est verum, Bart. *in l. sient, §. non videtur vers. quod intellige, ff. quibus modis pignus, vel hypotheca soluitur, & in l. quæ dotis, in fine, versic. quid de subscribente, ff. sol. matri.* Castren. *in l. emptor, §. Lucius, vers. ex præcedenti notabili, ff. de pac. in l. si ita stipulatus, §. Christogonus, colum. 1. vers. in prima parte, ff. de verb. oblig.* Corn. *cons. 308. col. 2. vers. non obstat tertium, volum. 4.* Cardin. *in cap. 1. §. præterea, vers. sed cum interdum, quibus mod. feud. amitt.* Ioann. Andr. *& alij in cap. ex literis, de transact.* late Anto. Gabr. *lib. 3. tit. de rerum alienat. concl. 2. num. 2.*

Addo Bart. *in l. cum quis decedens, in prin. ff. de leg. 3.* Socin. *cons. 43. vers. citauimus, lib. 4.* Lamberteng. de *contract. mulier. glos. 10. vers. cum ipsi marito, num. 33.* Tiraq. *de retract. Liguagier. §. 1. gl. 9. num. 142.* Declaratur tamen vtiliter vna cum Alberic. *in d. l. Caius*: aut est actus, qui per solam contradictionem impediri poterat, & sibi præiudicat, alias non. Petrus de Bellapert. *in l. fideiussor §. 1. ff. de fideiussor,* & Canonistæ *in d. cap. ex literis, de transact.* Addo Bart. *in l. qui vas, §. vetare, ff. de furt.* Dyn. *in regul. is, qui tacet, lib. 6.* Alex. *in l. sæpe, num. 18. ff. de re iudicat.* Ias. *in l. quæ dotis, num. 76. ff. solu. matr.* & dixi superius in verbo, præsens locationi, & tacens.

8 Et vidi in facto casum ad propositum huius materiæ locati, & conducti, quod Dominus pariter, & locator vendidit fundū datū ad laboritiū, & in instrumento venditionis interfuit colonus pro teste. Vtiq; isto casu colonus non poterit impedire venditione, vtile tamē erat ei protestari, ne præiudicetur in iure. Coloniæ. similiter occurrit in facto, quod Dominus locator pignorauit fundum, & interfuit colonus, vt testis, qui actū pignorationis impedire non poterat, & facit ad materiam *l. emptorem, C. locat. de singular.* successore an teneatur stare colono scienti vti testi alienationem rei locatæ, ponam Deo dante suo loco.

9 Vidi tamen in facto casum in hac materia locati & conducti, quod filius patris coloni fuit in testem vocatus in venditione per dominū locatorem facta, qui rediens domum patri retulit, an ex hoc dicatur patri illatum præiudicium., & fuit responsum quod non cum pater fuerit absens, & relato filij nihil releuet.

10 Secunda est principalis cōclusio, quæ respicit materiam locati, & cōducti etiam ex parte personæ, ac etiam negocij, quod pertractatur. Si notarius sit conductus certa mercede ad aliquod Instrumentum cōficiendum de locatione alicuius rei, in qua interesse aliquod per se prætendat, quod sibi in conficiendo tale instrumentum non præiudicat, prout superius de teste dictum fuit, Bart. *in l. sicut, §. non videtur, vers. quod intellige, ff. quibus modis pignus, vel hypotheca soluitur,* Bal. *in l. si pater in summario, Cod. de fideiussor.* Cor. *consilio 208. colum. 2. versic. non obstat volu. 4.* Anton. Gab. *libro 3. titul. de rerum alienatio. conclusione secunda, numer. 6.*

11 Declarando tamen vltra Gab. superius citatū hoc modo, videlicet, aut Notarius fuit coactus conficere instrumentum, & recusare non potuit, & tunc sibi nō præiudicat, aut sponte aliquid scripsit, & tunc sibi præiudicat. *Ita* in terminis declarat Aimon. *de indennitat. mulierum, nu. 30. in fin. verbis per l. ex sententia, ff. de testamentaria tutela, & l. vxori, §. 1. ff. de falsis,* Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsump. 66. nu. 19.*

12 Vnde si Notarius conficit aliquod instrumentum, ad quod ratione officij cogi poterat, excusatur si conficit aliam scripturam, ad quam ratione officij cogi non poterat, puta apocam priuatam, vel quid simile, non excusatur.

Et sic habetur ampliatio ad id, quod dictum est de solito locare operas suas, prout in Notario, nam si cogatur, & conficiat instrumentum, sibi non præiudicat es superius adductis.

13 Bene vidi multos ad cautelam post instrumenti cōfectionem declarasse animum, quod si tale instrumētum confecerunt, quod id fuit ratione officij, non tamen quod intendat ex ipsius celebratione aliquod præiudicium inferri, & ita protestatur iura sua sibi salua remanere, & fiunt etiam ante, & melius si tempora largiantur.

14 Considerandum tamen est vltra alios superius nominatos quod posset a communiter accidentibus declarari præsens materia Notarij, licet enim Notarius cogi possit ad conficiendum instrumenta ratione sui officij, prout Deo dante suo loco dicemus, tamē multi Notarij etiam non requisiti quærunt, tentant, et affectant omni quandoque conatu rogari, & instrumēta conficere de aliqua re, vel negocio, & hoc vel ratione lucri vanæ gloriæ, vel alicuius prætensi imaginati interesse: quo casu si hoc modo aliquo constabit, præiudicabunt, & hanc intelligentiam probat textus *in l. vxori, §. 1. ff. de falsis,* qui ad propositum principaliter allegatur, & hoc in verbis illis, Vltro præsumitur affectasse, ponderādo verbum, vltro, quod denotat quendā actum spontaneum non requisitum, & pōderādo verbū, affectasse, quod etiā vulgari sermone loquendo importat nimiam voluntatē, & enixam auiditatem alicuius rei, vel negocij pertractandi, & hoc patet exemplo testis, de quo ibi per Doctores, qui licet cogi possit ad testificandum, tamen vltro se offerens suæ depositionis notam, & præiudiciū affert. *Ita* dicamus in Notario, qui vere cogi pōt instrumenta conficere ratione sui officij, tamen si affectat, quærit & tentat rogari de aliquo instrumento, sibi præiudicat de contentis in instrumento, et talis affectio de facili poterit deduci ex aliqua coniectura, vel præsumptione, & certe considerando communem cursum causarum affectant Notarij quandoque nimium, & vltra rogitus instrumentorum, & anhelant ad eos omni impetu, & conatu prensant homines, & quandoque

doque

Digitized by Google

doque pro effectu sortiendo munera, & præmia promittunt, & transmittuut rogati, postea dum agitur de extractione, vel exhibitione, verificãt dictum Speculatoris relatum à Cagnolo *in l. si librarius, ff. de reg. iuris*, duriusculi suor notarij, idest durissimi multi, non autem omoes,

15 Et sic per modum corollarij habetur vnum, quod faciẽti actum ex necessitate sui officij, succurritur, & excusatur ne sibi ex celebratione talis actus aliquod præiudicium inferatur. Si vero faciant affectato appetitu, & vltronea volũtate, sibi imputent, quia affectatio voluntatis maculat, & corrumpit legitimam excusationem à iure io necessitate officij inductam. Cum igitur dici solet, officium suum nemini debet esse damoosum, *l. sed & si quis, ff. quemadmodum testamenta aper. l. videlicet, ff. ex quibus causis maiores, l. si seruus, §. quod verò, ff. de furt. cum similibus.*

Tameo hoc videtur declaraodum, & limitandum, nisi tale officium, vel excusationem ipsius, vltro affectauerit *ex d. l. vxoris, §. 1. ff. de furtis*.

16 Tertia principalis sit conclusio, respiciens pariter materiam locati, & conducti tam ex parte personæ, quam oegocij, quod pertractatur.

Aduocatus, vel procurator prẽstãdo patrocinium in locatione, vel conductione alicuius rei, in qua ipse prætendebat interesse, sibi non præiudicat, *l. inter officium*, vbi Alberic. & Fulgos. notant. *ff. de rei vendic. l. post legatum, §. aduocatum, ff. de his, quib. vt indiguis.*

17 Extenditur hæc conclusio, siue simus in aduocato rei, siue Autoris, vt per Alber. & Fulg. *in d. l. officium*, Abb. *in c. ex literis, vers. in gl. 1. de transact.*

18 Declaratur præallegata conclusio, vt non procedat in Aduocato, vel procuratore sciente rem, de qua agitur, spectare ad ipsum, vel in eo habere aliquod interesse, Accurs. *in d. l. officium, in gl. 1. in versic. & hoc si fuit, & in l. fin. in gl. 1. vers. vel hic sciens, ff. de inoffic. testamen.* gl. Innocentius, Butrius, Cardinalis, Abbas, Baldus, Ancharanus, & alij, *in d. cap. ex literis*, Ioann. Faber, & Aret. *in §. si tutor. Instit. de inoffic. testament.* Odofred. & Bald. *in d. l. fin. ff. de inoffic. testament.* Castrens. *consil. 314. colum. 2. vers. propter officium, vol. 2.* Ioann. Andr. *in cap. inter dilectos, col. 4. versic. pone septimum, de fide instrument.* Butr. *in cap. suborta, vers. nota bene, de re iudicat.*

19 Declaratur secundo in actu, qui solo consensu perficitur, secus verò si vltra consensum aliud requiratur ad amissionem alicuius iuris, vel incursum alicuius præiudicij, Bart. Alberic. & alij, *in d. l. inter officium*, Abb. Butr. & alij, *in d. cap. ex literis*, Fulgos. *in d. l. fin. ff. de inoff. testamen.* Tiraq. *de retract. Lignag. §. 1. glos. 9. num. 269.*

20 Declaratur tertio in Aduocato, vel procuratore ad lites, qui compulsus, & iudice maodante officium aduocationis, vel procurationis in lite susceperit, quia sibi non præiudicat, Alberic. *in d. l. post legatum, §. aduocatum, ff. de his, quibus vt indignis*, Faber *in d. §. si tutor, versic. & ideo videtur*, Anton. Gabr. *d. conclus. 2. num. 12. & 13.*

Addo pulchre loquentem Vigelium *in d. §. si tutor.* Lamberteog. *de contract. mulier. gl. 10. vers. cum ipso marito, num. 35.* Menoch. *cons. 58. num. 62. & 63.* Ioseph. de Ludouic. *suarum regularum concl. 7. col. 6. versic. fallit tertio in Aduocato.*

21 Et sic ex discursu huius quæstionis obiter patere videtur, quod non est indistincte verum Aduocatum, vel procuratorem ad lites cogi indifferenter ad officium exereendum, sed in multis nõ coactum exercere, & exereendo io multis præiudicare modo, quo supra deductum fuit, Cauti igitur erunt diligentes Procuratores, & Aduocati diligẽter inspicere, an actus, super quo interueoit, mero cousensu perficiatur, vel non, vel faciat talem causam coactus a iudice, vel nõ, & videbis in facto casum in hac materia locati, & cõducti, quod multę Ciuitates, & Terræ habent Aduocatum, & Procuratorem, qui dicitur Communitatis, & adsunt decreta, & ordines, vt nulla res, vel officiũ, appaltus, gabella, macellum, & similia ipsius Cõmunitatis locari possint alicui, vel affictari sine pręsentia & interuentu aduocati, & procuratoris ipsius Communitatis, quo casu aduocatus, & procurator interueniunt ratione officij, & necessitate ipsius, & simplicem præsentiam, & assistentiam præstant. Addo iam adductis, Zuchardum *in l. 1. num. 91. C. de pact.*

22 Et duplex est coactio legis, & superioris coactio legis consideratur io potentia, ex quo semper loquitur, & eius potentia, & dispositio de facili deducitur ad actum. coactio vero alicuius superioris noo consideratur in simplici potentia, & si ad actum deducatur, debet fieri protestatio ante factum ius suum saluum fore, & quod facit ratione, & necessitate officij, & de præcepto talis superioris, vt deducit Ioseph. de Ludo. *concl. 7. vers. animaduertendo etiam, &c.*

23 Quarta principalis sit conclusio. Tutor, Curator, Maritus, Administrator Ciuitatis, & similes consentientes ratione eorũ locationi alicuius rei, in qua ipsi prætẽdunt interesse, talis actus, vel consensus præstitus noo præiudicat eis, quo minus pro eorum iure, & interesse agere, & cõparere, & experiri possint, *gl. in d. § tutor*, vbi pooit axioma, quod ille, qui facit actum necessitate sui officij sibi non pręiudicat, & ibi sequũtur cum, Io. de Plat. Aret. Purt. & alij, & idem in admioistratore ciuitatis consuluit Castrens. *consil. 423. col. 1. vers. non obstat, quod in instrumento, volum. 1.* & de propinquis consentientib. ex forma statuti, Bald. *consil. 102. circa medium, lib. 2.* Castrens. *iterum 459. col. 4. vers. quia, lib. 1.* Alexand, *consil. 65. col. fin. libr. 6. repetit cons. 119. eod. lib.* Tiraq. *& in retract. loquens, de retract. lignagier. §. 1. gl. 9. nu. 271.* Lamberteng. *de contract. mulier. glos. 10. in verbo, cum ipso marito, num. 31. cum sequent.*

24 Practicaodo tamen, & vtilitati studẽdo multa cõsideranda sunt. Primum est, si statutum loci, siue lex, vel cõstitutio aliqua cogat maritum io aliquo casu, tutorem, curatorem, propinquos, & similes ad cõsentiendum, vel actus alicuius assistentiam, vel celebrationem, & tunc licet in instrumento appareat de aliqua oecessitate, vel coactiooe, tamen ipso iure dicitur coactus, Anchar. *cons. 159. col. 2. vers. hoc probo*, Aret. *cons. 24. vers. vi. de dixit, scribentes in leg. si quis maior, C. de transact.* vbi Rim nal. *col. 1. vers. nota.* Curt. iun. *nu. 8.* Cagnol. *in 4. notab. limit. 2. num. 67. cum tribus sequentibus*, Dec. *in cap. cum M.* Ferrariens. *numer. 34. de constit.* Rum. *cons. 27. col. 2. lib. 4.* Dec. *in auth. præterea, num. 12. C. vnde vir, & vxor, & cons. 22. col. 1.* & hanc opiniooem dixit veriorem Lamberteng. *de contract. mulier. gl. 10. vers. cum ipso marito, num. 41. & num. 45.* vbi magis cõmuoem attestatur. Facit textus, & quod ibi not. Bald. *in l. nouissime, ff. quod fals. tutor. author.*

ibi

ibi, metuēs ne compelleretur, quam notabilem dixit Bal. ibi, & clarius Ias. *in l. 2. nu. 4. C. de transact.* Dec. *in cap. cum M. num. 34. de constit.* Marſ. *in l. 1. num. 32. de quæst.* Alex. *consil. 99. num. 9. lib. 3.* Soarez *allegat. 32.* Arl. Pinell. *ad l. 2. par. 2. cap. 3. num. 18. de rescind. vend.* Et sic patet ampliatio *ad l. velle, ff. de reg. iur.* vt velle non credatur, qui obsequitur, vel timet, ne imperetur per eum, qui iubere, vel imperare potest, Ruin. *cons. 61. nu. 32 lib. 5.* Decis. Perus. *2. num. 7.*

25 Cauti tamen procuratores semper curāt, vt iuxta formam statuti fiat præceptum à iudice de compromittendo, vel quid simile faciendo. Vnde attento rigore iuris, non est bona exceptio, nō apparet de præcepto iudicis, ergo non fuit coactus.

26 Secundum, quod est considerandum, est, quòd tales supra nominatæ personæ notitiā habuerint tales statuti, vt declarat Cagnol. *in d. l. si quis maior, num. 69.* Dec. *d. cons. 22. colum. 1.* Lamberteng. *in d. citato loco, num. 45. in fine.*

27 In dubio tamen per ciues, & incolas loci præsumitur scientia statutorum loci, quādo sint inserta in volumine statutorum, vel alias à populo, vel eius consilio sint condita, secus si à prioribus ciuitatis, vt not. *in l. fin. ff. de decret. ab ordin. faciend. in cap. 1. de postulat. prælat.* Bar. *in l. omnes populi, sub num. 67. ff. de iustitia, & iure, in l. 1. sub num. 21. C. de summa Trin. & fide Catholic.* vbi etiam subdit vnum aliud, quod si statutum disponat id, quod est in vsu per totam prouinciam, vt compromitti inter coniunctos, ignorātia nullatenus præsumitur, idem Bart. *in l. quod Nerua, col. 8. ff. depos.* & Bald. *in d. l. data opera, col. 11. C. qui accusar. non possunt, in l. antepenul. C. de leg.* nec statur iuramento asserentis ignorantiam habuisse, glos. notab. *in cap. nulli, de elect. lib. 6.* quam singularem dixit Bologn. *in addit. ad l. fin. ff. de decret. ab ordin. faciend.* Alexand. *cons. 65. col. 1. vol. 6.* Paris. *cons. 49. col. 5. volum. 1.* Rip. *respons. 2. col. pen. in princ. vol. 1.* Anton. *de regul. iur. conclus. 5. num. 13.* vbi ampliat ad forensem post aliqualem moram.

28 Tertium, quod est considerandum, est, an aliqua exceptio, vel defensio competere posset, qua fugere, & euitare potuisset dispositiones statuti ita præcipiētis, vt per Aret. *d. cons. 24. colum. 3.* Curt. iun. *in d. l. si quis maior, num. 8.* Lamberteng. *num. 43.* Ioseph. de Ludouic. *conclus. 7. versic. declaratur secundo, &c. colum. 8. circa medium.*

29 Quarto loco cōsideranda sunt verba obligationis, & instrumēti, puta si bona propria obligauit, vel promisit pro se, & suis hęredib. & successoribus, quo casu obligatur, & sibi præiudicat, vt nedū exceptione repellatur prout esset, si simplicem consensum præstitisset, sed actione competenti conueniri posset, vt per Crauett. *de indemnit. mulier. num. 14. & 39.* late Ant. Gabr. *d. conclus. 2. num. 22. vsque in finem, & tetigi superius in quæst. de patr. potestat.*

30 Cauti igitur erunt administratorio nomine consensum præstante, ne dilatent fimbrias suas in obligando bona, vel pro se, & præsentiam præstent, prout ex forma statuti tenentur.

31 Quinta sit principalis conclusio, & in terminis materiæ locati, & conducti dominus, qui tanquam procurator alterius locat rem suam, & quidem scienter non præiudicat sibi in eius rei dominio, prout respōdit Imol. *consil. 57. viso quodam instrumento,* commendat Tiraquell. *de retract. lignagier. §. 1. glos. 9. numero 270. in fine.*

32 Id autem, quod de procuratore dictum est, notandum est, quod regulariter requiritur legitimum mādatum, aliàs non præiudicat, vt per Bart. *in l. si consensum, ff. quibus modis pignus, vel hypotheca soluitur,* & dixi superius *in tit. de procuratoribus.*

33 Sexta sit cōclusio. Iudex interponens suum decretum in locationibus minorum, mulierum, & similiū personarum sibi non præiudicat in iure, quod prętendit *cap. sobort. vers. iudicib. autem,* vbi Butr. *colum. 1. & in cap. inter dilectos, de fide instrum.* vbi pariter Butr. & Ioan. Andr. *col. 4. & in cap. ex literis,* vbi Cardin. & alij *de transact.* Salic. *in l. cum quædam, C. de administrat. tutor.* Menoch. *consil. 58. num. 7. & 8. lib. 1.* Tiraq. *de retract. gl. 9. §. 1. num. 772.*

34 Et in terminis locati, & conducti, de conductore officiali communis, quod sibi non præiudicet, tenet Io. Cæph. *cons. 589. vol. 4.*

35 Et non separando materias circa materiam remissionis, & præiudicij, quid dicendum in simplici conductore nullius officij, vel administrationis, si locator faciat aliquid præiudiciale sciente, & patiente cōductore, an præiudicet? Et videbatur dicendum quod sic, *ex reg. qui tacet, lib. 6.*

36 Contrarium est verius, cum cōductor sciat ius suū saluum fore, vt not. *in leg. sicut, §. non videtur, ff. quibus modis pignus, vel hypotheca soluitur, in cap. Imperialis, de prohibit. feud. alien.* per Lothar. Alexand. *in l. sæpe, num. 29. ff. de re iudicat.* Ias. reputans hoc valde notabile *in authent. ex causa, nu. 5. C. de liber. præterit.* Cęph. *in terminis, cons. 589. vol. 4.*

37 Regula igitur, qui tacet, non procedit in eo, qui scit ius suum saluum fore.

38 Declara, nisi expresse consentiat, *l. 4. §. si in venditione, l. sicut, §. si voluntate, ff. quibus modis pign. vel hypotheca soluitur.*

39 Subdeclaratur, vt dicatur sibi præiudicasse in iure præsenti, non futuro, *l. 1. §. quod ait prætor, ff. quorum legat.* Castrens. *cons. 375. colum. fin.* Hieron. Gabr. *cons. 72. num. 4.*

40 Subdeclaratur secundo, vt dicatur sibi præiudicasse in actibus inter viuos, secus in actibus vltimæ voluntatis, Boer. *cons. 64. nu. 12. & 25. vol. 5.*

41 Subdeclaratur tertio, vt ex hoc consensu non teneatur de euictione, *l. cum pater, §. libertis, ff. de legat. 2.* Ias. *in l. quoties, C. de fideicommiss.* Anchar. *cons. 76. num. 4.* Hieron. Gabr. *cons. 72. num. 4.*

Qui casus non est positus à Caballin. *§. 5.* vbi quinquaginta, & vnum enumerat, nec hunc ponit.

42 Si igitur locator præsente conductore pariter, & consentiente fundum per prius locatum alienauerit, vel quid simile fecerit, præiudicabit vtique in actibus inter viuos ipsi cōsentienti, non tamen super iure qđ haber, intelligitur præclusa via, & facultas disponedi per modum vltimæ volūtatis, vt ius conductionis alteri legare, & relinquere possit, vt dicā suo loco Deo dante. & si post pręstitū ab eo consensum ius aliquod de nouo superueniat, de quo tempore præstiti consensus cogitatum non fuit, non censetur illi renunciatu, nec pariter de euictione tenebitur, & sic patet, quid operetur consensus etiam expressus præstitus ab eo, qui ius aliquod ex aliqua causa, vel titulo prætendebat in re, de qua ipso consentiente fuit dispositum.

Et

43 Et sic corollarie patet intellectus,& limitatio *ad l. vendicantem, ff. de euict.* vt procedat in vendente non in consentiente,qui (vt dictum est) de euictione non tenetur,ad idem lex,qui alienam,*ff. eod.*

44 Declaratur secundo loco principaliter,vt nõ procedat fauore priuilegiatorum, vt fisci, piæ causæ,ecclesiæ,& pupilli,cuius præsentia,& consensus nõ præiudicat,nisi authore tutore fuerit præstitus,*l. si consenserit,ff. quib. modis pign. vel hypotheca soluitur*,Bal. *in l. fin. C. de remiss. pign.* Neguzan. *de pignor. in tertio memb. sextæ partis,num.* 24.

45 Declaratur tertio loco principaliter,nisi consenserit cum protestatione iuris sui,& hæc est bona,& vtilis cautela,Ioann. Ducan. de arte testandi,*tit.* 1. *caute.* 2. *numer.* 6. Lamberteng. *de contract. mulier. glos.* 11. *in verbo,agnati,nu.* 46. Adde bene in materia loquentes, Rom. *cons.* 94. *col.* 3. Dec. *in l. creditur,n.* 2. *ff. de reg. iur.* Soc. *cons.* 46. *num.* 18. *vol.* 4. est bonus textus in materia,de qua etiam superius vidimus,*in l. si debitor,§. si in venditione,ff. quib. modis pignus, vel hypotheca soluitur*, vbi gl. & Bart. & notant.

46 Declaratur quarto loco principaliter in actu valido,secus in actu nullo, Dec. *in d. l. creditor, num.* 2. Neguzant. *de pignoribus in* 3. *memb.* 6. *par. num.* 27.

47 Contrarium sentit Bart. *in l. cum vir,num.* 10. *ff. de vsucap.* Crauet. *de indemnitat. mulier. num.* 14. *vsque* 19. Paris. *cons.* 16. *num.* 3. *lib.* 2. Meno. *cons.* 58. *nu.* 38. *& 39. lib.* 1. Ioseph. de Ludou. *concl.* 7. *col.* 4. *vers. ampliatur* 15. *cum ampliat. sequenti,per l. illicitas,n. de reb. eorum,& l. & si iis,C. de præd. minorum.*

48 Et prædictis addo, quod actus nullus nullum parit effectum,siue sit actus iudicialis,siue sit actus extraiudicialis,*cap. non præstat impedimentum, de reg. iur. libr.* 6. Felin. *in cap. significantib. col. fin. de offic. deleg.* late Cotta *in memorabilib. in verb. actus nullus.* latius Sebast. Vant. *de nullitat. titulo quoties,& infra,quæ tempora,n.* 33. *cum multis seq.*

49 Ex quibus obiter infertur vnum in hac materia locati,& conducti, quod locatio secunda nulliter facta non præiudicat primæ,nec impedit quominus inter legitime fieri possit.

ADDITIO.

☞ *Et licet actus geratur ab aliquo nomine proprio, si ex præcedentibus,vel sequentibus colligi potest quod nomine alieno,& non proprio fecerit, tunc nomen proprium expressum non attenditur. Dec. in prima concl. in cap. quoniã Abbas de offic. deleg. Bero. q.* 46. *nu.* 5.

De locatione nulla.

1 Si igitur locatio sit ex aliquo capite nulla,quia per mulierem, sine forma,& solennitate statuti,per minorem ad longum tempus, sine decreto facta fuerit,talia sunt consideranda, sicut & in quolibet actu nullo,& inualido secundum quod non producit, nec præstat aliquod impedimentum. Vnde si locatio est facta duobus, locatio nulla non præiudicat. Similiter singularis successor non poterit expellere colonum, si venditio sit ex aliquo capite nulla, ad materiam *l. emptorem,C. locat. tertium*,quod non impedit, quominus iterum fieri possit.

2 Vnde inferri possit ad materiam *l. boues,§. hoc sermone, de verb. signif.* vt procedat de primo actu valido,secus nullo. Vnde si quis habet mandatum ad locandum bona Ecclesiæ,minorum,& similium personarum,vel licentiam locandi,si prima locatio sit nulla,non consideratur quominus iterũ, & de nouo bene,& legitime locare possit,late Fel. *in c.* 2. *de tregua, & pace*, Bart. & alij *in l. qui per salutem,ff. de iureiurando*, Tiraq. *ad l. boues, §. hoc sermone limitat.* 1. *ff. de verb. signific.* late Ant. Gabr. *de verb. signif. conclus.* 2. *num.* 30. declarando vt ibi per eum.

3 Sed quæro vnum non dictum a Gabr. Iosepho de Ludou. nec alijs. Locauit quis administratorio nomine,tenebiturne de euictione? Vtique non,*l. si pignora.* vbi Bald. & Salic. *C. de euict. leg.* 1. *C. creditorem euict. pignor. non debere, in l. qui erat, ff. famil. hercisc.* Abb. *cons.* 12. *num.* 9. & est ratio:quia officium suum nemini debet esse damnosum , vt superius vidimus,& ita declarat Ias. *in l. d. diuo Pio,§. si post addictum,num.* 4. *ff. de re iudic.* nisi promisisset de euictione,prout cauti homines facere solent,& plura instrumenta ita videbis, *l. procurator, qui pro euict.* vbi Bart. & Castrens. *ff. de procurat.* Rimınald. *cons.* 151. *dubic.* 2. *lib.* 1. Caballin *de euict.* §. 5. *cas.* 28. *num.* 61.

De locatione ratione Officij.

QVAESTIO II.

1 Secunda quæst. princ. est,quæ in terminis locati,& conducti in facti contingẽtia occurrit. Pater cõstituit procuratorem filium ad cõducendum à Communitate Tudertina quædam officia damnatorũ dat orum, quæ Cõmunitas ipsa annuatim locare solet, & hæc procura est facta in personam filij per annos tres,vel quatuor,antequam filius conduceret,tãdem in tempore solito filius obtulit in forma solita ad cãdelam,vt dicitur accensam,& obtulit simpliciter non exprimendo se procuratorem , & oblatio ipsius fuit nouissima,& melior,an videatur cõduxisse,& cõtraxisse nomine proprio, vel alieno? idem in consanguineis consentientibus in patre,& similibus quæri,& dici potest,*ad l.* 1. *§. nunciatio,ff. de nou. oper. nunciat.*

2 Et quod proprio nomine conduxisse præsumatur, primo facit *lex,& magis puto,ff. de solut.* vbi Bar. *in l.* 1. *nu.* 10. Castrens. *num.* 5. testantur illum textum tota die ad hoc allegari , quod in dubio quis præsumatur magis gerere nomine proprio,quam alieno.

3 Secundo pro hac parte facit *lex, Papinianus*, & ibi Alberic. *not. ff. mand.* vbi quis præsumitur facere actum nomine proprio, quam alieno.

4 Tertio pro hac parte facit *l. pro hærede,ff. de acquir. hæred.* Quarto facit tex. celebris,& vulgaris ad hoc *in l. si ita stipulatus fuero,§. Crisogonus*,& ibi Bart. & cæteri not. *ff. de verb. obligat.*

5 Et hanc partem tenuit Socin. *in cap.* 1. *q.* 6. *art.* 7. *de libell. oblat.* Tiraquell. *de retract. §.* 10. *glos.* 1. *& vnic. num.* 2. *fusius littera A,num.* 23.

6 Pro contraria vero parte, quòd quis præsumatur facere nomine alieno,facit primo *l.* 3. *§. verum quare, ff. de manumiss.* vbi actus præsumitur factus in executionem actus præcedentis.

7 Secundo facit,*l. qui in aliena,§. si is,qui putabat,ff. de acquir. hæred.* & not. ibi per Doctores. Tertio facit,*l. si pignori,§. fin. ff. de vsucap.*

Et

Digitized by Google

8 Et hanc partem tenuit gl. in d. §. si is, qui putabat in glossa magna post medium, versicul. & ideo hic, &c. vbi Bart. circa medium versicul, ex hoc responso. Angel. in princ. vers. & dixit Bart. Imol. circa medium, vers. facit iste text. Castrens. ante finem vers. vlt. Bartol. Roma. paulo ante finem vers. no. ex gl. Aret. & Alex. colum. 1. Ias. columm. 3. nu. 12. dum se remittit ad alibi dicta per eum Bar. post. Dyn. in l. post dotem, col. 2. vers. secundo, quod procurator, & ibi Imol. col. 2. Alex. col. 1. versic. 4. not. & iterum col. 5. vers. vlterius, ex eadem lectura. Ias. col. 12. vers. circa secundum, ff. sol. matrim. Roman. cons. 91. col. 3. vers. secundo probatur. Alexan. in leg. 1. §. nunciatio, col 4. vers. item adde si dominus, vbi Ias. col. 3. vers. prima conclusio, ff. de non. oper. nunciat. Alexan. cons. 25. viso instrumento, col. fin. lib. 2. repetit. cons. 90. lib. 3. & cons. 197. lib. 2. Aret. in §. sequens, & ibi Iason. sub dubio tamen, Instit. de action. Felyn. in cap. cum M. Ferrariensis, col. 1. in fin. de constit. late in materia Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 49. Addo in materia bene loquentes Papiens. in forma responsionis rei conuenti in verbo, Simonius, nu. 3. Alciat. regul. 2. præsumpt. 8. Bart. in l. post mortem, §. tutor ff. quando ex facto tutor. num. 1. in l. 3. §. sed etsi contutor, numero 1. ff. iudicatum solui. Corn. consil. 27. volum. 2. Lamberteng. de contract. mulier. glos. 8. in verbo mariti, numer. 2. & in terminis locati, & conducti. Granut. theorem. 8. num. 10.

Ampliatur ista conclusio, vt procedat etiam si exprimat nomen proprium, & nomen officij: adhuc enim nomine officij gessisse præsumitur. gl. fi. in l. quæcunque, & ibi Ang. ff. de procurat. quam singularem, & notabilem dixit ad hoc Bald. in l. 1. in fin. C. de senten. Ias. in l. 1. §. nunciatio, colu. 3. num. 4. ff. de non. oper. nunciat.

9 Vnde si dicatur. Nicolaus procurator Sempronij locauit Caio vnam apothecam, &c. dicitur locatio facta nomine Sempronij, & sibi acquiritur idem ex parte conductoris a paritate rationis dici poterit.

10 Ex quibus corollarie infertur limitatio ad l. communis seruus, ita, ff. de stipulat. seruorum, & cap. quoniam Abbas, de offic. delegat. quæ iura volunt, vt distinguatur, an præcedat nomen proprium vel officij, & tamen in præcedenti limitatione non distinguitur iura namque illa procedunt, quando actus vtroque modo valere poterat, & agitur respectu personarum, quibus acquiri debet, non respectu personæ acquirentis. Bald. in l. 1. C. de liber. præterit. Imol. in l. quod dicitur, col. 10. ff. de verb. oblig.

11 Ad practicam igitur redeundo, paria sunt dicere, Sempronius procurator Titij cōduxit fundū a Caio, siue postponatur nomen proprium, dicendo, procurator Caij nomine Nicolaus, conduxit a Sempronio fundum, vel domum & circa limitationem superius positam ad l. communis seruus, &c. quoniam Abbas in hac materia locati, & conducti, vidi in facto casu. Venit quidam pro Gubernatore ad Ciuitatem Tudertinam, egebat quibusdam rebus. quidā eius amicus interpellauit Ciuem Tudertinam si volebat dare ad vecturam, vel etiam locare tales res Gubernatori, an dicatur facta locatio officio, vel dignitati, an verò personæ, & sic fuit distinctum quid præcedat.

12 Similiter cōsideratur qualitas rei, quæ locatur, an verisimiliter sic concedentis ratione officij, vel non. Vnde Thesaurarius Vmbriæ locat gabellas pro Nonennio, dicitur facta locatio nomine officij, quia Gabellæ sunt Principis.

13 Ampliatur secundo allegata cōclusio, vt videatur cōduxisse de pecunia domini, cuius se procuratorem facit. Alex. cons. 108. num. 10. vol. 1. Borgn. de tutore, & curatore, nu. 243. Addo. Roma. cons. 426. col. 2. per l. Nesennius, vbi Bart. ff. de neg. gest. gl. fin. in fin. in verbo, officio, C. de dot. promiss. Dec. cons. 66. col. penul. post medium, vers. non obstat secundum eum.

* Subdeclara, idest, durante officio, secus si post, quia tunc ex proprio, nisi pauper sit. Bero. cons. 91. nu. 59. vol. 1. Mascard. concl. 1392. in fi. vol. 3.

14 Subdeclara hanc ampliationem, vt procedat, quādo constat administratorem gerere nomine alieno, secus si proprio, quia tunc præsumitur de bonis proprijs expendisse. ita Anchar. cons. 21. col. 2. Corn. cons. 167. col. 2. lib. 1. per l. si ventri, ff. de priuil. creditorum & l. si defunctus, C. de arbitrium tutelæ. & ita declarat egregie Crauett. cons. 129. sub nu. 3.

15 Quod consilium est valde celebre tam ad propositum materiæ locati, & conducti, quam etiam de gerente officium, & negotia administratorio nomine. Tres enim conduxerunt a Thesaurario Delphinali quasdā gabellas cū onere soluendi de pensione debita consiliarijs Delphinalibus. Vnus ex conductorib. soluit, an possit repetere a cōsocijs, vel præsumatur soluisse de bonis communibus, maxime quando ille, qui soluit, erat administrator totius societatis, & nō erat homo valde diues, vt non sit præsumendum eum de proprio soluere, & expendere, & passim in practica, & facti contingentia occurreret, præsertim in conductoribus cameralibus, & gabellarum salis appaltus quatrini, carnis porcinæ, qui postea de pensione, fictu, & responsione per eos debita nomine principis, & Cameræ Apostolicæ soluunt Gubernatoribus, Potestatibus, & alijs officialibus rerum prouisionem, salarium, & mercedem. Si enim vnus ex eis soluit alio ignorante, vel inscio præsumitur de bonis communibus societatis ipsius conductionis. Et si vult repetere, non auditur, nisi clare doceat de suo proprio soluisse, & ei incumbit onus probandi, debet enim soluens socius pariter, & cōductor esse admodum cautus, et vigilans, cum dirigitur ad eum aliqua bulletta solutionis faciende, notificare socijs, vt sint conscij, & si non potest ante solutionem, faciat post, ante tamen finita, & solutam societatem; redarguitur enim ille, qui soluit, nec vnquam socijs notificauit, & quilibet attendendo quandam factorum contingentiam, si veniret casus a Crauetta propositus, dubitaret.

16 Si enim est finita societas conductionis, & socius, qui bona fide soluit, fuit fortasse negligens in cōmunicando sociis solutiones, & apochas, si re vera no cōstat soluisse, cur sibi compensanda non sunt, & vt vulgo dicitur menar buone, & tamen ibi Crauetta contrarium determinat. Similiter videbis in facto hunc casū possim occurrere cum conductoribus communitatu, ad quos a prioribus, & procuratoribus passim dirigūtur bullettæ solutionum faciendarum.

17 Notabis insuper præsumptiones, ex quibus colligitur de pecuniis communibus soluisse.

18 Prima, si erat administrator societatis conductionis, & habebat curam pecuniarum conseruando eas in arca.

19 Secunda, si non erat homo valde diues, vel prole,

vel

Digitized by Google

vel numero filiarum fœminarum onustus, & grauatus, vnde non est verisimile velle, vel posse expendere de suo proprio.

20 Tertia, quod sit homo valde diligens, & subtilis in negocijs peragendis. Vnde non est credendum, quod ponat manum ad bursam suam.

21 Quarta, quòd socijs notificauit durante societate, nec ante, nec post solutionem factam.

22 Ex quibus ad propositum materiæ locati, & conducti, de qua agimus inferuntur ad multa vtilia.

Primum, quod si duo in simul conduxerunt aliquã gabellam, vel quid aliud, quod ex hoc dicuntur effecti socij illius conductionis, & fructuum debendorum ex illa re, & consequenter dicuntur habere mandatum ad inuicẽ, ita vt si vnus soluit, aliquid exigit, vel quid simile faciat, dicitur facere nomine procuratorio societatis initæ in conductione ad propositum præsentis quęstionis, *l. nemo ex socijs, ff. pro soc.* & ibi Accurs. not. quia hoc est verum in illis tantum, quæ expediũt societati conductionis iam initæ, post Ial. Alexan. & alios, *in l. de pupillo, §. si plurimum, ff. de non. oper. nunciat.* Roman. *cons. 398. col. 1. in fin.* Crauett. *in d. consil. num.* 1. Vnde si soluat pro satisfactione alicuius debiti, docere debet de legitima quietatione, & consequenter de vtilitate societatis.

23 Tria namque præsupponi videntur, vt socius habeat mandatum ab aliquo. Primum est in rebus mobilibus, non in alijs. Dec. *in l. si fortus, in 1. notabili, ff. si cert. pet.* Secundum, quod societas sit conuentionalis, non incidens alicuius tacti occasione, vt hæreditatis relictæ, conductionis factæ, & similium. Tertium in his, quæ expediunt societati. Galiaul. *in l. stipulationes, num. 22. ff. de verb. oblig.* Franc. Marc. *decis. 574. in fin.* Ioseph. de Ludou. *conclus. 53. in fin.*

Addo late Roncagall. *de duobus reis, l. 9. num.* 198. * vbi attestatur hanc esse communem opinionem.

24 Secundo infertur intellectus *ad l. 2. C. pro soc.* vt procedat, & habeat locum in coniuncta persona soluente pro alia; extraneus autem soluens, vt acquirẽs pro extraneo præsumitur de proprijs pecunijs ipsius extranei, nisi aliud probetur, *l. fin. C. de pignor.* quam ad hoc citat Roman. *cons. 3. col. 2.*

Et in hac materia locati, & conducti vtilis est ille tex. *in l. 2. C. pro soc.* qui loquitur quando socius soluit pensiones pro fundo communi, quod iudicio societatis consequetur ab alio socio.

25 Vnum tamen non omittam ad ea, quę no. Crauet. *in allegato consil. sub nu. 3. in fin.* ad propositum quæstionis, de qua tractatur dum distinguit, aut administrator facit actum nomine illius, cuius bona administrat, & tunc pręsumitur expendisse de pecunijs illius, cuius bona administrat, non de proprijs, aut gerit nomine proprio, & tunc præsumitur expendisse de bonis proprijs. ita Crauet. *in allegato loco.*

26 Sed quid in dubio? Vtique administratorio nomine ex superius adductis constat.

27 Tertio infertur ad practicabilem materiam *l. soluendo, ff. de negot. gest.* licet enim quis soluendo pro alio inuito, & ignorante, liberet eum, & insuper competat soluenti repetitio, vt ibi per Alber. tamen soluens debet certiorem facere illum, pro quo soluit, & non celare semper solutionem, quia soluendo voluntarie, nec aliquid dicendo, nisi tempore repetitionis, parit præsumptionem fraudis, & exceptionem, vt sentit Crauett. *in d. consil. num. 10. & 11.* Vnde videbis multos in foro iudiciario conquærentes, & exclamantes: solui pro tali non vult restituere, sed locupletari cum iactura aliena. Vtique debet esse diligens soluens ad intimãdum quanto citius solutionem ad ipsius fauorem factam. Si igitur conductor tenebatur in pręsenti mense soluere pẽsionem, & alius bona fide soluit pro eo, dabitur contra conductorem repetitio facta prius certioratione. idem dici posset de obligatione facta ad soluendum pro conductore.

* Ampliatur tertio etiam si huius constitutus procurator certo dato modo, vel pacto, non simpliciter cõtrahendo, cum eo modo contraxisse dicetur Affl. *decis. 285. num. 21.* Tiraquel. *de retract. conuent. ad finem, nu. 116.* Menoch. *lib. 3. præsumpt. 49. num. 13.*

28 Declaratur primo loco principaliter allegata cõclusio, vt procedat, & habeat locũ quoad contrahentes, secus quoad tertium, quia sibi non præiudicat, quominus agere possit cõtra procuratorio, vel administratorio nomine contrahentes prætendẽdo ignorãtiam eum fecisse administratorio nomine. ita Bar. *in d. §. si is, qui putabat.* Comens. Alex. & Ias. *in l. post dotem, ff. solut. matr. & in d. §. nunciatio.* Alciat. *regul. 2. præsumpt. 28.* vbi per discursum limitat, nisi ex tacie, & lectura instrumenti apparere, vel constare posset talem esse procuratorem, vel tali nomine fecisse, prout in instrumento dicitur, talis procurator talis, vel dicatur, locauit domum talis, soluit pensionem pro tali, de tali re. Vnde si Titius administratorio nomine alicuius locat, vel conducit domũ, vel aliud simile alicuius, tertius prętendens aliquod interesse in re locata, vel conducta auditur, & sibi non præiudicat.

29 Et certe si discursus Alciati consideretur, semper arguetur, vel saltem vt plurimum, scientia, pauca enim reperiuntur instrumenta, in quibus non appareat signum aliquod, si ille fecit administratorio nomine alicuius.

30 Præterea considerandũ est, quod sunt quędam qualitates à nuda volũtate asserentis se eas habere. Quædam sunt qualitates pendentes ab extrinseco, & hæ videntur esse in duplici d screttia, aut sumus respectu contrahentium inter se, aut respectu tertij non contrahentis, considerando primam speciem qualitatis voluntariæ, ecce vt notissimi iuris est, hæreditas aditur animo, vtique si in aliquo instrumento fateor, & assero me hæredem, credendum est. fortasse etiam a tertio, quia hoc pendet a voluntate mea iam verbis, & scriptura declarata. Similiter ego sum iam effectus ciuis talis loci, & habeo priuilegium ciuilitatis, si cõtraho, & assero me ciuẽ, intrat præsum ptio, quod eo casu voluerim contrahere, vt ciuis, non vt forensis, & in hoc etiam videtur credendum saltem per contrahentem cum eo, cum eius conditionem inuestigare deberet, vt inferius dicemus considerando qualitates pendentes à concursu extrinseci, puta asserit se quis esse patremfamilias, prout post Imol. Alciat. exẽplificat, si loquitur respectu cõtrahentis cum eo sibi imputet ex regula *l. qui cum alio, tt. de regul. iur.* Si enim ille mentitus est se esse talem, non debebat contrahẽs credere, sed inuestigare conditionem ipsius. Si vero loquimur respectu tertij, cur debet ei credere, ex quo cum eo rem contraxit, nec illum tacite, vel expresse contrahendo approbauit? Et si dicas, non est præsumendum delictum, & consequenter illum mentiri asserendo

ferendo se talem in instrumento cum non sit, vtiq; delictum non est præsumendum, tamen ex hoc non cogitur tertius credere assertioni alicuius simpliciter, & facit regula, Res inter alios acta. Vnde respectu contrahentium considerationes Alciat. videntur verum, respectu tertij procedere non videntur, nisi in qualitatibus dependentibus à mera voluntate asserentis.

Si tamen Alciati post Bart. & alios consideratione sequi placeat, infertur corollarie ampliatio *ad regulam, qui cum alio, ff. de reg. iur.* vt nedum procedat inter contrahentesmet, sed etiam contra tertium, quãdo ex facie, & lectura instrumẽti apparere possit tertium habuisse, vel habere potuisse scientiam illum talem in instrumento nominatũ esse talem. Vnde contra eum agere compelletur, & facit vltra Alc. quod consuluit Socin. *cons. 69. col. penult. lib. 3.*

31 Declaratur secũdo loco principaliter allegata cõclusio, quatenus officiũ procuratoris respiciat, vt non procedat, quando mandatum præcedens fuisset valde generale, quia tunc licet talis contractus potuerit cõprehendi in tali mandato sic generali, tamen potest esse, quod de eo non fuerit actum simpliciter contrahendo, videtur potius nomine proprio, quam alieno, *l. 3. §. sed quod de tutore, vers. sed & si quidem, ff. indicatum solui*, quam ita intelligunt Alex. & Ias. *in d. l. post dotem*. Alc. *reg. 28. limit. 2. n. 9. ex l. gerit, col. 6. ff. de acqui. hæred.* vbi actus in dubio præsumitur factus nomine proprio, non alieno. Bald. *in l. potuit, q. 10. C. de iure deliberandi.* Addo ad confirmationem huius limitationis. Alex. *cons. 132. vers. tamen præmissis, & 134. circa prædicta, vol. 5.* vbi allegat bonum textum *in l. Titium, & Mæuium, §. præfectus legionis, ff. de administr. tutor.* Afft. *decis. 360. num. 7.*

32 Ex qua in hac vtili materia locati, & conducti habes vnum, quod sæpius contingit in practica, quod si aliquis habet bona communia cum pupillis, quorum est tutor, & talia bona sic cõmunia locati, præsumitur fecisse nomine proprio, & non tutorio, & sic habes vnam coniecturam, & præsumptionem, quod nomine proprio quis actum fecisse præsumatur.

Addo similiter Paris. *cons. 72. nu. 30. vol. 2.* Roland. à Valle *cons. 9. nu. 31. vol. 3.* vbi etiam habes aliam vtilẽ coniecturam, vel præsumptionem, quod si matri, & filijs aliquid debeatur pro pensione domus locatæ fructus prædij locati ad laboritium exigẽdo simpliciter, videtur nomine proprio, non filiorum. Vnde si testis dicat, talis mater recepit tot pro pensione domus, nec dicat an nomine proprio, non concludit ad fauorem filiorum. Vnde articulus, & depositio concurrere debet, quod accepit tot nomine suorum filiorum.

Addo etiam Alexan. *cons. 217. col. antepenult. lib. 7.* quem valde commendat Roncagallo *de duobus reis, l. 9. nu. 200.* vbi dat aliam coniecturam si habens aliquod officium administrationis erat solitus negociari de per se.

33 Et vidi in facto casum in hac locati, & cõducti materia. Erat frater maior natu, administrabat bona cõmunia cum suis fratribus, si locat aliquem fundum, quid præsumendum? Similiter vidi in facto casum. Duo Tudertini habebant in vrbe hospitium locari solitum, locauerint ambo, vnus tamen ex eis exegit pensionis partẽ, an dicatur exegisse nomine proprio, vel ratione taciti mandati a socio, de quo tacito mandato, superius tetigimus.

34 Sublimitatur, vltra Alciat. & alios superius nominatos, hęc declaratio, & limitatio, vt non procedat; quando in contrarium apparerent aliquæ coniecturæ, ex quibus præsumatur fecisse actum nomine officij, & alieno, non autem proprio.

35 Prima est: Si res, de qua tractatur, ad solum dominum spectaret. Probatur hæc præsumptio *in l. post mortem, §. 1. vbi gl. in verb. recte recusat*, & ibi Bart. *in summario, & in prima oppositione, ff. quando ex facto tutor. in l. fin.* & ibi Bart. *ff. eod. tit. in l. 3. §. quid de tutore, circa medium, ff. iudicat. solui.* Rom. *in l. post dotem, col. 6. ff. soluto matrimonio.*

36 Quæ præsumptio vera est, si vterque cõtrahentiũ sciat eũ esse talem, puta procuratorem, tutorem & c. Bar. & post eum alij, *in l. ita stipulatus, §. Chrisogonus, col. fin. ff. de verb. oblig. in l. 1. §. nunciatio. ff. de non. oper. nunciat.* Ias. *in leg. post dotem, col. 13. vers. limita quando res, ff. sol. matrim.* Boegni. *de tutore, & curatore, numero 243.* Menoch. *de præsumption. libro 3. præsumption. 46. num. 19.*

37 Quid si tutor, procurator, vel similis faciat actum spectantem ad eius officium, sed dicat, se facere nomine proprio, vtique nomine officij intelligitur ea expressione non obstante. Bar. *in l. Lucius, §. tutorem, & in l. Titium, aut Mæuium, col. 2. vers. regula est, ff. de administr. tutor.* Lamberteng. *de contract. mulier. gl. 8. in verb. mariti, sub nu. 6.*

38 Vidi in facto casum in hac locati, & conducti materia, constitutus fuit procurator in specie ad locandũ bona Titij a Titio, qui in locatione expressit nomen proprium, vtique hoc non releuauit, quia fuit ratione officij specialiter sibi iniuncti.

Similer tutor dat, & locat ad laboritium bona pupilli, licet dicat nomine proprio, parum refert, quia facit quod spectat ad eius officium.

39 Secunda præsumptio est, si exprimatur nomen officii, vt institoris, procuratoris, et similis, licet non exprimat, nec adijciat illa verba, procuratorio nomine, vel tutorio, & similibus, prout multi practici vtũtur, gl. *in l. quæcunque, in verbo procurator. ff. de procurator.* Bart. *ad procuratorem extendens, in leg. fin. ff. de Institut. action. in l. 3. §. etsi cum tutor, ff. indicat. solui. in l. 1. §. nunciatio*, vbi etiam cœteri sequuntur, *ff. de nou. oper. nunciat.* Alberic. *in rubr. de procurat. num. 4. in l. quoties quis aliam, ff. de verbor. oblig. in leg. 1. §. 1. in fi. ff. de administrat. tutor.* vbi etiam allegat *leg. penul. ff. si quis cauti.* Quę in procuratore loquitur. idem Alberic. *in l. cum post mortem, §. 1. num. 2. ff. de admin. tut.* Bal. *in l. 1. in fin. C. de sentent. & interloeut. omni iudic.* vbi reputat notabilem *glos. in d. l. quæcunque.* Maria Socin. *in c. 1. q. 4. art. 7. de libel. oblat.* Bald. *in cap. constitutus, vers. quaro cum glos. de procurator.* late Tiraq. *de retract. lignagier. §. 10. glos. 1. & vnica, num. 4.*

Addo bonum verbum Ioan. Andr. *in addit. ad Specul. in rub. de procurat. paulo ante finem, vers. dubitatum vidi*, attestans ita obtentum fuisse Ang. *in l. si pupilli, §. 1. col. fin. vers. vltimo est videndum, ff. de neg. gest.* Imol. *in l. ita stipulatus, §. Chrisogonus, col. 4. vers. tu adde, ff. de verbor. oblig.*

40 Si igitur dicatur, Sempronius institor Caii conduxit apothecam, dicitur conduxisse nomine Sempronij, & pro eo. Menoc. *lib. 3. præsumpt. 46. nu. 5.*

41 Et vidi in facto casum in hac materia locati, et cõducti quod Tuderti Bergomenses quidam aperuerũt

apo-

apothecam pannorum, præposuerût institorem, qui conducebat multos ad vecturam, accedebat ad nundinas temporibus suis, & ibidem conducebat famulos in auxilium apothecę, & similia, & semper vti institor, & de pecuniis domini sui.

42 Et hæc omnia vera sunt, si talis mandatum accc. ptasset, loquendo in illis personis, in quibus mãdatũ requiritur, alias non. Bald. *in l. qui literas, C. mand.* Alex. *in d. §. nunciatio*.

Sed pone vnum, quod vidi in facto quandoq. euenire in hac locati, & conducti materia. Sempronius habebat prædiũ, cui erant contigua multa bona vnius ecclesiæ, ita vt essent sibi necessaria pro pascuis animalium, & ad tollenda scandala, quæ pro damis de facili oriri possent, scripsit literas amico suo his verbis. *Intendo, che il Rettore della tal Chiesa vuole affittare le terre vicine a me, però non mancare farti ogni opra, & non si resti per danari, ue in tonto mi sino.* ille acceptis literis conduxit, an videatur acceptasse mãdatũ, & conduxisse pro tali, qui literas scripsit. Vtique sic, maxime quia quoad se, nullum habebat interesse, *l. qui seruus, §. idem in eo, ff. de interrogat.* Alciat. *reg. 2. præsumpt. 28. in fin.*

43 Similiter vidi in facti contingentia alium casum in hac locati, & conducti materia. Sempronius erat absens per plurima milliaria, nec erat reuersurus per aliquot menses, & talis sibi vicinus volebat locare bona sua, quidam Sempronii intrinsecus amicus sciens fortasse sua secreta, et voluntatem prorupit in hæc verba. *Se Sempronio fosse in paese, non le lasciarebbe per danari queste terre, perche li sono molto commode.* Conducit, an videbatur pro eo? Vtique vidi respõsũ quod sic ex superius adductis cõcurrẽte maxime amicitia.

44 Tertia præsumptio est causa, quę in hoc est expressio personæ, vt si maritus dicat nomine vxoris, licet non adiiciat, vti maritus, vel procurator, & sic de singulis, quia actus præsumitur gestus contemplatione & nomine illius, ad quem causa spectat, Bart. *in l. si pupilli, §. 1. col. 2. vers. si dicatur, ff de ne. gest.* Tiraq. *in allegato loco, nu. 5.* Lamberteng. *de contract. mulier. gl. 8. n. 5. in verbo, mariti,* vbi limitat, si concurreret scientia, vbi etiam subdit, quod si dicatur, Titius vxori locanti contentit, dicitur facere vti maritus.

46 Vidi in facto casum, Quis conduxit simpliciter exprimendo nomen proprium, postea dixit hæc verba. *Questo sara buono per il tale*, an videatur conduxisse pro eo, saltem volente? Vidi allegatum, quod si negocium necessario spectabat ad illum, nec conductus habebat aliquod intercsse, quod pro eo videatur conduxisse, *ex d. l. qui seruus, §. idem in eo, ff. de interrog. act.*

46 Sed quid in re, quæ posset esse indifferens, & ad vtrumque referri posset? Vtique Rom. respondit nomine officij, *in l. post dotem, col. 6. ff. sol. matrim.* Vide tamen quæ dixi supra, declarat. 2. & contrarium tenet Turzan. *concl. 6.* Borgni. *de tutor. & curat. nu. 243.* nisi in libro tutor scripsisset tutorio nomine. Vnde cautela est, vt in casu dubio, & indifferenti D. Iudex faciat exhiberi libros tutorum, & similium, & ex lectura ipsorum apparebit, cuius nomine actus præsumatur gestus. *Idem* colligitur ex lectura instrumenti, apochæ, & similium. Alex. *cons. 142. in fi. vol. 2.* Rui. *cons. 29. num. 10. vol. 5.* Marsil. *singular. 459.* Crauett. *cons. 286. col. 2. lib. 1.* Franc. Porcell. *de duobus fratribus q. 1. num. 72.*

47 Multi namque sagaces tutores emunt à principio tutorio nomine, vel alij nomine officij, & fuerunt ab initio in hac bona voluntate, & dispositione, postea cognoscentes vtilitatem reis mutant propositum, & dant operam dispositioni *l. præses, C. de serui. & aqua.* Vnde bonus iudex prouidebit huiusmodi fraudibus consulendo indemnitatibus pupillorum.

48 Declaratur tertio loco principaliter allegata cõclusio, vt procedat, & habeat locum, si in continenti actus sequatur, secus si ex interuallo. Bart. *in l. qui mihi donatum, col. fin. versic. aut contractus, ff. de donat.* & sequitur Rom. *in d. §. si is, qui putabat, ex gl. in §. ope, Instit. de oblig. quæ ex delict.*

49 Subdeclaratur hæc declaratio, vt procedat, quãdo actus sequens nullam habet dependentiã a præcedenti, tunc attenditur quod fiat incontinenti, secus vero si actus sequens dependentiam haberet a præcedenti, quia stante dependentia non attenditur interuallum, vel incõtinenti facto, & ita procedunt contrariæ opiniones, vt per Bart. *in l. qui seruum, ff. de interro. act. in l. ita stipulatus, §. Crisogonus,* vbi Cum. *col. fin. vers. hic sumpta occasione.* Castrens. *col. fin. versicul. Tertio no.* Imol. *col. penult. versic. si verò est de accessorijs.* Alex. *col. penult. versic. item facit ad quæstionem.* Ias. *calum. 2. versic. per istum textum,* iterum Alex. *in l. 1. §. nuncia- tio, col. 3. nu. 15. ff. de nou. oper. nunciat.* Lamberteng. *de contract. mulier. gl. 8. in verbo, mariti, num. 10.*

Adde Alciat. *regul. 2. præsumpt. 28.* vbi Arelaten. *addit. vltima, in verbo, incontinenti,* testatur hanc opi- * nionem esse veriorem, & magis communem pulchra addit. Alex. ad Bart. *in l. qui mihi donatum, sub num. 5. littera H. ff. de donat.* vbi allegat regulam accessorij, & principalis.

Ex quibus infertur ad aliqua, quæ in facti contingentia occurrunt in hac locati, & conducti materia.

50 Pater Tudertinus constituit procuratorem filium ad cõducendum à communitate Tudertina officium damnatorũ datorũ, postea sunt elapsi quatuor anni, post filius simpliciter conduxit, quid dicendum? primo aspectu ista conductio non est membrum, vel accessorium ad mandatum ex interuallo procedens, ergo videtur filius fecisse nomine suo, & non procuratorio. Pro contraria parte facere videtur, ex quo mãdatum specialiter erat ad conducendum tale officiũ, videtur in executionem ipsius maxime, quia attenta forma statuti Tudertini filiusfamilias non potest cõtrahere, & sic nõ potest actus valere nomine proprio Firmia. *in verbo procurator contrahit, circa medium.*

51 Similiter, quis conducat fundum vti procurator, talis si ex interuallo tradatur, res dicitur procuratorio nomine, quia traditio venit ad executionẽ actus.

52 Et vidi in facto in instrumento locationis, & conductionis, quod carebat intitulatione, tamen in principio qui interni aderat, & nõ erat admodum a remotis, fuit validatum. Bar. *in l. si quis ex argentarijs, §. si initium, ff. de edend.*

53 Ex quibus corollarie ad materiam *l. lecta, ff. si cert. petat.* Aut etiam quid sit incontinenti, & censetur inesse etiam si nullam conuenientiam, vel dependentiã habeat ab actu immediate præcedenti: aut actus sit ex interuallo, & tunc aut est dependens, accessorium vel executiuum ipsius, & non attento interuallo, censetur inesse.

54 Secundo infertur *ad regulam, accessorium, libro 6.* vt

Digitized by Google

vt accessorium sequatur naturam sui principali, & reguletur ab eo. Ampliatur ex prędictis, vt procedat siue accessorium veniat incontinenti ad principale, siue ex interuallo, & sic qualitas in principali censeture petita in accessorio, & dependenti.

55 Videbis in facto hac locati, & conducti materia, domini locant possessiones suas rusticis, vellent eos excoriare, & apponere infinita, & prope innumerabilia pacta, & instrumenti confectione nō contenti, paciscuntur extra instrumentum antequam descendant banco notarij, volunt. n. partē fructuū asportari ad domū, volunt incidi ramos arborum, volūt fossas fieri, fimum asportari, paleas consumari, hædum in pasate, pullos in natiuitate, crescias caseatas in festo omnium Sanctorum, fungos in Quadragesima pipiones in ęstate, suillam in hyeme, lauari pannos domesticos lini in qualibet quadragesima, & hebdomada.

56 Quæ autem dicantur fieri incontinenti, ponit Tiraquell. *de retract. tit. 2. glos. 5. per totam.* Iac. Menoch. *de arbitr. iudic. cas. 8. & 9.* Lamberteng. *de contract. mulier. gl. 7. in verb. consensus, nu. 26.*

Si tamen actus, qui geritur, ad procuratorem, vel similes, vt tutorem, maritum spectarent, præsumeretur gestus nomine ipsius, nec attenderetur, an sit facta mentio mandati, vel non, sed acquiritur illis, cui pōt acquiri, *l. proinde, §. fin. cum l. sequenti, ff. de stipulat. seruor.* Ias. *in d. l. post dotem, & in d. §. nunciatio.* Alciat. *reg. 2. præsumpt. 28. n. 11. ex gl. in d. l. post mortem, §. t.*

57 Occurrit pariter sæpius in facto, quod quis pēsionem soluat nomine alieno, ad quam verisimiliter nō accederet sine mandato, præsumetur ne habere mādatum ad hoc legitimum? Vtique sic. Rota *dec. 23. in antiquis,* quam sequitur Socin. *consl. 46. colu. 3. lib. 3.* Dec. *cons. 36. col. 5. cons. 42. col. penult. in l. 1. colum. 4. C.* Curt. sen. *consil. 77. col. 4.* Socin. iun. *cons. 139. n. 10. vol. 3.* Viui. *lib. 1. opin. 206. ampliat. 4.*

Et hanc quæstionem apposui in hoc secundo gradu personarum, vt deferuntur in materia de patre, marito, tutore, curatore, procuratore, & alijs similibus omnibus, de quibus singillatim superius vidimus in hoc secundo gradu personarum.

* Declaratur quarto, vlterius præsens materia, nā quando quis facit actum, qui potest partim pertinere ad se, partim ad alium præsumitur nomine vtriusque factus, *l. fin. & l. post mortem, §. tutor,* vbi Bar. *ff. quando ex facto tut.* Abb. *cons. 2. num. 4.*

Declaratur quinto, etiam vt non procedat, quando actus sit factus ab aliquo, sed non constat cuius nomine factus sit, quia præsumitur nomine illius, qui obligatus erat ad illum gerendum *l. fin. C. de alim. pupil. præstand.* Bart. *in l. cum seruus, ff. de verb. oblig.* Bal. *in l. si plures, colum. 5. vers. item oppono, C. de cond. infer.* Felin. *in c. sicut, num. 31. de re iudic.* Alexand. *consil. 25. col. 3. vers. nec habent, volum.* 2. Socin. iun. *consil. 10. num. 15. vol. 3.*

Addo pulchre Rom. *cons. 253. in princ.*

Declaratur sexto, in materia probationum, quę necessario cōcludere debet. Natt. *cons. 141. n. 3. vol. 1.*

Declaratur septimo, vt actus præsumatur factus nomine illius, qui erat obligatus. Bald. *in l. si patrnus, nu. 5. C. commu. vtriusque iudic.* Alciat. *reg. 2. præsumpt. 24. num. ...* Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 46. num. 8.*

Vel ad quem commodum spectat. Riminal. *consil. 21. num. 14. lib. 1.* & si in actu sit mentio alicuius ad quem negotium spectat, censetur actum nomine illius, vnde vendens rem Titij, censetur nomine Titij, Mascard. *conclus. 38.*

Declaratur octauo, vt non habeat locum, quando resultaret aliquod delictum, si diceretur contractum nomine officij. Hinc statutum prohibens forensem immobilia acquirere, si forensis mādat Caio, homini subdito, vt emat, præsumitur nomine proprio, quia vti procurator illius forensis, incurreret pœnam. Bal. *in l. fœlicissima, C. de his quia non domin.* Aret. *in l. qui in aliena, §. is qui putat. ff. de acq. hæred.* Ias. *in l. 1. §. nunciatio, nu. 3. vers. quarto facit, ff. de nou. oper. nunciat.* Menoch. *lib. 3. præsumpt. 49. num. 28.*

Et procurator, licet de acceptatione, non constet, faciendo actum, qui non potest, nisi ad solum constitutum, pertinere videtur tacitē mandatum acceptare, *l. qui seruum, §. idem in eo, ff. de neg. gest.* ex subsequenti igitur resultat acceptatio.

Tertius modo succedit personarum gradus in hac locati, & conducti materia.

De tertio gradu personarum.

Vsufructuarius.	*Emphyteuta creditor.*
Possessio maioratus.	*Missus ex primo decreto.*
Vasallus.	*Conductor.*
Superficiarius.	

De vsufructuario, ad repetitionem l. si quis domum, §. 1. ff. locati.

QVÆSTIO I.

PVlchra, vtilis, & necessaria se offert indagatio, & sępius in foro, & practica versata, an vsufructuarius locare possit vsumfructum, & hæc quæstio sicut & maior pars sequentium in hoc tertio gradu personarū respicit personam, & rem simul, dum enim quæritur, an vsufructuarius locare possit vsumfructum, pariter quæritur, an vsufructum locari possit. Idem de emphyteuta, conductore, & similibus occurrit, in qua materia veniam ad repetitionem aliquam *l. si quis domum, §. 1. ff. locati.*

1 Et pro parte negatiua facit tex. *in l. sed et si quid, §. vestimentorum, ff. de vsufructu,* vbi vsufructuarius vestimentorum ea locare non potest, quia (inquit textus) hoc bono viro non conuenit.

2 Secundo pro hac parte facit *l. quod in rerum, §. 1. ff. de leg. 1.* vbi nudus vsusfructus legari non potest, & inutile est legatum.

3 Tertio pro hac parte facit *l. hoc senatusconsultum, §. 1. ff. de vsufructu earum rerum,* quæ vsu consumuntur, vbi rerum vsu consumptibilium vsusfructus locatio non valet.

4 Quarto facit pro hac parte, quia seruitutes locari non possunt, *l. seruitutem, ff. locati,* sed vsusfructus est seruitus, merito, &c.

5 Pro contraria opinione facit, *l. si quis domum, §. 1. ff. locati,* vbi vsusfructus locari potest.

6 Secundo pro hac parte facit text. clarus, & magistralis, *in l. arboribus, §. vsufructuarius, ff. de vsufructu,* vbi

vbi clare dicitur, quod vsufructuarius locare potest.

7 Tertio pro hac parte facit tex. pariter clarus, *Instit. de vsu, & habitatione, in finalib. verbis principij*, vbi expresse dicitur, quod vsufructuarius locare potest, & hæc secũda opinio videtur verior, per hæc iura secũdo loco pro affirmatiua adducta, in quibus firmatur expressa regula, quòd vsufructuarius potest locare alteri vsumfructum. Probatur enim primo *in leg. si quis domum, §. 1. ff. locati*, qui text. quoniam situs est *sub tit. ff. locati, & conducti*, affectionis, & vtilitatis causa percuremus circa ipsius intelligentiam, colliguntur enim multa notatu digna ad propositionem locationis, & conductionis vsusfructus. Fitmia. *in repert. in verb. vsufructuarius alienat.*

De repetitione l. si quis domum, §. 1. ff. locati.

QVAESTIO II.

1 Prima igitur est ad propositum quæstionis, de qua agitur ex eo contextu conclusio. Vsufructuarius potest locare vsumfructum fundi in quinquenniũ. Si igitur potest in quinquennium, ergo & ad quatuor, et tres annos, & infra; in eo enim, quod plus est, inest quod minus est regula, in eo, & regula, non debet, *ff. de reg. iur.*

2 Sed nunquid ad longum tempus locare poterit, puta decennium? posset ex eo texru colligi quod sic, quia non excludit locationem ad longum tempus, sed solũ considerat, vt pro rata temporis decursi pensio soluatur. Si igitur est facta locatio in annos decem, si infra duos, vel tres annos moriatur vsufructuarius, hoc attenditur, vt teneatur pro rata temporis.

3 Vidi in facto casum in hac locati, & conducti materia, quod mulier sexagenaria, & vltra, fuit relicta vsufructuaria a suo viro, prout moris, omnium bonorũ et locauit prædium per annos decem, quę mortua est annis duobus post locationem, ascribebatur culpæ, quod per tam longum tempus in ea ætate locauerit, tamen sibi imputet conductor, qui hoc non cogitauit, prout considerat *I.C.* in allegato *§. 1.* Si enim vides vsufructuarium senem, infirmum, vel etiam sanum, nõ ne considerare debes, quod mortalis est, & si preces proprietarij sunt digne, cito morireтur.

4 Secunda conclusio colligitur, quod conductor vsufructus tenetur pro rata temporis ad pensionem decursam.

5 Tertia est conclusio. Conductor vsusfructus æquiparatur ei, qui conclusio. Conductor vsusfructuarii, vel qui conducit habitationem, vt sic pro sola rata tẽporis teneatur, & sic colligitur, quod sicut vsusfructus locari põt, ita & habitatio, & seruus fructuarius, & sicut conductio prędij vsufructuarii morte finitur nec tenetur ad pensionem, nisi pro rata temporis, ita & conductor serui fructuarii, & habitationis. Si igitur legata est mihi habitatio, vel inter viuos reseruaui eam, locare potero, vt interius dicam.

6 Quarta sit conclusio. Conductor vsufructus faciendo impensas in re conducta sub spe se fruiturum pro tẽpore integro locationis factæ, sibi imputet, qui debebat inspicere, quod euenire potest, & sic quod ante tempus vsufructuarius moreretur, & sic habemus bonum textũ, & cautelam in hac locati, & conducti materia, in tractatu expensarum, & melioramentorum, vt cõductor sit cautus, in faciendis nãq. videtur velle hic tex. quod si postea locatio finiatur casu fortuito, & sine culpa aliqua locatoris, quod nõ repetet, & sibi imputet quare fecit, & considerando discursum huius *§. æquiparat* conductorem vsusfructus conductori insulæ exustæ, & sic si loco Sempronio insulam, quæ postea exusta est, vel molendinum, quod impetu aquarum dirutum est, & sic de singulis. Si ego feci aliquas impensas non repetam, quia hoc venit a casu fortuito, qui præuideri a locatore nun poterat.

7 Conductor igitur non repetet melioramenta, & expensas factas in re conducta si casu fortuito pereat.

8 Circa vnum oritur dubitatio ad intellectum huius *§. certi enim iuris est*, quòd mortuo vsufructuario, finitur vsusfructus, *§. finitur, Instit. de vsufructu*, cur saltem ex quadam æquitatem non datur retentio cum eo respectu melioramentorum?

QVAESTIO II.

1 Secundo quæri potest circa huius *§. intelligentiam*, si enim adscribitur culpæ conductoris, qui cogitare debebat, quod in eo casu proposito vsufructuarius viuere non potuerit per annos quinque iuxta locationem factam, quare ista consideratio non applicatur etiam respectu vsufructuarij locatoris, vt tempore locationis cõsiderare deberet, quod fortasse non dixisset per annos quinque, prout locauit, maxime quia possibilitas mortis futuræ est secundum cursum naturalem, meritò considerari deberet, iuxta *not. in l. inter stipulantem, § sacram, ff. de verb. oblig.*

QVÆSTIO III.

1 Tertio quæri posset circa huius, *§. intelligentiam*, æquiparare enim videtur I.C. casum mortis vsufructuarij & insulæ exustæ, videtur autem differentia, si enim insula exuritur, sæpius est a casu inopinato, & improuiso, non contingibili, ordinario cursu naturæ. Vnde videtur magis hoc casu excusandus locator, mors autem est secundum naturam, & moriendum cuilibet est. Vnde facilius pręuidenda, & consideranda erat.

2 Colligitur autem ex eo quod incendium, & mors sola naturalis sunt casus fortuiti in materia, & tractatu locati, & conducti, consideratur etiam, quod in materia locati inspiciendum est, quod esse potest. Vnde bene dicere potest locator conductori. hoc erit damno tuo, quia considerare debebas hoc de facili euenire posse.

Quinta sit conclusio. Si vsufructuarius locat fundũ non tanquam vsufructuarius, sed vti proprietarius, tenetur ad impensas, & ad interesse, quia videtur eum decepisse, non enim fortasse conduxisset, si hoc sciuisset, vnde in hoc contractu bona fides admodum versatur, vt superius vidimus.

3 Sed dici posset ad huius *§. intelligentiam*, quomodo cognoscetur hoc, quod quis locauerit vti fructuarius, vel proprietarius? Respondetur, quod verba tex. hoc innuere videntur, ibi, sed quasi fundi dominus, vnde si in instrumento asserit se dominum, & sumus in claris, aut colligitur apposuisse quędam pacta, vel verba notificantia dominium, & tunc colligitur idem.

4 Vidi in facto casum in hac locati, & cõducti materia:

L

Digitized by Google

riantea enim dicebat instrumentum Sempronius vsufructuarus locauit talem fundum, vtique isto casu locasse videtur vsusfructus ipsius ius, & vti vsufructuarius ex verbis praeedentibus, *l. si seruus plurium, §. fin. ff. de leg. 1.*

5 Quid in dubio, & simpliciter locando ad materiam, *l. qui tabernam, ff. de contrahen. empt.* Vtique I. C. in praesenti disputatione omisit, sed apparet decisium in *l. qui tabernam, ff. de contrahen. empt.* Si igitur dicam, loco Sempronio tabernas meas argentarias, vel apothecam mei officij notariatus, vel pannorum, videor solum ipsi locasse ius, quod habeo, ita vt si dominiu sit alienum, tamen locatio intelligitur respectu iuris, quod habeo, & sic pono simpliciter in locum meum

6 Secundum hoc idem probatur *in l. serui electione, §. 1. ff. de leg. 1.* vbi legans rem cum alio communem, licet dicat in haec verba, lego rem meam, solum dicor legasse ius, quod habeo & sic portionem meam.

7 Qui textus est valde vtilis in hac locati, & eoducta materia, quod sic loco Sempronio talem apotheca, vel quid simile, dicor solum locasse portionem meam & solum ius, quod habeo in illa, &c.

8 Et sic sequitur ampliatio *ad l. qui tabernam*, vt procedat nedum in simplici iure, quod quis habet in re, & sic in casu, in quo quis nullum habeat dominium, sed in casu, quo quis sit dominus pro parte tantum.

9 Vidi in facto casum, solitum sic conscriptum. *Antonio di Pietro appigiona a Francesco la casa sua per tanto l'anno*, quae domus erat communis cum alio, tamen locasse videtur pro portione sua, Similiter vidi in facto casum.

10 Duo litigabant adinuicem demum venit tertius, & dixit, *se la casa resta a te la vuoi appigionare à me?* ille respondit, quod sit, tandem per viam concordiae, vel alias ex decreto iudicis, vel laudo arbitrorum, fuit diuisio facta per mediu, ille volebat consignari totam, & praetendebat interesse, tandem *ex d. l. Labeo*, fuit decisum, non teneri nisi ad portionem se contingente, nam ibi I. C. appellat commune meum *in haec verba, Stirbum*, qui meus erit, vbi etiam pendebat a futuro euentu, cum esset relatio ad tempus mortis, quo tempore solam partem habebat.

11 Tertio probatur haec opinio ex not. *in l. cum alienā, C. de legat.* in vltima parte glos. vbi legans rem cum alio communem ignoranter, intelligitur de iure, quod habet in ea.

12 Quarto probabilis videtur haec opinio *ex l. si quis domum, §. fin.* & ibi Accurs. *not. ff. de leg. 1. & in leg. Maenius, §. fundo*, iunctis his, quae ibi not. Bar. *nu. 2. ff. de leg. 2.* vbi legando quis rem alienam, in qua ius aliquod habet, videtur solum legare ius, quod habet.

13 Quinto probatur haec opinio ex not. *in l. cum tabernam, ff. de pignor* qui textus loquitur in materia locati, & conducti iuxta expositionem *glos.* ibi, ob id extendendum, Bar. intellectum, qui seruiet in hac locati, & conducti materia. Aut enim quis nullum ius habet, & tunc appellatione tabernae, vel apothecae venit mercatiam, & merces ibi positae. Aut habebat ius aliquod, puta secundum glos. et Bar. ibi, quia erat conducta, & tunc aut venditur, vel alio modo alienatur, & tunc stricte intelligitur de loco tantum, non de rebus contentis in ea. Aut pignoratur, & tunc veniunt etiam res illatae. Et sic habetur obiter in hac locati, et conducti materia, quod si mercator apo hecam conduxit, & intulit in eam multas merces, si pignorat eam, censetur pignorasse res illatas intus dictam apothecam, & res si mutatur, intelligitur de repertis tempore mortis, quia videntur subrogatae in locum aliarum, & sic in generali obligatione facta per eoductorem veniunt etiam merces venales, vt per Alexan. ad Bar. *in d. l. cum tabernam*, & Bart. *in l. vbi adhuc, col. 8. C. de iur. dot.* 5. quae erant tempore mortis, vel tempore, quo agi poterat, vt per Alex. *ibidem*, & Bart. *in l. si constante, q. 3. ff. soluto matrimon.* contra Bald. *in l. certi iuris, C. locat.*

14 Et passim contingit, quod mercatores conducunt aliquid de nouo, vel emunt, cēsentur obligasse etiam merces venales, & non attenduntur illae merces, quae erant tempore obligationis, sed subrogatae loco aliarum. Vnde non erit bona exceptio, illae merces sunt nouae, nec erant tempore obligationis, quia recipiunt functionem.

15 Vltimo pro hac parte facit *cap. pastoralis, de donat. & cap. quod autem, & quod ibi not. de iure patronatus.*

16 Qui etiam textus multum confert in hac locati, & conducti materia, quod si res locata donetur, censetur donasse, & remisisse ius conductionis.

17 Vsufructuarius igitur ad intelligentiam *d. l. si quis, domum, §. 1. ff. locat.* quando simpliciter rem alienam, in qua habet vsumfructum, videtur locasse ius, quod habet, & sic finito vsufructu dicitur finito locatio, & conductio ipsius.

18 Ex quibus postea corollarie infertur intellectus *ad l. qui tabernam, ff. de contrahen. emp.* scilicet appellatione tabernae duo contineri possunt, videlicet locus, & merces in loco existentes, & hoc secundum diuersos respectus, quibus applicatur, aut enim in loco quis nullum ius habet, aut ius aliquod habebat, vt conductionis, & simile. Primo casu veniunt merces in loco existentes, *l. cum tabernam, ff. de pignorat. act.* Secundo casu subdistingue, aut sumus in casu translationis dominij, vt in venditione, vel alia alienationis specie, & tunc fit stricta interpretatio, vt veniat solus locus, non merces in loco existentes, *d. l. qui tabernas*, aut sumus in casu nō translationis dominij, vt in simplici pignoratione, & tunc pinguius intelligitur, vt comprehendat tam locum, quam merces in loco existentes *d. l. cum tabernam*, vbi Bart. bonam rationem dat in hoc, quia debitori nihil diminuitur, & creditori fortius succurritur.

19 Et sic in pari gradu plenior fit interpretatio in hypotheca, & obligatione bonorum, quam in venditione. Et applicando hunc intellectum in hac locati, & conducti materia infertur, quod cum in locatione ad longum tempus transferatur vtile dominium, vt superius vidimus, si quis locat ad longum tempus simpliciter apothecam suam, videtur de loco intellexisse, non de rebus in locum inuectis, & illatis.

20 Vnum non omittam circa casum, & facti contingentiam propositam a I. C. *in d. l. cum tabernam*, proponit enim ibi vnum tantum, scilicet si merces existentes obligationis tempore vedantur, & aliae in eorum locum per nouas emptiones subrogentur, quo casu non videtur aliqua diminutio.

21 Quid in eo mercatore, qui tempore obligationis contracta, habebat apothecam plenam, sed paulatim vendidit, nec curauit amplius reemere, quia noluit prose.

prosequi artem, vel aliud impedimentum prouenit, ita vt tempore debito obligatio ad minimum quid redacta est.

21 Euenit in facto in illo mercatore, qui nactus est opulentam hæreditatem, & noluit amplius exercere mercaturam. Si dicas I.C. *in d.l. cum tabernam, in fin.* verbis solum considerasse videtur tempus mortis, vel quo agi poterat. Vtique considerauit hoc, sed secundum facti speciem sibi propositam de subrogatione aliarum mercium, quasi merces receperint functionem in genere suo.

23 Et quod dictum est de tabernis, quod est proprium vocabulum Iurisconsultorum, hodie vtimur apothecis cum magazinis, & fundacis. Sed vidi in facto euenire in hac locati, & cõducti materia ad intellectum superius positum circa duas leges qui tabernam, & cum tabernam. Locauit quis apothecam, vbi erant merces, & locauit ad longum tempus, & in fine instrumenti est apposita hypotheca. Si respicimus nudum contractum locationis, intelligitur in dubio de loco, ex quo sumus in casu translationis dominij saltem vtilis. Si respicimus naturam hypothecæ, veniunt etiam merces, & sic in vno actu, diuerso tamen respectu, fit stricta, & sit latior interpretatio, & sic erit cautus conductor, & securus in casu molestiæ, vt etiam merces pro obseruatione contentorum in instrumento sint obligatæ.

24 Et sic vna res diuerso iure censetur, diuerso tamen respectu ad materiam *l. eum qui ædes, ff. de vsucap.* de qua aliàs superius vidimus.

25 Ampliatur principalis superius allegata cõclusio, vti finito, & extincto vsufructu, licet tempus conuentæ locationis duret, hæres locatoris non tenetur ad aliquod interesse. ita tex. *in d.l. si quis domum, §. 1. versic. hæredem eius, &c.*

26 Ampliatur secundo, ex eodem textu, vt conductor licet grauetur, quia nõ potest ad finem perducere inchoatam conductionem, tenetur tamen ad pensionẽ præteriti temporis, quo fruitus est. ita text. *in d. §. 1. vers. sed an ex locato, &c.* attestans id æquissimum esse.

27 Et sic corollarie habetur vnum, quod licet regula sit, quod grauatus in vno, releuatur in alio, *l. eum qui, ff. de iureiur. l. secundum naturam, ff. de regul. iur.* tamen quando grauamen, vel præiudicium prouenit à casu, sibi imputet patiens, more conductoris, qui prosequi non valet inchoatam conductionẽ ex morte vsufructuarij locatoris. Et colligitur etiam ex hoc cõtextu, quod in materia locati, & conducti reijciuntur apices, & subtilitates iuris, & solum æquitas attendenda est, quod in foro, & actu practico ad multa deseruiet.

Ampliatur tertio loco ex eodem textu, vt non detur sibi exceptio, vel retentio melioramentorum, & expensarum in re cõducta factarum. *Ita* probat idẽmet tex. *ibi, vers. idem quærit si sumptus*, & sic quando conductori potest adijcibi, quod non præuidit, quod secundum factorum contingentiam euenire poterat, tunc melioramenta non repetet.

Dices. Si æquitas ex eo textu attẽditur, cur ex æquitate sibi nõ succurritur, quod fundũ meliorauit, ne is, ad quẽ redit fundus, per mortẽ vsufructuarij locupletetur coniectura aliena, nonne ẽt, & viuere poterat?

Ampliatur quarto loco, vt vsufructuarius non solum per se, & immediatè, sed & per alium, vt procuratorem, & negociorum gestorem quis locare possit, & locando vsufructuarius retineat vsumfructum. *Ita* probat textus in terminis in materia locati, & conducti *in l. arboribus, §. vsufructuarius, versic. non solum, ff. de vsufructu,*

28 Et notabilis est in hoc *vers. iste verborum cõtextus,* ponit namq; I.C. ibi, quod negociorũ gestor locauerit vsumfructũ, nec ponit de ratihabitione aliqua nec voluntate subsequenti. Non. n. videbatur dicendum me vti posse absque voluntate subsequenti, vel ratihabitione, *ad l. si pupilli, §. sed si ego, ff. de negoc. gest.*

Et sic colliguntur duo in hac locati, & conducti materia ex eo contextu.

29 Primum est, quod locatio, & cõductio similes sunt emptioni, & venditioni, & ijsdem iuris regulis regulantur, vt diximus superius *q. de similitudine locationis*

30 *ex l. 2. ff. locat.* fallit hoc in præsenti casu, quia in vẽditione requiritur ratihabitio *d. l. si pupilli, § sed si ego,* secus in locatione, & conductione.

31 Secundum, quod in contractu locationis, & cõductionis ratihabitio non requiritur, & ita de hoc tex. miratur ibi Raphael Fulgos. & dicit cogitandum.

32 Posset fortasse dici, quod ibi hoc non intẽdit principaliter I.C. sed quærit ibi, an per negociorum gestorem locatio fieri possit, & respõdet, quod sic, nec quærit vlterius, sed I.C. præsupponit, & ita credẽdum est, terminos habiles. Si enim interrogatus fuisset, an sint necessariæ qualitates requisitæ ad negociorum gesto-

33 rem, quæ sunt, vt subsequatur ratihabitio, vtique sic respondisset, quia ponens factum videtur illud ponere cum suis qualitatibus, & circunstantijs a iure requisitis, iuribus vulgaribus.

34 Vnde in hac locati, & cõducti materia, si quis fuisset interrogatus, locatio potestne fieri per procuratorem? & respondet, quod sic, est satisfactum interrogationi. Dices, debet habere legitimum mandatum? certe sic, sed de hoc me non interrogasti.

35 Ecce hoc deducitur in simili ex *allegata leg. si quis domum, §. 1.* vbi quæsitum fuit à Marcello I.C. an vsufructuarius possit locare vsumfructum in quinquennium. Respondit præcise ad interrogata, quod sic, & est sufficiens responsio, & licet nõ expresserit ea, quæ postea declarando expressit, non per hoc est redarguendus I. C. & ita fortasse saluari posset subtilis obiectio Fulgos.

36 Colligitur autem in hac locati, & conducti materia *ex d. §. vsufructuarius*, vti lis conclusio, qui locat, dicitur vti, & frui re locata. Vnde passim in practica fiunt positiones, & capitula ad probandam possessionem alicuius, quod talis locauit talem fundum, dislocauit, colonos posuit, & alios actus possessorios fecit, qui citra ius, & nomen veri domini, & possessoris fieri non possunt.

37 Ampliatur quinto loco, vt possit vsufructuarius locare vsumfructum alij inuito etiam proprietario, *l. cui, ff. de vsufructu.*

38 Ex quadam tamen æquitate, & ratione affectionis debet potius locare proprietario, quam alteri, vt tenetit Bar. *ad d. l. cotem, §. 1. ff. de publican.* Boer. *decis.* 107. *sub num. 4.* & est communis opinio attestata per Borgn. *de vsufructu mulieris, sub num.* 173.

39 Dices, ego nolo habere istam affectionẽ, & discretionem, volo esse liber homo, & vendere cui mihi videbitur, & placuerit, & nolo facere hoc seruitium proprietario, credo cogi posse ex doctrinis superius

non solutam, sed quia valebat dominus vti ad vsum proprium, vel egebat alia refectione necessaria, an recedat cum onere suo imposito per conductorem? putarem quod non, quia videtur distinctio Bar. recepta, aut res redit ex causa volutaria, & transit cum onere suo, aut ex causa necessaria, puta ex legis dispositione & tunc non redit cum onere suo, sed in casu nostro dicitur causa necessaria, quia ex legis dispositione hoc facit locator. ita Bar. *in l. in diem. ff. de aqua pluuia arcenda*, vbi aut factum emptoris, vel conductoris ad hoc directò tendit, & non rescinditur; aut non tendit directò, & tunc resoluitur, vt ibi per eum, dicens ex hoc apparere decisionem omniũ quæstionum in materia contingentium. Bar. & Angel. *in l. 3. quibus modis pign. vel hypotheca soluitur*, vbi, si aduocatus res ex causa antecedenti necessaria, resoluitur quoque pignus, & onus, secus si voluntaria, sed pro refectione dicitur ex causa necessaria ex legis dispositione, qualitate personæ, quia eget pro suo vsu, & qualitate rei, quia indiget restauratione, merito &c. idem tenet quod pignus resoluatur, Curt. sen. *cons. 12. col. penul.* Fabia. *de empt. & vendit. quæst. 37. quæst. principalis.* Dec. *in l. si socius, col. 2. ff. si cert. petat. cons. 78. col. 2. vers. & specialiter, consilio 238. column. final. in quinto dub. & cons. sequen. col. fin.* Anton. Rub. *cons. 90. col. final.* Cagn. *in l. 2. q. 5. Cod. de pact. inter emptor. & vendit.* Soc. iun. *cons. 20. col. 8. vol. 1.*

2 Similiter ad propositum materiæ locati & conducti, de qua agimus, si conductio rescindatur ex remedio *l. 2. C. de rescind. vendit.* de qua superius diximus, resoluitur hypotheca apposita. Bal. *in d. l. 2. quæst. 13. nu. 17.* Salic. & Castrens. nu. 1. Cremens. *nu. 189.* Cagnol. *num. 120.* Alex. ad Bart. *in l. si res, ff. quibus modis pignus, vel hypotheca soluitur.* Alciat. *in l. debitorem, nu. 2. C. de pactis.* Negulant. *de pignor. p. 5. membr. 1. numer. 43.* Tiraquell. *de retract. conuent. §. 3. gl. 1. nu. 12. in l. si vnquam, in verbo, reuertatur, numero 271.* et hęc est verior, et magis communnis opin. Soci. iun. *cons. 119. nu. 16. lib. 2.* Arius Pinellus, *de rescind. vendit. l. 2. cap. 3. nu. 11. in fin.*

3 Sed vidi vnum in facto in hac locati et conducti materia, ad vlteriorem intelligentiam *l. si quis domum, §. 1. ff. locat.* a quo pendet tota hæc præsens materia. Vsufructuarius locauit vsumfructum in quinquennium Sempronio, qui per aliquod temporis spatium renunciauit contractui, sed antequam renunciaret, sublocauit alij, an dominus teneatur stare locationi factæ per primum conductorem sponte postea ante tempus renunciantem.

4 Primo videbatur quod non stare teneatur *ex d. l. si quis domum, §. 1. & d. l. ex vectigali*, vbi resoluto iure datoris, censetur resolutum ius acceptoris. Secundo, videtur bonus textus *in c. 1. §. versus, in verbo, refutauerunt*, et ibi Baldus, Aluerot. Laudensis, et alij, *tit. quib. modis feudum amittatur*, vbi voluit hanc facultatem renunciandi inesse a principio ex natura rei.

5 Pro contraria parte facit, quia solutio contractus non debet stare in potestate debitoris, vt per illius renunciationem præiudicetur tertio, *l. si res, ff. quib. modis pignus vel hypotheca soluitur, l. fin. ff. de pactis l. filiæ m. æ. ff. solut. matr. l. si partem, §. a. ff. quemadmodum seruitus amittatur.*

6 Pro resolutione considerandi sunt duo casus principales. Primus est, quando dominus non cogitur stare talibus renunciationibus, nec ex iuris communis, nec municipalis dispositione, tunc acceptando id, quod de facile recusare poterat, non præiudicat tertio, & sic cogitur stare locationi, & alijs oneribus impositis. Bal. in terminis locati, & conducti, *consil. 371.* Matthiol. *lib. 1. vbi loquitur de emphyteuta*, qui locauit rem emphyteuticam postea renunciauit, quod dominus directus, cui postea renunciatio facta est, tenetur stare locationi per prius factæ ab emphyteuta. Ratio est in promptu, quia nunc cogitur emphyteusis dominus directus secundum regulas talem renunciationem acceptare.

7 Secundus casus est, quando ex natura contractus, vel rei dominus directus cogitur acceptare renunciationem, prout in feudo cautum apparet *ex d. §. rursus*, superius allegato, & tunc non tenetur stare, & est resolutum omne ius, vbi Bald. rationem reddit, quia cũ recusare non possit, excusatur, ne teneatur recipere rem onerosam, & grauari duplici onere, & recipiẽdi ante tempus, & rem onerosam, vbi Bald. *allegat. d. l. si quis domum, §. 1. ff. locat.*

8 Vnde ad propositum materiæ locati, & conducti, si feudatarius locauerit fundum feudalem, postea renũciauerit, nõ tenetur dominus stare locationi factę per prius a feudatario. late Tiraquel. *in tract. lignagier. §. 34. gl. 1. nu. 10.* & hæc est communis opinio Iul. Clar. *in §. emphyteusis, quæst. 21.* vbi loquitur de seruitute, quæ cum emphyteusi finitur. Alexand. *consil. 18. num. 5. lib. 5.* Picus *in repet. §. Titia, numero 99.* Parif. *consil. 88. numero 4. libr. 2.* Beron. *quæstion. 95. numero 1.* Cur. *de feud. quæst. 13. par. 4.* vbi loquitur de vsufructu, qui cum feudo extinguitur. Iul. Clar. *in §. feudum, quæstion. 37.*

9 Ex quibus corollarie infertur intellectus, & limitatio *ad cap. 1. §. rursus quibus modis feudum amitatur*, vt procedat in fundo, & alijs actibus, quibus inuito domino renunciari poterat, secus in emphyteusis, & similibus, quibus inuito domino renunciari non poterat.

10 Secundo infertur intellectus *ad leg. si res, ff. quibus modis pignus, vel hypotheca soluitur*, vt procedat in actu, in quo quis renunciatione contradicere poterat, secus in alijs, vt superius dictum fuit. Late Tiraquel. *de retract. lignagier. §. 1. glos. 14. nu. 112.* Mafuer. *in tit. de locato. vers. item si emphyteuta.*

QVAESTIO VI.

Vsufructuarij.

SED prosequendo vlterius materiam vsufructus, ad intellectum *d. l. si quis domum*, d. cit. enim ibi tex. quod hæres vsufructuarij non teuetur vt pręstet frui quid de proprietario? an tenearur ad prosequutionem locationis inchoatæ? text. expresse id non dicit, sed colligi videtur ex eo, quod proprietarius non teneatur, cum semper intendat, quod sibi imputet cõductor, quare hoc non cogitauit, similiter æquiparat casum suum insulæ exustæ, & conductori habitationis, & sic de singulis. Ang. *cons. 245. col. 5. vers. quinto est videndum*, Borgn. *de vsufruct. num. 176. ex l. si dominoa*, vbi Bar. *C. de vsufruct.* Holofred. *in l. arbores, in fin. ff. de vsufruct.* Borgn. *decis. 44. nu. 7. in fin.*

Putarem tamen considerandu secundũ facti contingen-

Digitized by Google

tingentiam, et communem cursum causarum: si enim vsufructuarius locauerit ad annum, & infra eum seminauerit, conductor, qui ad manus proprias agrum colebat, & similiter infra annũ decesserit vsufructuarius, debet ne priuari conductor? vtique non prout dicam latius de colono, qui inchoauit annum an teneatur stare singulari successori. decis. I.C. vult, vt debeat considerare hoc euenire posse, & sic mariturum esse. Respondetur quod verum est, quod inspiciendum est, quod esse potest, maxime secundum cursum naturæ, prout est mori, tamen inferri non debet ex hoc, quod sub tali cogitatione possibilitatis mortis, conductor nunquam colat, nec aliquid faciat in agro, patiendo labi menses sine aliquid operando, & si recte intueamur, non fuit hęc intentio, nec mens I.C. sed permittere videtur, vt pro necessitatibus quis operetur.

3 Vnde cum in hac locati materia æquitas ex eo textu sit attendenda, bonus iudex arbitrabitur, an locatio sit de domo, & rebus habitabilibus, in quibus non requiritur aliquis successiuus labor, opera, & industria in fructibus percipiendis, & colligendis, sed per breue tẽpus de alia habitatione prouideri potest. An vero locatio sit facta de fundo & alijs, in quibus requiritur cultura, & si coluit per mensem, si aliter facere non potuit habendo respectũ ad finem colligendorũ fructuũ, quia tempora labebantur, essetne æquum vel rationabile, quod conductor fundi non putauerit pergulas suo debito tempore, quo elapso esset opus inutile. Similiter si non araret suo debito tempore, & sic discurrendo. Si igitur hæc similia facit ex necessitate culturæ, & prope collectionem ipsorũ fructuum fortasse moriatur vsufructuarius, deberetne priuari tot laborib. necessario impensis, & factis cõductor, & ille proprietarius locupletari cum laboribus, opera, & industria aliena, nec succedat, prout volebat in facti contingentia ille proprietarius: erat enim facta locatio fundi, & certe. vt dici solet possessionis, seu prædioli, in quo erat columbarum conductor tempore hyemali in rigore frigorum gubernauit columbas, demum venit tempus prope æstatem, quo incipiebat nasci pipiones, moritur vsufructuarius, proprietarius licentiauit conductorem in derisum, iam finitus est vsusfructus, & consequenter locatio, et conductio, et sic de alijs fructibus considerari potest, cũ enim mors sit incerta, et indifferens respectu temporis, & personarum, sic pro modo temporis, rei, laborum, et operum, erit facienda consideratio, ne ex æquitate, quę attendenda est, incidamus in aliquam iniquitatem.

4 Licet igitur (vt I.C. ait) mortuo vsufructuario hæres eius non teneatur vt fruiturus in futurum conductor sit, proprietarium tamen in hoc excludi non putarem, habito respectu ad qualitatem loci, temporis, et necessitatis, et inspecto in omnibus eo, quod æquissimum est, prout I.C. ait *in d. l. si quis domum*, §. 1. et dãnat ibi legislator eum, qui per quinquennium conduxit, & operas impendit permãsurus, et fruiturus, quia in hoc tam longo tempore in aliquali culpa est, sed si in annum prouidit, necessaria fecit, vtique omnino succurrendum esse videtur, nec talis videtur legislatoris intentio.

5 Similiter in facti contingentia, conduxit quis domum ab vsufructuario, & in eo facit aliquam impensam valde necessariam, quam verisimiliter quilibet habitare volẽs fecisset, si postea moriatur vsufructuarius, debetne tam necessario opere defraudari? Aequitas igitur attendenda est Borgni. *in repertorio dec. cis. in verbo, vsufructuarius locator part.* 1.

Colligitur autem ex *d. l. si quis domum*, §. 1. vniuersalis regula in materia locati & conducti, de qua Bart. ibi mirum in modum delectatur, quod si damnum contingat, & conductor vti non possit re conducta sine culpa locatoris, sit ei remissio mercedis pro rata: si verò culpa locatoris interueniat, ad dotale interesse tenetur.

QVAESTIO VII.

Vsufructuarij.

Quero tamen vlterius ad materiam *l. si quis domum*, §. 1. ff. *locat.* licet hæres vsufructuarij non teneatur præstare conductorem vti frui, tenebiturne saltem de euictione? & textus hoc non aperit, veritas tamen est, quod non. Cuman. *cons.* 170. *col.* 2.

1 Boer. *cons.* 13. *nu.* 12. *& seq.* Cephal. *consil.* 182. *&* 281. *volum.* 2.

2 Quod verum est, si conductor sciebat qualitatem locatoris. Riminal. sen. *cons.* 654. *num.* 7. *vol.* 4 Borgni. *decis.* 45. *in additio. nu.* 71. *fol.* 748.

Putarem tamen in dubio præsumi scientiam, *ex l. qui cum alio, ff. de reg. iur.* vnde allegati ignorantiam, incumbit onus probandi.

QVAESIO VIII.

Vsufruct.

Quæro vlterius ad materiam *l. si quis domum*, §. 1. ff. *locat.* & materiæ locationis vsufructus, an

1 locatio vsusfructus in modica pensione valeat, & videbatur dicendum quod non, ex *l. si quis conduxerit*, ff. *loca.* vbi locatio facta vno nummo non valet. vt dixi *sup. de locat. ex modico.*

2 Contrarium est verius ex *l. si vsufructus*, ff. *de iure dotium*, qui tex. loquitur cum magno artificio, & ex eo colligitur in hac locati materia, an detur, & quæ sit locatio imaginaria, & vtique datur, estque locatio imaginaria, quando sit minima, vel modica pensione, & insuper ad colorationem alicuius actus, prout ibi ad colorandum restitutionem dotis, quidam remedij loco introduxerunt, vt locatio vno nummo fieret.

3 Et sic vides cuius vtilitatis sit contractus locationis, & cõductionis. ibi enim I.C. subtilizat ingenium: videt enim esse locum restitutioni dotis per diuortiũ subsecutum. non est locus cessioni, non donationi, nõ multis alijs excogitatis remedijs, tandem confugit non posse alia via succurri, nisi ex locatione imaginaria vno nummo facta, vt ibi habetur.

4 Dices, ad quid prodest ista imaginaria locatio vno nummo facta? nonne erat necessaria restitutio stante casu diuortij subsecuti? cur igitur non processit realiter, consignando vsumfructum eo modo, quo datus erat sine tot imaginationibus? certe hoc in vsufructu formali, de quo I.C. quærit fieri non poterat, ex quo est sui natura inseparabilis, ob id inuentum est remedium *d. l.*

5 Et sic ex fine illius *l. colligitur vnum aliud*, quod ibi

ibi venerat casus dotis restituendæ prout dictum fuit, tamen grauatur mulier annali recognitione vnius nummi, & hoc pro re sua, & sic ibi tria sunt: locatio de re propria conductoris, de re modica, & imaginario modo, & sic conductio de re propria valet quando fit ex necessitate legis, vt dicam suo loco de conducente rem propriam.

6 Et est argumentum ille text. ad illas paruas recognitiones, quas faciũt emphyteutę dominis directis: multi enim soluunt quadrantem vnum, vel quid minimum, quod temporibus nostris verum est, cum aliqua Communitate, vel pio loco pauperi: sed si tractandum sit cum aliquo clerico, & solo, scuta soluuntur & caducitates leguntur.

Dici quærendo posset, vsusfructus morte finitur, §. finitur, Institu. de vsufrrctu. mortuo marito in casu illius legis quid agendũ? durabit ne talis locatio vno nummo facta? crederem quod non, & omnia consolidari in personam mulieris, & attenditur, vt actus valeret tempore consignationis, non quod habeat semper tractum successiuum.

7 Et facit iste textus ad duo. Primum est, quod actus ficti, & imaginarij nedum tolerantur, sed a iure indicuntur, quando tractatur de aliquo actu a iure inducto, & ex necessitate faciendo, & sic infertur limitatio ad *l. 1. C. plus valere quod agitur*.

8 Secundum est, modus loquendi, quo vtitur ibi I. C. interrogatus enim respondit non præcisè, sed in hæc verba. Quidam dixerunt, vel putauerunt, quod hoc, & hoc modo fieri possit; nam referendo hæc verba I. C. consentit.

9 Vnde passim iste modus loquẽdi in facto occurrit. *Io vorrei appigionare il mio, riscuotere in Roma certi danari della pigione della tal hosteria, che iui hò, come potrei fare?* sic respondetur, *al tal tempo i tali ferno cosi: pensarei io si potesse far cosi*, est pręcisa responsio. *Similmente la pigliarò io vsando questo, & questo rimedio.* non data contradictione consentire videtur.

10 Notandum est etiam, quod verba illius legis parere videntur aliqualem difficultatem in æquiparando locationẽ vno nummo, & venditionem vno nummo: si enim venditur vno nummo, vnica solutio est, & actus est iam perfectus, & consumatus, sed in locatione requiritur annualis recognitio.

11 Vnde quilibet facilius adhærebit venditioni, quam locationi. Præterea, si fit venditio, ius omne transfertur: si autem locatio, minime. Quando igitur optanda sunt verba illa, vt ius quidem ipsum remaneat penes maritum, nisi dicamus quod quando tractatur de concessione alicuius iuris formalis, & inseparabilis, transfertur facultas percipiendi in accipientem puro iure remanente in alienante, prout fuit, quando Pontifex concessit Regi Francorum ius decimandi, vt per Bal. *in hac l. si vsusfructus*.

Et vlterius dubitari posse ad intellectum huius *l. si vsusfructus*. quòd illa qualitas vno nummo referatur ad proxima, & sic ad venditionem tantum, ex quo sunt orationes inuicem separatæ.

Q V AE S T I O XI.

Vsufruct.

Quæro vlterius ad materiam *d. l. si quis domum*, *§. 1. ff. locat.* & huius quæstionis de locatione vsusfructus, an ex parte conductoris per mortem ipsius locatio vsusfructus extinguatur. Duo sunt casus principales.

1 Primus est, quando vsusfructus locatur ab ipsomet proprietario, & tunc eius conductoris morte extinguitur, *l. si domina, C. de vsufructu, qui text. in locationis materiam est mirabilis, & singularis*, secundum Bart. Bald. & Castr. *& in hac vtili locati, & conducti materia deseruiet ad multa in practica vtilia*.

2 Primum est, quod quandoque conductor exponitur, idest locator, & econtra, ad idem *l. 4. ff. loca. posui supra in q. 1. par. 1.* & deseruiet ad interpretationem statutorum, & libellorum.

3 Secundum est limitatio ad *l. viam veritatis, C. loca.* vbi conductio transit ad hęredes conductoris, & ponã in tit. in verbo, successor, fallit in locatione vsusfructus facta ab ipso proprietario, quo casu non trãsit ad hæredes conductoris, & sic infertur vnum satis notabile ex eo contextu; namque inspecto effectu paria sunt, locare autem simpliciter, & locare vsumfructum: ex quo enim de natura locationis est, vt ex ea non transferatur dominium, neque possessio *l. non solet. ff. locat.* & sic semper nuda commoditas fruendi translata videtur.

Vnde non videtur facienda differentia, & mirabilis est in hoc ille tex. & sic ex eo textu colligitur in hac locati materia.

4 Tertium est intellectus ad *l. non solet, ff. locat.* vt amplietur ad locationẽ vsusfructus, quo casu non transfertur ius ipsum, sed simplex commoditas percipiendi fructus ex re ipsa.

5 Quare colligit ibi Pau. Castr. *vtile in hac locati materia*, quod dantur duo termini, locare proptietatem, & locare vsumfructum.

Cui adde ex prędictis, quod dicitur locatio proprietatis, & tamen nunquam in contractu locationis proprietas transfertur ex *d. l. non solet*.

6 Quintum colligit ibi Bald. quod penes conductores est vsusfructus quasi formalis, pro quo non dabitur confessoria, nisi conduxisset ad non modicum tempus, & sic conductori competit dum est nedum ad tempus longum, sed etiam modicum.

7 Sextum colligit vtile ibi Bart. *in hac locati, & conducti materia*, quod titulus locationis est debilior titulo venditionis, & sic licet pari passu ambulent, *l. 2. ff. loca.* tamen valebit argumentum a fortiori, hoc procedit in venditione, multo magis in locatione, scilicet, quoad actum expirationis non transit ad heredem in venditione, multo minus in locatione, & sic erit in vna declaratio ad *d. l. 2. ff. loca.* per argumentum a fortiori negatiue.

8 Secundus casus principalis est, cum vsufructuarius met locat vsumfructum, seu mauis commoditatem sui vsusfructus remanendo penes eundem locatorẽ ius ipsum, & tunc non extinguitur morte conductoris, sed transit ad ipsius hæredes, & successores, *l. necessario, §. si. ff. de pericu. & commod. rei venditæ* quem ibi Bald. Alber. & Fulg. reputant valde singularem in hac locati, & conducti materia.

9 Et aduertendum est in practica in hac locatione vsusfructus, quod tria cõsideranda sunt in hac materia. Primum est vsusfructus causalis. Secundum est vsusfructus formalis proprie, & stricte sumptus. Tertium est vsumfructus quasi formalis, qui est cõmodi-

Digitized by Google

tas illas actualis, & realis fructus colligendi, & percipiendi. Primum, & secundum semper remanent penes locatorem, quia sunt iura inseparabilia. Tertium transfertur in conductorem, & ita colliges ex omnibus superius allegatis authoritatibus quibus addo Bart. *in l. vsufruct. col. 2. num. 2. ff. sol. mat.* Rodoan. *de reb. eccl. rubr. de fructib. eccle. aliman. sub num. 9. fol.* 46. vbi loquitur in clerico, qui similiter est vti vsufructuarius, & locat commoditatem, & facultatem fructus percipiendi.

10 Vnde prędicta ad practicam reducendo infertur, quod instrumentum locationis vsufructus potest extēdi duob. modis. Primo simpliciter Sēpronius locat Caio vsumfructum, redditus, & prouentus talis loci; secundo modo fieri potest cum adiectione hæredū. s. locat vsumfructum, redditus, & prouētus talis fundi Caio cōducenti pro se, & suis heredib. & successorib. quomodocunq; fiat, semper intelligitur facta locatio de simplici facultate, & cōmoditate fructus colligēdi, & sic de vsufructu quasi formali, & de primo. Ratio est, quia verba intelligēda sunt vt valeāt, & possibiliter, non impossibiliter, *l. qui tabernas, ff. de contrah. emp. & superius vidimus.* Vnde ius ipsum personale transferri nō potest, merito fit interpretatio de nuda commoditate tantum: de secundo ratio esse videtur, adiectio hæredum, quę inducit actum transmissibilem, & sic ad simplicem commoditatem transfertur, quę transmissibilis est, vt iam vidimus, & ita tenuit Bal. modum concipiendi talia instrumenta locationum, & conductionum vsufructus in *d. l. necessario, §. fin. Et casum l. si domina, C. de vsufructu singularem, & notabilem dixerunt* Clem. *notab.* 171 *locaus, &* Petr. Rauen. *sing.* 474. *loco vsumfructum.*

11 Si autem (prout dictum est) fit mentio in conductione hæredum, tunc in persona heredum est nouus vsusfructus, & noua conductio, vt per Aret. *in §. finitur, instit. de vsufructu.* Borgn. *de vsufruct. num.* 178.

Addo, quod intelligitur de primo herede tantum, non cæteris successoribus. Aug. *cons. 2. in princ.*

12 Practicando etiam solet instrumentum fieri non in verbis vsusfructus, sed in fructibus simpliciter, quia conduxit, vel locat fructus talis fundi, quia tunc ad heredes conductio transit. Aret. *in d. §. finitur.* Commendat Boer. *cons. 13. in princ.* Port. *Instit. de vsu, & habitat. sub num.* 5.

13 Si igitur moriatur conductor, & demum moriatur primus hæres, potest expelli alter hæres, cum ad eū non transeat. Alex. *in l. ex facto, §. si quis ita, col. 2. ff. ad Trebell. in l. Gallus, §. etiam si parente.* vbi Bal. *& c. ff. de liber. & posthum.* Bald. *in l. fin. col. 2. in 5. opposit. C. de hæredib. instituen. late* Tiraquel. *de retract. conuent. §. 1. glos. 6. num. 22.* vbi commendat Ang. *cons. supra allegat per l. cum antiquitas, C. de vsufruct.* vbi loquitur in terminis locati, & conducti, & inferius dicemus. Idem Tiraquel. *in tract. le mort saisit, par. 2. declarat. 5. & in l. boues, §. hoc sermone, in princ. num.* 75. Felin. *in c. 2. col. 2. de treug. & par.* Ioan. Lup. *in rub. de donat. inter vir. & vxor. §. 69. coln. 6.* Ant. Gabr. *de leg. & constit. concl. 2. num. 3.*

14 Et sic infertur limitatio ad regulam. Qui per successionem, ff. de reg. iur. l. hæredis, & *l. sciendum, ff. de verb. signif.* vbi heredis appellatio nō ad primū refertur, sed in infinitu, vt nō procedat in materia sui natura non transmissibili prout conductio vsusfructus.

QVÆSTIO X.

Vsufruct.

SED pulchra, & non inutilis est indagatio *ad l. 1. C. de vsufruc. & totum, tit. ff. vsusfructus quemadm. caueat,* an conductor vsusfructus cauere teneatur de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, & de restituendo rem finito vsufructu in forma, & quæstionem in genere in materia sua ponit Ant. Gabr. commu. opin. *lib. 5. tit. de vsufructu, concl.* 1. Villalob. *in recollect. commun. opin. litera V. nu.* 59. Viui. *lib. 1. opin.* 445. nec in specie de hoc aliquid dicunt, & veritas est, quod non, quia non est vsusfructus formalis. Ita Bald. per hanc rationem, *in l. necessario, §. fin. in 2. lect. in fin. ff. de peric. & commod. rei vend.*

Et vltra eum facit ratio, quia percipiens fructus scient, & patiente proprietario, non tenetur cauere, & facit fructus suos Bar. *in l. vxori, ff. de vsufruct. legat.* & ibi Lancellot. Dec. & Pau. Castr. *& in l. peto, §. fin. ff. de leg. 2. & in l. vsufructu,* vbi Bartol. & Bald. & Alex. *in addit. C. de vsufruct.* Socin. *cons. 131. col. fin. vol. 1.* Imol. *in c. si. col. 4. de pignor.* Felyn. *in c. si autem, col. fin. de rescrip.* Dec. *cons. 607. col. 2.* Gual. *de ver. testat. præcept. caut. 1.* Parisi. *cons. 96. col. 1. vol. 2.* Pich. *in leg. Titia cum nuberet, §. Titia, q. 52. ff. de leg. 2.* Ruin. *consilio* 88. *colum. 3. volumin. 5. cons. 43. colum. 1. & 91. colum. 2. volum. 2.*

Cauendum tamē est, quia illud vidi in actu practico moderatū, quod si iste conductor vsusfructus more illius auari, & ingrati coloni in vltimo anno sui laboritij male versaretur, in re conducta, quod per officiū iudicis succurritur, sicut cōtra alios conductores.

QVAESTIO XI.

Vsufructuarij.

QVæro vlterius prosequendo materiam locationis, & conductionis vsusfructus ad vlteriorem intelligentiam, *l. si quis domum. §. 1. ff. locat.* Pone quod locatio sit facta in quinquennium, prout textus met dicit, & exēplificat, sed in toto isto quinquennio non percipiebatur nisi vnicus tantum fructus, vel pro vno anno tantum, an proprietarius tenebitur stare? Vtique sic, virtute cuiusdam tacitę relocationis. ita Bal. *ad l. 1. C. de iure fisci, libr.* 18. valde commendat Alex. *ad l. si filiofam. §. si vir in quinquennium, nu. 20. ff. solut. matrim.* dicens alibi non reperiri.

QVAESTIO XII.

Vsufructuarij.

QVæro vlterius de alia notabili quęstione ad materiam & intellectum *leg. si quis domum, §. 1. ff. de locat.* Est facta locatio (in quinquennium puta) prout textus met dicit, & exemplificat sed fructus non sunt vniformes, puta in primo, & secundo anno colligitur frumentum, vel quid simile, in alijs vero sequētibus annis non colligitur frumentū, sed deseruit pro pascuo, puta, vel simili fructu difformi a prioris annis, erit ne locus dispositioni *leg. si quis domum, § 1. ff. locat.*

Digitized by Google

locat. Vtique non. Vnde non procedit in locatione vnius tantum anni, vel quinquennij, quòd pro vno anno deseruiat, vel quando collectio fructuum est difformis. Vnde sola recollectio non sufficit, sed vniformitas requiritur, & tempus. *Ita* in terminis de vsufructuario ad intellectum *l. si quis domum, §. 1. ff. locati*, tenet, & declarat Hieronymus Gabriel, *consil. 68. volum. 1.*

QVÆSTIO XIII.

SEd ad vlteriorem intelligentiam *dict. l. si quis domum, §. 1. quaero.* Pone, quod vsufructuarius locauit in quinquennium iuxta exemplum illius legis, & pendente termino conductionis moritur vsufructuarius locator, sed proprietarius, ad quem redit vsufructus per mortem vsufructuarij, vult prosequi locationem inchoatam, tenebiturne conductor stare? Vtique
1 sic. Hieron. Gabr. *d. cons. 68. in fi.* vbi allegat Rot. *decis. 232. col. fin. in nou.* Soc. *cons. 32. num. 9. vol. 1.*
2 Videmus igitur in hac locati, & conducti materia, quòd euenit casus, in quo quis habebit vnum tenimentum terrarum siluatu, quod in vno anno, vel ad summum biennio seminabitur granum, postea cõtinuari non poterit ex debilitate terrarum, quæ non possunt annuatim recipere frument. tamen deseruit in alijs annis pro pasculis, & herbaticis, pro glandibus, & similibus, vtique nõ erit locus dispositioni *d. l. si quis domum, §. 1. ff. locat.* quia non est recollectio vniformis: & licet sic collectio vniformis glandium, cum ex arboribus annuatim percipiatur, esto quod hoc quãdoque deficiat, tamen attenditur quod principaliter agitur, non quod in consequentiam, pariter terræ conductæ, vt vulgo dici solet, restrigliantur, hoc pariter non attenditur, dicam suo loco.

Et dispositio *l. si quis domum*, procedit in habentibus titulo oneroso prout conductor, secus si lucratiuo, vnde si domus legata comburatur, periculum est legatarij non hæredis. Mantua ita limitans, *sing. 284.* dicens se in facto habuisse.

QVÆSTIO XIV.

1 QVæritur vlterius. Est legatus vsusfructus vestimentorum, poteritne is locari? Duo sunt circa propositum vestimentorum genera. Primum est vestes funebres, scilicet, scenicæ, & similes, & hæ locari possunt. Aliæ sunt vestes quotidianæ, & similes, & hæ locari non possunt, *l. & si quid, §. & si vestimentorum, ff. de vsufruct.* & videbis quod in multis locis aliqui profitentur vestes funebres, & locant hæredibus mortui de mense in mensem: quidam profitentur vestes antianorum, & officialium loci. Vnde statim quod quis extractus est de busulo, conducit ad tot pro mense, similiter vides libros, tappezzarias, & alia suppellectilia domorum locari, vulgò *dare à nolo*, & vidi ad patriam accessisse ad Gubernium homines, qui acceperunt ad nolum libros, & tapezzarias, vnde non mirum si proferunt quandoque sententias iniustas, quia volunt accipere, & superlucrari, vt soluant nolum contractum, & (Bone Deus) officia nõ dantur meritis, nec literis, non experientiæ, sed fauoribus, & bonis responsionibus: & si reclamas de aliqua iniustitia, nõ audiris, quia fauent porrigẽtibus, nõ reclamãtibus, væ homini, qui in aliquo grauatur, quia bonum est, vt sibi consulat eo modo, quo potest. Dices, in vestes nõ cadit vsusfructus, ergo nec locatio, modo quo superius dictũ est, assumptum patet *ex §. constituitur. Instit. de vsufructu*, vbi repugnat ciuilis, & naturalis ratio, vt in vestimentis vsusfructus constituatur.
2 Responsio duplex datur. Vna est Accurs. *in d. §. constituitur, in verbo, vestimenta*, quod vestimenta sunt in duplici differentia: quædam sunt perpetua, & in his cadit vsusfructus, quædam sunt temporalia, & in his non cadit vsusfructus.
3 Secunda est *gl. in d. §. vestimentorum*, quam sequitur Aret. *in d. §. constituitur*, quod vsusfructus vestimentorum legari potest, si æstimatur, & prętetur cautio de reddendo æstimationem finito vsufructu, & sic non simpliciter constituitur, sed secundum quid.
4 Tertius fuit intellectus *Ias.* ad Portium *in d. §. constituitur, addit. fin.* quod constituatur in eo textu differentiam inter vsumfructum vestimentorum, & quãtitatis, quia primo casu non transit dominium, nisi sit relictus, vt quantitas secundo casu sic.
5 Locatio igitur vestimentorum fieri poterit, si funebres sint, scenicæ, & similes, & notatur *in d. §. vestimentorum*, quod vir bonus non locaret vestimenta sibi relicta, nec facere vir grauis, vel nobilis, quia talis locatio arguit nescio, quid sordidum. Vnde, si philosophicè quæratur, an locatio sit officium nobile. Vtique in libris vestibus, & similibus indignum, & ignobile est, & est potius abusus, quam vsus secundum I.C. ibidem.

QVÆSTIO XV.

QVæro etiã in hac locati materia circa tractatum vsusfructus. Est legatus vsusfructus domus poteritne locare, & quomodo.
1 Prima sit conclusio. Vsufructuarius non potest facere meritoria, nec diuersoria, nec fullonica, *l. æquissimum, alias incipit, si cuius, §. fin. ff. de vsufructu.* qui textus est valde vtilis in hac locati, & conducti materia, de quo etiam superius vidimus, ob id repetam aliqua vtilia pertinentia ad locati, & conducti materiam.
2 Meritorium est, quod quęstus causa certa mercede locatur. Vnde loca meritoria, scorta meritoria, pueri meritorij, vehicula, muli meritorij. Ita Suetonius *in Caligula, cap. 39.* & ibi Beroaldus, & alij. Alciat. *in l. vrbana, in verbo meritoria, ff. de verb. signif.* Vgo Donnellus *de pignoribus, fol. 145.*
3 Diuersorium meritorium est hospitium mercenarium, quo ex itinere aliquantisper commorandi causa diuertimus, vulgo *hostaria*, vel taberna. Ita Hotoman. *in verbo, diuersorium.*
4 Vnde ad practicam reducendo non potest vsufructuarius in domo exercere cauponam, vel tabernam. Sed quid, vt vulgo dicitur, *camere locande*, prout Romæ, Perusij, & multis in locis, vt hęc meritoria diuersoria itinerantibus dici possunt. Vnde fructuario talis facultas interdicta videtur, si solita domus non sit. Et non omittam vnum latis, nl fallor vtile in hac locati, & conducti materia, de qua Sueton. in Vitell. cænaculum ad locatitium, quod fortasse est: cum reseruata parte domus, quæ non sit in locatione comprehensa, reliquum locauit, & sic ablocare fortasse extra locationem ponere.

Me-

Digitized by Google

Meritorium fullonicum est, vbi fullo vestimenta polienda, curandaue accepit. textus in terminis locati, & conducti *ad l. item quæritur, §. si fullo,* ff. *locat.* de cuius intellectu (Deo dante) dicemus, *& in l. 2. ff. de condit. ob caus. & in l. itaque fullo, ff. de fur.*

5 Conclusio igitur est ex prædictis nō licere vsufructuario in domo, in qua vsumfructum habet, artem locabilem, mercenariam, & vilem, & maximè vbi certa merces quasi locationis titulo interuenerit, vt exercere cauponam, vel tabernam, vel hospitium pro forensibus certa mercede, artem fullonicam, & similia, & sic in multis locatio sapit sordidum.

6 Vidi in simili in facto casum in hac locati, & conducti materia. Erat regio, contrada, vel via publica, in qua hinc inde erant cōductores apothecarum, qui exercebāt pro maiori parte mercaturam, & merciariam, vsufructuarius cuiusdam domus in ea contrata existentis locauit fundum dictæ domus *pizzicarolo*, ita vt præcipuè tempore æstatis, & pro maiori parte autumni ex fetore, & magno concursu mercaturę vicini conductores recipiebant graue admodum præiudicium. Fuit per viam precepti actum contra illum, & fuit allegatus text. *in d. l. æquissimum, §. fin.* ac etiam quia ratione vicinitatis non poterat maxime in loco insolito exercere artem sordidam more illius vicini, qui in vicinia honesta locauit domum retinenti meretrices, vt (Deo dante) suo loco dicam.

7 Secunda igitur conclusio est in hac locati, & conducti materia ex eodem textu assumpta, quod vsufructuarius si vult, debet locare domum tanquam domum, & ad vsum solitum, & ab initio destinatum nō applicando ad nouum exercitium.

8 Similiter si in domo dominus pro vsu proprio habebat balneum remotum, sed delicatum non conuenit locare ad publicum vsum.

Similiter stabulum destinatum pro bobus, equis, & iumentis non licet locare, vt ibi exerceatur molendinum ad oleum, & sic notat *I.C.* quod licet omnes artes, & exercitia supra nominata sint sordida, fœtida, & vilissima, quid enim vilius stabulis equorum, & iumentorum? vbi talia animalia diu, noctuque, & passim stercorantes, & tamen non potest fieri mutatio, nec alteratio in aliud eiusdem similitudinis vilissimum, & sordidum exercitium, prout exercere molendinum ad oleum.

Vnde in actu practico nō est bona exceptio, & defensio. illa est ars vilis, sicut illa, merito mihi licebit hoc facere. Vnde in locationibus faciēdis debet adeo attendi solitum, & destinatio patrisfamilias, vt non liceat mutare de vno exercitio sordido in aliud.

9 Et pariter notabilis est l. sequens ibidem, quæ incipit, liceat multo minus, quia passim in facto occurrit talis modus loquendi, *Io ho manco per farmi la tal cosa, & māco pegiore, che nō si causa dal essercitio solito a farsi*, quia (vt ibi colligitur) hoc non attendunt legislatores, scilicet si cōductor, & locator respectiue minus percipiat, & minus soluat, sed principaliter attenditur, ad quid erat solitus, & destinatus talis locus.

Vsus igitur alterandus non est, & vides I. C. quomodo argumentetur à loco proportionis in hac locati, & conducti materia de re sordida, & vili ad sordidiorem, & viliorem, & de preciosa ad minus preciosam. Sicut igitur domus, vel stabulum iumentorum non potest locari ad molendinum exercendum pariter nec balneum priuatum, & secretum ad publicè lauandum, experientia enim docet, quod ciues, & nobiles in eorum domibus, in quibus habent affectionem, faciunt quędam vulgo *retiramenti, studioli, & simili* estne honest m, vt publicè deputetur?

10 Et pondera vlterius verba I. C. ibidem inter amenas dietas, dięta namque est locus, seu cęnaculum, in quo ęstate cænatur ad vmbram, hyeme ad solem. Plinius ex triclinio in dietam transitus.

Vnde si dominus habet locum valde gratiosum, delectabilem, & causa suæ recreationis tam in æstate, quam in hyeme, & in varijs anni temporibus, non licebit locare ad publicum vsum: isti enim loci gratiosi sunt admodum grati dominis: vnde diminuitur deputando ad alium vsum.

Et nota pariter *I.* C. semper in locationibus faciendis circa ministeria exercenda id solum considerandum docet, quod viro honesto, & probo conuenit, & quod ipse faceret.

Vnde nullus vir bonus, prudens, & discretus prædicta faceret, & vidi in facti contingentia per practicos articulatum, & deductum, quod ita quilibet vir bonus, prudens, & discretus locasset, & ita fieri, & locari posse arbitraretur.

Et iuxta prædicta vidi in facto casum in hac locati, & conducti materia. Quis habebat apothecā, quæ semper solita fuit locari calceolarijs: modo eandem apothecā conduxit nouissime vnus, qui volebat in ea exercere pizzicariam, vendere pisces, & similia, allegabat sibi licere, quia ambę sunt artes viles, & de vna ad aliam de facili infertur. fuit replicatum, quod non sufficit ambas artes esse vilis cōditionis, si vna sit sordidior alia per hunc textum, *l. æquissimum, §. fin.* vbi quid vilius stabulo, & stercore? Et tamen non potest pistrinum.

Similiter notabilis est ille textus in hac locati materia, quod vsus rei locatæ non est ampliandus.

Vnde, si est balneum in domo ad vsum tantū particularem domini destinatum, non potest fieri, vt publice seruiat, idem tamen balneum est extensum de priuato ad publicum vsum.

11 Quod facit, quod si habeo puerum in domo per me factum, vt familię tātum meæ seruiat, non potuit nec vsufructuarius, nec conductor ampliare dando facultatem omnibus vicinis hauriendi aquam idem & in fontana dici potest, in qua famulę meę, vel fortasse filiæ, quia ex impotentia non poteram tenere famulas secreto quodammodo, & remotis alijs lauabant pannos meæ familiæ, non .n. vsufructuarius, vel conductor applicare poterit, vt publicæ viciniæ deseruiat.

Ad prædicta omnia bene facit text. *in l. si pendentes, §. 1. ff. de vsufruct.* ibi, abutatur, vel contumeliose, iniuriose ue vtatur. Et sic nec meretricibus, (vbi Accurs. dicit.)

12 Quid dicendum? Est apotheca deseruiens difformiter, & modo in ea est excitata vna ars, modo alia, & hæ artes quædam sordidæ sunt, quædam nobiles, quid attendendum? vtique vltima exercitata ex his, quę posui supra de substantia locationis ad gl. *in l. excepio, C. locat.* Cautius igitur eris, ne præiudices vltimo loco dare ad vsum sordidum.

13 Quid dicendum? Conduxi domū, volo facere in ea fontem, vt si quis veniat, possit certa mercede lauare pānos, an possim? Vtique ex eo textu colligitur in ver

Digitized by Google

bis illis. Quasi domum locare, nec balneū ibi faciendum est: si enim conductor faceret puteum, vel fontē adhibendum pro vsu familiæ tantum, vtique hoc respicit materiam meliorationis, vt suo loco dicam.

QVÆSTIO XIV.

1 ET prosequendo in hoc titulo de vsufructu concernentia materia locati, & conducti, quæro, quis teneatur soluere mercedes præceptoribus, salaria famulis, & pedissequis pensiones domorum, & similia, & vtique vsufructuarius, § finitur, nu. 4. Instit. de vsufructu per leg. hactenus ibi, stipendium, tributum & salarium, quam singularem in hoc dixit Alber. de Albert. singular. 10. Barto. in l. eum, ad quem, C. de vsufruct. Corn. conf. 86. litera D. & seq. volum. 4. Rom. singul. 157. tuftis. Ruin. conf. 206. numer. 31. volumn. 2. Bois. pract. criminal. titol. de principe, & priuileg. ipsius nu. 130. late Paris. conf. 94. num. 23. conf. 65. nu. 68. conf. 96. numer. 26. vol. 2. Borgni. de vsufructu. numer. 160. Sed pone hic vnum satis notabile, & quotidianum, quod vsufructuarius teneatur ad salaria, pensiones, & collectas, quæ simul iuncta æquiualent perceptioni fructuum, casus enim de facili in facto contingit Testator habebat famulos, & pedissequas, quæ per multos annos inseruiuerunt, nec vnquam aliquod salariū habuerunt. Similiter aderant, domus conductæ, & c. ita vt cōputantis cursibus tantorum annorum accedētibus collectis, & aliis extraordinariis oneribus pensiones & salaria æquiualent perceptioni fructuum, tenebitur ne isto casu ad pensiones & salaria?

Vtique non, gl. in l. qui concubinam, §. qui hortos, ff. de leg. 3. per l. si res obligata, ff. de legat. 1. quam gl. appellat nutram in mundo. Rom. singul. 157. attestans in Florentiæ in facto habuisse in ardua quæstione, post Dyn. Bar in l. his verbis, §. testator, ff. de leg. 3. Caball. milleloq. 124. nu. 3 part. 2.

Addo bene in materia loquentes Rom. conf. 230. Alex. & Ias. in l. quod seruus & in d. l. si res obligata in l. 1. §. fin. col. 2. ff. de nou. oper. nuntiat. & in l. fructus, ff. sol. matrimon. Afflic. in §. præterea, num. 57. de prohibit. feud. alien. per Federic. & decis. 252. nu. 2. Petrasancta singul. 35.

2 Vidi in facto casum, quod vsufructuarius statim mortuo testatore cœpit soluere multa salaria, & pensiones, & multa alia onera non facta aliqua discusione: post melius cogitando vidit æquiualentiam fructuum, & debitorum, & noluit prosequi solutionem festinanter inchoatam.

3 Amplietur dispositio l. hactenus, ff. de vsufructu, non exeundo materiam locati, & conducti, & quatenus ad ipsam pertineat, vt procedat etiam in conductore ad longum tempus, quid ad exemplum vsufructuarii tenetur ad salaria & pensiones Alex. consil. 1. num. 10. lib. 4. quem sequitur Parpal. in l. placet, numer. 48. C. de sacrosanct. eccl. Silua. conf. 47. num. 4. Pinell. ad l. 1. part. 2. num. 78. circa medium, ampliatione 8. C. de bon. mater.

4 Amplietur secundo loco dispositio l. hactenus, vt procedat etiā in viro possidente bona dotalia, qui pariter tenetur ad salaria, mercedes, pensiones, & alia onera realia. Glo. & Bar. l. vnica, in quibus locis, mul. Doctores in l. fructus, ff. solu. matrim. Bartol. in l. nec stipendium, ff. de impensis in rebus dota. factis, & est receptissima opinio. Pinell. in d. l. 1. par. 2. n. 82. amplatione prima.

5 Amplietur tertio loco dispositio l. hactenus, vt procedat in feudatario, & emphyteuta, qui pariter tenetur salaria, mercedes, pensiones, & alia onera realia l. 2. ibi publicatio fructuum, & ibi Alberic. & Bald. C. de iur. emphy. Ias. in d. l. 2. nu. 25. Castan. in consuetud. Burgun. rubr. 4. §. 6. col. 2. Ioan. de Amic. conf. 8. num. 61. & 62.

6 Addo, quod hæc est communis opinio pariter attestata, Corn. conf. 36. in fin. verbis, libr. 3. Iul. Clar. in §. emphyteusis, q. 36. vbi etiam ponit in fine eam modificationem ad propositum materiæ locati, & conducti, de qua agimus, quod si pro re emphyteutica præstatur non modica pensio, & fortasse fructibus correspondens, quod Dominus directus pro sua portione debet sustinere onera, & emphyteuta pro sua portione attestans hoc habere maximam æquitatem, & ita seruare Senatum.

7 Sane negari non potest, quin habeat magnam æquitatē, si enim respondeo annuatim de condigna responsione, cur debeo alio onere grauari de soluendo pro domino? Vnum præsupponit Iul. Clar. quod in materia emphyteuta soluatur pensio correspondens fructibus, quod regulariter non est verum, vt dixi superius, & erit potius locatio, quam emphyteusis, & sic applicari poterit ad locati & conducti materiam.

8 Vnum non omittam, quod est frequens in multis ciuitatibus, & est in tractatu locati, & conducti, conducitur medicus a Communitate loci pro certo salario annuatim, pro quo persoluendo indicitur collecta, cur non teneantur clerici, qui pariter curant, sicut laici, emphyteutæ, & conductores? similiter tempore pestis, bannitorum, & similibus temporibus suspectis, ponuntur custodes ad portas ciuitatum pro certo salario, & mercede, cur clerici non debent contribuere? Vtique sic, Ioann. de Amic. conf. 146. nu. 1. Imol. & Anch. in c. non minus, de immu. eccles. vbi Abb. col. 5. nu. 18. Festa l. de collect. p. 4. c. 1. nu. 10.

9 Ampliatur quarto loco dispositio l. hactenus, vt tendatur, & procedat in possidente fundum, & percipiente fructus, qui pariter tenetur ad salaria, & mercedes, & alia onera realia, etiam si contrarium conuenerit cum eo, a quo rem habuit, Bar. in l. 2. C. sine censu, vel reliquis, not. in l. inter debitorem, ff. de pact. Paris. conf. 52. lib. 1.

10 Sed pulchra est in hac ampliatione indagatio, quæ passim occurrit in contractibus censualibus. Est alienatus fundus censuarius, & est locatus ad longum tempus, vel in emphyteusim, vel fundum, aut similia, quis tenebitur soluere censum? obligatus, vel singularis successor, & tertius possessor.

11 Primo videbatur dicendum singularem successorem non teneri, ex quo actio census est personalis, l. fi. §. si, ff. de contrahenda emptione.

Vnde instrumentum habent executionem paratā non habet locum contra tertium possessorem, imo. in l. fin. col. 14. ff. a quibus appellare non licet, Bald. in l. 1. C. comm. de leg. Angel. in l. si debitori, per illum tex. C. si aduersus creditorem. Commendat Alex. dicens perpetuo notandum, & ibi Ias. in l. 1. §. si hæres percepto fundo, ff. ad Trebell. num. 5. Pet. Rauenn. singular. 681. Vant. de nullit. tit. quis possit dicere de nullit. ampliat. 2. numer. 17. Didac. practica quæstionum, cap. 14.

in

*in fin.*late Afin.*in practica*,c.31.nu.25.

12 Contrarium est de iure verius, vt quilibet possessor, seu mauis etiam detentor, conductor ad longum tempus, feudatarius, emphyteuta, & similes, ad solutionem census conueniri possunt, *Clemen.* 1. *de censib.* Boerius *de censibus, art.*58.& 59. Foll.*in pract.census, in verbo tanquam res iudicatas, nu.*28. Pulchrè Hier. Gabr.*cons.*47.*lib.*1.

Vnde videbis multa instrumenta censuaria cum hac clausula, quod pro censu, & fructibus decursis nō solutis agere liceat emptori, tam contra venditorem principaliter obligatum, quam contra fideiussores, possessores quoscunque, conductores, vel fictuarios colonos, & laboratores dictarum terrarum.

13 Ampliatur hęc conclusio, vt procedat etiam si successor singularis esset de magnatibus, primatibus, vel priuilegiatis, vel fiscus, ecclesia, & similes, adhuc enim more soluendi censum tenentur. *Innoc.in c. ve. rum, de foro competenti*, Hostiens. *in tit. de iure im munit.§.in quibus*, Abb. *respons.*14.*lib.*2. Specul. *in tit. de locato,§.nunc aliqua, versic.*89, Corn.*consil.*264. *lib.*4. Abb. *iterum, cons.*30. *lib.*2. Aneh. *cons.*386.pulchre, Crau.*cons.*217.

14 Ampliatur secundo, vt tertius possessor teneatur nedum pro futuris censibus, sed etiam pro præteritis. argumento *l. imperatores, l.*2. *C.fine censib.* Roman. *cons.*417.*decis.Neapolit* 95. Rip.*in l.*1.*§.si hæres*,ff.*ad Trebell.*

15 Ampliatur tertio loco, vt teneatur secundus singularis possessor, etiam si inops, exilis, & minus idoneus existat, & sic nec in subsidium contra alienātem fundum censualem agi possit, Sentit. Bonif. *in allegato artic.*18.*de censib.*

16 Contrarium est verius ex *auth. sed periculum, C. si ne censu vel. reliqu.* quem ad hoc propositum notabilem dixit Roman.*cons.*417.*nu.*9. vbi allegat *l.finalem*, Codię *de prædijs nauicularibus, lib.*11. Arct.*cons.*11.*per text.in l.cum possessor,§.fin.de censibus.* Crauet.*consil.* 217.*lib.*6. *in fin.* quod consilium in hac materia tertij possessores est vtile, & celebre.

Ampliatur quarto, vt nec excusetur iste tertius possessor, siue detentor nominando dominum directum qui insuper compareat, & liti assistat, adhuc enim possessor conueniendus, & condemnandus est ad exemplum emptoris, qui licet nominet authorem suum in iudicio, tamen hoc non obstante condemnabitur Abb. *in c.quoniam frequenter,§. in alijs,nu.*23. *vt lite non contesta.* late Hieron.Gabr.*cons.*47. *num.*7. *in fin.* vbi postea ad fauorem possessoris dicit, quod ipse habet regressum de euictione contra dantem, & concedentem, quanto minoris accepisset stante hoc onere detecto, vt ibi per eum.

17 Ampliatur quinto, vt non possit opponi exceptio excussionis, Guid.Pap.*cons.*42. & 576. Cassan.*in con. suetud.Burgund.rubr.*11.*§.*6.*numero* 9. Couarr.*libr.*3. *variar.resolut.cap.*7. *nu.*6. Ioann.Lup. *de vsuris,in l.*2. *§.*2.*nu.*67.

18 Dices, quæ actio, & quod remedium competit cōtra singularem successorem? hæc quæstio difficilium a reputatur a Hieron.Gabr. *in allegato cons.*47.*prope num.* 14. in vtilitatem practicæ considerandi sunt plures casus, & tempora. Primus pro censibus decursis a die traditionis, vel accessionis rei. Secundus casus, & tempus est de censibus decursis ante rem habitam, & acceptam tertius casus est de censibus decursis a die moti iudicij.

Primo casu competit actio personalis in rescripto: Secundo casu competit hypothecaria, vel Saluianum interdictum: Tertio casu potest intentari, & vtrumq; competere, & ita colligitur ex Soc. *consil.*15. *parte* 1. Abb.*in c.cum Ioann. de fide. instrumentorum*, vbi accipiendo rem cum tali onere, videtur se personaliter obligare. Idem sentit Bossius *de censibus, art.*58. *prope medium*. Iller.*in pract. census, versic. tanquam res iudicatas,num.*30.

19 Vnum tamen nota, quia tales rationes concludentes videntur data scientia ipsius accipientis, quia accipiendo simpliciter, videtur sibi pręiudicare, de secūdo casu, quod competat hypothecaria, vel Saluianum & vtilius sit, tradit Roma. *cons.*311. Sequitur Afflict. *decis.* 95. *num.*6. Crauet.*d. cons.*212. *num.*4. quia eius distinctio non videtur secura, quia in nullis instrumentis censualibus admittitur hypotheca, vt passim videtur.

De tertio casu, quod competat & personalis, & hypothecaria, tradit Hieron. Gabr. *in allegato consil.*47. per discursum ipsius. Cautius tamen putarem intentare hypothecariam, vel Saluianum interdictum, cū comprehendere possint omnem casum, *ex allegato cons.* colliges modum libellandi, quia specifice peti debent census, qui currant post litem contestatā, alias non debentur, & si fuit actum libello actione mere personali: & io hoc libellus est clarus, si ex lectura articulorum colligatur aliquid prægnantius, ius, adsint in articulis aliqua verba importantia etiam hypothecariam, tamen stante libello admodum claro, deductio articulorum nihil operabitur, nec aliquid secundum eum operabitur clausula salutaris, ius, & sufficit, quia procedit, quādo ex narratis in libello aliquid deductum sit.

20 Vnde si in libello sit narratū petitiorum, & in vno tantum conclusum, tunc clausula illa multum operabitur ex narratis, *alius non tetigi supra in princ. quæstione secunda, parte prim.*

Ex quibus corollarie patet ad allegatam *l.finalem §.fin.ff. de contrah. empt.* vt actio personalis sequatur personam, non rem, tamen quando persona singularis successoris accepiat simpliciter rem omnem affectā, vel vilori pretio, aut conuentione accipit, & ius afficit rem ipsam, tunc competit actio personalis, & instrumentum guarentigiatum pariet executionem etiam contra tertium detinentem ipsorum onere affectam, vt colligitur ex prædictis.

21 Dices, Est ne citandus ille tertius? possidens rē censualem stante instrumento? vtique non respondit Alex.*in l. si sic,ff. de legat.*1. facta summaria informatione iudici, quod talis retinet rem censualem. Soc. *cons.*273.*li.*2. Maran.*in suo Speculo p.*6.Boni.*de censur. artic.*59. cautius tamen erit citare.

Et hæc faciunt, & addi possunt ad ea, quæ superius diximus, an res transeat, cum onere suo, *ad l.lex vectigali,ff.de pignoribus.*

Et in hac materia locati, & conducti, de qua agimus in hoc discursu, colligimus vtilē conclusionē, quod si solutio pensionis correspondet iuri reali afficit, & sequitur rem ipsam, sicut ius reale, *l. in venditione,ff. de actio.emp.* ex qua habes nouam speciem locationis, et conductionis, & pensionis soluendæ, & constituendæ.

Vnde

Digitized by Google

Vnde passim occurrit, quod quis pro seruitio domus propriæ, vel alicuius fundi vtitur re vicini, vel pro aquæductu, vel pro recipiendis stillicidijs, vel aqua pluuia, & in recognitionem soluit tot, hæc est pensio, & species locationis, & transit cum onere suo vt *in d. l. in venditione habetur*.

Et sic solutio, vel obligatio pensionis est species seruitutis, nec res dicitur tradi libera per venditorem si teneatur ad pensionem aliquam, prout ex eo textu colligitur.

Ampliatur quinto loco dispositio *l. hactenus, ff. de vsufructu*, vt licet bona appareant alij registrata, & vt vulgo dicitur *accatastata*, tamen verus possessor tenetur ad salaria, & mercedes, & alia onera realia: veritas enim præferri debet, *l. illicitas, §. veritas*, ff. *de offi. præsid.* Ita Bald. reputans hoc admodum notandū *in l. fin. num. 1. nota. 3. C. sine cens.* commendat Roman. *in l. Imperator, num. 1. ff. de publican.*

22 Vnde non videtur bona exceptio non soluendi. ego non teneor tibi soluere talem mercedem, vel salarium, ex quo in libro æstimi, libra, vel catasti sunt descripta alteri, quia replicabitur, tu qui possides, & fructus percipis, teneris.

23 Ampliatur sexto loco dispositio *l. hactenus, ff. de vsufructu*, vt si sint plures vsufructuarij, quilibet pro rata, & proportionabiliter teneatur ad salaria, mercedes, & onera realia, Affl. *in §. præterea, nu. 53. de prohibit. feud. alienat.* per Federicum, *dec. 252. nu. 1.*

24 Ampliatur septimo loco dispositio *l. hactenus, de vsufructu*, vt procedat non tantum in prouisionibus ordinarijs, & consuetis, sed etiam extraordinarijs, & insolitis, Soc. *cons. 119. lib. 1. duplicatum cons. 217. li. 2.*

25 Vnde si ex aliquo casu, vel accidenti imponenda esset aliqua collecta pro salario alicuius custodis, vel magistri, quia diruta est aliqua pars muri Ciuitatis, vel quid simile, & esset conductus architectus cum certa mercede, & salario, pro quo soluendo esset imposita extraordinaria collecta, vtique erit locus dispositioni, *l. hactenus*, & sic tenebitur vsufruct.

26 Vidi in facto casum in hac locati & conducti materia, & ad propositū *l. hactenus*, de qua agimus. Tudertini constituerunt reficere catastum, vt quilibet iusto modo supportet onera sua, conduxerunt a longinquis partibus agrimēsores peritos sub certa mercede, & salario, & pro eo persoluenda fuit in dicta collecta extraordinaria, nunquid tenebitur vsumfructuarius? Vtique sic, & si erunt plures vsufructuarij prout in præcedenti ampliatione, quilibet pro rata, & proportionabiliter tenebitur.

27 Vidi etiam in facto casu pro practica, *l. hactenus*, & ad propositum huius materiæ locati, & conducti. Solet Ciuitas Tudertina conducere vnum medicum tantum, in anno superuenit magna, & nimia influentia extraordinariæ cuiusdam infirmitatis, fuit cōductus alius secundus medicus pro certo salario, & mercede, & fuit imposita noua collecta, an tenebitur vsufructuarius? Vtique sic, & si sunt plures, quilibet pro rata, iuxta not. in præcedenti ampliat. Similiter eget refectione palatium Communitatis pro bono publico pertractando, vel palatium Gubernatoris, conducuntur artifices sub certa mercede, & salario, si imponatur collecta, vsufructuarius tenebitur, & erit locus dispositioni *l. hactenus*.

28 Et sic corollarie infertur limitatio *ad l. Scio, §. medico, ff. de ann. legat. & not.* per Felin. *in c. sedes, colum. 3. de rescript.*

Ampliatur octauo loco dispositio *l. hactenus, ff. de vsufructu*, vt procedat etiam pro tempore præterito, antequam fructus percipere cęperit, *gl. in l. Imperatores*, & ibi not. Roman. & Castrens. *ff. de publ.* Afflict. *decis. 95.* Capit. *decis. 20. num. 26.* & hæc est magis cōmunis opinio, Panor. *in cap. pastoralis, num. 5.* de decimis declarando, vt superius dixi *ampliat. 4.* ad materiam census.

Quid in colono, vel conductore ad modicum tempus? ponam suo loco *tit. de collectis.*

29 Declaratur dispositio *l. hactenus, ff. de vsufruct.* vt procedat, & habeat locum in vsufructu ex causa lucratiua, secus ex aliqua causa onerosa. ita limitat Pinel. *ad leg. 1. par. 1. fol. 191. limit. 1. C. de bon. matern.* vbi modificat, vt saltem extraordinaria non teneatur ex not. per Affl. *in d. §. præterea, num. 36.* Alexandr. *in leg. quoties, ff. ad l. Falcid. & in l. vbi pure, ff. ad Trebell.* Ias. *in l. non amplius, ff. de legat. 1. in l. penult. §. 1. num. 6. ff. de iurisd. omnium iudicum.*

30 Declaratur secundo loco dispositio *l. hactenus*. vt procedat in salarijs, & alijs oneribus, quæ imponuntur a lege Cōitate, vel superiore, secus si ex conuentione Castrens. *in l. in venditione, ff. de act. empt.* Afflict. *decis. 95. num. 3.* Ias. *in l. 2. nu. 150. & 154. C. de iure emphyt.* Alber. *in l. qui concubinam, §. qui horas, versic. iudic. ff. de leg. 1.* Rom. *allegata l. Imperatores*, & est communis opinio, Pinell. *in d. l. 1. p. 2. fol. 192.*

31 Cum igitur ex legis, et iuris dispositione debeantur salaria, & mercedes famulis, & pedissequis modo quo superius suo loco dixi, sequitur, quod vsufructuarius tenebitur.

32 Vidi etiam in facto casum in hac locati, & conducti materia. Fuit transmissus commissarium confinitū ad Ciuitatem Tudertinam, & in Breui commissionis tam pro commissario, quam pro notario est declaratū certum salarium pro qualibet die, pro quo persoluendo est imposita collecta a Cōmunitate. Vtiq. vsufructuarius tenebitur, maxime in casu confinitum.

33 Declaratur tertio loco dispositio *l. hactenus*, vt non procedat in salario, & alijs onerib. persoluendis, antequā vsufructuarius accipiat possessionē rei, illa enim ab hærede, vel domino fieri debent. glo. notab. quam ibi Bar. commendat. *in l. penul. §. fin. ff. de legat. 3.* & est verissima resolutio. Bartol. *in l. quæro. ff. de vsufructu leg.* facit bene textus *in l. si a substituto. §. fin. de leg. 1.* in verb. s illi, talis dari debet qualis est.

34 Declaratur quarto loco dispositio legis hactenus, vt non procedat quando detracto onere & salarij debito vsusfructus remaneret inutilis, vel admodum exhaustus, & debilis, quo casu pertinet ad dominum, vel hæredē eius nō ad vsufructuarium, *gl. in l. si pendentes. §. si quid cloacarij, in verb. pertinebunt. ff. de vsufruct.* Clarius, & melius *in lege, qui concubinam. §. qui hortus, in glos. fin. ff. de legat. 3.* Et quoniam iura hæc loquuntur in terminis locati & conducti, paululum in his ad vtilitatem materiæ insistamus.

35 Primo igitur opinionem glos. iam relatam tenuit Cyn. relatus ab Alex. *in lege apud Iulianum, §. si quis, in fine. ff. de legat. 1.* Roma. *consil. 230.* Aret. *in lege fructus, col. fin. ff. soluto matrimonio*, vbi hoc valde commendat, & sequitur, & post eum Ias. *num. 18.* idem Ias. *in leg. cum seruus, numero 6. ff. de legat. 1.* vbi hanc

glos.

glos. summopere commendat *in l. apud Iulianum, §. hæres, num. 8. ff. de legat. 1.* Paris. *in consuet. §. 22. numero 156. in fine*, Parpal. *in l. placet. C. de sacrosanc. eccles.* Papiens. *in forma libelli ad dotem, in verbo, dedit, num.* 5. Tiraq. hoc valde commendans *de retrac. Lignagie. §. 1. gl. 1. num. 16.*

Addo Roman. *sing. 157.* dicentem in facto habuisse Florentiæ in causa valde ardua, Alex. *in l si res obligata, ff. de legat. 1. in l. 1. §. fin. colum. 2. ff. de nou. oper. nunc.* Afflict. *in §. præterea, num. 57. & decis. 252. num. 2.* Petra sanct. *singul. 35.* & faciunt notata per Roma. *singul. 347.* & ibi not.

36 Applicando igitur tam ad materiam vsusfructus, quam locati, & conducti infertur, quod si ego ad quinquennium conduxi pro certa mercede annuali, si lego fructus illius fundi a me conducti, quod hæres meus tenetur soluere pensionem, non legatarius vsufructuarius, *dicta l. qui concubinam, §. qui hortos, ff. de lega. 3.* Et ratio est, quia alias legatum vsusfructus redderetur inutile, vt iam dixi.

37 Subdeclaratur quarta declaratio, quod quædam sunt onera, quæ imponuntur pro habendo ipso iure fructuum percipiendorum, & hæc non spectant ad fructuarium, *lege, qui concubinam, §. qui hortos, & l. penult. §. fin. ff. de leg. 1.*

38 Quædam sunt onera, quę habito iam ipso iure fructuum percipiendorum imponuntur fructibus vel prædio, vel personæ pro prædio, & hęc pertinent ad fructuarium, *lege quæro*, vbi Bart. dicit esse verissimā resolutionem, *ff. de vsufruct. legat.*

Et sic ex primo membro, dum, allegatur *l. qui concubinam, §. qui hortos*, quæ loquitur in materia locati & conducti, colligitur in hac locati, & conducti materia, quod pensio, quę soluitur pro prędio conducto, est onus, quod imponitur pro consequendo iure percipiendi fructus, & cum hæc (vt dictū est,) ad fructuariū nō pertineat, colligitur, quod si quis habeat multa bona cōducta in varijs locis pro certa pensione annuali, quod legando vsumfructū suorum bonorū Sēpronio, non tenebitur soluere pensiones, licet salaria, & mercedes sic, quia pensio imponitur pro iure consequēdo, merces, & salaria respiciunt ius consecutū.

39 Et sic in hac locati, & cōducti materia cōsiderari potest duplex onus; vnum est ante consecutionem rei, sed pro re consequēda, & hæc est pensio, aliud est pro iure iam affecuto, cui imponitur onus salarij, vel mercedis. Si igitur debeatur aliqua res alicui deducto omni onere, vtique non tenebitur ad pensiones, salaria, & mercedes, quæ sunt onera, vt dictum est.

40 Subdeclarатur secundo loco, & hoc iuxta terminos locati, & conducti, quod res conducta legari potest sub duplici conceptione verborum: primo modo habendo respectum ad rem ipsam, vel fructus ipsos: secundo modo habendo respectum ad ipsam conductionem. Primo casu sic dicendo. Lego talem rem, vel fundum, vel lego vsumfructum talis fundi, vel lego fructus, & reditus talis fundi, & tunc legatarius pariter, & fructuarius non tenetur ad pensionem persoluendam. Secundo casu si adijciatur, & habeatur respectus ad rem conductam, puta lego Sempronio bona per me conducta in lacu Perusino, & tunc tenetur ad onus, & sic ad pensionem, & habebit lucrum. Ita in terminis locati, & conducti pariter, & vsusfructus declarat Bart. *in l. penult. §. in his, ff. de leg. 3.*

Et ex hac declaratione ad materiam locati, & cōducti colliguntur duo.

41 Primum est, quod appellatione rei simpliciter pro latæ vel appellatione vsusfructus, vel reditus non venit pensio, quæ pro re ipsa, & fructibus consequendis soluitur.

42 Secundū est, quod appellatione rei conductę venit pensio resoluenda pro ea. Tertium est, quod ibi Bart. facit differentiā. Aut legatur quid incertū, puta possessiones conducta in territorio Tudertino, & tunc a legatario debetur pensio. Aut legatur certa res cōducta, & tunc non debetur pensio, & sic hoc verbū, *la condotta mia*, obligat legatarium ad pensionem.

43 Vidi in facto casum. Quis cōduxerat tal pro quinque annis a Comunitate, & insuper gabellas a Dogana, & officium damnorum datorum pariter ab ipsa Communitate, condidit testamentū, & inter alia sic dixit. *la condotta del defensorato, o vero dell' officio del danno dato, lo lascio a Sempronio, quella delle gabelle a Caio, & quella del sale a Pietro*, tenebiturne quilibet ex istis legatarijs ad pensionem? Vtique sic ex prædictis, nec in aliquo potest hæredem cogere.

44 Pone, quòd post cōductam salis inchoatam asportauerit quantitatem salis ad Ciuitatem ad effectum vendēdi minutatim, prout moris est, & legauerit istū saltem existētem in tali loco, tenebiturne legatarius ad pensionem aliquā, vel vecturarum, vel alterius pēsionis? & vtiq; nō ex supradictis deduci posse videtur.

45 Sed pone vnum ad intellectum *d. l. qui concubinam, §. qui hortos*, & eorū, quæ ibi notantur, si colonus non absorbeat in totum, sed æquiualeat, debebiturne per legatarium, & fructuarium? Vtique sic: respondet ibi Petrus ab Alberico, relatus *per l. quibus diebus, §. 1. ff. de cond. & demonstr.* vbi etiam Alber. subdit vnum aliud, quod solutio pensionis pro aliqua re conducta est onus personale, & transit ad hæredem, non legatarium. Circa tamen intellectum dicti *§. qui hortos*, videtur colligi latis clarius ex verbis testatoris, si enim ibi hęres soluit annuatim pensionem, hoc ideo est, quia explicite per testatorem fuerat ad duo condemnatus. Primum, vt permitteret vti frui, secundū pensionem solueret.

46 Colligitur ergo, aut loquimur in pensione soluenda pro fructibus, vel re fruenda, & hac pertinet ad hæredem, vel dominū: aut post rem habitam est aliquid impensum in re, puta in cultiuando agrum, vel domum conducendo operarios, & similes certa mercede, & hæc spectat ad legatarium, *d. l. quibus diebus, §. 1.* vbi Bart. limitat, si respiciant perpetuam vtilitatem *per l. fructus, ff. solut. matrim.*

47 Considerari etiam posset ad intellectum *§. qui hortos*, quod ibi sumus in legato fructuum, quod lucratiue, & pleniori intellectu videtur interpretandum iuxta *l. in testamentis, ff. de reg. iur.* nec proprie dicerentur fructus, si mercedem conductionis legatarius soluere teneretur iuxta ea, quæ dicam suo loco in materia fructuum.

48 Declaratur quinto loco dispositio *l. hactenus*, vt nō vendicet sibi locum in vsufructuario, qui vsum fructum repudiasset, tunc enim excusatur ab onere, ad quod alias teneretur, Bart. *in l. cotem. §. fi. ff. de publicanis, sub numer. 14. per l. eum fructuarius, ti. de vsufruc.* Ari. Pinell. *ad d. l. 1. par. 2. sub num. 72. prope medium, fol. 192. limit. 4. C. de bonis maternis.*

Vltra

Digitized by Google

Vltra Pinell. & alios superius de materia loquentes, addo Iaf. in l. 1. §. explicito sub num. 13. ff. ad Trebell. qui intelligit, & declarat legem, hactenus procedere in simplici vsufructuario, non autem, omnium bonorum, attestando post Alex. quod ita se habet communis opinio, quod vsufructuarius etiam omnium bonorum non tenetur ad onus æris alieni Borgn. de vsufructu, nu. 211. Eman. in suo Thesaur. litera V. num. 104. Et sic videtur restringi dispositio l. hactenus, quæ etiam loquitur in vsufructu in testamento relicto, vt patet ibi, vsufruct. legato, &c. quod licet vsufructuarius vniuersalis omnium bonorum non teneatur ad debita, hoc verum, & si sint personalia, & in quibus apparet obligata persona, bene tamen ad debita realia, & specificata in d. l. hactenus.

Non omittam etiam, quod in multis Codicibus satis correctis legitur solarium, non salarium.

49 Pariter non est silentio prætereundus textus alias superius allegatus in l. si pendentes, §. si cloacarij, ff. de vsufructu, quod si pro transitu, vel equaductus, & similium, aliqua pensio persoluẽda est spectat ad fructuarium ad confirmationem eorum, quæ superius inducta sunt similiter functiones fisci, & municipij.

50 Similiter, & responsum I.C. in repetito. §. qui hortos, quia tria ponit, dum plene legatur fructus rei conductæ. Primum est tempus, puta lego fructus talis fundi per me cõducti pro quinquennio, pro quo tempore ego conduxi. Secundum est, quia primo damnat hæredem ad dandum conditionem rei legatę legatario pariter, & fructuario, fortasse scripturas, & instrumenta conductionis, in quibus apparebit, qua conditione, modo, & forma conduxerit. Tertium, quod permittat legatarium vti frui.

51 Est etiam vtilis in hac locati, & conducti materia textus superius allegatur in l. quibus diebus, §. 1. ff. de condit. & demonst. si enim lego Sempronio expensas funeris, studij, vel alterius similis rei, vtique pretium non continetur, sed bene conductiones domorum, famulorum, & aliorum respectiue loquendo.

QVAESTIO XII.

Vsufruct.

1 QVæro prosequendo materiam locati, & conducti, & vsufructus. Vidimus superius in proxima præcedenti quæstione si vsufructuarius tenebatur soluere pensiones, mercedes, & salaria, & sic passiue, modo quæro quid econuerso, an possit recipere pensiones, & sic actiue ad materiam l. labores, versic. pensiones, ff. de vsufruct. & quęstio est admodum quotidiana, & practicabilis, quia multi habent multas apothecas studiose factas, vel emptas ad locandum pariter, & domus, & similia, similiter locantur prędia ad longum tempus, ad quem spectabit fictus pensio, & ius exigendi?

2 Et primo videbatur indistincte dicendum, quod sic quia fructus pendentes dicuntur esse pars fundi, l. fructus, ff. de rei vendicat. & ad fructuarium pertinent, l. si pendentes, ff. de vsufruct.

3 Contrarium est verius cum hac tamen distinctione, quod pensiones rerum locatorum non pertineat ad vsufructuarium, nisi expresse ita conuentum sit d. versic. pensiones, vbi Alberic. & Fulg. colligunt vnum, quod reputant valde notabile in practica, quod eo ipso, quod conuenitur, vt fructuarius habeat pensiones cogitur stare colono, & sic est vna bona cautela ad hoc dicam latius in titulo de fructibus.

4 Vnde si maritus faciat testamentum, & relinquat prout hodie moris est vxorem suam dominam, massariam, & vsufructuariam omnium suorum bonorum, acceptando simpliciter vsumfructum, non per hoc cogitur stare colono, sed si incepisset exigere, vel recipere pensiones, videtur in hoc sibi præiudicasse, & cogeretur stare colono, & sic poterit dici iste vnus modus per factum, & tacitam acceptationem.

5 Similiter in hac locati, & conducti materia, & vsufructus, vidi testamentum, in quo specificabantur pẽsiones domorum, & apothecarum, quod reliquebat maritus vxorem vsufructuarium omnium bonorum, & in particulari pensionum, & fictuum testatori quomodocunque debitorum.

6 Vidi etiam post mortem, testatoris conuẽtum circa pensiones, & fictus inter hęredẽ, & vsufructuariũ, & si ipsa erat contenta exigere, vel non, quia hęredis interest hoc tractare, & facere ratione colonorum.

7 Et nota I.C. in d. §. pensiones, quia in alio modo appellat, & appropriat fructus naturales, alio modo pensiones domorum, dum enim loquitur de fructibus naturalibus, dicit eos nasci in fundo, & sic, propriũ est fructuũ naturalium nasci in fundo; dum enim loquitur de fructibus industrialibus, & pensionibus, dicit eas percipi, & sic pensiones rerum locatorum non dicuntur nasci ex re, cuius occasione debentur, sed benę percipi ratione, & occasiones talis rei.

8 Vnde si dicatur, ego relinquo, vel concedo Sempronio omnes fructus, qui nascuntur in bonis meis vbicunque positis, non spectabunt ad eum pensiones domorum, & apothecarum, quæ nasci non dicuntur, sed percipi (vt dictum est) sed si dicatur, ego relinquo, lego vel concedo fructus, qui ex bonis meis percipiuntur, vtique veniunt nedum fructus naturales, sed etiã pensiones, quia percipere, videtur generale verbum, & cõprehendere eos, qui nascuntur, sed non econtra

9 Et sic videtur etiam colligi, quod pensiones domorum, licet al. eam quoad intellectum, & in ratione sui, dici possint pars rei, pendereque a re locata, & cõducta, prout fructus naturales dicũtur pars fundi, in quo seminati sunt. Et sic ex deductis videtur inferri limitatio ad l. fructus pendentes, ff. de rei vendic. vt procedat, & habeat locum in fructibus naturalibus pendentibus nondum secatis, vel recollectis, secus in pensionibus rerum locatorum pendentibus nondum exactis, quæ limitatio clari, (ni fallor) colligi videtur ex l. si pendentes, iuncta l. arbores, §. pensiones, de vsufruct.

10 Et per hoc vidi a subtilibus quęsitum in hac locati materia. Habemus iure cautum, quod fructus naturales, & pendentes habent se ad feudũ vt pars ipsius, quid dicemus de pensionibus rerum locatorũ, quo nomine erunt appellandæ, an pars, vel accidens, vel connexum, vel dependens, vel quid, & vtique pars rei locatę non sunt, vt vidimus.

QVAESIO XIII.

Vsufructuarij.

QVÆRO successiue, proxime præcedentibus quæstionibus an vsufructuarius teneatur stare colono

Digitized by Google

colono ad materiam, *l. emptorem, C. locat.*

1 Et primo videbatur dicendum quod sic, quia in legato vsusfructus omnium bonorum venit Kalendarium, quod continet credita, & debita *l. qui filium*, & ibi Bar. *ff. de legat. 3.*

2 Contrarium est verius *ex l. arbores, vers. sed ad exemplum, ff. de vsufruct.* vbi text. dicit, vsufructuarium non debere stare ad similitudinem, & exemplum venditionis, & limitat similiter, nisi specialiter sit aliter conuentum, & sic talis conuentio, vel exceptuatio facta valet, & tenet.

3 Potest igitur testator in suo testamento, dum relinquit vxorem vsufructuariam omnium bonorum, apponere hanc cōditionem reseruatiuam, &, vt dici solet, pactū, quod non possit expellere colonos, vel conductores ipsius testatoris. Ratio autem quare vsufructuarius nō teneatur stare colono, est secundum Angel. *in d. l. arbores*, quia per hoc de libertate vsusfructus multū perderet vsusfructuarius, & hanc opinionem veriorem dicis Alex. *in l. filiofam. §. si vir, nu. 14. ff. sol. matrim.* Capella Tholosan. *decis. 420.* ea potissimum ratione, quia vsufructuarius omnium bonorum non tenetur ad debita, & hęc est communis opinio, de qua superius diximus, Pinell. *de bonis maternis, par. 3. nu. 63.* Borgn. *de vsufruct. nu. 177.*

Addo in materia bene loquentes Dec. *consil. 385. col. penul. in fine, cons. 620.* Ioan. de dilect. *de arte testan. di, tit. 6. caute. 42.* Castrens. *cons. 388. col. 2. in fi. & 459. lib. 2.* Soc. *cons. 131. col. 6. lib. 1. & in l. 1. in prin. col. 2. ff. ad Trebel.* Alex. *in l. vsufructu, ff. ad l. Falcidiam.* Viui. *lib. 1. opin. 444.*

Cui addo Roi. *cons. 8. col. 2.* attestantem ita practicari. Crauet. *cons. 587. nu. 1. lib. 1.* Eman. *in suo thesaur. litera V. nu. 103.* Caball. tamen *milleloq. 525. p. 2.* sentire videtur distinctionem quandam, aut vsufructuarius debet vti arbitrio boni viri, & tunc tenetur stare colono, secus si vsufructuarius non tenetur vti arbitrio boni viri, quia tunc non tenetur stare colono. Ponit exemplum de vsufructuario arbitrio boni viri, in muliere vsufructuaria omnium bonorum, quia debet vti arbitrio boni viri, vsufructuarius autem, qui vti nō debet arbitrio boni viri, est loco emptoris. Bal. *in l. 1. nu. 19. C. de don. an. nupt.*

4 Posset fortasse cōsiderari alio modo. Quędam sunt, quę non diminuunt de libertate fruendi, vt est seruitus fundo fruendo imposita & tūc an fructuarius seruare, tenetur, vel non, dicitur vti arbitrio boni viri, *l. si pendentes, §. fi. ff. de vsufruct.* & ibi Accurs. not. Quędam sunt, quę non diminuunt de libertate vsusfructus, vt non posse expellere colonum, & hæc fructuarius seruare non tenetur, & ita sentit *gl. in d. l. si pendentes, §. fin.*

5 Et sic ad propositum materie, locati & conducti, de qua agimus, colligitur ex hac distinctione, quod stare colono tollit libertatem fruendi.

6 Sed dices, non posse vti fundo in omnibus locis, non posse vti fundo, vel potius pati seruitutem per fundum fruendum tollis libertatem fruendi: si enim seruum ad loca interdicta transmittere possem, liberius fruerer.

Posset tertio loco dici: quidam est vsusfructus titulo particulari, vt emptionis, & similium, & ille ad exemplum venditionis non tenetur stare colono, & ita clare sentit text. *in d. l. arbores*, & clarius exemplificat Capella Tholosana *in allegata q. 420.* Quidam est vsusfructus *tit. vniuersali omnium bonorum*, & iste tenetur stare colono, nec obstat, quod vsufructuarius vniuersalis ex magis communi non teneatur ad debita persoluenda, prout superius vidimus, quia vere non videtur dici posse persolutio alicuius certi debiti, sed sustinere, & vti re eum onere suo prout *in l. si pendentes, §. fi. ff. de vsufruct.* aliud enim esse videtur soluere debitu aliquod, & aliud vti, & frui re cum onere seruitutis, vel simili, quod rei iniunctum sit.

8 Quarto loco dicebant Iacob. de Rauenna, & Andreas de Pisis, quod quare fructuarius non teneatur stare colono ratio est, quia fructuarius habet ius reale, colonus vero habet ius personale, quia solū habet actionem personalem cōtra locatorem, quæ personalis actio non ligat fructuarium, nec alium ius habentem in re singulariter, *l. fi. §. Lucius, ff. de contrah. empt.* de qua superius vidimus in materia censuum, *in l. si pendentes, §. fin.* Erat ius reale, quod afficiebat rem ipsam *l. Titius, ff. de seruis asportandis.* Tria igitur con-

9 siderantur: quędam realia, & hęc in duplici differentia, quędam in simplici fruendo tantum, & hęc respiciunt fructuarium, quędam in aliqua seruitute transeundi, aquęductus, & simili, & hæc afficiunt fundum ipsum, & sequuntur eum ad quascunque manus peruenit, quoddam est ius personale, & est illud, quod habet colonus in re conducta.

10 Et sic in hac locati, & conducti materia infertur, quod ius Coloniæ est ius personale directum sequens locatorem, non fundi possessorem principaliter.

QVÆSTIO XIX.

Vsufruct.

QVæritur etiam adhęrendo præcedentibus. Pone, quod relinquat quis vsufructuarium, colonum, vel conductorem suum, prout fieri potest ad materiā *l. quoties, §. si colono, ff. de vsufruct.* in hoc plures casus considerandi sunt, vltra Petrum Loriot. *de fructibus simpliciter loquentem axiomate 7.*

1 Primus est casus, cum quis legat vsumfructum fundi colono, & tunc colono competit actio, nō ex testamento, sed ex conducto ad remissionem mercedis, *l. quoties, §. si colono, de vsufr.* vbi gl. *in verbo vendicabit*, & eam ibi commendat Ang. Fulg. & Alber. dicit quod ad rescissionem contractus agitur actione descendente ex illo contractu.

2 Et sic petens in hac locati, & conducti materia remissione mercedis ex aliquo capite, dicitur rescindere contractum ipsum, & competit actio ex conducto.

3 Secundus casus ex mente Fulg. *in d. l. quoties, §. si colono, in gl. vendicabit*, quando testator legat colono liberationem sequentium annorum, tunc pro tali liberationem competit actio ex testamento, *l. si in leg. §. fin. ff. locat.*

De qua materia (Deo dante) ponam separatim in titulo de liberat. vbi melius cadit, & ibi videbimus de intellectu *l. si in legr, §. fi. ff. locat.* & de legato liberationis facto conductori, vel colono.

4 Tertia sit conclusio sumpta *ad l. quoties, §. si colonus, ff. de vsufructu*, quod si colono legatur vsusfructus fundi conducti, quod repetet impensas factas in cultura fundi, vbi Accurs. intelligit de expensis gratia

rei

rei, non gratia fructuum colligendorum, & cum ibi sequuntur Ang. & Fulg.

5 Et sic hac locati, & conducti materia habemus per colonos fieri duplices expēsas, quædam fructuum colligendorum, vt putare, occare, & similia, quæ annuatim fiunt ad finem fructuum suo tempore colligendorum.

6 Quędam fiunt ad culturam rei, vt facere sepes, & similia; primæ spectant ad colonum, etiam si mutet statum, & meliores iura sua, & efficiatur fructuarius, vel similis, secundæ repetuntur a Domino.

Iacob. autem a Rauenna, quem refert Alberic. dicit vnū aliud in practica satis vtile, & notabile, quod si colonus fecit expensas gratia colligendorum fructuū pendentium, & legetur vsusfructus, & sic incipiant pertinere ad colonum tanquam vsufructuariū, quia possibile est, quod vsusfructus finiatur, & ad proprietarium redeat in eo statu, in quo est, impensam repetet actione ex conducto, quia fructus habet non tāquam colonus sed fructuarius, & sic vides casum. Cōduxit quis fundum ad laboritium, & in medio anni fructibus iam pendentibus efficitur fructuarius, quo iure dicuntur pertinere ad ipsum fructus, conductionis ne, vel vsusfructus? multi dicunt conductionis, attento principio vsque ad pendentiam fructuum, & a primordio tituli posterior formatur euentus, tamen veritas est, quod prąualet titulus legati, & sic iure vsusfructus salua rata coloni, Aret. *in tract. malef. in vers. & eius bona publicamus, n. 19. & l. 2. C. de his qui latro.*

7 Sed considero vnum circa intellectum *d. §. si colono*, si, n. legasset quis vsumfructum fundi extraneo, colonus posset ab vsufructuario expelli, & expēsas factas in culturam repetet ab hærede, et eius damno computantur, qui fundum *ff. locat.* & sic fructuarius habebit gratis. Si igitur ita est respectu duarum personarum cur nō idem si in eadem persona hæc duo concurrāt, & quod idem efficiatur colonus, & fructuarius?

8 Nota etiam circa illum textum ad materiam locati, & conducti, quod appellatione culturæ simpliciter sumptæ veniunt impensæ fructuum causa, & gratia rei. ita videtur colligi ex eo textu. iuncta diff. ne ctione glossæ *in verb. cultura*, quam non fecisset, si ita non cōprehenderent, & sic instrumenta coloni ad culturam possunt intelligi tam ea quæ respiciūt culturam fundi, quam fructuum colligendorum. Vnde si colonus testator legauerit alicui instrumenta rusticalia destinata, & parata ad culturam fundi, ea omnia debētur.

QVÆSTIO XX.

Vsufruct.

1 QVæro præterea in hac locati, & conducti materia, an vsufructuarius, si colat vineam, vt vulgo dicitur, manibus proprijs, & fructib. pendētib. decedat, teneatur ad aliquid proprietarius hæredi vsufructuarij. Vtiq. non Io. Cæph. *cons.* 181. *col.* 2.

QVÆSTIO XXI.

Vsufruct.

QVæro etiam. Pone quod sit relictus vsusfructus in seruo, qui locat operas suas pro annua mercede, quomodo fiet distributio?

1 Vtique durante vsufructu ad fructuarium, & pro residuo ad proprietarium, & si in medio anni decedat, pro rata mensium, & tēporis. fit distributio *l. sed & si quis, §. operas, & l. si operas*, vbi Alb. *ff. de vsufruc.* Et iudicio meo allegata iura facere videntur ad duo in hac locati & conducti materia.

2 Primum est, quod si ego lego tibi vsumfructū alicuius fundi, qui alteri locas, & bona fide colit in medio anni, in quarta parte anni, vel simili, decedit vsufructuarius, conductor fructuarij licet possit expelli, sit tamen consideratio temporis pro rata, nec premunt illa iura an lapsi sint sex mēses, & sic dimidium anni, vel tres, vel quatuor sed semper pro rata, & sic habebitur ratio temporis, & pro tempore eorum, & impēsarum, *ad l. si quis domum, §. fin ff. loc.*

3 Secundo facere videtur ad illud, quod si quis locauerit alicui bona sua, pura pro quinquennio, & ex aliquo delicto veniat capitaliter condemnatus, & bona veniant confiscanda, venient etiam locationes factæ, tamen si a Principe restituatur, ambulabit locatio, profectaque ad fiscum redibit ad locatorem, vt dicit tex. in fructuario capite diminuto.

4 Notandum tamen videtur, quod in hac locati, & cōducti materia pariter, & vsusfructus, videntur duo iura inuicem admodum pugnantia, & contraria, scilicet *l. si operas, ff. de vsufructu, & l. si seruus communis Meuij, §. final. ff. de stipulatione seruorum, in l. enim si operas*, dicitur, quod si seruus locauerit operas suas, & in perfecto tempore locationis vsusfructus extinguatur, residuum ad proprietarium pertinebit, *in l. si seruus communis Meuij, § fin.* sufficit principium anni extitisse, & annum esse inchoatum ad effectum, vt pro toto anno debeatur fructuario, & sic nō videtur residuum ad proprietariū pertinere, prout *in d. l. qui operas*, & sic textus *in l. si seruus, §. fin. concordat. cum l. a vobis, ff. de annuis legat.*

5 Bartolus sentiens hoc contrarium *in d. l. a vobis*, cōciliat, aut nihil est implendū a stipulatore, & tunc procedat *l. a vobis*, aut aliquid extrinsecum est implēdum a stipulatore, & tūc pro rata temporis fit distributio, ide tenet in longa distinctione *in d. l. si seruus. §. fin. & sentit in l. si ex toto, §. fin. ff. de leg.* 1.

6 Quæ conciliatio mihi, non videtur tot; nam *in leg. si operas, & in l. si seruus, §. fin.* eadem met facti species proponitur, & tamen in vno dicitur sufficere principium anni, quod pro rata fit distributio, & sic ista cōciliatio Bart. seruit tantum *ad l. a vobis, ff. de annuis legat.* Alb. post gl. *in d. l. si operas*, vno verbo more suo distinguit, aliud esse in legatis annuis, aliud in stipulatione annua, quæ eodem morbo cū superiori laborare videtur, cum eadem facti species sub diuersis decisionibus proponatur.

7 Ego autem putarem fortasse ita dicendum, quod textus intelligatur singulorū annorū, scilicet, quibus vsusfructus inualuerit, ita vt accipiatur pro annis integris, quibus est facta stipulatio.

8 Posset fortasse dici, quod sufficiat principiatum esse annū, vt pro toto illo anno iā principiato debeatur fructuario, prout dicitur *in d. l. si seruus, §. fin. quod ansem, dicitur in l. si operas, in verbis illis*, quod superest, &c. intelligatur sequentium annorum nondum, inchoatorum.

9 Colligitur autem in hac locati materia vna cōclu-

 sio

ſo ex l. ſi ſeruus. §. fin. quod in materia locati, & conducti principium attenditur, & ibi Alberic. infert ad Doctores Medicos, & ſimiles conductos pro certis annis ad certa ſalaria, quod ſi moriatur in principio anni, totum ſalarium illius anni percipere debet, argumento illius §. ad materiam, l. poſt duos, C. de aduoca. diuerſ. iudicum. dixam in tit. de aſſeſſoribus.

10 Poſſet inferri ad famulum, vel famulam pro anno, vel triennio conductam.

11 Et ſi recte cōſideremus iuxta antiquam conſuetudinem, quæ ex lectura iuris conſultorum colligitur apud antiquos tempore legiſlatorum, locationes vt plurimum in quinquennium fiebant, ita in leg. ſi quis domum, § fin. in l. ſi in lege, §. fin. ff. locat. in l. qui conrubi, nam, §. qui hortos, ff de leg. 3. in l. adhuc, §. ſi operas, ff. de vſufructu, d. l. ſi ſeruus, §. final. ita colligitur, quod ad modum celebris, & vſitata, & frequens erat locatio quinquennalis, quæ media eſt inter locationem, longam, & breuem.

QVÆSTIO XXII.

Vſufructuarij.

1 QVæro vlterius, an vſusfructus conſiſtat in opera. Vnde legato vſufructu hominis, debentur mercedes locationis operarū, l. 3. & 4. ff. de ope. ſeruo. rum, vbi fructus etiam intelliguntur deductis expenſis, ad idem l. 2. & 3. ff. de vſufr. leg.

QVÆSTIO XXIII.

Vſufruct.

QVæro de vtili, & lucroſa materia ſecundum Alberi. ibi. ad l. defuncta, ff. de vſufructu, quomodo diuidendæ ſint penſiones, ſi imperfecto tempore moriatur fructuarius, & quoniam hæc materia eſt ad modum vtilis, & neceſſaria in hac locati & conducti materia, tam quoad fructuariam, quam maritum, emptorem, & ſimiles, ideo ponam aliquas vtiles concluſiones, diſputatione pro nunc omiſſa.

1 Prima igitur concluſio eſt. In penſionibus rei dotalis diuidendis inter maritum, & vxorem, vel heredes, attenditur tempus contracti matrimonij, non factæ locationis, l. diuortio, cum materia, ff. ſol. matri. Ratio eſſe videtur, quia quilibet effectus regulatur a cauſa ſua, l. 3. ff. de pecu. ſed ratio quare maritus percipit fructus rerum dotalium, eſt matrimonium, l. pro onerib. C. de iure dotium, merito a contractu matrimonij penſiones, & fructus computantur. Vnde conſideranda ſunt contingentia factorum; quandoque maritus recipit fundum plenum fructibus maturis, poſtea locat, & pendente locatione moritur, in diuiſione habenda eſt ratio tam fructuum recollectorum, quam portionis penſionis; quandoque recipit fundum vacuum & tunc fit diuiſio pro rata temporis, quo matrimonium durauit.

2 Secunda ſit concluſio. Quando venditur, vel alienatur fundus, vel domus locata, ad quem ſpectet penſio ponam ſuo loco.

3 Tertia ſit concluſio. In fructuario ſi fructuarius decedat fructibus nondu collectis, tunc penſio diuidenda eſt pro rata inter hæredes fructuarij, & proprietarium, Ita Albericus in d. l. defuncta. per l. ſed ſi adhuc §. ſi operas, & l. ſi operas ff de vſufructu, de quibus ſuperius vidimus, & l. Iulianus, §. ſi fructibus, ff. de act. & obl. & l. diuortio, §. in ſecundo, & §. ſequenti, ff. ſolut. matrim. dixam in tit. de verb. ſignifi. quæſt. 18. part. 5. vbi videas. Vincent. Frauch. dec. 168. num. 8.

4 Quarta ſit concluſio. Si fructuarius decedat fundo non locato, & fructibus pendentib. ſine aliqua diſtinctione fructus pertinent ad proprietarium hærede fructuarij penitus excluſo, l. in ſingulos, in fine, ff. de annuis legat. §. is ad quem, Inſtitut. de rerum diuiſ. ratio eſt, quia mortuo fructuario habet eius hæres ratione fructuum perceptorum actionem, l. vti frui, §. 1. ff. ſi vſufruc. petat. l. quæſitum, ff. de vſufr.

5 Ratio autem differentiæ eſſe videtur, quando fundus eſt locatus, & quando non eſt locatus. Primo caſu quæſitum eſt fructuario ius petendæ penſionis, lege permittente l. venditor ex hæreditate, ff. de hæredi. tat. vel actione vendita, quod ei lex ſaltem pro tempore præterito ex futuro euentu mortis auferri noluit, quod eſſet iniquum, l. ſed & ſi poſſeſſori, §. item ſi iurauero, ff. de iureiur. ſed quando fundus non erat locatus, nullum ius quęſitum eſt fructuario: vnde nihil ad hæredem tranſmittit, iuribus ſuperius adductis.

6 Et ſi habes caſum. Moritur teſtator, relinquit vxorem viamfructuarium omnium bonorum, & moritur de menſe Iulij prope recollectam grani, vel alias vini nihil ſibi prodeſt.

7 Sed quid dicemus l. defuncta, habet reſpectum ad fructus collectos, vel non collectos reſpectu penſionis, quid in re, quę non ſeminatur, puta domo, vel apotheca locata, quomodo diuidenda erit penſio? fortaſſe pro rata.

8 Quinta ſit concluſio. Si fructuarius decedat fructibus iam recollectis, tunc integra penſio fundi locati pertinet ad hæredem fructuarij, d. l. defuncta, vbi Ful. num. 2. colligit aliud notabile in hac locati & conducti materia, quod ſi poſt collectos fructus omnes ex fundo locato, colonus expellatur, nihilominus debet ſoluere integram penſionem. Ampliatur hæc quinta concluſio, vt procedat etiam in emphyteuta, qui habet vtile dominium, ſicut fructuarius, Specul. in tit. de locato, §. nunc aliqua, verſ. 5. Iaſ. in l. diuortio, num. 6. ff. ſol. matrim.

9 Declaratur in feudo, & hoc ex conſuetudine feudali, vt not. in c. 1. §. his conſequenter, in tit. hic finitur lex, late Alex. in d. l. diuortio.

10 Et ex prædictis infertur intellectus, & limitatio ad l. a vobis, ff. de annuis legatis, vt procedat in legato alimentorum, non in vſufructu, & ſimilibus.

QVÆSTIO XXIV.

Vſufructuarij.

1 SEd poſſet vltra Doctores quæri ad materiam l. defuncta, inquit enim iam omnib. fructibus qui in agris naſcerentur, &c. quid enim ſi non ſint collecti omnes, ſed aliqui, puta locauit quis ſub annua mercede prædium, cuius erat fructuarius ad annum, & in prædio locato ſeminantur fructus diuerſi generis, qui pariter recolliguntur diuerſis anni temporibus, puta linum, frumentum, vinum, &c. deceſſit fructuarius ſi. no tātum ſecato, vel de menſe Auguſti grano recollecto,

lecto, & vuis pendentibus quid dicendum?

Videtur colligi *ex d.l. defuncta*, hæredi fructuariæ non deberi, ponderando verbum omnibus, in eo textu appositum, quod est vniuersale collectiuum, non distributiuum, gl. & Bart. *in l. si pluribus, ff. de legat. 2. in l. serui, §. fin. ff. de leg. 1.* & qui omne dicit, nihil excludit. *l. Iulianus, de leg. 3. d. a procur. C. mandat.*

2 Secundo pro hac parte facere videtur pluralis locutio per legislatorem facta, *l. vbi numerus, ff. de testib. in l. si gemina, ff. arborum furtim cæsarum*, Aretin. *in tract. maleficiorum, in verbo, pluribus*, Alex. *in l. & si post tres, ff. si quis cautionibus.*

3 Contraria opinio mihi videtur verior, & fortasse æquior, arguendo a proportione totius ad partem, ex *l. quæ de dote, ff. de rei vend.* sicut enim fructib. omnib. iam collectis debetur tota pensio; ita parte fructuum collecta debebitur pars pensionis, & facit in simili non exeundo materiam locati, & conducti, de qua agimus quod si aduocatus, vel procurator plurium causarum conuenit pro salario omnium causarum centum, puta si omnes expedierit, pone quod quasdam expedierit; quasdam non, pro rata fit distributio, non obstante conuentione, vt dixi superius in verbo aduocatus.

4 Facit etiam quia licet argumentari proportionabiliter, vt nor. *in l. sufficit, ff. de cond. indeb.* Euerar. *in loco a proportione.*

Vnde sicut se habet tota recollectio omnium fructuum ad totam integram pensionem, ita & pars recollectorum fructum ad partem pensionis, sed omnibus fructibus iam recollectis tota pensio debetur, pariter debebitur pensio pro rata fructuum recollectorum, & pro rata temporis anni conductionis elapsi, & præteriti.

QVAESTIO XXV.

Vsufruct.

QVæri secundo loco posset vltra doctores *ad d. l. defuncta*. Locauit fructuarius fundum, & fructus non sunt in horreo reconditi, sed decessit fructuarius iam matris, & est in procinctu de die in diem eos colligendi prout mulier grauida, quæ ingressa est mensem partus, ita vt de die in diem exitus expectetur, & fauet regula de proximo accingendo.

2 Contrarium videtur verius ex textu *in d. l. defuncta*, ponderando verbum illud, iam, quod respicere videtur tempus actum iam completum, Bald. *in l. fin oppo sit. 15. C. de edic. Di. Adr. toll. gl. in l. nec emptio, §. 2. ff. de contrah. empt.* Bar. *in l. 1. §. hoc autem, ff. de nou. ope. nunc.* Bal. *in 1. consil. digestorum.*

3 Secundo pro hac parte facit ponderando verbum illud, sublatis, quod significat asportationem de loco ad locum, & vide Gomez. *cons. 99. in vlt. dub.*

QVAESTIO XXVI.

Vsufructuarij.

QVæro tertio loco vltra alios ad materia *d. l. defuncta*. Pone, quod fructus nedum sint maturi, sed secati, non tamen asportati ad domum euenit casus tempore Mazzucchi, quod fructuarius, qui locauerat fundum, decessit tempore Iunij, dum granum secabatur, quid dicendum vtique textus *d. l. defuncta, in verbo, sublatis*, videtur tenere, quod sint in horreo, vel dolijs recondiri. Contrarium est verius *ex l. si vsufructuarius mensem, ff. quibus modis vsusfructus ammitatur.*

1 Vnde applicando ad materiam locati & conducti, simili modo in hoc procedunt colonus, & fructuarius: colonus enim facit fructus suos statim, quod sunt separati licet non reconditi, *l. si seruus, §. locati, ff. de fur.* & dicam suo loco, dummodo per se, vel alium suo nomine, vt ibi habetur: ita et multo magis in fructuario, & consequenter ipsius hærede. Et ita est verus intellectus *d. l. si vsufructuarius mensem*, & sic quod non corrigetur dictum Labeonis, & ita in specie declarat ibi accurs. *in gl. 1. in fi.* & ibi Bar. sequitur, & clarius idem Bar. *in l. ex diuerso, col. 1. in fin ff. de rei vendic.* & Bal. *in l. fin. de fructibus, & litium expensis.*

Vnde applicando ad casum nostrum, si fructuarius locauit fundum secandi suo tempore, colonus dicitur secare nomine locatoris, & consequenter pro fructuario, vel ipsius hærede.

2 Concludendo igitur in fundo locato per fructuarium, qui moritur, aut nullus fructus est secatus, vel leuatus licet in propinquo, tamen ad hæredem fructuarij non pertinet, sed ad proprietarium, pariter & pensio debetur hæredi fructuarij, si sunt ab eo, vel eius nomine leuati, licet non reconditi, pensio dicto hæredi debetur, sicut deberentur fructus si in par e anni sunt leuati, in parte non fit solutio pro rata. Cynus, & Bald. *in authen. incestas, Cod. de incest. nup.* Bal. *in l. 2. num. 17. Cod. de iure emphyt.* Roman. *sing. 71.* legitur Craue. *cons. 216 num. 20.* Veron. *de seru. vrb. pr. a dio. cap. 4. tit. de vsufructi.* Castrens. *in materia pensionis diuidendæ pro rata consil. 114. sub numer. 2. libro 2.* Alex. *consil. 15. sub num. 3. volum. 2.* Gigas. *de pensionibus q. 52. num. 5.* Macchel. *patrocin. 15. & 16.* Bart. *in l. si fuit in annus, ff. de quib. mod. vsus fructus amit.* Paris. *cons. 40. num. 8. vol. 1.* Boss. *prac. crimin. titu. an delinquentes sol. possess. num. 7.* Papiens. *in forma libelli ad dotem, in verba dedit, numer. 8.* Soc. *in l. diuortio, nu. 8.* vbi Alex. *num. 2. Iaf. numero 1. soluto matrimonio.* Boer. *cons. 23. numero 3.* & hæc est communis opinio. Tiraquell. *de retract. conuen. gl. 4. §. 5. num. 3.* Villalob. *in recollect. in verb. vsufructuarius, nu. 60.* Emac. *in suo thesau. litera V. n. 96.* Ari. Pinell. *in l. 1. p. 2. nu. 77. C. de bon. mat.* commendat Borg. *de vsufructu nu. 244.* late Didac. *var. resol. lib. 1. c. 15. sub nu. 3.* Cephal. *cons. 740. nu. 30. lib. 5.*

3 Videbis tamen multa testamenta condita laudo ad cautelam vsufructuariæ facultatem locandi. Euenir etiam in facto, quod Colonus indicebat arborea fructiferas, an præiudicet vsufructuariæ; & quis tenea tur probare.

4 Ex quibus omnibus infertur in materia fructuum limitatio *ad l. penult. ff. de milit. testam.* vt non procedat in fructuarius, cuius non sunt fructus de proximo recolligendi, sed debent esse in horreo reconditi, vel dolijs repositi. Addendo ad ea, quæ late ponit Iaf. *in lege diuortio, §. interdum, numer. 15. ff. soluto matrimonio.* Tiraquell. *de retract. 1. §. 1. gl. 7. nu. 43.* Alphan. *reportat. 599.*

M 2 QVAE

Digitized by Google

QVÆSTIO XXVII.

Vsufruct.

QVæro vlterius. Vidimus superius, quod saltem de quadam honestate vsufructuarius tenetur potius locare proprietario, quam alij vltra Borgni. & alios. Pone quod fructuarius locauit proprietario vsumfructum, qui postea sublocat alij, an præiudicet fructuario.

1 Distingue, aut nomine proprio ipsius proprietarij aut fructuarij; primo casu præiudicat, secundo casu non præiudicat. *Castr. in l. Pomponius, ff. quemadmodum vsusfructus amitt.* vbi dicit esse casum singularem & mente tenendum.

2 Quomodo autem succurratur, ponam suo loco, & patet *ex dict. l. Pomponis*, cuius materia quia vtilis, & frequens est in hac locati, & conducti materia, ob id ita distinguendum videtur. Fructuarius locando vsufructum retinet vsumfructum per conductorem, *l. non vtitur, ff. de vsufr.* quæ conclusio vera est siue talis conductor vtatur, vel non vtatur quoad se, vt ibi per gl. Albet. & alios.

Secunda sit conclusio. Proprietarius pariter, & conductor vsusfructus vendendo vel locando proprietatem pleno iure, videtur proprio nomine facere, priuat autem fructuarium possessione, & iure suo non vtendo, licet pensionem soluat, ita sentit tex. *in d. l. Pomponius, in princ.* secundum intellectum Alb. & Castr. ibidem magis approbatum.

Ex quibus duabus conclusionibus infertur vtiliter ad practicam ad aliqua.

3 Primum est, quando cognoscetur fuisse venditam vel locatam proprietatem pleno iure, vtique si in instrumento locetur, vel vendatur fundatur simpliciter nulla detractione, vel reseruatione facta, ita colligi mihi videtur ex textu *in dict. l. Pomponius in verb. fundum. iuncto versicul. detracto vsufructu. &c.* Vnde cautus videbis multa instrumenta cum reseruatione vsusfructus, & sic datur, secundum, quod potest dari, locatio nudæ, pure, & simplicis proprietatis absq; vsufructu.

4 Tertio est, quod solutio pensionis facta per primum conductorem non arguit possessionem præcise, quia si alius rem teneat, ista solutio pensionis nihil releuat. Vnde videbis in practica multos decipi dicentes semper est soluta pensio suo tempore. Duo igitur requiruntur, solutio pensionis, & prouidere nomine illius cui pensio soluitur.

5 Vidi in facto casum. Conduxit quis domũ, ad biennium pro certa pensione, & clauso ostio iuit in longinquas partes pro suis negotijs, facta prius solutione pensionis pro toto tempore. Vtique talis conductor possedit domino, quia (vt dictum est) conductor non vtendo simpliciter non priuat iure suo conductorem *ex dicta leg. non vtitur*, si enim talis ita conducens pro aliqua sui animi voluntate, & satisfactione, vult proijcere suum, quod in pensione impendit, quid ad te, dummodo aliud præiudicium non sequatur? Similiter vidi in facto casum. Quis abhorrens malos vicinos timens ne talis domus sibi vicina, uel contigua conducatur à Sempronio sibi patum beneuolo, uel homine rixoso, uel uitæ admodum inhonestæ, conduxit talem domum, & soluit debitam pensionẽ, tamen semper tenuit domum clausam, satis enim satisfaciebat sibi conductor in animo suo, qui talem a côductione repellit, vtique ista possidet domino, quia non utendo non præiudicat vt dictum est.

6 Tertia sit conclusio ex mente *dict. a legis Pomponius.* Proprietatius pariter, & conductor locando, uel uendẽdo simpliciter rem conductam uidetur locasse pro iure, quod habet ab usufructuario, & sic nomine ipsius, quia non præsumitur uelle facere id, quod non debet, & uelle teneri ad interesse. *l. merito, ff. pro soc.* & ideo secundus conductor possidet fructuario, seu primo locatori.

7 Quarta sit conclusio ex notatis *in dict. l. Pomponius.* Proprietarius pariter, & conductor locando, uel uendendo nomine proprio ipsius uidetur locare uti proprietarius, nec est locus interesse, & secundus conductus non possidet nomine fructuarius.

8 Quinta sit conclusio ex not. *in d. l. Pomponius.* Conductor, uel colonus usufructuarij locando, uel uendẽdo rem simpliciter priuat locatorem iure suo *l. non solum, §. qui pignori, ff. de vsufr.*

9 Sexta sit conclusio. Ex not. in *d. l. Pompon.* Conductor, uel colonus fructuarij locando, uel uendendo simpliciter ius, quod habeat etiam nomine proprio, censetur transferre ius, quod habet tantum, & sic noile priuare primum locatorem iure, & possessione sua, *l. qui vniuersas, §. 1. ff. de acquir. poss.* Ex quibus corollarie infertur ad multa utilia in hac locati, & conducti materia.

10 Primum est, quod licet contra locatorem non præscribatur quousque conductor teneat penes se, siue pensionem soluat, siue non, dummodo tamẽ retineat, ut notatur in *l. male agitur C. de præscript. 30. vel 40. annorum, & dicam in tit. de præscriptionibus*, tamen si nõ

11 retineat penes se, & in alium transferat possessionẽ, priuat locatorem, & sibi præiudicat *l. 3. §. quid si seruus, ff. de acq. poss. l. fi. C. eodem ponam suo loco, dum agam de remedijs competentibus.*

12 Ampliatur ultra alios, ut procedat etiam si conductor, qui in alium possessionem transtulit, continue locatori pensionem soluat, ita colligitur *ex d. l. Pomponius, ubi Castr.* dicit esse casum peregrinum, & singularem, & è alibi non legisse.

13 Et sic ex hoc recolliguntur duo utilia quod si unus possidet rem conductam ab alio, & alius pensionem soluit sciente, & patiente possessore tamen sibi non præiudicatur in possessione, sicut nec in dominio: nam per talem solutionem, nec dominium, nec possessio quæritur, facit *l. solemnibus C. de rei vendit. & l. censuralis C. de don.*

14 Secundum utile est, quod licet per solutionem pẽsionis acquiratur de nouo possessio, & probetur, ut *not. in l. qui vniuersas, §. quid per colonum, ff. de acquiren. possess. & in l. litibus, C. de agricolis, & censitis*, & dicam suo loco de remedijs, hoc tamen est intelligendum, quando hæc duo concurrerent simul, & coniunctim, scilicet quod pensionem soluat, & rem detineat.

15 Si autem unus soluit, & alius possidet, nec acquiritur, nec probatur possessio ex superius iam dictis, & ita debet intelligi capit. inter dilectos, de fide instrumentorum.

16 Subdeclaratur in traditione uera, non ficta. Vnde sico-

si colonus meus rem meam vendat, & a venditore conducat, videtur ficta traditio, l. quaedam mulier, ff. de rei v. educatione, si tamen mihi pensionem soluat, cogitur illi tradidisse nec me possessione priuat. casus est singularis secundum Bart. ibi in l. quamuis, §. 1. ff. de acquir. poss. dicit valde singulare Castrens. per illum text. in d. l. Pomponius.

17 Habes igitur in practica, quid articulandũ, & quid excipiendum in hoc casu, articulanda enim sunt duo, solutio pensionis, & retentio rei, excipitur quod alius quam soluens pensionem, rem retinebat.

Cetera ad hanc materiam pertinentia ponam parte quinta dum agam de remedijs, vbi locus suus, iungendo tamen praedicta cum ibi notatis, & hic tetigi quia, l. Pomponius, loquitur in materia vsusfructus locati, vt videri potest. ideo apposui in praesenti quaestione, & materia.

18 Illud nõ omittam in hac locati & conducti materia ex dicta lege Pomponius, quia videtur colligi differentia inter locationem rei corporalis, & meri vsusfructus res enim corporalis non variatur ex mutatione personarum, & semper est eadem res secus tamen est in locatione vsusfructus: nam si loco tibi vsumfructum meum, & tu alij locas, non est idem vsusfructus.

19 Vnde sequitur, quod si in rebus corporalibus secundus conductor in aliquibus possidet primo locatori, vt dictum est, secus in locatione vsusfructus, ex quo ex mutatione personarum mutatur, vt colligitur ex d. l. Pomponius.

20 Et sic patet intellectus ad legem, qui vniuersas, §. fi. ff. de acquirenda possessione, vt procedat in locatione rerum corporalium, non incorporalium, Sed quae remedia competunt fructuario contra conductorem?

21 Vtique tria sunt. Primum est remedium l. fin. C. de acquir. poss. scilicet antequam ius locatoris perdatur, tempore scilicet ad recuperandum possessionem. Secundum est actio ad interesse postquam admissum est ius locatoris ex d. l. Pomponius, ibi, teneri plane, & in subsidium datur restitutio in integrum aduersus emptorem, vt per Spec. allegantem hanc l. Pomponius, in tit. de locato, §. nunc, aliqua, numer. 43. versicul. pone colonus.

22 Et ex praedictis infertur notabilis limitatio ad not. in l. corruptionem, Cod. de vsufructu, vt actio personalis extinguatur cum vsufructu, tamen hoc fallit, nisi vsusfructus esset extinctus facto proprietarij iniusto, pura quia conduxit, postea vendidit. Ita tenet sub obscure glos. in d. l. Pomponius, in verbo admitti, in fine, vbi Fulgos. in hoc dicit cum singularem, & peregrinam.

Et poterit deseruire ad replicandum de vsufructu iam extincto.

De vsu & habitatione.

QVAESTIO I.

1 Nunc videndum est de vsu, & habitatione, & vtique vsus locari non potest, §. 1. in fine, Instit. de vsu, & habitatione, l. in eo, ff. eodem, quibus in locis

2 limitat Accurs. vt possit locare proprietario, & sic vniuersalis negat ut non comprehendit proprietarium.

3 Secundo limitatur, vt mercede conuenta inquilinum retinere possit, l. 3. ff. de vsu, & habitat. vbi vsuarius spatiosae domus partiunculam inquilino locare potest.

4 Ex quo contextu in hac locati & conducti materia colliguntur aliquae qualitates inquilini. Prima ex eo textu, vt mercedem, vel pensionem soluat, Vnde gratis habitans non dicitur inquilinus. Secūda est ex eodem textu, vt habitet solus in domo conducta, non autem cum locatore. Bene tamen potest quis locare portiunculam domus propriae, & ille dicitur inquilinus, vt ibi habetur. Vnde sufficit seorsum, habitare. Tertia est, inquilinus dicitur in Ciuitate habitator, secus si in Villa, gl. & Alex. in l. qui pignoris, ff. de acquir. possess. in l. adem, C. loca. in §. item Sermana, Instit. de actio. idem tenet Hotoman. in commentario verborum iuris, in verbo, inquilinus. per l. fi. ff. de migrando, & l. 4. §. praetor ait, in fin. ff. de dam. infec. quę iure mihi hoc concludenter probare non videtur, cum de Ciuitate verbum nullum dicatur.

5 Bene tamen haec iura probant inquilinum conducere depositarium, vel commodatarium esse posse. Similiter in d. §. prator ait, colligitur vnõ satis frequens, & vtile in practica, quod in materia de damno infecto potest denunciari conductoribus, & inquilinis & hoc quando alia commoditas domini principalis haberi non potest.

6 Contrarium tenet Alex. in d. l. qui pignoris, vt inquilinus dicatur siue in Ciuitate, siue in Villa: colonus gratia fructuum colligendorum, siue in Rure, siue in Ciuitate, & sic non differunt loco sed qualitate, ex l. si pradium, C. de pradijs minorum, & l. Vrbana, ff. de verb. signifi. Ial. in d. §. item Sermana, n. 15. & haec opinio verior videtur.

7 Declaratur tertio, vt vsurarius nõ possit locare operas serui, sed bene potest vti opera eis secundum exercitium. Vnde seruus operari poterit in fundo conducto. Similiter si conduxerit quis lanam expediendam, poterit per ancillas perficere, idẽ si vestimenta texenda redemerit, & similia, vt l. plenum, §. equitij, vers. operas autem, & l. per seruum ff. de vsu, & habitatione.

8 Ex quo etiam textu in hac locati & conducti materia colliguntur aliqua non inutilia.

Primum est, quod si aliquis ex iure, quod habeo in re, non potest rem ipsam alij locare, vel concedere, nõ per hoc prohibetur vti re ipsa ad eum met vsum, ad quem locare si potuisset, & sic id, quod quoad effectum prohibetur in alijs, & extra, non prohibetur quoad se, & intra, & sic infertur ex hac locati, & conducti materia ad regul. cum quid, vna via, libro 6. quod si vsurario ex debilitate iuris, quod habet prohibetur locare seruos, & ancillas ad proprium exercitium exercendum, non prohibetur quoad se, & in domo propria.

9 Vidi in facto casum in hac locati & conducti materia. Testator quidam in testamento reliquit multos, iumenta, siue boues aratorio, & eorundem vsum reliquerat Sempronio, quaesitum fuit, quod si testator, qui erat rusticus, & solitus ire ad vecturam cũ dictis mulis, pariter locabat boues passim ad arandum, poterit ne hoc facere vsuarius. Vtique putarẽ quod non argumento illius textus, poterit tamen emere pullos,

& oua, & nomine propria exercere, & arare in bobus proprijs.

10 Secundum, quod colligitur eo textu in hac locati & conducti materia, quod vsurarius conducere potest, & pro executione effectuandi conductionem suã potest illis vti, in quibus habet vsum. Si igitur alicui conceditur facultas locandi, vel conducendi, censetur etiam concessa facultas effectuandi conductionem factam vtendo pro instrumentis effectuantibus, personis & rebus, in quibus habet vsum, nec video quod *I.C.* in eo textu faciat vim, & fundamentum, an conduxerit tanquam merus vsurarius, vel vti alias. Vnde licet conducat tanquam Sempronius, poterit effectuare tanquam vsurarius, vtique iure vsurarij, & illud applicare.

11 Tertium, quod colligitur in hac locati & conducti materia ex eo textu est, quod ille dici potest conductor, qui aliquid faciendum accipit, vt texendum, fabricandum, & similia facienda, & sic licet posset dici locator quoad se, quia vere locat operam, & industriã personæ, & exercitij sui tamen conductor etiam appellari potest respectu rei, quam accipit, & sic diuersis respectibus, & considerationibus idem potest dici locator pariter, & conductor, & sic ex hac locati & conducti materia infertur declaratio, & intellectus *ad l. cum qui ædes. ff. de vsucapion.* quod vna, & eadem res non debet diuerso iure censeri: hoc verum secundum vnum respectum, & considerationem, secus iuxta diuersos respectus, & considerationes, prout hic.

12 Pone in facti contingentia in hac locati & conducti materia, quod statutum aliquod, vel bannimenta ponant certam pœnam locatori, & certam conductori, & sumus in casu dubio. Similiter dici potest in certo præmio constituto, puta quicunque conduxerit bona communitatis ad ea resartienda, puta minantur ruinam mœnia ciuitatum, & fiant proclamata, si quis conduxerit aliquam quantitatem ipsorum murorum ad ea reficienda vltra mercedem diurnam sit immunis pro annis tot, & qui locauerit, sit immunis pro annis duobus, quid agendum.

13 Quartum, quod colligitur ex eo contextu vtile in hac locati & conducti materia, quod conductores appellantur redemptores, idest, qui domus alienas, vel opus materia sua ædificandum conducunt Bononienses vulgo est summam appellant *gl. in l. redemptoris. ff. de rei vendicat.*

14 Et duobus modis contingere potest. Primo in concernentibus materiam ædificiorum, & tunc Redemptores sunt conductores, de quibus diximus. Contingere et potest in lana, serico, & similibus, & tunc Redemptores sunt, vt ille qui de suo texendo aliquid pro mercede acceptu rus conducit, vt per gloss. *in hoc, §.*

15 *operas, de quo agimus in verbo, redemerint.* Vnde videbis multos conducere barcas faciendas ex propria materia, & lignamine, coopertam sericam pro cubili parturientis ex suo proprio serico, & materia: & sic de singulis.

16 Redemptor litis ad propositũ huius materię locati & conducti, qui certa mercede conuenta, litis periculum in se recipit, euique periculum præstet, *l. si remunerandi, §. Maurus, l. litis, C. de procur. l. 9. §. 1. ff. de offic. proconf.* dixi superius de pacto quotæ litis ad titulum de fructibus, & litium expensis. Coras. *libr. 1. Miscell. c. 4. sub nu. 2.*

17 Vnde Aduocati, & procuratores paciscentes de quota litis appellantur redemptores litium, & concionatores. Redemptor pontis, qui pontem, sartum tectum, pecunia, quæ pro mercium exportatione soluatur, tuendum conduxit. *L. cum in plures, §. vehiculum, ff. loc.* vbi gl. *in verbo redemptor*, dicit Redemptor dicitur qui dederat centum, vt pedagium pertineat ad eum puta. *Eccoti vn tanto, et paga la gabella tu*, vt quotidie occurrit.

18 Redemptora idest conductio publicorum, *l. 5. ff. de Institut. act.* vbi Accurs. *in verbo, redempturis*, & sic redemptio duo præsupponit ad sui substantiam de materia propria, & proprio periculo cum certa mercede conuenta.

19 Ex quibus etiam patet id, quod alias diximus, quod adeo similes sunt locatio, & venditio, conductio, & emptio, *vt in l. 2. ff. locat. & supra de similitud. locat.* vt redemptores, idest conductores appellentur, vt modo vidimus.

De locatione vsus.

QVAESTIO *II.*

SEd nunquid vsurarius tenebitur stare colono: *ad l. emptorem, C. locat. vtique sic, l. habitatio, verf. Labeo ait, ff. de vsu. & habitat.* ibi, colonum non prohibiturum, Port. *Instit. de vsu, & habita. in principio.* Et est sic, sicut non prohibetur colonus, nec eius familia prohiberi potest.

De vsu locati.

QVAESTIO *III.*

QVid in habitatione? euenit in facto casus in hac locati, & conducti materia Dominus donauit famulę suæ domum reseruata habitatione dictæ domus in vita sua. Iste, qui donauit, non vult habitare per se, sed alij locare dicit donataria, tu non potes alij locare, quid dicendum.

1 Et primo dicendum videbatur alij locare non posse, quia qui habet vsum rei, alij locare non potest, vt superius vidimus.

2 Secundo, quia per talem reseruationem factam in personã domini, videtur electa industria personæ, ergo alij locare non poterit, vt videbimus in titulo de industria personæ, & exceptus solus vsus. Alberic. *in suo alphabeto, in verbo habitatio per textum*, quem ita intelligit. *in l. si ei quibinas ædes, ff. de vsufruct.*

3 Contrarium est verius *ex l. cum antiquitas, C. de vsufruct.* cuius dispositio ampliatur, vt procedat indifferenter, siue habitatio relinquatur in vltima voluntate, siue inter viuos siue pro viam reseruationis, siue alio quouis modo. Ita declarauit Concil. Neap. vt per Afflict. *decis. 401. num. septimo*, Bertuzz. *consilio ciuil. 59. nu. 37.*

4 Ex qua decisione in hac locati, & conducti materia colliguntur aliqua vtilia.

Primum est *in d. l. cum antiquitas*, ibi, quid enim distat, possidens per conductorem, vel inquilinum dicitur possidere per se, & habitare dicitur, qui per colonam habitat, & facit *l. habitatores, ff. locat.*

5 Secundum est, quod reseruatio est stricti iuris, vt

not. *in cap. praesentl, de offic. legat. lib. 6.* tamen si quis reseruet sibi habitationem, nedum per se habitare poterit, sed alij locare, & sic per actum etiam fictum ad limitationem,*l.ficarius,§.Cornelio,ff.de iure fisci,& l.ex ea,§.insulam,ff. de verb.oblig.*

6 Tertium est, quia aliud est reseruare, vel legare vsum,aliud reseruare,vel legare habitationem: nam in vsu dispositum est,vt alij legare non possit,nisi portionem domus modo, quo superius vidimus; sed in habitatione locare potuit, praeterea habitatio includit vsum saltem quoad commoditatem,non econtra, vt not.*in d.l.si quis binas aedes in glos. fin.*

Vnde admodum cauti deberent esse notarij in cōcipiendis verbis testatoris, an dicant reseruato vsu domus prout multi faciunt, vel dicant reseruata habitatione domus.

7 Et sic patet responsio ad contraria, aliud enim est vsus, & aliud habitatio, nec infertur de vsu ad habitationem,quia vsus est minus altero.

Ad secundum non est verum, quod sit electa industria personae, vt suo loco videbimus.

* Circa praesentem materiam,bene distinguit Alex. *consil.223.col.2.versic.& si quaeratur,vol.2.* aut legata est habitatio, & tunc sine dubio locari potest, *d.l.cum antiquitas,& §.sed & si cui,Instit.de vsu,& habit.* quid quid contradixerit in hoc idem Alexa. *in l.si & toto §.vltimo,num.3.de legat.1.* quem ibi etiam Ias. reprehendit *nu.17.& 18.* Aut est legatus vsus, & tunc non pot alteri locari seorsum habitanti,secus cohabitanti *l.duo coniuncti,l.caeterum,& l.sed neq,ff.locat.* est etiam differentia an legata sit domus ad habitandum, vel relicta habitatio idest commoditas habitandi, primo casu venit plena proprietas, & sic locari potest. Secundo casu venit simplex ius, & seruitus, quae locari non poterit.Mantic. *de coniectur. vlt. volunt. lib. 9.coniec.4.num.8.*& de hoc loquitur textus *in l.Aquilius,ff.de donat. & l.damnas esto, de vsufr.legat.*

Facultas habitandi, non habitatio, tunc censetur relicta,si ita dicatur,re in quo quod filia mea possit in domo mea cum filijs meis stare, & morari, & quod non possit ab haeredibus meis molestari, prout exemplificat Dec.*consil.355.* cuius consilium confert etiā in hac locati, & conducti materia ad cognoscendum quando sit relicta habitatio, & sic seruitus, vel sola commoditas habitandi,*consil.281.vol.2.*

De iure emphyteutico.

QVero principaliter, an emphyteuta locare possit rem emphyteuticam. Et primo videbatur dicēdum quod sic, quia per locationem non transfertur dominium,neque possessio,*l.non solet,ff.loc.*

1 Pro contraria parte facit, quia emphytentica non potest constituere vsumfructū in re emphyteutica, Rom.hoc valde commendans *singul.126.*tu scis, Crementi. *singular.86.* late Tiraq. *de retract. consang.§.1. glos.7.num. 41.*

* Addo Bero. *quaest. famil.95.* Cottam *in memor. in verbo, emphyteuta non potest.*

2 Secundo pro hac parte facit, quia emphyteuta non * potest alij in emphyteusim dare,& haec est communis consuetudo;Ias. *in l.fi.num.110.C.de iur.emphyt.*

3 Tertio pro hac parte facit, quia emphyteuta non potest constituere seruitutem in praeiudiciū domini, * & haec est communis opinio, Veronen. *de seru.lib.1.c. 14.col.1.* Iul.Cl. *in §.emph.quaest.21.*

4 Prima sit pro resolutione conclusio. Emphyteuta potest locare ad modicum tempus, ex quo per eam non transfertur dominium,neque possessio,*d.l.non solet*,& in hoc nullus discrepat, vt patet ex Doctoribus inferius allegandis.

5 Secunda sit conclusio principalis.Emphyteuta non potest locare ad longum tempus domino irrequisito alias cadit a iure suo,quia haec est species alienationis vt superius vidimus de effectibus locationis ad longū tempus,*l.fin.C.de iure emphyt.* Et hanc opinionem tenuit Bal.*consil.347.lib.3.& 415.lib.1.* Tiraq. *de retract. Lign.§.1.gl.14.sub num.82.*

Addo Alex. *consil.fin.in fine, lib.3.* Ias. *in l.fin.quaest. 4.num.112.C. de iure emphyteut.* Dec. *consil.204.circa med.* Alphan.*report.527.in fin.* Firmian. *in verbo, emphyteuta locat.* March. *dec. delfin.553.part.1.* Bursat. *cons.254. num.39.lib.3.*

6 Declaratur primo, vt non procedat stante consuetudine,quo casu emphyteuta locare poterit ad longū tempus,nec incurrit poenam priuationis Iul. Cl. *in §. emphyt.quaest.19.*

7 Declaratur secundo,vt non procedat quoad poenā, quia per eam non incurritur poena priuationis: additio ad Alexand.*consil.vlt.lib.3.*Caball.*milleloq.213. par.1.* vbi loquitur in locatione ad vitam,vel longius tempus, sublimitans nisi de fraude, vel simulatione constaret Couatr.*variar.resolut.lib.2.cap.16.sub nu.2.* sic secundum hanc declarationem non requiritur cōsuetudo ad excusandum.

8 Declaratur tertio in locatione ad longum tempus, idest in perpetuum,vel in secundam,tertiam,vel alias quartam generationem, *Imol.in c.potuit,col.9. vers. item potest, sub num. 22. de locat.* Rodoan. hoc valde commendans,*de reb. eccles. fol.520. num.35.* tractans materiam alienationis.

9 Declaratur quarto maxime in emphyteuta ecclesiae,vel reipubl.sentit Bar.*in l.1.§.quod autem,il secondo ne superficiebus, in l.in conuentionalibus, ff. de verbor. obligat.*

10 Declaratur quinto,vt procedat dispositio *l.in fin.in* locatione ad longum tempus, quando pensio constaret in pecunia, alias non. Et esset ad centum annos, Bal.*si domus,§.fin.ff.de legat.1.*pulchre Ruin. videndus *cons.148.num.11.vol.1.*

11 Declaratur sexto, vt possit locare sine aliquo incursu ad quinquennium,Ioan.de Porta *in l.si filiofam. §.si vir,ff.soluto matrim.*Firm.*in verbo, emphyteuta locat.vers.fin.*

12 Declaratur septimo,vt possit stare licentia domini directi,Ias.dicens communem *in l.1.num.3.C. de iure emphyt.* vel dicat saluo iure Domini directi, sicut, & quantum iure possum, nec aliter,nec alio modo, ista enim verba sunt necessaria maxime traditione secuta alias simplex illa reseruatio nihil operatur,Bal.*in cap. 1.§.donare, col. fin. tit. qualiter feudum,* & in addit.ad Spec. *in tit. de locato, vers. vnquam, & in titu. de pac. constantiae,§.libellariae,col.25.& in l.fin. C. de iure emphyteut. in cap.1. §. fin.* quae fuit prima causa beneficij amittendi, Veron. *cautel. 45.*& haec est communis opinio,Rip.*lib.3.responsorum, cap.1. num. 3. & in cap. cum M. ferrariensis,num.80. de constitut.* Iul. Cla. *in §.emphyteusis, quaest.13. vers. item quaero*, qui loquitur post alios

adductos etiam quando est facta actualis traditio, limitans quando concessio esset facta in potentiorem vel hominem difficilis recuperationis,

Addo Veron. *cautel*. 46. Aluarot. dicens ita consuluisse *in c. 1. col. pen. de prohibit. feud. alienat.* per Federicum, Paris. de communi pariter attestans, *cons. 5. in fin. vol. 4.* Ias. *in l. non solum, §. morte reum. 27. ff. de non. oper. nunc.* Soc. *reg. 434. limitatione 2.* Affl. *in cap. Imperialem, quæst. 38. de prohibit. feud.* Rom. & ibi in addit. *singular.* 518. tu habes Beron. attestans ita consuluisse, *in cap. potuit, sub num. 24. de locato.* Ioann. Durant. *de cautelis vltimarum voluntatum tit. de legatis, cautel. 46. in fine,* Tiraquel. *de iure constitut. par. 3. limitat. 26. num. 6.* Cott. reputans hoc admodum notabile *in verbo, emphyteuta alienans*, & in practica seruatur, Alc. *respons. 753. num. 2.* Rodoa. *de rebus eccl. rubric. de caducit. ob rei alienationem, vers. emphyteuta, num. 41. cum sequen. fol. 522.* Guid. Pap. *decis. 563.* Burlat. attestans ita Mantuæ obtinuisse, *consilio 26.* Iacob. Menoch. *consil. 39. libro 1.* Pedemontan. *nouissima 169.* Roland. *cons. 55. num. 30. vol. 2.* Cæpol. *consil. 223. numer. 38.* Achil. Personal. *de adipiscen, numero 388. quare vide,*

13 Quare reducendo ad practicam tria tempora considerantur. Primum est in simplici locatione ad longum tempus modo, quo supra dixi cum reseruatione vel clausula de qua supra dixi, & tunc absque dubio non cadit ex dispositione *l. fin. Cod. de iure emphyteut.* Guid. Pap. *quæst.* 101,

14 Secundum tempus est in locatione ad longum tẽpus nõ simpliciter, sed cum aliqua clausula, vel si Domino placuerit, vel reseruato eius consensu, vel volũtate, vel iure, vel honere, vel beneplacito, vel si de iure possum, vel addatur etiam alia clausula geminata nõ aliter, nec alio modo, vel nõ addatur, de hoc enim nõ curo, & nõ est facta aliqua traditio, sed vtẽdo verbis Baldi in dicto capitulo commune, sumus in meris finibus verbi tantum, & tunc non incurrit caducitatẽ, nec facit aliquam differentiam in verbis clausularũ, vel prægnantia ipsorum, sed in cognitione, & actuali traditione,

15 Tertium tempus est concursus hic trium. s. alienatio, & reseruatio cum clausulis superius annotatis, & actualis, & realis assignatio, & tunc incurrit caducitatem, quia traditio, et sic factum præponderat verbis & ita colligitur ex superius allegatis scribentibus, licet Emanuel Soarez. *in suo Thesauro litera E, num. 78. & 80.* & Ioseph. de Ludouic. *Decis. Perus. 101. nu. 14. part. 2.* sicco pede pertranseant cum simplici clausula reseruationis, non ponderando factum traditionis. Bene verum est ex Tiraquell. *superius allegato*, quod constitutum in hoc casu non habet effectum actualis consignationis ad caducitatem inducendam, & placeat notare hæc tria tempora, quia deseruient (Deo dante) nedum in locatione ad longum tempus, in qua est parua difficultas, sed bonum erit ad cautelam quia agitur cum cauillosis, sed in alienatione, & quod alienatio sine actuali traditione nihil operatur, Alex. *consilio 30. colum. 7. volumine 1. repet. consilio 2. volumine 5.* Corsett. hoc valde commendans, *in verbo alienatio, 1.* & hæc est magis communis opinio, Tiraquell. *de retract. §. 1. glos. 2. numero 43.* ponens hæc verba, quod tota cohors scribentium hoc tenet. Iason. *in l. finali, numero 132. C. de iure emphyteut.* Alexand. *in l. si a me, n. 4. ff. ad l. Falcid.* Hippol. *singular.* 412. Iul. Clar *quæst. 13. de iure emphyteut.* Addo. Bal. *cons. 276. lib. 5.* Alexan. *cons. 30. colum. 6. libr. 1.* Aret. *cons. 14. col. 2.* Guid. Pap. *q. 162.* Negusant. *de pign. par. 2. membr. 3.* Soc. iun. *cons. 76. nu. 14. lib. 3.* Curt. sen. *cons. 8. nu. 10.* late Caball. ad But. *cons. 22. litera B,* Beron. *cons. 120. n. 4. lib. 1.* Curt. sen. *consil. 8.* Gramm. *decis. 49.* Paris. *cons. 86. nu. 14. lib. 4.* Cephal. *cons. 223. nu. 38. lib. 2.* Alc. *cons. 167. libr. 5.* Freccia *de sub feud. libr. 2. num. 24.* Vulpet. *cons. 131,*

ADDITIO.

☞ *Corbol. dicens veriorem, et magis cõmunem de Iur. Emphyteut. de causa ob alienationẽ in requisito domino Amplsation. 31. fol. mihi 206. Reiecta opinione Menoc. cons. 38. n. 24. vol. 1. & Rub. ad §. morte n. 316.*

16 Si tamen placeat conficere instrumentum cũ modo, & forma solemni veteris hoc modo, loco, concedo, vendo, alieno fructus tales fundi emphyteutici, vel ipsam commoditatem, vel facultatem, vel perceptionẽ fructuum reseruato consensu voluntate, & beneplacito domini directi, saluoque semper iure, & honere ipsius, & si, & quantum de iure possum, nec aliter, nec alio modo alias habeatur pro nõ facto, immo ipso iure nullo, vt colligitur ex Cepoll. *d. cautel. 46. alias 22.* & commendatur a Cott. *in dicto verbo, emphyteuta alienans*. Et licet (vt dixi) locatio ad longum tempus sit minoris dubitationis, quam vera alienatio, vel vẽditio, tamen bonorum erit vti ad cautelam etiam in ea maxime ad longum tempus, vel in tertiam generationem, & nunquam venias ad actualem consignationẽ nisi prius domino directo bene, & diligenter intellecto, & sic eris cautus tam in locatione ad longũ tempus, quam in quacunque alienatione.

17 Et si fecisti constitutum, non timeas, si realiter nõ consignasti ex Tiraquell. superius allegato. Et debet fieri interpellatio infra annum, & diem, quo termino elapso inducta censetur caducitas, Cagnol. *ad l. 2. q. 16. num. 107. C. de pact. inter empt. & vend.* Vulpell. *respons. 43. nu. 2.*

18 Et sic habes vnum ex superius adductis, quod in materia emphyteutica duo considerantur, s. res, & facultas percipiendi fructus, quæ facilius alienatur, Et locatio ad modicum tempus magis laudatur.

Addo bene loquentem in hac materia Guid. Pap. *q. 46. & iterum, q. 101.* a quo moneris in practica, ve facta tibi locatione ad longum tempus in venditione, vel alias re emphyteutica alienata, cures inuestiri, & actualem possessionem, seu detestationem tradi a Domino directo, quia isto casu præseruatur, ius emphyteutæ domini directi, & conductoris, siue emptoris, & donec accedat legitimus consensu domini directi cõtinuet emphyteuta in solutione canonis, ne per nõ solutionẽ, & sic ex alio capite res incidat in cõmissũ.

19 Vidi in factum casum in hac locati, & conducti materia, & in locatione ad longum tempus de bonis emphyteuticis, quod quidam emphyteuta locauit ad lõgum tempus fundum emphyteuticum pro certa annua pensione, puta quinque pro quolibet anno hoc modo vt vnum de quinque solueret pro ipso emphyteuta locatore domino directo pro suo canone, et alia quatuor residua ipsi emphyteutæ pro pensione loca-

tionis,

Digitized by Google

tionis,& iam per emphyteutam locatorem fuit facta actualis consignatio rei emphyteuticæ pariter & locatæ, dominus directus recepit ab isto conductore dictum canonem, per multos annos, postea ex quadam indignatione suborta, volebat agere ad caduciratem propter locationem,& consignationem per emphyteutam factã domino directo inscio, vel legitime non requisito, fuit dictum amplius non posse, ex quo tacite approbasse,& quodammodo inuestisse videtur per annuales receptiones canonum suo tempore ab ipso conductore emphyteutico.

Addo etiam bene loquentem Franc. Marc. *decis. Delphinal.*570. *par.*1. qui loquitur in constituto , vt isto casu nihil operetur, *Io.*de Arn. *dialog.*7. & latius *commentar.* tto. dicens quotidie in facto euenire , Duen.*reg.*40.*nu.*3. Gram .*decis.*77. *num.*2.Sum.Ang. *in verbo,emphyteusis,nu.*9.

20 Declaratur autem id , quod de constituto dictum est, vt procedat,& habeat locum, quãdo cum clausula constituti, vel precarij esset in simul adiecta præcedens clausula .f. saluo consensu domini, nec aliter, nec alio modo, aliàs per simplex constitutum non incideret in commissum , sicut per actualem realẽ traditionem, vel essemus in casu difficilis recuperationis. Præpositus,*in cap. Imperialem, §. callidis,col.*1. *de prohibit. feud. alienat.* per Feder. Castrens. *in l.*1. *§. si rem ,ff. deposit.* Alex. *in l. si a me,col.*2. *vers.*2. *limitari potest, ff. ad leg. Falcid.* Iac. de S. Georgio *in sua inuestitura feudali, vers. & cum pacto,* attestans in facti contingentia secutam fuisse hanc sententiã,& ob id in practica menti tenendam, *Ias, in l. fin. col.* 44. *q.* 19. *C. de iur. emphyt.* dicens perpetuo notandum , quia communiter in instrumentis apponitur constitutum. Marsil. hoc valde commendans, *sing.*412. Cur. *de feu. p.*4. *q.*20. attestans ita tenere Laud. *in d. cap. Imperialem,* Affl. *in c.*1. *§. si facta , nu.* 18. si de feudo controuersia fuerit inter dominum,& agnatum, Ful. *cons.*12. *col.*1. Brun. *cons.*42. *col.*2. Cuman. *cons.*41. *col.*1. Cur. *cons.*7. *col.*5. *vol.*2. Rui. *cons.*169. *nu.*12. *vol.*3. Boer. *decis.*112. *nu.*3. Guid. Pap. *cons.*147. *vers. & si dicatur, &* 192. *nu.*4. late Rol. *cons.*51. *a num.*18. *vsque in finem,* vbi late hanc opinionem defendit ex qua opinione infertur ampliatio *ad l. quod meo, & eius materiam, ff. de acq. poss. & l. quamuis, §. si conductor, & l. interdum, ff. eod. tit.* vt procedat etiam ad pœnam priuationis incurrendam, quæ opinio satis dura videtur ad priuationem iuris inducendam ex simplici actu constituti , ideo placeat cogitare : rationes namque à Rolando adductæ omnes ad vnum finem tendere videntur, qui est de iure quærẽdo, vel quæsito manutenendo , prout in venditione duobus facta donatione inter virum, & vxorem,& similib. non autem sumus in aliquo casu ad inducendã pęnam, & priuationem alicuius iuris quæsiti,& radicati, vt ex simplici constituto inducatur,& induci debeat talis priuatio,& opinio contra Rol. est æquior, & verior Alc. *in l.*1. *nu.*27. *& in §. si vir vxori, nu.*6. *in fine, ff. de acquir. possess.* Anton. Gomes. *ad l. tauri, nu.*95. Eman. *in suo Thesaur. litera E. nu.*77.

Addo Ial. *cons.*7. *col.*10. *lib.*3. Alex. *cons.*91. *col.*2. *lib.*3. Cabail. *milleloq.*93. *par.*1. dicens cõtrariam opinione falsam,& erroneam, & late in addit. ad Burr. *cons.*34. Bonac. *de æquitat. canonica, conclus.*34. Paris. *in consuetud. §.*13. *glos.*5. *num.*4.

De locatione emphyteuta.

QVÆSTIO I.

POsuimus aliquas quæstiones ad locationem ad longum tempus factã per emphyteutam, veniã ad aliquas vtiles conclusiones, quæ etiam deseruient nedum in locatione ad longum tempus per emphyteutam facta, sed in venditione,& qualibet alienationis specie, & nedum in emphyteuta , sed feudatario. Quæro igitur primo loco, est conceptum instrumentum emphyteusis cũ clausula pro se,& quibus dederit, vel voluerit, an virtute talis clausulæ poterit locare ad longum tempus, vel vendere, vel alias alienare domino directo irrequisito absque incursu priuationis,& caducitatis, nec sit locus dispositioni *l. fin. C. de iure emphyteut.*

1 Primo videbatur dicendum , quod adhuc sit locus dispositioni , *l. fin. C. de iure emphyt. ex regul. l. si quando, C de inoff. testam.* vbi facultas testandi alicui concessa, intelligitur legitimo,& cõsueto modo, qui textus stringi posse videtur ex duobus; primo põderãdo verbum, libera, in textu appositũ, quod importat absolutam voluntatem,& regulis iuris non subiectam , vt per Bart. *in l. alio, nu.*9. *ff. de aliment. & cibar. legat. in repet. l.* 1. *nu.*50. *C. de sacros. eccl.* late Iac. Menoch. *de arbitr. iudic. lib.*1. *q.*7. *nu.*32. Vnde dicebat ibi Paulus Castrens. hoc cogitãdum relinquens, si iuris regulis iste priuilegio libero non obstãte seruare tenetur, frustra est appositum *verbum , libera , in textu d. leg. si quando*. Secundo ponderatur ille text. ex eo, quod ibi not. *Ial.* post alios, quod per concessionem, vel priuilegium censentur remissæ illæ solemnitates, quæ tertio non pręiudicent, secus si tertio pręiudicent, ex regula *l.*2. *§. merito, ff. ne quid in loco publico,* & ita tenet Speculat. *in tit. de locat. §.*1. *versic.*94.

2 Contrarium tenent passim scribentes, vt per Salic. *in l. pu. col.*1. *C. de iure emphyt.* Bald.& Angel. *in l. cum merces , §.*1. *ff. de seruit. rusticorum prædiorum* , per illum textum, quem ibi Bald. reputat ad hoc menti tenendum, Alber. *in d. l. fin. col. penult. per text. in cap.*1. *de feud. non habente propriam naturam,* Bald. *in l.*1. *quæst.* 45. *ff. de rer. diuis.* Alex. *cons.*317. *lib.*2. licet alias cum Speculatore tenuerit *cons.*160. *lib.*4. Roma. *sing.*475. *emphyteuta.* Socin. *reg.*115. *limit.*2. Cæpoll. *in cap. quæ in ecclesiarum, col.*3. *in fine, num.*18. *de constit.* & hæc est magis communis opinio, vt per Bero. post *Imol. in cap potuit, col.*3. *de locato,* Dec. *consil.*164. *post num.*3. *versic. secundo respondetur,* Iul. Clar. *in §. emphyteusis, quæst.*13. *vers. vlterius quæro, & in §. feudum, quæst.*31. *vers. vlterius, &c.*

Addo Ias. *in leg. fin. post num.*7. *C. de iure emphyteut.* attestans dictum Speculatoris communiter reprobari, Bertacch. *de Gabell. par.*4. *quæst.*14. *vers. & aduerte,* Soc. *cons.*252. *col. peu.* Tornell. *in rubr. de verborum oblig. num.*156. Roduan. *de rebus eccles. rubr. de caducit. versic. emphyteuta , num.*16. *fol.*517. Emanuel *in suo Thesauro litera E, num.*81. *&* 82. vbi omnes reddunt rationem, ne pactum reddatur inutile,& aliquid operetur.

3 Ampliatur hęc decisio siue sit conceptum pactum per verbum, voluerit, siue per verbum, dederit; in hoc enim nihil differunt, ita Bald. Ang.& alij, *in d. l. cum*

esses,

Digitized by Google

esses, commendat Iaſ. *in d. l. fin. num.* 6. Siue igitur dicat pro ſe, & quibus voluerit, ſiue pro quibus dederit, paria ſunt. Communiter tamen in inſtrumentis apponitur, pro quibus voluerit, vt paſſim videmus, & practicamus.

4 Ex quibus corollarie infertur ad vnum, quod licet verba, libuerit, vel libere voluerit, importent liberã, & abſolutam voluntatem, iuris regulis non ſuppoſi-

5 tam, prout ſuperius ex Menoch. poſt alios vidimus, tamen vltra late adducta, & declarata, per ipſum Menoch. declaratur vno notabili modo, ex nota. *in d. l. ſi quando*. Aut enim fit legatio de principali diſpoſitione ad perſonam in ea inhabilem, primo caſu non important liberum arbitrium in diſponendo, ſed operatur habilitationem perſonæ ad diſpoſitionem ipſam: ſi verò ſit relatio ad perſonam habilem, importat libertatem meram, ſi enim, *in d. l. ſi quando*, verba illa, liberam facultatem, importãt facultatem regulatam à iure, hoc ideo eſt ſecundum ſcribentes ibi, quia facultas teſtandi concedebatur alias inhabili. Vnde latis erat perſonam habilitaſſe, ſecus eſſet ſi perſonæ alias habili talis facultas conceſſa eſſet.

Et circa intellectum *d. l. ſi quando*, ſi conſideremus conſuetudinem loquendi, facilis fortaſſe erit intelligentia ipſius, in verbis illis, liberam facultatem, &c. vulgari enim ſermone, & materna lingua dicere ſolemus alicui prohibito, *fallo pure liberamente*, id eſt ſecurè, quia iam es habilitatus ab impedimento prohibitionis, & ſic patet reſponſio *ad d. l. ſi quando*, vltra Alphan. *reportat.* 91.

6 Et applicando in facti contingentia ad materiam locati, & conducti. Conducit quis fundum, vel domũ, vel quid ſimile, ſi fiat pactum, & conſenſus, vt locare poſſit cui voluerit, requiriturne vt ſit æque idoneus ad eundem vſum, prout alias de iure requiruntur, vt ſuo loco (Deo dante) dicemus.

7 Videbatur dicendum quod ſic, vt pactum aliquid operetur, prout ſuperius vidimus. Vnde quod conductor de iure ſine alio pacto ſublocare poſſit, hoc eſt clariſſimum *ex d. l. nemo prohibetur*, ergo pactum debet aliquid operari.

8 Contrarium tamen in hoc putarem verius, ex quo tractatur de nimio præiudicio ipſius locatoris deſtinãdo rem ad vſum ſordidiorem, vel nimium præiudicialem, & ſublocando etiã perſonæ rixoſæ, vel ſimili.

9 Vnde dicebat Iaſ. *in d. l. ſi quando*. Aut ſumus in ſolẽnitate tertio nõ præiudiciali, & illa cenſetur remiſſa, aut alij præiudiciali, & illa non cenſetur remiſſa.

10 Dices: quando alias conceſſio nihil operaretur, cõceſſio intelligitur cum præiudicio tertij, Fel. late, *in c. ſuper eo, de offic. delegat.*

11 Reſpondere poſſet id non eſſe abſolute verum, ſed ſolum procedere in manualibus, & arbitrarijs ipſius Principis, alias non, vt late per Alc. *reg.* 2. *præſumpt.* 11. *limitat.* 2. *num.* 7.

12 Præterea ſumus in pacto, quod potius erat interpretandum, quoad quædam inutilia, non quoad indebitè quis damnum patiatur, & elegiſſe viam, per quã iudicia ſua infringantur, *l.* 3. *ff. de militar. teſtam. gloſ. notab. in l. fin. § in computatione, in gloſ. magna, C. de iure deliber.* quam ibi Bald. ad hoc ſummopere commendat, & extollit Caſtrenſ. Imol & Alexan. *in l.* 4. *§. prætor ait, ff. de damn. infect.* late Iaſ. *in leg. properandum, §. ſin autem alterutra, num.* 6. *C. de iudic. per cap. dilectus, & cap. audientiam*, vbi Butr. & Imol. *de cleric. non reſidentibus*. Magnum quippe, & perpetuum afferri poſſet præiudicium primo locatori; ſi enim conductor locaſſet domum, puta ad vſum ſordidum, perſonæque parum laudatæ pro parua penſione, & ſic de ſingulis ſemper allegaretur.

De locatione emphyteutæ.

QVAESTIO II.

Quæro ſecundo loco circa hanc materiam locationis ipſius emphyteutæ. Pone quod emphyteuta non locauerit ad longum tempus ſimpliciter, ſed promiſit tantum locare ad longum tempus, an dicatur incurriſſe diſpoſitionem *l. fin. C. de iure emphyteutico*.

1 Et pro dubitandi rationibus faciunt ea, quæ ſuperius diximus de promiſſione locandi, an ſit locatio? Veritas tamen huius quæſtionis eſt, quod ex promiſſione locandi non incurritur caducitas, *l. final. C. de iure emphyteut.* & vltra ſuperius adducta in titulo de promiſſione locandi, & in terminis huius quæſtionis ita tenuit Bald. *in cap.* 1. *§. at ſi tabellario, col.* 2. *quibus modis feudum amittatur.* Præpoſit. *in cap.* 1. *in princip. col.* 2. *de prohibit. feud. alienat.* per Federic. Caſtrenſ. *in l bonæ fidei, §. ſi tamen, ff. de eo, quod certo loco*. Rolan. *conſ.* 69. *num.* 14. *vol.* 3.

2 Addo Capic. *deciſ.* 155. *num.* 8. Amplians etiam ſi ille, cui eſt facta promiſſio, ſoluiſſet integrum pretium, vel penſionem.

3 Vidi in facto caſum in hac locati, & conducti materia. locauit quis domum Sempronio cum pacto diſlocandi ſi ſublocaret domum, vel portionem ipſius Caio, qui conductor promiſit ſimpliciter Caio ſublocare. Vtique ex prædictis fuit reſponſum, & ſententiatum expelli non poſſe.

4 Quod fortius procedit etiam ſi iſte ſubconductor penſionem etiam ſoluiſſet, ex allegata deciſione Capic. quod & ad venditionem applicari poteſt, & ad quamlibet alienationem.

5 Similiter vidi in facto alium caſum in hac locati, & conducti materia. Quidam locauerat Franciſco eius domum cum pacto, ne vnquam permitteret ingredi, vel conuerſari talem, & ipſius familiam, quã locator ſummo odio proſequebatur. Vtiq; fuit interpellatus conductor, & promiſit certe ex tali promiſſione non datur incurſus, maxime quia eſt pactum capricioſum, & contra libertatem, & bonam fidem locationis.

QVÆSTIO III.

Quæro tertio loco. Emphyteuta non conſtituit, ſed locauit ad longum tempus rem emphyteuticam, & fuit confectum inſtrumentum locationis in conſpectu rei, puta in domo emphyteutica, quæ locatur, an ſit locus diſpoſitioni, *leg. fin. C. de iure emphyteutico*.

1 Et vtiq; ſic, quia conſpectus rei operatur actualem conſignationem ipſius. Bart. *in l. prædia, in* 2. *oppoſit.* & ibi Alex. *col. pen. ff. de acquir. poſſeſſ.* rurſus Bart. *in l.* 2. *C. de acquir. poſſeſſ.* Angel. *in §. actionum, colum.* 5. *Inſtit. de actio.* Corn. *conſil.* 142. *col.* 2. *verſ. non obſtant adducta, vol.* 3. *& conſ.* 201. *eod. volum.* Aret. *conſil.* 41. *col.* 2.

Digitized by Google

col.2. vers. praemitto. Fulgos. consil.2. versic. & dato quod constitutum, Ioan. Andr. in c. transmissam, de elect. Butr. in cap.2. col.2. de electo. Roma. cons. 337. Afflict. in cap. 1. num.5. in titulo, quid sit inuestitur. Roland. cons. 51. nu. 31. vol.2.

QVÆSTIO IV.

QVæro quarto loco. Emphyteuta locauit ad lõgum tempus partem rei emphyteuticæ, an casu, quo sit locus caducitati; cadat in totum, vel pro parte tantum.

1 Primo dicendum videbatur de parte tantum ea ratione, quia vbi delinquitur circa rem, eatenus res pěrditur, quatenus in ea peccatur, l. penult. & l. beneficiũ, et vtrobique Bart. ff. ad l. Falcid. in casu nostro emphyteuta peccauit circa rem, & in parte ipsius merito, &c.

2 Secundo facit dictũ in materia emphyteutica, quod si emphyteuta plurium dominorum alienet rem de voluntate vnius, vel duorum, quæ erat communis pro indiuiso, cadit pro illa parte tantum, cuius consensus non fuit requisitus, quia in ea tantum peccauit. Iason. in l. fin. q.13. C. de iure emphyteut. dixi superius de effectibus locationis ad longum tempus q.6.

Et hanc opinionem tenuit gloss. in cap.1. de vasall. qui contra constitution. Lotar. & ibi Martin. Laudens. et alij, Guglielm. de Cune. & alij, in l. cum Stilanianum, C. de his, quibus vt indign. Rapha. Comens. in l. quidam in iure, ff. donationem, ff. de donat. Curt. sen. consilio 71. col. final Iason. in l. fin. q.13. de iure emphyt. Tiraq. de retract. lignagier. §.23. gl.2. nu.28. licet numero 29. per remissionem aliter sentire videatur, & hæc opinio tam in locatione ad longum tempus, quam in qualibet specie alienationis est æquior, & magis communis, vt per Grãmat. decis.49. Iul. Clar. in §. emphyteusis, q.3. in fine. Roman. in sua loco, num.9.

Addo Alex. cons. 199. in fine li.5. Aret. cons. 14. col.2. Curt. sen. cons. 70. in fine, Curt. iun. de feud. par.4. princ. q.8. nu. 153. Brun. inter cons. feud. feudal. consi. 81. col.7. in fine. Zas. in epitom. de feud. par.10. circa princip. Caballin. milleloq. 95.

3 Contrariam sententiam, quod in totum cadat tenuit Bald. in d. §. caluis, col.1. vers. & quid in emphyteus. Cuman. cons. 41. in fin. Ias. in d. l. fin. q.14. Crot. in §. Cato nu.6. & hanc dixit communem Rolan. cons. 17. nu. 17. vol.2. dicens hanc quæstionem vtilem, & quotidianam, bene tamen difficilem.

4 Et ratio decisionis esse videtur, quia emphyteuta locando ad longum tempus, vel alienando etiam in parte rem emphyteuticam dicitur offendere personã domini directi, quæ persona indiuidua est. Bartol. in l. quid am in iure, §. fin. ff. de donat.

5 Prima igitur opinio æquior, & communior est, vt superius vidimus, nec debemus ita de facili anhelare ad cursum caducitatis.

6 Et applicando vlterius etiam ad aliud propositum ad hanc materiam locati, & conducti, infertur ad vnũ aliud, quod in facti cõtingentia euenit, quod colonus, vel conductor alienando etiam partem rei conductę, cadit a tota locatione, in qua quæstione vidi cum hac distin ctione declaratũ, aut alienauit, vt proprietarius & dominus, vel vti simplex colonus, vel conductor. Primo casu cadit a tota locatione, quia per hoc offenditur omnino persona domini, quæ diuidi non potest, vt dictum est, & facit, l. vulgaris, ff. de furt. Secundo casu non cadit nisi in ea parte, in qua offendit. ita in colono, & conductore loquens tradit Rodoa. in allegato loco, sub nu. 10. vbi etiam refert Ias. ita distinguentẽ tam in emphyteuta locante ad longum tempus, vel alienante alio modo, in l. fi. q.12. C. de iure emphyt.

7 Vidi etiam in facto ita discursum, quod si fumus in conductore ad longum tempus, qui habet vtile dominium, & emphyteutę parificetur, vt diximus, quod de facili procedat superius allegata distinctio. Si vero sumus in colono, vel conductore ad modicum tempus, quomodo veniet modo aliquo excusandus alienando vel locando ad longum tempus etiam sub cõmemoratione vti colonus, vel conductor rem penes eum ex conuentione paruo tempore permansuram, in qua nullum ius, nec etiam dominium, vtile, vel directum, nec possessionem aliquam habet? Ideo cogitare placeat, & vidi quandoque criminaliter processum.

Similiter vidi in hac quæstione ad alium casum in hac locati, & conducti materia. Quis locauit ad laboritium alicui multa petia terrarum, quæ in anno sub vna cultura annuali comprehenduntur, male se gessit in vno ex dictis petijs terrę, vel fortasse nullo modo coluit, vel seminauit in præiudicium domini, & fortasse contra formam instrumenti conuentionis, vbi promisit in forma bene colere ad vsum boni laboratoris, potuitne ex hoc expelli a tota locatione? multi dixerunt, quod sic, quia obligatio, cõuentio, et fortasse iuramentum est vnum, & indiuiduum; Similiter, vt dictum est, persona offensa est vna, & indiuidua. Pro contraria parte dicebatur, quod ęquitas suadet, vt in parte offensa fiat punitio, prout superius dictum est. Tamen vidi ex æquitate ita iudicatum, aut erat vnica cultura plurium petiorum terræ, & ita erat solitum, & consuetum, & tunc in totum priuatur: aut nõ erat solita vnica cultura, & tunc in parte deteriorata. Dicam ad materiam l. eadem C. locat. in titulo de recusat. vbi placeat videre.

QVÆSTIO V.

1 QVæro de vtili quæstione. locauit emphyteuta, vel alius, alienauit rem emphyteuticam domino irrequisito, & contra formam l. fin. Cod. de iure emphyt. postea recuperat, an dicatur incurrisse in cõmissum?

2 Primo videbatur dicendum, quod non, quia de breui reuersa vxor, nec diuertisse videtur, l. quidquid calore, ff. de reg. iur. Secundo non videtur, qualitatem extitisse, nisi duret. l. acceptis, ff. ad l. Falcid. glos. de pœnit. dist.2. §. quo reprobari, in fine, in verbo vacuum, & not. glos. 3. q.2. §. diuortium, & in cap. nam ego. de verbor. signific.

3 Tertio non dicitur venisse, qui non stetit, vulgaris, & in ore omnium propositio ex l. scire oportet, §. sufficit, versic. itaque, de excus. tutorum, & in c. de iudic. & cap. constitutis, de procur. Cameterium 11. q.3. leg. quis decurio, C. de decur. lib. 10. No. Bart. in l. consentaneum, in fine, C. quomod. & quand. iudex.

4 Et hanc opinionem tenuit Speculat. in tit. de locat. §. fin. versic. 96. attestans ita Bononiæ obtinuisse, per iura per eum adducta. Ioann. Faber. in l. fin. C. de iur. emphyteut. Butr. consil. 34. vbi subtilitat, nisi conditio domini

incontinenti re integra, in ipso contractu, secus si post aliquo modo. Secundū requisitum est, quod talia pacta fiant per verba directa, secus si per verba obliqua: directa, n. sunt, res sit inempta, vel locatio sit pro non facta: obliqua, si dicat, reuertatur, redeat, & similia verba, gl. notabilis, & singulis secundū omnes, & ab omnibus vbique commendata, *in verbo ab emptione, in verbo cogatis, ff. de pact.* quàm notabilem, & singularem dixit Bald. *in l. 3. colum. C. de legat.* Curt. sen. pulchre, & magistraliter loquens, *cons. 13. n. 7.* vbi etiam subdit vnum aliud notabile, quod pactum de retrouendendo hodie magis frequentatur, & est loco pacti, legis commissoriæ, vel adiectionis in diem, & quod in dubio verba intelliguntur obliqua, Ias. post alios *in d. l. ab emptione, num. 8.* attestans, quod qui nescit illam glossam, de facili erraret in discursu legis commissoriæ, vel adiectionis in diem, reprobando per hoc singularem decisionem Castrens. *in l. si cum venderet, ff. de pignorat. act.* quod stante pacto de retrouendendo oblato pretio licebit rem vendicare quocunq. possessore qui verba pacti de retrouendendo sunt obliqua, vt ibi late per eum. Cui adde Curt. sen. *d. cons. 12. nu. 1. & 2.* commendat etiam Ias. *in l. fin. q. 21. sub n. 138. C. de iure emphyt.* attestans esse singularem limitationem illius *l. & sua materia*, *Dec. cons. 88. col. 2.* Cott. in memorabilis *in verbo emphyteuta alienans*, vbi illam gl. ad hoc propositum valde commendat. Dec. post alios *in leg. traditionibus, C. de pact.* Salic. *in l. si certis annis, Cod. eod.* Castr. *in l. 1. C. de donat.* Alex. eum valdè commendans, *in l. 1. colum. 3.* Parpal *ff. sol. matrim.* Aretin. *& Alexan. in l. qui absenti, §. 1 ff. de acquir. poss.* Alex. *cons. 10. col. 1. lib. 1.* Ias. *cons. 211. col. 2. lib. 2. & cons. 138. col. 4. lib. 4.* Ferdinan. Loarez. *in repetit. l. filiusfamil. §. diui, colum. 33. limitat. 5. vbi Crott. limitat. 6. ff. de legat. 1.* late Tiraquell. *de retract. conuention. §. 1. gl. 7. num. 6.* vbi etiam nimis authoritatibus singularem commendat, & sequitur.

3 Et vidi in facto quæsitum, an pactum, *l. commissoriæ, vel adict.* in diem habeat locum in contractu locationis, & conductionis, prout in contractu emptionis, & venditionis, & putarem, quod sic, stante similitudine istorum contractuum, & quod ijdem regulis regulantur, *l. 2. ff. locat.* ita vt si quid reperiatur clare decisum in materia emptionis, & venditionis, & sit dubium, an procedat in contractu locationis, & conductionis, quod inferri potest de vno ad aliud, vt dixi superius de similitudine locationis, in fine, & prohibita venditione, dicitur prohibita locatio, modo tamen quo superius dixi,

4 Vnde loco tibi [illegible]undum, vel ad tres annos, vel ad biennium, vel ad longum tempus pro decem, puta in quolibet anno, hoc pacto apposito, quod pensionem promissam soluere debeas in principio anni, alias locatio habetur pro non facta, & quilibet sit in libertate sua,

5 Vel loco tibi fundum hoc pacto apposito, quòd si infra mensem quis obtulerit meliorem conditionē, locatio sit pro non facta, & quilibet sit in libertate sua,

QVÆSTIO X.

QVæro satis ad terminos materiæ locati, & conducti, dices, quid prodest ista requisitio de domino directo ad euitandum incursum *d. l. final. C. de iure emphyteu.* aut enim dominus directus recusabit, aut acceptabit si recusabit, vana fuit, & est requisito, si acceptabit, vana est acceptatio, quia conductio rei propriæ non valet, vt dicam suo loco.

1 Respondetur, quod in casu nostro est vtilis, & necessaria, namque aut quis est dominus, & possessor pleno iure, & tunc conductio rei propriæ non valet, vt dicam in titulo de conductione rei propriæ, aut quis non est dominus pleno iure, & tunc conductio propriæ rei valet, quia intelligitur respectu iuris, quod non habet.

2 Vnde applicando ad casum nostrum, cum emphyteuta habet vtile dominium, & naturalem possessionem, vt not. *in l. 3. §. ex contrario, ff. de acquir. possess.* de istis duobus intelligitur facta requisitio, acceptatio et consequenter conductio. Ita in terminis sentit, & declarat Ruin. *cons. 148. num. 12. volum. 1.* sentiens omnino per discursum illius consilij dispositionem *l. final. C. de iure emphyteut.* procedere in locatione ad longum tempus, prout latius etiam sentit Pet. Duenn. *reg. 40. num. 12.*

Addo vltra Rui. in allegato cons. quod dicitur conducere ius emphyteuticum tantum, vt per Boer. *dec. 234. sub nu. 3.* inferentem etiam in practica quod si in instrumento locationis per emphyteutam dicatur hoc modo, talis emphyteuta talis fundi locat. Sempronio iure, & titulo simplicis locationis; adhuc enim non releuaret ipsum ab incursu caducitatis, vt ibi per Boer.

3 Et sic in hac locati, & conducti materia inferuntur ex hoc duo.

4 Primum est locatio ad longum tempus cum titulo simplicis locationis quin operetur.

5 Secundum est si emphyteuta per hanc locationē, vel requisitionem transfert in dominum directum vtile dominium, & naturalem possessionem, quam habet isto iterum locatione prendente quis remanebit iste emphyt.

6 Pone quod requisiuit dominum directum, sed motitus est, allegando de maiori pensione reperta, quæ re vera non esset, an dicatur satisfactum dispositioni *l. fi. C. de iure emphy.* Vtique non, & perinde est ac si nihil dixisset Ias. reputans hoc valde menti tenendum *in l. fin. notab. 6. num. 21. C. de iure emphyt.* Tiraq. *de retract. lignagier. §. 36. glos. 2. n. 2. ex l. cum qui, §. cum igitur, ff. de in diem addict.*

7 Quod facit ad materiam locati, & conducti, locauis quis fundum cū pacto addictionis in diem, & supposuit falsum conductorem, vtique non audietur.

8 Et facit ad intellectum, & materiam, *l. ne cui C. locati,* quod dominus non potest expellere primum conductorem, si parem alijs conditionem afferat. Pone quod fuerit suppositus tertius ad faciendum fortasse prout ad incantum. Vtiq. occurrendum est per iudices huiusmodi suppositionibus, prout etiam succurritur sequestris mendicatis, & studiose quæsitis.

6 Pone etiam, quod emphyteuta requisiuit dominum directū si conducere volebat, qui respondit non potest vult pœnitere, an si audiendus? Vtique dominus directus semper audiri debet, nedum intra duos menses, iuxta dispositionem *d. l. fin. C. de iure emphyteut.* sed etiam post duos menses, re tamen integra, & venditione, vel locatione adhuc non facta, vel secuta. Io. And. ad Spec. *in titul. de iure emphyt. §. nunc aliqua, versic. 101.* Ias. *in d. l. fin. in 8. notab.* Franc. Marc. *decision.* Del-

phinali

Digitized by Google

phinali 578.*p*.1. allegat in argumentum Castrens. *in lege, qui Romæ, §.cohæredi, ff.de verbor.obligat. per l.si. cus, §.si volentis, ff. quibus modis pignus, vel hypotheca soluitur*.

10 Similiter faciunt prædicta ad materiam, & no'. *in l. ne cui, C.locat.* vbi cauetur, quod secundus conductor non admittitur, si primus alijs parem conditionem afferat, quod nõ debet studiose supponi alius, qui offerat maiorem; debet enim iudex hoc diligenter inuestigare, & ne quis ex calumnia alterius damnum, vel iacturam aliquam patiatur.

11 Sed pulchra (ni fallor) & vtilis est indagatio. Pone quòd emphyteuta requisiuit dominum directum, & denunciauit, quòd intendebat locare rem emphyteuticam ad longum tempus, vel alio simili modo alienare, & ipse sic requisitus respondit, nolo conducere, vel retinere, an possit statim alienare, vel saltẽ adhuc expectandi sint duo menses, & vtique expectandi sunt. Specul. *de iure emphyt. §. nunc aliqua, vers.* 101. licet ibi *Io.* Andr. contrarium teneat. commendat, & sequitur Franc. Marc. *decis. Delphinal.* 579. quem notare placeat in conceptione verborum. aliud enim est respõdere, ego nolo conducere, vel alias retinere, & aliud est dare formaliter licentiam, & facultatem locandi ad longum tempus, vel alias alienandi.

12 Primo namque casu expectatur cursus duorũ mẽsium, secũdo casu non. Vnde eris cautus, dum tractas cum domino directo, quid tibi respondeat, & sufficit vnica denunciatio, vt per *Ias. in d. l. fi. in* 8. *notab. n.*27.

QVÆSTIO XI.

QVæro, Mulier, minor, & similes, prohibiti a statuto contrãhere, non seruata eius forma, locauit ad longum tempus ea non seruata, nec domino requisito, an cadat à iure suo?

1 Pro affirmatiua facit, quia quando contractus est nullus, non seruata forma legis, vel statuti, hoc procedit quoad commodum contrahentium, secus in illorum damnum, & odium, ex doctrina Bar. *nu.*20. *C. de legibus.* Commendat. *in l. fin. §. sed quia nostra, num.*9. *C. communia de legat.*

2 Pro contraria parte facit, quia verba statuti intelliguntur cum effectu, & sic de contractu valido, *l.* 4. *§. condemnatum, ff. de re iudic.* Vnde cum locatio ad longum tempus ex defectu formæ statuti sit nulla, nun cadet emphyteuta a iure suo.

3 Et hanc opinionem tenuit, Bal. *in l.*2. *col.* 2. *versic. ex prædictis, Cod. de episcopali audientia*. commendat pro singulari Aret. *in leg. continuus, §. cum ita, colum.* 3. ff. *de verb. oblig.* Curt. sen. *cons.* 8. Firmia. *de gabel. par.* 3. *octauæ partis principalis, q.* 32. Guid. Pap. *decis.* 590. Fel. & Dec. *in c. ex tenore, ille col.* 4. *in fine iste col.* 3. *de rescript.* idem Fel. *in c. cæterum, col.* 2. *de iudicijs.* Fabia. *de empt. q.* 25. *tertia quæst. principal.* Ial. *in d. l. fin. q.* 22. commendat Cremẽni. *singul.* 113. Cott. *in memorial. in verbo, actus nullus.* Purpurat. *in l.* 2. *in fine, ff. si cert. petat.* late Tiraq. *de retract. lignagier. §.* 1. *glos.* 2. *num* 6. *de leg. connubial. glos.* 8. *q.* 34.

Addo in materia bene loquentes Felin. *in cap. a nobis, post medium, de simonia,* Ial. *in l.* 2. *§. quod si in patris, col.* 6. *vers. ad idem, ff. solut. matrim.* Curt. iun. *in l. vbi pactum, in fin. C. de transact.* & hæc est magis communis opinio. Lamberteng. *de contract. mulier. in verbo,*

*finis, nu.*157. Rodoan. *de reb. eccles. in verbo, emphyteuta, num.*45. *fol.*523. *Io.* de Arn. *singul* 56. Rip. *in l.* 4. *§. condemnatum, num.* 5. *de re iudicata*.

QVAESTIO XII.

PVlchra est indagatio, nec à Doctoribus in specie examinata, an facta alienatione contra formam *l. fi. C. de iur. emphyt.* conducta ad longum tẽpus, emptor, vel alius possessor possit de facto expelli, absque aliquo iudicis decreto, vel ministerio, de qua *Ias.* late examinans materiam *in d. l. fi.* circa factum alienationis nullo modo tangit, nec *Iul.* Clar. *in sua emphyteusi*, nec Rodoa. *de reb. eccles. non alienand.*

1 Primo videbatur dicendum, quod sic, quia cadit ipso iure, *vt in d. l. fin. vbi gl. in verbo, cadit*, Caball. *milleloq.* 112. *par.* 1.

2 Contrarium est verius, quia possessor multas exceptiones, & defensiones opponere posset, propter quas res fortasse non incidit in commissum.

3 Vnde sine citatione, & sententia dicitur spoliatus, Butr. & ibi Caball. *cons.* 22. Ales. *cons.* 128. *vol.* 5. Affl. *decis.* 97. attestans ita iudicatum, & hæc opinio est æquior, & tutior, Guid. Pap. *q.* 107. Alc. *respons.* 293. *in fin.* Crau. *cons.* 212. *nu.* 2. Ruin. *cons.* 50. *nu.* 10. & 166. *lib.* 1. Menoch. *de recuper. possess. remed.* 1. *num.* 79.

4 Facit in hac locati, & conducti materia ad not. *in l. fin. C. de acquir. possess.* si colonus interuertat possessionem domini eam alienando, an de facto auocari possit, & vtique non ex prædictis, sed requiritur citatio, & declaratoria iudicis.

5 Secundo habetur ampliatio *ad l. de vnoquoque, ff. de re iudicat.* in casu, quando alienatio est nulla ipso iure ex forma leg. vel statutorum, adhuc enim possessor citari debet, nec de facto spoliari.

6 Facit, quod si locetur mihi res aliena, quod non debeo sic de facto spoliari etiam si dominus verus ostẽdat iura clara, sed debeo citari cũ declaratione iudicis

QVAESTIO XIII.

QVæro, an in locatione ad longum tempus, vel alias in alienatione scientia, ignorãtia, vel præsentia cum taciturnitate noceat, vel prosit. & conclusiue procedendo ponam nonnullas conclusiones.

1 Prima sit conclusio. locatio ad longum tempus facta domino præsente, & tacente, operatur cõsensum, Alber. *in l. fin.* vbi *Ias. q.* 23. *C. de iure emphyt.* Rodoan. *de reb. eccles. rubr. de rei alienat. ob caducitatem in verbo, emphyteuta, num.* 23.

2 Secunda sit conclusio: iusta ignorantia, qualis in hærede reputatur, excusat locãtem ad longum tempus, vel alias domino irrequisito alienãtem, ita vt domino agenti ad caducitatem incumbat onus probandi scientiam, alias non obtinebit, Bald. *in cap. vnico, de controuers. inter dominum, & emptorem.* Caccialup. *in repetit. cap.* 1. *de feud cognitione*, Dec. *consil.* 228. *Ial. consil.* 64. *col.* 3. *lib.* 3. Dec. *in l. qui in alterius, ff. de reg. iur.* Alex. *in l. cum filius, § in hac, ff. de verbor. oblig. cons.* 45. *lib.* 6. Corn. *cons.* 163. *lib.* 2. Caball. *milleloq.* 94. *parte prima*, & in additi. ad Butr. *cons.* 22. *litera B, circa medium*.

3 Declaratur nõ procedere in hærede suo, proui est filius, & similes personę coniũctę, cohabitantes simul

cum

eum defuncto, quia præsumitur in eis scientia, Ruin. *cons.50.num.7.lib.1.cons.47.num.13.lib.2.* ponam latius in titulo de inuectis.

4 Subdeclaratur in filio legitimæ ætatis, aliàs non præsumitur scientia. *Ias.in l.si quando,num.53.C.vnde vi*, Paris.*cons.75.in fin.lib.1.* Tiraq.*de retract.consang. gl.2.num.9.*Rolan.*cons.52.num.12.lib.2.* Menoc.*de recuper.possess.remed.11.num.55.*

Et in hac locati, & conducti materia vtilis est hæc declaratio in renouatione tacita, & in omnibus casibus, in quibus datur ignorantia, vel scientia.

QVÆSTIO XIV.

1 QVæro, Emphyteuta locat simpliciter, quomodo in dubio videtur locare? quæstio hęc pendet ab ea, quam superius posuimus; an faciens actum, dicatur facere nomine officij, vel proprio. Vnde conclusiue procedendo in hoc, si emphyteuta simpliciter locat, videtur emphyteuta locare, & sic ius tantum, quod habet. Vnde domino præsenti, & tacenti non præiudicat, secus si locat pleno iure, *Ias.in d.l.p. q.23.* Rodoan.*vt supra,nu.23. in fine*, Firm. *in verbo, emphyteuta alienans, vers.finali*, licet Bart. & alij ibidem relati contrarium non bene sentiant.

QVÆSTIO XV.

QVęro. Erat contentio cum aliquo super re emphyteutica, fit inter eos transactio, & mediãte transactione emphyteuta locat aduersario, vel ad modicum tempus, vel ad longum rem emphyteuticã causa quietis, & litium finiendarum, an possit, & dicatur contra dispositionem *leg.finalis, C.de iure emphyt.*

1 Pro parte affirmatiua facit, quia vasallus transigere potest sine consensu domini, nec incurrit pęnam caducitatis, vt *in cap.si vasallus, si controuersia fuerit inter dominum, & vasallum*.

2 Pro contraria parte facit, quia qui alienare prohibetur, trãsigere probibetur, *l.non solum, C.de præd.minorum, l.1. & ibi glos.not.C.si aduersus transactionem.*

3 Pro resolutione cõsiderandi sunt plures casus. Primus est, quãdo per transactionem emphyteuta abdicat a se rem, & concedit pro cõcordia suo aduersario. Secundus casus est econtra, quando emphyteuta retinet penes se, aliquo tñ dato, vel facto ipsi aduersario.

4 In primo casu verior cõclusio videtur, quod si emphyteuta possideat, & pro concordia tradat rem aduersario, quod non potest, quia dicitur alienatio, Roman.*cons.166. in princ.* Rodoan. in prælato loquens *de reb.eccl.fol.3.nu.12. & in rubric.de caducitate ob rei alienationem, in verbo, emphyteuta, num.37.* Ias.*in l.fin. q.10, sub num.122. C.de iure emphyt.* Iul.Clar. *in feud. loquens in suo feudo, q.38.* attestans hanc esse communem opinionem, Octauius Simoncell. de minore loquens *in tract.de decret.lib.2.tit.6.inspect.10.nu.102.* & in hoc primo casu omnes concordant.

5 Vidi tamen in hoc membro in facto casum in materia locati, & conducti, quod emphyteuta tradidit aduersario rem emphyteuticam, sed aduersarius loco cuiusdam tacitæ locationis erat obligatus ad solutionem canonis directo domino, & vlterius tot pro anno ipsi emphyteutæ, & sic in transactione includitur sępius quædam species locationis aliquo dato, vel retento, tamen fuit declaratum transactionem non valere, nec tenere.

6 Secundus casus est, cum aduersarius emphyteutæ possidet rem emphyteuticam, & transigẽdo dimittit emphyteutæ aliquo dato, vel facto, & in isto casu Sal. quem sequitur Simonc. in allegato loco, tenuit pariter trãsactionem, quia parat perpetuã exceptionem.

7 Verior tamen opinio videtur, quod dimittens aduersario possidenti ex causa transactionis, alienare nõ dicitur, gl.notab. *in l.1. C.de vsuca.pro emptore*, Bart. *in l.si profundo, C.de transact.* dixit singularem *Ias.nu.122.* Alc.*respons.94.nu.5.* vbi in emphyteuta, & minore loquitur Abb.*cons.57.lib.1.* vbi in prælato loquitur Iacob. Menoch. licet pedes non figat, *de arbitrar. iud.lib.2.cent.2.cas.101.num.74.*

8 Vidi in facto casum in hac locati, & cõducti materia. Fuit transactũ, vt ipse retineat rem, & tradat emphyteutæ aliquid loco recognitionis, & tacitæ locationis, & soluat emphyteuticum canonem.

9 Vidi etiam casum, quòd res emphyteutica dimissa cum titulo locationis.

10 Tertius casus, & hic clarior alijs, quando emphyteuta rem aliquo dato, vel facto ipsi aduersario, & tunc sine dubio potest, vt concludunt omnes superius nominati iuris interpretes.

11 Ex quibus corollarie infertur, quando transactio dicatur alienatio, & vltra adducta superius, quod dimissio rei non dicatur alienatio, tenuit Ruin.*cons.12. col.2.lib.4.* Dec.*cons.474.col.1. & cons.564.col.penult.* Rolan.*consil.15. col.penult.num.45.lib.1.* Assisien.*decis. 35.num.8.par.1.*

QVAESTIO XVI.

1 QVid in meliorationibus? Vtique locare potest ad longum tempus, & ad modicum, vel alienare quocunque titulo. Si enim loquimur in locatione ad modicum tẽpus, res est sine dubio; si enim fiat ad longum tempus, vel alio titulo alienationis, valet cũ reseruatione vtilis dominij, alias non valet. Bald.*in l.fi. in 2. opposit. C. de iure emphyt.* & licet *Ias.* hanc limitatione non teneat, vbi Purpur. dicit in patria sua de consuetudine non seruari, quia de facili fit fraus legi, tamen in se vera est, *ex l.necessario, §.fin.ff de peric. & comm.rei vend. & l.cum manu sata, §.fin. ff.de contrab. empt.*Rodoan.*in citato loco, nu.19. & 20.*

2 Vel quando facta est emphyteusis cũ clausula cui, & quibus dederit, vel stãte pacto de alienando requisito domino, qui recusauit, prout Papiæ passim obseruatur in omnibus inuestituris, Salic.*in l.3.C.de iur.emphyt.*Roman.*consil.271.*Ioan. Arn.*cons.80.nu.55.vol. 2.vltimarum voluntatum*, Rol. *de lucro dot. q.54. num. 20.*Iul.Clar.*in §.emphyteusis, q.13. & 28.* vbi per hæc verba bona redduntur allodialia, Rol.*cons.3. num.61. vol.1.* Pulchre Ghisfred.*cons.56.nu.13.lib.1. respons.diuers.* Caeph.*cons.345.nu.23.vol.3.* Rol.*cons.79.nu.20. vol.2.* Curt.sen.*cons.64.num.66.*Borgn.*decis.36. num. 12. & decis.45. num.19.* & habes modum nedum alienandi melioramenta, sed bona ipsa.

3 Et sic est hic alter casus, in quo fit locatio ad longũ tempus, cũ reseruatione vtilis dominij, de qua superius vidimus de locatione ad longum tempus. Et sic de facili colligitur, quod in contractu transactionis in ventre sæpius includitur locatio, & conductio.

QVAE.

QVÆSTIO XVII.

EVenit in facto casus in hac locati, & conducti materia,& iuris emphyteutici simul. Emphyteuta certa mercede conuēta imposuit seruitutem in fundo emphyteutico,an valeat ista locatio?Hāc quęstionem tetigi in materia vsusfructus.

1 Vnde remitto me ad ea,quæ ibi dixi, & aliquid succinctè addēdo vera est resolutio,quod potuit emphyteusi durante,& quoad præiudicium ipsius non autem directi domini

Vnde finita emphyteusi extinguitur seruitus imposita, Cæphol. *de seruit. lib. 1. cap. 14.* Iul.Clar. *in §. emphyteusis,q. 21. & §. fundum,q. 37.* Ias. *in l. fin. q. 8. C. de iure emphyt.* Rodoan. *de reb. eccles. fol. 521. num. 38.* attestātes hanc esse communem opinionem,nec domini cōsensum requiri.

2 Videbis igitur in facto multos emphyteutas certa mercede conuenta concedere vicino ius transeundi, hauriendi aquam,& similia.

QVAESTIO XVIII.

QVæro vlterius in hac locati, & conducti materia de ea,quæ spectant ad emphyteutam, quis est colonus partiarius,& emphyteuta simul poteritne alienare domino non requisito,& non seruata forma, *l. fin. C. de iure emphyt.*

1 Primo videbatur dicendum, quod sic, quia dispositio *l. fin.* est pœnalis,& odiosa,ergo restringenda, regula,odia, *lib. 6. l. cum quidam. ff. de liber. & posth.*

Secundo pro hac parte facit, quia colonus partiarius est loco socii,vt dicam suo loco, & socius dicitur habere mandatum a socio ad alienandum,glo. *in leg. nemo ex socijs,ff. pro soc.*

2 Contrarium est verius,& sic dispositio *l. fin.* procedit etiam in colono partiario emphyteuta, vt non possit alienare etiam soluendo quinquagesimam,Spec. *in tit. de locat. §. nunc aliqua, vers. 104. in fin.* commendat Ias. pro extensione illius l. *in l. fin. quæst. 8. n. 131. C. de iure emphyt.* Rodoa. *de reb. eccles. non alien. vers. bis dictis, f. 524. num. 6.*

3 Ad illud, quod socius dicitur habere mandatum ab alio socio, & sic colonus a domino, respondetur esse verum quoad mobilia,& merces venales,& hoc si societati expediat, secus quoad stabilia, prout in cōsilio nostro, Tiber. Dec. *cons. 85. nu. 14 lib. 2.* Ioseph. de Ludou. *concl. 53. vers. socij, fol. 122.*

Addo Franc. March. *decis. Delph. 574. in fine par. 1.* Dec. *in l. si socius, ff. si cer t. pet.* Secundo modo respondetur vltra Ioseph. Ludou. quod socius dicitur habere mandatum a socio quando sumus in societate expressa,certa,& conuentionali,secus si sit incidens ratione alicuius hæreditatis, vel fundi, prout inter dominum,& colonum: ita declarat Gaitan. *in l. stipulationes non diuiduntur,col. 4. nu. 21. ff. de verb. oblig.* Roncagal. attestās hanc esse cōmunem opinionem, *in l. 9. nu. 198. ff. de duob. reis.*

4 Et studiose apposui hanc declarationem, quia vidi in facto casum in materia locati,& conducti,an colonus, fictuarius,et similes dicantur habere mandatum, posui supra *in titulo de procurat.* quibus hæc addi possunt, Vnde colonus stabilia alienare non poterit, cæ-tera facere poterit, si societati vtilia sint, puta accusare,agere,& similia,pariter vendere lanas,agnos,pecudes inutiles,& similia societati vtilia,et expediētia, & in his dūm etiā obligāt,vt per relatos interpretes.

QVÆSTIO XIX.

PRosequendo materiam locati,et conducti in materia emphyteutica, quæro, an emphyteuta teneatur stare colono? respondetur quod tres sunt emphyteutæ,Priuati,Ecclesiæ,Fisci.

1 Prima sit conclusio. Emphyteuta priuati non tenetur stare colono,vt notatur *in l. emptorem, & in l. mercatis, C. locat. in l. si filiofam. §. si vir in quinquennium, ff. sol. matrim. in cap. fin. ne prælat. vices suas,* Bart. *in l. 3. C. de mane. & colon. patrim. lib. 11.*

2 Secunda sit conclusio, Emphyteuta Ecclesiæ tenetur stare colono Bart. per illum textum *in l. final. C. de manrip. & colon. patrim. libro 11.* Commendat Cortet. *in singularibus suis in verbo, emphyteusis 3.* Roman. *singul. 63. an emphyteuta,* Marsil. hoc valde commendans *singul. 548. Rei suæ.* Papiens. *in forma libelli ad fisci præstatione, in gl. soluere,* Guid. Pap. *q. 480. locaui in 4. fallen.* Bal.& Rom. *in d. §. si vir, in quinquennium,* Ias. *in l. diuortio, n. 36. ff. solut. matrim.* Dec. *in cap. 3. num. 15. de probat.* Rip. *de pest. par. vlt. col. antepen.*

3 Et cunsidera practica Bart. bene loquentem *in d. l. fin.* præsupponit enim in primo loco colonum stetisse per longum tempus, immo maximum; præsupponit etiam secundo loco colonum esse bonæ famæ, & nominis. Vnde articulando non erit inutile talem coluisse per annos tot,& semper bene coluisse dictū prędium,& haberi,& reputari pro colono bono, & sufficienti.

4 Boni etiam rectores ecclesiarum faciunt expresse pacta cum emphyteutis, & conductoribus, vt non possint expellere tales colonos vel in genere, vel in specie,& vidi etiam obseruatum a multis sæcularibus.

5 Innuit etiam Marsilius in allegato singulari, quod valeat pactum inter rectorem Ecclesię & emphyteutam de expellendo colonos,& laboratores.

Tertia sit cōclusio. Emphyteuta fisci tenentur stare colono,vt per Rom. in allegato singulari.

6 Contrarium tenet Alex. *in allegata, l. §. si vir n. 3.* Verior tamen videtur prima opinio,& adde in materia, Barbat. *cons. 37. vol. 1. & 177. & 416. & 38.* secundum vnicum numerum,& Soc. *cons. 122. par. 1.*

7 Et nota Rom. *in fi. verbo quod emphyteuta;* expellens colonos priuatur iure suo,& expelli poterit.

QVAESTO XX.

1 QVæro econtra, an dominus stare teneatur locationis emphyteutæ finita emphyteusi, Spec. *de locat. §. nūc aliqua, vers. 124. moneo,* & nescit se resoluere verius videtur,quod non ex *l. si quis domum, §. fin. ff. loc.* Alex. *ad d. §. si vir, n. 18.* de cuius materia posui supra de vsufructu,ad ea me remitto.

ADDITIO.

☞ *Declaratur, nisi prius locet, postea renuntiet, alsbuc etiā dominus ei stare tenetur.* Bal. *conf. 371. vol. 1.* Tiraq. *de retract. §. 34. gl. 1. nu. 9.* Surd. *decis. 286. nu. 4.*

N QVÆ-

Digitized by Google

QVÆSTIO XXI.

1 NVnquid dominus directus poterit cōducere ab emphyteuta ratione vtilis dominij, vtique sic, Corbol. *de iure emphyt. ampliat. 35. nu. 8.*

QVAESTO XXII.

EST data licentia emphyteutæ locandi, quomodo hoc est intelligendum, Ruin. respondit ad modicum tempus, *cons. 148. n. 7. 11. & 12. vol. 1.*

1 . Distingue, aut emphyteuta prohibetur omnino locare a loci constitutione, & tunc intelligitur ad modicum tempus, aut non extat statutum, & sumus in mero iure communi, & intelligitur ad longum tempus, vt verba aliquid operentur, Corbol. *de iure emphyteut. ampliat. 35. numero 9.* Pariter emphyteuta locare

2 poterit ad longum tempus reservato beneplacito, & consensu domini directi, & quantum de iure possum

• nec aliter, nec alio modo. Paris. dicens communem *cons. 5. in fine, vol. 4.* similiter cum reseruatione vtilis

3 dominij, & naturalis possessionis Ruin. *cons. 148. vol. 1.* Imol. *in l. codicillis, §. Institutor, ff. de leg. 2.* vbi Alexan. *num. 8.* Bero. *cons. 123. nu. 2. vol. 1.* Vasq. *de succeſſ. creata, §. 10. sub nu. 78.* Simonc. *de decret. lib. 2. tit. 6. inspect. 2. num. 22.*

4 . Excusat consuetudo, Iul. Clar. *in §. emphyteusis, q. 19.* Corbol. *de iure emphyt. ampliat. 35. num. 12. & limitat. 32.*

QVÆSTIO XXIII.

SEd nunquid primus emphyteuta poterit locare secundo ad longum tempus domino irrequisito? Vtique non, & incurrit caducitatem, est communis opinio. Paul. Pic. *cons. 77.*

De conductore, seu de iure sublocandi.

1 FRequentissima est, & passim in foro versata materia sublocationis, seu substitutionis, & quotidie oritur contentio, quod talis non est æque idoneus, vel quia pauperior, vel potentior, vel rixosus, similiter exercitium est sordidum, vilius, & sic de singulis percurrendo, &c.

De repetitione l. nemo, C. locat.

De sublocatione.

QVAESTIO I.

PRimo igitur loco quæro, an ad hoc, vt quis sublocare possit, requiratur qualitas idoneitatis, & quod sit ad eundem vsum ad materiam celebrem, & famosam, *l. nemo, C. locat. & l. si cui, ff. loc.*

1 Et videbatur dicendum, quod non, quod enim lex non dicit, nec nos dicere debemus, *l. 4. §. totiens, ff. de damno infect. sed in dispositione l. nemo, C. locat.* hoc non exprimitur, merito, &c.

2 Confirmatur: quia sicut lex ibi expressit reseruationem pacti patitur & hoc expressisset, si hoc necessarium fuisset. . .

3 Secundo facit ratio considerata ab Affl. *decis. 401.* quia nemo est æque idoneus sicut dominus ex no. per Bald. *in l. apud Iulianum, §. si quis alicui, ff. de legat. 1. & not. in cap. quoniam,* Abbas, *de off. deleg.*

4 . Contrarium est verius, vt per gl. *in d. l. nemo*, quam ibi Cin. Bal. Sal & alij sequuntur, & commendant gl. *in l. cum plures, gl. 1. ff. locat. per l. non aliter, ff. de vsu, et habit.* Alc. *lib. 1. de verb. signifi. nu. 89.*

5 . Et antequam vlterius procedamus, videtur ponderanda *gl. in d. l.* cum in plures, quę solū exprimit qualitatem idoneitatis. Secundo ex hac gl. dum allegat *d. l.* non aliter, colligitur vnum, quod ampliat hanc conclusionem, vt nedum prohibeatur sublocare nisi æque idoneo, sed nec recipere in domum personas minus honestas, & laudabiles.

6 Hinc mulier, quæ conduxit domum in vicinia, non poterit lupanaria, & alia inhonesta facere, quæ viciniæ sint malo exemplo, vel scandalo *ex d. l. non aliter.*

7 . Hinc etiam scholaris prohibetur inducere ganeas in domum conductam, vt *per gloss. in d. l. non aliter, & dicam in titulo de recusat. ad l. æde, C. locat.*

8 Circa tamen qualitatem idoneitatis practicando vidi multa considerata; vidi enim in facto casum, quod quis conduxit a domino partem inferiorem suæ domus, postea sublocauit capitano belli homini rixoso, & grauato multis filijs masculis. Vnde ille timebat de aliqua inhonestate, vel temeritate.

9 . Vidi etiam, quis habebat apothecam in platea quadam, vbi exercebantur pizzicarię, & artes sordidæ, vt plurimum, tamen in tali apotheca semper fuit exercitium mercaturæ, pannorum, sublocauit pizzicarolo, reclamabatur hinc inde, dominus directus dicebat fieri non posse, quia non erat æque idoneo, nec ad eundem vsum, ille subconductor replicabat de solito aliarum apothecarum in dicta platea, & ibi exercebatur pizzicariæ, Illustrimus Prouinciæ legatus pronunciauit ad fauorem domini directi primi locatoris non obstante solitum aliarum apothecarum in dicta platea.

10 Vidi etiam, quod Ciuis sublocauit rustico in comitatu, in quo pręsumitur idoneus, & poterit sublocare pluribus familijs rusticorum in comitatu.

QVAESTIO II.

DIces, qui probare tenetur qualitates istas, quod æque idoneo, & ad eundem vsum prosequendo materiam *l. nemo, C. locat.*

1 Dicet conductor, qui sublocauit iura permittunt mihi facultatem sublocandi, tu vero quid dicis? quod debeo æque idoneo, & ad eundem vsum probes. Replicabit dominus, sublocare vtique potes cum qualitate tamen restrictiua, s. de æque idoneo, & ad eundem vsum. Vnde hoc probare debet.

2 Videtur ad dominum locatorem spectare, vt probet, articuletur, & deducat, quod domus, vel apotheca sua alias fuit conducta a tali, vel tali exercente tale officium, vel exercitium. Item, quod tale exercitiū pręsentis subconductoris est vilius, & fortasse magis sordidum respectu exercitij alias facti: fundamentū enim intētionis suæ quilibet probare tenetur, *l. qui accusare, C. de edendo, l. ei, qui, ff. de probat.* Pedemont. *decis. 144. num. 15.* late Iosepho de Ludo. *concl. 14.* Addo de qualitate idoneitatis loquentem Bursat. *consilio 113. num.*

Digitized by Google

num.22. volum.1. nec requiritur consensus locatoris, Borgnin.*decis.30.num.112.par.2.*

QVAESTIO III.

1 QVæro tertio loco ad aliqualem repetitionem *l.nemo, C. locat.* aliquis habet apothecam solitam locari diuersimode tamen, quandoque enim fuit locata exercitio nobiliori, puta mercatori pannorũ, quandoque mediocri, vt merciario, quandoque inferiori, vt calceolario, si oriatur contentio, quid erit attendendum? Vtique vltimũ putarem ex his, quæ dixi superius in principio *de substantia locationis* 1.q.5.

QVÆSTIO IV.

1 QVæro vlterius ad materiam *l.nemo, C.locat.* Dominus quidam habebat apothecam in platea, quæ nunquam fuit locata, sed vtebatur fortasse dominus pro fundo domus ad vsum suum, locauit Sempronio, qui sublocauit exercenti artem, cui dominus locator contradicebat, nolens tale exercitium profiteri, quid agendum? vtique consuetudo aliarum apothecarum illius circunuicinæ attendenda erit ex his, quæ dixi superius *de substantia locationis*, 1. q.3.

QVAESTIO V.

1 PVlchra (ni fallor) est quæstio. Est facta locatio multorum bonorum, vel rerum simul, vel alicuius corporis vniuersalis, poteritne sublocare vnam ex istis particulariter? Quæstionem hanc in terminis mouet practicus Franc. Marc. *decis. Delphinal.* 1070. *par.* 1. & tenuit quod non, quia multa transeunt cum vniuersitate, quæ alias non transeunt, *l. quædam, ff. de acquir.rer.dom.* inferens ex hoc ad quæstionem facti, quod si in aliquo loco extat statutum, vel cõsuetudo, vt a tali die vsque ad talem debeat fieri disdicta locationis factæ, si conductor vniuersalis sublocauit rem particulariter, non erit necessaria disdicta, quia sicut sublocatio non valuit, pariter nec renouatio, attestans ita iudicatum in Curia Delphinali.

2 Quo fit, vt pateat limitatio *ad l.item quæritur, §.qui impleto, ff.locat.* vt procedat, & habeat locum, quando prima locatio subsisteret, alias simplex patientia non inducit renouationem.

3 Et sic, si fiat locatio de re prohibita sui natura, vel de re sacra, & similibus, renouatio non intelligitur facta stante inhabilitate principalis locationis.

4 Considerabam tamen non esse cum hac decisione sic simpliciter pertranseundum. Aut enim in tali vniuersitate locata reperitur particulare prohibitum alienari, & tunc loquitur propriè lex quædam, & isto casu vera erit decisio? cum tali particulari rei repugnet alienatio, & locatio. Aut non reperitur in tali vniuersitate locata aliquod particulare, cui repugnet alienatio, & tunc nõ video quare particulariter particulari locari non possit, & (ni fallor) iste videtur mihi verus intellectus, *d.l.quædam*, ponderando verba, & exempla *d.l.*

5 Et passim videmus, quod quis conducit omnia bona Sempronij discessuri, sublocat vni rem vnam, alteri rem alteram.

Secundo modo considerabam ad intellectũ, *l.quædam*, quod ibi est casus specialis, & quòd regula est in contrarium *ex l.si thorus, ff.de legat.3. & l.1. ff.de off. eius*: quod enim per se non potest regulariter, nec cum vniuersitate transit. Vnde spiritualia, feudum, & similia inalienabilia, nec cum vniuersitate transeunt, ita deducit Signorol. *cons.12.num.2.* Iacob. Menoch. *de arbitr.iudic.lib.1.q.54.num.49.*

6 Modo ad propositum casus nostri, aut tale particulare ex se, & sui natura locabile est, & transit cũ vniuersitate, & sublocari poterit particulariter, aut repugnat locatio, nec cum vniuersitate transisse dicitur, nec sublocari particulariter poterit.

7 Si tamen sequi malis opinionem Francisci Marci, colligitur ex ea, quòd in generali locatione venient ea, quæ particulariter locari non potuissent.

8 Et sic infertur ad regulam, *l. cum quid, 1.lib.6.* vt non procedat in materia, *l.quædam, ff.de acquir.rer. domin.* multa enim per se alienari non possunt, cum vniuersitate tamen transeunt.

QVÆSTIO VI.

QVæro vlterius ad materiam *leg. nemo, C locat.* Sunt plures socij, qui conduxerunt domum ad
1 simul habitandum, vnus eorum vult recedere, & locare cameram suam, vel partem suam, an possit vni, quem socij recusant.

1 Primo videbatur, quod sic, quia facultas sublocandi non tollitur, *d.l.nemo.*

2 Contrarium est verius, *glos.fin. in §.fin. Institut.loc.* ex qua glo. colligitur vnum notabile in hac locati, & conducti materia, quod si concurrant simul in eodem subiecto, & persona contractus locationis, & societatis, præfertur contractus societatis, & ratio inter alia fortasse videtur, quia locatio, & conductio est dependens a contractu societatis, & principalis intentio est contractus societatis, pro cuius implemento, & executione fuit conducta domus.

Vnde si duo scolares, vel mercatores, & similes ineant societatem, conducunt domum, vel apothecam pro executione societatis iam initæ.

3 Secunda potest esse ratio, quæ colligitur *ex d. glos.* quia in societate videtur electa industria personæ. Vnde non videtur locus substitutioni, vel sublocationi, vt (Deo dante) suo loco dicam.

Sed pone hic vnum, quod de facili euenit. Socius vult discedere, & dicit socijs, ego intendo recedere, & volo vobis substituere, & partem meam sublocare personæ legali, & honestæ, & fortasse nominauit aliquem nomine proprio, si persona sit honesta, & vitæ laudabilis, poteritne ei sublocare? Videbatur dicendum, quod non, quia in societate videtur electa industria personæ.

Vnde morte finitur, quia certa persona electa videtur, *§.soluitur, Instit.pro soc.* Cõtrarium tenet Port. *in d.§.fin.sub num.2. Instit.loc. per l.idemque, ff.pro soc.* vbi socius recessurus valde idoneum substituere potest loco sui.

4 Et ibi Bart. infert ad vnum satis ad propositum in hac locati, & conducti materia, quod si in infirmitate alicuius quis tenetur conducere medicos, vel in lite procuratores, & aduocatos, vel in societate institores & factores, quod excusantur, si æquè facile non reperiuntur, & ille, qui agit cõtra cos, probare debet facili

elli reperiri potuisse. Est autem præsumptio contra obligatum, si locus erat valde insignis, & celebris, vbi de facili verisimiliter procuratores, & aduocati reperiuntur, licet aliud sit in factoribus, & institoribus, qui sic, de facili non reperiuntur, prout Aduocati, & Procuratores, & ibi per eum.

5 Vnde in hac locati, & conducti materia pariter inferri posset ad casum, de quo agimus in materia sublocationis. Pone, quod socius recessurus substituit, vel sublocauit fortasse minus idoneo, alij socij contradicunt, & fortasse nolunt admittere, poterit dicere ille, doceatis alium idoneiorem, qui de facili haberi possit, & ego sublocabo illi, & eius incumbit onus probandi hoc.

6 Vidi in facto casum. Capitulum Tudertinum dedit in emphyteusim cuidam quandam ipsius apothecam, qui tenuit per multos menses clausam cum declaratione affixa, est locada, & stetit per multos mẽses, nec aliquis comparuit ad conducendum, comparuit tandem macellarius, & conduxit cum honesto tamen, & limitato modo, vt carnes tantum simpliciter venderentur, non autem ibidem excoriarentur. Capitulum fecit preceptum de nullatenus macellando, ex quo ars erat sordida, non erat ęque idonea, nec ad eundem vsum. Ille replicabat in circumuicinia, & locis contiguis fuit alias exercitatum macellum, & pizzicarię, quæ panificantur. Insuper deducebat simplicem diligentiam in perquirendo idoneos conductores, nec vnquam reperisse. offerebat insuper, doceatis hominem idoneiorem, & honestioris exercitij, & libenter locabo, ex gratia tamen emphyteuta locator dimisit conductorem macellarum, & fuit per concordiam sopita.

Prohibetur bene, prout etiam superius dixi, socius inducere in domum conductam inimicum, vel suspectũ alterius socij, nec ganeas, aut meretrices, vel alias personas inhonestas, vel quouis modo suspectas, prout superius dixi *q. 1. ex glos. in d. l. non aliter*, & hanc dicit

* communem opinionem *Ias. in l. si stipulatus fuero per te non fieri, ff. de verbor. oblig.* Emanuel Soarez *in suo Thesauro, litera S. num. 27.* vbi quod æque idoneo sit sublocandum etiam commune dictum esse attestatur Petrus de societate, *q. 1 t. in princip. col. 3.* dicens esse iustam causam diuisionis.

Addo vltra alios Bald. & Castrens. *in l. 2. C. de sum. Trinit. & fide Catho.* vbi vicini possunt expellere meretricem, cui domus sublocata est: Similiter leprosos, & patientes aliquam infectionem contagiosam: similiter concubinam idem Bald. *in l. si conuenerit, in fin. ff. pro socio*, Not. *in l. ancillarum, ff. de petit. hæredit. in l. final. C. de spectaculis, lib. 11.* de inimico suspecto habetur bonus text. *in l. si pendentes, ibi, contumeliose, iniuriose ve, ff. de vsufruct.* Castrens. *in l. nullus, colum. 1. C. de sum. Trinit.* Cuccal. ad Dec. *in l. fœminæ, litera l. ff. de regulis iuris*, pulchre Veron. *in l. ædiles, §. Pedius, num. 7. ff. de ædilit. edict.* allegando illud, Morbida facta pecus totum corrumpit ouile, *l. Iulianus, in princip. ff. de act. empt.* Canon. *reserandæ, 24. quæ. l. 3. glos. in l. 1. ff. ad Macedonianum*, Decian. *in l. semper in contractibus, num. 3. de reg. iur.* Ripa *de remed. præseruat. pest. num. 164.* Iacob Menoch. *de arbitr. iudic. casu 328. num. 14. & casu 78. num. 10.*

7 Id autem, quod dictum est non licere iuueni ducere meretrices in domum conductam, fallit in carnispriuio, Bolog. *in authent. habita, in fin. C. ne filius pro patre*, Rip. *in l. 1. num. 126. ff. solut. matrim.*

8 Vidi in facto casum in hac sublocationis materia, quod quidam subconduxerat in quadam honesta vicinia domum, vbi tenebat ad sui solatium meretricẽ, fuit captus vna cum ea ad instantiam vicinorum, luit pęnas, & domus fuit alteri sublocata.

9 Dices. Debetne pati pęnam aliquam locans, vel sublocans personę infami, vel suspectę, vel ad aliquod illicitum committendum, vt ludendum, & similia. Ponam (Deo dante) suo loco.

Addo Alexand. *in l. serui electione, §. Labeo, num. 12. ff. de legat. 1.* Spec. *in tit. de iud. §. 2. vers. circa hoc*, Sum. Ang. *in verbo, locatio, num. 8.*

10 Sed pone, quod socius affuturus non sublocauit, sed simpliciter discessit, & alij socij vsi sunt tali domo, sic lignis prouisionatis pro vsu totius societatis, & famulo pariter conducto ad vsum totius societatis, tenebiturne ad totam pensionem domus, & famuli, & ad pretium partis lignorum?

11 Videbatur dicendum quod sic, ex regula secundum naturam, quod qui sentit commodum, sentire debet incommodum, iuxta illud. Commoda qui sentis, iungat onus emolumentis.

12 Cõtrarium est verius, vt not. Richar. Malumb. Bal. Angel. & Castrens. *in l. duo fratres, ff. de acquir. hæred.* vbi Castrens. dicit hanc quæstionem esse vtilem, & quotidianam, Port. *in §. fin. num. 5. Instit. de locat.* dicit

* hanc esse communem opinionem.

Et hæc quæstio attento communi cursu causarum vtilis est, & frequens, & idiotæ, & satrapi populi, & platearum contrarium dicunt, nonne potest diuidi pensio, nonne potest recurri ad arbitrium iudicis taxando quandam pensionem iustam, & sic de singulis discurrendo?

13 Vnde in hac locati, & conducti materia text. *in allegata l. duo fratres*, est celebris ad duo.

14 Primum est, quod pensio non debetur ex vsu rei communis pro indiuiso socio, quando aliter quis portione sua vti non poterat, nisi toto vteretur.

15 Et sic bonus iudex arbitrabitur communionem pro indiuiso, considerando etiam necessitatem si aliter vti non poterat, vel non: in domo enim licet dentur quædam stantiæ distinctę, & separatę particularium personarum, tamen multæ sunt promiscuæ, & communes, vt coquina, sala, cellarium, stabulum equorum, & huius generis similia.

Habui in facto casum, quòd duo mercatores conduxerant apothecam, & constabat per filium, postea vnus recessit, quia condemnatus in pęnam capitis, alter remanens noluit teneri, nisi pro pensione ad ratam.

16 Inducebat etiam Albericus ibi ad aliam decisionem ad propositum huius materiæ locati, & conducti, quod si duo socij habent fundum communem, & fortasse ad laboritium, vnus vult colere, & seminare totum, probibendo alium socium ingredi, vel aliquid agere, quod poterit accusare de furto, & violentia. Ad idem in principali decisione *lex si vt certo, §. si duobus vehiculum, ff. commodat.*

17 Sed pone hic vltra alios in materia loquentis vnũ ad materiam *l. duo fratres*, & quęstionis propositę, socij, qui remanserunt nõ ex necessitate vsi sunt tota domo, sed pro maiori commoditate, eritne locus dispositioni

Digitized by Google

fitioni *d.l. duo fratres*, & consequenter tenebunturne ad pensionem *d.l. duo fratres*, pro rata socij absentis, & non habitantis?

18 Videbatur dicendum quod sic, quia cessat causa necessitatis, ergo cessabit dispositio, *cap. cum cessante, de appellat.* Et si rectè ponderentur verba, *l. duo fratres*, in hoc solum se fundare videtur, quod aliter vti non poterat.

19 Contrarium putarem verius, quia id posse non dicimus, quod cōmodè, & pro dignitate non possumus, *l. nepos Proculo*, vbi gl. & Alciat. *in verbo, dignitate, ff. de verbor. signific.* quam singularem dixit Bald. *in rubr. eod. C. qui bon. ced. pos.* Iai. post alios, *in §. item Seruiana, num. 46. Instit. de act.*

20 Inferentes ex hoc ad propositum materiæ locati, & conducti, de qua agimus, q̄ licet inuecta, & illata sint tacitè obligata pro pesioue domus locatę, vt Deo dante suo loco dicemus, tamen non procedit in libris scholariū, & Doctorum, lecto, vestimentis, armis militum, & breuiario clericorum, quia sine his commodè stare non possunt, Bal. *in l certi iuris, nu. 9. C. locat.* quem secutus est Negut. *in 4. memb. 2. par. nu. 151. & alij, in d §. item Seruiana*, vbi Aret. *nu. 1. in fin.* Faber *nu. 2.* Zal. *nu. 22. vers. quinto istres.* Affl. *decis. 184. in fin.*

21 Limitando quando alia extarent bona, alias illa censentur obligata ex his, quæ dicam in titulo, si specialiter, reseruata nc obligatio tacita appareat inanis, & vacua.

22 Ex quibus corollariè in hac locati, & cōducti materia infertur ad duo vtilia. Primum est, quod in contractu locationis in tacita obligatione non veniunt priuilegiata, & ea, quibus quis se commodè priuare non potest.

23 Vnde fauent iura contractui locationis, & conductionis inducendo in inuectis tacitā bonorum hypothecam pro s. curitate, vtuntur tamen temperamento consulendo etiam conductori reseruando bona necessaria, & sine quibus non potest stare commode, & salua dignitate sua.

24 Secundum corollarium est, quod quando obligatio conductoris redderetur collusoria, & inanis, veniunt etiam bona priuilegiata ipsius conductoris, de quibus dicam suo loco.

Sed (bone Deus) si scholari, & militibus priuatis talia reseruantur, quid remanebit in obligatione?

25 Vnum non omittam circa salarium, & ligna, quia decipere videntur commodam diuisionem, circa tamen salarium tetigi superius in materia famulorum *ad l. Seio, ff. de annuis lega.* Placet tamen opinio Portij, vt iudicis arbitrio remittatur circa ligna, paleas, salarium famulorum, & simil a, qui circumspectus diligenter inteiet, & considerauit omnia.

26 Declaratur etiam id, quod dictum est, quòd socius, qui recessit, teneatur ad ratam salarij pretium lignorum, palearum, & similium, nisi recesserit ex causa rixæ, cui non dederit causam. Secundo si non leuis, sed considerabilis sit. Tertio non sit secuta reconciliatio ex aliquo signo, vel demonstratione, quibus trib. concurrentibus non tenetur, & licita fuit separatio. ita Port. *in allegato loco, sub num. 4. ex l. si conuenerit, §. 1. ff. pro soc.*

27 Et bene considerat Port. rixam non leuem, quia sæpius scolares ind gnantur simul, tamen comedunt, bibunt, &c.

28 Quæ omnia iungi, & addi possunt ad ea, quę posui superius in materia famulorum, non enim omnia simul coniungi, & concatenari possunt, sed ex occasione pręstatur facultas addendi, & supplendi, prout passim antiqui iuris interpretes inferendo, & colligendo decisiones alibi examinatas ex responsis iuris prudentum. Et in proposito est glossa notabilis *in §. si vero indignus, in verbo, damnificabit, cum glossa sequenti, authent. de tabellionibus*, quod si quis conductor est priuatus officio conducto ex aliqua ipsius culpa, quòd ipse non subrogatus in locū ipsius debet habere præmium, & sic non debet duplici onere grauari, amittere pro futuro tempore officium conductum, & priuari responsione, & ibi etiam Accurs. sensit, quod nemo potest petere pensionem à se ipso.

QVÆSTIO VII.

1 QVæro incidenter vnum ad hanc materiam *l. ex. nemo, C. locat.* si duo conduxerunt domum, vel vnus subrogauit alium æque idoneum, diceturne socius ita vt conueniri possit actione pro socio, prout alij socij? breuiter conueniri potest actione pro socio quidem vtili, non directa, quia directa datur, quādo societas cōtrahitur ad commodiorem vsum, & vberiorem quæstum, & sic in materia odiosa, & strictè interpre-

2 tanda non veniet socius in domo conducta. Vnde si statutum dicat, quòd socius teneatur pro socio, nō venit socius in domo, quia nō est propria societas. Spe. culat. *in tit. de iudicijs, §. 2. vers. hoc etiam.* Panorm. *in capit. inter dilectos, in fine, de fide instrumentorum*, attestans in facto habuisse. Summa Angelic. *in verbo, locatio, num. 8. circa medium.*

3 Socius igitur in domo communiter conducta in materia odiosa, & strictè interpretanda non potest dici modo aliquo socius.

QVÆSTIO VIII.

QVæro octauo loco ad materiam *l. nemo, C. locat.* si primus conductor locat alteri, priuabitne primum locatorem, & cōsequenter dominum sua possessione? & per quem conductorem possideat pri mumne, vel secundum?

1 Primo videbatur dicēdum. q̄ non, immo colonus, vel conductor tradendo alteri priuat dominum possessione sua, *l. 3. §. quod si seruus, ff. de acquir. possess.*

2 Secūdo loco probari videtur hęc opinio *ex l. pere. gre, §. fi. ff. eod. tit. de acq. poss.* vbi per ingressum simplicem alterius possessionem, in qua retineo colonum, amitto. Si igitur ex simplici, & puro ingressu amittitur possessio, ergo per ingressum secundi cōductoris.

3 Duobus igitur modis possessionem amitto, quam per colonum retineo, per simplicem traditionem, & simplicem ingressum.

4 Pro contraria opinione facit *l. qui vniuersas, §. fin. ff. de acquirend. possess.* vbi si colonus, alij fundum locauerit, possessionem retineo, & hæc opinio est verior secundum glo. & Doctores, *in d. §. fin. & in alleg. gata l. nemo, C. locat.*

5 Sed antequam in præsenti quæstione alterius procedamus, placet considerare iura superius adducta, quod aliquantulum conferunt ad materiam locati, & conducti, de qua agimus.

domini directi in aliquo non sit facta deterior. apostilant. ad Dec. consil. 160. num. 6. vbi referunt consilio But. apostil. ad Summam Angelicam, *in verbo emphyteusa, nu. 24. litera A. in fine*, Bonacos. *de æquitat. canonic. conclus.* 34. Paris. *in consuetud. §. 13. glos. 5. nu. 4.* Bero. *in c. potuit. n. 163. de locat.* Rodo. *de reb. eccles. non alie nādis, rubric. de sedu c. ob rei alienationem, ver. emphyteuta, nu. 48.*

5 Pro cōtraria parte facit, nam quando est facta executio a lege, non est locus pœnitentiæ, *l. is cui, ff. de legat. 2.* Bart. *in l. qui ob rem, ff. de condict. indebit. in leg. si insulam, ff. de verbor obl.* sed per alienationē, vel locatione ad longum tempus est facta executio a lege, ex dispositione *l. fin. C. de iure emphyt. merito, & c.* & hanc opinionem tenet Bar. *in l. sequitur, §. item Labeo, in fine, ff. de vsucap.* quam communem dicit ibidem Roman. Rip. *in l. cum bona, nu. 20. ff. de priuileg. creditor.* Imol. *in d. §. item, Labeo in fine*, Alex. *in l. si a me, numero 3. ff. ad leg. Falcid. l. si insulam, numero 40. ff. de verbor. obligat.* Imol. *in cap. potuit, num. 48. de location.* Guid. Pap. *consil. 192. nu. 1.* Grat. *consil. 133. nu. 2. lib. 2.* Dec. *cons. 581. numer. 6.* Iaf. *in l. fin. n. 135. C. de iur. emphy.* Soc. iun. *cons. 20. numero 38. libro 1.* Rip. *in l. in quartam, numero 55. ff. ad l. Falcid.* Iul. Clar. *in §. emphyteusis q. 13. versic. sed quid.*

6 Addo Summam Angelicam, *in verbo emphyteuta, n. 24.* vbi in addit. dicitur, quod in practica durum esset ab hac opinione recedere. Bar. Cæpol. dicens hanc opinionem veriorem, *in l. quis sit fugitiuus, numero 6. in fine, ff. de adil. edict.* Bart. *in l. si quis libellos, Cod. de appel.* Papiens. *in form. libell. ad fict. præst. in verbo, emphyteusis, in verbo. alienauit.* Emanuel attestans hanc communem *in suo thesaur. litera E, numero 78.* Duenn. *regul. 40. limit. 13. numero 13.* Menoch. *in 13. remed. recup. possess. nu. 90.*

7 Putarem tamen in hac resolutione, quod bonus iudex multa considerare deberet, & primo, aut est secuta actualis traditio, vel nō. Primo casu sumus in actu aliquantulum duriori, ex quo traditio reducit consumationem, & implementum actus præcedentis, vt notatur *in l. traditionibus, C. de pac.* & ita sentit, & considerat Aluarot. *in cap. 2. col. 2.* quid iuris sit si vasall. quem sequitur Cur. *in tract. de feud. par. 4. nu. 13.* Tiraq. *de constit. possess. in 3. par. lib. 26.* Duen. *reg. 40. num. 13.* & sic primo considerabit modum.

8 Considerabit etiam secundo loco tempus recuperationis, quod est in duplici consideratione, videlicet aut est facta recuperatio infra duos menses, de quibus *in d. l. fin. C. de iure emphyteut.* alio modo, aut isto: interim dominus directus declarauit caducitatem, vel non; si enim declarauit, sumus in duriore casu. Ita considerat Bero. *in d. c. potuit, col. 41. vers. vtrum autem, nu. 163.* & Bal. *in d. l. fin. in final. verbis*, non enim res efficitur caduca, nisi domino volente, vt superius vidimus. Vnde adhuc domino non declarante facilior videtur indultus, emphyteuta pœnitente.

9 Tertio loco considerabit qualitatē procedendi, puta si pendente termino, & statu alienationis cū intentione recuperationis emphyteuta recognouit sēper dominū directū soluendo censum, si opus erat, & alias recognitiones faciendo, quas ante alienationem, & re integra faciebat. Ita tenet Bonacos. ex relatis per eū *d. concl. 34.* Caball. in terminis locationis ad longum tempus loquens, *milleloq. 213. in fine, par. 1.*

10 Quarto generaliter considerabit, si in aliquo ius domini directi sit effectum deterius, vt per Butr. *in d. consil. 34. prope medium*, post Io. Andr. *in d. c. potuit*, monēs clericos ne in pœnis sint tantum tenaces, & hæc opinio est admodum æqua, ex cap. si quis presbyterorum *de reb. eccles. non alienand.* ad cuius intellectum dictas considerationes annotare placeat.

11 Et applicando vlterius ad materiam locati, & conducti faciunt ad quæstionem, quod si statutum disponat, quod si quis receperit laboratorem alienum de sua possessione, quod teneatur sibi Domino soluere omnia debita dictorum laboratorum, quod si aliqui laboratores sponte volunt ad vnum, & inuitant, eum vt retineat eos super possessione sua, si talem acceptantem pœniteat, admittatur pœnitentia, ita vt non teneatur amplius ad debita, iuxta formam statuti Verdicens hoc admodum notabile *in l. quis sit fugitiuus, in princip. nu. 5. ff. de adilit. edict.*

Posset etiam inferri, quod res non dicatur solita locari, si locatio non durauit.

12 Similer ad materiam *leg. fin. C. de acquir. poss.* quod colonus, vel conductor non dicitur modo aliquo præiudicasse, si alienat, & celeri spatio recuperat.

QVAESTIO VI.

1 QVæro sexto. Plures recuperant rem in emphyteusim, postea conueniunt ad inuicē quod vnus locat portionem suam alii, nunquid sit locus dispositioni, *l. fin. C. de iure emphyt.* Omissa disputatione putarem, quod non, quia & diuidere possunt inter se, & quocunq. alio titulo alienare, nedum simpliciter locare, & nedum ad modicum tempus, sed & ad longū tempus dummodo emphyteusim non excedat, & de alienatione est cōis opinio attestat. per Ias. *in l. qui Romæ, §. duo fratres, nu. 77. ff. de verb. oblig* Gozad. *cons. 20. nu. 9.* Iul. Clar. *in §. emphyteusis, q. 14.* Addo Ias. *in l. fin. col. 31. q. 7. C. de iur. emphyt.* Rodoa. *de rebus eccles. non alienand. in citato loco, n. 22.*

2 Et posset inferri in simili in hac locati, & conducti materia ad plures colonos, vel ad modicum, vel ad lōgum tempus, qui ad inuicem vel ratione commodioris culturæ, vel alia causa diuidunt, vel locant ad inuicem portiones suas, quod non dicuntur male versati in re conducta, ad effectum, vt expelli possint ad materiam, *l. ædem, C. locat.* dummodo enim dominus, & locator recognoscatur, nullum est præiudicium. Videbis passim in hac locati, & conducti materia. Erāt plures in vna familia coloni, diuidunt inter se, & conueniunt, quod tale laboritium remaneat integrum, & in totū vni, & recognoscat dñm suo tpe Vtq. possunt. Vidi bene dños quandoq. reclamantes, quia magis placebat vnus, quā alter, sed nō est bona excusatio nisi aliqua particularis suspitionis ratio assignetur.

4 Contrarium tamen in principali q. tenet Alexand. *in l. si domus*, & ibi sequitur *Ias. ff. de legat. 1.* Caballin. *milleloq. 98*, prima tamen opinio æquior videtur, putarem tamen si dominus vellet pro se, quod præferatur ex Caballin. in dicto loco.

QVAESTIO VII.

QVæro, an istis casibus emphyteuta excusetur si sit rusticus, minor, miles, vel mulier.

Primo

1 Primo videbatur dicendum quod sic, ex *l. si id quod ff. de iurisdict. omnium iudicum.* vbi rusticitas excusat, in corrumpente album prætoris, quia per simplicitatem id fecisse præsumitur, vt per Ias. & Dec. *ibid. num. 32.*

Secundo rusticus excusatur si non edidit sua iura, quamquam edere iussus sit, *l. 2. §. fin. ff. de edendo.*

2 Pro contraria parte facit, quia rusticus non excusatur à pœna, *l. si quis in tantum, C. unde vi,* & late ibi per Bar. & Bal. & latè Iacob. Menoch. *de recup. possess. remed. 9. q. 2.*

3 Secundo pro hac parte facit, quia rusticus, & similes non excusantur, si poterunt consulere peritiores, & non consuluerunt, *l. in bonorum, ff. de bon. poss. l. 2. §. si. ff. quis ordo in bonor. poss.* & latè Doct. *ad l. iuris ignor. C. qui admitt.* si enim in hoc casu consuluissent, vtiq. non incurrissent, meritò, &c.

4 Vigilantibus enim, & non dormientibus iura subueniunt, *l. pupillus in fi. ff. de his, qui in fraud. credit.*

5 Et hæc opinio in puncto iuris est verior, quam tenuit *Bal. in cap. 1. q. penult. si contron. fuer. inter domin. & empt. Doct. in l. iuris ignorantia, C. qui admitti,* in specie Rodohan. *de reb. eccl. non alienand. cap. de caducit. ob rei alienat. in verbo, emphyteuta, num. 12. & 13.* Addo Ias. *in l. fin. num. 118. C. de iur. emphyt. Curt. iun. l. Veneusinum* scilicet vbi Alciat. *nu. 12. C. de iis vocand. Tiraq. de retract. conuen. §. 4. gl. 7. n. 13. & de pœnis legum, conf. 11. nu. 10. Iacob. Menoch. de arbitrar. iud. lib. 2. centur. 2. cas. 6. num. 21.*

Rationes sunt in promptu, quia rustico non parcitur, nisi in casibus à iure expressis, *l. fi. C. de iuris, et facti ignor.* & in his quæ tendunt ad rigorem iuris conseruandum, vt per Scribentes *in l. iuris ignorantia C. qui admitt.*

6 Potest vltra Ias. vt supra alia ratio adduci in rustico principaliter, quia rusticus in dubio præsumitur scire valorem rei, & emphyteuticam rei qualitatem, vt per *Ias. in d. l. fin. n. 127.* Si ergo scit, & contra legis præcepta alienat, vel ad longum tempus domino irrequisito locat, dolose facit non autem rusticè, & simpliciter, merito pœna priuationis plectitur.

QVÆSTIO VIII.

1 QVæro octauo loco de notabili quæstione. Est data res in emphyteusim, cum pacto, ne possit alienari in certas psonas, nunquid poterit locari? & dato quod possit locari, an in per sonas nō prohibitas poterit sine consensu domini, & absque incursu caducitatis? & circa primum visum est superius de effectibus locationis ad longū tempus, quod prohibita alienatione, vel venditione censetur prohibita locatio ad longum tēpus. Circa secundum, an circa personas non prohibitas requiratur consensus domini.

2 Primo pro parte negatiua dicendum videbatur, namque vnius exclusio alterius est inclusio, *l. cū prætor. ff. de iudic. l. maritus, C. de procur. cap. nonne, de præsumpt.* si igitur excludit certas personas, merito includit facultatem alienandi in alios, domini consensu nō requisito, nec alias cum timore aliquo caducitatis incurrendæ.

3 Secundo pro hac parte facit, quia verba debēt aliquid operari, *l. si quando, ff. de legat. 1. c. si Papa de priuil. lib. 6.* si igitur est appositum pactum de non alienādo in certas personas, merito debebit operari, vt ad personas non prohibitas, neque expressas in pacto liberè & secure alienari possit.

Et hanc opinionem tenuit *Ias. in l. fin. n. 89. C. de iur. emphyt.* & veriorem, & magis communem dicit. *Ruin. conf. 213. sub n. 6. lib. 1.*

4 Pro contraria parte facit, quia clausula illa exclusiua certarum personarum regulatur, & intelligitur secundum naturam actus, cui apponitur, argum. *l. fin. C. de non numer. pecun.* Et hanc opin. consulendo tenuit *Alex. conf. 106. col. 1. vol. 4.* videtur quodāmodo approbare *Iul. Clar. in §. emphyteusis, q. 13. vers. sed quæro.*

5 Præcedens tamen opinio, esto quod est magis communis, verior etiam de iure videtur ex rationibus superius allegatis.

6 Dices cum Iul. Clar. hoc pactum est appositum fauore domini directi, ergo non debet in eius damnum retorqueri. Respondetur, quod dominus directus expressit fauorem suum, & quod sibi displicebat fieri, merito in alijs non expressis nullum præiudicium iudicandum erit contra eum.

7 Ex quibus corollarie infertur limitatio *ad l. cū prætor. ff. de iudic.* vt in casu, de quo agitur, inclusio vnius est exclusio alterius in casibus permissis, & sic regula *l. cum prætor*, procedit in pari casu: si vero sumus in casu dispari, dispositio *l. cum prætor*, non procedit. Vnde si alienatio esset semper permissa, procederet regula exclusionis, sed quia est prohibita regulariter ex primenda ad certum casum, & personas, regula non procedit ultra Alphan. *reportat. 328.*

8 Applicando ad hanc materiam locati, & conducti, uidi in facto casum. Quis locauit Sempronio domum cum reseruatione expressa, ne locetur scolaribus, poteritne ex hoc locare, seu sublocare alijs etiamsi non sint æque idonei, & ad eundem solitum usum. Videbatur dicendum quod sic, quia inclusio unius, est exclusio alterius, & econtra.

9 Contrarium uidetur uerius, licet enim expresserit factum scholarium, non per hoc uidetur sibi præiudicasse in alijs à iure dispositis, quæ sunt, ne sublocare possit, nisi æque idoneo, & ad eundem usum. Militare etiam uidetur similis, uel par ratio. Vnde argumentū à contrario non procedit, ut dicam in materia frequentioris usus, æquum ne uideretur, ut si prohiberē sublocare scholaribus expresse, quod per hoc esset permissum meretricibus, bittuarijs, & similibus.

10 Pariter uidi ad hoc propositum in facto casum. Locauit quis apothecam cum expressa prohibitione ne fiat, vt vulgo dicitur, *la pizzicaria*, non per hoc uidetur concessa licentia de alio pari, simili, uel maiori exercitio, ut dicam in materia frequentioris usus.

QVÆSTIO IX.

1 QVæro. Emphyteuta locauit ad longum tempus rem emphyteuticam cum pacto legis commissoriæ, uel addictionis in diem, an sit locus dispositioni *leg. fin. C. de iur. emphyt.* & pro nunc omissis rationibus hinc inde, respondetur, quod nōn, duobus tamen concurrentibus, quæ secundum Scribentes infetius allegandos notabilia sunt, & declarant totam materiam *l. commissoriæ*, & addictionis in diem, & pactorum de retro uendendo.

2 Primum quidem est, quod tale pactum apponatur incon-

incontinenti re integra, in ipso contractu, secus si post aliquo modo. Secundũ requisitum est, quod talia pacta fiant per verba directa, secus si per verba obliqua: directa, n. sunt, res sit inempta, vel locatio sit pro non facta: obliqua, si dicat, reuertatur, redeat, & similia verba, gl. notabilis, & singularis secundũ omnes, & ab omnibus vbique commendata, *in verbo ab emptione, in verbo cogatur, ff. de pact.* quàm notabilem, & singularem dixit Bald. *in l. 3. colum. C. de legat.* Curt. sen. pulchre, & magistraliter loquens, *cons. 12. n. 7.* vbi etiam subdit vnum aliud notabile, quod pactum de retrouẽdendo hodie magis frequentatur, & est loco pacti, legis commissoriæ, vel adiectionis in diem, & quod in dubio verba intelliguntur obliqua, Ias. post alios *in d. l. ab emptione, num. 8.* attestans, quod qui nescit illam glossam, de facili erraret in discursu legis commissoriæ, vel adiectionis in diem, reprobando per hoc singularem decisionem Castrens. *in l. si cum venderet, ff. de pignorat. act.* quod stante pacto de retronendendo oblato pretio licebit rem vendicare quocunq. possessore qui verba pacti de retrouendendo sint obliqua, vt ibi late per eum. Cui adde Curt. sen. *d. cons. 12. nu. 1. & 2.* commendat etiam Ias. *in l. fin. q. 21. sub n. 138. C. de iure emphyt.* attestans esse singularem limitationem illius *l. & sua materiæ, Dec. cons. 88. col. 2.* Cott. in memorabilis. *in verbo emphyteuta alienans,* vbi illam gl. ad hoc propositum valde commendat, Dec. post alios *in leg. traditionibus, C. de pact.* Salic. *in l. si certis annis, Cod. eod.* Castr. *in l. 1. C. de donat.* Alex. eum valdè commendans, *in l. 1. colum. 3. Parpal. ff. sol. matrim. Aretin. & Alexan. in l. qui absente, §. 1. ff. de acquir. poss. Alex. cons. 10. col. 1. lib. 1. Ias. cons. 211. col. 2. lib. 2. & cons. 128. col. 4. lib. 4.* Ferdinan. Loarez. *in repetit. l. filiusfamil. §. diui, colum. 31. limitat. 5. vbi Crott. limitat. 6. ff. de legat. 1.* latè Tiraquell. *de retract. conuention. §. 1. gl. 7. num. 6.* vbi etiam multis authoritatibus singularem commendat, & sequitur.

3 Et vidi in facto quæsitum, an pactum, *l. commissoriæ, vel adiect.* in diem habeat locum in contractu locationis, & conductionis, prout in contractu emptionis, & venditionis, & putarem, quod sic, stante similitudine istorum contractuum, & quod ijdem regulis regulantur, *l. 2. ff. locat.* ita vt si quid reperiatur clare decisum in materia emptionis, & venditionis, & sit dubium, an procedat in contractu locationis, & conductionis, quod inferri potest de vno ad aliud, vt dixi superius de similitudine locationis, in fine, & prohibita venditione, dicitur prohibita locatio, modo tamen quo superius dixi,

4 Vnde loco tibi fundum, vel ad tres annos, vel ad biennium, vel ad longum tempus pro decem, puta in quolibet anno, hoc pacto apposito, quod pensionem promissam soluere debeas in principio anni, alias locatio habetur pro non facta, & quilibet sit in libertate sua,

5 Vel loco tibi fundum hoc pacto apposito, quòd si infra mensem quis obtulerit meliorem conditionẽ, locatio sit pro non facta, & quilibet sit in libertate sua.

QVÆSTIO X.

Quæro satis ad terminos materiæ locati, & conducti, dices, quid prodest ista requisitio de domino directo ad euitandum incursum *d. l. final. C. de iure emphyten.* aut enim dominus directus recusabit, aut acceptabit si recusabit, vana fuit, & est requisito, si acceptabit, vana est acceptatio, quia conductio rei propriæ non valet, vt dicam suo loco.

1 Respondetur, quod in casu nostro est vtilis, & necessaria, namque aut quis est dominus, & possessor pleno iure, & tunc conductio rei propriæ non valet, vt dicam in titulo de conductione rei propriæ, aut quis non est dominus pleno iure, & tunc conductio propriæ rei valet, quia intelligitur respectu iuris, quod non habet.

2 Vnde applicando ad casum nostrum, cum emphyteuta habet vtile dominium, & naturalem possessionem, vt not. *in l. 3. §. ex contrario, ff. de aquir. possess.* de istis duobus intelligitur facta requisitio, acceptatio et consequenter conductio. Ita in terminis sentit, & declarat Ruin. *cons. 148. num. 12. volum. 1.* sentiens omnino per discursum illius consilij dispositionem *l. final. C. de iure emphyteut.* procedere in locatione ad longum tempus, prout latius etiam sentit Pet. Duenn. *reg. 40. num. 12.*

Addo vltra Rui. in allegato cons. quod dicitur conducere ius emphyteuticum tantum, vt per Boer. *dec. 234. sub nu. 3.* inferentem etiam in practica quod si in instrumento locationis per emphyteutam dicatur hoc modo, talis emphyteuta talis fundi locat. Sempronio iure, & titulo simplicis locationis; adhuc enim non releuaret ipsum ab incursu caducitatis, vt ibi per Boer.

3 Et sic in hac locati, & conducti materia inferuntur ex hoc duo.

4 Primum est locatio ad longum tempus cum titulo simplicis locationis quin operetur.

5 Secundum est si emphyteuta per hanc locationẽ, vel requisitionem transfert in dominum directum vtile dominium, & naturalem possessionem, quam habet isto iterum, locatione prendente quis remanebit iste emphyt.

6 Pone quod requisiuit dominum directum, sed mentitus est, allegando de maiori pensione reperta, quæ re vera non esset, an dicatur satisfactum dispositioni *l. fi. C. de iure emphy.* Vtique non, & perinde est ac si nihil dixisset Ias. reputans hoc valde menti tenendum *in l. fin. notab. 6. num. 21. C. de iure emphyt.* Tiraq. *de retract. lignagier. §. 36. glos. 2. n. 2. ex l. eum qui, §. cum igitur, ff. de in diem addict.*

7 Quod facit ad materiam locati, & conducti, locauis quis fundum cũ pacto addictionis in diem, & supposuit falsum conductorem, vtique non audietur.

8 Et facit ad intellectum, & materiam, *l. ne cui C. locati,* quod dominus non potest expellere primum conductorem, si parem alijs conditionem afferat. Pone quod fuerit suppositus tertius ad faciendum fortasse prout ad incantum. Vtiq. occurrendum est per iudices huiusmodi suppositionibus, prout etiam succurritur sequestris mendicatis, & studiose quæsitis.

6 Pone etiam, quod emphyteuta requisiuit dominum directũ si conducere volebat, qui respondit non potest vnlt penitere, an si audiendus? Vtique dominus directus semper audiri debet, nedum intra duos menses, iuxta dispositionem *d. l. fin. C. de iure emphyteut.* sed etiam post duos menses, re tamen integra, & venditione, vel locatione adhuc non facta, vel secuta. Io. And. ad Spec. *in titul. de iure emphyt. §. nunc aliqua, versicul. 101.* Ias. *in d. l. fin. in 8. notab.* Franc. Marc. *decision. Delphinali*

Digitized by Google

phinali 578.p.1. allegat in argumentum Castrens. in lege, qui Romæ, §. coheredi, ff. de verbor. obligat. per l. fi. cut, §. si volentis, ff. quibus modis pignus, vel hypotheca soluitur.

10 Similiter faciunt prædicta ad materiam, & no. in l. ne cui, C. locat. vbi cauetur, quod secundus conductor non admittitur, si primus alijs parem conditionem afferat, quod nõ debet studiose supponi alius, qui offerat maiorem; debet enim iudex hoc diligenter inuestigare, & ne quis ex calumnia alterius damnum, vel iacturam aliquam patiatur.

11 Sed pulchra (ni fallor) & vtilis est indagatio. Pone quòd emphyteuta requisiuit dominum directum, & denunciauit, quòd intendebat locare rem emphyteuticam ad longum tempus, vel alio simili modo alienare, & ipse sic requisitus respondit, nolo conducere, vel retinere, an possit statim alienare, vel saltẽ adhuc expectandi sint duo menses, & vtique expectandi sunt. Specul. de iure emphyt. §. nunc aliqua, vers. 101. licet ibi Io. Andr. contrarium teneat. commendat, & sequitur Franc. Marc. decis. Delphinal. 579. quem notare placeat in conceptione verborum. aliud enim est respõdere, ego nolo conducere, vel alias retinere, & aliud est dare formaliter licentiam, & facultatem locandi ad longum tempus, vel alias alienandi.

12 Primo namque casu expectatur cursus duorũ mẽsium, secũdo casu non. Vnde eris cautus, dum tractas cum domino directo, quid tibi respondeat, & sufficit vnica denunciatio, vt per Ias. in d. l. fi. in 8. notab. n. 27.

QVÆSTIO XI.

Quæro, Mulier, minor, & similes, prohibiti a statuto contrahere, non seruata eius forma, locauit ad longum tempus ea non seruata, nec domino requisito, an cadat à iure suo?

1 Pro affirmatiua facit, quia quando contractus est nullus, non seruata forma legis, vel statuti, hoc procedit quoad commodum contrahentium, secus in illorum damnum, & odium, ex doctrina Bar. nu. 20. C. de legibus. Commendat. in l. fin. §. sed quia nostra, num. 9. C. communia de legat.

2 Pro contraria parte facit, quia verba statuti intelliguntur cum effectu, & sic de contractu valido, l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudic. Vnde cum locatio ad longum tempus ex defectu formæ statuti sit nulla, non cadet emphyteuta a iure suo.

3 Et hanc opinionem tenuit, Bal. in l. 2. col. 2. versic. ex prædictis, Cod. de episcopali audientia. commendat pro singulari Aret. in leg. continuus, §. cum ita, colum. 3. ff. de verb. oblig. Curt. sen. conf. 8. Firma. de gabel. par. 3. octauæ partis principalis, q. 32. Guid. Pap. decis. 590. Fel. & Dec. in c. ex tenore, ille col. 4. in fine iste col. 3. de rescript. idem Fel. in c. exterum, col. 2. de iudicijs. Fauia. de empt. q. 25. tertia quæst. principal. Ias. in d. l. fin. q. 22. commendat Cremen. singul. 113. Cott. in memorial. in verbo, actus nullus. Purpurat. in l. 2. in fine, ff. si cert. petat. late Tiraq. de retract. lignagier. §. 1. glos. 2. num 6. de leg. connubial. glos. 8. q. 34.

Addo in materia bene loquentes Felin. in cap a nobis, post medium, de simonia, Ias. in l. 2. §. quod si in patris, col. 6. vers. ad idem, ff. solut. matrim. Curt. iun. in l. vbi pactum, in fin. C. de transact. & hæc est magis communis opinio. Lamberteng. de contract. mulier. in verbo, finis, nu. 157. Rodoan. de reb. eccles. in verbo, emphyteuta, num. 45. fol. 523. Io. de Arn. singul 56. Rip. in l. 4. §. condemnatum, num. 5. de re iudicata.

QVAESTIO XII.

Pulchra est indagatio, nec à Doctoribus in specie examinata, an facta alienatione contra formam l. fi. C. de iur. emphyt. conducta ad longum tẽpus, emptor, vel alius possessor possit de facto expelli, absque aliquo iudicis decreto, vel ministerio, de qua Ias. late examinans materiam in d. l. fi. circa factum alienationis nullo modo tangit, nec Iul. Clar. in sua emphyteusi, nec Rodoa. de reb. eccles. non alienand.

1 Primo videbatur dicendum, quod sic, quia cadit ipso iure, vt in d. l. fin. vbi gl. in verbo, cadit, Caball. mil. loq. 112. par. 1.

2 Contrarium est verius, quia possessor multas exceptiones, & defensiones opponere posset, propter quas res fortasse non incidit in commissum.

3 Vnde sine citatione, & sententia dicitur spoliatus, Butr. & ibi Caball. cons. 22. Alex. cons. 128. vol. 5. Affl. decis. 97. attestans ita iudicatum, & hæc opinio est æquior, & tutior, Guid. Pap. q. 107. Alc. respons. 293. in fin. Crau. cons. 212. nu. 2. Ruin. cons. 50. nu. 10. & 166. lib. 1. Menoch. de recuper. possess. remed. 1. num. 79.

4 Facit in hac locati, & conducti materia ad not. in l. fin. C. de acquir. possess. si colonus interuertat possessionem domini eam alienando, an de facto auocari possit, & vtique non ex prædictis, sed requiritur citatio, & declaratoria iudicis.

5 Secundo habetur ampliatio ad l. de vnoquoque, ff. de re iudicat. in casu, quando alienatio est nulla ipso iure ex forma leg. vel statutorum, adhuc enim possessor citari debet, nec de facto spoliari.

6 Facit, quod si locetur mihi res aliena, quod non debeo sic de facto spoliari etiam si dominus verus ostẽdat iura clara, sed debeo citari cũ declaratione iudicis

QVAESTIO XIII.

Quæro, an in locatione ad longum tempus, vel alias in alienatione scientia, ignorãtia, vel præsentia cum taciturnitate noceat, vel prosit. & conclusiue procedendo ponam nonnullas conclusiones.

1 Prima sit conclusio. locatio ad longum tempus facta domino præsente, & tacente, operatur cõsensum, Alber. in l. fin. vbi Ias. q. 23. C. de iure emphyt. Rodoan. de reb. eccles. rubr. de rei alienat. ob caducitatem in verbo, emphyteuta, num. 23.

2 Secunda sit conclusio: iusta ignorantia, qualis in hærede reputatur, excusat locãtem ad longum tempus, vel alias domino irrequisito alienãtem, ita vt domino agenti ad caducitatem incumbat onus probandi scientiam, alias non obtinebit, Bald. in cap. vnico, de controuers. inter dominum, & emptorem. Caccialup. in repetit. cap. 1. de feud cognitione, Dec. consil. 228. Ial. consil. 64. col. 3. lib. 3. Dec. in l. qui in alterius, ff. de reg. iur. Alex. in l. cum filius, § in hac, ff. de verbor. oblig. cons. 45. lib. 6. Corn. cons. 163. lib. 2. Caball. milleloq. 94. parte prima, & in addit. ad Butr. cons. 22. litera B, circa medium.

3 Declaratur nõ procedere in hærede suo, prout est filius, & similes personę coniũctę, cohabitantes simul

cum

Digitized by Google

cum defuncto, quia præsumitur in eis scientia, Ruin. *cons.50.num.7.lib.1.cons.47.num.13.lib.2.* ponam latius in titulo de inuectis.

4 Subdeclaratur in filio legitimæ ætatis, aliàs non præsumitur scientia. Iaf. *in l.si quando,num.53.C.unde vi,* Parif. *conf.75.in fin.lib.1.* Tiraq. *de retract. consang. gl.2.num.9.* Rolan. *conf.51.num.12.lib.2.* Menoc. *de recuper.possess.remed.11.num.55.*

Et in hac locati, & conducti materia vtilis est hæc declaratio in renouatione tacita, & in omnibus casibus, in quibus datur ignorantia, vel scientia.

QVÆSTIO XIV.

1 QVæro, Emphyteuta locat simpliciter, quomodo in dubio videtur locare? quæstio hęc pendet ab ea, quam superius posuimus; an faciens actum, dicatur facere nomine officij, vel proprio. Vnde concolusiue procedendo in hoc, si emphyteuta simpliciter locat, videtur emphyteuta locare, & sic ius tantum, quod habet. Vnde domino præsenti, & tacenti non præiudicat, secus si locat pleno iure, Ias. *in d.l.p. q.23.* Rodoan. *vt supra,nu.23. in fine,* Firm. *in verbo,emphy. teuta alienans, vers.finali,* licet Bart. & alij ibidem relati contrarium non bene sentiant.

QVÆSTIO XV.

QVæro, Erat contentio cum aliquo super re emphyteutica, fit inter eos transactio, & mediāte transactione emphyteuta locat aduersario, vel ad modicum tempus, vel ad longum rem emphyteuticā causa quietis, & litium finiendarum, an possit, & dicatur contra dispositionem *leg.finalis,C.de iure emphyt.*

1 Pro parte affirmatiua facit, quia vasallus transigere potest fine consensu domini, nec incurrit pœnam caducitatis, *vt in cap.si vasallus, si controuersia fuerit inter dominum,& vasallum.*

2 Pro contraria parte facit, quia qui alienare prohibetur, trāsigere prohibetur, *l.non solum,C.de præd.minorum,l.1.& ibi glos.not.C.si aduersus transactionem.*

3 Pro resolutione cōsiderandi sunt plures casus. Primus est, quādo per transactionem emphyteuta abdicat a se rem, & concedit pro cōcordia suo aduersario. Secundus casus est econtra, quando emphyteuta retinet penes se, aliquo tū dato, vel facto ipsi aduersario.

4 In primo casu verior cōclusio videtur, quod si emphyteuta possideat, & pro concordia tradat rem aduersario, quod non potest, quia dicitur alienatio, Roman. *conf.166. in princ.* Rodoan. in prælato loquens *de reb.eccl.fol.3.nu.12. & in rubric.de caducitate ob rei alienationem,in verbo,emphyteuta, num.37.* Ias. *in l.fin. q.10, sub num.122.C.de iure emphyt.* Iul. Clar. *in feud. loquens in suo feudo, q.38.* attestans hanc esse communem opinionem, Octauius Simoncell. de minore loquens *in tract.de decret.lib.2.tit.6.inspect.10. nu.102.* & in hoc primo casu omnes concordant.

5 Vidi tamen in hoc membro in facto casum in materia locati, & conducti, quod emphyteuta tradidit aduersario rem emphyteuticam, sed aduersarius loco cuiusdam tacitæ locationis erat obligatus ad solutionem canonis directo domino, & vlterius tot pro anno ipsi emphyteutæ, & sic in transactione includitur, & plus quædam species locationis aliquo dato, vel retento, tamen fuit declaratum transactionem non valere, nec tenere.

6 Secundus casus est, cum aduersarius emphyteutæ possidet rem emphyteuticam, & transigēdo dimittit emphyteutæ aliquo dato, vel facto, & in isto casu Sal. quem sequitur Simonc. in allegato loco, tenuit pariter trāsactionem, quia pacat perpetuā exceptionem.

7 Verior tamen opinio videtur, quod dimittens aduersario possidenti ex causa transactionis, alienare nō dicitur, gl. notab. *in l.1. C.de vsucu.pro emptore,* Bart. *in l.si profundo,C.de transact.* dixit singularem Ias. *nu. 122.* Alc. *respons.94.nu.5.* vbi in emphyteuta, & minore loquitur Abb. *conf.57.lib.1.* vbi in prælato loquitur Iacob. Menoch. licet pedes non figat, *de arbitrar. iud.lib.2.cent.2.cas.101.num.74.*

8 Vidi in facto casum in hac locati, & cōducti materia. Fuit transactū, vt ipse retineat rem, & tradat emphyteutæ aliquid loco recognitionis, & tacitæ locationis, & soluat emphyteuticum canonem.

9 Vidi etiam casum, quòd res emphyteutica dimissa cum titulo locationis.

10 Tertius casus, & hic clarior alijs, quando emphyteuta rem aliquo dato, vel facto ipsi aduersario, & tunc sine dubio potest, vt concludunt omnes superius nominati iuris interpretes.

11 Ex quibus corollarie infertur, quando transactio dicatur alienatio, & vltra adducta superius, quod dimissio rei non dicatur alienatio, tenuit Ruin. *conf.12. col.2.lib.4.* Dec. *conf.474.col.1. & conf.564.col.penult.* Rolan. *consil.15. col.penult.num.45.lib.1.* Assisien. *decis. 35.num.8.par.1.*

QVAESTIO XVI.

1 QVid in meliorationibus? Vtique locare potest ad longum tempus, & ad modicum, vel alienare quocunque titulo. Si enim loquimur in locatione ad modicum tēpus, res est sine dubio; si enim fiat ad longum tempus, vel alio titulo alienationis, valet cū reseruatione vtilis dominij, alias non valet. Bald. *in l.fi. in 2. opposit. C.de iure emphyt.* & licet Ias. hanc limitatione non teneat, vbi Purpur. dicit in patria sua de consuetudine non seruari, quia de facili fit fraus legi, tamen in se vera est, *ex l.necessario,§.fin.ff.de peric.& commo.rei vend.& l.cum manu fata,§.fin. ff.de contrab. empt.* Rodoan. *in citato loco,nu.19.& 20.*

2 Vel quando facta est emphyteusis cū clausula cui, & quibus dederit, vel stāte pacto de alienando requisito domino, qui recusauit, prout Papiæ passim obseruatur in omnibus inuestituris, Salic. *in l.3.C.de iur.emphyt.* Roman. *consil.271.* Ioan. Aru. *conf.80.nu.55.vol. 2.vltimarum voluntatum,* Rol. *de lucro dot.q.54. num. 20.* Iul. Clar. *in §.emphyteusis,q.13.& 28.* vbi per hæc verba bona redduntur allodialia, Rol. *conf.3. num.61. vol.1.* Pulcher Ghilfred. *conf.56.nu.13.lib.1. respons.di. uers.* Caeph. *conf.345.nu.23.vol.3.* Rol. *conf.79.nu.20. vol.2.* Curt.sen. *conf.64. num.66.* Borgn. *decis.36. num. 12. & decis.45. num.19.* & habes modum nedum alienandi melioramenta, sed bona ipsa.

3 Et sic est hic alter casus, in quo fit locatio ad longū tempus, cū reseruatione vtilis dominij, de qua superius vidimus de locatione ad longum tempus. Et sic de facili colligitur, quod in contractu transactionis in ventre sæpius includitur locatio, & conductio.

QVAE.

Digitized by Google

QVÆSTIO XVII.

Evenit in facto casus in hac locati, & conducti materia,& iuris emphyteutici simul. Emphyteuta certa mercede conuēta imposuit seruitutem in fundo emphyteutico, an valeat ista locatio? Hāc quęstionem tetigi in materia vsusfructus.

1 Vnde remitto me ad ea, quæ ibi dixi, & alliquid succincte addēdo vera est resolutio, quod potuit emphyteusi durante,& quoad præiudicium ipsius non autem directi domini

Vnde finita emphyteusi extinguitur seruitus imposita, Cæphol. *de seruit. lib. 1. cap. 14.* Iul. Clar. *in §. emphyteusis, q. 1 t. & §. fundum, q. 37.* Iaf. *in l. fin. q. 8. C. de iure emphyt.* Rodoan. *de reb. eccles. fol. 521. num. 38.* attestātes hanc esse communem opinionem, nec domini cōsensum requiri.

2 Videbis igitur in facto multos emphyteutas certa mercede conuenta concedere vicino ius transeundi, hauriendi aquam,& similia.

QVAESTIO XVIII.

Quæro vlterius in hac locati, & conducti materia de ea, quæ spectant ad emphyteutam, quis est colonus partiarius,& emphyteuta simul poterit ne alienare domino non requisito,& non seruata forma, *l. fin. C. de iure emphyt.*

1 Primo videbatur dicendum, quod sic, quia dispositio *l. fin.* est pœnalis,& odiosa, ergo restringenda, regula, odia, *lib. 6. l. cum quid. sm. ff. de liber. & posth.*

Secundo pro hac parte facit, quia colonus partiarius est loco socij, vt dicam suo loco, & socius dicitur habere mandatum a socio ad alienandum, glo. *in leg. nemo ex socijs, ff. pro soc.*

2 Contrarium est verius,& sic dispositio *l. fin.* procedit etiam in colono partiario emphyteuta, vt non possit alienare etiam soluendo quinquagesimam, Spec. *in tit. de locat. §. nunc aliqua, vers. 104. in fin.* commendat Iaf. pro extensione illius l. *in l. fin. quæst. 8. n. 131. C. de iure emphyt.* Rodoa. *de reb. eccles. non alien. vers. his dictis, f. 524. num. 6.*

3 Ad illud, quod socius dicitur habere mandatum ab alio socio, & sic colonus a domino, respondetur esse verum quoad mobilia,& merces venales,& hoc si societati expediat, secus quoad stabilia, prout in casu nostro, Tiber. Dec. *conf. 85. nu. 14 lib. 2.* Ioseph. de Ludou. *concl. 53. vers. socij, fol. 124.*

Addo Franc. March. *decis. Delph. 574. in fine par. 1.* Dec. *in l. si socius, ff. si cer t. pet.* Secundo modo respondetur vltra Ioseph. Ludou. quod socius dicitur habere mandatum a socio quando sumus in societate expressa, certa,& conuentionali, secus si sit incidens ratione alicuius hæreditatis, vel fundi, prout inter dominum,& colonum: ita declarat Gabau. *in l. stipulationes non diuiduntur, col. 4. nu. 21. ff. de verb. oblig.* Roncbagal. attestās hanc esse cōmunem opinionem, *in l. 9. nu. 198. ff. de duob. reis.*

4 Et studiose apposui hanc declarationem, quia vidi in facto casum in materia locati,& conducti, an colonus, fictuarius, et similes dicantur habere mandatum, posui supra *in titulo de procurat.* quibus hæc addi possunt, Vnde colonus stabilia alienare non poterit, cæ-tera facere poterit, si societati vtilia sint, puta accusare, agrare,& similia, pariter vendere lanas, agnos, pecudes inutiles,& similia societati vtilia, et expedictia, & in his dñm etiā obligāt, vt per relatos interpretes.

QVÆSTIO XIX.

Prosequendo materiam locati, et conducti in materia emphyteutica, quæro, an emphyteuta teneatur stare colono? respondetur quod tres sunt emphyteutæ, Priuati, Ecclesiæ, Fisci.

1 Prima sit conclusio. Emphyteuta priuati non tenetur stare colono, vt notatur *in l. emptorem, & in l. mer. cis, C. locat. in l. si filiofam. §. si vir in quinquennium, ff. sol. matrim. in cap. fin. ne prælat. vices suas,* Bart. *in l. 3. C. de manc. & colon. patrim. lib. 11.*

2 Secunda sit conclusio, Emphyteuta Ecclesiæ tenetur stare colono Bart. per illum textum *in l. final. C. de mancip. & colon. patrim. libro 11.* Commendat Corset. *in singularibus suis in verbo, emphyteusis 3.* Roman. *singul. 63. an emphyteuta,* Marsil. hoc valde commendans *singul. 548.* Rimi*næ.* Papien. *in forma libelli ad ficti præstatione, in gl. soluere,* Guid. Pap. *q. 480. locaui in 4. fallen.* Bal.& Rom. *in d. §. si vir, in quinquennium,* Ial. *in l. dinortio, n. 36. ff. solut. matrim.* Dec. *in cap. 3. num. 15. de probat.* Rip. *de pest. par. vlt. col. antepen.*

3 Et considera practica Bart. bene loquentem *in d. l. fin.* præsupponit enim in primo loco colonum stetisse per longum tempus, immo maximum; præsupponit etiam secundo loco colonum esse bonæ famæ, & nominis. Vnde articulando non erit inutile talem coluisse per annos tot,& semper bene coluisse dictū prędium,& haberi,& reputari pro colono bono, & sufficienti.

4 Boni etiam rectores ecclesiarum faciunt expresse pacta cum emphyteutis, & conductoribus, vt non possint expellere tales colonos vel in genere, vel in specie,& vidi etiam obseruatum a multis sæcularibus.

5 Innuit etiam Marsilius in allegato singulari, quod valeat pactum inter rectorem Ecclesię, & emphyteutam de expellendo colonos,& laboratores.

Tertia sit cōclusio. Emphyteuta fisci tenentur stare colono, vt per Rom. in allegato singulari.

6 Contrarium tenet Alex. *in allegata, l. §. si vir n. 3.* Verior tamen videtur prima opinio,& adde in materia, Barbat. *conf. 37. vol. 1. & 177. & 416. & 38.* secundum vnicum numerum,& Soc. *conf. 122. par. 1.*

7 Et nota Rom. *in fi. verbo quod emphyteuta,* expellens colonos priuatur iure suo,& expelli poterit.

QVAESTIO XX.

1 Quæro econtra, an dominus stare teneatur locationis emphyteutæ finita emphyteusi, Spec. *de locat. §. nūc aliqua, vers. 124. monte,*& nescit se resoluere verius videtur, quod non ex *l. si quis domum, §. fin. ff. lor.* Alex. *ad d. §. si vir, n. 18.* de cuius materia posui supra de vsufructu, ad ea me remitto.

ADDITIO.

☞ *Declaratur, nisi prius locet, postea renuntiet, adhuc etiā dominus ei stare tenetur. Bal. conf. 371. vol. 1. Tiraq. de retract. §. 34. gl. 1. nu. 9. Surd. decis. 286. nu. 4.*

QVÆSTIO XXI.

1 NVnquid dominus directus poterit educere ab emphyteuta ratione vtilis dominij, vtique sic, Corbol. *de iure emphyt. ampliat.* 35. *nu.* 8.

QVAESTO XXII.

EST data licentia emphyteutæ locandi, quomodo hoc est intelligendum, Ruin. respondit ad modicum tempus, *cons.* 148. *n.* 7. 11. *&* 12. *vol.* 1.

1 . Distingue, aut emphyteuta prohibetur omnino locare a loci constitutione, & tunc intelligitur ad modicum tempus, aut non extat statutum, & sumus in mero iure communi, & intelligitur ad longum tempus, vt verba aliquid operentur, Corbol. *de iure emphyteut. ampliat.* 35. *numero* 9. Pariter emphyteuta locare
2 poterit ad longum tempus reseruato beneplacito, & consensu domini directi, & quantum de iure possum
• nec aliter, nec alio modo. Paris. dicens communem *cons.* 5. *in fine, vol.* 4. similiter cum reseruatione vtilis
3 dominij, & naturalis possessionis Ruin. *cons.* 148. *vol.* 1. Imol. *in l. codicillis, §. Institutae, ff. de leg.* 2. vbi Alexan. *num.* 8. Bero. *cons.* 123. *nu.* 2. *vol.* 1. Vasq. *de success. creata, §.* 10. *sub nu.* 78. Simonc. *de decret. lib.* 2. *tit.* 6. *inspect.* 2. *num.* 22.
4 . Excusat consuetudo, Iul. Clar. *in §. emphyteusis, q.* 19. Corbol. *de iure emphyt. ampliat.* 35. *num.* 12. *& limitat.* 32.

QVÆSTIO XXIII.

SEd nunquid primus emphyteuta poterit locare secundo ad longum tempus domino irrequisito? Vtique non, & incurrit caducitatem, est communis opinio, Paul. Pic. *cons.* 77.

De conductore, seu de iure sublocandi.

1 FRequentissima est, & passim in foro versata materia sublocationis, seu substitutionis, & quotidie oritur contentio, quod talis non est æque idoneus, vel quia pauperior, vel potentior, vel rixosus, similiter exercitium est sordidum, vilius, & sic de singulis percurrendo, &c.

De repetitione l. nemo, C. locat.

De sublocatione.

QVAESTIO I.

PRimo igitur loco quæro, an ad hoc, vt quis sublocare possit, requiratur qualitas idoneitatis, & quod sit ad eundem vsum ad materiam celebrem, & famosam, *l. nemo, C. locat. & l. si cui, ff. loc.*
1 Et videbatur dicendum, quod non, quod enim lex non dicit, nec nos dicere debemus, *l.* 4. *§. totiens, ff. de damn. infect. sed in dispositione l. nemo, C. locat.* hoc non exprimitur, merito, &c.
2 Confirmatur: quia sicut lex ibi expressit reseruationem pacti pariter & hoc expressisset, si hoc necessarium fuisset. . .

3 Secundo facit ratio considerata ab Affl. *decis.* 401. quia nemo est æque idoneus sicut dominus ex no. per Bald. *in l. apud Iulianum, §. si quis alicui, ff. de legat.* 1. *& not. in cap. quoniam,* Abbas, *de off. deleg.*
4 . Contrarium est verius, vt per gl. *in d. l. nemo,* quam ibi Cin. Bal. Sal & alij sequuntur, & commendant gl. *in l. cum plures gl.* 1. *ff. locat. per l. non aliter, ff. de vsu, et habit.* Alc. *lib.* 1. *de verb. signifi. nu.* 89.
5 . Et antequam vlterius procedamus, videtur ponderanda *gl. in d. l.* eum in plures, quę solū exprimit qualitatem idoneitatis. Secundo ex hac gl. dum allegat *d. l.* non aliter, colligitur vnum, quod ampliat hanc conclusionem, vt nedum prohibeatur sublocare nisi æque idoneo, sed nec recipere in domum personas minus honestas, & laudabiles.
6 Hinc mulier, quæ conduxit domum in vicinia, non poterit lupanaria, & alia inhonesta facere, quæ viciniæ sint malo exemplo, vel scandalo *ex d. l. non aliter.*
7 . Hinc etiam scholaris prohibetur inducere ganeas in domum conductam, *vt per gloss. in d. l. non aliter, & dicam in titulo de recusat. ad l. æde, C. locat.*
8 Circa tamen qualitatem idoneitatis practicando vidi multa considerata; vidi enim in facto casum, quod quis conduxit a domino partem inferiorem suæ domus, postea sublocauit capitano belli homini rixoso, & grauato multis filijs masculis. Vnde ille timebat de aliqua inhonestate, vel temeritate.
9 . Vidi etiam, quis habebat apothecam in platea quadam, vbi exercebantur pizzicarię, & artes sordidæ, vt plurimum, tamen in tali apotheca semper fuit exercitium mercaturæ, pannorum, sublocauit pizzicarolo, reclamabatur hinc inde, dominus directus dicebat fieri non posse, quia non erat æque idoneo, nec ad eundem vsum, ille subconductor replicabat de solito aliarum apothecarum in dicta platea, & ibi exerceban. tur pizzicariæ, Illustrimus Prouinciæ legatus pronunciauit ad fauorem domini directi primi locatoris non obstante solitum aliarum apothecarum in dicta platea.
10 Vidi etiam, quod Ciuis sublocauit rustico in comitatu, in quo pręsumitur idoneus, & poterit sublocare pluribus familijs rusticorum in comitatu.

QVAESTIO II.

DIces, qui probare tenetur qualitates istas, quod æque idoneo, & ad eundem vsum prosequendo materiam *l. nemo, C. locat.*
1 Dicet conductor, qui sublocauit iura permittunt mihi facultatem sublocandi, tu vero quid dicis? quod debeo æque idoneo, & ad eundem vsum probes. Replicabit dominus, sublocare vtique potes cum qualitate tamen restrictiua, s. de æque idoneo, & ad eundem vsum, Vnde hoc probare debet.
2 Videtur ad dominum locatorem spectare, vt probet, articuletur, & deducat, quod domus, vel apotheca sua alias fuit conducta a tali, vel tali exercente tale officium, vel exercitium. Item, quod tale exercitiū pręsentis subconductoris est vilius, & fortasse magis sordidum respectu exercitij alias facti: fundamentū enim intētionis suæ quilibet probare tenetur, *l. qui accusare, C. de edendo, l. et, qui, ff. de probat.* Pedemont. *decis.* 144. *num.* 15. late Iosepho de Ludo. *concl.* 14. Addo de qualitate idoneitatis loquentem Bursat. *consilio* 113. *num.*

num.22. volum.1. nec requiritur consensus locatoris, Borgnin. *decis.30.num.112.par.2.*

QVAESTIO III.

1 QVæro tertio loco ad aliqualem repetitionem *l.nemo, C.locat.* aliquis habet apothecam solitam locari diuersimode tamen; quandoque enim fuit locata exercitio nobiliori, puta mercatori pannorũ, quandoque mediocri, vt merciario, quandoque inferiori, vt calceolario, si oriatur contentio, quid erit attendendum? Vtique vltimũ putarem ex his, quæ dixi superius in principio *de substantia locationis 1.q.5.*

QVÆSTIO IV.

1 QVæro vlterius ad materiam *l.nemo, C.locat.* Dominus quidam habebat apothecam in platea, quæ nunquam fuit locata, sed vtebatur fortasse dominus pro fundo domus ad vsum suum, locauit Sempronio, qui sublocauit exercenti artem, cui dominus locator contradicebat, nolens tale exercitium profiteri, quid agendum? vtique consuetudo aliarum apothecarum illius circumuicinæ attendenda erit ex his, quæ dixi superius *de substantia locationis, 1. q.3.*

QVAESTIO V.

1 PVlchra (ni fallor) est quæstio. Est facta locatio multorum honorum, vel rerum simul, vel alicuius corporis vniuersalis, poteritne sublocare vna in ex istis particulariter? Quæstionem hanc in terminis mouet practicus Franc. Marc. *decis. Delphinal. 1070. par.1.* & tenuit quod non, quia multa transeunt cum vniuersitate, quæ alias non transeunt, *l. quædam, ff.de acquir.rer.dom.* inferens ex hoc ad quæstionem facti, quod si in aliquo loco extat statutum, vel cõsuetudo, vt a tali die vsque ad talem debeat fieri disdicta locationis factæ, si conductor vniuersalis sublocauit rem particulariter, non erit necessaria disdicta, quia sicut sublocatio non valuit, pariter nec renouatio, attestans ita iudicatum in Curia Delphinali.

2 Quo fit, vt pateat limitatio *ad l.item quæritur, §.qui impleto, ff.locat.* vt procedat, & habeat locum, quando prima locatio subsisteret, alias simplex patientia non inducit renouationem.

3 Et sic, si fiat locatio de re prohibita sui natura, vel de re sacra, & similibus, renouatio non intelligitur facta stante inhabilitate principalis locationis.

4 Considerabam tamen non esse cum hac decisione sic simpliciter pertranseundum. Aut enim in tali vniuersitate locata reperitur particulare prohibitum alienari, & tunc loquitur proprie lex quædam, & isto casu vera erit decisio? cum tali particulari rei repugnet alienatio, & locatio. Aut non reperitur in tali vniuersitate locata aliquod particulare, cui repugnet alienatio, & tunc nõ video quare particulariter particulari locari non possit, & (ni fallor) iste videtur mihi verus intellectus, *d.l.quædam,* ponderando verba, & exempla *d.l.*

5 Et passim videmus, quod quis conducit omnia bona Sempronij discessuri, sublocat vni rem vnam, alteri rem alteram.

Secundo modo considerabam ad intellectũ, *l.quædam,* quod ibi est casus specialis, & quòd regula est in contrarium *ex l.si chorus, ff.de legat.3. & l.1. ff.de off. eius:* quod enim per se non potest regulariter, nec cum vniuersitate transit. Vnde spiritualia, feudum, & similia inalienabilia, nec cum vniuersitate transeunt, ita deducit Signorol. *consf.12.num.2.* Iacob. Menoch. *de arbitr.iudic.lib.1.q.54.num.49.*

6 Modo ad propositum casus nostri, aut tale particulare ex se, & sui natura locabile est, & transit cũ vniuersitate, & sublocari poterit particulariter, aut repugnat locatio, nec cum vniuersitate transisse dicitur, nec sublocari particulariter poterit.

7 Si tamen sequi malis opinionem Francisci Marci, colligitur ex ea, quòd in generali locatione venient ea, quæ particulariter locari non potuissent.

8 Et sic infertur ad regulam, *l. cum quid, 1. lib.6.* vt non procedat in materia, *l.quædam, ff.de acquir. rer. domin.* multa enim per se alienari non possunt, cum vniuersitate tamen transeunt.

QVÆSTIO VI.

1 QVæro vlterius ad materiam *leg. nemo, C.locat.* Sunt plures socij, qui conduxerunt domum ad simul habitandum, vnus eorum vult recedere, & locare cameram suam, vel partem suam, an possit vni, quem socij recusant.

1 Primo videbatur, quod sic, quia facultas sublocandi non tollitur, *d.l.nemo.*

2 Contrarium est verius, *gloss.fin. in §.fin. Institut.loc.* ex qua glo. colligitur vnum notabile in hac locati, & conducti materia, quod si concurrant simul in eodem subiecto, & persona contractus locationis, & societatis, præfertur contractus societatis, & ratio inter alia fortasse videtur, quia locatio, & conductio est dependens a contractu societatis, & principalis intentio est contractus societatis, pro cuius implemento, & executione fuit conducta domus.

Vnde si duo scolares, vel mercatores, & similes ineant societatem, conducunt domum, vel apothecam pro executione societatis iam initæ.

3 Secunda potest esse ratio, quæ colligitur *ex d. glos.* quia in societate videtur electa industria personæ. Vnde non videtur locus substitutioni, vel sublocationi, vt (Deo dante) suo loco dicam.

Sed pone hic vnum, quod de facili euenit. Socius vult discedere, & dicit socijs, ego intendo recedere, & volo vobis substituere, & partem meam sublocare personæ legali, & honestæ, & fortasse nominauit aliquem nomine proprio, si persona sit honesta, & vitæ laudabilis, poteritne ei sublocare? Videbatur dicendum, quod non, quia in societate videtur electa industria personæ.

Vnde morte finitur, quia certa persona electa videtur, *§.soluitur, Instit.pro soc.* Cõtrarium tenet Port. *in d.§.fin.sub num.2.Instit.loc. per l.idemque, ff.pro soc.* vbi socius recessurus valde idoneum substituere potest loco sui.

4 Et ibi Bart. infert ad vnum satis ad propositum in hac locati, & conducti materia, quod si in infirmitate alicuius quis tenetur conducere medicos, vel in lite procuratores, & aduocatos, vel in societate institores & factores, quod excusantur, si æquè facile non reperiuntur, & ille, qui agit cõtra eos, probare debet de fa-

cili reperiri potuisse. Est autem præsumptio contra obligatum, si locus erat valde insignis, & celebris, vbi de facili verisimiliter procuratores, & aduocati reperiuntur, licet aliud sit in factoribus, & institoribus, qui sic, de facili non reperiuntur, prout Aduocati, & Procuratores, & ibi per eum.

5 Vnde in hac locati, & conducti materia pariter inferri posset ad casum, de quo agimus in materia sublocationis. Pone, quod socius recessurus substituit, vel sublocauit fortasse minus idoneo, alij socij contradicunt, & fortasse nolunt admittere, poterit dicere ille, doceatis alium idoneiorem, qui de facili haberi possit, & ego sublocabo illi, & eius incumbit onus probandi hoc.

6 Vidi in facto casum. Capitulum Tudertinum dedit in emphyteusim cuidam quandam ipsius apothecam, qui tenuit per multos menses clausam cum declaratione affixa, est locada, & stetit per multos menses, nec aliquis comparuit ad conducendum. comparuit tandem macellarius, & conduxit cum honesto tamen, & limitato modo, vt carnes tantum simpliciter venderentur, non autem ibidem excoriarentur. Capitulum fecit præceptum de nullatenus macellando, ex quo ars erat sordida, non erat æque idonea, nec ad eundem vsum. Ille replicabat in circumuicinia, & locis contiguis fuit alias exercitatum macellum, & pizzicariæ, quæ partificantur. Insuper deducebat simplicem diligentiam in perquirendo idoneos conductores, nec vnquam reperijsse. offerebat insuper, doceatis hominem idoneiorem, & honestioris exercitij, & libenter locabo, ex gratia tamen emphyteuta locator dimisit conductorem macellarum, & fuit per concordiam sopita.

Prohibetur bene, prout etiam superius dixi, socius inducere in domum conductam inimicum, vel suspectū alterius socij, nec ganeas, aut meretrices, vel alias personas inhonestas, vel quouis modo suspectas, prout superius dixi *q. 1. ex glos. in d.l. non aliter*, & hanc dicit
* communem opinionem Ial. *in l. si stipulatus fuero per te non fieri, ff. de verbor. oblig.* Emanuel Soarez *in suo Thesauro, litera S. num. 27.* vbi quod æque idoneo sit sublocandum etiam commune dictum esse attestatur Petrus de societate, *q. 11. in princip. col. 3.* dicens esse iustam causam diuisionis.

Addo vltra alios Bald. & Castrens. *in l. 2. C. de sum. Trinit. & fide Catho.* vbi vicini possunt expellere meretricem, cui domus sublocata est: Similiter leprosos, & patientes aliquam infectionem contagiosam: similiter concubinam idem Bald. *in l. si conuenerit, in fin. ff. pro socio*, Not. *in l. ancillarum, ff. de petit. hæredit. in l. final. C. de spectaculis, lib. 11.* de inimico suspecto habetur bonus text. *in l. si pendentes, ibi, contumeliose, iniuriose ve, ff. de vsufruct.* Castrens. *in l. nullus, column. 1. C. de sum. Trinit.* Cuccal. ad Dec. *in l. fæminæ, litera l. ff. de regulis iuris*, pulchre Veron. *in l. ædiles, §. Pedius, num. 7. ff. de ædilit. edict.* allegando illud, Morbida facta pecus totum corrumpit ouile, *l. Iulianus, in princip. ff. de act. empt.* Canon. *resecandæ, 24. quæst. 3.* *glos. in l. 1. ff. ad Macedonianum*, Decian. *in l. semper in contractibus, num. 3. de reg. iur.* Ripa *de remed. præseruat. pest. num. 164.* Iacob Menoch. *de arbitr. iudic. casu 328. num. 14. & casu 78. num. 10.*

7 Id autem, quod dictum est non licere iuueni ducere meretrices in domum conductam, fallit in carnispriuio, Bolog. *in authent. habita, in fin. C. ne filius pro patre*, Rip. *in l. 1. num. 126. ff. solut. matrim.*

8 Vidi in facto casum in hac sublocationis materia, quod quidam subconduxerat in quadam honesta vicinia domum, vbi tenebat ad sui solatium meretricē, fuit captus vna cum ea ad instantiam vicinorum, luit pęnas, & domus fuit alteri sublocata.

9 Dices. Debetne pati pęnam aliquam locans, vel sublocans personę infami, vel suspectę, vel ad aliquod illicitum committendum, vt ludendum, & similia. Ponam (Deo dante) suo loco.

Addo Alexand. *in l. serui electione, §. Labeo, num. 12. ff. de legat. 1.* Spec. *in tit. de iud. §. 2. vers. circa hoc*, Sum. Ang. *in verbo, locatio, num. 8.*

10 Sed pone, quod socius affuturus non sublocauit, sed simpliciter discessit, & alij socij vsi sunt tali domo, sic lignis prouisionatis pro vsu totius societatis, & famulo pariter conducto ad vsum totius societatis, tenebiturne ad totam pensionem domus, & famuli, & ad pretium partis lignorum?

11 Videbatur dicendum quod sic, ex regula secundum naturam, quod qui sentit commodum, sentire debet incommodum, iuxta illud. Commoda qui sentis, iungat onus emolumentis.

12 Cōtrarium est verius, vt not. Richar. Malumb. Bal. Angel. & Castrens. *in l. duo fratres, ff. de acquir. hæred.* vbi Castrens. dicit hanc quæstionem esse vtilem, & quotidianam, Port. *in §. fin. num. 5. Instit. de locat.* dicit
* hanc esse communem opinionem.

Et hæc quæstio attento communi cursu causarum vtilis est, & frequens, & idiotæ, & satrapi populi, & platearum contrarium dicunt, nonne potest diuidi pensio, nonne potest recurri ad arbitrium iudicis taxando quandam pensionem iustam, & sic de singulis discurrendo?

13 Vnde in hac locati, & conducti materia text. *in allegata l. duo fratres*, est celebris ad duo.

14 Primum est, quod pensio non debetur ex vsu rei communis pro indiuiso socio, quando aliter quis portione sua vti non poterat, nisi toto vteretur.

15 Et sic bonus iudex arbitrabitur commissionem pro indiuiso, considerando etiam necessitatem, si aliter vti non poterat, vel non: in domo enim licet dentur quædam stantiæ distinctę, & separatę particularium personarum, tamen multæ sunt promiscuæ, & communes, vt coquina, sala, cellarium, stabulum equorum, & huius generis similia.

Habui in facto casum, quòd duo mercatores conduxerant apothecam, & constabat per filium, postea vnus recessit, quia condemnatus in pęnam capitis, alter remanens noluit teneri, nisi pro pensione ad ratam.

16 Inducebat etiam Albericus ibi ad aliam decisionem ad propositum huius materiæ locati, & conducti, quod si duo socij habent fundum communem, & fortasse ad laboritium, vnus vult colere, & seminare totum, prohibendo alium socium ingredi, vel aliquid agere, quod poterit accusare de furto, & violentia.
Ad idem in principali decisione *lex si vt certo, §. si duobus vehiculum, ff. commodat.*

17 Sed pone hic vltra alios in materia loquentis vnū ad materiam *l. duo fratres*, & quęstionis propositę, socij, qui remanserunt nō ex necessitate vsi sunt tota domo, sed pro maiori commoditate, eritne locus dispositioni

Digitized by Google

fitioni d.l. *duo fratres*, & consequenter tenebunturne ad pensionem d.l. *duo fratres*, pro rata focij abientis, & non habitantis?

18 Videbatur dicendum quod sic, quia cessat causa necessitatis, ergo cessabit dispositio, *cap. cum cessante, de appellat.* Et si recte ponderentur verba, *l. duo fratres*, in hoc solum se fundare videtur, quod alter vti non poterat.

19 Contrarium putarem verius, quia id posse non dicimus, quod cõmode, & pro dignitate non possumus, *l. nepos Proculo*, vbi gl. & Alciat. *in verbo, dignitate, ff. de verbor. signific.* quam singularem dixit Bald. *in rubr. cod. C. qui bon. ced. pos.* Ias. post alios, *in §. item Serviana, num. 46. Instit. de act.*

20 Inferentes ex hoc ad propositum materiæ locati, & conducti, de qua agimus, quod licet inuecta, & illata sint tacite obligata pro pẽsione domus locatę, vt Deo dante suo loco dicemus, tamen non procedit in libris scholariũ, & Doctorum, lecto, vestimentis, armis militum, & breuiario clericorum, quia sine his commode stare non possunt, Bal. *in l certi iuris, nu. 9. C. locat.* quem secutus est Negul. *in 4. memb. 2. par. nu. 151. & alij, in d §. item Seruiana*, vbi Aret. *nu. 1. in fin.* Faber. *nu. 2.* Zal. *nu. 22. vers. quinto infertur.* Affl. *decis.* 184. *in fin.*

21 Limitando quando alia extarent bona, alias illa censentur obligata ex his, quæ dicam in titulo, si specialiter, reseruata ab obligatione tacita appareat inanis, & vacua,

22 Ex quibus corollarie in hac locati, & cõducti materia infertur ad duo vtilia. Primum est, quod in contractu locationis in tacita obligatione non veniunt priuilegiata, & ea, quibus quis se commodè priuare non potest,

23 Vnde fauent iura contractui locationis, & conductionis inducendo in inuectis tacitã bonorum hypothecam pro securitate, vtuntur tamen temperamento consulendo etiam conductori reseruando bona necessaria, & sine quibus non potest stare commode, & salua dignitate sua.

24 Secundum corollarium est, quod quando obligatio conductoris redderetur collusoria, & inanis, veniunt etiam bona priuilegiata ipsius conductoris, de quibus dicam suo loco.

Sed (bone Deus) si scholari, & militibus priuatis talia releruantur, quid remanebit in obligatione?

25 Vnum non omittam circa salarium, & ligna, quia decipere videntur commodam diuisionem, circa tamen salarium tetigi superius in materia famulorum *ad l. Seio, ff. de annuis lega.* Placet tamen opinio Portij, vt iudicis arbitrio remittatur circa ligna, paleas, salarium famulorum, & simil a, qui circumspectus diligenter inspiciet, & considerauit omnia.

26 Declaratur etiam id, quod dictum est, quòd socius, qui recessit, teneatur ad ratam salarij pretium lignorum, palearum, & similium, nisi recesserit ex causa rixæ, cui non dederit causam. Secundo si non leuis, sed considerabilis sit. Tertio non sit secuta reconciliatio ex aliquo signo, vel demonstratione, quibus trib. concurrentibus non tenetur, & licita fuit separatio. ita Port. *in allegato loco, sub num. 4. ex l. si conuenerit, §. 1. ff. pro soc.*

27 Et bene considerat Port. rixam non leuem, quia sæpius scolares indignantur simul, tamen comedunt, bibunt, &c.

28 Quæ omnia iungi, & addi possunt ad ea, quę posui superius in materia famulorum, non enim omnia simul coniungi, & concatenari possunt, sed ex occasione pręstatur facultas addendi, & supplendi, prout passim antiqui iuris interpretes inserendo, & colligendo decisiones alibi examinatas ex responsis iuris prudentum. Et in proposito est glossa notabilis *in §. si vero indignus, in verbo, damnificabit, cum glossa sequenti, authent. de tabellionibus*, quod si quis conductor est priuatus officio conducto ex aliqua ipsius culpa, quòd ipse non subrogatus in locũ ipsius debet habere præmium, & sic non debet duplici onere grauari, admittere pro futuro tempore officium conductum, & priuari responsione, & ibi etiam Accurs. sensit, quod nemo potest petere pensionem à se ipso.

QVÆSTIO VII.

1 QVæro incidenter vnum ad hanc materiam *leg. nemo, C. locat.* si duo conduxerunt domum, vel vnus subrogauit alium æque idoneum, diceturne socius ita vt conueniri possit actione pro socio, prout alij socij? breuiter conueniri potest actione pro socio quidem vtili, non directa, quia directa datur, quãdo societas cõtrahitur ad commodiorem vsum, & vberiorem quæstum, & sic in materia odiosa, & stricte interpre-
2 tanda non veniet socius in domo conducta. Vnde si statutum dicat, quòd socius teneatur pro socio, nõ venit socius in domo, quia nõ est propria societas. Specular. *in tit. de iudicijs, §. 2. vers. hoc etiam.* Panorm. *in capit. inter dilectos, in fine, de fide instrumentorum*, attestans in facto babuisse. Summa Angelic. *in verbo, locatio, num. 8. circa medium.*

3 Socius igitur in domo communiter conducta in materia odiosa, & stricte interpretanda non potest dici modo aliquo socius,

QVÆSTIO VIII.

QVæro octauo loco ad materiam *l. nemo, C. locat.* si primus conductor locat alteri, priuabitne primum locatorem, & cõsequenter dominum sua possessione? & per quem conductorem possideat primum ne, vel secundum?

1 Primo videbatur dicẽdum. quod non, immo colonus, vel conductor tradendo alteri priuat dominum possessione sua, *l. 3. §. quod si seruus, ff. de acquir. possess.*

2 Secũdo loco probari videtur hęc opinio *ex l. pręterea, §. si. ff. eod. tit. de acq. poss.* vbi per ingressum simplicem alterius possessionem, in qua retineo ccl onum, amitto. Si igitur ex simplici, & puro ingressu amittitur possessio, ergo per ingressum secundi cõductoris.

3 Duobus igitur modis possessionem amitto, quam per colonum retineo, per simplicem traditionem, & simplicem ingressum.

4 Pro contraria opinione facit *l. qui vniuersas, §. fin. ff. de acquirend. possess.* vbi si colonus, alij fundum locauerit, possessionem retineo, & hæc opinio est verior secundum glo. & Doctores, *in d. §. fin. & in allegata l. nemo, C. locat.*

5 Sed antequam in præsenti quæstione alterius procedamus, placet considerare iura superius adducta, quod aliquantulum conferunt ad materiam locati, & conducti, de qua agimus.

Primo igitur colligitur *ex dict. l. qui vniuersas, §. finali*, ad propositum quæstionis nostræ, quod colonus locare potest, & sic datur ex eo textu facultas sublocandi.

7 Secundo loco colligitur ex eo textu ampliatio ad decisionem huius quæstionis, vt procedat, & habeat locum, etiam si ille secundus conductor putet dominum esse primum conductorem modo sublocantem, non primum locatorem verum dominum, & sic error, & falsa opinio secundi conductoris non nocet domino primo locatori.

8 Tertio ex eo contextu ampliatio secunda colligitur, quod nedum possideo per secundum conductorem, sed & tertium, & vlteriorem, etiam si ad mille manus peruenerit, ibi, & per quamlibet plurium personarum, &c.

9 Duo igitur sunt, quæ nullatenus præiudicant in hac locati, & conducti materia, in possessione amittenda, error secundi conductoris, & variatio plurium conductorum.

10 Quarto loco nobis parificat ille contextus in possessione retinenda colonum, commodatarium, & depositarium.

11 Et considerandi sunt plures casus, & quidem notabiles in hac locati, & conducti materia, quandoque enim colonus alteri tradit possessionem rei, quãdoq; moritur, quandoque incipit furere, quandoq; recedit de possessione, non tamen alteri tradidit, quandoque in animo constitnit se velle possidere pro se ipso.

12 Primo casu tradendo alteri hoc potest esse multis modis. Primo loco locando alteri simpliciter, & tunc non priuat in dubio dominum possessione sua, immo retinet per secundum cõductorem prout superius vidimus. Quandoque tradidit alteri rem alienando, & tunc priuat dominum possessione sua per alienationem, & ita procedit textus *in l. 3. §. quod si seruus, ff. de acquirend. possess.* quem ita declarat Alexand. *in d. l. qui vniuersas, §. fin.* & sic verbum tradiderit, simpliciter prolatum præsupponit quandoque veram alienationem. Quare considerandum est quo animo tradat, & si præcedat titulus sui natura habilis ad translationem dominij, vel non.

13 Tertio modo interuenire potest traditio ficta, & hoc ad propositum materiæ locati, & conducti, puta per constitutum, vel precarium, vel si ab alio conducat, ad materiam *l. quamuis, §. 1. ff. de acquiren. possess.* quo casu nõ priuat dominum possessione sua, vbi Castrens. dicit, quod ille textus semper allegatur, & subdit, quod colonus vendendo, & postea conducendo adhuc manet in detentione sua.

14 Et nota textum præsupponentem, quod iste conductor vtique mercedes præstiterit, idem tamen si neutri, vel secundo tantum locatori, quia non soluendo primo si fuerit requisitus vt soluat, & denegauerit, nõ priuat dominum possessione sua, vt not. *in l. male agitur, C. de præscript. triginta annorum*, & dicam suo loco ad materiam *l. fin. C. de acquir. possess.*

15 Ex quibus ad propositum materiæ locati, & cõducti inferuntur duæ limitationes, declarationes, & intellectus *ad l. tertiam, §. quod si seruus, ff. de acquiren. possess.* Primus est, de quo supra tetigimus, quod per traditionem colonus domino præiudicat, hoc verum si tradat animo alienãdi, alias secus. Vnde simpliciter locando, domino nõ præiudicat, immo dominus possidet per secundum cõductorem, prout iam vidimus.

Secunda declaratio, & limitatio est, quòd per traditionem veram colonus, vel conductor domino præiudicat, secus per traditionem fictam, pront est constitutum precarium, & conductio, quia per conductionem possessio non transfertur isto casu. Ita colligitur *ex d. l. quamuis, §. 1.* superius allegata, tradit Bart. *in l. 3. §. in amittenda*, vbi Alex. *num. 8. Ias. in 6. notab. num. pariter 8. ff. de acquir. possess.* subdens ex intentione Alex. hoc esse plus quam diligentissime notandum, & quod multi decipiuntur in hoc. Et licet dicat illa verba, si verum est, tamen verissimum est, vt dicã latius in remedio *l. fin. C. de acquir. possess.* & ibi (Deo dante) percurram alios casus superius positos.

QVÆSTIO IX.

1 QVæro ad materiam *l. cum in plures, ff. locat.* conductor vult sublocare, publicauit, nec aliquas compatet, debetne ex hoc fieri remissio mercedis? text. *in d. l. cum in plures*, inter alia præsupponere videtur, quòd locator teneatur, vt alij conductor locare possit merito, &c. Et vidi in facto casum, quòd multi petierunt remissionem mercedis, quia non inueniebant sublocare, ponam in titulo de remissione mercedis, vbi tractabo materiam *d. l. cum in plures.*

QVÆSTIO X.

QVæro. Conductor sublocare, & æque idoneo, & ad eundem vsum, poteritne à primo locatore conueniri ad integram pensionem, licet tempus pensionis soluendæ nondum accesserit, vel adhuc non sit elapsum?

1 Primo videbatur dicendum, quod conueniri non possit; si enim sublocat lege permittente, & seruata forma iuris, legitime factum pœnam non meretur, *l. Gracchus, ff. de adult.* de qua alias diximus superius. Vnde grauari non debet primus conductor ad solutionẽ integræ pensionis, si fecit iure permittente.

2 Contrarium est verius, vt per Bart. *in l. 5. §. 1. ff. de migrando, & in l. si in lege, §. si dominus in final. verbis, ff. locat.* & pondera Bartol. loquentem in conductore sublocante, qui integram pensionem recepit, & si se fundat in eo, quia totum recepit, ad totum conueniri poterit, & sic patet responsio ad contraria.

3 Dicit etiam Bartol. *in l. final. ff. de negot. gestis*, quod colonus vineæ non potest in medio anni deserere culturam, sed tenetur prosequi, alias poterit conueniri actione negociorum gestorum, de neglectis, & sic ad interesse, commendat Alexand. *in l. stipulationes non diuiduntur, ff. de verborum obligat.* & casus iste est admodum frequens, & quotidianus, sæpe enim rustici conducunt laboritia, & multa in principio promittunt, postmodum rebus maturius consideratis pœnitent fecisse hominem, & excogitant causas, somnia, & imaginationes, si possunt euitare cõductiones iam factas, & torquent dominos, & modo petunt vnum, modo aliud, causa rumpendi, econtra etiam domini prædiorum sæpius dimittunt colonos sine causa, & tenentur pariter ad interesse, & in conscientia.

QVAESTIO XI.

1 QVæro breuiter. Locauit rem conductam alteri, post sum effectus pauper, & fortasse non soluẽdo quomodo succurretur primo locatori. Vtique disputatione omissa potest agere contra secundum, & econtra, quod tenetur etiam primus si fugit secundus. Ita respondit Petrus in conductore gabelllarum loquens in tractatu de societate, parte vndecima, quęstione 13. & vidi in facto Tuderti, vbi etiam occurrit, quod sublocatio est facta pro minore, quam primo conductori, contra quem est agendum pro illo plori an contra primum, vel secundum, & conuenitur secundus conductor a domino primo locatore data per eum cautione, quod non molestabitur a subleante circa pensionem, quam modo petit, & ita practicatur passim, & succurritur vtrique.

QVAESTIO XII.

1 QVæro ad prosecutionem materiæ *l. nemo. Cod. locat.* an eius dispositio procedat in conductore ad longum tempus? an sublocare possit, & sublocando interuertat possessionem domini primi locatoris. Ponam *in tit. seu de remedio recuperandæ possessionis.*

QVÆSTIO XIII.

1 QVæro. Est facta locatio cum expressa prohibitione certi exercitij, vel personarum, poterit ne indistinctè sublocare, nõ habito respectu an simus, in æquè idoneo ad eundem vsum vel non? Posui *in tit. de iure emphyteutico, q. 8.*

QVAESTIO XIV.

1 QVæro. Est reseruatus vsus domus, an poterit sublocari? hanc quæstionem posui in titulo de vsufructu, ad materiam *l. cum antiquitas, C. de vsufruct.* ob id breuiter resoluo est quod isto casu sublocare nõ poterit, quia videtur electa industria personæ notatur *in §. 1. Instit. de vsu, & habitatione. Ang. in l. si quis binas, ff. de vsufruct.* Afflict. *decis.* 401. Nouell. *regul.* 35. *limitat.* 5. vnde cautus eris inspicere, an sit reseruatus vsus, vel non.

QVÆSTIO XV.

1 QVæro, an valeat pactum de non sublocando. textus clarus, & apertus in *d. l. nemo*, quod sic, ideo vlterius in hoc non insistam.

QVAESTIO XVI.

1 QVæro. Est factum pactum inter locatorem, & condoctorem, vt sublocare possit cui voluerit, requiretur ne isto casu, vt fiat ęque idoneo, & ad eundem vsum. Posui supra de iure emphyteutico quæstione prima, & poterit subleare inuito socio, *decis. Genuens.* 14. *num.* 26.

QVÆSTIO XVII.

1 QVæro ad vlteriorem repetitionem *l. nemo, C. locat.* nunquid inuecta, & illata per secundum conductorem sint tacite obligata primo locatori pro pensione rei locatæ, & quæ actio cõpetat, & quomodo. Pona *in tit. de inuectis*, & illatis, vbi melius eadet.

Nunquid fideinssor poterit sublocare. Vtique non, Menoc. *conf.* 146 *numer.* 36. vide tamen textum *in l. 2. §. conductore, ff. de iur. fisc.* & quæ posui *part. vltima, concl.* 116.

Nunquid conductor poterit sublocare pro maiori pensione, quam ipse soluat? vtique sic, nec ipse poterit conueniri nisi ad suam. *l. Moschis, §. fi. ff. de iur. fisc.*

QVAESTIO XVIII.

VIdimus hucusque ad aliqualem repetitionem *l. nemo, C. loc.* de sublocatione in materia rerum, domorum, & prædiorum, videamus modo de personis exercentibus ingenium, laborem, & industriam ad aliquid peragendum, prout Doctor, Notarius, Architectus, Famulus, & similes.

Primo igitur quæro, an pater possit substituere filium, vel econtra?

1 Primo dicendum videbatur, quod non, quia vbi est electa industria personæ, ab ea non est recedendum, *l. inter artifices, ff. de solutionibus.* Hinc feudum aduocato concessum ad successorem minime transit, Bart. *in l. continuus, § in eo, nu. 2. de verb. oblig.* post. gl. *in l. quisquis, la prima, C. de episc. & cleric.* late Iacob. Menoch. *q. 68. nu. 9.*

2 Pro contraria parte facit vulgaris conclusio, quod pater, & filius censentur vna, & eadem persona.

3 Conclusio igitur sit, Conductus ad aliquid peragẽdũ seruire potest per filium substitutum, & ita Bald. fecisse dicitur Papiæ legendo, per text. *in l. sciendum § item legati. ff. de leg.* 1. quem text. ad hoc singularem dixit, & alibi non reperiri Roman. *sing.* 670. Cur. sen. *in l. fin. num.* 3. *C. de impub.* Veronen. *in l. si quis sic, ff. de verb. oblig.* & ita passim obseruatur. Petrus de Lesnaudier. *in tract. de Doctoribus. par.* 4. *q.* 2. Ascan. Clemens. *in patr. potest. c.* 4. *nu.* 7.

4 Declara, dummodo sit idoneus eiusdem exercitij, valoris, & patriæ, & hoc procedet nedum in filio, in quo facilius permittitur, sed in quocunque herede, concurrentibus supradictis circunstantijs, & qualitatibus, & requisitis. Bald. *in l. apud Iulianum, §. si quis alicui, ff. de leg.* 1. Felyn. *in c. causam. col.* 2. *declarat.* 5. *de rescrip. & in consil.* 3. Nouell. *reg.* 85. *in fine* Marsil. *singul.* 320. Rom. *in l.* 1. *ff. de in ius vocand.* Alex. *ad l.* 1. *Cod. de præpos. agentib. in rebus libr.* 12. Dec. *consil.* 262. *col.* 2. & 3. Corne. *in notabilibus, in verbo, substitutus*, vbi etiam vltra alios addit, quod Doctor legẽti debet per alium Doctorem, & non scholarem, licet sufficiens sit, & miles debet seruire per alium, militem non domicellum, & sic vult Corne. quod sit paritas conditionis inter alia, & non subrogetur homo sufficiens, minoris tamen, vel maioris conditionis, & hæc est communis opinio. Alberic. *in d. l. inter artifices*, vbi hoc reputat valde notandum. Duen. *reg.* 178. *limit.* 2. vbi similiter valde commendat, *de regul. iur. reg.* 6. *nu.* 33. Sebast. Medic.

Amplia in doctore effecto illustri, qui non potest seruire per filium substitutum, nisi æque idoneum. Mantua. *singul.* 32.

Et quoniam hic sumus, & occurrit materia Doctorum, an possint seruire per substitutum, ob id pro omni clariori intelligentia tam dictorum, quam dicendorum, ponam receptam conclusionem cum aliquibus declarationibus.

6 Conclusio igitur est. Doctor conductus ad publice legendum in aliquo Gymansio, non poterit seruire per substitutum, Cyn. referens antiquiores, *in l. 1. §. ne autem, Cod. de cadu. toll.* Brixiens. *q.* 70. Io. Andr. *in nouel. in regul. qui per alium,* Specul, de salario, *versicul, quod si doctor,* & videtur esse sententia gl. *in l. 1. Cod. de mancip. & colon. lib.* 11, quam citat Bologn. *in auth. de. bita, num.* 65. *C. ne filius pro patre.* Bald. *in l. fin, per illum text. ff. de excus. tuto* Felin, post alios, *in c. 1, col, 2. nu.* 10. *C. de Sum. Trin. & fid. Cathol,* Valascus *in l. imperium, sub num.* 162. *ff. de iur. om. iud.* Petr. Losuan. *de Doct. par. 4. q.* 1.

Cui addas quod hæc est magis communis opi. Roncagal. *de duob. reis, l. 5, nu.* 20.

7 Declaratur primo allegata conclusio, vt in dubio videatur electa industria personæ, & sic non possit seruire per substitutum, vt per gl. *verbo specialiter, in d. l. inter artifices, & in l. continuus, §. si ab eo, ff. de verbor. obl,* vbi Inno. & Zas. Bal. *in c. fin. §, ne is autem, de offic, deleg. consil.* 23. *in fine.* Seraf. *de iuram. priuileg.* 52. *num,* 11.

8 Et hæc prima declaratio vtilis est in omni materia conductionis personarum nedum in Doctore legēte, sed in quolibet artifice conducto ad aliquod opus per agendum, vt sit fundata intentio actoris, vt videatur electa industria personæ, vt sic per substitutum seruire non possit.

Vnde & in medico idem dici potest, in Aduocato, procuratore, & concionatore, ponit Bald. *in d. §. ne is autem*: vix enim est vt eadem vita moribus commendabilis reperiatur, facundia dicendi; & subtilitas interpretandi, & copia differendi, immo vix est in qualibet arte quamuis vilissima, vt in duobus artificibus peritiæ identitas reperiatur quam vix in eodem ius admittit prout colligitur *in d. l. inter artifices.*

9 Secunda præsumptio est, quando esset expresse conuētum, vt Doctor non possit seruire per substitutum, tunc conuentio attendenda est Fel. *in c. fin. §. ne is autem, nu.* 12. *de rescr.*

10 Et hic est vnus ex modis cognoscendi, an sit electa industria personæ, & non solum procedat in Doctore cōducto, sed in quodlibet artifice, qui promisisset proprijs manibus, & suo facto opus aliquod explicare, vt *in d. § ne autem, & in d. l. inter artifices, & in c. cum dilecta,* vbi gl. *in verb. personaliter, de rescr. & in c. fin. de off. deleg. facit l. probatorias,* vbi gl. & Bar. *C. de diuer. off. lib.* 12, Veron, *in l. si sic, nu. 5. ff. de verb. sign.*

11 Vnde colligitur cautela in quocunque artifice, vel operario conducto ad aliquid faciendum, quod si in conuentione apponantur verba, vt per se factum explicare possit, non per alium, & eius manibus tātum, tunc non poterit seruire per substitutum, Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præsumpt.* 21.

12 Secunda præsumptio est, quando in promissione, & conductione esset appositum iuramentū, tunc non potest expediri per substitutum, ex quo iuramentum obligat præc se. Roncagalli. *de duobus reis, l. 5. nu. 24. per l. si pecuniam, in verbo, necesse habeas, ff. de cond. ob causam.*

Addo Ias. *in §. in bonæ fidei, col. 16. & sequenti, Institut. de act.* Alexand. ad Bart. *in l. amplius non pet, ff. rem ratam haberi, cons. 91. col. 2. volum.* 2. Alber. Brun. *cons. 89. nu.* 4. Marc. Mant. *consil. 17. num. 18. volumn. 1. & cons. 20. nu. 13. vol.* 1. & hæc est magis communis opinio, Felin. *in cap. ad nostram, num. 8. de iureiur.* Ias. *in l. cum qui, § si iurauero, numer. 5. ff. de iureiurando, & in d. §. in bonæ fidei, col. fin.* Goz. *cons. 42. nu.* 15. Afflict. *decis. 381. nu.* 1. Boer. *cons.* 14. Viu. dicens eam verissimam, *lib. 1. opi.* 189. Eman. Soarez. *in suo Thesau. litera L. num.* 271. Alex. *cons. 37. volum.* 6. dicens ad ea in iudicando non recedendum, Ant. Gabr. *de iureiur. concl. 8. sub num.* 2.

13 Vnde applicando ad locati, & conducti materiam fiunt passim de locationibus, & conductionibus instrumenta iurata in forma, in illis tam locator, quam conductor obligantur præcise ad factum.

Vnde in materia euictionis si conductor ex cōuentione non potest vti re conducta, non audietur, offerendo rem æque idoneam, vt tangam in titulo de euictionibus.

14 Subdeclaratur hæc præsumptio de iuramento interposito, vt procedat de iure ciuili, secus de iure canonico Cuman. *in d. l. si pecuniam,* & sic in terris Ecclesiæ in Curia Episcopali conductores, & locatores respectiue iurantes poterunt seruire per substitutum.

15 Subdeclaratur secundo in hærede iurantis, quia ex iuramento defuncti non obligatur præcise ad factum, Bald. *in proœmio feudorum, col.* 4. Corn. *cons. 256. in fin. vol.* 4.

Subdeclaratur tertio in facto impossibili, seu valde difficili, vel vrguentis necessitatis, Ant. de Petruc. *in l. 1. ff. de iureiuran. effec.* 33. Negusant. *de pign. in l. 1. membro 2. par. in fin. & in 1. memb. 5. par. limitat.* 5. vbi asserit hanc esse communem opinionem, Ruin. *cons. 1. in fin. lib.* 4. Boer. *in g. 1, nu. 185. de iud.*

16 Excusatur igitur conductor, si factum sit valde difficile, si impossibile, si immineat maxima tempestas, extrema paupertas, & inopia, & similia, non enim iuramentum vult actum impossibilem, vel valde difficilem ad explicandum, sed habet comitem discretionem iuris. Pulchre in materia Crauetta, *consil. 12. col.* 1. vbi bene discurrit quando essemus in forma, quæ esset ad vnguem obseruanda, tamen procedit in actu possibili, & factibili.

17 Et in hac locati & cōducti materia multi casus occurrunt. Quis enim conduxit vecturam ad transuehendum granum vltra flumen existens infra terminum vnius mensis, puta, superueniat cōtinuata pluuia, & augumentum fluminis, non obstante iuramento excusabitur si faciet post factum.

18 Similiter magna, & extrema inopia prout dicam *in tit. de casib. fortuitis.*

19 Subdeclaratur quarto quādo ius compensandi superuenisset ex post facto, secundum Abb. & alios citatos per Tindar. *de compens. column. 17. versic. attendæ* Socin. *in l. Iulianus, in fine. ff. de condit. & demonstrat.* Paris. *consil. 121. numero 40. volumn.* 1. sequi & ita distinguere videtur Capic. *decis.* 167. Afflict. 371. & Galles. *ad form. Cam. quæst. 2. numero 6. ponam in titulo de compensat.*

Decla-

20 Declaratur secundo principali conclusio, vt quis substituere possit ex conuentione vel generali, & in de finite personæ, vel nominatæ personę.

Et notandum est, quod si persona est nominata, res procedat sine dubio, si vero non est nominata, requiritur similitudo peritię secundum ęstimationem eorū quibus seruire debet, & arbitrio boni viri, *Imol. in l. continuus, §. si ab eo, num. 18. ff. de verbor. obl.* Ronchegall. *in l. 5. num. 25. ff. de duob. reis.*

Et dicit Abb. *in c. quoniam, de off. del.* quod semper requiritur consensus interessati.

Et applicando ad alios terminos in hac locati, & conducti materia, licet auctoritates superius adductę loquantur in Doctore conducto ad legendum, tamē attentis rationibus aptari possunt ad concionatorē, Medicū Communitatis, Aduocatū in causa, vel Procuratorem, siue Notarium, non enim substituere debent etiamsi habeant facultatem substituendi, prout in mandatis, vt plurimum apponi solet, nisi æque doneum, cum consensu domini, & attenta qualitate, & importantia causę, loci, & personarum. Ablonum quippe videtur Medicum Ciuitatis, practicum, & expertum, in Ciuitate vtilem, & gratum substituere nouitium, vel parum gratū, sic in Aduocato, debet enim esse acceptus, & gratus domino, & in quo confidat, prout in eo, & sic de alijs percurrendo. Vnde facultas regulata esse debet arbitrio semper boni viri.

21 Declaratur tertio loco principalis conclusio, nisi consuetudo sit in contrarium, vel particularis ipsius met Doctoris, quia solitus sit seruire per substitutum, vel loci, & regioni, Bald. *in l. fi. ff. de excus. tut.* Bolog. *in auth. habita, nu. 265. C. ne filius pro patre*, Roncheg. post Imol. & alios, *in l. 5. num. 26. de duob. reis*, asserentes exemplum cuiusdam Magistri Alberti Medici. Addo Por. *de vsufruc. in princip. num. 9. limit. 3.* Firm. *in repert. in verbo, consuetudo in similibus.*

22 Pone quod Doctor in alijs locis solitus erat seruire per substitutum tamen in loco, vbi in pręsenti est cōductus, non viget talis consuetudo, quid inspiciendū? Vide supra in principio tractatus *quæst. 5.* vbi de consuetudine varia, & difformi, & quæ sit attendenda loci, vel patrisfamilias.

Et licet Doctores loquantur in Doctore legente, vel Medico, tamen hac omnia accommodari possunt in quolibet artifice conducto, prout in fabro murario, lignaminis, scriptore, cum ratio consuetudinis recipiat interpretationem a loco.

Vnde fabri lignaminis substituunt, notarij ad scribendum tantum substituunt.

23 Declaratur quarto loco allegata conclusio, vt non procedat stante iusto, & legitimo impedimento, quo casu Doctor, & quilibet alius conductus ad aliquod opus peragendum, substituere poterit, vt per Cuman. Aret. & alios, *in d. l. 5.* Exempla autem multa sunt. Primum est de graui infirmitate, ex qua impeditur munus perficere iter expedire ex *l. si poterit, ff. de manumiss. testam. Bald. in l. 1. §. ne autem, numero quinto, & sexto, C. de caducis tollend. in l. final. ff. de excusa. tutor.* Felin. *in capitul primo de Summ. Trinit.* Decian. *in rubr. de off. eius, numer. septuagesimo primo*, Seb. Med. qui prædictos non allegat, *de casib. & periculis, par. 2. quæst. 6. num. 26.* & de impedimento statur iuramento, Alexand. *in l. 1. num. 3. de off. eius* dicens hoc sæpius in facto euenire. Commendat Felin. *in cap. pastoralis, colum. 2. de offic. delegat.* Cott. *in memorabilibus, in verbo, iudicis præsentia, verf. quintum, &c.* Birman. *in verbo, Doctor non potest*, vbi limitat stante consuetudine.

24 Quæ autem sit grauis infirmitas, iudicis arbitrio relinquitur, Bald. *ad auth. sed si quis ab aliquo, num. 13. C. de testibus.* Luc. de Penn. *in l. vnica, C. de mendican. validis, col. 2. lib. 11.* Socin. sen. *conf. 243. colum. 2. lib. 2.* Marsil. *in l. quæstionis modum, num. 19. ff. de quæstionibus*, Iacob. Menoch. hoc admodum commendans, *de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 1. cas. 60.*

Addo Aldobrand. *in §. item propter, Instit. de excusat. tutorum.*

Et vltra Iacob. Menoch. addo, quod iudex se informare poterit a medicis, & peritis, Bart. *in l. quæsitum, nu. 6. ff. de re iudic. in l. contumacia, §. pœna, num. 1. ff. eod.* Alexan. *in l. si longius, num. 1. ff. de iudic.* Mauritius *de restitut. in integrum, c. 339. in fine. ex glos. in l. semel, C. de re militar. lib. 11.*

Secundo grauis infirmitas ex aspectu constabit stante proprio iuramento, Bar. *in d. l. quæsitum, num. 6.* Abb. *in c. tenor, nu. 2. de re iudic.*

Tertio constabit grauis infirmitas ex astantibus, Ang. *in l. 2. §. quod diximus, ff. si quis cautionibus*, facit text. *in c. querelam, de procur.*

25 Nota tamen, quod si Doctor, vel alius conductus ad aliquod opus peragendum dormiret cum vxore sua, vel alias coiret, non diceretur infirmus, Abb. *in d. cap. tenor, num. 2.*

26 Addendum etiam videtur, quod Doctori infirmo currit salarium etiamsi alium non substituat, multo magis si æque idoneum substituat, *leg. post duos, C. de aduoc. diuers. iudic.* Bart. *in l. 1. §. diuus, ff. de var. & extraord. cognit.*

27 Secundum exemplum est in necessaria peregrinatione, quo casu currit sibi salarium stante licentia superioris, *l. hac lege, C. de proximis sacri scrinij lib. 11.* vbi ex mente Bart. colliguntur aliqua vtilia in hac locati, & conducti materia ad propositum salarij, & mercedis.

28 Primum est in milite stipendiato, qui se absentat, de licentia, currit sibi salarium perinde, ac si esset pręsens.

29 Secundum est in Potestate, & alio officiali salariato, quia tempore absentię currit sibi salarium si abest cum licentia superioris. Amadeus *in tract. sindicatus, in gl. in eo, quod dictus potestas, num. 107.*

30 Tertium est, vt clerico absenti de licentia superioris curreat præbenda, & Doctori absenti ex causa reipublicæ, Bar. *in l. Iulianus, §. cum quoque, ff. ex quibus cau. maio.* Bertacch. *in verbo, Doctor, sub num. 40.* dicens ita iudicasse in Ciuitate Fan. Poni etiam potest aliud exemplum in Doctore antiquo, & sic senectus excusat Bal. *in l. in metallum, ff. de pœn.*

Et hanc *legem Iulianus, §. cum quoque*, singularem dixit Roman. *notab. 457.* Doctor. Bal. *in l. si ea conditione, ff. de condit. inser.* vbi allegat glos. singularem *in l. desertorem, §. si ad diem, in glo. 1. ff. de re militari*, Bolog. *conf. 71.* Dec. *conf. 70.* Petr. Lesnaudier, *de priuileg. Doctorum, par. 4. quæst. 9.* late Cagnol. *ad l. diem functo, num. 189. ff. de offic. asses.*

31 Et nota scribentes in supra citatis locis, quia aliqui requirunt qualitatē necessarię peregrinationis, aliqui in simplici absentia absque necessitate exprimenda.

Vnum

32 Vnum non omittam satis frequens,& practicabile quod quis non debet habere duplex salarium, transmittitur enim Doctor,qui legit,ad principem, debet ne habere salarium ambassiariæ,& lecturę, & sic de alijs?& tunc dicendum est,quod si quis abest ex causa,ex qua lucrum sentiat, hoc non dicitur iustum impedimentum, ob quod liceret subrogare alium, vel lucrū percipere, Alberic. *in l.1.§.ne autem,C.de cad.tollend.* Commendat Ronchegall. *ad leg.5.num.30.ff. de duob.reis,per l. fi. C. reputandarum.*

33 Et hæc quæstio sæpius in facto occurrit: nam que es procurator in Ciuitate,vel patria,trāsmitteris pro aliqua occasione nūcius,vis superſederi in causis tuis quo iure hoc facis? si enim lucrum sentis ex ista absentia,cur petis superſederi?cur non substituis?

34 Similiter occurrit in facto es aduocatus,vel procurator Cōmunitatis cum certa prouisione, salario, & stipendio annuali, transmitteris pro negotijs communitatis ad aliquem locum, cur vis duplex salarium?

35 Ponit & exemplificat Ronchegall. in eo, qui est accerſitus ad aliquod munus ecclesiæ, vel reipublicæ subeundum iuxta vnam expositionem *ad l. quisquis, & l.ad similitudinem,C.de episc.& cler.*

36 Pone, quod Doctor conductus ad legendum proposuerit religionem ingredi, debetne prius perficere tempus suæ conductionis antequam religionem ingrediatur? Quilibet prima fronte pro religione responderet.

37 Contrarium est verius Speculat. *de stat. Monachorum,§.1.vers.29.* ex sententia Hostienſ. Commendat Rauenn. *in suo aureo alphabeto, in verbo, Doctor.* Veron. *in l.si quis sic,ff.de verb. sig.* Lesnaudier. *de Doc.par. 4.quæst.1.* Roncheg. *ad d.l.5.num.31.*

38 Vidi in facto casum in medico conducto ad annū, qui tribus mensibus elapsis religionem est ingressus, an debeat habere salarium pro rata temporis,quo inseruiuit, & sic quodammodo causa studij præponderat religioni.

39 Afferri etiam potest aliud exemplum in Doctore sene, prout superius vidimus, quibus etiam parcitur, & restituuntur in integrum, Sfort. *de restitut. in integrum, quæst.3.artic.3. circa medium.*

Cui adde,quis dicatur senex, si simus in casu a iure expresse non diffinito, iudicis arbitrio remittitur, Iacob. Menoch. *de arbitr. iudicis,casu 59.* Barbac. *conſ.21. lib.2.* Belin. post alios, *in cap. quoniam frequenter, vt lite non contestata.*

40 Declaratur quinto loco allegata conclusio, vt nō procedat quando Doctor, vel alia persona, quæ per substitutum seruire vellet,esset effecta illustris,& pro mota ad aliquam dignitatem, quia per mutationem status potest seruire per substitutum, *l.... vbi glos. C. de professoribus,* qui in vrbe Constantinopolitana, *libro 10. in l. nullus. C. de decurionibus lib. 10. in l. quisquis, C. de episcop. & cleric.* Alexand. in scriptore loquens *in l. 1. C. de præposit. agent. in rebus, libro decimo,* Cacciatup. *de debitore fugit. quæst.4. versus finem,* Bonif. de Curte *in tractat. de nobil. part.3 numero 119.* & hæc est communis opinio, atteſtata per Iaſ. *in l.1. num. 12. de off. eius.*

Addo Barbac. qui appellat hoc dictum nouum, & inauditum, *in cap. fin. columna vige. maprima, verbo, pondera vnum, de offic. deleg.* Ioan. Lup. *de donat. inter virum, & vxorem,§. 37.numer.22.* vbi etiam valde commendat, declarando de ęque idoneo, prout superius dictum fuit.

41 Vnum non omittam dubitandi saltem causa,quod ex quo Doctor ex lectura consecutus est hoc priuilegium, vt post tot annos efficiatur illustris, honestum non videtur,vt contra eum obtineat, & vtatur,& sic legere possit per substitutum, argumento, *l. amicissimos,§.fin. ff. de excus. tut.*

42 Considerabam hoc priuilegium iuuare in alijs, & excusationem præbere maxime quoad munera solida non autem quoad officium lecturæ, quæ fuit causa istius boni,& dignitatis.

43 Dices. Non simplex lectura in causa fuit, sed labor assiduus, & longus, nonne ex longo labore remissionem aliquam consequi debent? quo enim in mechanicis seruiunt, post, licet non seruiant, titulū retinent, & præmia solita consequuntur, & in longe inferiori casu famuli communitatum, qui vsque ad certam ætatem inseruiuerunt, retinent priuilegia domus, & præmia solita merentur, & habent.

QVAESTIO XIX.

Quæro vlterius ad aliqualem repetitionem *l. nemo, C. locat.* vltra Ronchegall. & alios recentiores superius allegatos. conductus ad aliquod opus, vel exercitium peragendum, committit delictum aliquod, propter quod per se deseruire non potest, poteritne isto casu substituere, vel(vt ita dicā) sublocare?

1 Primo videbatur dicendum, quod non debet quis ex eodem facto pœnam,& præmium consequi, & sic puniatur ex delicto,& substituere possit, *l. fine, ff. de negoc. gestis,* cum concordantijs, de quibus, *in l. si cui, ff. eodem tit.*

2 Contrarium est de iure verius *per l. de pollicitationibus, verſ. cum & absens per amicum,ff. de pollicitationibus,* quam singularem dixit Roman. *singular. an promittens, conſ.73. circa primum,* Ioan. de Plate *in l. nullus,C.de decurion. lib.10.*

3 Si igitur architectus a te conductus, vel alius artifex deportetur, vel carceretur, vel similem pœnam patiatur, poterit nihilominus opus inchoatum explicare per substitutum, quod durum multis prima facie videbitur, cū ex culpa sua hanc priuationem habeat.

4 Pondera tamen illum textum in verſ. gratiam muneris, quod sponte obtulit,&c. quod ibi sumus in promissione operis mere liberali, & gratuita.

5 Notandū vlterius est,quod Doctor potest ex causis prædictis seruire per substitutum, aliquibus tamen concurrentibus. Primo, quod non per scolarem, licet idoneum,& sufficientem, sed bene per alium Doctorem sufficientem, & æque idoneum, prout de æque idoneo iam superius diximus, & hæc est communis opinio atteſtata per Gomeſ. *col.7. de actionibus.* licet enim postea ex multis impugnare conetur,eum communi tandem residet Roncegall. *ad l.5.sub nu.35.de duob. reis.* Secundo concurrente (vt dictum est) consensu scholarium in Doctore, & in prędicatore consensu populi,& sic de alijs discurrendo, ita vt sine cōſensu prętendentium interesse substitutio non subsistat, *cap. fin.§. de his autem. de offic. delegat.* Abb. in prędicatore loquens in alias allegato *ca. quoniam, de officio delegati,* Veronen. *in d.l. si sic,col.3.ff. de verb. sign.* Mant. *apostemate,32. singulare verbum.*

6 Tertio multorum fuit opinio, vt ista substitutio in telligatur, infra paucos dies per testum in materia locati, & conducti, de qua agimus *in leg. si in lege, ff. loc. & l. si post tres, ff. si quis cautionibus*.

Tamen illa iura loquuntur in actu recuperabili, tēpus vero amissum recuperari non potest. Finge casū contingibilem infirmitatem grauem, quæ fuit causa substitutionis, esse aliquantulum longam debetne ita cito fieri mutatio cum alia afflictione infirmi? quare cum discretione, & iudicio procedendum putarem. Vidi quandoque in facto casum in simili. Extat decretum in collegio Notariorum Ciuitatis Tudertini, vt Notarij de bussula extracti pro causis Ciuilibus Domini Gubernatores dictæ Ciuitatis substituere non possint, nisi in casu infirmitatis, vel absentia causa reipublicæ pater pluries constituit filium in dictis casib. Fuit quæsitū quid econtra, an filius patrem substituere possit? multi interessati opponebant, quod non, putarem cum multis multo magis, & a fortiori posse. Præsumetur enim magis idoneus ratione ætatis, & experientiæ, nec video rationem differentiæ, immo identitatis maiorem, si patet filium multo magis, & ę quius filius pattem supradictis semper qualitatibus, et circumstantij concurrentibus.

QVAESTIO XX.

1 VTique, & delectabilis (ni fallor) est quæstio ad repetitionem *l. nemo C. locat.* an substitutus, & (vt ita dicam) sublocatus gaudeat priuilegio, honore, & præeminenti subrogantis. In hac quæstione duo sunt casus principales. Primus est in priuilegij, vel immunitatibus. Secundus est circa præeminentias, & honores. Circa primum distinguitur magistraliter, aut priuilegium est personale, & non transit; aut est reale, & transit Rot. *decis. 876. in antiquis*, vbi Rota etiam loquitur in locati, & conducti materia, an priuilegium de aliquid non soluendo extendetur ad colonos, & procedit cum dicta distinctione, vt dicam in titulo de collectis, & vlterius ibi Rot. dat virtualiter modum cognoscendi quando priuilegium dicatur reale, puta quando verba referuntur principaliter ad bona, puta dicendo, quod de talibus bonis quis non teneatur soluere decimas ad idem propositum, de quo supra, Rot. *decis. 1. de decimis in antiquioribus*, Bsigneti. Abb. *in c. ex parte, il 1. nu. 4. vers. sed est dubium de decimis, consi. 9. vers. venio ad secundum, volum. 1.* Iat. *cons. 20. col. pen. vol. 1.*

2 In dubio autem priuilegium præsumitur personale, & non reale, Bar. *in l. 1. ff. de constitutionib. principum*, Alex. *cons. 86. col. 1. vol. 1. cons. 14 1. in fine, eodem vol. cōs. 76. in princip. vol. 6.* Ias. *cons. 86 volum. 2. vers. in primis, vol. 3.* Anton. Gabr. *de regul. iur. concl. 2. sub n. 62. vers. declara, &c.*

Vnde actoris intentio est fundata in hac locati, & conducti materia contra colonos, & fictuarius petentes ab eis collectas, vel decimas, quia in dubio priuilegium præsumitur personale, & sic colonis, & fictuarijs non competere, nisi excipiendo contrarium probent.

3 Secundus casus principalis est circa honores, & prę eminentias & conclusio sit subrogatus, seu substitutus meretur, & habere debet illum honorem, & præeminentiam, quam ipse principalis habere deberet, gl. *1. in canon. quæ de causa, secunda quæst. 4.* Abbas *in c. mandata, in secundo notab. de præsumption.* Anchar. *in c. grandi, in quinto notab. de supplenda, negligentia prælatorum*, Angel. *in l. si prior. §. quia Titio, qui potiores in pignore habentur, not. abil. 1.* Rom. *singul. 370.* Felin. *rubr. de maiorit. & obedient. colum. 5.* Anchar. *in c. sane, in primo notab. de officio delegat.* Bertr. *cons. 73. col. 1. volu. 1. in nouis*.

4 Ampliatur hæc conclusio etiam si illi quibus præcedit, & vti substitutus præfertur, digniores sint. Bal. *in l. comperimus, C. de proximis sacri scrinij, libro duodecimo, in l. si filius, ff. de leg.* Bald. *in l. minor, §. pen. ff. de procuratorib.*

5 Declaratur, vt non procedat stante consuetudine, quæ in hoc attendi debet, vt subrogatus vtatur præeminentia, & reputatione subrogantis. Cardin. *in clement. 1. in 6. opposit. de officio Vicarij.* Alex. *in rub. de offic. eius col. antep.* Fel. *in c. mandata, de præsump.*

6 Declaratur secundo, vt præferri debeat in illis tantum actibus in quibus repræsentat, non in alijs.

Vnde regulata, & limitata est talis pręcedentia, vt per Fel. *in c. cum olim, el secondo de offic. deleg.*

7 Declaratur quarto loco, quod substitutus, vel subrogatus honorari, et pręcedere debet ex persona substituentis magis quam alius, sed non tanquam principalis, & ita sentit Dec. *in l. solet, col. 1. ff. de iurisd. omn. iud.* & ita procedant allegata per Ias. *in l. sed et si §. prætor in vltimo notab. n. 6. ff. de in ius vocando*, Vnde respectu aliorum conclusio procedit.

8 Licet igitur personę industria electa sit, subrogari & substitui potest. ita contra Alex. contrarium tenentē, *in l. 1. de offic.* tenet Dec. *in c. si pro debilitate, col. 2. n. 17. de off. deleg.* & patet ex prædictis.

QTÆSTIO XXI.

PVlchra (ni fallor) est quæstio, an exercens per substitutum gaudeat priuilegio, habeat salarium, & similia, loquendo in doctore, & mercatore, & similib.

1 Primo dicendum videbatur, quod non *ex l. fin. ff. de excus. tutor.* vbi Bar. per illum tex. dicit, quod comites & barones conueniri non possunt, dum sunt in exercitu, & expeditione, dum tamen exercent per se, non per alium.

2 Et hanc partem tenuit gl. *in l. 2. C. de mane. & colonis, lib. 11.* Bal. & Salic. *in l. 1. §. ne autem, C. de caduc. tollen*, Bart. *in l. nemo, Roma, sing. 65.* an excens, dicens ad hoc singularem textum *in l. si ff. de exti. tutorum*, Ias. *in l. firmarios, nu. 8. C. de militari testamento.* vbi reputa valde notabile pro mercatoribus magnatibus, qui exercent arteu per institores, & factores, quo proponunt, & conducunt ad interessandum apothecæ, & mercibus.

3 Pro contraria Parte facit regula, qui per alium, *iur. & regula, potest quis per alium, lib. 6.*

4 Et hanc opinionem tenuit Andreas de Barula, & Ioann. de Plat. *in l. fin. C. de comiti. rei. lib. 4.* Alex. *in l. diem functo, nu. 44.* Dec. *nu. 19.* & hæc opinio verior videtur.

Declaratur tamen ex intentione *d. l. fi. ff. de excusatio. tut.* in contrarium adductæ, vt non procedat in officio vili, prout pistorum, caupōnum, macellariorum & similium, quia exercentes per substitutū non gaudent

dent priuilegio artis. ita procedit *l. fin.* declarata hoc modo ab Alex. *in d. l. diem functo, num. 23.*

5 Vnde habes, quod prudenter consideranda sunt officia, & exercitia, si enim sunt egregia, tunc per substitutum exerceri possunt, & gaudet exercens priuilegio: aut sunt vilia, mechanica, vel sordida, & tunc non possunt exerceri per substitutum, & consideratio sane rationabilis videtur, nonne debet esse differentia inter Doctorem, & pistorem, potestatem, & calceolarium? Quæ igitur erit argumentatio, non potest pistor, ergo nec doctor, vel similis.

Et notanda est in practica hæc consideratio, quia veniet casus in facti contingentia, quod aliquis pistor, macellarius, caupo, & similes, intendunt, recusare aliquod onus patriæ, vel gaudere aliqua exemptione, vel immunitate concessa collegio suæ artis.

Vtique non audietur, si per alium exercuit, & erit legitima exceptio. Cuius enim sunt (vt ita dicam) reputationis, & honoris isti manuales, & mechanici, vt velint vti substituto pro conseruatione personæ?

6 Declaratur secundo, vt non procedat stante legitima causa necessitatis, quo casu seruiens per substitutum gaudet priuilegio. Ita illum tex. Limitat Bal. *in d. l. fi. de excusat. tut.* commendat Ias. post Alex. *in d. l. diẽ functo, n. 14. ff. de officio eius.*

Et sic habetur duplex intellectus *ad l. fin. ff. de excusat. tutor.*

QVÆSTIO XXII.

QVæro iuxta præcedentem quæstionem, & ad terminos locati, & conducti, de quibus agimus. Aliquis non seruiuit per substitutum iuxta præcedentem quæstionem, sed transiuit ad leuius exercitium ex aliqua indispositione, puta infirmitate, senectute, vel simili, an debeat gaudere beneficio statuti disponẽtis, vt quis perfecto officio gaudeat tali immunitate?

1 Videbatur dicendum, quod non, arguendo a simili ex regula in materia locati & conducti, nam quis deberet totum salarium si deficit per alteram partem quin seruiat, nisi se cum alio locauerit, *l. sed addes, §. fi. ff. loc.* & dicã suo loco, ita in proposito dicẽdũ videtur.

2 Contrarium est verius *ex l. ex agentibus*, vbi Alex. ad Bar. commendat, *C. de præposit. agent. in rebus, libr. 12.* quam singularem ad hoc dixit Rom. *sing. 66.*

3 Ampliatur vltra eum, vt procedat etiam in impedimento ex senectute. Abb. *in c. magnæ, col. 2.* de voto faciunt quæ superius dixi in materia senectutis.

QVAESTO XXIII.

1 QVæro, vlterius, an si admittatur substitutus de volũtate, & cõsensu partis, requiratur ista qualitas, & circustantia, quod sit eiusdem peritiæ, vel sufficientiæ, & in hac omissa disputatione, respondetur, quod non: consensus enim in hoc supplet omnem defectum. Card. & Abbas, *in c. fi. de offic. deleg.* Io. Maron. *de fide tregua, & pace, parte 1. q. 64.* vbi cum multis sequentibus hoc explicat.

2 Vnde in facti contigentia aduersarius, qui iam cõsensus præstitit, dicere non poterit, nolo talem, quia non est idoneus, quia replicabitur tibi imputes, cur consensisti sic simpliciter, & absolute.

QVÆSTIO XXIV.

QVæro ad vlteriorem repetitionem *l. nemo, C. loc.* extant in multis Ciuitatibus, prout Valentiæ asseritur, magistri operum latomorum, & carpentariorum ad visitationem huius officij electi, & deputati, qui ex aliqua causa per resignationem quodammodo substituere volunt, & in literis dicitur, si idoneus existat, an talis qualitas idoneitatis probanda sit?

1 Primo videbatur dicendum, quod sic, ex notat. per Beninten. *decis. 22. prope finem*, vbi qualitas idoneitatis in teste articulari, & probari debet, attestans hanc esse communem opinionem.

2 Contrarium in casu isto verius est, & sufficit qualis, qualis approbatio iudicis, & illa verba, si idoneus existat, important potius admonitionem, quam conditionem, vt in facto decisum attestatur Franc. Marc. *decis. Delphinal. 276. par. 1.*

3 Cui adde quod hæc est communis opinio, Add. ad Alciat. *de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 3.* late Fel. *in c. dudum, de præsumpt.*

4 Si igitur nedum in resignationibus beneficiorum, sed aliorum officiorũ, quæ sæcularia, & profana sint apponatur clausula, si idoneus existat, importat simplicem admonitionem, cum aliquali informatione iudicis, non conditionem aliquam.

5 Et sic vides in hac locati & conducti materia, & sublocationis, quod in quibusdam locis, & Ciuitatib. principalibus cum certa prouisa mercede, prout ad reuidendum, & inspiciendum fabricas, & similia, & si tales resignant, requiritur idoneitas, cum aliquali informatione deputentur quidam homines specialiter ad tale officium.

QVAESTIO XXV.

1 QVæro, an famulus infirmus teneatur seruire per substitutum. Primo videbatur dicendum quod sic, *ex l. 1. §. quod si morbo, C. de præposit. agent.* in rebus, qui textus, antequã vlterius procedam, est valde celebris, & notatu dignus in hac substitutionis materia: æquiparat namque primo loco lenes, & infirmos in substitutione facienda. considerat secundo loco, quod bene se gesserit in sanitate, & antequam impedimentum superuenerit.

2 Vnde semper bonũ, & laudabile est bene se gerere in officio, vel exercitio suo; si enim post superueniat infirmitas, vel aliud impedimentum, excusatur, & auditur substituendo alium.

3 Vnde famulus conductus, vel procurator ad negocia, institor, & similes, qui bene se gerunt in sanitate, in eorum exercitio excusantur substituendo.

Semper igitur laudabile est, vt quis tempore, quo potest, bene, & sollicite se gerat in officio suo.

Considerat tertio loco qualitatem personæ nominando eam eiusdem scrinij, si fieri potest. Quarto loco considerat idoneitatem, quæ in duobus consistere videtur, scilicet, moribus, & peritia, quod facit nedum pro famulis, sed doctoribus, & officialibus.

4 Vltimo considerat, quod sublocatio, seu substitutio intelligitur periculo substituentis.

Vnde si famulus substitutus furetur, id erit periculo substituentis, dicam fortasse alibi latius. Ales. *in*

l. 3.

Digitized by Google

l.3.nu.57.ff.de officio eius. Bal. *in c. si deress.rit, si de feudo controversia fuerit.* Sebastia. Medic. *de casibus & periru. q 62 par.2.nu.26.*

4 Pro contraria parte facit tex. *in l. fi. §. 1, & §. fin. C. de proximis sacris scrinij, lib. 12.*

5 Et hanc opinionem dicit veriorem Alb. *in l. arboribus, §. de illo, in fin. de vsufruct.*

6 Circa hanc discussionem considerabam: aut loquimur, si potest substituere in tempore infirmitatis, & tunc potest, & sic procedit prima opinio; aut loquimur an cogi possit, & tunc non tenetur, & sic procedit secunda opin. & faciut quæ superius dixi de famuli & an tempore infirmitatis debeatur salarium.

7 Notandum tamen est in proposito, quod seruiens per substitutum facit suo periculo, vt superius dixi, & notatur *in l. quisquis, & l. ad similitudinem, C. de episc. & cler.* Vnde tenetur ad omnia damna, & interesse.

QVÆSTIO XXVI.

1 Pulchra, & a præcedentibus dependens est quæstio. Famulus promisit seruire certo tempore, fuit impeditus, vult substituere, vel subrogare aliud tempus, an possit? Pariter potestas est conductus pro certo semestri, vult inseruire in alio, nunquid poterit? & sic de alijs, nunquid in locationibus possit vnum tempus subrogari, & substitui loco alterius? & primo dicendū videtur, quod non, quia non est eadem opera vnius diei, & alterius sequentis etiam in eadem persona, *l. si non sortem, §. libertus, in verbo, nam plerumque,* & ibi Ias. *in octauo notabili, ff. de condic. indeb.* ideo Imperator *in §. 1. in auth. de instrumentorum cautela & fide,* detestatur comparationem literarum.

2 Pro contraria parte facit, quia promittens facere ad certum terminum, faciendo postea, liberatur text. in materia locati & conducti loquens, *in l. si in lege, §. colonus vers. quod si paucis diebus, ff. locat.* qui tex. admodum celebris in materia moræ tam in contractu locationis, quam in alijs, quod moræ purgatio admittitur duobus concurrentibus,

3 Primo, quod mora sit modica. Secundo, quod res sit integra, ius partis non sit effectum deterius. Butr. *in c. dilectis, de arbitris,* per text. singularem *in c. suam de pæn.* Bal. *in l. si pacto quo pœnam, ff. de pact.* est communis opin. Eman. *in suo thesauro, in verb. mora.* Bonacoss. *de æquitat. Canonic. concl. 9.*

Addo bene loquentes Ias. *cons. 9. col. 4. in fi. cons. 82. col. 2. vol. 1.* Curt. *de feud. in 4. par. concl. 16.* Rip. *in l. fin. col. 3. de reuocan. donatio.* Ant. Gabr. *de transact. concl. 1. nu. 14. & 19.* Contard. *ad l. diffamari, q. 9. nu. 70.* Bellamer. *decis. 745.* vbi quando ius partis intelligatur effectum deterius,

4 Et vidi in facto casum in hac locati & conducti materia ad intellectum *dicti § colonus,* quod quis locauerat ad laboritium cuidam rustico vnum ipsius podere, paucos post dies alio ius prætendente, fuit accusatus colonus de turbata possessione, & per tres dies post querelam porrectam reuocatur eam, & consensit cassationi, fuit dictum, fuisse infra paucos dies molestiam, ne ex tam paruo tempore ius partis sit effectum deterius per textum *in d. §. colonus.*

5 Resolutio ea esse videtur, aut quis locauit operas suas indefinita, & absolute ad incertum tempus, puta ad annum, vel mensem simpliciter nihil nominatum exprimendo, & restaurare potest in alio tempore aut specificauit certum nominatum tempus, puta de mense Augusti, vel simili, & tunc non potest restaurare, nisi opera sit omni tempore indifferens, vt ædificatio domus, & similia, & tenuit Bartol. *in l. si vno, §. item cum quidam, numero 9.* vbi Castrens. *numero 12.* Fulg. *nu. 7 ff. locat.* Bal. *in l. liberti, libert. eque num. 15. Cod. de oper. libertorum. in l. si ita stipulatus essem, numer. 3.* Angel *num 2.* Castrens. *numer. 4.* Alex. *nu. 7.* Ias. *nu. 5. ff. de verbor. oblig.* Bar. *in l. si prius, q. 10. sub numer. 13. ff. de noui oper. nunciat. in l. Cenatus. §. fin. ff. ad Turpilianum* Bartol. *in l. si mihi vsusfructus, numero 4. ff. de vsufruct. leg. Canonistæ in c. fin. de iud.* vbi Abbas dicit, quod si

6 Doctor legere promisit duobus annis, & ex aliqua causa impeditus non legit non poterit restaurare in alijs duobus annis, quia diuersę sunt operę vnius temporis, & alterius, & idem tenet Firmian. *in verbo, operarius, & in verbo, obligatus ad operas, sub numer. 30.* &

* est magis communis opinio, de qua per Ias. *in d. l. si ita stipulatus, numer. 15.* Paris. *de sindic. in verbo impedimentum.*

7 Et si consideremus paulatim hominum actiones, vitam, & modum, magna est diuersitas in operando nedum ab vno anno in alium, mense in mensem, sed, & a die in diem, immo hora in horam, & nedum in operibus mechanicis, & manualibus, sed intellectualibus ipsis.

Habitus enim intellectuales, & qualitates scientificæ recipiunt magis, & minus, & in vna hora magis, quam alia intellectus abstraitur, & virtutes per exercitium recipiunt incrementum, *l. legatis, §. ornatricib. ff. de legat. 3.*

8 Circa tamen præsentem resolutionem obstare videtur textus *in l. Paulus, §. Caius, ff. de liberali causa,* vbi libertas danda erat seruo, si continue per triennium, seruiuerit si enim seruiuerit pro parte elapso aliquo temporis spatio, admittitur ad seruiendum pro residuo temporis.

Multorum fuit opinio, quod ibi specialis sit fauor libertati, & hoc est refugium omnium, prout in dote & pia causa. Cum enim nescimus aliquid respondere recurrimus ad istas specialitates, quę iam fastidiūt stomachum.

9 Paceat considerare primo loco, si responderi posset quod ibi idoneo est, quia discesserat ille, in cuius fauorem erat implenda conditio, merito admittitur purgatio morę. Ita declarat Accurs. *in l. Thais §. intra ff. de fideicommis.*

10 Ex qua solutione colliguntur duo vtilia in contractu locationis, & cōductionis, quod mora purgari pōt mortuo eo, in cuius fauorem conditio implenda erat Vnde, si locauit tibi fundum ad laboritium pro triennio continuo cū pacto, quod quolibet anno, tali mense, vel die facias hoc, si ego moriar implemēto non secuto cum hærede meo, admittitur purgatio moræ.

11 Secundum colligitur ex hac solutione, quod famulus, si promittat seruire domino suo in trienniū proximum continuum pro certo salario, ita vt non seruiendo, & deficiendo in aliquo cadat, si moriatur dominus, poterit famulus purgare moram, & audietur ad salarium petendum.

12 Hæc vera videntur in respicientibus personam domini, & locatoris. Quid dicendum in alijs speciebus locationis, & conductionis? locauit puta Sempronio

fun-

Digitized by Google

fundum, vel podere ad quinquẽniũ, cum pacto, quod quolibet anno plantet, & arbores, & tot vites, vel similia faciat in vita locatoris, & domini, non impleuit in totum, sed in parte tantum, vult purgare moram cum hærede, poteritne, ad effectum, vt expellatur?

Similiter quis promisit infra duos annos, vacauit per mensem, vel duos, ita vt in tempore penitus non perfecerit, admitti ne debet saltem cum hærede?

Posset in hoc fortasse dici, quod sic, nedum cũ hęrede, sed etiam cũ domino, si simus infra paucos dies, & ius non sit factum deterius, vt tetigi superius *ex l. si in lege, §. colonus. ff. loc.* nec crederem in hoc subtilizare iuramentum, cum sequatur naturam actus, nec eam ampliet, prout alias dixi, & suo loco dicam.

13 Et vltra alios ad illum textum solutio videtur esse, quod verbum, continuum, in eo textu significatum, temporis aliquam interiectionem, & intercapedinẽ denotat, vt late deducit Bar. de tempore vtili, & continuo, *cap. 9. & sequenti*, qui hunc textum in hac materia notabilem, & celebrem dicit. Vnde dici potest, quod ex tacita mente deponentis, qui vsus est verbo, continuo, in ipsius dispositione colligatur resolutio ad illum tex.

14 Et passim in practica seruire potest hæc resolutio tam in materia locati & conducti, & circa colonos, & conductores, quam ad alia similia.

Vnde in colono afferuntur probationes aliquæ: *io ce l'ho visto lauorare continuamente, & io ce l'ho visto entrare, et vscire continuamente*, in re conducta loquendo, & sic passim percurrendo.

15 Et practicando vtiliter ponderanda sunt verba Bar. *in l. si mihi vsusfructus, n. 4.* qui pręsupponit, quod steterit per communitatem, quæ elegit quo minus in tempore electionis deputato exerceat officium sibi per electionem concessum.

16 Secundo præsupponit Bartolus, quod ille electus potest solum agere ad interesse.

Vnde prima facie vulgares contrarium sentirent; si enim electus dicat postquam non potui exercere officium meum in tali tempore mihi ex electione cõcesso de his pro alijs sex mensibus, vtique non, & agat simpliciter ad interesse.

17 Idem in domino cum famulo inferri potest, si conduxi famulum pro anno incipiendo, &c. non seruiuit tali anno, stetit per me, non potęst petere famulus, teneas me alio anno sequenti, sed agat ad interesse. Clarius, & subtilius hoc tangit Bar. *in l. si prius, q. 10. nu. 13. superius allegata*. Quod si communitas tenetur ad patientiam ex electione facta per se immediate, vel per sindicum ipsius, quod fit immissio in bonis vniuersitatis, & dum agitur ad implemẽtum temporis, tempora labuntur, & magnam vim facit Bar. *in superius allegatis locis*, quod aliud, & longe diuersum est officium vnius anni, & alterius anni.

18 Sed dici posset in hoc. Si quis promissit ædificare domum licet resultet certum corpus, & eadem domus sit hodie, cras, & sic deinceps, satis est, quod operæ varientur ex tempore, & consequenter non deberet reintegrari tempus, & considerando hominum actiones etiam in fabricando operę variantur, & melior, & perfectior apparet opera etiam muratoria, & mechanica vnius temporis, quam alterius.

19 Respondetur a multis, quod licet operæ in se variẽtur ex tempore, tamen domus ipsa principaliter est in obligatione, & operę veniunt in consequentiam, & ita *Ias. in d. l. si ita stipulatus, sub nu. 16.*

20 Replicari posset, si conceditur officium, vel podestaria, puta pro sex mensib. principaliter officiũ promittitur, & temporis prefixio venit in consequentiã limitãdo quodãmodo dictũ officiũ principaliter intẽtatũ; & tamẽ non admittitur reintegratio tẽporis.

Respondetur addendo aliquid distinctioni Bar. superius allegatæ, & vt vidimus communiter receptę, quando tempus est pręfixum operi quoad principium & finem, ita vt sit de substantia contractus. Et tunc peccatum temporis erit peccatum formæ, & vitiat. nec poni potest tempus pro tempore, quando tempus dat esse rei, prout in potestate pro certo tempore cõducto, ergo potestas sibi imputare casum, *l. si pecuniã, ff. de condict. ob caus. l. 1. C. de re milit. lib. 12.*

21 Et ista tẽporis præfixio operi, vel negotio peragendo potest dupliciter contingere: quandoque a contrahentibus, prout exemplum superius illatum de potestate pro sex mensibus conducto, quandoque venit pręfixio temporis a natura ipsa, non ministerio hominis, & tunc idem est, vt late, & subtiliter per multa iura deducit Bal. *in d. l. liberti, libertæque, sub nu. 15.*

22 Et colligimus Ex Bar. & Bal. doctrina in materia officij famulatus, & similium, aut impedimentum venit a casu, & sibi imputet conductus ad officium, vel famulatum, aut impedimentum venit ab aduersario, tunc non auditur in reintegratione temporis, sed poterit agere ad interesse tantum. Sentit etiam Bald. *in citato loco*, quod si officialis conductus est in itinere, quod sibi debetur salarium, & tempus absentiæ pro seruitio computatur, prout superius vidimus.

23 Consideranda etiam sunt verba iuris consultorum primo in *l. si in lege, §. colonus, ff. locat.* de qua superius vidimus, & hoc in verbis illis, quod si paucis diebus prohibuit, quod impedimentum paucorum dierum non est in consideratione, nec aperit *I. C.* qui, & quãti sint isti pauci dies, nec se fundat in paucitate dierũ tantum, sed ne ius sit effectum deterius, quasi & in paucis diebus hoc quandoque euenire possit.

Ponderanda secundo loco sunt similiter *in l. Paulus, §. Caius, ff. de liberal.* causa superius allegata, quod ibi ille, qui erat obligatus seruire triennio continuo, discesserat nondum eo translacto, quasi pro maiori parte esset elapsum, & prope finem esset; maiori namque excusatione dignus videtur, qui pro maiori parte adimpleuit, & implementum est prope finem.

24 Vnde si famulus, qui per annum continuum seruire promisit, admittatur facilius ad moræ purgationẽ pro integro salario consequendo, si pro maiori parte temporis inseruiuit, & prope finem anni continui aliquantulum vacauit, quam si in medio, vel ante mediũ anni vacasset.

25 Ponderanda tertio loco sunt ad hoc propositum I. C. verba *in l. seruus qui testamento, §. fi. ff. de statu liber.* vbi seruus tenebatur pręstare operas annorum septem, si inseruiuit pro tribus, puta, deinde pro vno anno vacauit, postęa seruiuit pro tribus alijs, quod poterit restaurare tempus fugæ, & in hoc audietur, & si detur libertas, si anni septem seruisset, non intelligitur proximis, sed in genere.

26 Vnde si testator legat famulo quinquaginta, si seruierit in domo per duos annos, quomodo intelligitur hoc biennium?

Vide,

Videbatur de proximis *ex l. eum qui kalendis, ff. de verb. oblig.*

Contrarium est verius, *ex d. l. §. fi. & in fi.* & hoc est conceptum in genere.

27 Et sic habetur limitatio *ad l. eum qui kalendis, ff. de verb. oblig.*

QVAESTIO XXVII.

PRosequendo materiam famulorum, nec non artificum, & alicuius exercitij, quæro, an dominus possit delegare operas famuli sui transmittendo ipsum ad seruiendum, & operas præstandum alij. Quæstio sanè valde vtilis, & quotidiana est, & Petr. Duen. inferius allegandus *reg. 304.* eam fundat in ratione iuris sublocandi, prout clare videri potest, & passim occurrit, quod Domini auari sublocant (vt ita dica) famulos suos, damni quandoque euitandi causa, vel lucri captandi, & hoc passim rerum magistra experientia docet, & ob id disputatione omissa, veniam præfationis loco ad operarum diuisionem.

Et licet operarum diuisionem multi multifariam poluerint, hæc tamen mihi breuior, & vtilior, & facilior videtur.

1 Operarum duo sunt genera, officialium nempe, & artificialium. Officiales dicuntur, quæ non in arte vlla, vel certo exercitio, sed in domino quibuscunque officijs adiuuando versantur, & earum proprietas in edentis personam consistunt, & domini, cui exhiberi possunt, & debent, nec in persona variationem recipiunt. Ita annuit text. *in l. operæ, in rerum, ff. de oper. liber.* vbi clare hanc distinctionem sentire videtur Bart. *in l. si non fortem, ff. liber. num.* 19. vbi Alex. *nu.* 6. Ias. *num.* 24. *verf. tenetur, ff. de condict. indeb.* ponentes exemplũ in seruiendo in Camera, associando per terram, seruiendo in mensa, similiter præsto esse, du dominus est animo, vel corpore ægro, doctis sermonibus oblectare, & colloquijs filios erudire, officij potius, quam artificij munus esse docet Hotoma. *in comment. iur. in verbo, operæ liberto rum.*

Ex quo primo operarum membro infertur ad aliqua vtilia, & delectabilia.

2 Primum est, quod officium Pincernæ est opera officialis, quæ consistit in persona illius, cui edi debet, & edentis, & variatur personæ variatione, & cadit quædam affectio, & singulare interesse quoddam. Vnde nec delegabile, vel transmissibile est.

Vnde in materia, de qua agimus, nec a domino delegari posset, nec ipse alium substituere, vel subrogare posset contra domini mentem, & voluntatem.

3 Secundum est, quod officium architriclini est opera officialis, quæ pariter consistit in satisfactione illius personæ, cui exhibetur, & exhibentis, & dominus admodum complacet magis de vna persona, quam alia, & applicatur mos, stilus, & vius viçe domini, & ipsius seruientis. Vnde nec a Domino delegari posset, nec alium substituere.

4 Tertium est, quod officium cubicularij est opera officialis, & sapit admodum obsequium ipsum personale respectu exhibentis, & illius, cui edi debet, & magna cadit affectio. Vnde nec delegare, nec delegari poterit.

5 Quartum est officium caudatarij, & aliorum, qui deferunt dominis in via, & deambulando biretum quadratum, vel pileum, hæc etiam est opera officialis sequendo exempla Bar. & aliorum superius nominatorum, & attendunt obsequium quoddam personale, in quo magis dominus complacet, & delectatur magis vna persona, quam alia.

6 Quintum est officium præceptoris, (vt ita dicam) filiorum domini, est potius officium, quam artificium; licet enim magistri, pedagogi, & præceptores conduci soleant certa mercede, conuenta tamen cum istis potentioribus, & magnatibus affectant, & quęrunt homines seruire nulla mercede constituta sub spe potius incerta, & fallaci alicuius magnę recognitionis, & sępius inſęlices curiales decipiuntur, & consumunt vitam, & iuuentutem ipsorum, postea redeunt in patriam non victores sed victi, & reportant aliquã grauem, & sępe sępius incurabilem infirmitatem pro recognitione suorum iuuenilium laborum, vel mortuo ex accidenti eorum domino cum magno onere æris alieni conflati sub spe fallaci recognitionis, quæ euanuit ceu fumus in auras.

Experientia rerum in hoc magistra quotidie docet demonstrat, & ante oculos ponit, nos autem infælices increduli sumus.

7 Isti etiam, qui morantur in palatiis istis Illustrissimorum, & delectantur studio historiarum, vel antiquarum, vel modernarum, vel Sacræ Theologio, vel humanarum literarum, & sæpius dominis præsto sũt delectando aliquo notabili discursu, vel relatione tranquillando animum multis negotiis inuolutum, dicuntur prȩstare officiales operas, immo obsequium quoddam.

8 Artificiales vero operę sunt generaliter omnes, quæ alicuius artis propriæ sunt, veluti pictor, faber, medicus, architectus, & similes.

Hæ namque non respiciunt personam exhibentis nec illius, cui exhiberi debent, sed seruiunt indifferenter omnibus, & consistunt in præstatione pecunię: & sic respicit materiam locati & conducti, *l. fabriles, ff. de oper. liber.* & tradunt omnes *in l si non fortem, §. libertus, ff. de condict. indeb.* vbi tamen Alex. *numer.* 6. differentiam quandam constituere videtur inter fabriles, & artificiales, vt fabriles, & cum doctrina, & sine intelligantur, artificiales verò cum doctrina tantum, & sic sit generalius nomen opera fabrilis, quam artificialis.

9 Et per modum discursus notare placeat communẽ cursum causarum, & hominum actiones ponũt *l.* C. & etiam legum interpretes omnes seruire domino in mẽsa, camera, & deambulando, esse operas officiales vt superius vidimus ex Bart. & aliorum exemplis, vt opera alicuius eximii Medici, qui vltra ipsius doctrinam, & experientiã cognouit fortasse adeo bene accurate, & diligenter complexionem, vitam, & mores domini sui, vt vere dici posset id, quod de opera obsequiali dici solet, quod cadat affectio tam respectu exhibentis, quam illius, cui exhiberi debet, & tamen no est opera officialis, immo mera artificialis. Idem de quibusdam pictoribus excogitari potest.

10 His igitur sic pręmissis, & pro nunc disputatione omissa, famulus de mandato domini sui tenetur pręstare operas alteri, quas sibi exhibere tenetur, *l. operę in rerum, l. homines. ff. de operis liber. l. vxoris, §. scorpium, alias serapium, ff. de vsufruct. legat.* quem textũ nota semper in hoc calamitoso tempore, quod domi-

nus

nus legauit scorpium concubinæ suæ,& huius regulę ratio in hoc principaliter fundata videtur, quia conductor sublocare potest,vt per Duen.reg.304. de qua materia in præsenti agimus, & ob id hanc conclusionem appolui.

11 Ampliatur hæc conclusio,vt pecunia acquisita per famulum sublocatum acquiratur domino sublocanti *l.si libertus la prima*, *l. patronus*, *l. qui libertinis*, ff. *de oper.liber.*

12 Et ad propositũ materię locati & conducti,de qua agimus,prætereunda non est intelligentia, *l. si liber. tus superius allegatæ*, quod si conduxi Medicum, vel artificem aliũ in domum meam, cogitur me volente seruire gratis omnibus amicis,& beneuolis meis.

13 Multi in facti contingentia contrarium dixerunt, dicentes. Ego conueni seruire tibi, & in familia tua, nec intentio mea fuit cum amicis tuis,ob id vltra mẽtem intentio nostra porrigi non debet,*l. non omnis*,ff. *si cert.petat.*

14 Et sic in facto conductionis, & locationis non intelliguntur exclusi amici, & beneuoli.

Vidi in facto casum. Quidã dominus habebat procuratorem prouisionatũ ad tot pro anno pro suis causis peragendis,vult eũ operari, & patrocinari in causa cuiusdam amici,& beneuoli,& gratis,& sine mercede aliqua nunquid teneatur? multi dixerunt, quod non,tamen text. *in d.l.si libertus*, contrarium sentit.

15 Bene verum est,quod si domini modus esset admodum excessiuus, & ampliaret labores medici,vel procuratoris ad quamplures amicos,quod recurrendum esset ad iudicis arbitrium.

16 Ponderanda etiam sunt in hac locati materia verba text.in allegata *l. patronus*,qui vult habendum esse respectum, an quis sit medioeris patrimonij, vel non, vt non aliter vti posset operibus, quam locando eas &c.ad illum,qui tenetur aliquid præstare, dicit: *io non posso darti tu contanti cosa alcuna, perche io son pouero, però io verrò ad opera con voi, ouero anderò ad opera per voi.* Hoc enim casu videtur magis exigere operas, quam mercedem.

Et facit ad debitorem fugitiuum, qui cessit bonis, qui tenetur operari creditori suo, vt suo loco dicam.

17 Et sic faciunt differentiam I.C.& legislatores,quod aliud sit per locationem alicuius exigere operas, aliud mercedem consequi,prout ex eo textu colligitur. Põderandus est tex. *in eadem l.patronus,in verbo,pretium*, quod merces operarum locatarum dicitur, & appellatur pretium.

18 Ex quibus postea infertur ad decisionem quæstionis. Si conduxi famulum, vel alium an possim sublocare alij?& distinguendum est cum text. *in l. operę in verum*, de qua supra:aut sunt operæ officiales, quæ a persona separari nõ possunt, & delegari non possunt, aut sunt artificiales,vel fabriles, & istæ delegari, vel sublocari possunt,& ita tenet Bartol. *in d.§. libertus, num.*30.vbi Alex.*num.*20.Iason *num.*16.Bald. *in d.leg.libertis,num.*14. Tiraquel. *de retract.ligna.§.*20.*glo.*3.*nu.*30. & 41.

19 Sed non inutile est in practica quærere, quomodo dominus conductor hoc faciet,requiretur e consensus famuli,vel non, si enim inspicimus *leg.* 1. *C. de nouat.* videtur expresse requirere consensum ipsius debitoris,& sic famul. Castr. cons. *in l.*2.*sub nu.*5. *ff.solu.matrim. limitat.l.*1. *C. de noua.* vt non procedat in debitore operarum, & sic secundum eum potest delegari famulus ignorans, & nullatenus consentiens, & hoc fauore operarum.

20 Verior tamen videtur opinio Alex. Aut enim dominus vult delegare famulum, & tunc in terminis delegationis requiritur consensus illius. Aut vult cedere,& tunc requiritur consensus ipsius iuxta terminos,& distinctionem,*l.*1.*C.de nouat.* & ita distinguit Alex.*in l.si non sortem*,*§.libertus,sub num.*20.*ff. de cond. indeb.in l.*2.*num.*28.ff. *sol.matr.*

21 Vnde reducendo hæc omnia ad vtilitatem practicæ cedat dominus cõductor, & cessionarium in rem suam in procuratorem constituat, & hanc instrumenti formam colliges ab Alex. *in d.l.*2.*num.*28.

Et sic facilior est cessio, quam delegatio.

22 Declaratur secundo loco, vt non procedat, quando delegatio, vel cessio fieret personæ cauillosę, vel rixosę,vel alias homini odioso,quia famulus,vel alius debitor operarum non cogitur seruire,& operas pręstare,dicam suo loco de colono rixoso.

23 Declaratur tertio, quando vellet vt extra locum seruiret *l.vsuras*, & ibi notatur,*C.de solut.* Duen. *regu.* 304.*in fine.*

Vnde multi famuli mittuntur ad merendum,multi ad vecturam cum mulis ad vrbem,dicere possunt, nolo facere, quia non ita conuentum est.

24 Declaratur quarto loco allegata cõclusio de operibus officialibus, & similibus, vt non procedat tempore necessitatis,quo casu etiam pro seruitijs personalibus dominus imponere potest charitatiuum subsidium vsque ad valorem operarum,vel mãdare subdito, quod seruiat alteri vsque ad dictum valorem. Bal.*in l.*1.*in fi.C.de oper.lib.per l.si libertus artẽ,ff.eo.ti.*

25 Et omissis multis, quę adduci possent de materia necessitatis,vnum dicam,quod respicit materiam locati & conducti, quod priuilegium exemptionis non operatur tempore necessitatis. Bald.in *l. iubemus nullam,in princ.C. de sacrosanc. eccl.*

26 Vnde isti fictuarij, coloni, & conductores priuilegiatorum, si in aliquo potiuntur priuilegio dominorum, de quo tamen dicam tit.de collectis, id procedit, si non simus in casu magnæ necessitatis, patriæ, & reipublicæ.

27 Sed hic quęro. Vidimus superius, quod delegatio fieri non potest de operibus officialibus, quid si fiat? Vtique delegans liberatur ope exceptionis. Ita dixit Bart.*in l.*4.*ff.de dolo.*

28 Pone,quod interueniat stipulatio,prout in delegatione requiritur, *iuxta l.* 1. *ff. de noua.* Respondetur quod hoc non releuat in officialibus,quia(vt dictum est) tales operæ sunt inseparabiles a persona exhibẽtis, & illius, cui exhiberi debent, merito etiam quis per stipulationem promittens non tenetur *l. liber.* & ibi Bal.no.*in* 2.*col.ff.de oper.lib.*

29 Vnde sequitur, quod licet in aliquo actu concurrant omnia necessaria requisita tamen si repugnat natura rei tractandæ,requisita in le nihil operantur. Licet igitur concurrat consensus famuli, pariter & stipulatio,& alia requisita ad delegationem,quia repugnat natura operæ officialis,cum sit a persona inseparabilis, alias nihil operantur.

30 Addo etiam ad declarationem prædictorũ, quod ad essentiam delegationis requiritur,quod ille,cui fit delegatio,sit creditor,*l.quamuis,§. si mulier,ff.ad Velleia.*

Digitized by Google

*leia.*latè Iaſ.*in l.ſingularia,ff.ſi cert.petat.* & non ſeparando materias, cum vna tendat ad intelligentiam alterius,dicitur pariter, quod promittens ſimpliciter operas, intelligitur quas ſcit facere, & ſic licet talis promiſſio reſpectu prolationis verborum ſit incerta, relata tamen ad qualitatem promittentis eſt certa. ita Pau.Caſtr. *in d.§.libertus,num.4.*

31 Vnde ibidem dicebat Bar. *num.*28 quandoque promiſſor exercet operas fabriles tantum, ſiue artificiales,& ad illas tenetur:quãdoque neſcit exercere aliã artem, ſiue operam, niſi officialem, & tunc ad illam tantum tenetur, quandoque ſcit exercere plures artes, operas,vel exercitia,& tunc electio eſt promiſſoris, & hanc opinionem dicit ibi veriorem Alexand. *ſub num.8.prope finem.*

32 Vidi in facto caſum tempore menſis Martij, quo conducuntur operarij multi in vineas,quod quis cõduxerat operarium varij exercitij, qui volebat exercere in vinea vnam operam,& dominus volebat aliã orta eſt contentio, fuit recurſum ad iudicem, qui iudicauit eſſe electionem promiſſoris.

33 Similiter in facto vidi in fabro lignario in fabricam domus conducto pro certa mercede, & ſciebat dolare trabes, facere interſiaturas, & artem, vulgo *del torno* cuius erit electio? quæſiuit enim in citato loco Bar. quando operæ differunt ſpecie, prout ſunt officiales, & fabriles, quid ſi habeat plures artes vnius exercitii quaſi indiuiduas vniuſmet artis?vtiq; a paritate rationis dici poſſet electionem eſſe promiſſoris.

QVAESTIO XXVIII.

QVæro faber conductus promiſit opus explere ſuis manibus, an poſſit ſubſtituere, vel ſublocare?

1 Primo videbatur dicendum, quod ſic: qui enim per alium facit, ipſe facere videtur, *l.1.§.deieciſſe.ff.de vi & vi armat.regul.qui per alium,lib.6.*

2 Contrariũ eſt verius, gl. *in l.1.§.ne autem.C.de eadne. tollend.in l.inter artifices.ff.de ſol.in e.cum dilecti,de re. ſcr.in l.ad probatorias.C.de diuerſ.offic. & app.lib.12.* Felin. *in c.ſi.§.is autem.ff.de offic.ordinar.* tangit remiſſiue tantum Nicol. Mor. *de fide, treg. & pac.par.1.q. 66.in fine, num.6.*

3 Vnde cautela eſt, quod in inſtrumento conductionis apponatur clauſula per ſe,& manibus proprijs, quæ habent virtutem præciſam, reſtrictam, & limitatam, vt ſit excluſiua aliarum perſonarum.

4 Declaratur, vt promiſſor operis ſeruire poſſit per ſubſtitutum, etiam ſi ſit electa induſtria perſonæ, & promiſerit facere manibus proprijs, qui quidẽ ſubſtitutus ſit executor operis?Magiſtri enim in capite exiſtunt plurimum, & dictant cum aliqua reputatione, quid agendum ita Caſtrenſ. *in l. continuus, §. qui inſulam,in 1.notab. ff.de verb.obl.*

5 Et paſſim experientia docet quod iſti magni Architecti tenent penes ſe vulgo *ſottomaeſtri*, qui laborant ante oculos magis inſpicientis, diſponentis, & ordinantis. Et vere in hoc caſu procedit regula, qui per alium facit,ipſe facere videtur.

6 Declaratur ſecundo, quia promiſſor operis ſeruire poteſt per ſubſtitutum, vel quando non erit artifex operis,vel quando opus faciendum erit adeo magnũ, vt ſine longo temporis interuallo non potuiſſet expediri,quia nõ eſt præſumendũ in hoc ſtricte procedẽdum,quia res careret exitu. *Ita Bart.in d.§. quinſulã.*

7 Finge enim, quod conduxerim magnum palatium manibus proprijs fabricandum,quando dominus locator operis habitabit? qui anhelant ad habitationẽ in eius vita magis quam ad aliud deſiderium, & magnopere mori verentur antequam incipiant habitare & videtur experientia docere,quod Domini, qui cõſtruunt palatia, moriuntur antequam ſint habitabilia.Et hoc prouenit,quia apparebit poſtea memoria, quæ non ita laudatur in vita,prout in morte.

8 Vnum etiam non omittam, quod in facto occurrere vidi in hac materia ſublocationis,& ſubſtitutionis. Quis locauerat operas ſuas ad ſcribendum quædam capitula cuiuſdam confratriæ laicorum ſiue battutorum, & quidem componebat caracteres pulchre, & laudabiliter, & ab omnibus eius ſcridta erant commendata, poſtea valebat ſubſtituere, & quidem aliũ, cuius ſcriptura erat ſatis legibilis.Orta eſt contentio, & quidem fuit dictum, quod non poterat ſubſtituere conductus ad ſcribendum,vt no. *in d.l. inter artifices, in l.nemo.ff. de duobus reis, in l. veteris. C. de contr.& commit.ſtipulatio.* Ang. *in l. ſtipulationum commodiſſime, ff. de verbo oblig.* Ioa. Andr. *in c.vt circa,de elect.* Speculat. *de ſalar.§.fin.*

9 Et docet paſſim experientia, quod caracter vnius eſt pulchrior, & delectabilior alie, & difficile eſt reperire veram litterarum ſimilitudinem.

10 Declarãdo tamen, vt ſubſtituere poſſit ex cauſa, & iuſto impedimento, & in caſibus ſuperius permiſſis,& maxime in paruis operibus. Sebaſt. Medic. *de reg.iur.reg.5.num.69.*

QVÆSTIO XXIX.

QVæro,in conductione alicuius negotij explicãdi,vel operis faciendi eſt facta mentio hæredu, admittitur ne ſubſtitutus?

1 Videbatur dicendum, quod non, ſi enim electa eſt induſtria perſonæ, ſubſtitutus non admittitur.

2 Contrarium eſt verius, *l. cui bonis, ff. de curat.furioſ.* quam ad hoc propoſitum valde commendat Bald. *in l.quiſquis,C.de epiſcop.& cleric.* Curt.ſen. *conſil.61. col.2.* tenens indiſtinctè hoc caſu poſſe ſeruire per ſubſtitutum etiam in fundo, quia hoc caſu de nudo miniſterio cenſetur cogitatum,non de induſtria perſonæ, *l.Mæuius,ff.de condi.& demonſtr.* late Nic. Moro. *de fide,treg.& pac.par.1.q.61.num.5.*

3 Non omittam, quod vbi quis eſt obligatus ad factum ſub nomine proprio, non admittitur ſubſtitutus.Firmia. *in ſuo repertorio in verb. obligatus.* Et ſic expreſſio nominis proprij operatur, vt ſit induſtria perſonæ electa, & mentio hæredum operatur contrarium,vt vidimus.

4 Vidi in facto caſum, quod quis conduxit ſub nomine proprio, ex quo videbatur electa induſtria perſonæ, & in corpore inſtrumenti fuit facta mentio hæredum,quid ex iſtis præualebit?multi dixerunt attendi debere principium, & a primordio tituli poſterior formatur euentus, vt ſuperius vidimus ad aliud propoſitum. Multi dixerunt, quod ſequentia declarant, moderantur, & limitant præcedentia, & derogant vltima primis,vt ſuperius vidimus in materia conſuetudinis attendendæ.

O Dices.

5 Dicec. postquam substitutus admittitur in casibus prædictis,& quam maxime, vbi facta est mentio hæredum, nonne debet esse acceptus, & gratus domino? debetne quis expendere pecunias suas cum homine non accepto,& grauari duplici onere, s. pecuniarũ,& hominis minus grati? Et vtiq; acceptus esse debet, Bal. *in c.1.§. firmiter, de probibit. feud. alien.* per Feder.

6 Vltra tamen alios videtur declaranda præsens cõclusio,& materia per vnum verbum, quod ponit *Iaſ. in l. stipulatio ista, §. si stipuler, in 4. notab. nu. 4. ff. de ver. oblig.* scilicet non intersit domini, vt sublocatio fiat, & sic attenditur interesse illius, cui aliquid faciendũ est: si enim interest, vt actus expediatur per ipsummet conductorem, non sublocabit, alias sublocare poterit dicens ita intelligendam esse præsentem materiam.

7 Vidi tamen in colloquijs in facto propositum, si enim interesse attendi debet, nũquam erit locus sublocationi, quia dominus reputabit sua semper interesse opus expediendum per ipsummet principalem conductorem, quam per substitutum, & multo magis, quia admodum difficile est reperire homines paris industriæ, scientiæ, & experientiæ.

8 Vidi allegatum, quod dominus, qui suum interesse opponit, adducat illud si enim iustificabit aliquod releuans, audietur, alias non. Vnde dicendo mea interest, vt non expediatur per alium, non releuat.

9 Et textus in allegata *l. stipulatio ista, §. si stipuler,* in secunda parte notabilis est in hac locati & conducti materia, & quam maxime in hac sublocationis materia,& cum eo concordat text. *in l. si cui locauero, ff. locat.* Et ad vtilitatem, & propositum huius materiæ colliguntur duo,

10 Primum est, quod non solum per contractum stipulationis potest quis alteri acquirere, sed etiam per contractum locationis, & conductionis, & sic bonæ fidei, & sic arguendo a contrario sensu non potest quis alij acquirere per contractum locationis, & cõductionis, nisi intersit acquirentis. Facit text. *in l. solutum, §. per literam, ff. de pignor. actio.* & no. *in l. 1. C. per quas personas nobis acquiritur.*

11 Secundum, quod colligitur, est quod si quis sublocauerit alteri opus faciendum, acquiritur sublocanti vtilis actio, vt no. etiam per Accurs. *in d. l. si cui locauero.* Et sic vbi ex contractu verba promissiua, seu obligatiua sunt relata ad personam contrahentis, sed executione ad personam tertij, ipsi contrahenti acquiritur actio efficax, & non illi tertio.

Et sic in hac materia sublocationis, si locauero opus conductum faciendum, datur sublocanti vtilis actio locati, & conducti.

QVAESTIO XXX.

QVæro (ni fallor) vtiliter, an dispositio, *l. stipulatio ista, §. alteri. ff. de verb. oblig.* procedat in locatione,& conductione,& pensionibus domorum?

1 Primo videbatur dicendum, quod sic, quia in fructibus,& fætibus hoc dispositum est, vt stipulatio facta alteri, valeat, & acquirat domino actionem sine cessione. *glos., in l. quod procurator ex re. ff. de procurat.* & ibi Bart. Angel. & Castrens. sequuntur Alexand. *in l. stipulatio ista, §. si stipuler, col. 3. ff. de verbor. obligat.* Socin. *conf. 125. col. fin. vol. 1.* dicens hanc esse communem opinionem.

2 Et hanc partem tenuit Bald. & ibi Angel. & Castr. in allegata *l. quod procurator, glos. in c. quamquam, in verb. possint, de vsur. lib. 6.* & ibi Franc. *col. 9.* Cardin. & ibi Imo. *col. 5. in c. accedens, de preben.* Bald. *in l. certi condictio, §. si nummos, ff. si cert. peta.* Socin. *in d. conf. 125.* Ruin. *conf. 144. col. 2. vol. 1.*

3 Pro contraria parte facit, quia pensio rei locatæ est extra rem, non ex re, sed propter rem. Et hanc partẽ tenet Franc. Accurs. *in l. Iulianus, §. si procurator, ff. de action. empt.* Ioan. Andr. *in dicto capit. quamquam,* vbi etiam Dominic. *colum. 6.* & hanc opinionem dicit veriorem Alex. *in l. stipulatio ista, §. si stipuler, num. 13. de verbor. obligat.* & ita addit. ad Bart. *in l. quod procurator, ff. de procurat.* Anton. Gabr. *de verbor. obligat. conclu. 1. num. 26.*

Declaratur vltra Anton. Gabr. vt non procedat in subsidium, quo casu quæritur actio ad pensionem sine cessione, vt not. *in l. 1. et 2. ff. de institor.* vbi Accur. no. tunc dici in subsidium, quando institor, vel alius, qui contraxit, non sit soluendo.

4 Et in hac vtili materia locati, & conducti considerãda, nec silentio prætereunda sunt iura, cum deseruiant in hac locati materia,& primo text. *in l. 1. §. sed ex contrario. ff. de exercitor.* vbi si magister nauis mercedem operarum præstet, datur domino actio locati, & sic in contractu locationis, & conductionis merces requiritur, prout superius vidimus de substantia locationis.

5 Similiter notabilis est conclusio superius allegata in hac locati & conducti materia, quod pẽsiones domorum, & prædiorum vrbanorum pro fructibus accipiuntur, *l. pensiones, ff. de vsur.* & in multis differunt ab vsuris, & alijs fructibus, & obuentionibus, prout superius tetigimus, nam vsura, & fructus naturales oriuntur ex re, & propter rem, sed pensiones, & vecturæ nauium, & iumentorum, sunt extra rem, vt superius vidimus. Vnde bene, & prudenter Ioan. Andr. *in allegato c. quamquam,* vtitur hoc verbo, germinare, quod pensiones, & vecturæ non germinant, quia non nascuntur ex re, sed ex contractu.

6 Et differunt pensiones ab vsuris, & alijs fructibus, quia alij fructus sunt naturales, pensiones vero sunt fructus ciuiles, vt suo loco dicam.

7 Differunt vero ab vsuris, quia vsuræ sunt fructus minus honesti, & odiosi. Vnde non veniunt si nõ fuerint perceptæ, pẽsiones vero, & vecturæ sunt fructus, & accessiones honestæ, & fauorabiles. Vnde veniũt etiam si non fuerint perceptæ, vt no. Castr. per illum tex. *in l. si nauis, ff. de rei vendic.* vbi Castr. arguit. I. C. de mala ratione in hac materia pensionũ, prout apud eũ videri potest. De qua materia ponam *tit. de fruct.* vbi est locus suus, hic autem tetigi, quia hęc conclusio colligitur ex discursu præsentis quæstionis.

8 Et quoniam (vt dictum est) in præsenti quæstione, & eius discursu pensiones domorum, & vecturæ non germinant, nec nascuntur ex re, sed ex contractu. Vidi in facto casum, quod quis condidit testamentum, in quo inter alia legauerat vxori suæ medietatẽ fructuum, qui nascentur in tali loco, in quo loco erant domus locatæ, iumẽta, & muli ad vecturam, habebitne partem in illis? Vtiq; ex prædictis videtur constare quod non, quia tales sunt fructus ciuiles, & non nascuntur ex re, sed extra rem mediante contractu.

9 Pensiones igitur domorum, vecturæ nauium, & equo-

Digitized by Google

equorum sunt fructus fauorabiles,& honesti, nō veniunt nisi percepti sunt extra rem, sed propter rem, & non acquiruntur alteri per alterum sine cessione, vel subrogatione, aut substitutione stipulantis.

10 Vnde si procurator meus locat domum meam, & stipulatur mihi pensionem solui in tempore conuento, mihi domino non acquiritur actio ad pensionem persoluendam sine cessione ipsius procuratoris, qui stipulatus est.

QVÆSTIO XXXI.

Satis frequens occurrit quæstio,& in eius corpore conductionis, & locationis materiam includit eamque omissa disputatione recensebo.

1 Solutio stipendij per substitutum fieri non potest, *l. iubemus per hanc, C. de erogat. militar. lib. 12.* vbi Ioan. de Plat.& Luc. de Pen. *& in l. ad probationem, C. de diuer. offic. lib. 12.* Pel. *in c. quoniam, §. is autem, de offic. de leg.* Castr. *cons. 228. quæritur, lib. 2.*

2 Et passim in facto contingit quod Castellani, Centuriones, & Capitanei asserunt habere sub se plures milites numero, quam rei veritas se habeat. Vnde ad quadruplum tenentur, *l. agentes, l. excellentia, Cod. de erogat. milit. anno. lib. 12.* & ibi Ioan. de Plat.& Luc. de Pen. & quandoque ad crescendum numerum, vnum pro alio submittunt, Coquos, famulos,& similes multis in locis *Passauolanti* appellantur, vt not. *in l. 2. C. de curs. publ. & angar. lib. 12.* Ioan. de Plat. *in l. 2. C. de decur. libr. 10. & in l. excellentiæ, C. de erogat. milit. anno. lib. 12.* facit *l. illicitas, §. ne potentiores, ff. de offic. præsid.*

3 Similiter ad propositum materiæ locati,& conducti, de qua agimus. Isti Thesaurarij,& agentes Cardinalium, qui pecuniam ex publico ærario recipiunt pro rebus transuehendis, asserentes decem puta mulos conduxisse, dum pauciores conducunt, nam propter istam fraudem ad quadruplum tenentur. Moron. *de fid. treg. & pac. par. 1. q. 50.*

4 (O bone Deus) licet mundana fælicitas sit esse diuitem, potētem,& magnatem,& habere sub se multos, dicendo huic, vade,& vadit, veni,& venit, quot tamen laquei renduntur, quot deceptores palliatos detinent, qui in vno modo deficiunt,& fraudant dominos, modo in alio, & extorquent, im no furantur pecunias ab ipsis dominis sub imaginario, & quæsito colore.

QVÆSTIO XXXII.

Quæro. Conduxi procuratorem ad lites, vel negocia, nunquid substituere poterit? & in hoc casu procedat materia *l. nemo, C. locati.*

1 Primo videbatur dicendum, quod non, *ex l. in vsucapione, versic. quod si is, ff. de diuers. & temporalibus præscriptionibus*, vbi substituere non potest, nisi specialiter sit permissum,& sic requiritur specialis commissio, & facultas.

2 Secūdo pro hac parte facit, quia fines mādati sunt diligenter custodiendi, *l. si diligenter, ff. mandat.* Vnde substituere non poterit si facultas non detur.

3 Pro cōtraria parte facit *l. si procuratorem, §. si quis, ff. mand.* vbi Procurator ad negocia quandocunque substituere potest.

Secundo pro hac parte facit *l. 1. §. magistrum, ff. de exercitor.*

4 Tertio pro hacmet opinione facit *l. quicunque, in fi. ff. de institoria.*

Quare in hac quæstione duo sunt casus principales. Vnus ad negocia alter ad lites, ponendo duas cōclsiones principales ad inuicem.

5 Conclusio igitur prima est, quod procurator ad negocia semper & quandocunque substituere potest, *d. l. si procuratorem, §. si quis manda uerit, d. mandati l. 1. §. magistrum, ff. de exercitor. l. cuiuscunque, ff. de institor. c. 1. in fin. de procur. lib. 6.*

6 Ratio autem vera secundum Ias. esse videtur, quia in negocijs non agitur de tam graui præiudicio sicut in iudicijs. Ita Ias. *in l. quod quis sub nu. 2. C. de procurat.* arguendo a speciali, *ex c. fi. de procur. lib. 6.*

7 Sed ista ratio mihi aliquātulum dubitabilis videtur; Potest enim agi, & in negocijs pertractandis tam respectu qualitatis ipsius negocij in se, quā respectu personarum, quod agatur de magno, & nimio præiudicio, & experientia docet, quod actus humani, & negocia. rerum melius, facilius, vtilius, et maiori (vt ita dicam) cum gratia explicantur, et perficiuntur per vnum hominem, quam per alium, etsi per procuratorem in capite constitutum actus commissus explicatus esset, vtilior effectus successisset, quam si per substitutum ab eo factum perficeretur. Bene verum, quod grauia negocia non substituuntur, vt infra parebit.

8 Declaratur primo loco hæc conclusio, vt non procedat in matrimonio, in quo speciale mandarum requiritur, nec substitutio admittitur, *capit. quamuis, de procur. lib. 6.*

9 Ex quo contextu duo ad propositum colliguntur. Primum est ratio huius limitationis, quæ est, quia in facto tam arduo substituendo posset periculum imminere.

10 Secundum est limitatio huius limitationis, vt non procedat, si in procuratorio sit data facultas substituendi.

11 Circa mandatum speciale hoc tenuit in matrimonio contrahendo Arer. *in §. 1. nu. 2. Instit. per quas personas agere possumus.* Bero. *cons. 25. num. 9. lib. 1.* Iosep. de Ludou. *concl. 30. vers. duodecimo, &c.*

12 Ampliatur, vt nedum procedat in matrimonio cōtrahendo, sed in causa matrimoniali, vt per Arct. in citato loco.

13 Ampliatur secundo, vt nec admittatur procurator cum cautione rati. Paris. *cons. 61. nu. 6. lib. 1.*

14 Ampliatur tertio, vt nedum in matrimonio carnali, sed spirituali speciale mandatum requiratur. Rot. *decis. 27. nu. 2. de procur.*

15 Speciale autem mandatum simpliciter non sufficit ad matrimonium contrahendum, sed indiuiduum requiritur cum expressione certæ personæ, ita declarādo illum text. *in d. c. fin.* tenet Bar. *in l. filiusfamilias, ff. de don.* Crot. *in l. non solum, §. morte, num. 70. ff. de nou. oper. nunciat.* Rube. *in l. penul. §. ad crimen, num. 173. ff. de public. ind.* Ial. & Alex. *in l. Titius, ff. de liber. et posthum.* Commendat Roland. a Valle, *cons. 26. numer. 4. & 22. lib. 2.*

16 Aduertendum tamen videtur ad id quod diximus, *amplia. 2.* ex cons. Paris. Adde quod hoc idem tenuit Angel. *l. iusiurandum, §. fin. in l. qui ita §. 1. ff. de iureiu. rand.* Ias. *in l. 1. numer. 1. vers. sexto, Codic. de procurator.*

Anton. Grauet. *inter consilia matrimonialia, cons. 82. num. 6. vol. 1.*

17 Circa tamen illud, quod superius diximus, de speciali mandato, vt requiratur in indiuiduo nominatio certæ personæ, dicitur vltra Rolan. & alios superius nominatos interpretes, quod sufficit mandatum generale ad omnes causas ciuiles, & mistas, cum causa matrimonij sit mixta, *c. tuæ, de procurat.*

18 Similiter sufficit, si exprimantur causæ aliquæ speciale mãdatum requirentes cum clausula, vt ad omnes alias, &c. ita in terminis Iacobus Canis, *cons. 20. vol. 1. consiliorum matrimonialium.*

19 De quo tamen dicto cogitandũ putarem ex dispositione præcisa *c. fi. de procur. in 6.* tum ex ratione ipsius, quia tractatur de facto nimis arduo, & ob id, vt sine personæ specificatione eligat vxorem pro me.

20 Ad id tamen, quod procurator ad matrimonium contrahendum substituere nõ possit, adde Mozzium *in tract. de contrac. in tit. de mandato, vers. venio ad quartum, num. 11.*

21 Non omitto tamen, quòd *glos. in d. c. fin. in verbo, deputare*, allegat in hac materia facultatis substituendi *l. generali, in primo respons. ff. de ritu nuptiarum*, per quem vidi in facto casum in hac locati, & conducti materia.

22 Dixit quis amico suo. *Troua vna casa per me, che io la voglio à pigione.* Conduxit, an requiratur ratificatio? Vidi allegatam *d. l. generale*, quæ licet loquatur in terminis matrimonij, tamen applicabilis videtur ad casum nostrum, cum de aliquo mandato non constet, placeat tamen cogitare.

23 Declaratur secũdo loco principaliter allegata cõclusio, vt procurator ad vendendum substituere non possit. Bal. *in rubr. de procurat. num. 42.* Bart. *in l. 1. in 2. lect. col. antepenult. ff. de offic. procuratoris Cæsaris.* Nicol. Moron. *de fide, treg. & pace, par. 1. q. 56. per l. in vsucapione, vers. quod si quis, ff. de diuer. & temporal. præscriptio.*

24 Et ponit Fabia. de Monte, *de empt. & vendit.* quæstionem, an ad vendendum speciale mãdatum requiratur, non autem tangit, an habens speciale mandatũ ad vendendum substituere possit casu aliquo, vt per eum, *q. 16. num. 22. 3. q. principali.* Hoc idem reperies apud moderniores, vt per Ioseph. de Ludouic. *conclus. 30. vers. 25.* Per Nicol. Mozz. *de contract. in tit. de mandato, vers. venio ad quartum.*

Et hæc est vltra Moron. & alios superius nominatos, communis, & recepta opinio, vt per Soarez *in suo Thesau. litera P, num. 300.*

25 Declaranda tamẽ est præsens declaratio, & materia, aut procurator est vniuersalis, aut specialis. Primo casu substituere potest, per *l. si procuratorem, §. si quis mandauerit, ff. mandati. leg. 1. §. magistrum, ff. de exercitor.*

26 Secundo casu, aut est data certa forma, puta cõstituo te procuratorem ad vendendum tale prædium pro tot, & cum hisce pactis, & conditionibus, & tunc substituere potest, quia non videtur electa industria personæ, nec confidere de eo dando certam formam, & modum, *leg. si ego, ff. quod vi, aut clam, cap. is cui, de offic. deleg. lib. 6.* aut non dedit certam formam, neque modum, & tunc substituere non poterit, *per d. leg. in vsucapione, §. quod si is, ff. de diuers. & temporal. præscript.* Innocent. *in cap. 1. colum. fin. vt lite non contesta-ta,* Geminian. *in cap. 1. §. fin. de procurat. lib. 6* Castren. *in l. 1. §. transgrediamur, in princip. ff. soluto matrimon. & in leg. quod quis,* vbi Alexand. *C. de procurat.* Ias. *in l. 1. in fine, sub num. 24. ff. de offic. procurat. Cæsaris,* & Soarez, *in allegato loco.* Ex quibus corollarie infertur ad multa vtilia.

27 Primum est intellectus *ad l. in venditione, §. quod si is, superius allegatam*, vt procedat, & habeat locum, in procuratore specialiter deputato sine certa, & limitata forma.

28 Vnde applicando ad materiam locati, & conducti, differentia esse videtur constituere procuratorẽ simpliciter ad locandum talẽ domũ, vel talia bona, quo casu substituere non poterit. Idem pariter dici potest ad conducendũ arguendo a contractu locationis, & conductionis, emptionis, & venditionis, aut est tibi data certa forma, modus, & regula, & tunc substituere poterit alium ad conducendum, vel locandum.

29 Secundum corollarium est, quando alicui est data certa forma, & regula, substituere poterit. Vnde videbis multa instrumenta locationum. Constituit procuratorem N. ad conducendum pro tot, cum his pactis, & conditionibus.

Et multis mirum videtur hoc casu substituere posse; licet enim certa forma data sit, attendenda videtur persona, cui data est forma, in qua committens multum confidit, & datur quandoque certus modus, & forma alicui personæ, quia bene explicabitur, & executioni demandabit cum eius subtili iudicio, prudentia, & discretione, quod fortasse non faciet substitutus ipsius.

30 Declaratur vlterius, vt non procedat, quando in procuratorio sit apposita clausula, & in rem suam. Castrens. *cons. 118. colum. 1. lib. 1.* Moron. *in allegata quæstione q. 43. & 56. num. 3.*

31 Bona igitur cautela erit inspicere, si in procuratorio, & instrumento mandati huiusmodi clausula sit apposita.

32 Declaratur tertio loco principaliter allegata conclusio, vt nõ procedat, nec habeat locum in procuratore, cui dominus expresse prohibuisset, ne substitueret, arguendo a speciali, *in l. 1. §. magistrum autem, vers. quid tamen, ff. de exercitor.* & ita & hunc textum tenuit *Ias. in d. l. quod quis, in 2. limit. secundæ regulæ.* & quoniam ille tex. loquitur in materia locati, & conducti, quippe de magistro nauis, qui inter alia mercibus locandis præpositus est, prout *in d. §. magistrum*, duo sunt, quæ principaliter colliguntur.

33 Primum est, quod scientia, & patiẽtia in hac locati materia pari passu currunt. Si igitur conduxi procuratorem, & me sciente, & patiente vtitur opera alterius, videor consentire, immo obligor ex contractu illius, & per illum textum.

34 Idem fortasse dici posset in architecto, fabro, murario, & similibus conductis.

35 Secundum est, quod magister nauis etiam domino prohibente, & quidem nominatim substituere potest domini prohibitione non obstante.

36 Per qua in hac substitutionis procuratoriæ materia dicebat ibidem Gulielm. de Cun. quod si constituo procuratorem ad lites, & causas cum expressa prohibitione, ne etiam post litem contestatam substituat, quod hac prohibitione non obstante lite non contestata substituere poterit, *per d. §. in ver. quid tamen.*

Con.

37 Contrarium verius videtur ex Alberico, & Fulgosio, ibidem, namque in casu, *d.§.ideo erat*, quia contrahentes cum substituto prohibito deliberare non poterant, secus in casu constitutionis procuratoris, quia datur deliberatio, *vt l.si procuratorem absenté, ff. de procurator.*

38 Notabilis (ni fallor) est hæc illatio, & ratio suę decisionis, & applicabilis videtur in hac locati & conducti materia ad decisionem quæstionis in facto.

39 Constitui procuratorem ad locandum bona mea, vel in specie domum, & in specie prohibiti, quod non licet eá scholaribus, meretricibus, & alijs alio modo, locauit procurator non seruata forma mandati, valebit ne talis locatio? multi xerunt, quod non, quia mandati fines sunt diligenter custodiendi, *l. diligenter, ff. mand.& c.cum dilecta, de donat.* idque expresse factum apparet contra domini constituentis voluntatem, státe expressa prohibitione.

40 Contrarium videtur colligi ex superius allegata decisione, quia non attenditur principaliter voluntas, & intentio locantis, & prohibentis, sed habetur respectu ad cóductorem, & vtilitatem ipsius. Vnde dominus constituens tenetur stare locationi factæ per dictum procuratorem.

41 Dices in casu, *§.magistrum, verf. quid tamen*, Durum videtur, vt ille contrahens deliberare non potuerit, nonne poterat interrogare de illo deputato, quisnam erat, & si ibi aderat cum domini principalis voluntate, vel non, certe in quibusdam casibus non poterat.

42 Vna in hoc quæsito remanere videtur difficultas *ex regul.leg.qui cum alio*, nam vel est, vel præsumitur certus de conditione ipsius. Vnde mutuans filiofam. non excusatur, quominus obstet. Macedonianum *leg. penult.ff.ad Macedon.* idem cum minore glos. *in l. si Titius, in verbo ætatis, ff.de fideiussor.* Bald. *in l.in ciuile. C. de furt.* idem in forense consuluit Cuman. *consil. 26. vol.1.*

43 Semper autem id inspiciendum videtur, an contrahens deliberare potuerit, vel non, vt ex gl. ibidem, *in verb. nauigantium, colligitur.*

44 Et sic fortasse limitari posset dispositio *l.qui cum alio. ff.de regulis iuris*, vt procedat, & habeat locum quando contrahens habebat tempus, & commoditatem ad deliberandum, alias secus, prout in actu nauigationis.

45 Vnde applicando ad casum nostrum deliberare poterat contrahens, & mandatum inspicere, uires, & facultatem ipsius, meritò contrahens non excusabitur, & sibi imputet.

46 Vidi in facto casum dependentem ab hac locati, & conducti materia. Pater constituit procuratorem filium ad affictandum bona ipsius, qui constitutus exegit debita extra locationem, & cancellauit instrumẽta. Vtque non potuit.

47 Et in materia prohibitionis animaduertẽdum est, quod prohibitio substitutionis dupliciter fieri potest. Quandoque prohibetur persona substituens, prout magister nauis, Institor, Procurator, & similes, et isto casu contrahentes excusantur modo, quo superius dictum est. quandoque prohibitio respicit eos, qui contracturi erant publicando edicta per fora, plateas, et similia loca publica per præconia in locis solitis, & tunc contrahentes nõ excusantur, & ita procedit textus *in l.in verf. de quo palam, &c.* qui loquitur in primo casu, quando prohibitio respicit personam substituentis, *& verf. præscriptum, &c.* qui loquitur in casu quãdo prohibitio respicit personam contrahentium & si recte ponderatur tex. ille bene probat hanc distinctionem.

48 Et in hac locati & conducti materia notabis est text. *in d.l.si pupillus, § præscibere*, ex quo sumptus est (ni fallor) ille modus vsitatus, & vulgaris, & in ore omnium affigendi in ostijs domorum, et apothecarũ. *Est locanda.*

49 Facit etiam, quòd si constitui procuratorem ad affictandum bona mea, si postea me pænitet, debeo per loca publica intimare contrahentibus, ne contrahát. Facit etiam, quod si populus, vel officiales intendunt ponere ad incantũ, vel locare, siue affictare aliqua bona, vel officia communitatis, quod debent facere proscriptionem intelligibilem per loco publica, & consueta, vt ab omnibus sciatur, & intelligatur.

50 Et ex eo sumptus est modus procedendi, dum per portones ciuitatis affiguntur edicta, bannimenta, indulgentia, & similia, prout Romę, & in alijs ciuitatibus passim vsu recipitur, & proptie dicitur proscriptio.

51 Declaratur quarto loco principaliter principalis conclusio, vt generalis procurator ad negocia constitutus non possit generaliter substituere in omnibus negocijs sibi propositis, & commissis: quod enim operatur species in sua specie, operabitur genus in suo genere, & sicut specialis procurator ad induiduum actum deputatus substituere non poterit, pariter nec generalis, argumento, *l.si duo ff.de admistr. tutor.* & ita tenuerunt Castr. Alex. & Ias. *in d.l.quisquis, C.de proc.* vbi *Ias.limit. 3.*

52 Declaratur quinto loco principalis conclusio, vt non procedat, quando esset commissum in conscientia alicuius, quo casu substituere non potest. Alex. *in l. a iudice, sub nu. 4.* vbi Ias. *sub nu. 11. verf. tene contrariũ, C.de iudic.* Socin. sen. *consf.59. col.penul. verf. circa quartum, lib. 1.* Ias. *in leg. si sic legatum, num. 12. ff. de leg. 1.* Dec. *in l.certum, nu. 14. ff. si cer. pet.* Purpurat. *in l. 1. nu. 503. ff. de offic. eius.* Vant. *de nullitate sentent. ex defect. iurisd. delegat. nu. 21.* Iacob. Menoc. *de arbitr. iud. lib. 1. q. 68. nu. 12.*

Addo Bal. *in c. 1. §. fin. de not. feud. in l. & in epistola, in fi. C.de fideic.* allegat gl. *in l. sicut, de arbit.* Ias. *in l.quod quis, in 4. lim. nu. 3. C.de procur.*

53 Considerandum tamen est ad hãc clausulam, super quibus conscientiam tuam oneremus, quod apud antiquos iuris interpretes fuit quæstio non vulgaris, an virtute dictæ clausulæ, quis substituere impediretur, & Ang. *in d. auth. ad hæc C. de iudic.* tenet quod sic, quia in mente Principis semper hoc inest, vt commissarij, & deputati secundum conscientiam regulentur, merito expressio eorum, quæ tacite insunt, nihil operabitur, *l. 3. ff. de leg. 1. l. non recte, C.de fideiussor.*

54 Similiter facit tex. *in clem. 1. de verb. signific.* vbi Põtifex onerat conscientiam guardianis fratrum minorum, tamen passim substituunt.

55 Distinguebat Panorm. *in c. fin. §. 1. de offic. delegat.* quod aut est commissa conscientiæ alicuius decisio causę, et tũc subdelegare non potest, secus si esset clausula generalis, super quo conscientiam tuam oneramus, quia tunc subdelegare poterit, dicens in facto ha

Digitized by Google

buisse in archiepiscopo Florentino, & dicit *Iaf. in d. l. a iudice*, quod magna est authoritas Pa ormitani.

56 Ego autem quandoque ita dicendum putabã, quãdoque Princeps per generalem dispositionem in aliqua materia disponit aliquid in genere simpliciter, non referendo se ad quid certum, puta ad Episcopos, guardianos fratrũ minorum, & sic de singulis, & tunc apponendo talem claululam, non impedit substitutionẽ, veluti quid in genere monitum, & ita procedit *Clement. 1. de verbor. signific.* Quandoque constitutio, commissio, vel quid simile respicit particularitatem quandam, & tunc substituere non poterit ex superius adductis.

57 Vnum non omittam, quod omnia iura, quæ in hac parte adducuntur, loquuntur in Summo Pontifice sic causam committentente.

Parergon.

58 SEd (proh Deum immortalem) qualis namque est iudicum, & officialium conscientia? onerata sane, & quibus onera? auaritia, ignorantia, inexperiẽtia, asperitate, in gratitudine. Auaritia (inquam) qui tequant officia? auari, & pecuniarum sitibundi. qui exerceant, & obtinent officia? auari, & sectetores pecuniarum O infælices Aduocati, & Procuratores, quid, cur, quare, quamobrem torquetis vosmetipsos in tot, tantaq. librorum reuolutione pro causis peragendis, & fauorabilibus sententijs reportandis? Venit spiritus contraditionis, & sub pallio corrumpit iudicem effertur sententia sæpe inopinata contra Deum vel Actorem. Qui prosequuntur officia? auari, & insatiabiles agat procurator causam criminalem pauperrimi rustici, commẽdant eius paupertatem pro diminutione aliquali sportularum, statim videmus imaginem Carontis, & ipsius accidiæ. respondent imperfectis verbis, vertunt humeros, ordinant reponi in secretis carceribus, & sæpius ex impetu iniuste torquẽt, & tormentant, donec pauperrimus carceratus a manu Herodis, & seruitute AEgypti, prouideat eorum intentum, vendendo propriammet subueulam, biretum, & absoleta calciamenta, quæ conscientia est i. sta? onerata sanè auaritiæ, immo voracitatis vestimẽtis, & oneribus. Conqueruntur passim litigentes; ergo litigaui (inquit) per annos tot. Aduocatus dicebat. bono sis animo, foues, bonum ius, obtinebis, post modum videntes cõtrarium, latrant per vicos, & plateas per apothecas contra Procuratores, & Aduocatos, quod fuerunt negligentes, tepidi, & ignorantes quoque, sed cur hoc (inique tene dictu) si iudices cõscientiati corrumpuntur? quid in hoc potest infælix Aduocatus, vel Procurator? nec ipse Bartol. hoc præuidit. Ignorantia, qui exercent officia? ignorantes sanè, & inexperti homines titulo tantu Doctores, & per antiphrasim, & contrarium tantum, ambulant in habitu sępe breuiori Doctores omnis cogitationis sępius expertes in publicis officijs administrandis, incipiunt ex ocio sępius ducti, & sui fastidio præstare operas obsequiales alicui Illustrissimo, Reuerendissimoue, qui aut a Populari, & hominum processione inani pascuntur pro bene meritis proponunt Principi, laudant, extollunt, & prædicant, ita vt moueant Principis, animum ad gubernium aliquod concedendum, & accedunt (bone Deus) qua conscientia onerati? ignorantia sana, & sepius non parua. Laudo fauores, commẽdationes, & similia laudarem melius si effectus correspondèrent propositionibus iam factis, infelices populi, Ciuitates, oppida, & castra reguntur ab equis indomitis, nesciunt, vt plurimum facere legitimationes personarum. Quæso domini, qui protegitis officia exercere volentes, sit etiam vobis curæ populus, vbi pauperes, pupilli, & aliæ miserabiles personæ diu torquentur, & si Deus Optimus Maximus fauet, in tam excelso, & Illustri loco sua sit dignitas eorum, consulant Christi amatoribus, idest vere miserabilibus personis, regere qui regi debet, gubernare gubernio egẽtem. Visu, & cogitatione durissimum est, præsertim quia morbus est continuus, & si hoc anno vnus nescit secundo anno alius ignorat, tertio legere nescit legũ imbreuiaturas, succedit inexperientia, populus fame perit, annona carior est. Vnde hoc? inesperientia gubernantium, qui nec loco, nec tempore consulere sciunt: vici extrahunt carnes, grana, linum, vnde hoc? inexperientia, certe ignorantia dura est, sed ab inexperientia associata durissima est: credunt cuicunque, adhærent Gueltis, vel Gibellinis, odia crescunt inexperientia hoc fecit, consciẽtia igitur onerata est. Socia, immo sæpius germana soror succedit asperitas, multi enim officiales aspirant ad rem gratam Principis, non sunt seueri legum interpretes, immo crudeles, & sanguinem sitientes, nihil quærentes, nisi in hominem sęuire, publice interest delicta punire, & laudabile dictu, sed ad finem boni, & Dei laudã, & malos extirpandos, non ad superbiam, & (quod peius est) nocẽtes, lodedos, fauorabiles absoluere, & facere processus truncatos, & valde siccos, & pauperes infælices trucidare (o Bone Deus) occurrit bis ita hebdomada, clamat vox pauperis ad Deum. Vnde conscientia est valde onerata, nec vllo modo hęc præsumitur principis transmittentis intentio, quæ bona, & sancta est, & iuxta veros, & legitimos legum tramites, & vias. Ingratitudo, qua nihil homini laboranti, & benefacienti durius, deferas munera pro loco, & tempore, occurre in occurrentijs, in aduentu alicuius magni viri, qui fortasse fauit in officio obtento, vel meliori obtinendo, vel patris, vel fratris, quid tũ postea si carceretur vel alio quouis modo molestetur frater tuus, amicus, vel similis persona tibi grata, nec in quadrante morẽ geret, venit tandem sindicatus, mercedis pro eo, præstas patrocinium, ingratus discedit in salutato hospite, & fortasse in derisum tui seruientis. Bone Deus quæ populorum infęlicitas, & continua miserabilis miseria? sed de his hactenus.

59 Ad rem redeundo, & prædicta omnia licet a Doctoribus ponantur etiam in materia mandati, & procurationis procedunt, & vendicant etiam principaliter locum in mandatis iurisdictionum, & a Principe delegatis limitando in hoc dispositionem *l. a iudice, C. de iudic.* vt non procedat, quando in commissione, sit apposita clausula, super quibus conscientiam tuam oneramus, &c.

60 Vidi tamen in facto casum in materia procuratoris. Quis habens beneficia ecclesiastica in valde longinquis partibus, & regionibus constituit procuratorem amicum suum ad locandum bona dictæ ecclesię, fructus exigendũ, prout melius videbitur in conscientia ipsius. Fuit quæsitum, an hoc casu procurator substituere possit, fuit dictum quod non ex prædictis.

Vidi

Digitized by Google

61 Vidi etiam clausulam istam appositam in compromissis arbitrorum, vt iudicare debeant secundum eorum conscientiam.

62 Declaratur quinto loco principaliter allegata cõclusio, nisi in instrumento essent apposita verba importantia personalitatem excludentem omnem personam extrinsecus prouenientem, prout si dicatur, vt per manus suas proprias tale negocium expediat, de quo superius dixi in hac repetitione, q. 18.

Addo Bart. *in l. iubemus per hanc, in verbo sua manu, C. de crogat. militar. annonæ, lib. 12.* Sequitur Roman. *in l. 1. §. si quis ita, ff. de verbor. obligat. consil. 352. in primo dub.* Bal. *in cap. 1. in fin. quibus mod. feud. amittatur, & in cap. si quis decesserit, §. de feudo controuersia fuerit inter dominum, & agnatum, capit. 1. §. iniuria, de pace iuramento firmanda,* facit text. *in l. vnica, §. ne autem, in verbo, suis manibus, C. de caducis. tollendis, in l. 1. in princip. in verbo, sua manu, ff. de eo, per quem factum erit, in leg. si is id quod, in verbo, suis manibus, ff. de iurisdict. omnium iudicum, in l. 1. §. deiecisse, ff. de vi, & vi armata.* Similiter si dicatur per seipsum, vt *in cap. 3. & ibi glos. de praeben. in 6.* idem si personaliter sit dictum, vt per *glos. 1. de vita, & honest. cleric.* & per Bald. *in d. l. 1. §. ne autem.* Ang. *in l. mora, ff. de iurisdict. omn. iudic.* Specul. *in tit. de iudic. delegat. versic. item quod inuiuctum est,* Castr. *in l. à iudice,* vbi Ias. *limit. 6. C. de iudic.*

63 Pariter si dicatur. Tu, & nullus alius, vel tu met tãtum. Benedict. de Plumb in. *in l. Imperator, ff. de fidei commissar. libertat.* per textum notabilem secundum eum, *in l. 1. §. de his autem glos. ff. de separat.* Alexand. *in l. 1. colum. fin. post medium, ff. de officio eius, & in l. mora, col. 6. ff. de iurisdict. omnium iudic.* Bald. & ibi Card. & Imo. *in c. coram dilecto, & in c. fin. de offic. deleg.* licet Ias. dubitet *in l. penul. C. de pact. in l. a iudice, in 9. limitat. C. de iudic.*

64 Et in hac locati & conducti materia, de qua agimus, vidimus in facto modum loquendi passim obseruari *il tal pittore, sarto,* & sic de alijs conductis ad aliquid componendum, vel faciendum *non ha fatta la tua facenda, ma l'ha fatta fare al suo lauorante,* & qui conduxit, replicat, hoc durum est, quia promisit facere ipsemet manibus proprijs.

65 Vnde in hac locati & conducti materia, ista verba, & similis loquendi modus nedum conuenire potest in procuratore conducto ad negocia peragenda, sed etiam cum quolibet artifice, cum quo initum fit pactum per talia verba.

66 Vidi in facto casum in hac locati materia. Quædã confratriæ mulierũ multæ deuotionis, fecerunt (prout moris est) capitula in confratria obseruanda, scientes Petrum pulchre, polite, & legibiliter scribere, conduxerunt certa mercede conuenta ad dicta capitula fideliter, & legibiliter scribenda, & fuit appositum, quod ipsemet proprijs scriberet manibus, qui commisit scholari satis sufficienti, & licet bene scripserit, tamen non habuit conuentam mercedem, sed arbitrio boni viri, æquitati innitendo.

67 Declaratur sexto loco principaliter principalis cõclusio, vt procurator ad negocia substituere nõ possit, cum datum est arbitrium explicandi, prout sibi videbitur, vulgo *a modo suo,* factum enim indeterminatum tollit facultatem substituendi, & censetur electa industria personæ. Bal. *in l. vnica, §. ne autem, verf. & hæc sunt. C. de caducis tollendis.* Felin. *in cap. fin. notab. 2. de offic. deleg.* Baptista de sancto Seuerino *in l. moræ, numer. 16. ff. de iurisdict. omnium iudicum.* Crauet. *consil. 303. num. 3.* Iacob. Menoch. *de arbitr. iudic. lib. 1. q. 58. num. 13.*

68 Vnde in hac locati & conducti materia fuit constitutus procurator ad locandum bona per Sempronium, & dictum *alluoca in quel modo che puoi.* Vtique videtur substituere non posse, & superius etiam aliquid vidimus.

69 Declaratur septimo loco principalis regula, & cõclusio vltra Ias. *in l. quod quis, C. de procurat.* vt non procedat, vbi procuratori esset aliquid commissum, & mandatum ratione confidentiæ, quam committens habet in eo; tunc enim omnino censetur electa industria personæ, nec substitutioni locus est. Ant. de Butr. *consil. 48. in fi. per l. 2. §. ne autem, C. de caduc. tollen. in cap. statutum, §. assessorem, de rescript. lib. 6.* Crauet. *consil. 303. num. 2.*

Cui addo Bal. *consil. 128. quidam vsufructuar. colu. 2. verf. sed ad hæc respondetur, lib. 3.*

Et ponderanda sunt verba Ant. Butr. *consil. 48.* vbi ponit clausulam confidentiæ, scilicet, committens sub fide animæ suæ, & multum confidens de legalitate, & fide sua. Vnde si vis constituere procuratorem ratione confidentiæ, apponas hæc, vel similia verba.

70 Posset fortasse in hac locati, & conducti materia, & hoc accommodari in famulo assumpto ratione confidentiæ in negocijs domus, nam alium substituere non poterit.

71 Vidi in facto casum. Famulus volebat substituere alium, & discedere, dominus replicabat, est electa industria personæ, ex cõfidentia enim, quam habebam in te, certificatus etiam expertus te esse modestum, & in omni genere fidelem, te elegi pro famulo meo, aliũ nolo, & vidi plures allegatum, quod in famulo censeatur electa industria personæ, maxime in famulo approbato per multos menses.

72 Declaratur octauo allegata conclusio, & regula, vt non procedat quando sit commissum negocium graue, & arduum, quo casu substituere non poterit. Ias. *in l. moræ, num. 61. verf. quinto limita, ff. de iurisdict. omnium iudicum, in l. a iudice, colum. fin. limitat. 13. C. de iudic.* Dec. *in l. 1. num. 28.* vbi Alexan. *num. 6.* Ias. *num. 35.* Niger. *num. 31. ff. de offic. eius.* Crauet. *d. consil. 303. num. 3.* Iacob. Menoch. *de arbitr. iudic. lib. 1. q. 68. num. 15.* Addo Ioan. de Plat. *in l. 2, C. de condic. in hor. public.* Rep. *de pell. tit. de remed. ad vbert. num. 15.* Nicol. Mor. *de treg. par. 1. q. 51.* qui loquuntur in procuratore magni patrimonij, quia non excusatur, vbi substituitur non reparauit.

73 Et vltra procuratorem applicando ad materiam locati, & conducti, Vidi in facto quæstium de Medico ab aliquo cõducto, an censeatur electa industria personæ, & substituere non possit applicando ad materiam sublocationis, de qua in præsenti agimus. Et dici posset, quòd in præsenti casu concurrunt duæ præcedentes declarationes, negocium graue, & arduum, de vita namque hominis agitur, & sumus in actu confidentiæ.

74 Idem quæri posset de ludi magistro. Videbis etiam in facto casum, transmittuntur aliqui agentes domus ad aliquod negocium peragendum. *Auuerti che il negotio mi importa assai, & per la cõfidentia, che ho in te, ti mando.*

mando, si redeat dicendo, *io non ho potuto spedire, ho lasciato la cura al tale*. vtique domino nolente non tenet ista substitutio.

75 Pariter vidi in facto, qui sub secreto conscientiæ elegit scriptorem sub certa mercede conuenta ad extrahendum ex prothocollo quodam testamentũ magnæ importantiæ, & non confidebat prothocollũ in manibus extraneis, tum ratione testamenti extrahẽdi, tum ratione aliorum instrumentorum in prothocollo existentiũ magni momenti. Vtique ille scriptor tentauit substituere sine damno suo alium allegata confidentia, & importantia negocij substituere non potuit, & coactus prosequi quod inceperat per se, & manibus proprijs.

76 Declaratur nono loco principalis conclusio, quòd procurator ad negocia agere potest per se ad agendum, tamen substituere non potest nisi lite contestata, vt per Castrens. & Ias. *in d. l. quod quis, in decima limitatione*.

77 Declaratur decimo, vt licet procurator ad negocia procuratorem substituere non possit, potest tamen simplicem nuncium deputare, quia censetur organũ tantum ipsius procuratoris substituentis, nec quodammodo diuersa persona ab eo. Ita Bal. *in rubr. de exercitoria, col. 3. per l. qui autem, §. fi. cum l. sequenti, ff. de constit. pecun.*

78 Vidi tamen in facto casum, fuit facta substitutio de procuratore, & nominauit eundem nuncium specialem, & si non valet in procuratore, valeat, & teneat tanquam de nuncio.

79 Declaratur vndecimo loco principaliter in habẽte mandatum ad visitandum Monasterium, quia substituere non poterit. Felin. *in c. quoniam, §. is autem, de offic. deleg.* Nicol. Moton. *de fide, & pace, par. 1. q. 52.* & sic visitatio habet duo priuilegia, vt non admittat substitutum, & quod ad eam faciendam mandatum speciale requiratur, Roman. *singul. 619.*

80 Et certe agitur de facto summæ considerationis, cum agatur de materia virginitatis, & castitatis, quæ paucis est confidenda.

81 Declaratur duodecimo in syndico, qui substituere non potest, *l. munerum, §. defensores, ff. de munerib. & honorib.* Ba. *conf. 459. lib. 2.*

82 Sed vnum animaduerte, quandoque syndicus creatur, vel de bussulo extrahitur, & tunc procedunt allegata, quia est electa industria personæ: quandoque à concilio fit instrumentum in forma procuræ cum potestate substituendi, &c. & tũc substituit more procuratoris, & passim procuratores, & syndici Ciuitatum substituunt. Bene verum est, quod syndici castrorum nequaquam possent ex supradictis, licet adsit abusus, vt frater pro fratre, filius pro patre cogatur.

Et quę possit syndicus per se, & quando requiratur speciale mandatum, Aufrer. *ad Tholos. q. 55.*

83 Ad substituendum igitur speciale mandatum requiritur. Bero. *conf. 23. num. 14. lib. 3.* Ioseph. de Ludouicis *conclusione trigesima, vers. decimosexto.* Per Nicolaus Mozzius *in tractatu de contractibus, in tit. de mandato, casu 77.*

Hæc igitur sunt, quæ substitutionem ad negocia peragenda impediunt.

Matrimonium, Vendito, Prohibito, Generalitas, Conscientia, Personalitas, Arbitrium, Confidentia, Grauitas, Monasterium, Sindicus.

QVÆSTIO XXXIII.

Sublocationis.

1 Secunda igitur principalis conclusio est. Procurator ad iudicia, & lites substituere non potest *l. quod quis. C. de procurat. l. si procuratorem, §. si mandauerit, ff. mandat.* Ratio videtur in promptu, quia ante litem contestatam non est dominus, vt per gl. *in d. leg. quod quis, & not. in l. 1. ff. mandat.*

2 Declaratur primo loco hęc conclusio, & materia, vt vera sit ante litem cõtestatam, secus si post, ex quo per litis contestationem est effectus dominus litis. clare textus *in c. 1. §. fin. de procurat. lib. 6.*

3 Subdeclaratur primum membrum de cõtestatione litis, vt non procedat, quãdo est data facultas substituendi, quia etiam lite non contestata substituere poterit, *d. §. fin.* vbi textus clarus.

4 Subampliatur, vt ista facultas substituendi procedat etiam certa persona non expressa *d. §. fi.*

5 Sed in hoc vnum me dubitare facit, quòd volũtate mea facere possum, non debeo voluntati alienæ committere, maxime, cum improprietas sequitur, *l. seruus, & l. sequenti. ff. de condit. institut.* Sed ego possum per me ipsum alium procuratorem constituere, & improprietas sequitur, quia constituitur a non domino, ergo &c. Ad hoc respondetur, quod regula, *l. seruus*, procedit in casu suo, & sic in institutione, quæ non potest committi arbitrio alterius, *l. asse toto, ff. de hæredibus instituendis*, secus in calu, de quo agitur.

6 Sed adhuc obstare videtur. Procurator debet esse certus, *l. 2. ff. de proc.* ergo in genere non potest dari facultas substituendi etiam personam incertam.

7 Ad hoc respondetur, quod licet ab initio constitutio sit incerta, venit tamen certificanda per nominationẽ procuratoris, & quædam ab initio sunt incerta, quæ ex post facto certificantur, *vt l. quædam, ff. de rebus dubijs, & l. asse toto, ff. de hæred. institucn.* Et esto quod hoc sit expressum in allegato *c. 1. §. fin. de procurat. lib. 6.* et etiam communis opinio attestata per Alberic. *in l. 1. sub num. 3. ff. de procur.*

8 Quæ (ni fallor) venit, si opus est, confirmanda, quo ad ius ciuile, hac ratione. Illud potest mandari, quod potest ratum haberi, l. Paulus respondit, *l. si quis mihi bona, §. iussum, ff. de acquirend. hæredit.* sed ego possum constituere procuratorem, vt ratificet, quod Titius gesserit nomine meo, *l. restituta, ad Trebel.* ergo pariter potero constituere procuratorem cum potestate substituendi.

9 Sed pone vnum, quod in facto quandoque occurrit, Sempronius constituit duos procuratores in solidum, & sunt discordes, quid agẽdum? Vtique sibi imputet constituens, argumento *l. tutor incertus, & l. duo sunt Titij, ff. de testament. tutel.* vt per Iacob. Menoch. *in d. §. fi.* Et ex prædictis videtur posse colligi, quod quędam est incertitudo, quæ nec ab initio, nec ex post facto venit certificanda, & illa vitiat, & reddit actũ inutilem, quædã incertitudo est ab initio, & ex post facto

tio venit certificanda, & illa non vitiatur actum, nec eum reddit inutilem.

10 Et applicando ad materia locati & conducti infertur ad casum in facti contingentia. Sempronius constituit duos procuratores, non tamen in solidum, sed simpliciter ad locandum bona sua, vel in specie talem rem, sunt discordes, quid agendum? Vtique neuter poterit, si a principali certificatio haberi ex aliquo casu non poterit.

11 Pariter inferri posset, quod si amicus locauit sine mandato rem meam, quod possem constituere procuratorem ad ratificandum locationem factam de bonis meis.

Tertio inferri posset, quod si quis dicat, loco omnia bona mea, licet ab initio sit incertitudo, valebit locatio, quę ex post facto venit certificanda.

12 Sed circa hanc primam declarationem quęro vnũ, quod in facti contingentia occurrit. Est constitutus procurator ad exigendum, & sic ad negotia, & ad iudicia, cum exigere sit ab initio extorquere, & sic in iudicio, si opus erit: modo substituit ante litem contestatam, valebit ne substitutio? si enim habeamus respectum, quia ad exigendum etiam a sponte soluente, & sic ad negotia poterit, & valebit ex regula superius firmata. Si vero habeamus respectum, quia etiam ad iudicia intelligitur deputatus, nõ poterit, & si faciũt, non substituebitur. Vtique valebit substitutio, & intelligitur quatenus ad negotia. *Ita Bal. in d.l. quod quis.* Et sic si ita substitutus agat vti ad iudicia, eius gesta non valebunt, vt ex prędictis colli potest. Vnde applicando ad materiam locati & conducti. Si constitui procuratorem ad exigendum fictus reditus, & pensiones dumorum, vtique tanquã procurator ad negotia substituere poterit.

13 Declaratur secundo loco principaliter hęc conclusio, & regula, nisi procurator sit constitutus in rem suam, quo casu procurator ad iudicia etiam ante litẽ contestatam substituere poterit. *Ita Ias. in d.l. quisquis.* Ampliatur hæc conclusio, & declaratio, vt procedat tam de iure ciuili, quam canonico, de iure ciuili est textus *in l. illam, C. de donat.* vbi Bartol. hunc textum valde commendat. de iure Canonico est expressum *in c. 1. §. fin. de procur. lib. 6.*

Procurator autem in rem suam dicitur is, cui titulo donationis sunt cessæ actiones, & constitutus procurator ad eas exercendas, vt colligitur *ex d. l. illam.* & expresse sentit Io. And. *in d. §. fin. in verbo in rem suam.* Vnde procurator in rem suam est denotarius tertium cessionarius, & procurator ad eas exercendas.

14 Et inter alia habet iste procurator duo priuilegia ab alijs procuratoribus, quod ante litem contestatam substituere poterit, vt diximus. Secundo tale mandatum non expirat morte, mandantis. Bar. *in l. 2. §. sed & si quis, ff. de donat. in l. 1. C. de actio. & obl.* Bal. *in l. mandatum, in l. illam, C. mandati.* Salic. *in l. inter causas, C. mand.* Alberic. *in l. eius qui, ff. si cert. petat.* Seball. Medic. *in tract. mors omnia soluit, in verbo mandatum, limitat. 8. sub num. 195.* vbi limitat, dummodo cum hærede decidit, alias non.

15 Et sic habetur limitatio *ad l. inter causas, ff. mandat. et ad l. mandatum, C. mandat.* vt admodum expiret morte mandantis, limitatur non procedere in procuratore in rem suam.

Applicando igitur ad materiam locati & cõducti, de qua agimus, si constituatur procurator ad exigendum pensiones domus locatæ cum clausula, in rem suam, etiam post mortem domini excipere poterit.

16 Poterit etiam & substituere, quando sibi videbitur, & placuerit, & omni tempore, non habito respectu, siue lis sit contestata, vel non.

17 Similiter si sit constitutus procurator ad locãdum, vel affictandum bona talis, durabit facultas locandi etiam post mortem domini constituentis, & pariter poterit alium substituere quando sibi placuerit sine præfinitione temporis.

Parergon.

18 ET quis est ille tam peritus tabellio, qui probe noscat vim efficaciam, & virtutem clausularum prægnantium tanquam vtilium, quas in instrumento apponit? dicere fortasse posset, non sumus Doctores nos Notarij. Vtique verum est, sed quis est tã diligẽs, qui scire, & inuestigare intendat multa in mente prę supponuntur quæ nõ sunt. Vnde tot lites tot contentiones, nisi ex imperitia Notariorum apponentium in instrumentis clausulas impertinentes, insolitas, & præiudiciales, & statim recurrunt ad illud refugium, præsumendum est, quod Notarius apposuerit de mẽte contrahentium? Vtique de verisimilibus ad factum credendum est. Videbis passim transpaltatas clausulas vnius contractus in alium, quod conuenit emptori, applicare conductori, quod est proprium emphyteutæ ponere censuario; & sic de singulis discurrendo, & (quod plus est, quam auari, & cupidi) in extractionibus certe non duriuseuli, prout Speculat. appellabat, & Cagnol. *l. ad l. si librarius, ff. de reg. iur.* sed durissimi. Extrahitur instrumentum locationis pro pensione, & fictu tantum: volunt mercedem, & salarium, pro integra extractione: extrahunt instrumentu censuale pro fructu tantum, volunt pro centenario sortis principalis, & (proh bone Deus?) extrahũt testamẽtum pro leui particula, & legato sub pallio institutionis petunt decimas. Quid vlterius? quis vult inspicere aliquod instrumentum, statim distinguunt inter Doctorem, & principalem idiotã, quasi Doctor, vel procurator semper deferat torcular in manibus, & attrahat substantiam intrinsecam, aridi postea secundum eos remanentis instrumenti, & si superior, vel iudex vult inspicere, credat ne procuratori, vel Doctori, qui vidit, nonne æquitas discretionis suadet, vt detur inspectio, an faciat ad propositum causæ? Euenit casus, quod sit extendenda aliqua comparatio iudicialis, vel instrumentum extraordinarium, nesciunt extendere, vocant Doctores, vel procuratores, extẽdunt & sæpe cum studio præcedenti maxime in clausulis testamentorum, transactionum, diuisionum, & similium. Labor improbus, & integer est extendentis, sed totum salarium est notariorum, nonne vides (inquiunt) quam lõga, & quã difficilis series facti est ista? & quid facerunt, nisi simpliciter scribere? & si per annos multos Notariatus officium exercuerunt, iactant se, arrogãt, & nec Specul. eos docere volunt. De his hactenus.

19 Declaratur tertio loco principaliter allegata conclusio, vt non procedat, quando disputatur, an talis sit procurator, vel non, quia isto casu substituere poterit etiam ante litem contestatam, ex quo isto casu dicitur tractari causa propria ipsius? procuratoris, glo. *in l. li-*

rer,

ent, & ibi Bald. *C. de procur.* Sper. *de procur. §. ratione autem formæ, vers. porro, &c.*

20 Casus huius declarationis in actu practico est ad modum frequens, & vidi euenire tam constituendo, quam substituendo. Quędam tutrix suorum filiorum suscepta tutela constituit actorem causidicum quendam Tudertinum, & dum in iudicio agebatur de legitimatione personarum, fuit appositum contra instrumentum tutelæ susceptæ, quod erat nullum, non seruata forma statuti de contract. mulier. & ita iudex in prima instantia pronunciauit, a qua pronuncia fuit appellatum, & commissa causa alteri iudici cōtra tutorem, & actorem ipsius constat de mandato. Dixi nō teneri, quia id est, de quo agitur, & hoc casu actor facit causam propriā, nō alienā ex hac doctrina Bal. superius allegata, & ita fuit iudicatū, & passim practicando videtur, quod in omnibus causis plerumque maxime in principio processus, disputatur de validitate mandati, & fiunt & reiterantur multa acta, & tamen in eo statu sunt procuratores, vt dicātur agere causam propriam, & hoc sit id, de quo desputatur.

21 Sed hic quæro vnum in hac substitutionis materia quod in sacro Rotæ auditorio fuit quandoque agitatum. Constitui procuratorem cum potestate substituendi, quis substituit cum clausula donec reuocauerit, post substitutionem hoc modo factam semper fuit processum, & actitatum cum principali procuratore substituente, valebit huiusmodi processus? Videbatur dicendum ꝙ non, quia alter onus procurationis suscepit, & sic substituens de illo negotio se intromittere non potuit, neque debuit, nisi in casibus exceptis *in c. quamuis, in c. si duo, de procur. lib. 6.*

Domini decreuerunt distinguendo, aut substitutus suscepit aliquod onus intromittendo se in aliquo actu iudiciali, & tunc processus nō valeret; si vero in nullo actu se intromisit, & tunc processus valebit, quia non commisit vices in totum, & continuando videtur tacite reuocare ita Rot. *decis. 386. in nouis.*

22 Et applicando ad materiā locati & conducti quęro vnum, quod in facti contingentia occurrit. Locauit quis Sempronio domū modo extraordinario ad beneplacitum suum, & ad sui libitum, & quod pensio sit pro rata temporis arbitrio discretionis vtriusque partis: inchoauit conductor habitare per paucos dies, postea locator ex abrupto licentiat, cogine poterit ad discendendum? putarem quod sic, *ex l. quæsitum, §. fin. ff. de precar.* vbi præcarium statim reuocari potest.

23 Contrarium crederem verius ex doctrina Abbatis *in c. fi. col. 3. de precar.* vbi nec etiam pręcarium statim reuocari potest in præiudicium concedentis.

Et licet Dec. *in l. contractus, nu. 118. & in l. 2. vers. secunda conclusio, nu. 3. & vltima lectura, ff. si cert. petat.* dubitat de hoc, ea ratione quia hæc est natura pręcarij, quod de hoc ab initio cogitare potuerit, & debuerit, quem sequutus est Barbac. *d. c. fin. per l. Lucius, ff. de donat.* tamen in proposito casu locationis, & dici potest, quod non est hæc natura locationis, & conductionis, vt statim quis conductus expelli possit, & æquior opinio videtur, vt aliqua discretionis ratio habeatur, ne actus reddatur inutilis.

Et faciunt etiam prædicta pro famulis conductis ad beneplacitum domini, tenent enim per duos, vel per tres dies, postea ex causa minus vera, vel legitima expelluntur.

24 Et quod dictum est, quod procurator ad lites substituere potest post litis contestationem si sumus in summarijs, & alijs, in quib. lis expresse, & formaliter non contestatur, ille primus contradictionis actus erit loco cōtestationis, & substitutioni locus erit. Bar. *in l. nulla, C. de procur.* Bal. *in l. ab executore §. fi. ff. de appell.* Card. *in Clem. constitutionum, §. fin. in fin. de electio,* Roma. *cons. 174. nu. 5.* Abb. *in c. insinuati, in fin. de offic. deleg.* Fel. *in c. olim, de accusat.* Paris, *de sindicat. in vers. sententia, nu. 4.* Roma. *singul. 792.* Rot. *decis. 33.* Grammā. *decis. 103. nu. 141. & 142.* Afin. *in pract. §. 3. c. 8 decis. Pedemon. 1. sub nu. 31.* Addo Affl. *decis. 346. nu. 7.* vbi pulchre etiam de instantia, & vera est opinio Rot. *decis. 500. & 122. in nouis.* Alex. *consil. 147. in fin. lib. 6.* Sebast. Vant. *de nullit. mandat. nu. 110.* Alber. *in l. post litem, ff. de procurator.*

25 Quæ conclusio ampliatur, vt procedat etiā in substitutio in causis executiuis, & ita tenuit Rota in vna Hispalensi dimidio portionis corā domino de Thianis, vt per Put. *decis. 220. part. 2.* vbi habes, quod si in executiuis non datur instantia, datur lis.

26 Declaratur quarto loco principalis in procuratore rei, in qua materia considerandi sunt duos casus. Primus est, aut iste comparet cum mandato, & tunc substituere non potest, nisi post litem contestatam, prout in procuratore actoris, cum ratio diuersitatis non assignetur, aut comparet sine mandato cum cautione in forma, & tunc pręstita cautione substituere poterit, & fiet etiam executio contra ipsum. Bar. *in l. Titius, numero 2. ff. de procurat.* Ioan. Andr. *in cap. 1. de procurator.* Specul. *in tit. de procurator. versic. sed numquid defensor, in §. 1.* Alexand. & Ial. *in l. quod quis, C. de procurator.*

27 Quæ declaratio ex mente Rotæ subdeclaratur in secundo membro, dum cōparet sine mandato, vt procedat, & habeat locum in mere ciuilibus, & causis profanis, secus in criminalibus, mistis, vel alijs beneficialibus, & spiritualibus, in quibus cum non habeat locum pręditca cautio, merito neque substitutio. Rot. *decis. 420.* si committatur, in nouis.

28 In procuratore autem ad excipiendum multę fuerunt opiniones an substituere possit ante litem contestatam. Bal. *in l. si procuratorem, §. 1. ff. manda.* tenuit indistincte substituere posse, quia super exceptionibus lis non contestatur glo. *in cap. prudentiam, §. 1. verbo, ex confessione, de offic. delegat.* Et videtur sequi, & tenere Specul. *in tit. de exceptio. §. 1. vers. numquid, & in tit. de lit. contest. §. penul.*

29 Contrarium tenet Richar. de Malumb. relatus per Bald. *in citato loco*, quia iura distincta volunt litem contestari, & hæc opinio verior videtur, nec mihi videtur bona consideratio Alex. *in d. l. quod quis, limitat. 3. nu. 3.* quod si super exceptionibus lis contestaretur, quot essent exceptiones, tot deberent esse diffinitiuæ, quasi absurdum magnum resultaret, namque non contestatur lis super qualibet exceptione, vt passim videmus, sed facta litis contestatione ex negatione in forma facta quilibet tam procurator actoris, quam Rei præuia litis contestatione efficitur dominus litis, nec etiam video procuratorem in specie constitui ad excipiendum, sed bene in quolibet procuratorio apponitur clausula facultatis ad excipiendum &c. Vnde putarem, quod requiratur litis contestatio etiam in procuratore rei, vt dictum est.

Decia.

30 Declaratur quinto loco conclusio, vt post lite cōtestatam substitui possit per procuratorem, vt non procedat in criminalibus in illis casibus, in quibus admittitur procurator. ita sub dubio Bald. *in l. reos, col. 9. C. de accusat.*

31 Contraria opinio est verior, vt per Angel. *in l. 1. in princip. ff. de procurator.* per textum *in cap. 1. de procurator. lib. 6.* vbi sumus in spiritualibus, in quibus verba sententiæ diriguntur in dominum, tamen substitutio admittitur. Commendant Alexand. & Ias. *in d. l. quod quis, in fin.*

32 Et practicando docet vnum Alberic. *in d. l. quod quis*, quod si quis minus legitime substituant ante litis contestationem substituendi facultatem non habens, debet opponi ante litē contestatā, quia est exceptio dilatoria, & si fieret litis contestatio parte nō opponente sibi præiudicaret, *l. ita demum, C. de procurat. l. Pomponius, §. rati habitionis, ff. eodem.*

33 Cautus igitur erit quanto citius de mandato, licet hodie stylus & practica in omnibus mandatus apponat clausulam cum potestate substituendi, ponūt Ias. Alex. & alij, *in d. l. quod quis*, in prælato ecclesiæ, coniuncta persona, patre, & similibus, tamen non est materia substitutionis procuratoriæ, sed constitutionis in capite, ob id extra materia substitutionis, de quā agimus, studiose igitur omittam.

Vltra quæ in locis ordinarijs.

34 Declaratur sexto loco principaliter, vt non procedat quando in instrumento procuratoris fit apposita clausula rati, quo casu substituere poterit etiam ante litem contestatam, quamuis sit electa industria personæ. Bald. *in l. pen. §. & magis. ff. de exceptio.* commēdat Soc. in *regula mihi 362. litera P. in vlt limit.*

35 Et sic clausula ratitiuer alias virtute operatur effectum substitutionis, licet fortasse electa sit industriæ personæ.

36 Declaratur septimo in causa parui momenti. Rot. *decis. 368. si Episcopus, in nouis.* Felin. *in cap. fin. §. cæterum, nu. 9. de offic. deleg.*

37 Declaratur octauo in procuratore constituto ad impetrandum rescriptum, quia substituere poterit etiam ante litem contestatam. ita Alberi. *in d. l. si procuratorem, §. si mandauerit, ff. mandat. per l. si quis mandato, ff. de neg. gest.* & not. *in cap. ex parte decani, in glos. in verbo, idem est de rescriptis.*

38 Et sic licet ad impetrandum rescriptum speciale mandatum requiratur, Vant. *de nullitat ex defect. iurisdictio delegat. num. 87.* Rebuff. *in rubr. de electione, versic. 26.* Mozz. *de mandat. versic. 16. sub num. 39.* vbi admittitur conuenctus, *per l. sed & hæ, ff. de procurat.* Couar. *variar. resolut. lib. 1. c. 6.* de speciali tamen mandato non est in vtr. Ioseph. de Ludo. *concl. 30. ver. 32.* tamen substituere poterit, vt superius dictum fuit.

39 Declaratio nona deferuiet ad illam notabile quæstionem, quis constituit procuratorem inhabilem cū potestate substituendi, an possit substituere habilem, & videbatur dicendum, quod sic, *ex cap. iudex, de off. si c. delegat. lib. 6.* vbi delegatus inhabilis subdelegat.

40 Pro resolutione consideranda sunt tres species inhabilitatis, quę nedum in præsenti materia, sed in alijs occurrentijs deseruient. Quidam sunt penitus, & ipso iure inhabiles, & ipsi non substituunt, exemplum *in d. cap. iuris, in fine,* vbi iudex recusatus suspectus, & declaratus non subdelegat. quidam sunt inhabiles ex defectu licentiæ, vel authoritatis, & ipsi substituunt exemplum in monacho, vel religioso, qui sine licentia est inhabilis concurrente postmodum licentia substituere poterit, dicta Clement. *religiosus, de procurat.* quidam sunt inhabiles ope exceptionis, vt milites *l. ita demum, §. militem, C. de procurat.* etsi substituunt tali inhabilitate non opposita. ita dicit glos. notabilis & magistralis, *in Clement. religiosus, in verbo, commißum, de procurat.*

41 Et hanc gl. dixit notabilem, & singularem Bald. *in d. Clement. religiosus.* Angel. *in l. institutio talis, ff. de cond. institu.* Bald. *in l. quod quis, C. de procur. in cap. post cessionem, de probat.* Alex. *in l. 1. §. item acquirimus, num. 4. ff. de acquir. possess.* Bar. *in l. si is, qui pro emptore, prope finem, de vsucap.* est communis opinio teste Ias. *in d. §. item acquirimus, num. 8.*

42 Per quam dixit Franc. March. in facti contingentia, quod procurator ab initio excommunicatus non potest substituere procuratorem, vt per eundem *decis. 1333. num. 5. par. 1.* limitantem, quod excommunicatus si est actor, non valet constituere procuratorem, necesse in iudicio, secus si vti reus.

43 Declaratur tamen allegata conclusio inhabilitatis vt procedat, & habeat locū in procuratore inhabili constituto, secus esset in nuncio inhabili, qui poterit creare habilem, licet inhabilis, ex quo præstat nudum ministerium, & concipit verba in personam Domini. Ita ex mente Bart. dicit Ias. *in d. §. item acquirimus.*

44 Ex quo etiam habemus in actu practico vnum in materia instrumenti procuraræ, quod licet in similibus instrumentis apponātur illa verba, Et nunciū speciale, &c. & vbiq; reperiatur esse doctrina Bar. quod nūcius debeat esse specialis, vel ad talem rem, vel personam, vel causam, tamen potest fieri etiam generalis, & valet, & tenuit, ex doctrina Bal. *in l. & qui, in vlt. q. C. quod cum eo, & in rubr. C. de constit. pecun. col. 2.*

45 Vnde ad locandum, & conducendum possum constituere nuncium specialem ad locandum meam domum positam, designatam, & confinatam Sempronio pro tanto tempore, & tanta pēsione, & sic erit locus doctrinæ, & regulis Bart. in materia nuncij.

46 Sed sic constituero nuncium generaliter ad locandum, vel conducendum, vtique valebit constitutio, dummodo nuncius nudum præstat ministerium, & concipiat verba in personam domini, *ex l. qui autem, §. fin. ff. de constit. pecun.*

47 Et sic colligitur ex prædictis ad propositum materiæ locati & conducti, de qua agimus, quod si nuncius ad locandum, vel conducendum deputatus, esset inhabilis, & iam locasset, vel conduxisset, quod locatio non annullabitur, vel rescindetur ex hoc capite, quia inhabilitas nuncij non vitiat actum vt repræsentantis nudum executiuum ministeriorum facti concipientis in personam Domini sui.

48 Et sic locationis, & conductionis contractus vti bonæ fidei, qui & solo consensu contrahitur, vt superius vidimus, poterit fieri per nuncium generalem, vel specialem, & quidem etiam inhabilem.

49 Et licet opinio Ioann. Andr. *in d. Clement. religiosus,* sit notabilis, & vbique commendata a Doctoribus in materia inhabilitatis, tamen placeat in hoc audire quendam mentis meæ conceptum in iuribus tamen fundatum.

50 Quædam sunt, quæ exerceri non possunt per nudū mini-

ministerium, vt ff. *de donat. caus. mort. l. tam is, & ista non valent, d. l. tam is:* quædam fieri possunt per nudũ ministerium, tunc si resideant in persona propria ip. sius ministri fieri non possunt per ministrum minus idoneum: si vero non resident in eo, sed transeunt in alium, tunc si est talis, qui est etiam inhabilis ad negocia, non ad iudicia, tunc valet, quia ipse nihil habet exercere in iudicio, sed electus per eum ex potestate sibi data a domino, *l. fidei meæ, ff. de leg. 3.*

51 Et applicando nedum ad iudicia, sed ad materiam locati, de qua agitur, si constitui procuratorem monachum ad exigendum pensionem meam a Sempronio cooductore, poterit iste monachus cum licentia superioris substituere habilem, pariter excommunicatus procurator constitutus, agẽdo, substituere nõ poterit.

52 Declaratio decima deseruiet ad materiam capituli, si quem, *§. secus, de procuratoribus, li. 6.* & ob id quæri posset, an dispositio *cap. si quem, §. secus*, habet locum in procuratoribus habentibus potestatem substituendi, reuocandi, & destituendi ab ipso substituente domino litis per contestationem effecto, ex post procuratore substituto non contradicente negocium reassumente. Cõclusum fuit quod sic, quid illud, quod seruatur in domino litis, habet locum in procuratore prędictam potestatem habente. ita tenuit Rot. Capel. Tholos. *dec. 372.* ex not. *per collect. in canon. mandato, quæst. 13. de procurat.*

Limitationes aliquę fiunt ex mente Rotæ.

53 Declaratio vndecima. Pone, procurator habebat potestatem substituendi, & destituendi, necnon reassumendi, toties quoties videbitur expedire, substituit cum potestatione, quod non intendebat de causa amplius se intromittere, si se intromittat, an videatur substitutum reuocare?

Videbatur dicendum, quod nõ, stante protestatione præcedenti. veritas in distinguendo cõsistit, aut reuocauit expresse cũ inhibitione subsequente: aut tacite per processũ in causa. primo casu reuocatus cẽsetur, secundo nõ ita Rot. *dec. 184. si procurator, in nouis.*

54 Et considera processum, & modum, cõcurrunt hic duo. Primum est declaratio voluntatis procuratoris substituentis cum expressa protestatione, nolle amplius in tali causa se intromittere. Secundum est acceptatio, & intromissio substituti, & plus operatur primus actus domini constituentis, quam secundus, & tertius, quasi ambo a primo dependeant.

55 Vulgares contrarium dicerent: namque si substituens est protestatus, substitutus acceptauit, & se intromisit, nihil de hoc dubitandum videtur. Rota autem mouetur ex *c. licet, de procura. lib. 6.* quod loquitur ante acceptationem, sed in casu Rotæ multa cõcurrunt, scilicet protestatio clara, & efficax substituẽtis nolle amplius se intromittere, acceptatio, & intromissio substituti.

55 Sed applicando ad materiam locati & conducti *d. cap. licet*, quæro vnum, quod in facto occurrit. Scripsi, vel dixi Sempronio. *Se tu vuoi a pigione la mia casa, io te la darò.* respõdit Sempronius. *io non la voglio*, re adhuc integra per aliquod spatium temporis post Sempronius pœnitens inuenit locare volentem, & dixit. *Mi son pentito, & son risoluto io voglio a pigione la casa, che l'altro giorno mi offeristi*, an dominus cogatur locare? Videbatur dicẽdũ quod sic, quia res est integra, nec dominus declarauit contrariam volũtatem verbis ex primẽdo, vel facto alij locando, iuxta declarationem, *in d. c. licet. vbi glos. in verbo quamdiu*, & ibi Io. Andr.

57 Considerandos puto duos casus ad intellectum *c. licet*. Primus est, stante firma volũtate domini, a quo sic nunc appellare libet, & isto casu poterit acceptare procurator in casu Rotæ conducere volentem in casu proposito.

58 Secundus casus est, mutatio voluntatis domini, à quo in velle negatiuum, & procuratoris, vel conducere volentis in actum volũtatis affirmatiuum, & sic an cogi possit, & crederem, quod nõ, ex quo res redijt in pristinam voluntatem, nec debet esse famula, & obsequialis voluntas mea beneplacito volũtatis tuæ super re mea, & faciunt verba *Ioan.* Andreæ superius relata ibi, verbis exprimendo, quasi exprimendo nolle amplius locare, non tenebitur.

59 Possent, & hæc inferri ad famulũ, si interrogetur. *vuoi venire a star con me?* respõdit, nõ, postea pęnituit.

60 Similiter in locatore equorum, *vuoi darmi a vettura il tuo cauallo?* dicit, quod non, postea pęnitet.

61 Et põdera verbum extensiuum temporis positum *in d. cap. licet*, ibi, quandocunque placebit, & verbum, placebit, importat absolutam, & liberam voluntatem, vt superius vidimus.

62 Declaratio duodecima. Procurator semel substituit transferendo vices suas, poteritne iterum substituere, & substituendo secundo an renocet primum? & videbatur dicendum, quod facta semel substitutione sint translatæ vices, & consequenter cesset facultas substituendi. Contrariũ tenuit Rota *decis. 12 1. si procurator, in nouis*, vbi ampliat etiãsi protestatus fuerit, quòd per aliquam comparationem, &c. quia diuersæ sunt species comparere, & substituere, & de vna ad aliam non infertur, *per l. si quis cum, in ratione sui, ff. de procur. & cap. non iniuste, eod. tit.* Io. Andr. *in cap. si duo, & cap. licet, de procur. lib. 6.*

Addo Dec. *cons. 77. volum. 3. vers. 3.* &c. vbi limitat duobus modis. Primo nisi in instrumento sit apposita clausula, substitutos, & substituendos reuocandi, &c. Secundo, nisi actus ex prima substitutione habuisset effectum suum, quo casu non procedit, *l. bours, §. hoc sermone*, secundum eum, vbi Tiraq. *limit. 6. num. 10.*

Declaratur hæc Rotæ conclusio, primo vt procedat, quando in eadẽ causa, & cõtra easdem personas, secus si in diuersis, vel contra diuersas. ita nota. per gl. & per Doctores, *in l. cum simul, ff. de adulter.* Hinc postea applicando ad materiam locati, & conducti, si constituit procuratorem ad lites, & causas, & in specie ad exigendum à Sempronio scuta decem pro pensione de curia anni præteriti, & à Caio scuta quinque pro pensione furni conducti, si cõstituo, vel substituo alium contra Sempronium, non censetur reuocatus quoad Caium.

63 Declaratur secundo, immo potius ampliatio dicẽda, vt procedat, & habeat locum etiam si procurator secundus non acceptet, argumento, *l. plane, la prima, in princ. ff. de leg. 1. & l. cum in secundo, ff. de iniusto testamento, gl. in cap. si duo, de procur. lib 6.*

Declaratur tertio, nam si constitui procuratorem ad iudicia cum potestate substituendi, si substitutus per me litem contestetur, non censetur reuocatus per secundum sine causæ cognitione, ita Bar. *in d. §. Initianus, per l. post litem, ff. de procurat.*

64 Et nota in practica Angel. quem in practica tãtopere

pere commendat Castrens.in l. ante litem, ff. eodem. de procur. quod per legitimationem procurator non est dominus litis, maxime ad substituendum.

65 Declaratur quarto, vt non procedat, quãdo primus constitutus esset specialis, secundus generalis: nam licet generi per speciem derogetur, secus econtra, Rot. decis. 198. in nouiss. Commendat Cremens. sing. 114.

66 Declaratur quinto, nisi in instrumento daretur minor potestas, quam in alio, Bal. in l. falsus, col. 13. C. de furt. per l. Sempronius, ff. de legat. 2.

67 Declaratur sexto, nisi in instrumẽto esset apposita clausula, eitra &c. Oldrad. consi. 1. colum. 2. Ioan. And. & Francus, in capit. si quis iuste, de procur. lib 6. Alex. ad l. si quis ante, & ibi Socin. in 2. notabili, ff. de acquir. possess. Marsil. in rubr. de probation. columm. 13. Boer. decis. 311.

68 Declaratur sexto, vt si appareant duo instrumenta procurę eodẽ die confecta, nec appareant de prioritate, neutrum valet, & sibi imputet, qui sic intricate locutus est. Io. Andr. ad Specul. in tit de procur. §. ratio, vers. in verbo, de hoc per gl. in c. si quis iuste, qua singularem dixit Roman. sing. 254. dicens ita fuisse Romæ per dominos Auditores iudicatum.

69 Certe loquendo instrumentis extractis, & in longinquum asportatis procedere possent allegata, sed si daretur copie prothocolli, solet attendi ordo scripturæ ex notat. in l. 1. ff. solut. matrim.

70 Et applicando ad materiam locati & cõducti, quęri posset, idem dominus vnius rei locauit eam duob. nec apparet de prioritate, vel posterioritate in eodem die, quę locatio valebit: ad materiam l. quoties, C. de rei vendic.

Et nota discursum Rom. in allegato singul. 254. tu scis quãdoque in actionibus hominum expedit expediri negocium, puta locationem, fictum, & similia, per duos magis quam vnum, & plus vident oculi, quã oculus. c. prudentiam, de offic. deleg. quandoque ex pluribus admittitur magis idoneus, l. in refitiendo, ff. de damn. infect. l. si plures, ff. de accusat.

71 Vidi in facto casum in hac locati, & conducti materia. Habitabant simul plures fabri murarij, accessit qui eorum opera agebat. Vorrei che vno di voi venisse ad opera con me, fuit responsum, vno ce ne verà, ad quē spectet electio, & nuq. ad id magis idonē9 sit eligend9.

72 Declaratur octauo materia Rotæ. Si ambo instrumenta sonent in qualitate causa, tũc neutrum valet, quia minus, in qualitate dari non potest, l. 1. §. si stipulanti; & §. si quis simpliciter, ff. de verb. oblig. & regul. plus lib. 6. secus si in quantitate summæ, per not. in l. 1. §. 1. ff. de bonor. possess. secundas tabulas, vbi Bart. Boer. decis. 311. vbi refert Bal. tenentem valere illud mandatum. quod tribuit minorem baliam.

73 Et nota §. Iulianus, ibi, diuersis temporibus, quod requisitum ibi textus præsupponit.

74 Illud tamen pręterinittendum non est ex alia dec. Rotæ, quod procurator substituens procedendo in cauta compulsus iudice non censetur per hoc substitutum reuocare, Rot. decis. 331. in nouis. Dominic. in d. §. secus. Aufrer. ad Tholos. quæst. 372.

75 Declaratur decimotertio, sed nunquid substitutus substituere poterit? Vtique sic, postquam dominus litis est effectus Rot. decis. 122. in nouis. ex cap. is qui, de procur. libro 6. & decis. 146. in nouiss. vbi etiam tenet, quod substituens non reuocabit substitutum, nisi eo casu, quo reuocaret dominus substitutum a se, & dec. 546. in nou. & Rota Bisignet. decis. 9. de procur.

76 Sed pone, quod substitui aliquem fortasse inhabilẽ, postea melius cogitãdo dixi me errasse, an potero reuocare? Vtique sic docet Fel. in c. in literis, circa finem col. 2. de offic. deleg.

Et sic pone casũ, quod talis procurator substitutus non testatus sit litem, & sic dici possit dominus litis, tamen ex quo est substitutus per errorẽ, reuocari poterit, doctus de errore, & sic acta sunt nulla, & inualida, & si substitutus in casu substituisset, non valeret, quia caret principio, & fundamento. Substitutus ẽgitur substituit si sit habilis, nec per errorẽ substitutus.

77 Sed pone vnum aliud. Procurator dominus per litis contestationem effectus substituit, comparet dominus habita notitia, & dicit; io non voglio questo substituto. audietur ne? Vtique sic. Ioann. de Prat. in l. ante litem, col. 6. ff. de procur. dicens esse quæstionem nouam.

78 Vnum non omittam. Est constitutus procurator ad lites, & causas, qui litem contestatur, postea tamquam dominus litis effectus substituit, quando efficitur dominus litis ad effectum substituendi iuxta Rotæ decisionem, ex quo litis contestatio non sit semel, & per hoc est facta per substituentem? respondetur, postquam merita causæ tractare cępit. Afin. in pract. §. 3. cap. 14.

79 Pone, quod procurator habeat potestatem substituendi, & substitutionem reuocandi, & primo substituat Titium cum protestatione, quod cõparendo postea non reuocat, nisi expresse dicat substituendo simpliciter alium, dicitur reuocare primum, Ægid. concl 565. in tit. de procur.

80 Et quilibet prima facie contrarium dixisset per illa verba, nisi expresse dicat, quia illa restringitur ad personalem comparitionem, non ad substitutionem, & sic illa expressio refertur ad casum specificatum tantum.

Et procurator constitutus vt proprio nomine exprimat, si aliter faciat, an dicatur seruasse formam mandati? dixi ad reg. cum quid, p. 2. ampl. 5. nu. 5.

81 Declaratio decimaquinta. Est constitutus procurator sine expressa facultate substituendi, sed in relatorio fuit dictum, promittens habere ratum quicquid per ipsum constitutum, vel substitutum ab eo gestum erit, an videatur dedisse facultatem substituendi? posui ad reg. cum quid p. 2. limit. 1. nu. 4. Addo Vant. de nullit. mand. nu. 110.

Et Rota tenuit, quod non, vt in dec. 346. in antiquis, & Bisignet. decis. 1. tit. de procur. AEgidius concl. 8.

82 Considerandum tamen est quod Rot. fundat se vbique in hac ratione, solummodo, quia verba, quæ pręsupponunt aliud, nihil disponunt supposito, per l. ex facto, la prima ff. de hæred. instituend.

83 Sed ad hoc videtur posse responderi primo, q verba enunciatiua inducta ad diminutionem, & transferendum in alium, non debent operari cõtrarium effectum, & sic argumentum, & ita procedit l. ex facto, vt ibi Bar. & Castrens. & clarius Albericus declarat, sed in casu nostro non sunt prolata talia verba ad diminutionem, merito videtur data facultas substituendi.

84 Secudo loco respondetur ex mente Bar. ibi in finalibus verbis, ibi, non poterat esse hæres, qui præsupponebat in verbis conditionalibus secus in casu nostro.

85 Tertio quando verba, quæ supponunt aliud, quod sit

sit antecedens ad actum, tunc illud antecedens censetur concessum, si de eo loquens disponere poterat vt per Bar. *in l. ex hac scriptura, ff. de donat. num. 5.* sed disponere poterat dando facultatem substitue di, merito, &c.

86 Quarto quando verba enunciatiua pendent a mero animo, & facto pruferentis, tunc plane probant, Bar. *l. gerit col. 3. ff. de acquir. hæred.* Bald. *in l. sicut. ff. de petit. hæredit.* Matthesil. *notab. 34.* Iaf. *in l. ex his limit. 8. Codic. de testamen. militar.* Laufranc. *in rapit. quoniam contra in principio numero 32. & in verbo instrumentorum productiones numero 32.* Iacob. Nouell. *regul. 133. numer. 7.*

87 Quare A Egid. Bellamer. discurrendo de hac materia *concl. 8. de procur.* tandem dixit casum esse dubitabilem, & ita omisit.

88 Cautela tamen datur ab eo, vt apponatur in testamento nedum clausula ratificatoria, & releuatoria, sed dando, substituendo eandem potestatem, & sic isto casu substituere videtur.

Et hæc faciunt ad not. *in Clem. 1. de pror. in fi.*

89 Prosequendo tamen materiam ratificationis procuratoris, dicitur, quod procurator sciens Sempronium agere causam vti substitutum ab eo, & postea substituit ad vlteriorem causam, censetur omnia prius gesta ratificasse. Rot. *decis. 454. in nouiss. per l. sæpe, ff. de re iud. & c. quamuis eo tit.*

90 Pariter si sunt constituti duo procuratores cũ clausula in solidum, & quod non sit melior conditio occupantis, si vnus substituit, nec de substitutione apparet, nisi quia in actis semper asseruit se substitutum; prothocollum, vel manuale erat deperditum, & substitutus erat mortuus, alter procurator ratificare non potest, Rota *decis. 6. in antiq.*

91 Multis videbatur contrarium, quia alter procurator erat insolidum, vnde ratificare poterat, & sic habetur intellectus *ad l. licet ff. de iud.* vt procedat in domino ratificante, non in procuratore nomine domini, vt per Rot. vt supra.

92 Decimo sexto loco in hac materia substitutionis procuratoriæ ponam compendiosum quoddam quarundam conclusionum, ponendo finem huic materiæ tam vtili, & practicabili, prout experientia docet, & tot Rotæ decisiones antiquæ, & nouæ in huiusmodi tractatu factæ.

93 Conclusio igitur sit. Procurator cum facultate substituendi a lege, vel ab homine, a lege inquam per litis contestationem, vel quasi, ab homine, cuio facultate substituendi per substitutionem abdicata se potestatem omnem, transferendo omnes vices suas in substitutum, *c. is qui.* vbi no. *de procur. lib. 6. l. quod si forte, §. quid ergo,* vbi Bart. *nu. 3.* Alber. *nu. 2.* Castrens. *nu. 4. ff. de sol.*

94 Ampliatur, vt nec sine causa procurator, nec substituens reuocare possit, *d. c. is qui.* & ibi no. a domino vero poterit, iuxta distinctionem *de qua cap. quamuis, de procur. lib. 6.* vbi enumerantur causæ, & distinguuntur tempora ante, & post litem contestatam.

95 Declaratur hæc conclusio, nisi in procuratorio esset data facultas substituendi pluries, & pluries, quod contingit multis modis; primo si apponatur in instrumento clausula, toties, & quoties; secudo, si sit apposita clausula vnum, vel plures, prout Tuderti practicatur, & dat Bart. pro cautela, *in d. §. quod si forte.* Tertia cautela datur ex mente Rotæ, si in instrumento cõstitutionis apponatur clausula, Procuratorio, in suo robore duraturo, quo casu considerandum est, aut in substitutione fuit dictum, transferendo omnes vices suas in totum, & tunc reuocare non poterit virtute illius clausulæ, vt per Rot. *dec. 11. in vltimis,* secundum antiquorem impressionem, Oldrad. *cons. 130. n. 1.*

96 Vnde caute procedendum, & diligenter considerãda est facultas posita in instrumento constitutionis procuratoris, & in instrumento substitutionis.

97 Declaratur alijs modis, de quibus in discursu huius quæstionis.

Declaratur tertio, vt morte substituentis, & substituti expiret mandatum, Bar. *in l. neque, col. fin. C. de procur. per l. si epistolam, ff. de acqu. hæred.*

98 Subdeclaratur, quia substitutio (vt dictum est) duobus modis fieri potest: primo virtute legis, puta effectus dominus litis per contestationem, & tunc morte procuratoris substituentis substitutio expirat, secun-

99 do modo fit substitutio facultate hominis, & tunc nõ expirat morte substituentis procuratoris, quia hoc casu videtur facta substitutio ab homine mandante, non substituente, Car. pulchre distinguens Clem. *fin. quæst. 15. de procur.* Dec. *in cap. relatum, col. fi. de off. deleg.* Ruin. *cons. 74. volum. 3.* Franc. *in c. 1. §. licet, de procur. lib. 6.* Sebal. Medic. *in tract. mor. concl. 63. nu. 189.* Rot. Bellamer. *dec. 7.*

100 Et pondera Bellamer. subdeclarantem, quod intelligatur re integra, ita vt primus actus substantiuus iudicij faciat decidere rem esse integram, nec bis facienda sit litis contestatio.

101 Vidi in facto casum, quod quis erat cõstitutus procurator cum facultate substituendi; & erat iam lis cõtestata, & sic duobus vinculis concurrentibus substituit, Si moriatur procurator substituens, expirabitne mandatum? vidi dubitatum, de hoc tamen veritas est quod non expirat, quia fit interpretatio in casum durabiliorem, & fauorabiliorem. colligo ex Bellamer. *d. decis. 6. in fine,* vti etiam tenet mandatum non expirare morte substituentis, quando est data facultas substituendi in qualibet parte litis.

102 Et ex prædictis colligitur in materia subrogationis & constitutionis, vt in subrogatum transferatur omnes vices, iura, & facultates, ita vt videtur vacuum in iuribus subrogantis, vel substituentis, quã conclusionem non tetigit Anto. Gabr. *de reg. iur. conclus. 2.*

Et applicando ad materiam locati & conducti, de qua agimus facta sublocatione omnia transfunduntur in subconductorem saluis legitimis exceptionibus, vt superius vidimus.

103 Semper autem intelligitur, vt procurator substitutus reuocari non possit a substituente post acceptationem, non ante, vt not. *in d. cap. is qui, li. 6.* & sic habitis. Tiraquell. *ad l. boues, §. hoc sermone, limita. 6. nu. 5. & limit. 9.* declarando, vt per eum.

Et ex prædictis infertur ad aliquas vtiles decisiones in sacro Rotæ auditorio examinatas.

104 Prima est. Procurator erat constitutus ad omnes causas motas, & mouendas, cum facultate appellandi & appellationem prosequendi, substituit alium, & dixit in hæc verba, quod substituit in causa huiusmodi ad faciendum, & gerendum quicquid ipse procurator habebat, an per hæc verba, poterit non dico appellare, sed appellationem prosequi?

Vide.

Videbatur multis, quod non, nam causa dicitur de illa instantia: vnde appellare poterit, quæ est de illa instantia ad non prosequi, quod est de alia instantia per not. per. Bar. *in l. non eo minus, C. de procur.* & ita fuit resolutum in vna Bononiensi Sancti Christophori coram Domino Marsicano.

105 Contrarium est verius, si adsit in substitutione illa clausula, transferēs omnimodam potestatem, et ita fuit resolutum in vna Toletana Matrimonij coram Domino Fabio, pro Comite de pugno cerastro cōtra Beatricem de Sanseclo, die 20. Octobris 1542. vt per Pute. *decis. 345. lib. 1.*

106 Et considerando ad vtilitatem discursus illius decisionis videtur differentiam facere primo loco, quando in procuratorio est apposita clausula ad omnes lites motas, mouendasque, vel dicitur, ad omnes causas præsentes, & futuras, vt primo casu substituto non detur facultas substitutionis virtute appellationem prosequendi; secundo casu sic. Considerare etiam videtur Rota, quod procurator substitutus in causa, intelligitur in illa instātia, quasi excludat alias, & sic in appellationis prosecutione, & in alia instantia, quasi quid diuersum a præcedenti resolutione. Similter vult Rota, quod procurator substitutus nō est proprie, & simpliciter subrogatus, sed secundum quid, & cum adiūcto, prout etiam de iudice subrogato, quod facit ad statuta, & constitutiones de procuratoribus, & iudicibus loquentia.

107 Vltimo in materia substitutionis procuratoriæ debet attendi stilus Curiæ, & sic, si ex hac resultaret absurdum, quod multa instrumēta, siue mauis processus non valerent, quod hoc attendi non debet, & sic iudices animaduertere debent, ne destructio oriatur, & si de rigore iuris vnum sit stilus tamen aliud obseruat, attendi debet id, quod conseruat actum, quod iudices nouitij omittunt sæpe sæpius.

108 Declaratio decimaseptima. Quæro circa hanc declarationem procurator non habebat in mandato facultatem substituendi expresse, sed si in instrumento esset apposita clausula omni modo meliori: si substituat na substō teneat? Videtur dicendum, quod non, cum deficiat in mandato facultas substituendi.

109 Contrarium tenet Rota in vna Romana domus ex hac ratione, quia clausula, omni modo meliori, cōprehendit omnes caput, ex quo actus sustineri potest, ex cons. Dec. 14. & 77. Sal. *in l. 1. §. si quis ita, ff. de verbor. oblig.* vt per Put. *decis. 230. lib. 2.*

110 Ponderanda est allegata decisio, quia in ea apertè præsupponitur, quod procurator esset iam effectus dominus litis. Vnde ex isto solum capite videbatur sustentabilis substitutio ex his, quæ superius diximus etiam ex mente Rotæ, quod procurator dominus litis effectus substituere potest, & tamen in ea decisione confugitur ad aliud remedium, ad virtutem clausulæ omni modo meliori.

111 Secundo loco considerandum est, quod licet maxima sit virtus clausulæ, omni modo meliori, de qua in præsenti non ponam, cum non sit locus suus, tamen ad propositum, de quo agitur, dicitur, quod tribuit virtutem, robur, & efficaciam dispositis, & expressis, non tamen ampliat, nec extendit actum ad casus non expressos neque specificatos, & in specie non tribuit potestatem non habenti, Ruin. *cons. 74. in fin. lib. 1.*

112 Quæ conclusio vera est vltra Rui. etiam si in commissione, vel mādato esset adiecta clausula, facias prout tibi videtur, vel secundum mentem tuam, Iaco. Menoc. *de arbitr. iud. q. 47. nu. 5. lib. 1.*

113 Quare in casu Putei, aut procurator iuxta ea, quæ ibi proponuntur, valebat substituere, vti dominus litis effectus, & poterat ex se nullo habito respectu ad clausulam, omnimodo meliori, & eius virtutem, aut volebat substituere, & virtute clausulæ, omni modo meliori, & non poterat, quia non tribuit potestatem in non expressis ex superius adductis.

Et vltra Menoch. superius allegatum addo Bal. *in l. quoties C. de haredit. instituend.* Dec. *in l. precibus, num. 16. C. de impub.* & alijs substitut. Alex. *cons. 31. libro 3.* Gozza. *cons. 78. num. 12.* Cæphal. *cons. 43. num. 120. lib. 1.* Ruin. *consil. 438. nu. 24. lib. 3.* Paris. *cons. 21. nu. 68. & 69. lib. 2.* Natt. *cons. 402. nu. 36. & 37.* Grat. *respons. 70. n. 19. lib. 2.* Grammat. *decis. 103. num. 51.* Burlat. *consil. 51. nu. 34. lib. 1.* & hæc est communis opinio, & melioribus fulcita rationibus. *Ioseph.* de Ludouicis, decis. Perus. *117. nu. 30. par. 2.*

114 Et applicando ad materiam locati, & conducti, de qua agimus, infertur ad vnum, quod in facti contingentia euenit. *Illustriss.* & Reuerendiss. Petrus Donatus Cardinalis Cæsius commendatarius Abbatię Vallis Pontis constituit procuratorem ad renouandum locationes in hæc verba vulgari sermone descipta. *Li concede piena, & omnimoda facultà di poter fare la rinouatione di qualūque beni di detta Abbatia ricaduti per linea finita, & censi non pagati in ogni miglior modò, che di ragione può, & deue, & che noi medesimi far potiamo.*

115 Modo talis procurator non renouauit eisdem, sed nouis, & diuersis personis concessit. valebitne? certe attenta decisione Putei valebit, quia clausula, omni modo meliori, comprehendit omne caput, ex quo actus substineatur, secundum eam, de qua supra.

116 Contrarium iudicauit Rota Perusina, seu melius decisio, de qua supra; quare (ni fallor) vna ex istis dubitabilis videtur.

117 Et pondera verba mandati superius appositi, loquentis in fortioribus terminis, quā loquatur decisio Putei ex tribus. Primo per illa verba *piena, & omnimoda facultà* Secundo per illa verba *in ogni miglior modo.* Tertio per illa verba *et che noi medesimi far potiamo* quę tria etiā in speciale mādatū requirētib. separatim operantur, ex his quæ diximus in tit. de procur. multo magis geminata, & coniunctim posita.

118 Et sic in materia locati, & conducti, procurator constitutus ad renouandum non poterit locare alijs etiā cum clausulis, de quibus supra.

Sentit tamen allegata decis. Perus. vnum, *sub nu. 31.* quod virtus dictæ clausulę facit extendi actum ad nō specificata, nisi quatenus ex verbis, vel etiam ex mente virtualiter aliquid etiam perperam colligeretur.

119 Et sic clausula, omni modo meliori operatur effectum suum in virtualiter tantum comprehensis. Et sic loquuntur, & intelligi possunt authoritates allegatæ per Dec. *cons. 77. num. 9.* Nam si in testamento operatur clausula in codicillarem, hoc ideo, quia virtualiter includitur. *Idem* in iudicie procedente, vt per eum. Si tamen Putei decisionem sequi placeat, quia est decisio Rotæ, posset in hac locati, & conducti materia inferri ad vnum, videlicet.

120 Sunt locata bona Ecclesiæ vltra tempus permissū cū clausula, omni modo meliori, saluabiturne ad tēpus permissum?

Lo.

Digitized by Google

121 Locauit pariter quis vnum tenimentum terrarum in quo adsunt nonnulla bona prohibita alienari quo. quo modo,&c. in instrumēto apposita clausula, omni modo meliori, valebitne in permissis?

122 Tertio in persona dici posset, si sunt plures conductores, quorum vnus sit incapax.

123 Declaratio decimaoctaua. Et (vt semel finiam hãc substitutionis procuratorię materiam) ponam in hac declaratione aliquas cõclusiones omissis multis alijs. Procurator substitutus in causa non tenetur subrogato respondere, sed nouum requiritur mandatum, & principalis domini citatio Put. *decis.* 107. *lib.* 2.

124 Secunda conclusio sit. Procurator substitutus parte prius non opponente potest docere de mandato ēt post sententiam, si re vera tale mandatum præcesserit sententiam. Put. *decis.* 383. *lib.* 2.

Et sic duo requiruntur, quod pars non opposuerit & mandatum re vera legitimum præcesserit.

Occurrunt sæpius in facto, quod mandatum reperitur, sed non exhibetur.

125 Tertia sit conclusio locati, & conducti materiam respiciens, quod procurator substituens moriente substituto, si pars litigans non sit in Curia, tenetur notarijs de eorum mercede, & salariis. Rotæ *decis.* 303. *in nouiss.*

126 Et sic habemus in hac locati, & conducti materia, quod merces, & salarium est adeo fauorabile, vt tacite veniat in mandato procurę, & cũ salario, & mercede. finiã hanc quæstionem sublocationis procuratoriæ.

QVÆSTIO XXXIII.

QVæsitum quandoque fuit in sacro Rotę auditorio ad materiam *leg. nemo C. locat. de qua agimus.* Conductor sublocauit molendinum conductum duobus molendinariis pacto apposito, quod farina reponeretur in quadam archa sub claue conductoris non extrahenda sine ipsius licentia. Modo principalis locator expulit subconductores, & iterum eisdem locauit cum eisdem pactis, & capitulis quibus vsus fuerat conductor in sublocãdo, poteritne cõductor prętẽdere aliquod spolium ex hoc facto contra primum locatorem?

1 Primo aspectu dicendum videbatur primum conductorem fuisse spoliatum per expulsionem factam de suis subconductorib. & agere posse ad sua damna. Sicut enim, si expellatur colonus, dicitur spolium factũ domino, vt suo loco dicemus, pari modo, & proportionabiliter dicetur spoliatus cõductor per expulsionem sui subconductoris, qui & conductor dici potest.

2 Contrarium tenuit Rota in vna Bononiensi locationis coram Domino Antonio Augustino, vt per Caputaquens. *decis.* 184. *li.* 1. ea ratione, quia poterat prohibere primus conductor Mattheo, vt farinam extraheret, & poterat recuperare damnum suum.

3 Et notabilis est hæc Rotę decisio in hac locati & conducti materia; Namque non videtur attendi expulsio molendinariorum, acceptio possessionis primi locatoris, & locatio vltimo loco facta per ipsum primũ locatorem, & solum attenditur, si conductor primus recuperauit, vel recuperare potuit damnum suũ. Et posset quis fortasse dicere, nonne primus conductor est in damno, & prętendit interesse si sui subconductores sunt expulsi, si est confectum nouum instrumentum? tamen hoc Rota non attendit, nec considerare voluit.

QVAESTIO XXXIV.

PRoxima præcedentib. est indagatio ad materiam; *leg. nemo. C. locat.* Conductor percipiebat fructus ex re conducta, & erat in quasi possessione sublocandi, fuit spoliatus, quod remedium competit?

1 Vtique restituetur ad statum, in quo prius erat. *Ita* tenuerunt domini de Rota in vna Genuensis affictus coram Domino Corradino, die 22. Aprilis 1570. refert. Lancell. *de attent. p.* 3. *c.* 29. *nu.* 89.

2 Et sic colligitur in hac locati & conducti materia ex mente Rotæ, quod dantur duo status rerum. Primus est status, cum quis est in pacifica quasi possessione iuris sublocandi, percipiendo fructus ex re conducta, & tunc si spoliatur, restituitur ad istum pristinum statum, nec fit mentio damnorum, & interesse, quod præsupponitur. Quandoque etiam quis est spoliatus per locationem alteri factam a primo locatore, & expulsionem sub conductorum, & tunc ad nullum interesse, vel damni prætẽsionem agere poterit ratione spolij, si damnum recuperauit, vel recuperare potuit.

QVAESTIO XXXV.

QVæro cõtinuando cum præcedentibus quæstionib. an colonus, vel cõductor coloni vel conductoris mei dici possit colonus, vel conductor meus?

1 Pro parte affirmatiua facit, quod superius vidimus *ex l. qui vniuersas, §. fin.* & ibi Alexand. not. *ff. de acquir. possess.* quod primus locator possidet per secundum conductorem.

2 Secundo facere videtur regula, qui per alium, *lib.* 6

3 Pro contraria parte facit primo, quia vasallus vasalli mei non est vasallus meus, glo. *in l. Modestinus, ff. de verb. sign. in l. de accessoribus. in gl. magna, ff. de diuer. tempor. pr æscript. in Canon. legitur,* 81. *distinct.* Bal. *in c.* 1. *§. rursus, de controuers. inuestitur.*

Addo Ruin. *cons.* 219. *nu.* 5. *lib.* 1. Curt. iun. *consil.* 2. *num.* 1. *&* 2. Socin. iun. *cons.* 126. *nu.* 4. *&* 5. *lib.* 3. Nenizz. *cons.* 61. *nu.* 12. Brun. *cons.* 8. *nu.* 56. Cassane. *cons.* 66. *num.* 12. Iacobin. de Sancto Georgio. *in trac. de homag. col.* 8. Oldrad. *cons.* 233. *col.* 3. Iac. Menoch. *de recuperan. possess. remed.* 10. *nu.* 73. dicentem in facti contingentia se habuisse.

4 Secundo pro hac parte facit, quia socij mei socius non est meus, *l. consilij, §. fi. ff. de reg. iur.*

5 Et hæc opinio verior est, intelligendo respectu obligationis, secus respectu rei, quæ eadem est. Bal. *in l.* 1. *nu.* 9 *C. comm. de leg.* commendat Dec. *in l. consilij, §. socij, nu.* 1. *vers. & inspecta, ff. de reg. iur.*

6 Quare recolligendo spicas superius hinc inde sparsas, si quęratur, an colonus coloni mei sit colonus meus, & vtique non, vt dictum est. Si quæratur an secundus conductor possideat domino primo locatori, & vtique sic, vt dictum est. Si secundus conductor expellatur, non datur actio ad interesse si damnum recuperauit, vel recuperare potuit, & primo conductore spoliato datur restitutio ad priorem statum ex decisionibus adductis.

QVAESTIO XXXVI.

Quæro vtiliter, an pensio subrogata loco alterius pensionis sapiat naturam ipsius?

1 Pro parte affirmatiua facit tex. notabilis *in l. filia §. Titia, ff. de condit. & demonst.* vbi si lego vxori meæ ancillam Agatham, quæ mea erit, cum moriar si tem pore conditi testamenti habebam ancillam nomine Agatham, quam vendidi, postea emi aliam, & idē nomen impolui illa legata censentur, quem tex. no. quia antiqui noua nomina imponebant seruis emptis.

2 Secundo pro hac parte facit *l. donata, §. si sponsus ff. de don. inter virum, & vxorem*, quod si donaui vxori meæ anulum, qui postea vti alienus repertus auferatur, si do alium, est loco illius, & confirmat donationē præcedentem.

3 Tertio pro hac parte facit vulgaris regula subrogari *ad l. cum qui, §. qui iniuriarum, ff. si quis cautionibus, cum vulgaribus.*

4 Pro contraria parte facit *l. cum in fundo, C. si fundus, ff. de iure dotium*, vbi prætium datum loco fundi dotalis adiudicati, non subintrat in locum ipsius, nisi modo & forma, prout in eo text. habetur.

5 Secundo pro hac parte facit *l. si prædia, in princ. ff. de donat. inter virum, & vxorem*, vbi si donaui concubinę quædam mobilia, donatio vti concubinæ facta valet; si postea duco in vxorem, & loco priorū datorum mobilium concedo alia, erit nouus contractus per mutationis, & hæc secunda nō sunt loco priorū.

6 Tertio pro hac parte facit *l. pater filium, in princip. ff. de leg. 3.*

7 Prima opinio verior est, vt pensio subrogata sapiat naturam prioris, in cuius locum subrogatur, quam in terminis consulendo tenuit Ruin. *consil. 169. nu. 8. li. 1.* Ant. Gabr. *de reg. iur. concl. 2. nu. 34.*

8 Si igitur dabas mihi pro pensione quantitatem frumenti, & postea ex conuentione in futurum promittis pecuniam, subrogatur in locum illius de tempore solutionis, de modo, & de loco, Nec obstare videntur adducta in contrarium, quia loquutur in casu suo satis diuerso, vt in dictis iuribus aperte videri potest.

9 Notabilis est ad materiam locati & conducti *text. in allegato §. si sponsus, l. donata, ff. de donat. inter virum & vxore*, tam ex parte locatoris, quam conductoris: Si enim locetur res aliena, & conductor in tempore dicat, nō possum vti hac re, vltra materiam euictionis poterit subrogare alium, & confirmabitur locatio.

10 Pariter econtra, si conductor in pensionem soluat vnum, quod euincatur, poterit subrogare alium, & confirmabitur locatio, & conductio.

QVAESTIO XXXVII.

Occurit in facto quæstio. Conductor sublocauit apothecam pro eo pretio, quo cōduxit, hoc pēdente dominus locauit alij pro maiori summam, puta decē, qui dixit subcōductori hæc verba. *Hora tu vi stai ad instantia mia*, an præsumatur perseuerare pro septē prout vere conduxit, vel pro decem per illa verba.

QVAESTIO XXXVIII.

Ponam omissa disputatione pro intelligentia vnū locum Alber. *in leg. quisquis, C. de episcop. & cleric.* quando quis possit seruire per substitutum, & dicit duo verba tantum. Aut respicit executionem facti tantum, & tunc licet, & procedit regula, possum, *libr. 6.* aut consideratur persona faciētis, vel cui fit, & tunc regulariter non possum, *d. l. inter artifices*, & ibi habes an quis possit ieiunare, celebrare Missam per substitutum, & concludit ex legitimo impedimento posse, remittendo me Theologis.

QVAESTIO XXXIX.

Quæro ad materiam *l. insulam, ff. locat. & l. si mercedem, ff. de act. emp.* quæ iura loquuntur in materia sublocationis. Locaui fundum sub certa mercede, & conductor sublocauit sub maiori pensione, si vendo fundum cum mercede promissa, vel debita, de qua intelligitur prima, vel secunda?

1 Primo videbatur dicendum de pensione secundi cō ductoris, per illa verba impersonaliter prolata; primo *tex. l. si mercedem*, ibi, quanti insula locata est; secundo & fortius per illa verba *in l. insula*, *in numero plurali*, ibi, vna cum pēsionibus inquilinorum, quasi complecti videatur ambas pensiones.

2 Pro contraria parte facit, quia verisimiliter eredēdum est, quod disposuerit venditor de eo, quod potuit, & sic de pensione sibi debita per primum conductorem, alias esset necessaria cessio actionis, alias ad interesse *ex l. cum qui, §. exiguimus, ff. de constit. perunia.*

Et hęc opinio verior videtur ex dictis iuribus.

Quæ quoniam situata sunt in titulo de locato, & conducto, ponderanda sunt in aliquibus ad materiam locati, & conducti.

3 Primum est, quod locator alienans rem locatam cēsetur disponere, & alienare quæ potest.

4 Quæro tamen hic vnum. Certi iuris est (vt suo loco Deo dante dicemus) quod vendito fundo locato, veniūt fructus si non sunt seruati. Pone quod venditor, & locator dicat. Vendo fundum cum fructib. mibi debitis, vel qui debētur, qui fructus venient? putarem, per dictum textum de portione domini tantum, secus fortasse esset si diceretur, cum fructibus simpliciter, sine adiectionis meis.

5 Secundo loco inferri posset. Quis locauit domum cum omnib. in ea existentibus, si in domo sint aliqua, de quib. locator disponere non poterat, maxime sine cessione pensionis, talia non censentur locata.

6 Secunda consideratio ad illum textum, quod verba impersonalia prolata per locatorem in venditione rei locatæ intelliguntur in eo de quo locator disponere potuit, & sic habetur limitatio per dicta iura, *ad l. veteribus, ff. de pact.* vt verba contra proferentem intelligantur. Potuisset fortasse dicere emptor in casu *l. si mercedem, & l. insulam*, volo de pensione secundi cōductoris, quæ maior est, & tibi imputes, qui legem apertius non dixisti.

7 Tertia consideratio est ad illum textum, quod ibi loquutus est I. C. in numero plurali, in hæc verba, vna cum pensionibus inquilinorum. Vnde merito dicere potuisset emptor, ego volo ambas pensiones tam primi conductoris, quam secundi, quia pluralis locutio duobus contenta est, *l. vbi numerus, ff. de testibus, c. pluralis, de reg. iur. lib. 6.*

8 Et sic habetur limitatio ad dicta iura, *l. vbi numerus, & regulam pluralis*, stante verisimili mente dispo-

nentis, quæ est, vt voluerit potius quid disponere de re propria, quam aliena, quo casu plurale resoluitur in singulare, vt hic.

Parergon.

9 PRoh Deum immortalem, quis non misereatur calamitatis huius temporis, & modi procedendi in litibus, & causis peragendis non doleat, & vehementer ex animo, corde, & vera intentione; si enim celata *hac l. si mercedem, & l. insulam*, casus iste in iudicio proponeretur, quot lites, & contentiones orirentur, multi exciperent verba fuisse absolute, & impersonaliter prolata, & sic generaliter intelligenda de vtraque mercede. Multi dicerent, sermo est prolatus in plurali, ibi, pensionibus inquilinorum, ergo de vtraq; pensione tam primi, quam secundi conductoris, tamen I. C. recto tramite moderatur, vt fiat interpretatio de ea pensione, de qua contrahens disponere poterat, & si in leuioribus decipiuntur, quanto sæpius in vltimis voluntatibus, & obscuris fideicommissis? quot indebite succedunt? quot plus quam indebitè excluduntur? infælix sanè professio.

10 Quarta consideratio ad allegata iura, quod ibi est textus clarus in duobus locis, quòd pensio rei locatæ appellatur pretium, quod facere poterit ad saluandū instrumenta, & libellos.

11 Vidi in facto casum de quodam instrumento locationis, vbi dicebatur, quod Titius pro certo precio locauit domum concurrentibus alijs requisitis ad locationem, exponitur pro pensione, & sic dantur tria nomina in locatione, pretium, merces, pensio, & merces applicatur etiam ad immobilia.

12 Et insula dicitur, quę non iungitur communibus parietibus cum vicinis, sed circuitu publico, aut priuato iunguntur a similitudine videlicet earum terrarum, quæ fluminibus ac mari imminent, suntque in solo, ita Fest. *lib. 9. & passim in libris iurisconsultorum fit mentio.*

Hinc insularius, idest custos domus sic separatæ *l. 16. §. 1. ff. de vsu, & habit. l. fi. ff. de off. præf. vrbis.*

13 Considera etiam ex dictis iuribus, quod pensio dicitur accessorium ad rem locatam, quod ad multa facere potest.

14 Quęro tamen vnum ex eo contextu ad materiam *l. emptorem, C. locati*, nam emptor non tenetur stare colono, quid si in venditione fiat pactum, vt pensio sit emptoris, & ipse consentiat, prout *in d. l. insulam, & l. si mercedem*, eritne cautela, vt teneatur stare colono consentiendo in pensionem?

QVAESTIO XL.

1 QVæro quadragesimo loco ad materiam *l. nemo, C. locati* an posse sublocare sit in fructu? Vtique sic, *l. cum in plures, in princ. ff. locati ponam in tit. de fruct.* Vnde sæpius in facto occurrit, quis exhibet, quod est locanda, si non reperit, esculatur, & fit remissio mercedis, vt per Castrens. *in d. l. cum in plures*, multi enim impediuntur a peste, multi a carestia, multi a bello, vt suo loco dicam.

Similiter si ad hospitium vulgo *cammera locanda*, vel alia hospitia cauponū nemo accedit, fit remissio mercedis. Ponam in titulo de fructibus, & pondera illum textum, de cuius materia ponam suo loco, quod loquitur in conductore multorum annorum, quasi in hoc sit consideranda facultas sublocandi, dicam alias Deo dante.

QVÆSTIO XLI.

QVæro ad materiam *l. certi iuris, C. locati* an inuecta, & illata per secundum conductorem sint tacite obligata primo locatori, ponam in titulo de inuectis, & illatis.

1 Vltimo loco, quod de speciali aliquo, puta paupertas scolarium, nundinarum, militum a principe trāsmissorum cogitur quis, & locare, & sublocare ad limitationem *l. nec emere, C. loca. de scolaribus, no. in l. 1. ff. sol. matr.* vbi *I ri. nu. 48.* Pontanus, *n. 89.* Rip. *nu. 142.* Rebuff. *de priuileg. scolarium. priuil. 7. nu 1.* Soc. *reg. 430.* Duen. *reg. 213.* Man. *conf. 48. nu. 3. lib. 1.* Lut. *de priuileg. scolar. priuil. 39. fauore pauper* Beninc. *de pauper. q. 8. special. 7. in contrac.*

2 Accidit sæpe in facto in nundinis iudicis, quia quis cogitur locare apothecas pariter in militibus ad hiemandum transmissis.

QVAESTIO XLII.

QVæro, si conductor prohibeatur a statuto locare, prout Lucæ extat, quid agere debeat contra conductorem?

Vtique sublocatio probanda est, alias non obtinebit Ioseph. de Ludou. Rot. Luc. 57.

De creditore.

AGgrediar (Deo dante) materiam pignorum, si locari possunt, quib. & quando, ponedo aliquas vii. c. quæstiones in materia pignorum, & creditorū.

QVAESTIO I.

Creditoris.

1 QVæro, an creditor possit locare pignus, siue rem hypothecam, & ex hoc consequenter cognoscemus, an in pignore, & hypotheca locatio consistat & primo loco videbatur dicendum, quod non quia per locationem præsupponitur dominium, *l. non solet ff. loc.* sed creditor non est dominus rei pignoratæ. merito, &c.

2 Contrarium est verius *ex l. creditor ff. de pignor.* qui generaliter loquitur, vt videri potest, merito, & cæt. quo in loco Accur. in suis glossis dicit vnum ad vtilitatem materię locati & conducti, quod per locationem præsertim ad culturam prædia meliorantur per text. satis notabilem *in l. non intelligitur, §. fi. ff. de iur. fisci.*

3 Et sic locare fundum ad culturam est meliorare ipsum, & opus meliorationis dici, & appellari potest, & per creditorem, & fisci procuratorem fieri potest, & debet *ex l. non intelligitur §. diui superius allegat.*

Ampliatur hæc conclusio, vt nedum extraneo talis locatio per creditorem fieri possit, sed etiam ipsimet debitori pignoranti, & intelligetur facta conductio respectu possessionis tantum, ex quo respectu dominij

minij non possit, cum creditor non sit dominus rei pignoratę, *l. cum & fortis, §. si.* vbi gl. & Bar. *id notant ff. de pig. act.* sequitur Castrens. *per illum text. in l. qui pignor. ff. de acq. poss.* Alex. *in l. si rem alienam, nu. 30. ff. eo.* Neguſant. *de pign. in 3. memb. 1. partis sub nu. 31.* ibi, secundo declara, &c. vbi hoc reputat mirabile, & apud eum videri poteſt.

Et sic habetur in hoc limitatio *ad l. neque pignus. ff. de reg. iur.* vt in casu creditoris procedat & habeat locum ipsa locatio respectu possessionis tantum. Ponam in titulo de conduc. rei propriæ.

Sed pone vnum, quod sæpius contingit, quod creditor locare potuerit, sed non locauit, imputabiturne in sortem ipsi creditori?

4 Vtique sic, siue sit res mobilis, siue soli, & immobilis, dummodo sit solita locari, & hoc principaliter est attendendum, & deducendum. Pet. Ro. *decis. 31. lim. 5. nu. 398. ex l. sed si quid. §. si vestimentorum, ff. de vsufruc. & l. vel vniuersorum, ff. de pign. actio.*

5 Vnde in facti contingentia tam agendo, quam excipiendo considerari debet qualitas, quod talis res potest locari, & sit solita locari.

6 Declaratur præsens conclusio, vt maxime procedat quando contractus est celebratus gratia vtriusque, quo casu creditor tenetur de dolo, culpa lata, & leui, secus si vnius tantum gratia contractus celebratus sit, quo casu de dolo: & lata tantum, ita Bero. *in c. 1. nu. 108. in fi. de vsur.* reiecta opinione Cald. an creditori sit plene satisfactum, vel non, & Ant. But. considerantis dolum, vel latam culpam tantum.

7 Practicando igitur considerandum est, si creditor non locauit fundum pignoratum, si sumus in contractu gratia vtriusque, vel vnius tantum.

QVAESTIO II.

Quæro secundo loco de vtili, frequenti, & quotidiana quæstione.

An quis mutet Sempronio centum, & in apparenti dicit instrumentum, quod mutat gratius, & amore; contra creditor inhabitat domum debitoris ad multos annos, donec fortasse pecuniæ mutuatæ restituatur. Eritne licita ista habitatio, ita vt fit ex computanda pensio annualis ad extenuandam sortem?

1 Et primo dicendum videbatur huic creditori licere morari in domo debitoris, primo *ex l. si in pactione. Cod. de vsur.* vbi habitatio domus pignoratæ dicitur creditori licita, & non excedere legitimum modum vsurarum.

2 Secundo loco pro hac opinione facit ratio, quam Bald. adducit ad decisionem illius *l. pactione*, quæ est quia habitatio non habet certam quantitatem per naturam, sed per industriam locatoris. Vnde quantitas incerta nō poteſt cum sorte commensurari, quia incerti ad certum nulla est proportio.

3 Pro contraria parte facit, quia creditor habitando dicitur fructus percipere, *l. si is qui §. 1.* & ibi *Bar. not. ff. de pign.* & dicam suo loco.

4 Et hæc opinio est in puncto iuris verior, & tenetur creditor fructus compensare in sortem, & considerātur isti fructus quantum creditor expensurus fuisset in conducendo aliam domum si eam debitoris nō habitasset, non tamen tenetur quanti alius dictam domum conduxisset. Specul. *in tit. de pignor. versi. quid si obligasti* Alex. *consil. 141. nu. 7. lib. 5.* Neguſ. *de pign. p. 6. memb. 3. nu. 7. 10.* Lup. *in tract. de vsur. in comm. ad c. nauiganti, § 6. nu. 135.*

5 Addo Cott. in memorabilibus in verbo, creditor habitando, vbi hoc reputat valde singulare reddendo nos cautos in articulis concipiendis, vt articulemus quanti creditor conducturus fuisset in conducendo aliam domum. Firmian. *in suo repertorio. in verb. habitatio, prope finem, sub nu. 40.* Ant. autem Butr. *in c. cum contra de pign. prope finem*, declarando dictum Spec. dicit, aut pignoraui simpliciter, & tunc habitando simpliciter teneris ad pensionem, quæ communiter percipi a quocunque potuisset, aut pignoraui cum pacto, vt ibi habitare possis, & tunc teneris ad pensionem, quam percepisses, licet hæc secunda particula duriuscula videatur stante licentia habitandi, & qualitate contractus celebrati gratia vtriusque, in quo debetur diligentia in custodiendo. Afin. *de executor. §. 7. c. 123. nu. 3.*

6 Notabile tamen videtur dictum Butr. quod potest fieri pactum de habitando inter creditorem, & debitorem, & nihilominus habitando ad pensionem tenetur: Vulgares enim contrarium dicerent stante pacto expresse de habitando, vt dixi.

7 Similiter opinionem Specul. superius relatam dixit veriorem Paul. Castr. *in l. si ea pactione, circa medium, C. de vsur.*

8 Pone vnum, quod in facto occurrit, creditor fuisset conducturus per decem attenta qualitate, & solito ipsius, domus vero erat adeo notabilis, vt locaretur pro viginti, quid dicendum?

9 *Ad l. si ea pactione*, respondetur ex mente Bald. & Castr. ibidem, quod non procedit in foro conscientię, nec de iure Canonico.

Vnde in terris Ecclesiæ, & etiam in Curijs Episcopalibus dispositio *d. l. non seruatur.*

ADDITIO.

☞ *Declaratur, vt opinio Spec. licet sit communis, non procedat in duobus casibus, primo in creditore immisso, ex primo decreto, sed alias, per viam extraiudicialem habitante, secundo non procedit in creditore condemnato ad perceptos, & percipiendos quo casu attenditur persona agentis, quanti alijs locasset iuncta communi & lineatione, & remota nimia affectuositate, Surd. dec. 270.*

10 Sed pone vnum, quod de facili euenire, & contingere potest, quod creditor non fuisset conducturus etiam, quia habebat propriam, sed inhabitauit aliam, quæ erat debitoris, quia nobilior, pulchrior, vel delectabilior, quid agendum, ex Castrens. *in d. l. si ea pactione in fine*, post Bald. videtur colligi nihilum teneri, licet re vera loquatur in terminis vsurarum in terminis *d. l. si ea pactione.*

Contrarium videtur posse dici, quia negari non potest, quin habitauerit, & si hoc fecit ex delectatione, vel alio respectu, sibi imputet, & satis est quod habitauit.

11 Notanda tamen in alio videtur intentio *d. l. si ea pactione, in verb. forte*, vbi Alb. exponendo dicit, quod pensio appellatur sors principalis in materia locati, & conducti.

Parergon.

NEc sine ratione inuehit Paul. Castr. *in d. l. si ea pactione*, contra contrahentes, qui adaptat, & componunt conscientias non prout equius est; sed prout magis bursæ expedit, et vtilius est, dicentes passim. Si talis, cui mutuaui pecuniã, vtitur pecunia mea, satisfaciendo debita sua, emẽdo cãpos, & similia sibi vtilia faciendo cur, non licebit mihi commode habitare domum ipsius? Certe si mutuũ fuit, prout esse debet gratis, cur vis habitationem domus debitoris tui pro recognitione? & quot fiunt hodie de huiusmodi palliatis contractibus? quid dicemus in alijs generibus contractuum? fiunt societates in trafficis bestiarũ a nullatenus exercente, sed dicit hoc ad reperiendas pecunias pro emendo fundo, fiunt etiam instrumenta societatum in bestijs varij generis ab eo, qui nec pecudem vnam habebat, quid dicemus in oleo in grano & similibus? Si veniunt pestilentiæ, fames, & caristiæ grauissimæ, prout in anno 1586. Vnde hoc, nisi a contractibus illicitis, & palliatis? Sed dato vno inconuenienti multa sequuntur. fiunt postea monopolia nedum a Ciuibus, sed ipsismet Gubernatoribus Ciuitatum, & Præsidibus Prouinciarum anhelantibus ad implendas bursas, & capsas de sanguine pauperum, & si Ciuis faciat monopolium, acrius punitur, ipse autem immunis est, scribant Principi, pœnas exactas a subditis carpunt, & infelices subditi hirundine desicantur, & grauimole supprimuntur.

12 Vnde non mirum si non gaudet tertius hęres, si fures offendiunt, & furantur, si nascitur aliquis filius grossus, & in aliquo imperfectus. Quot videbis officiales sitibundos carere filijs, & successione? quot habere tot filias fœminas, vt requiratur integrum monasterium? quot habere vnicam filiam fœminam, quæ cum eius dote transit in familiam odiosam? quot videbis patres sitibundos in huiusmodi contractibus: illicitis, & palliatis habere filios ingratos dilapidantes bona paterna viuente etiam patre, patri odiosos, & domum quotidie debellantes?

13 Declaratur tamen allegata conclusio, vt non procedat in fundo, vel emphyteusi; nam si emphyteuta, vel feudatarius ex credito contracto cum domino directo pignoret rem emphyteuticam, vel feudalem, facit fructus suos, ne computentur in sortem, *cap. 1. de feud. cap. conquestus, de vsur.* quæ iura ad hoc notabilia dixit Roma. *singul. 329. creditor.* August. Bero. *in dicto capit. conquæst. column. 7. limit. 7.* Negulan. *de pigno. in 5. membr. 5. parte princip. limitat. 4.* Ioan. de Arno. *problemat. 11.* Tetigi superius *de location. ad longum tempus ad materiam l. 2. Codic de iur. emphyteutic.* tetigit ficeo tamen pede Io. Lup. *ad cap. nauigantis, §. 6. numero 148.* Præposit. & Laudens. *in c. 1. §. item si de* lator quæ fuit prima causa benefi. amittend. Ang. *in verbo feudum. §. pen. & fi. num. 32. & in verbo, vsura. 1. num. 11. & 12.* Silue. *in verbo feudum. in fin.* Corrad. *de contrac. q. 32. concl. 3.* Ioan. Med. *de contrac. in c. de acquisitis per vsuram*, & est communis opinio Couar. *variar. resolut. cap. 1. lib. 3. versic. hinc apparet*, qui sano modo limitat, & dicit vsuram esse, si lucrum consolidationis vltra sortem ratione mutui accipiatur & in emphyteusi procedat duobus concurrentib. scilicet pensio fructibus pignoris æquipolleat, & pensio non soluatur durante causa pignoris, alias vsura est, vt per eum.

Addo Naua. *in Manua. Confessorum sub praecep. 7. c. 16. nu. 215.* Sot. *de iusti. & iure. libro 6. articulo secundo colum. 7.*

Allegata tamen iura loquuntur vere in feudo, vt videri potest, extendunt tamen Doctores ad emphyteusim.

14 Ampliatur hęc declaratio in terminis locati, & cõducti, de quibus agimus, vt procedat, & habeat locũ in vsufructuario respectu proprietarij, & conductoris respectu locatoris. Socin. *in tract. fallent. litera A. reg. 6. cas. 6.* vbi præsentis declarationis rationem reddit, quia res de facili reddit ad naturam suam, *l. si vnus, §. pactus, ff. de pact.* Cano. *ab exordio, distinct. 35.* Imo. ita etiam amplius. *in c. 1. de feud.*

15 Et sic infertur ad vnum, quod sæpius in facto occurrit, quod ego conduxi a te fundum pro certa responsione, si postea pignoro fructus non computantur in sortem.

16 Pone tamen vnum, quod facilius occurrit. Conduxi a te fundum, & in simul accepi a te mutuo super laboritium certam pecuniarum quantitatem, pro qua pecunia mutuata pignoro fundum conductum, computabitur ne in sortem? Vtique non, quia res de facili redit ad naturam suam.

Ampliatur hæc declaratio secundo loco, vt procedat tam in fundo ecclesiastico, quam sæculari. Imola. *in c. 1. de vsuris.*

17 Et sic infertur, quod etiam in materia odiosa, & exorbitanti fit extensio ad lucrum, Imo. *in l. si vero, §. de viro, ff. sol. matr. & in c. 1. de vsur.*

De Creditore.

QVAESTIO III.

VIdimus in præcedenti quæstione quando pignoratur res inanimata, quid de equo, boue, & similibus animalibus? fuit alias in facto inter quendã hospitem, & creditore suum, cui hospes dederat pignori equum quem pluries ad vecturam dederat, & post per aliquod tempus, quo hospes verisimiliter cogitare potuit vecturam extenuasse debitum, repetit equũ allegando debitum esse iam satisfactũ per reiteratas vecturas, & fuerunt multa allegata hinc inde, tandem fuit iudicatum ad fauorem hospitis, & quod detractis sumptibus vectura extenuauerit debitum, Bald. *ibi in terminis notans per illum textum in l. cum pignoris, C. de par. pign.* reputans hoc valde mente tenendum, commendans, & dicit in facto habuisse, Marc. Man. *singul. 230.* fuit alias; Alex. *in l. si seruos, ff. de pigno. act.* Negud. *de pigno. in tertio memb. 7. parte, nu. 17.*

1 Et sic ex hac decisione iunctis iuribus in ea allegatis colliguntur aliqua in materia locati & conducti vtilia.

2 Primum est, quod creditor vti non potest re pignorata, & vtendo committitur furtum, *§. furtum, ver. itaque instit. de oblig.* quæ ex delicto.

3 Secundum tamen est, quod creditori permittitur dare ad vecturam equum pignoratum, & dando ad vecturam extenuat debitum, *d. l. cum pignoris*, vbi etiam parificantur ista duo, vel quod deuerit ad vecturam, vel quod dare potuerit.

Vnde

Vnde sibi imputet si dare potuit, & non dedit Bonacoss. *de equo*, q. 40.

Quare bonus iudex arbitrabitur si res pignorata erat talis conditionis, vt locari potuerit, seu dari ad vecturam, & sit talis, si non detur, imputet sibi creditor, quare id non fecerit.

Vnde cauti semper erunt creditores considerare qualitatem pignoris, & colligere ex eo aliquem fructum, ad extenuandum debitum.

4 Tertiò, quod colligitur, est, vt de re pignorata detrahantur sumptus, & expensæ factæ circa rē pignoratam. Ita aperte decidit allegata *l. cum pignoris*. Vnde si dedit equum ad vecturam, expendit pro victu tot, pro reficienda sella tot, pro similibus tot, hæc omnia cōputantur, & detrahuntur.

5 Et practicando (prout quandoque vidi) primo detrahuntur sumptus, & expensæ factæ, post vecturæ, vel operæ, & ita vno verbo sentit Alber. *in l. 1. Cod. de par. pignor. per in l. in rebus, § possunt, ff. commod.*

(Trigo *singul.* 601. Alex. *conf.* 55. *conf.* 108. *in fin. libro* 1. Pet. de Vbaldis *de duob. fratrib. par.* 5. *sub nu.* 12. *vers. circa tertium*. Rom. *sing.* 329. Alc. *reg.* 1. *præsump.* 50. *nu.* 2. Fely n. *conf.* 25. Crauet. *conf.* 126. *nu.* 2. Marsil. *sing.* 607. Bonacos. *de equo, q.* 94. & 151. Franc. Totul. *conf.* 6. *nu.* 17. & 18.

Et si reddes deterioratum tenetur ad æstimationem, & deteriorationem, Brun. *de diminutio, concl.* 10. *fallent.* 12. Borgn. *decis.* 23. *nu.* 27. *par.* 1.

QVAETSIO IIII.

ET per modum corollarij infertur ex prædictis disputatione omissa, quod creditor cogi poterit locare, vel colere, & laborare fundum pignoratū, & sibi imputet si potuit locare, & non locauit, & dicam de creditore misso in possessionem ex primo decreto *per l. in venditione, §. 1. de bonis authoritate iudicis possidendis* qui tex. proprie loquitur in creditore, immisso ex primo decreto, & ibi dicam.

QVAESTIO V.

1 QVæro creditor est missus in possessionem ex primo decreto, quis locabit, & coli faciet fundū debitor an vero creditor?

2 Primo videbatur dicendum hoc spectare ad debitorem, qui possessionem retinet, nec ea in per primū decretum amittit, *l. si finita, §. si quis autē, ff. de damn. inf.*

3 Secundo pro hac parte facit *l. is qui §. qui legatorum, ff. vt in possessionem legatorum*, vbi ad hæredem pertinet colere agrum, & sic ad debitorem.

4 Pro contraria parte facit *l. venditione, §. 1. ff. de bo. autor. iud.*

5 Secūdo pro hac parte facit *l. prætor, §. 1.* & quod ibi not. *ff. eo. tit.* Et hęc opinio videtur verior, ponendo tamen aliquas conclusiones non inutiles.

6 Prima est in creditore ex contractu quis immittatur in possessionem ex primo decreto debet colere, et coli facere fundum, ita vt ad eum spectet ius colendi agrum, & illum locare debet, fructus percipere, & de illis cura habere, *d. l. in venditione*, qui tex. venit ponderandus, cum sit principalis in hac locati, et conducti materia, in creditore omisso in possessionem ex primo decreto.

7 Primo ponderatur verbum, debet, quod necessitatē importat, *l. præter ait, in prin. ff. de eden. l.* 1. §. 1. vbi Ias. *nu.* 6. *ff. quod quisque iur. not. Instit. de act. in princ. in ver. bo debetur*.

8 Ex quo corollarie infertur, quod creditor missus ex primo decreto potuit locare, seu fructus percipere, & non percepit, dicitur esse in dolo, tenetur ad fructus, quos percipere potuit, & non percepit, ita gl. Bartol. & alij, *in l. prima, §.* 1. *ff. de bon. autor. iudic. possidendi, ex l. dolus, ff. mandat.* Negusan. *de pign. in* 5. *membr.* 5. *par. num.* 6.

9 Et sic ad practicam reducendo, si creditor est immissus in possessionem fundi, ex quo potuit percipere fructus tot, & non percepit, sibi imputet, & computentur in sortem, idem domo, & similibus dici potest. Cauti igitur erunt creditores tenutam habentes, & sint intenti fructibus agriculturę, & locationibus faciendis.

10 Declaratur hæc conclusio multis modis, Primo ex eodem met contextu, & sic erit secundum notabile ex eo, vt procedat re integra, & locatione per prius a debitore non facta, alias ei creditor stare non tenetur. Dicam in materia *l. emptorem, C. locat.*

11 Declaratur secundo loco, vt procedat, quando immissio fuit facta ratione debiti puri, & liquidi, quo casu creditor locare tenetur quasi hoc stante debito puro, & liquido, sit quasi rad catum principium futuri irreuocabilis dominij, secus si immissio sit loco satisfactionis, quo casu locatio, & cultura spectat ad debitorem Bald. *in auth. ei qui, num.* 62. *C. de bon. author. iudic. possid.*

12 Vnde istæ immissiones multifariam fiunt, & practicando experimur, fiunt enim adiudicationes ratione præcedentis crediti puri, & liquidi; fiunt etiā immissiones in Saluiano, & similibus, quæ quodammodo sunt loco satisdationis.

13 Et vidi in facto casum, quod immissus ex primo decreto, facit præceptum tertio possessori, ne ingrederetur, ille volebat colligere fructus seminatos, fuit dictum, præceptum subsistere in immisso ratione puri crediti, alias secus & nota pro tempore messium, & vindemiarum.

14 Declaratur tertio loco, vt possit locare ad modicū tempus, secus ad longum, ex quo ista est alienatio. de qua superius vidimus, Ita Bal. *in d. auth. ei qui, num.* 62. commendat Ias. *conf.* 24. *numero primo, volumine primo*, ex qua tacite includitur, quod creditor immissus in tenutam vel ex primo decreto, nec vendere, nec alienare potest.

15 Declaratur quarto loco, vt sit in arbitrio creditoris circa tempus, scilicet pro quanto tempore locet, vt in *d. §.* 1. *vers. de tempore autem*, quę limitatio mordet præcedentem ex Bal. intentione datam.

Et ex hoc vers. de tempore autem. &c. in hac locati, & conducti materia infertur ad duo.

16 Primum est quod si do tibi liberum arbitriū locandi bona mea, & de tempore nihil dico, quod tempus erit in arbitrio ipsius. Idem considerari posset in procuratore sic simpliciter constituto.

17 Secundum est, quod per hæc verba, liberum arbitrium locandi, non excluditur dolus, bene tamen culpa, & quidem leuis, si ex natura contractus veniat, vt ibi notatur.

18 Et nota pariter ibi casum parificationis inter venditio-

ditionem, & locationem, nam licet locare creditori immisso ex primo decreto, & licet vendere diuersimode locare inquam licebit prædium pro certa annua mercede, vendere licebit non prędium, sed fructuum perceptionem ad annos tot pro certa mercede, & erit quędam venditio magis similis locationi, ex quo fit cũ certa mercede, prout locatio fieri solet.

19 Et not. Bar. ibidem dicẽtem de annis decem, & sic ad longum tempus, quę expositio videtur cõtra Bald. expositionem superius positam.

Et licet dici soleat, quod vna determinatio respiciens plura determinabilia debeat ea pariformiter determinare, *l. tam hoc iure, ff. de vulg. & pup.* tamen diuerso respectu quandoque determinat, hic enim locatio defertur ad prędium vẽditio vero ad perceptionem fructuum.

20 Declaratur quinto loco allegata conclusio ex eodemmet contextu, vt procedat in re apta locari, & solita locari, ibi, in versiculo, de cæterarum quoque, &c. & sic in materia locati & conducti intelligitur de apta, & solita locari, quæ locari possit. Propterea si do tibi facultatem locandi bona mea, vel ad id te procuratorem constituo, intelligitur de rebus aptis ad locandum, & solitis locari.

Vnde si locasset alio modo, locatio de illis nõ subsisteret, nec de illis dominus principalis teneretur.

21 Et inter alia solita locari veniunt mercedes seruorum, & iumentorum.

Vnde creditor erit obligatus locare, & ad vecturã dare muros, naues, & iumenta, ex quibus fructus percipi possit, & valeat.

22 Declaratur sexto loco, vt si plures creditores sint ex primo decreto immissi, & sint discordes, eligetur per iudicem quis locare debeat, & hoc cum causę cognitione ita colligitur ex eo contextu in fine.

23 Facit, & vtilis in hac locati & conducti materia ad plures dominos eiusdem rei, si enim conueniunt, expeditissimum est; sin autem, eliget iudex, & nota consilium *I. C.* quod conueniant in simul, & omnes locent, vel eligant vnum ad locandum pro omnibus ad ad materiam tituli com. diuid.

Parergon.

PRoh bene Deus adeo excreuit iniquitas, & refrisit charitas, & quam maxime inter fratres, vt videaris potius velle remanere domum communem clausam cum despectu fratrum, & bona inculta, quã locari, nec curare de proprio dãno, & iactura, vt inferatur damnum, & iactura alteri, & quid hodie auditur in Curijs, nisi fratrum contentios iudex ergo causa cognita summarie prouideat.

Altera principalis sit conclusio in materia creditoris ex vltima voluntate ex titulo, vt possessionem legatorum, *ex l. si cui, §. legatorum, ff. vt in possess. legat.* quod hęres debet agrũ, & locare, & fructus custodire, & nolente, spectat ad legatariũ, qui si non habeat domũ dẽt conducere. Et sic custodi fructuum licet conducere domum. Dicam suo loco de sequestratorio.

QVAESTIO VI.

VIdimus superius de creditore habitante domum communem, qui non sit immissus ex primo decreto quod si immissus habitat domum computabitne pensionem modo, quo superius diximus de creditore habitante?

1 Primo videbatur dicendum, quod sic, quia ista vtilitas est fructus rei.

2 Pro contraria parte facit, quia potius ibi dico morari, quam habitare, *l. 1. § habitare, ff. de his, qui deiecer. vel effuder. l. 1. §. dominum, ff. de aleat.* Vnde citatio de me facta tanquam ad domum habitationis, non teneret

3 Et hanc opinionem tenuit *gloss. in §. optimam, in verbo, seruandi causa, auth. de exhiben. reis* quam ad hoc singularem commendat Bald. *in l. si is, §. 1. ff. de pignor. attestans* ibi Bald. *ita de consuetudine seruari.* idem Bald. *in authent. ei, qui, num. 64. C. de bonis autho. iudi. possiden.* Alex. *cons. 141. in fin. volum. 5.* vbi duos casus considerat, aut est missus ex primo decreto; aut extra iudicialiter conceditur a creditore in pignus; primo casu facit fructus suos, quia ibi non habitat, sed moratur in tedium debitoris. Secundo casu tenetur, vt superius vidimus, *q. 2. Creditoris.* Ias. *in l. in summa, §. fin. ff. de condict. indeb.*

4 Priorem opinionem contra Bald. tenuit Negusant. *de pignor. 5. memb. 5. par. sub num. 7.* dicens opinionem Bald. esse de directo contra *text. dicta l. si is qui §. primo*, prout vera est, cum loquatur in terminis de creditore misso ex primo decreto. idem tenuit Seb. Medi. *de compensa. part. 1. q. 9. num. 11.*

Addo Alex. *consil. 111. in fi. & 151. in fi. vol. 5.* Are. *in l. gerit. col. 2. ff. de acq. hered.* Recolligendo tamen aliqua in hac proposita quęstione ad materiam locati & conducti. Primo si teneamus opinionem Bald. constat aliud esse habitare domum, aliud morari, qui enim habitat domum, vtique tenetur ad pensionem, & habitando computat fructus in sortem. Morari vero dicitur creditor missus ex primo decreto, qui non computat pensionem in sortem.

Secundum est, quod sine habitatione nemo potest viuere, ita *glos. in d. §. 1. ex l. legata. ff. de alim. & cib. le. & l. sed & si. §. adeo, ff. de peti. hered.* Vnde Bart. ibi dicit bene notandum, quod qui habitat domum, dicitur fructus percipere.

5 Tertium est, quod creditor missus ex primo decreto debet locarem domum, & non locando, dicitur esse in lata culpa, *per l. in venditione, §. 1. superius allegatam, & l. si vir. ff. de don. inter virum, & vxor.*

QVAESTIO VII.

SVCCESSIVE quæro, ponendo materiam locationis creditoris ad materiam *l. emptore. C. loc.* an creditor immissus in tenutam ex primo decreto teneatur stare colono, & hoc est text. clarus, quod sic, *in d. l. in venditione, §. 1.* vbi Ias. *num. 4.* Alex. *cons. 118. num. 8. lib. 5.* & est vera, & communis opin. Hier. Magon. Rot. Luca. *q. 7. num. 8.* * Iaco. Rimin. *cons. 664. volumine 4.)*

2 Ampliatur hæc conclusio, vt procedat etiamsi locatio facta sit pro minori precio, adhuc enim stare tenetur, ita ibi etiam, si minoris distractum sit.

3 Subampliatur, id etiam, si velit probare læsionem vltra dimidiam, adhuc enim tenetur stare colono, ita *glos. in d. l. in venditione, §. 2. in verbo, minoris*, quam ad hoc memorabilem dixit Ari. Pinell. *in l. 2. par. 1. §. 3. sub num. 35. C. de rescin. vend.*

Et

4 Et sic colligitur, quod adeo fauorabilis est dispositio, *l. emptorem*, vt excludat fauorabile remedium *l. 2. C. de rescin. vend.*

5 Ampliatur secundo loco, vt procedat nedum in creditore immissio ex primo decreto sed etiam ex secundo, & per diffinitiuam iudicis sententiam dationis insolutum, quia semper intelligitur reseruatum ius tertij, Bal. *in c. quoniam frequenter, §. fi. in fi. vt lite non contest.* Bar. *in d. §. 1. in 2. notab. reputat. in pract. sing.* Alex. *ad l. si filiofamil. §. si vir in quinquennium, num. 7. ff. sol. matr.* valde in pract. commendat Cott. *in sing. in verbo, creditor, & in verbo successor*, & hæc est communis opinio tam in creditore ex primo, quam ex secundo decreto, *Ias. ad l. diuortio, in princ. sub num. 34. ff. solut. matr.* & hæc est communis opinio, Magon. Rot. Florent. 1. *nu.* 28.

6 Ampliatur in immissio ex primo decreto in re communi in parte vnius tantum, prout in casu Magon. Rot. Lucan. 97. *a quo tria habes in hac locati materia vtilia.*

7 Primum, quod ius habitandi est indiuiduum, & præualet pro conductore contra nouiter immissum plenum ius non habentem. Ruin. *cons. 65. nu. 7. lib. 5.* Cabal. *in tract. Diu. p. 3. nu. 48.*

8 Secundum, quod immissus prouocet ad diuisionem alterum dominum pro rata.

9 Tertium, quod cogere potest ad conducendum, et sic est casus, in quo quis cogitur conducere.

10 Limitatur dispositio *d. §. 1.* vt non procedat in locatione facta in fraudem, quæ est duobus concurrentibus primo, quod sit in modico prætio, secundo, quod paulo ante sententiam, Bal. *in d. c. quoniam. frequenter, §. fi. in fin.* commendat Ias. *in l. diuortio, sub nu. 35. ff. sol. matr.* dicens fuisse magnam altercationem. Papiens. Cot. *in verbo, successor, & in verbo creditor.* Tiraq. *de retract. conuenc. §. 3. nu. 18.* Pedem. *decis. 82. nu. 7.* Ant. Pinell. *in l. 2. part. 1. c. 1. sub num. 35. C. de rescin. vend.* Luc. de pœn. *in sua pract. libr. 8. c. 2. de exec nc. rei ind. in ord. nu. 55.*

ADDITIO.

☞ *Surd. decis. 299. nu. 6. 7. Limitatur tertio, vt missus in possessionem. 6. sententia iudicis teneatur stare colono, quando iudex dat simpliciter in solutum, vel 6. secundo decreto, secus quando quis erat dominus, sed ius suum cogitur iudiciali via, & per sententiam consequi, & auocare à tertio. Surd. decis. 40. sub nu. 11.*

11 Et sic limitatur dispositio *l. emptorem*, vt non procedat in locatione in fraudem.

12 Vtilissima, & passim in foro contingens est quæstio. & indagatio. Vidi enim in facto casum, quis seminauit agrum, super quo reportauit tres sententias, contra vult partem in fructibus conuertendo se vti colonū quandoq; et fructus non sint liquidati, & an liquidatio retardare possit perceptionem fructuum.

13 Similiter sæpius occurrit, an Reus adiudicatus habere debeat partem vti colonus, & vidi semper obseruatum, quod sic, & sic creditor immissus stat colono, & domino expulso pro rata tamen vti colonum tangente.

14 Pendet etiam in facto casus. Sūt plures creditores, vnus fuit immissus, deinde secundus, deinde tertius, colonus respondit primo immissio, non aut priori in tpe, secundus qui est prior in tempore, primo agit ad fructus contra colonum, quia iam consignauit primo immissio. Vtiq; venit exclusandus, & ita iudicarū vidi.

Limita hanc principalem conclusionem, nisi in instrumento esset pactum, licere vendere, & pro se retinere, constituendo, ex nunc se possidere, iuxta not. *in l. creditores, de pign.* quia hoc casu non tenetur stare colono, licet sit necessarius, successor, & petere poterit pensiones etiam ante adiudicationem factam Iacob. Riminal. *cons. 652.*

Limita secundo, vt missus & secundo decreto teneatur stare colono, si sit adiudicatio ex causa necessaria, secus si ex causa voluntaria. Asin. *de execut. 287. c. 250.* pulchrè Cæph. *cons. 223. & 224. lib. 2.* vbi declarat quæ sit necessaria, & quæ voluntaria.)

QVAESTIO *VIII.*

PVlcra est (si Cremensi credimus) quæstio, & sim in foro contingens. Creditor locauit, & dedit ad laboritium fundum, emit boues colono qui perierunt, cuius periculo erunt?

1 Primo dicendum videbatur periculo coloni, & non creditores, *ex l. si a non domino, §. fi. ff. de pet. hær.*

2 Et hanc opinionem tenuit Roma. *singul. 334. malæ fidei,* vbi hanc singularem appellat, idem tenet Catellian. Cotta. *in memorabilibus, in verbo, fructus.*

3 Pro contraria parte facit *l. dominum, C. de rei vend.*

4 Secundo pro hac parte facit *l. 1. §. quod in necessarijs, & l. quod dicitur, la prima de impensis in reb. dotal. factis*, vbi impensæ extrinsecus non considerantur.

5 Et hanc opinionem tenuit Bal. *in l. 1. C. de fruc. & lit. expens.* commendat dicens casu quotidianum, & Cremens. *sing. 134.* late Tiraq. *de retract. Lignag. §. 15. gl. 1. nu. 26.*

9 Et non exeundo materiam locati, & conducti, de qua in præsentiarum agimus, creditor deducit, nec in sortem computat labores præstitos in cultura agrorum mercedes operarum, & similia, & est actus licitus, nec vsura modo aliquo appellari poterit. Hostie. *in summ. in tit. de vsuris, §. an aliquo. vers. 12.* sequitur Io. Andr. *in c. conquestus, eod. tit. per cap. ad nostram, de reb. eccl. s. non. alien.* Soc. *reg. 6. in verbo, accipere, nu. 12.* Alex. ad Bar. *in l. 1. C. de pign. action.* Beron. *in cap. 1. col. 1. lim. 1. de vsuris.* Neguzan. *de pignor. in 5. membr. 5. par. limit. 3.* appellauit mirabile dictum Roman. *singular. 542.* regula est, & hæc est communis opinio Didac. *variar. resolut. libro quinto, capit. tertio, sub num. 2.*

Addo ab eo non allegatos, & bene in materia loquentes Bal. & Salyc. *in l. si quis sciens, C. de rei vendic.* Castrens. dicens hoc valde notabile, *in l. diuortio, §. impendia, col. 2. ff. sol. matr.* Tiraq. *de retract. Lignagier, §. 15. gl. 1. nu. 30.* vbi etiam fortius tenet dari posse repetitione si non sint deductæ *ex glos. in l. qui exceptionem, §. 1.* & ibi Ias. *& a. ij, ff. de condic. indebit.* Boer. *decis. 44 nu. 24.*

7 Et ad propositum materiæ locati, & cōducti vltra Couarr. dicit Bald. *in l. æde, columna tertia, C. locati* colonum expulsum propter pensionem non solutam maturis fructibus posse repetere pretium, & mercedes operarum duo dicit Bal. de pensione non soluta, & fructibus iam maturis. Et sic habetur limitatio ad

l. 1. Cod. de pignor. act. Adde Bar. *in l. cum quæreretur, §. prædijs, ff. de leg. tertio.*

8 Petrus autem Rozzi, *decis. Lituantica quinta, sub nu. 414. & 417.* dixit, quod si creditor in agro colendo, (quem prout superius diximus) colere cogebatur, boues amisit, quod erit facienda ex computatio circa fructus, nec in hoc creditor equiparatur bonæ fidei possessori, cuius damno boues peribunt. Similiter (inquit) si creditor in fundo pignorato vineá plantauit, & ex ea suo tempore vinum percepit, istud non computabitur in sortem. Similiter in alijs arboribus plantatis, & fructibus recollectis dici potest. pariter si seruum rudem pignori creditor accepit, mercedes ex eius opera perceptæ non computantur in sortem, vt ibi late per eum, per textum in materia locati & conducti *in l. pen. ff. loc.*

9 Non igitur ægre ferent creditores summomane in bonis pignoratis, arbores plantare, vineas instituere, & similia vtilia facere, quia fructus percepti erunt proprij, nec computabuntur in sortem, seu erunt præmium ipsorum laborum.

Ex quibus postea infertur ad multa in practia non inutilia.

QVÆSTIO IX.

PRimum est, quod si creditor fecit aliquas expensas in equo pignorato, & tenuit famulu sub certa mercede conuenta, quod eas, & similes repetet, & præfertur alijs creditoribus, ponam suo loco in titulo de inuectis.

QVÆSTIO X.

SEcundum est, quod si Reus sit contumax, potest iudex præcipere conductoribus, & colonis, ne tali respondeant de fructibus, immo tali, & tali respondeant, & passim fiunt huiusmodi percepta, Abb. *in c. grauem, de sentent. excommunicat.* Commendat Marant. *de ordine iudiciorum parte sexta, membr. 2. sub numero 22.*

QVÆSTIO XI.

TErtium est, quod venditor domus, qui fuit in mora irregulari in non tradendo, non tenetur ad pensionem aliquam, si non habitauerit, vel alteri locauerit, quando scilicet fuit ad hoc impeditus, secus si potuisset, & non fecisset, Castrens. Socin. & alij *in l. Iulianus. §. ex vendito, ff. de act. io. emp.* vbi veniunt mercedes medicorum, & similes in seruo vendito, non tradito Sebast. Medic. *de compens. parte prima, quæstione 9. nu. 11.*

QVÆSTIO XII.

1 QVæro, Creditor ex causa damni infecti, vel alia obtinuit secundum decretum contra conductorem domus, quod ius intelligitur translatum? Videbatur dicendum plenum ius, cum ex secundo decreto quis efficiatur dominus pleno iure iuribus vulgaribus.

2 Contrarium est verius *ex l. si finita, §. si de vectigalibus, ff. de damn. infect.* qui tex. est in materia locati, & conducti, & ex colliguntur aliqua in hac locati, & conducti materia.

3 Primum est, quod factum conductoris non nocet domino.

Vnde si petatur cautio de damno infecto a conductore, & ipse non præstet, si mittatur petens in possessionem ex causa damni infecti, intelligitur in iure conductoris, & absque præiudicio domini directi.

4 Et ad materiam *l. si finita, §. si de vectigalibus,* & de qua in præsenti agimus, vltra præscribentes in dicta *l.* addo vnum ad propositum materiæ locati, & conducti, quod per illum textum dicit Bal. *in c. contingit, nu. 27. de dolo, & contumacia*, quod si simplex colonus partiarius, vel conductor sit nummis colens potest creditor petere, immitti in possessionem colonariæ facultatis, & quia huic facultati correspondet quædam asinina detentio, fiet immissio debitoris vltimo loco, sed tanquam in re corporali, & tale ius colonariæ facultatis non præscribitur isto casu stante scientia rei alienæ, & quod ciuiliter non possidetur, *l. apud antiquos, C. de fur.* & tale ius credi potest, *l. viam veritatis, C. locat. l. solutum, §. vnde si domum, ff. de pigno. act.* Commendat, & sequitur Tiraq. *de retract. lignagier. §. 20. gl. 3. nu. 30.*

5 Colligitur etiam vnum aliud ad materiam locati & conducti, quod ager vectigalis in hac locati materia dicitur, qui in perpetuum locatur, idest quamdiu vectigal, vel pensio soluatur, tamdiu, nec conductori, nec successori auferre licet. *Ita gl. in d. § si de vectigalibus in gl. prima, ex l. prima, ff. si ager. vectigalis.* Hotom. *in suo. commen. verborum iuris, in verbo vectigales agri*, inferens ex hoc, quod agri non vectigales reperiuntur, & sunt illi qui ita colendi dãtur, & priuatim agros nostros dare solemus, & sentit, Alex. *in d. §. si de vectigalibus, sub nu. 22.* quod prædium vectigale transit in quemcunque successorem, & censetur obligatum ius pignori, locatoris *Imperator, ff. de publican. et vectigal. not.* Bar. *in l. si quis domum, §. fin. de leg. 1.*

6 Vt sic habemus hic tria. Primum intellectum ad titulum, *ff. si ager vectigalis, vel emphyteutic. petatur.*

7 Secundum est, quod locatio in perpetuum intelligitur, quandoque quousque pensio soluatur, & isto casu transit cum onere pensionis in quemcunque successorem, & dicitur adesse tacita hypotheca.

8 Tertium, qualitates agri vectigalis, prima quod a fisco, vel immunitate. Secunda, quod donec pẽsio soluatur non possit auferri tertia ab effectu, quia transit cum onere suo in quemcunque successorem.

QVÆSTIO XIII.

VIlis est indagatio. Est lata sententia contra possessorem. quidam possidet tanquam colonus & conductor ab illo tertio, poteritne executioni demandari contra colonum? vtique non, nisi citato eo, qui locauit Bar. *in l. 1. in fine, ff. si mulier ventris nomine*, Bald. *in l. 1. nu. 12. C. de execut. rei iud.* Firmia. *in verbo executio sententiæ, sub nu. 10.*

Et passim videmus ferri sententias contra tertios possessores, tamen adiunt coloni, & laboratores dictorum bonorum. Vnde citatio procedere debet, & vide Rot. *decis. in antiquis.*

QVAE.

Digitized by Google

QVÆSTIO XIV.

1 Quæro utiliter, & omissa disputatione, sed in hoc conclusiue procedendo, an dispositio *l. creditores, C. de pignorib.* procedat, & habebat locum in contractu locationis, & conductionis, & utique sic, cũ in omni contractu locum habebat, ut ibi Bart. sentit, *num.* 10. Bal. *col.* 2. *vers. hæc autem sententia*, Angel. *col.* 1. *vers. & ideo*, Salic. *col.* 5. *q.* 3. Neguzan. *de pignor. par.* 4. *num.* 12. *per textum in l. Titius, ff. de seru. export. & in l.* 1. *C. si mancipium*, ita fuerit alienatum Iacob. Menoch. *de adipiscen. possess. remed.* 5. *q.* 5. *num.* 32.

2 Sed pulchra est inspectio locati, & conducti materiam concernens. Est confectum instrumentum, puta venditionis, vel similis, in quo apposita est ista clausula. Et interim debitor constituit se possidere, velut conductor, vel precario nomine, & adijciatur pactum, ut liceat accipere possessionem propria authoritate, quid operabitur? Bar. *in d. l. creditores, numero* 11. tenet hoc pactum valere, & operari hunc effectum ut interuersa possessione per debitorem, poterit creditor propria autoritate possessionem apprehendere, & Bart. secuti sunt Salic. bi *col.* 4. *vers. quid si ultra interueniat*, Bald. *in l.* 2. *q.* 10. *C. de seruitute, & aqua*. Ancharan. *in capitulo potuit, columna quarta, versic. in alia materia, de locato cons.* 263. *in fine*. Rom. *in leg. si ex stipulatione, ff. de acquiren. possessione*, Castrens. *consilio* 43. *libro primo*, Alexand. *consilio* 82. *colum. tertia, versiculo & per consequens, libro secundo, repetit. consil.* 40. *volum.* 3. Iacob. à Sancto Georgio *in repetitione authent. qui rem, columna undecima, C. de sacrosanct. eccles.* Guid. Pap. *decisione* 356. *versic.* 7. *effectus*, Corn. *consil.* 28. *lib.* 3. Vital. *in tract. clausularum, in verbo, constituit se, numero* 12. dicens hoc valde menti tenendum, & limitari, *l. extat, ff. quod metus causa, & l. si quis in tantam, C. unde vi, & l. credito. res de vi publica*, Gozad. *consilio* 42. *columna secunda, versic. secundo principaliter*, Tiraq. *de constitut. parte prima, num.* 27. *& in tract. le mort saisit. par.* 3. *declar.* 2. *& parte* 7. *declarat.* 7.

Cui adde bene in materia loquentes Ferrat. *cautela vigesimaoctaua, si quis*, Ruin. *consil.* 145. *num.* 6. *& consilio* 152. *numero tertio, libro quarto, consil.* 121. *numero octauo, libro quinto*, Socin. sen. *consilio* 82. *columna secunda, libro tertio, consil.* 27. *in fine, libro quarto*, Gozad. *consil. vigesimooctauo, num.* 5. *consil.* 95. *num.* 3. Parif. *consil.* 29. *num.* 22. *lib.* 2. *consil.* 5. *num.* 27. *lib.* 4. Boer. *quæstione* 77. *nu.* 3. Alciat. *respons.* 293. *in fine*, Roland. *consil.* 20. *lib.* 1. Pict. *de in litem iurando, num.* 282. *secundum primam impressionem*, Iac. Menoc. *de recuperan. possessione, remedio* 5. *numer.* 28. ubi confirmat non esse locum *l. creditores, & l. extat.* Idem *remedio primo, q.* 22. *nu.* 232. dicens sic spoliatum non esse restituendum, post Veron. *consil. sexagesimo, col.* 4. *in secundo dubio*. Dec. *consil.* 491. *numero* 9. *versic.* 7. Crauetta, *cons.* 302. *col. prin. vers. sed dicet aliquis*, idem Menoch. *de adipiscend. possess. remedio* 5. *quæstione sexta, numero* 36.

3 Declaratur hæc conclusio, ut procedat incontinẽti, secus si ex aliquo interuallo, quia ita faciendo videtur potius suam possessionem defendere, quam alienam inuadere, ut not. *in l. cum fecundum, & in leg. qui possessionem, ff. de vi, & vi armata*. Tiraq. *de constitu. parte prima, numero trigesimoseptimo, in principio*. Cui adde Iaf. *in l.* 2. *num.* 117. *C. de iure emphyt.* Iul. Clar. *in §. emphyteusis, q.* 25.

4 Declaratur secundo, nisi creditor prius viam iudiciariam elegisset, nam tunc non poterit amplius ut propria authoritate ius dicere, Bald. *in l.* 2. *q.* 10. *C. de iure emphyt.*

5 Practicãdo tamen utilius esse videtur iudicem adire, Neuiz. *cons.* 82. *num.* 27. *&* 28. nec tunc necessaria est debitoris citatio, Afflict. *dec. f.* 320. Menoch. *de recup. possess. remed.* 9. *num.* 208.

6 Et hoc modo habetur limitatio *ad l. de unoquoque ff. de re iudic.*

7 Et ita seruari potest cõmunis sententia, de qua per Iaf. *in l.* 2. *nu.* 117. *C. de iure emph.* licentiam debitoris, nihil operari post possessionis interuentionem.

8 Cauti etiam iudicem adeũtes protestari solent eorum ius saluum fore per viam facti, Alex. *cons.* 130. *rolum.* 5. *lib.* 4. Iaf. *in d. l.* 2. *col.* 35. *C. de iure emphyt.* Claud. Aquen. *ad l. de pupillo, §. meminisse*, ubi Rip. *col.* 4. *ff. de nou. oper. nunc.* Tiraq. *ubi sup. num.* 41.

Et bonum est hisce temporibus, quibus auari iudices sub colore palliatæ iustitiæ omnia tendut ad sportulas debitorum, & ut superioribus iusti appareant, ponam etiam *in titulo de recurs.*

QVÆSTIO XV.

Quæro ad materiam *l.* 1. *ff. si cert. pet.* unum, de quo pro scribentes non vidi in specie tactũ, nũquid statutum de creditoribus loquens comprehendat locatores, & salarij, aut mercedis creditores?

1 Pro negatiua facere videtur, quia creditoris esse videtur, qui potest ab inuito pecuniam extorquere, *l. debitor, ff. de verb. signif.* sed in materia locati, & conducti, conductor cogi non poterit ad soluendum pensionem, vel mercedẽ, vel quia locator pro parte sua non impleuit, vel quia non venit tempus pensionis soluẽdæ, vel consuetudine loci in fine anni, vel ex conuentione, vel simili causa, merito, &c.

2 Pro contraria parte facit, quia credit, qui fidem alienam sequitur, *l.* 1. *ff. si cert. pet.* hic autem sequitur, merito, &c.

3 Secundo pro hac parte facit, *l. creditores, & l. creditorum, ff. de verb. signif.* qui generaliter loquuntur ex quocunque contractu, vel causa.

4 Et hæc opinio est verior etiam in materia statuti stricta, & odiosa. Bou. *de stat. rubr. verb præscript. gl.* 21. *num.* 46. Anguisso. *in constitut. Aurelian. tit. de execut. ex locat. num.* 8. faciunt adducta per Corn. *consil.* 92. *volum.* 4.

5 Et ob id infert Bou. quod statutum de præscriptione licet odiosum de creditoribus loquens, vel cõtra eos, comprehendit locatores, & creditores ex causa mercedis, vel salarij. Durum videtur in salario, & mercede, quæ fauorabiles sunt.

QVÆSTIO XVI.

Quæro, ad materiam *l. serui emptor, ff. de peric. & commod. rei vend.* Emi seruum, & cum pretium non haberem, conduxi eum, donec pretium soluerem, an interim fructus rei emptæ sint mei, vel venditoris?

Dicen-

1 Dicendum videbatur interim fructus esse emptoris *ex l, Iulianus, §. ex vendito, vers. possessionem autem, ff. de actione emptio*, vbi precarius possessor facit fructus suos.

2 Contrarium est verius *ex dicta l. serui emptor*, qua *l. duo* vtilia colliguntur in hac locati, & conducti materia.

3 Primum est, quod emptor pariter, & conductor facit fructus suos conductione pendente, quod verũ est in fructibus naturalibus, idem in industrialibus, secus in fructibus ciuilibus, prout sunt pensiones domorum & operæ ministrorum, vt declarat Castrens. *in d. §. ex vendito, in fine*, & iste est intellectus, & responsio *ad dictum §. ex vendito*.

4 Considerandæ igitur sunt secundum hunc intellectum res, quæ emuntur, postea cõducuntur. Aut enim conducitur fundus, in quo sunt fructus naturales, vel industriales, & tunc est emptoris, & conductoris. Aut conducitur domus, & tunc pensio vti fructus ciuilis erit venditoris pariter & locatoris, *d. l. serui emptor*. Idem dici poterit in nauibus locatis, vecturis equorum, mulorum, & similibus.

5 Vidi in facto casum, quod emptus fuit fundus, postea pro certa responsione in pecunia annuali fuit locatus, cuius erit ista pensio?

Vtique emptoris primi conductoris, postea sublocatoris, quod facit ad materiam *l. nemo, C. lor.* de qua superius vidimus.

Secundo modo respondebat in hac contrarietate glo. *in l. quæsitum, ff. de acquir. rerum domin.* quam secutus est Bart. *in dict. l. serui emptor, in l. 3. §. ex contrario, ff. de acquirenda possess.* & Alberic. *in d. l. serui emptor*, quod ibi loquitur in precario, in quo transfertur ciuilis, & naturalis possessio, *l. serui emptor*, loquitur in conductione, & sic colligitur differentia inter locationem, & precarium.

6 Ex quibus corollarie habetur ampliatio *ad l. rei, ff. loc.* vt rei locatæ dominiũ, & possessionẽ retineamus, vt procedat tam in possessione ciuili, quã naturali, ita vt conductor non faciat fructus suos nisi ciuiles.

7 Secundum, quod colligitur *in d. l. serui emptor*, in hac locati, & conducti materia, vt periculum rei emptæ pariter & conductæ ad conductorem spectet, & sic considera, quòd habet periculum, nec habet recõpensam, (ita vt dicam) vt faciat fructus suos nisi ciuiles, & periculum limitatur, dummodo sine dolo venditoris, vt ibi habetur.

Ampliatur dispositio *dict. leg. serui emptor*, vt procedat nedum in seruo empto, sed in fundo, & alijs rebus, vt ibi per gl. per Alberic. approbatam.

Vnde sequitur corollarium, quod conducens pendente venditione non facit fructus suos, ex quo possidet alieno nomine, nec habet aliquam possessionem ciuilem, vel naturalem.

8 Declaratur dispositio dictæ legis, vt non procedat si præcessit promissio tantum de vendendo, non autẽ vera, & perfecta venditio, cum aliud sit vẽdere, aliud promittere de vendendo, vt superius vidimus, & ita limitat Ruin. *cons. 71. num. 12. lib. 1.*

QVÆSTIO XVII.

Q Væro ad materiam *regulæ, qui prior, lib. 6.* Mutuaui colono meo pecuniam pro emendis bobus, vt possessionem conductam colere possit, præferetur ne alijs creditoribus anterioribus?

1 Vtique non, & cautela datur, vt boues specialiter obligentur. Ita Veronens. *cautela 124. col. 2. vers. ex quo nota*, specialis igitur hypotheca potior est. Caccialup. & Dec. *in l. creditor, ff. si certum petatur.* fallit tamen, vt non præferatur mulieri habenti priorem in dote, *gl. in §. is consequens, in verb. agunt, de æqualitate dotis*. Ripa *in lege priuilegia, num. 32. ff. de priuilegijs creditorum*.

QVAESTIO XVIII.

N Vnquid colonus poterit pignorare damnum autem? ponam *in tit. de iniur. & dam. dat.*

QVÆSTIO XIX.

Q Væro, an merces, & præmium futuræ victoriæ pignorari possit?

1 Primo videbatur dicendum, quod sic, *ex l. commodis, ff. de re iudic.*

2 Contrarium est verius, *ex l. spem, C. quæ res pignori obligari possint*.

Declaratur, vt spes non possit obligari, ne quis à pugna retrahatur, *d. l. spem*, quomodo autem post victoriam pignorari, & obligari possunt, *d. l. commodis*. Ita Castrens. *in d. l. spem*, quem in hoc commendat Nicol. Mozz. *de contract. tit. de pignor. col. 2. num. 28.* dicens hunc verum esse intellectum.

3 Declaratur secundo, vt non possit in pignus capi pignore conuentionali, *d. l. spem*, ibi, priuata pactione, &c. secus in pignore iudiciali, *d. l. commodis*, Ripa *in l. obligatione, num. 42. ff. de pig.*

4 Declaratur tertio, vt in pignus capi possint, quãdo alia bona non extant, & sic in subsidium. Ita Bart. & alij *in dicta l. commodis*, vbi Ias. *in fine*, dicit idem, si alia bona ex magna difficultate haberi possint, & hęc est communis opinio, vt per Nicol. Mozz. *vt supra, numero 30.*

5 Hinc postea practicando infertur, quod stipendia militum honoraria, Doctorum mercedes diuini laboris pignorari possint, dummodo mercedes nõ sint in causa, vt operarius cognoscens se mercede cariturum remissius operaretur, vt per Rip. *in citato loco, ex cap. 1. de feudo*.

QVAESTIO XX.

1 P Ariter creditor poterit instare coram iudice vt sibi debitor cedere volens, seruiat, & operas præstet, donec satisfecerit, & hoc ante petitam quinquennalem, vel cessionem glo. Bar. & Ang. *in l. si pro hærede, § quid tamen, ff. de acquir. hæred.* Bal. *in l. fin. C. de postlimin. reuers. in l. 1. col. fin. Cod. qui bonis cedere possunt*, Firmian. *in verbo debitor pauper, versic. 18.* & ita Romæ practicatur, Brun. *de cessione bonorum quæst. 6. princ. num. 9.*

QVAESTIO XXI.

S Imiliter in deductione bonorum post cessionem acquisitorum, deducuntur operæ solitæ artificijs, & locare operas suas, *gl. fin. in l. si maritus, ff. de re ind.*

re iud. in l. si quis à liberis, § sed & si filius, ff. de liber. agnosc. in l. si quis argentum, §. sed si quis, Cod. de donat. Brun. *de cessione bon. q.* 3 t. *nu.* 1. vbi stipendia militum, & honoraria Doctorum deducuntur.

De feudo.

SVbintrat materia feudalis, vtilis, & lucrosa, de qua plene patet superius *de iure emphyteut.* cum omnia iura, leges, & authoritates, ibidem allegatæ loquantur de emphyteusi, quam feudo pari passu in hoc casu ambulantes.

1 Quare circa quæstiones particulares remitto me ad ibi dicta, & allegata procedendo in hoc cõclusiue. Si igitur quæratur, an vasallus possit locare feudum alteri sine consensu domini, cõclusio est, quod ad modicum tempus potest, sed ad longum nullo modo potest sine consensu domini, Bal. *in c.* 1. *§. at si libellario quibus modis feudum amittatur, in l. pater, num.* 3. *ff. de vsufruct.* Afflict. *in tract. de feud. par.* 3. *num.* 14. *versic. sed dubium, & in constit. tit. de reuoc. alienat. num.* 18. *in cap. Imperialem, num.* 61. *de prohib. feud. alien.* per Federicum. Paris de Put. *de reinteg. feud. cap. an possit reuocari donatio, fol.* 140. Iacob. Menoch. *de arbit. iud. lib.* 2. *cent.* 5. *casu* 5. *num.* 5.

Addo vltra eum, quod hæc est communis opinio, Iacob. *in verbo, & eam pacto de non alienando, num.* 13. Crot. *de feud. par.* 4. *in vltima causa amissionis feudi, regula* 1. *q.* 3. Bertran. *cons.* 2. *num.* 4. *lib.* 2. Iul. Clar. *in §. feudum, q.* 33.

Addo bene in materia loquentes Ruin. *consil.* 44. *nu.* 11. *parte* 1. Ducn. *regula* 40. *num.* 12. Et Bart. locat excadentias eo modo, quo locatę fuerunt ab antiquo, ita quod in nullo debita seruitia minuantur, & non remitti gallinam debitam, Vincent. Franc. *ad feudum, rubr. de his, qui feud. dare possunt, num.* 29.

ADDITIO.

☞ *Quid si Vasallus moritur, & feudum reuertitur ad dominum, ad quem spectat pensio, vtique sit diuisio pro rata inter hæredes vasalli, & dominum.*

De superficiebus.

SVperficiei materia oritur ex ventre locati, & cõducti, vti aperte demonstrant verba, *l.* 1. *ff. de superficiebus.* ob id ponam aliqua in materia.

QVÆSTIO I.

QVæro, quid est superficies, & omissa superficie geometrica, quæ longitudine, & latitudine censetur (vt ait Boet. *lib.* 1. geometricæ) quatenus pertinet ad titulum de superficiebus. Superficies est superior pars, & facies cuiusque rei, quæ oculis cernitur, & eatenus deorsum se extendit, quatenus radij solares calefaciunt. Vaconius *declarationum iuris, lib.* 2. *declar.* 43. *num.* 26. sequitur Iac. Menoch. *de arb. iud. lib.* 2. *cent.* 1. *casu* 31. *& de retin. poss. remed.* 4. *num.* 4.

QVAESTIO II.

QVæro, quis dicatur contractus superficiarius? Vtique, cum quis locat, vendit, vel donat superficiem fundi, vel domus retẽta proprietate, ob cuius recognitionem certum quid annuatim præstatur & sic vtile dominium superficiarij est directum domini, *l. fin. ff. de superficiebus,* Bal. *in l.* 1. *num.* 2. vbi Ias. *num.* 44. *de iure emphyt.*

Hinc ædes superficiariæ *in l. fin. ff. de superficiebus insula superficiaria, in l. inter quos, §. damni, ff. de damn. infect.* sunt quę in superficie positæ sunt, & superficiei pars esse censetur. Vaconius *in citato loco.*

QVAESTIO III.

1 QVæro tertio loco, an sit differentia, si quis conducat solum, vt imponat superficiem, vel ipsam superficiem conducat; & vtique sic, respondit Bart. *in l. fin. ff. de superficiebus.* Si enim conducitur solum superficie destructa remanet conductio in solo, *l. quoties in fin. C. de vsufructu,* secus si conducatur superficies, quia illa perempta, ius superficiarij perimitur. Cum Bar. senserunt Bald. & Rom. relati per Socin. *consil.* 150. *num.* 17. *lib.* 4. Afflict. *decis.* 83. *num.* 12. Ias. *in l.* 1. *num.* 43. *C. de iure emphyt.*

Cautus igitur erit in concipiendis verbis, vt potius conducat solum, quam superficiem.

QVÆSTIO IV.

1 QVæro, an conductor superficiei possit imponere seruitutem in superficie conducta? Vtique posui *in tit. de vsufruct.* ad materiam *l. lex vectigalis, ff. de pign.* an scilicet res transeat cum onere suo, & conclusiu colliguntur, quod sic conductione durante. Vide quæ ibi dixi.

QVÆSTIO V.

1 QVinto loco quæro, an conductor superficiei ius suum alteri cedere possit, & in hac quæstione pro rationibus dubitandi faciunt superius adducta *in titul. de iure emphyteut. in quæst. an emphyteuta alienare possit irrequisito domino,* & similiter exemplo emphyteutæ concluditur, quod non. Bar. *in l.* 1. *§. quod autem, il secondo, de superficiebus,* Socin. *consil.* 207. *in fin. lib.* 2. Afflict. *decis.* 227. *num.* 8. Specul. *in tit. de loca. §. nunc aliqua, versic.* 119. Imol. *in c. potuit, col.* 3. *num.* 8. *de locato.* Aret. *in §. fin. in fin. Instit. locat.* Ias. *in l. fin q.* 18. *num.* 131. *C. de iure emphyt.* Rodoan. *de rebus eccles. non alienan. rubric. de caducitate ob rei alienationem, numero* 7. *fol.* 525. & sic habetur ampliatio *ad l. fin. C. de iure emphyt.* vt procedat etiam in superficiali.

2 Ampliatur, vt multo magis procedat in superficiario ecclesiæ. Bar. dicens hoc singulare *in d. §. quod autem, ex l.* 2. *C. ne rei dominicæ, vel templorum.* Iacob. Menoch *de retin. poss. num.* 34.

3 Declaratur vltra Menoch. *in suo* 4. *remed. recuper. possess.* ex interdicto de superficiebus, vt legari possit. *l. si domus, §. fin. l. si tibi homo, §. fin.* & ibi Bar. Alberic. Castr. & alij, *ff. de leg.* 1. *& tex. in d. l. si domus, §. fin.* loquitur in terminis locati, & conducti in conductore Ciuitatis, & municipij.

4 Quæ conclusio vera est, etiam si illud ius finiatur morte legantis. Ita Bart. *in d. §. fin. ex l. quod in rerum, §.* 1. *ff. de leg.* 1. *& l. studio, ff. de vsufructu.*

Vnde

5 Vnde in materia locati,& cõducti,de qua agimus, cum conductio transeat ad hæredes, *l. viam veritatis, C. locat.* & dicam suo loco legando superficiem conductam consolidatur.

6 Et notabilis est tex. *in l. si domus, §. fin. superius allegatus* in hac locati,& conducti materia,colligitur .n. ibi ex intentione Pauli Castrensis,quod appellatione domini,venit directum habens dominium non vtile.

7 Vnde in facti contingentia. Aliquis locauit ad longum tempus, qui babet vtile dominium, vt superius, vidimus domum, vel fundum, interrogabitur quis, cuiusnam est illa domus?

Vtique dominus directus erit nominandus, pariter dantur confinia alicuius venditionis, vocabitur domus dominij directi, & non conductoris ad longum tempus.

8 Colligitur etiam, & aliud,quod conductor ad longum tempus, vel alias habens vtile dñium, legando simpliciter, videtur legare ius quod habet,& licet illud ius morte extinguatur,tamen legatum substituit.

9 Quod facit contra subtiles, & cauillosos, dicentes fortasse,quid prodest hoc legatũ,si extinguetur morte legantis,& incipiat,& desinat eodem tempore? ponam *in tit. de donat.*

10 Declaratur secundo loco,vltra Menoch. *in d. 4. remed.* vt commoditas fructuum, & actio ad eos vendi, & sublocari possit,glo. est,quam ibi not. Bal. *in l. per diuersas,in verb. iis,qui res,*vbi Bal. *nu. 3. C. mand.* ponentes exemplum in eo, qui possidet sine titulo, emit, vel conducit ius superficiarij, vt se defendat contra proprietarium, & sic dantur tres personæ super eadẽ re,possessor siue titulo,superficiarius,& pprietarius.

11 Secundo consideratur ex mente Bal. quod in superficiario considerantur duo iura, vnum formale,& interius, & hoc cedi nõ potest,aliud extrinsecum,quod respicit commoditatem fructuum percipiendorum, & hoc cedi potest.

12 Sed nunquid transfigere possit? Vtique non. Bal. *in c. 1 de controuer. inter vassallum,& alium, col. 1. vers. sed nunquid.*

QVAESTIO VI.

1 SExto loco quæro. Conductori an competat interdictum de superficiebus? & videtur dicendum quod non,quia competit actio in rem,vt *in l. 1. §. quod autem, ff. de superficiebus.*

2 Secundo hoc probari videtur *ex l. 1. C. de loco publico fruendo.*

3 Distinguendi sunt duo casus,aut loquimur in conductore ad longum tempus,aut ad modicum.

Primo casu datur actio in rem, *d. §. quod autem,* vbi Bar. *n. 4.* rationem reddit,quia conductor ad longum tempus habet ius in re, vt superius vidimus, & ita procedit tex. *in d. §. quod autem.* Si sumus in conductore ad modicum tempus subdistingue, aut ab ecclesia, seu à publico,siue a priuato. Primo casu competit interdictum de superficiebus, secundo casu actio in rẽ, & ita procedant allegata *l. 1. C. de loco publico fruendo.* ita Bar. *in d. §. quod autem, num. 4. in l. emptorem, nu. 5. C. locat.* Bal. *in l. 1. in princ. C. de iure emphyt.* Menoc. *in citato remed. num. 37.*

Et sic in hac locati, & conducti materia colligitur conductorem a publico, vel ecclesia habere ius in re, etiam si sit ad modicum tempus, & æquiparari conductori ad longum tempus in iure,& potentia.

4 Quod facit ad materiam *l. emptorem, C. locati,* vt non procedat in cõductore etiam ad modicum tempus a publico, vel ecclesia, dicam suo loco.

5 Practicando tamen considerandum est, aut superficiarius agit contra proprietarium, aut contra tertium. Primo casu probare tenetur causam suæ iustę possessionis, & ratio est in promptu, quia habet præscriptionem contra se, cum superficies præsumatur in dubio esse domini soli, *l. obligationum fere, §. placet, ff. de act. & oblig.*

Vnde in hoc transfertur onus in superficiarium. *l. 1. ff. de superficiebus, l. generaliter, §. petitum, ff. de fideicom. liber.* Alciat. *de præsumpt. in princ.*

Secundo casu cum agit contra tertium, tunc non tenetur probare causam possessionis suæ. Bar. *in l. 1. §. proponitur, ff. de superficiebus.* Eguinarius Baro. *lib. 6.* Manual. *num. 18.* Iacob. Menoch. *de retin. possess. remed. 4. nu. 43.* vbi temperat sufficere in priore casu ostendere coloratam possessionem, puta instrumentum locationis qualequale illud sit.

6 Vnde nota ex hoc quod instrumentum locationis arguit coloratam possessionem.

QVÆSTIO VII.

QVæro, an conductor superficiei possit petere cautionem de damno infecto?

1 Primo videbatur dicendum, quod sic, *ex l. qui bona, §. & superficiem, ff. de damn. infect.* vbi vnus textus principalis ad hoc.

2 Pro contraria parte facit *l. damn. infect. stipulatio. §. ei, qui de damno infecto,* vbi alius textus principalis ad hoc.

3 Prima sit conclusio. Superficiarius,& fructuarius petunt caueri de damno infecto a vicino, & ita procedit, *& §. superficiarium,* vt ibi Castrens. Alberic. & Alex. notant.

4 Secunda principalis sit conclusio. Superficiarius, & proprietarius habent ad inuicẽ inter se duo remedia in materia damni infecti. Datur enim actio ex locato, & conducto, in qua leuis tantum culpa venit, vt suo loco dicam, & quoniam si non refricaretur, venit leuissima, ideo cõpetit actio de damno infecto, quãdo pinguius succurrit, & ita procedat text. *in d. §. ei, qui,* secundum verum intellectum, quem ibi not. Castren.

5 Declaratur hoc esse verum, quod peti possit actio de damno infecto, quando peteretur super vitio soli, & non aliter, vt ibidem notatur, vt per Alex. *in d. §. ex superficiarium.*

6 Et ex discursu huius quæstionis colliguntur aliqua vtilia in hac locati, & conducti materia.

Primum est, quod appellatione culpæ in dubio venit leuis. Vnde cum dicitur simpliciter loquendo in actione locati venit culpa, intelligitur de leui, prout etiam ex natura contractus, venit, vt suo loco dicam. Et hoc colligitur *ex d. §. ei, qui,* & ibi not. & alias dixi superius.

7 Secundum quod ex eodem loco colligitur, quod locator, vel conductor primo loco agere, & experiri debet actione descendente ex contractu, & sic ex locato, & conducto, & hoc quatenus eius vires se extẽdunt. Sed si ista actio locati, & conducti non habe-

ret

Digitized by Google

ret potentiam ad actum exercendum, tunc recurritur ad pinguius remedium.

8 Vnde cum erimus in facto de leuissima culpa, recurrendum erit ad actionem de damno infecto, & sic passim discurrendo.

Vnde cum practicabitur, si tractetur de leuissima culpa, non intentatur actio locati, & conducti, quia succumberet, sed alia pinguior actio.

Tertium vtile scitu in hac locati, & conducti materia, quod colligitur ex eo contextu, quod est differentia inter simplicem inquilinum, & superficiarium, siue superficiarij conductorem, quia simplex inquilinus nunquam petit sibi caueri, quando damnum fit in rebus inuectis, quia sibi consulere potest migrando, & repetit pensionem suam *vt l. quæ bona, ff. de damno infecto.* Superficiarius vero perdit ius suum, si superficies cadat vitio soli.

Vnde petere debet sibi caueri, vt in dictis iuribus notatur. Si igitur inspicet simplex inquilinus, quonam modo sit sibi consultum, pariter, & superficiarius & quo remedio sibi caueat quando venit leuis, & quando leuissima culpa.

QVAESTIO VIII.

QVæro ad materiam *l. superficiario, ff. de rei vend.* an conductori superficiei competat rei vendicatio.

1 Videbatur dicendum, quod non, quia rei vendicatio competit domino, *l. officium, ff. de rei vend.* not. *in §. 1. Inst. de act.* sed superficiarius non est dominus, imo conductor merito. &c.

2 Contrarium verius est, vt competat vtilis rei vendicatio *l. superficiario*, cum ibi not. qui tex. est celebris in exponendo qui sit superficiarius, idest qui certa mercedem superficiem conduxit.

3 Declaratur hæc conclusio ex mente Accur. ibidẽ vt procedat duobus concurrentibus, primo quod soluat pensionem: secundo quod non sit ad modicum tẽpus. De primo probatur *in l. tutor, §. fin. cum l. sequen. ff. de pig. act.* Secundum patet, *l. 1. §. 1. ff. de superficieb. & superius vidimus.*

4 Et sic duæ competunt exceptiones contra superficiarium agentem ad vtilis rei vendic. Prima est pẽsionis non solutę. Secunda, quod conductio est ad modicum tempus.

Et adde Spec. *de depositionibus, §. 5. col. fin. verbor. in Summa, & in tit. de cau. poss. & propr. in princ. col. 14. vers. & est 12. interdictum.*

QVÆSTIO IX.

1 NVnquid superficiebus competit Publiciana? V. t iq. sic, *l. cum sponsus, §. in vectigalibus, ff. de publicia.* vbi ad propositum locati, & conducti, de quibus agimus Accursi. quod datur vsucapio ad effectum vtilis dominij, vt amittatur per dominum directum, nõ autem quoad dominum directum acti per spatium 30. vel 40. ego dicam *in tit. de præscrip.*

2 Et nota pariter illum text. ponentem regulam generalem, quod in omnibus prædijs vectigalibus competit Publiciana, et pariter vsucapio ad effectum prędictum.

QVAESTIO X.

1 QVæro, an conductor superficiei possit pignorare superficiem conductam, & vtique sic, *l. tutor, §. final. & l. sequenti, ff. de pignor. action. l. grege, §. fin. ff. de pignor. l. etiam, ff. qui potiores in pignore habeantur.*

2 Quæ iura notanda sunt, quia ex eis colligitur, quod superficiario competunt vtiles actiones, prout *in d. l. tutor, §. fin.*

3 Secundum (& hoc ad propositum materiæ locati, & conducti) vt talis pignoratio fiat sine præiudicio debitæ mercedis, prout *in l. sane, ff. de pignor. act.* quæ debita merces solarium appellatur, prout *in l. etiam*, & pro ista hypotheca competit hypothecaria cõtra quemlibet possessorem, prout *d. l. grege, §. & insuper.* vbi Bart. addit, quod durat hypotheca durante conductione superficiei. Qua resoluta resoluitur ius hypothecę, & dominus soli præfertur alijs, & est potior, *d. l. etiam*, superius allegata.

Et nota modum loquendi Iurisconsultorum de *verbo hodie, in verbo, sane, ff. de pignor. act.* lex enim semper loquitur *l. Ariani, C. de hæret.*

Vnde quandocunque lex loquatur, illud hodie durat. Bar. *in l. aut gradatim, §. sed & si. ff. de dam. infec.*

4 Vnde si ad propositum materiæ locati, & conducti cõstitutio, vel statutum diceret, per hæc verba, vel similia, hodie conductor hoc non potest, donec constitutio durat, illud hodie durat.

QVÆSTIO XI.

1 QVæro, an superficiarius nunciare possit nouum opus.

Primo videbatur dicendum, quod non, quia nec vsufructuarius potest, *l. 1. §. vsufructuarium, ff. de noui oper. nunc.*

2 Contrarium est verius, *ex l. in prouinciali, §. si ego, ff. de nou. oper. nunciat.* Ratio duplex assignatur, quia superficiarius habet vtile dominium, & vtilem in rem, *l. 1. §. quod autem, ff. de superficiebus.* dixi superius *quæstio 8.*

3 Secunda assignatur ratio, quia superficiarius habet ius vendicandæ seruitutis, potest enim agere confessoria, ideo & nunciare potest. Ita sentit Iaſ. *in dict. §. si ego, num. 3.*

Nec obstare videtur ratio de vsufructuario, quia hoc ideo procedit, quia vsufructuarius habet ius personale, & ius fragilius, quam habeat superficiarius, vt post Imol. sentit Iaſ. *in d. § vsufructuarium*, iungendo simul rationem Bar. & Imo. dicentis hanc esse veram rationem.

4 Vnum nõ omittam ad intellectum *l. superficiario, ff. de rei vend.* quem inueni penes Iaſ. quod non est de necessitate, vt in contractu superficiei aliquid annuũ præstetur, sed potest fieri dupliciter, potest namque vendi superficies pro tot, nulla superueniẽte recognitione annuali, potest etiam vendi pro tot cum hoc, quod annuatim quid minimũ pro recognitione præstetur. Ita ex Bal. *in d. l. col. 3. C. de iure emphyt. & in c. 1. §. hæc quoque, col. 5. de success. feudi.*

Et sic secundum prædicta colligitur, quod superficies fit ex venditione, vel donatione, & potest fieri cum recognitione, vel sine. Si tamen fiat recognitio, sufficit quid minimum.

Am-

Digitized by Google

5 Ampliatur ista conclusio, vt superficiarius nunciare possit tam proprio nomine, quã procuratorio nomine domini, quia eo ipso censetur constitutus procurator ab ipso domino soli quoad ea, quæ tendunt ad custodiam, & conseruationem rei. Alex. *in d. §. si ego, in princip.* vbi vult, quod si fiat damnum ipsi superficiei, tunc etiam procuratorio nomine potest. Si autem ipsa solo simpliciter præiudicaret, tunc non posset procuratorio nomine, & ita sublimitat Alex. vnde cauendum est qua in re inferatur damnũ, vel in superficie, vel in solo, & per prædicta concludit ibi *Ias. num. 3.* quod superficiarius potest agere etiam confessoria.

QVAESTIO XII.

QVæro vnum breuiter ad materiam *l. sed addes. §. si inquilinus, ff. loc.* Concessi tibi fundum in emphyteusim, vel liuellum, an possim concedere superficiem iure proprio?

1 Vtique sic, & resultat ista vtilitas, quod finita emphyteusi, vel liuello, possum eleuare superficiem, & sic ædificium, cum illud habeam iure proprio, nisi domino soluente æstimationem, & sic licet emphyteusis, & superficies sint diuersæ naturæ, & effectus, simul tamen concurrunt modo prædicto. ita Bald. *in auth. qui rem, num. 3. C. de sacrosanc. eccl.* dicens in primis consuetudinem inspicienda, *l. 3. ff. de seruitu. in l. si domus, §. fin. ti. de leg. 1. in c. 1. §. si quis de manso, col. 6. de controuer. inuestitu. in t. 1. §. si vasallus, in tit. hic finitur lex* Corra. Ias. *in l. in prouinciali, §. si ego, ff. de non. oper. nunciat.* qui mordet Bart. aliter tenentem *in l. 1. §. quod autem, de superficiebus*, quam sequitur videtur Castr. *in d. l. 3. ff. de seruitu.*

2 Ex quibus patet intellectus *ad l. obligationum fere, §. placet, ff. de act. & oblig.* qui procedit de rigore iuris, secus de æquitate, propter coniunctionem expressam. ita Bal. *in auth. excipitur, C. de bon. quæ lib.*

3 Secundo ille textus intelligitur respectu directi dominij, vt qui habet dominium directum soli, habeat in cõsequentiam & superficiei, secus quoad vtile dominium, quod est ipsius superficiarij ita *Ias. in d. §. si ego, sub num. 2.*

Et aduertendum secundum vnam litera, quia textus allegatur a Bal. *in l. sed addes, §. si inquilinus arcam*, & vera litera dicit, arcam concameratam, & magna in significatione horum verborum est differentia.

QVÆSTIO XIII.

1 QVæro, an superficiario competat vti possidetis interdictum? & textus est in hoc clarus, quod sic, in terminis superficiariæ locationis loquens, *in l. si duo, §. cæterum, ff. vti possidetis*, vbi superficiarij proprio interdicto, & actionibus vtuntur, quod interdictum nullum proprium dici potest, quam de superficiebus, & dum textus ibi dicit, proprijs actionibus, &c. quæ sunt tres, vtilis in rem, ex conducto, vel ex empto, quod confirmant verba sequentia in eodem §. sed prætor, superficiarium tuebitur secundum legem locationis.

Bene verum est, quod Bartolus ibi post Accur. aliter sentit, scilicet, quod superficiario competat vti possidetis, sed repugnant verba litteræ, proprium interdictum, certè quod propriè dici poterit proprium interdictum superficiarij de superficiebus, quod in nomine conuenit, vel vti possi. & cum hac opinione transit *Iac. Menoch. de retinen. poss. remed. 3. qu. 260.* Bocca. *de interd. c. 7.*

2 E contra vero competit domino soli interdictum vti possidetis, tam aduersus superficiarium turbatorem, quam contra tertium. Prætor vero tuetur superficiarium secundum legem locationis suæ, nam sufficit, & contentus esse debet dominus, ne turbetur in possessione sua, non autem superficiario nocere in sua.

Et notabilis est hic tex. in hac materia, quod superficiem applicat ad materiã locationis, & cõductionis.

QVAESTIO XIIII.

Cænaculo.

1 PRosequendo materiam *l. si duo, §. cæterum, ff. vti poss.* quæro vnum, quod in facto contingit in patria Tudertina cœnaculi. Si turbetur cœnacularius, cui competit interdictum, vel cœnaculario, vel domino? & vtique domino soli, & domus, vel vero possessori, non cœnaculario, quia superficies cedit solo: non ergo superficiarius, sed dominus possidere dicitur, ergo ipse dicitur molestatus, vel turbatus *d. l. si duo, §. si sup. ff. vti poss.*

2 Declaratur, vt non procedat, quando cœnaculum aliunde habeat aditum, vel ex publico, vel ex priuato, quia tunc cœnaculum non dicitur possideri a domino ędium, vel soli, sed ab ipso cœnaculario. ita Iac. Menoch. *de retinen. poss. remed. 3. q. 30. num. 247.*

3 Vnde semper in practica cauti erimus, an cęnaculum habeat aditum aliunde, vel non, & videmus in Castris, quod prope parietem iuxta viam publicam fiunt, & eriguntur scalæ pro ascendendo ad superiorẽ partem, & ad cęnaculum.

Et vltra Menoc. plene prosequentem hanc materiam *in 3. remed. retinendæ possessionis*, addo bonum locum in materia ab eo non visum, nec allegatum, vt per Capic. *decis.* 117. vbi materiam in pulchre tractat vbi dat nobis modum practicandi, & articulandi. Primo, quod cænaculum substenteiur ex duobus saltem lateribus super partem inferiorem. Secundum, quod aditus ad illud cænaculũ per annos quinquaginta, & vltra fuit ex tali loco, non ex parte inferiori, & alia, de quibus per eum, ad quem recurras.

4 Et in hac locati & conducti materia cœnaculum, de quo agimus, ad locati & conducti materiam pertinet, & erat superior pars domus, ad quam scalis ascendebatur, quæ pars inquilinis, & conductoribus domorum locari solebat retenta inferiori parte pro dominorummet vsu.

5 Hinc cœnacularium exercere, qui solebat inquilinis cœnacula locare a cœna, quia antiqui in superiori parte domus cœnabant. Ita Alc. interpretatur verba græce scripta *in d. §. si sup. lib. prætermissorum, titul. vti poss. 1.* cœnaculum supra esset. Ale. ab Alex. *genia. dierum lib. 3. c. 14.*

6 Hinc cœnacularius, idest cœnaculi conductor. dixi supra in quæstione locationis diffinitio.

Et cęnacula tenues homines conducere solebant. Vnde Iuuen. satira 10.

Rarus venit in cœnacula miles, idest inquilinos, & pauperes, qui in conducto habitant.

7 Et sic vides, quod antiqui locabant partes superiores, tanquam viliores.

Et quando non locabant, reponebant in eis cubicula, cedia, conclauia, & alia habitationi necessaria. Hotoman. *in comment. verb. iuris, in verbo, cœnaculum, in fine*. Francisc. Balduin. *de pignor. cap. 6. decis. Perus.* 84. *num.* 3.

Et de hoc cœnaculo sæpius habetur mentio *in titulo de his, qui dele. vel effu.* vt percurrendo videri potest *in l. soluntum, §. plane, ff. de pign. act.*

8 Vnde videtur per conductionem habitare domos alienas, & vulgo dici solet, *Vaper case a pigione*.

QVÆSTIO XV.

1 ET per modum corollarij ex supradictis quæstionibus, decisioni busque supra factis infertur primo, quod conductor superficiei non tenetur ad aliquam pensionem si superficies in totum destruatur, ex Bar. *in l. damni infecti stipulatio, §. et quis, ff. de damn. infect.* Cuius dictum videtur limitandum, nisi facto superficiarij hoc eueniat argumento, *l. sed cum fructuarius, ff. de vsufruct.*

2 Sequitur secundo, quod superficiarius possidet naturaliter, ex Bar. *in l. si duo, §. cæterum, ff. vti poss.* Spec. *de locat. §. 6. vers.* 46. quem locum non specificauit Firmian. *in reper. in verbo, possessio apud quos.*

3 Sequitur tertio, quod si superficies augeatur, pensio sit augenda, dicam *in tit. de remiss. merced.*

4 Igitur superficiarius seruitutem imponere potest & habet vtilem in rem, agit interdicto de superficiebus agit *tit. de dam. infect.* agit ex locato ad damnum.

5 E contra ius alij cedere non potest, non habet vtilem in rem, non agit interdicto de superficiebus, non agit de damno infecto, agit ex locato ad damnum.

Habet publicianam,
Pignorat.
Nunciat.
Possidet naturaliter.
Vtile dominium habet.

De possessore maioratus.

QVÆSTIO I.

1 VTilis, quotidiana, & practicabilis est quæstio, an possessor maioratus possit locare bona perpetua in familia relicta, ad materiam, *l. rodecillis, §. institutio, ff. de leg.* 2. Et quæstio hæc pendet ab illa, an prohibitus alienare, vel vendere, locare possit, de qua superius vidimus, dum de locatione ad longum tempus tractauimus, ob id ad ibidem dicta me remitto, ne transcribere videar. Et omissis hinc inde rationibus, de quibus in dicto loco, vera cōclusio est, quod ad modicum tempus potest, secus ad longum tempus quia successor stare non tenebitur. Bar. & alij, *in d. §. institut o.* Castren. *in l. si quis domum, §. 1. num.* 3. *ff. loc.* Bal. *in l. emptorem, num.* 5. 6. *C. locat.* Et hæc est communis opinio. Cur. *de feud. q.* 14. Eman. *in suo thesaur. recept. sent. littera C. nu.* 194. Cras. *in §. fideicom. q.* 59.

2 Ex quibus corollarie habetur ampliatio *ad l. emptorem, C. loca.* vt procedat in successore in maioratu cum conductore ad longum tempus.

3 Contrarium sentire videtur Bal. *cons. vlt. lib.* 4. Ioseph. *Rot. Luc.* 64. *num.* 13.

4 Declaratur hæc conclusio, vt multo magis procedat stāte prohibitione tacita, vt puta, quod bona perpetuo remaneant in familia, sed in prohibitione expressa apponendo aliqua verba prægnātia, puta quoquo modo, vel similia, *glos. in clem.* 1. *de foro compet. in l. nulla, C. de iur. dot.* Tiraquel. *de iure primogenit. q.* 61. Curt. iun. *cons.* 25. Dec. *cons.* 645. *num.* 43. Egregie Afflict. *lib.* 2. *tit. de inuest. de renon. rit. fact. §. quod ergo, num.* 21. Gozad. *cons.* 25.

5 Declaratur secundo allegata conclusio, vt nō procedat de alienatione proprijssime sumpta, quo casu venit translatio domini directi, & sic fieri poterit locatio ad longum tempus, sed de alienatione proprie sumpta intelligitur alienatio proprie sumpta, si vero impropriissime, comprahendit etiam obligationem, Bal. *in cap.* 1. *§. vt libellario, quibus modis feud. amittat. in auth. hoc ius porrectum, C. de sacrosan. eccles.* Et hæc est communis opinio, Salic. *in l. fin. nu.* 1. *C. de reb. alien. non alienand.* Rip. *in l. fin. q.* 42. *C. de reuoc. donat.* Bero. *int. nulli, num.* 21. *de rebus eccles. non alienan.* Emanuel. Soarez. *in suo thesau. litera A num.* 138.

Addo bene declarantem Rodoan. *de reb. eccles. non alienan. in princ. in rubr. de significat. verbi, alienatio, nu.* 10. *fol.* 7. Rebuff. *in sua praxi in compend. de rerum eccles. alien. num.* 6. *& seq.* Barbat. *consil.* 15. *col.* 13. *lib.* 1. *decis. Perus.* 93. *nu.* 13. vbi alienationem quatuor modis considerat Alciat. *in l. alienatur, ff. de verbor. significat.* Pedemon. *decis.* 85. bonus locus apud Firmian. *littera A. in verbo, alienationis appellatione.*

6 Quomodo autem intelligatur in vltimis voluntatibus, declarat ratio, si expressa est, verba præcedentia, vel sequentia, & in dubio stricte erit interpretanda. Socin. iun. *cons.* 63. *nu.* 28. *&* 29. *lib.* 2. *& in l.* 1. *ff. de reb. dub.* post Rom. *cons.* 231, Dec. *cons.* 625. *nu.* 7. *& cons* 626. *nu.* 3. Pedem. *decis.* 50.

7 Declaratur tertio, quando dispositio est contra rationem legis repugnantem, vel continet ius singulare, *l. fin. vbi no. C. de præd. curial. lib.* 10. Bal. *in auth. ei qui, num.* 24. *C. de bon. auth. iudic. possid.*

Declaratur quarto, in prohibitionibus odiosis, puta si testator prohibuisset alienari in consortem, quia hoc casu valebit alienatio, & locatio, secus in nō odiosis. Bal. *in l. fin. C. de rebus alien. non alienan.* Socin. *reg.* 25. *limit. vlt.*

8 Declaratur quinto, vt successor in maioratu teneatur stare locationi authoris, si alia bona habuisset à defuncto, & hæc maxime si essent hypothecata pro securitate contractus, quo casu obligant successorem ad materiam *l. emptorem, C. locat.* Ita Anton. de Padill. *ad l. vnum ex familia, §. si de Falcidia, num.* 12. *ff. de leg.* 2. per not. *in l. cum à matre, C. de rei vendicat. & in l. ex qua persona, ff. de reg. iur.*

9 Declaratur sexto, in prohibito alienare sub pœna, quo casu locare poterit ad longum tempus, *t. nulli, in verbo, alienatione, de rebus eccles. non alienan.* Castr. *consil.* 20. Socin. *regul.* 25. *alienare prohibitus.* Pœnalis igitur prohibitio alienationis non includit locationem ad longum tempus.

10 Declaratur septimo, in locatione in quinquenniū, quæ non censetur prohibita, vt dixi supra de locatione ad longum tempus, & in terminis Port. *consil.* 61. Marzar. *de fideicom. par.* 2. *q.* 30. Peregrin. *de fideicommiss. art.* 40. *num.* 91.

QVÆ.

Digitized by Google

QVAESTIO II.

1 QVæro, possessor maioratus alienauit, post recuperauit, excusabiturne? quęstionem hanc posui superius in materia *l.2. C. de iure emphyt.* ad ibi dicta me remitto.

2 Addo, quod non excusetur, quod hæc est communis opinio. Ias. *in l. fin. q. 20. sub num. 135. C. de iure emphytent.* Grat. *consil. 133. num. 2. lib. 2.* Rip. *ad leg. nu. 55. ff. ad leg. Falcid.* Socin. iun. *consil. 20. num. 38. lib. 2.* Iul. Clar. *in §. emphyteusis, q. 13. versic. sed quid si,* Ias. *in terminis, consil. 29. lib. 1.* Veron. *in l. quis sit fugitiuus, num. 6. ff. de edil. edic.*

QVAESTIO III.

PVlchra est quæstio, & passim in foro contingibilis, an hæres, qui alienauit rem maioratus, locando ad longum tempus, teneatur ad restitutionem fructuum.

Circa hanc quæstionem perquisiui quādoque scribentes, qui in materia vltimarum voluntatum plene scribere professi sunt, quique fructuum materiā tractauerunt, nec de hoc mentionem aliquam reperire potui: quare tangam illius decisionem.

1 Et primo videbatur dicendum, quod immo faciat fructus suos, quia possessor sine titulo, vel cum titulo inualido, facit fructus suos, *l. bonæ fidei, ff. de acquiren. rerum domin.*

2 Contrarium in terminis consulendo tenuit *Ias. consil. 29. num. 3. vol. 1.* allegando per multa fundamenta consuluisse Cur. iun. ea ratione, quia iste sic locans ad longum tempus est in mala fide, locando contra mētem defuncti, ergo maxime tenetur ad fructus perceptos *l. si fundum, C. de rei vendic.*

3 Possessor enim malæ fidei tenetur ad fructus perceptus *d. l. si fundum, l. si nauis, ff. de rei vend. l. qui sit, §. si. ff. de vsur.* Ber *in c. grauis, num. 34. de restit. spoliat.* Silua. *cons. 49. num. 79. lib. 1.* Iacob. Menoch. ponens hoc pro constanti *in 15. remed. recuperan. possess. num. 590.* Nec contraria ratio obstare videtur, quia sumus in mero possessore malæ fidei. Et sic faciens contra voluntatem defuncti, dicitur in mala fide, & tenetur ad fructus.

4 Et ad propositum tam materię locati, & conducti, de qua agimus, quam malæ fidei possessoris, addo vnum de quo tetigi supra, *de creditore, q. 8.*

5 Quod licet malę fidei possessor teneatur ad restitutionem fructuum, prout superius vidimus, tamen deducit omnes expensas factas in cultura fundi, & nedū pro cultura, sed etiam pro custodia ipsius, *l. si a domino, §. fin. ff. de petit. hæredit. l. fundus, qui, in primo respon. in fin. ff. de petit. hæredit.* Bal. *in leg. 1. volum. 1. C. de fruct. & lit. expen.* mirans Bartolum contrarium tenuisse *in l. cum quæreretur, §. prædijs, ff. de leg. 3.* ad idem adducit Bal. *l. si ita, §. fin. ff. de fund. instruct.* sequuntur Castren. & *Ias. in l. diuortio, §. impendia, ff. soluto matrim. in leg. domum alias, l. sumptus, ff. de leg. 1.* late Tiraquel. *de retract. consang. §. 15. glos. fructus, num. 1.* Cotta *in memorab. hoc valde commendans, in verbo, statuto Mediolani cauetur, quod in diuisionibus, &c.* Rom. *singul. 236. malæ fidei,* Cassau. *consil. 61. num. 5. & 6.* Iacob. Menoch. *de recuper. possess remed. 15. num. 576.* inferens ex hoc quod in fundo si colligantur centum puta sacci frumenti, & pro cultura ascendatur ad quinquaginta, quinquaginta alij tantum erunt restituendi. Ponam latius *in tit. de fructib.*

Salua pro nunc Bart. vt *in d. §. prædijs* loquatur in impensa temporali, secus perpetua, & ita loquitur *d. l. si ita in fine,* & ita declarat Bero. *in cap. 1. num. 96. de vsuris.*

Impensa igitur detrahitur ad fundi culturam ad perpetuam vtilitatem.

QVAESTIO IIII.

QVæritur de pulchra quæstione, quæ sæpius in facto contingit. Oritur contentio inter conductorem ad longum tempus, & successorem in maioratu, quia conductor vult discedere, & successor in maioratu vult, quod permaneat, & continuet, quis audiendus? Anton. de Padill. *in l. vnum ex familia, §. si de Falcidia, nu. 13.* tenuit conductorem posse imponere discedere, vt æqualitas in contractibus seruetur, sicut posset successor impune expellere. Ponam *in tit. de singular. successor.* vbi videtur locus suus, nunc tetigisse sufficiat.

Sequitur alter gradus personarum in materia locati, & conducti.

Gradus quartus.

Medicus.	*Ambasiator.*
Fideiussor.	*Mercator.*
Præceptor.	*Sacerdos.*

Sequester.

VTilis, & delectabilis est indagatio Medici speculatio in materia locati, & conducti, de quo tractare intendo, nō excludendo tamen materiam locati & conducti, omissis alijs interim rogabimus Deū optimum maximum, qui languores nostros curat, vt de medico tractantes a medicorū indigentia nos liberet.

De Medico.

QVÆSTIO I.

1 MEdicorum causa iustissima est, & iustior, quā professorum liberalium artium: hi namque studiorum curam, Medici vero corporis curā agunt, *leg. 1. §. 1. ff. de varijs, & extraordinar. cognitio.* quique eligi debent, non a præside prouinciæ, sed ab ordine, & possessoribus Ciuitatis, qui certi de probitate morum, & peritia artis idoneum eligunt, cui se, liberosque suos in ægritudine committant, pulcher text. *in l. 1. ff. de decret. ab ordine facien.* quem commendat Bald. *in l. 1. num. 3. C. mandat.* Latè in materia Magon. *Rot. Florent. 11. num. 6.*

2 Pro parte igitur affirmatiua facit text. *in l. 1. ff. de var. & extraordin. cognitio.* ponderando primo loco verba illa in principio posita, ibi, præses prouinciæ de mercedibus ius dicere solet, postea enumerat medicos, ergo medicis salarium debetur.

3 Secundo loco ponderatur ille textus, dum inquit, quod iustior est causa medicorum, quam professorū liberaliū artium, hi .n. inuigilant morib. medici vitæ,

quæ

quæ præfertur si igitur iustior est, & professoribus liberalium artium debetur, multo magis debetur medicis.

4 Tertio pro hac parte facit id, quod refertur apud Pontan. vbi Mercurius a Charōte interrogatus, quod genus hominum liberius viuerer. liberius (inquit) medici viuunt, vt quibus permissum est hominem impune occidere, & insuper mercedem recipere. *Vnde* apud Stobæum sermone.100.

Soli medico, & aduocato occidere licet impune.

5 Pro contraria parte facere videtur, quod medici ratione exercitij habent multa priuilegia, & a multis oneribus excusantur, vt no. *in §. item Romæ, Institut. de excusat. tutorum*. Si igitur releuentur in hoc, frustra de mercede quærendum videtur, hæc enim bonam mercedem, & iustum præmium videntur ab oneribus liberare.

6 Prima tamen opinio est verior, *ex l. 1. ff. de variar. & extraord. cognit. ex l. 1. ff. de decret. ab ordin. faciend.* vbi Priores Ciuitatis salarium constituunt. not. *in ea. no. qui studes. 11. quæst.* Geanut. *Theoremat. 12. numero* 5. Socin. late, *cons. 196. lib. 2.* Bellon. *in princip. instit. de oblig. numer.* 5. vbi quod datur officium iudicis medico.

7 Ampliatur hæc conclusio, vt procedat etiam in obstetricibus, quæ & medicinam profiteri dicuntur *d. l. 1. & dixi in titu. de obstetricibus* tex. igitur clarus est, quod obstetricibus salarium debeatur ex officio, licet non promissum, neque conuentum.

Ampliatur secundo, vt tale salarium veniat appellatione alimentorum, Angel. *in l. cum hi, §. transigit, ff. de transact.* Roland. *in l. si quis a liberis, consil. 22. nu. 3. lib. 1.* Cordub. *ad §. non tantum. numer. 30. de liber. agnos.*

8 Sed quæ præmia dantur obstetricibus? Omnia regna mundi, si pariendo nascetur masculus, si fœmina in caminum ignis, ibi erit fletus, & stridor dentium.

9 Declaratur ex mēte eiusdem *l. 1. ff. de var. & extraordinar. cognit.* vt nō procedat in istis incantatoribus, impostoribus, & exorcistis, qui vere medici non sunt. Omisit Iurisconsultus istos vulgo *saltinbanchi*, qui sæpius medicamenta dissimulant.

Nota tamen *l.* C. *in d. l. 1. in duobus*, primo, quod medicus dicitur, ex quo in certa corporis parte medetur.

10 Vnde Doctor Iuris Ciuilis tantum, vel Canonici tantum, Doctor Iure optime appellari poterit. Notarius, qui est practicus in aliquo tantum genere instrumentorum, vere Notarius appellari meretur.

11 Nota etiam secundo, quod adeo cupiunt sanari homines, vt sæpius currant pro remedijs ad incantatores, & fortasse adhibent medicamenta, imaginaria tamen, vt ibi I. C. ait. multi eum prædicatione, & laude profuisse affirmant. Et licet excludantur a *l. C. a. num.* medicorum, maiora certe dātur eis salaria, quam veris medicis.

12 Et nota, quod vulgo impostores appellantur. quare male vertit, & legit illum textum Ange. Politia. in posterum.

13 Et priores Populi, & ordo Ciuitatis possunt constituere salarium medicis, vt no. Bart. per illum tex. *in l. 1. ff. de decret. ab ordin. faciend.*

QVAESTIO II.

QVæro secundo loco principaliter ad materiā *l. si. C. de negot. gest.* an medicus curans infirmum inuitum, & nolentem possit petere salarium, & expensas, si quas fecit.

1 Pro parte negatiua facit primo loco *l. inuito, ff. de reg. iur.* vbi inuito beneficium non datur.

2 Secundo facit *l. si. C. de neg. gest.* vbi clarius loquitur in debitore prohibente aliquid fieri ad sui fauorem. Si enim fiat, nulla competit actio, nec vtilis, neque directa negociorum gestorum, reddēdo rationem, quia nemo cogitur recipere aliquem in creditorem.

3 Tertio pro hac parte facit *l. si pro te, ff. mand.* quam ad hoc propositum singularem dixit Aret. *in §. actionum, col. 15. Inst. de act.* vbi stante prohibitione, protestatione, vel denunciatione nulla competit actio negociorum gestorum, nec vtilis neque directa.

4 Pro contraria parte facit primo, quia mutuans filiofamilias studenti. repetit, licet pater mutuanti expresse prohibuerit. Et quod est vtiliter gestum glo. notab. *in l. sed & Iulianos, §. sed quod dicitur, ff. ad Macedonian.* commendat. Alex. *in l. quamuis, nu. 14. ff. solu. matrim.* Papiens. *in pract. in libell. pro hered. vel re sing. nu. 12.* Bal. Nouell. *de dot. par. 6. priuileg. 46.* Soc. *cons. 286. num. 4.* Felin. *in c. 1. de magist.* Ioea. Lut. *de priuileg. schol. priuileg. 19.*

5 Secundo facit, quia expendens pro redēptione personæ alicuius, etiam cōtra prohibitionem repetit. *Io.* And. *in c. cum. C. laicus, de foro compet.* argumento, *l. cum ratio, ff. de bon. dam.*

6 Tertio facit *l. sed & si quis, §. idem Labeo*, vbi Bal. *ff. de relig. & sumpt. fune.* vbi expendens pro funere alicuius repetet, licet hærede contradicente, quia publice interest corpora tumulari. Et si corpora mortua mrotuarl, multo magis viua, ægrota tamen, sanari. Et sic medico dabitur repetitio ab infirmo inuito, & in hoc irrationali, & ingrato.

7 Et hæc secunda opinio est verior, & æquior, quam originaliter tenuit gl. ab omnibus cōmendata in Cano. *1. incipiente, prouidendum, 83. distinct.* quam incognitam, & singularem dixit Roman. *sing. 124.* Tu habes, Cagnol. *in l. inuito, numer. 6. & 7. ff. de reg. iur.* Dec. *cons. 691. nu. 12.* Granut. *theorem. 12. nu. 5.*

Addo ab eo nō allegatos, & pulchre in materia loquentes Spec. *de salar. §. fin. vers. sed quid si infirmus*, Alex. *in l. si. lim. 3. sub nu. 7. C. de neg. gest.* vbi hoc summopere cōmendat, & laudat Franc. *in c. si. col. 1. prope medium, de for. compet.* Socin. *in reg. 180. litera E, incipiente, expendens, limi. 4.* vbi pariter hoc valde cōmēdat Tiraq. dicens hoc singulare, *de retract. conuent. §. 7. glos. 1. num. 10. plenius in tract. nobilitat. c. 6. num. 37. vers. adde* & tex. Barbac. *in rubr. de solu.* paulo ante fine, Alex. post Bar. *in l. Stichus, ff. de pecul. le.* Abb. *cons. 91. quoad primum, vol. 2.* Rip. *in tracta. de pest. cap. si. vbi de remed. ad confer. pest. num. 103.* allegando illud, quod bona præstantur inuitis, quando eorum consulitur vtilitati, non voluntati. Can. qui emundat, *45. distinct.* Felin. *in c. contingit, de senten. excommun. & in c. inter cætera, nu. 13. de rescript.* late Didac. Segur. *in repet. l. 1. §. si vir, nu. 123. de sequestra. possess.* latissime Ferdin. Gomit. *in l. 27. Tauri, fol. 175. nu. 104.* Barbac. *cons. 54.*

col.fin.lib.2. Cotta hoc valde commendans in memorab. in verb. beneficium inuito, Cortet. *in singul. in verbo expensa*, 1. vbi temperat vno modo, nisi medicus esset coniunctus sanguine infirmo, Alphan. *re. por.* 958. Pont. *de Aliment. capitulo* 16. *numero* 7. Ad contraria respondetur, vt regula fit illa, quæ in iuribus pro contraria parte adductis colligitur fallit tamen in præallegato casu in medico curante infirmū, nolentem inuitum, prohibentem.

Et sic vtilitati studendo, recolligendo spicas hinc inde sparsas, regula est vera, & iurib. approbata, quod inuito beneficium non datur. *l. inuito, ff. de reg. iur. l. si pro te, ff mand. l. fin. C. de neg. gest.*

8 Fallit in mutuo facto filiofamilias studenti, patre inuito, vt in primo argumento pro hac secūda parte.

Secundo fallit in expédente pro redemptione personæ, vel excarceratione ipsius, vt in secundo argumento.

Tertio fallit in expendente in funere alicuius, vt in tertia ratione. Addo Duen. *reg.* 397. Fallit quarto loco in medico infirmum curante, iuribus superius adductis vel in dante salarium medico pro infirmo nolente, Bal. Nouel. *ad l.* 1. *num.* 224. *ff. sol. matr.* Magon. Rot. *Florent.* 11. *num.* 11.

Digressio.

9 NOn parua sanè videtur ingratitudo in medicorum materia. Curatur infirmus a graui fortasse infirmitate, postea dicit, nolo soluere mercedē tuam, quia me curasti inuitum, & prohibentem, quid enim lanitati vtilius in bonis corporalibus? ita vt multi ex sapientibus antiquis summum bonum in sanitate ponerent. O Bone Deus, quæ infælicitas est ista, curare infirmum inuitum, & velle potius mori, quam viuere.

Hor. dixit; inuitum qui seruat, idem facit occidenti.

10 Ponderandus est etiam textus in allegata *l. fin. C. de negoc. gestis*, dum terminos constituit, aut quis prohibuit ab initio, aut in medico operam, & laborem, vt repetantur expensæ prius factæ non post prohibitionem.

11 Ponderandus etiam est dum differentiam facit, an quis expresse prohibuerit, & tunc non repetet, aut voluntas simpliciter cesse. & isto casu repetitio datur. Ita Curt. iun. *in l. more, nu.* 91. *ff. de iurisd. om. iud.* commendat Iacob. Menoch. *de arb. iud. lib.* .. *q.* 69. *num.* 27.

12 Vidi in facto casum, Conduxi operarium ad construendum domum, scribendum librum, vel quid simile, in medio operis pœniter me, & licentio operarium, debebitur ne pro tempore tantum merces, vel pro integro opere, cum per operarium non steterit? Practici dicunt inspiciendam cōuentionem, aut pro integro opere, & sic vnica, aut dies, & pro rata.

QVÆSTIO III.

QVæro, an medicus teneatur gratis mederi pauperibus & impotentibus. Hanc quæstionē tetigi in aduocato, *in tit. de fruct. & lit. expens.* & ea omnia, quæ ibi dicta sunt applicari possunt ad materiam medici, & si quid hic appareat positum deseruiet ad materiam aduocat, & econtra, cum Doctores semper de vno ad aliud inferāt, vt clare videri potest.

1 Pro parte negatiua facit, quia dignus est mercenarius mercede sui laboris, vt superius alias vidimus.

2 Pro contraria vero parte facit *l.* 1. *§. ait prætor, ff. de postuland.*

3 Secundo pro hac parte facit *l. ne quidquam, §. vbi decretum, ff. de off. proconsul.*

4 Tertio pro hac parte facit, quia nō debet apud medicum plus valere pecunia, quam vita morituri. Can. *non satis, 86. dist.*

5 Et hanc opinionem tanquam veriorem tenuit Car. Alex. in Can. no. 183. *distinct.* Panorm. *in c. ad aures, de ætat. & qualit.* Summa Angel. *in verbo, Medicus, num.* 5. a quo vtiliter habes alia duo. Primum, quod diuitibus non sic tenetur, cum nemo cogatur de suo facere beneficium, 10. *q.* 2. precariæ. Secundum, quod a publico salariatus, tenetur gratis seruire tam magnis, quam paruis infirmis, sed a sanis bene post petere salarium, ex *l. archiatri, C. de profess. & medic. lib.* 10.

6 O Bone Deus, vbi in hoc medicorum medicina, & conscientia? Conducti a publico ambiunt seruire nobiles potentes in concilio, & refirmis obtinendis, vocati ab istis omittunt prandia, cænas, somnum, eunt quandoque ex celeri voluntate semiuestiti, discincti, morantur cum infirmo per horas, & plures horas, vocati ab infirmis, pauperib. differunt, quærentes multa mendacia; clamat apud Deum vox pauperis iusti.

7 Eandem opinionem tenet Fel. *in ca.* 1. *de offic. iudic. Decis. Lituantic.* 4. *num.* 300. vbi moderat in egeno, cui aliter subueneri non potest. Franc. Mar. *decis.* 646. *nu.* 7. *p.* 1. ad quem recurras, quando eris electus pro bono medico eligendo, qui ponit eius qualitates, Cornel. Beninca. *de paupert. q.* 7. *special.* 8. *de iudic. num.* 18.

* Et hæc est communis opinio teste Ripa *in tract. de peste, nu.* 99. Roland. *cons.* 87. *nu.* 3. *vol.* 2. Luc. de Pen. *in l. ordinaria, C. de profess. & medic.* Archid. Floret. *in* 3. *p. sum. tit.* 7. *c.* 1. *§. post. prin.* And. ab Isern. *in constit.* Nesp. *incipient quia nonnunquam.* Io. de sancto Gem. *in serm. funeral. serm.* 24. Adrian. *in* 4. *sen.* Plac. *in epit. delict. c.* 26. *sub nu.* 5. Vrsil. ad Afil. *decis.* 123.

8 Quam vltra supra nominatos intelligo veram cōcurrentibus tribus requisitis, loquendo etiam in foro conscientiæ, scilicet opportunitate locorum temporum, & rerum. Locorum quia non tenetur medicus per modum quærere indigentes, sed sufficit si eis occurrat, iuxta illud, Exod. 23. si occurreris boui inimici tui, aut asino erranti, duc ad eum. Temporum, quia non tenetur homo futuræ necessitati præuidere, sed sufficit præsenti succurrere primæ. Iob 3. Qui viderit fratrem, &c. Rerum, quia homo consulere debet coniunctis sanguine, curam impédere. 1. ad Timoth. 5. Si quis suo, &c. quibus cessantibus medicus non tenetur etiam in foro conscientiæ. Ita colligitur ex August. t. Doctor. Christia. quam ad medicum extendit Addit. ad Ang. *in ver. Aduocatus, nu.* 10. *litera B. in fin.*

9 Et medicus recusans medicare infirmos pauperes gratis cogi poterit a iudice. Fel. post. Panorm. *in c. si pro debilitate de off. deleg.* immo priuari, & expelli potest, secundum Bart. *in l. archiatri, C. de profess. & medicis lib.* 10.

QVÆ-

Digitized by Google

QVAESTIO IIII.

QVæro, an medicus, chirurgicus, & similes pacisci possint cum infirmo pendente infirmitate.

1 Et pro parte negatiua facere videtur *l. medicus, ff. de var. & extraord. cognit.* vbi Alber. & Bar. notát, & dicunt esse casum singularem, vt nó valeat venditio facta per infirmum medico infirmitate pendente.

2 Secundo, pro hac parte facit, *l. archiatri, C. de prof. & medic. lib. 10. in fi. verbis*, ibi, non ea, quæ periclitantes pro salute promittunt.

3 Tertio facit hæc ratio naturalis, quia pro sanitate recuperanda omnia promitteret infirmus.

4 Et hanc opinionem tenuit glos. *in l. quisquis, §. prætereа, in verb. contractum, ff. de postulan.* quam ibi Bar. dicit notabilem, & singularem, glos. alia *in leg. 1. §. si cui, in verbo suspensa, ff. de var. & extraord. cognit.* Anton. Burgen. *in c. cum causa, num. 52. de empt. & vendit.* Panor mit. *in c. quia plerique, nu. 34. de immunit. eccles.* Rebuff. *de reg. constit. tom. 2. pagina* 187. *numero* 44.

Et hæc est magis communis opinio. Ari. Pinell. *ad l. 2. C. de rescind. vend. par. 2. c. 2. nu. 33.* Corrupta a Suarez allegatus *in suo thesaur. receptat. sentent. litera M, numero* 122. Bursatt. ex magis communi, *consil.* 72. *sub numero* 11. *in fine, lib. 2.* Anton. Taff. *de error. notor. c. 39. num. 3.* dicens hoc notabile ad intellectum, *l. pen. C. de pact.*

5 Contrariam vero opinionem tenuerunt multi discurrendo per verba, & intellectũ, *d. l. medicus, & l. archiatri superius allegati*, & primo dixit Bal. *ad l. inter posi. nu. 5. C. de transact.* quod ideo ibi reprobatur illa sic appellata in ciuilis venditio, ratione medicamentorum, quibus malignus medicus maligne differebat, & procrastinabat sanitatem, vt tædio affectus infirmus venditionem faceret, quasi illa longa malignitate cessante, pactio, & véditio licita, & permissa esset, arguẽdo à cessante ratione legis. Et Bal. in hoc intellectu secutus est ibidem Alciat. *sub num. 20.* appellans hanc speciem modum dissimulatum, *tal. in §. quadrupl. nu. 7. Instit. de actio.* appellans merum ab effectibus naturæ, Rip. *in tract. de pest. c. fin. nu. 56.* Cagnol. *ad l. 2. nu. 102. C. de rescind. vend.* Plac. *in epitom. delict. c. 26. sub num. 4. circa medium.*

(Cagnol. *ad l. 2. num. 191. C. de rescind. vend.* Magon. *Rot. Florent.* 11. *numero* 10. & consuluit in fine, decisionis Medicis, quod non sint lenti in exigendo iuxta regulá Afflict. 123. vbi Vrsil. Additionator dicit quod Aduocati, & Medici tres facies præseferunt a clientulis, Angeli tempore necessitatis: hominis tempore non sic instantis: finita causa, & cura, Diaboli. & est mera veritas: experto crede Roberto 1. Carocio.

ADDITIO.

☞ *Petr. Peccbi. de contract. coniug. lib. 1. cap. 9. num. 6. Hinc siquidem Epigramma.*

Quid si me Tonsor cum stricta nouacula supra est,
Tunc libertatem, diuitiasque roget.
Promittam, nec enim rogat illo tempore Tonsor.
Latro rogat, res est imperiosa timor.
Sed fuerit curua cum tuta nouacula teca,
Frangam Tonsori crura manusque simul.

Digressio.

6 ET circa hunc intellectum gaudete, & exultates iurisconsulti, Doctores, Procuratores, & alij legum professores, contra quos quotidie inuehuntur suspecti anhelantes, & inquieti litigantes, & populus quandoque vniuersus appellantes vos auaros, sitibundos, studiose procrastinantes causarum expeditiones, vt vinea longiorem, & maiorem fructum afferat. Ecce lex, medicus, quę consolatur vos. Aut enim re factis id, de quo imputamini, & habetis medicos similia facientes, & solatium est habere socios malorum. Aut non facitis, & erumpite *in l. medicus*, qui tam maligne processit. Nec illam (ni fallor) inueniet quis legem studio necessario compositam contra Aduocatum vel Procuratorem, vt coegerit ex maligna procrastinatione clientulum ad vendendum bona pro causæ victoria obtinenda.

Pariter ex lectura huius *l. medicus* deploranda est humana calamitas, & misera mortalium vita, ad hoc enim cupiunt homines sani fieri, vt pro minimo eorũ bona sanitatem procurantibus vendát, & nedum cuperent sanitatem, & bonam valetudinem in singulis corporis partibus, sed infælices restringunt se ad pupillam oculi, & considerabat malignus medicus quáta sit necessitatis sensus visus, propterea tam duram conditionem infælici ægreto proposuit.

Et sic sanitas oculorum possessioni, & fruitioni bonorum præfertur. Quid dicemus in homine auaro, & insatiabili, qui per tot annos, & decennia de fatigauit defessam iam vitam in cumulandis pecunijs, si iuxta *l. medicus*, veniat oculorum ægritudo, vendat ne medico pro sanitate recuperanda id, quod per tot annos cum labore, & sudore quæsiuit? arcta via est, quid in patre filiorum numero grauato? præfert ne sanitatẽ propriam vtilitati filiorum? Malignus igitur medicus. Dicebat autem Pinel. *in loco superius citato*, si *l. medicus*, procedit, & loquitur in venditione facta ægro, & sic ex titulo oneroso, quanto magis in promissione ex causa lucratiua? Certe hæc Pinelli consideratio non tollit rationem malignitatis, in qua se fundat Bal. & qui eum sequuntur.

7 Secundo loco discurebat ad *l. archiatri*, Afflict. *decis.* 123. vt ea lex procedat, quia ille erat stipendiatus a publico: merito pactio erat prohibita. Secus igitur in medico non salariato, vt ei pacisci liceat, attestans ita votatum in vna mercedis cuiusdam Caroli Copulæ Chirurgici vnanimiter per omnes.

8 Qui intellectus comprobari videtur in verbis istis. Annonaria commode in salaria a populis commode ministrari. Cui repugnat Pinel. *in loco iam citato*, quasi ex mente, & ratione dictæ legis omnis medicus comprehendatur, sed recte intuendo fundat se Imperator, & in salario, & hoc in principio *l. vbi colligitur ratio si. l. fi. ff. de hæred. inst.* deinde fundat se in periculo, in quo promissionem medico factam reiicit.

9 Tertio loco Vrsill. ad Affli. dabat aliam declarationem, quod promissio facta medico per infirmum valet de iusto salario secus de iniusto ex Archi. *in Cano. non sine. 14. q. 5.* intellectus verus in se, non tamen ad intellectum dictorum iurium.

10 Impediunt ergo promissionem infirmi, salarium in iustitia, ipsius medici malignitas.

11 Considera tamen glos. superius allegata *in l. quisquis.*

quis §. praeterea , in verb. contractum. C. de postuland. dum considerat tria tempora, & duo genera contractuum , ante contractam litem,in lite , & post litem. Ante litem , & post litem contrahere licet tam Aduocato, quam medico, in lite non licet.

12 Circa salarium lite pendente , licet cum volente , secus inuito, allegando ibi *l. Medicus*, & sic habemus alium intellectum a gloss. vt procedat cum ægroto inuito , & dici potest fortasse semper inuitus ægrotus contrahens, quasi violentatus a spe recuperandæ sanitatis, & clientulus euictione litis . Et seruit illa gloss.tam in aduocato, quam medico , & multa ponentur hic alibi non posita ex similitudine medici,& Aduocati,quæ magna est Panor. *in c. cæterum, de iuramento, calumnia.*

13 Practica *l. medicus ff. de var. & extraordinar. cognitionibus.* Multa autem concurrere debent,vt sit locus *l. Medicus* .

1 Infirmitas, ibi, quæ laborabat.

2 Malum Medicamentum,ibi,aduersa &c.

3 Venditio,ibi, venderet &c.

4 Pretium vtilis,ibi, contra bonam fidem.

Quorum tria priora ponit Rofred. *part.5.tit. de offic.iud.* quo reuocatur data per medicum,vbi ampliat siue vendat infirmus,siue simpliciter det,& facilis est ratio;si enim rescinditur ex titulo oneroso,multo magis lucratiuo .

14 Quartum ponit Alcia. *in d. l. interpositas sub nu.20.* quod colligitur vltra eum ex text. ibi, contra bonam fidem, quod & vendere circumuentus pretio viliori.

Et docet practicare,Rofred.vt non putatur rescissio contractus , sed præuia rescissione rem restitui.

15 Et sic corollarie infertur limitatio , *ad l. 2. ff. quod met. causa* , dum vult , vt cruciatus corporis interueniat in metu,intelligitur enim de cruciatu,qui corpori inferentis inferatur , non autem si apponendo collyrium eo mediante per successionem infirmitatem cruciabat ex infirmitate enim cruciatus de mediante ipse autem passione causatur .

16 Et sic pariter vtiliter studendo habetur ampliatio *ad l. 1. C. de contr. iudic.* vt procedat nedum in officiali ius reddente, sed in medico infirmis iura, & mortem sæpius reddenre, vt sentit vno verbo Alberic. *in d. l. medicus,in finalibus verbis.*

17 Et tenetur medicus,obstetrix,& similes ad damna, & interesse.*l.item si obstetrix.ff.ad l. Aquil.* Vnde & in libello peti debent , & facit pro mareicalchis ,& alijs medicis equorum,& bestiarum, vt prædicta sibi locum vendicent,& in eis,vt late per Castan.*cons.48.*

18 Ampliatur hæc conclusio,vt nec a sponte offerentibus recipere possit hoc modo distinguendo, in medico,aduocato,notario,& similibus.

19 Aut sumus in simpliciter salariato. Aut vltra id , quod est salariatus, adest prohibitio legis,decreti,vel constitutionis, vel ex conuentione partium,& in hoc iterum subdistingue; aut pro sanitate recuperata,aut futura.

20 Primo casu simpliciter salariatus non prohibetur sponte oblata recipere.Ioan.de Plat.& Luc.de Penn. *in d. l. archiatri.* Ioan. de Ana.*in cap. tua nos. de homicid.*Rip.*de pest.cap.fin.num.113.*Hippolit.*de rap. virg. num 239.* Ari. Pinell. *de bon.matern.l.2.part.1.resp.2. sub num.33.*

21 Secundo casu pro sanitate iam recuperata potest, non pro infirmitatibus futuris.Ita Ripa *in citato loco*, & ibi habetur de notario salariato a publico, vt si est forma statuti prohibetur recipere,intelligitur etiam a sponte dantibus. Bart.*in l.munus.§.fina.ff. de reg.iur.* Sequitur Felin. *in cap. tua nos, de homicid.* Bene verum est , quod iudex post latam sententiam , & talis Notarius sit prohibitus post actum consumatum , & instrumenta reddita licet recipi , vt per Ripam in citato loco,quia non ex ambientis petitione præcessit oblatio. *Canon.sicut Episcop. 1.quæst.2. dist in titul. de sport. iudic.* Et certe contraria esset nimis dura lex , Licet enim sis Aduocatus , Medicus , vel notarius a publico salariatus,lex prohibeat, si video tam humaniter de me te gessisse post completum beneficium , quis prohibere vult me a tali gratitudine? Et ex prædicto habemus vnum,quòd prohibitus aliquid recipere,intelligitur, dum actus est in venire, & in fieri, secus in actu iam consumato .

22 Vidi in facto casum , an homo vniuersitatis dicatur singulorum , & in medico verum est , & experientia docet, sicut in Aduocato, Procuratore, Notario , famulo, nisi expresse declaretur . Boni.*de cens. artic.18.*

QVAESTIO V.

QVæro,quo tempore soluẽdum sit salarium Medico?an in principio,vel in medio,vel in fine,& loquor de medico non salariato a publico .

1 Pro parte affirmatiua dicit Rofred. quod in principio anni,& ita secundum eum cantat Aphorismus. Dum dolet infirmus,medicus sit pignore firmus . Et dicit Ioannes Andreas .

Dum dolor est, accipe, quia

Passato lo ponto, gabbato è lo santo .

Pro contraria parte facit , & sic in fine anni, quia dicunt infirmi, completo salario consueuerunt infirmi medicum derelinquere,*l. Thais, §. Lucius,il 2. ff. de fideicom.libert.* & sic bonum est in fine soluere .

2 Secundo pro hac parte facit *l. Archiatri* , & quod ibi not.Bar.*C.de profess.& medic.lib.10.*

3 Tertio pro hac parte facit *l. 1.* & ibi glos. *C. de suffrag.* quæ glo.deseruit.& loquitur in Aduocato.

4 Et hanc opinionem tenuit glo. *in l. 1. in verbo, consequenter*,& ibi Bal. *q 8.C.de suffrag.* Bart.*in l.1. §.diuus,nu.16. ff.de var. & extraord.cognit in l. Archiatri, per illum textum.C.de profess.& medic. lib.10.* licet re vera ille tex. nihil faciat, quia loquitur in publice stipendiato.Ias.*in §.tripli.nu.56.Instit.de act.& in l. diem functo,col.3.ff.de off.assess.* vbi bene cõsiderat loci consuetudinem esse spectandam . Felin. *in c. presbyterum, num.4. de homicid.* Duen. *regul. 63. ampliat.1.num.1.* Rip.*de pest. c.fin. nu.127.* vbi,& ipse consuetudinem inspiciendam ait. Et hæc est communis opinio. Viu. *opin.176.par. 2.* qui bonam allegat obseruantiam in Regno de visitatione infirmorum, vt bis in die, & semel in nocte in magna occurrentia. Eman. Soarez. *in suo thesaur.littera M,nu.122.*

5 Sed (bone Deus) quid subterfugimus solutiones mercedum in fine temporis ? torquent medici infirmos,& per mille imaginarias solutiones non visitant infirmos,qui in lecto langueut.quare bonum est dictum satisfacere . Nihil hodie medico magis auarum, omnes enim sitibundi , & reputant se mereri plus vl-

tra

tra dimidium iusti pretij, & plusquam parabolani sunt, nec salmæ denariorum phantasticos satiarent, tandem satiantur, & infirmus moritur.

6 Quid, si infirmus moriatur? debebitur ne salarium medico curanti? Vtique sic, concurrentibus quatuor; conuenientia exercitij, peritia, diligentia, & informatione conuenientia scilicet vt sit laicus, non clericus, vel religiosus cap. tuam cap. sententiam, ne cleric. vel monac. & ita respondit Franc. Marc. *decis. Delphinal. 646. part. 1.*

7 Et in hac locati & conducti materia non est prætereundus text. *in d. l. Lucius, §. Thaisi, iuncta gloss. in verb. salarium*, vbi aliquando salarium appellantur operę impositæ.

8 Et quotidianus est ille textus, solet enim vulgariter dici. *subito che hauerà il suo salario, se ne andarà, & non aspetta altro.*

QVÆSTIO VI.

1 QVæro de medico forense, multi enim infirmi, & sui familiares non contenti medicis Ciuitatis conuocant forenses, qui sæpius nocent non sibi, sed infirmis quid si discedat hora tarda? quid si vno die agat iter trium dierum, quid si in itinere infirmetur? quid in die festiuo? posui ad regulam cum quid, *part. 1. quæst. 5. num. 10. & num sequent.*

Allegatur autem Bald. in l. nihil, *ff. de rei vend.* quod si medicus conducat equum, qui in itinere derobbatur non tenetur. ita Felin. *in c. 1. de libell. oblat.* re vera tamen Bald. id non dicit, vt videri potest.

QVAESTIO VII.

PVlchra, vtilis, & delectabilis est indagatio in hac locati & conducti materia, & de medico simul. An dispositio, *l. item quæritur, §. qui impleto. ff. locat.* procedat in medico conducto ab aliqua Communitate.

1 Pro parte affirmatiua primo loco facere videtur, quia ęgroti pro eorum curis non soluentes nisi quæ prius durante locatione non tantum ex patientia, sed etiam ex actu positiuo solutionis consensisse videntur, ergo videtur renouata locatio, & conductio.

2 Secundo pro hac parte facit, qua medico salarium debetur, etiam si conuentum non sit, vt superius vidimus, & tradit Bald. *in l. 1. C. mandat.*

3 Tertio pro hac parte facit, quia secundum Bart. *in d. §. qui impleto*, licet locator operarum non possit agere virtute tacitæ reconductionis, quia sola patiētia non implet contractum, saltem potest agere actione negociorum gestorum.

4 Quarto facit, quia medico sic prosequenti saltem ex æquitate competit actio *ex l. si me, & Titium, ff. si certum petatur.*

5 Et hanc opinionem consulendo tenuit Socin. *consil. 196. lib. 2.* Corn. *cons. 348. lib. 1.* Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumptio. 85. num. 16.*

6 Contrariam vero opinionem tenuerunt multi discurrendo materiam §. *qui impleto*, ex quo constabit etiam responsio ad contraria.

7 Duo. n. prçsupponi videntur ad materiam §. *qui impleto*, s. terminus a quo habilis, & terminus ad quem, & vno deficiente, non procedit dispositio, §. *qui impleto.* Vnde ad casum de quo agitur, si infirmi visitantur a medico post tempus conuentum prout prius, nihil operatur, quia nō stat in arbitrio infirmorum hoc facere, sed pertinet ad consiliarios simul congregatos, vel similes. Et ita per discursum tenet Ripa *in tract. de peste, c. fi. nu. 124.* dicens hanc opinionem ęquiorem, nisi Regentes Ciuitatem, & habentes potestatem reconducendi sciuerint eum mederi, & passi fuerunt.

8 Considera tamen in hoc vltimo dicto Ripæ, & applica ad practicam. finge prout Tuderti, & in alijs Ciuitatibus, adest concilium generale; ad quod spectat electio medici, & dum est in sufficienti, & vnica congregatione, hoc facit si medicus post tempus curat infirmos prout prius, & scitur publice per Ciuitatem tanquam notorium facti permanentis, & fortasse curauit aliquos de numero consiliariorum, & potestatē habentium eligendæ congregationis, erit ne per hoc data refirma medico? licet isti sic separati sciant, & patiantur? Vtique non crederem, quia refirma datur medico in loco congregationis. Vnde cum hoc pendeat a forma Concilij simul coadunati, crederem non esse refirmatum medicum, nisi formaliter refirmetur, gita tamen, &c.

9 Et ex hoc discursu patet responsio ad contraria, tenendo hanc partem, & opinionem: passi enim sunt vt singuli, non vt homines de vniuersitate, & simul formaliter cogregati, & vt singuli non habebant potestatem reconducendi, merito &c.

Vnum tamen colligimus vtile, & notatu dignum in hac locati, & conducti materia, quod ad multa deseruire poterit, quod, vt sit locus dispositioni §. *qui impleto.* sola patientia non sufficit, sed requiritur alius actus positiuus.

10 Vnde ad propositum de medico infertur, quod si communitas, quæ conduxerat operas medici finita conductione mandet solui medico salarium pro alio tempore, censetur reconduxisse. Corn. *cons. 347. colum. 1. lib. 1.* commendat Crau. *cons. 237. sub nu. 2. versicul. alibi scribit* Corn. vbi etiam dicit aliud materia locati & conducti, de qua agimus, quod recipiens pensionem censetur approbare contractum locationis, *ex l. 2. C. de iur. emphyt. & l. 2. C. de dot. promiss.* dixi superius in materia locationis ad longum tempus, *ad l. 2. C. de iur. emphyteut.* Vnde requiritur habilitas personæ patientis patientia idonea, & actus positiuus extrinsecus.

11 Sed vidimus in medico, qui prosecutus est vltra annum, quid si ante tempus discedat? Vtique non debet habere salarium pro rata temporis, quo inseruiuit, respondit Bal. *in l. æde, C. loc.*

12 Vidi tamen limitari in vno casu in facti contingētia. Medicus conductus pro vno anno ingressus est religionem, quæ religio petijt pro rata temporis salarium, & fauore religionis fuit decretum allegari non nulla in repetit *l. nemo C. loc.* de iure sublocandi circa industria personæ.

QVAESTIO VIII.

EST quæstio notabilis in medico, Aduocato, Officiali, famulo, & similibus, quā nec Ripa in materia Medici pertractauit. Est cō ductus Medicus, vel alius pro vno anno pro certo conuento salario, post recedit, demum reconducitur simpliciter, an

Q 3 intelli-

intelligatur reconductus pro eo priore salario, vel arbitrio boni viri.

1 Primo videbatur dicendum istam secundam conductionem non valere, ratione incertitudinis.

2 Secundo ratione absurdi, quia si primo anno fuit conductus pro centum puta, fortasse tunc temporis non erat dignus maiori mercede, sed quanto magis exercuit, plus creuit in perfectione, cum omnis ars per exercitium recipiat incrementum, *l. legatis, §. ornatricibus, ff. de legat. 3.*

3 Pro contraria parte facit *l. penult. §. si vxor. ff. solut. matrim.* vbi dos data in primo matrimonio censetur repetita in secundo, licet matrimonium tertij in medio interuenerit.

4 Et hanc opinionem tenuit Bal. *ad l. cum quidam, in fine, C. de iure dot.* commendat Cremens. *singul. 13.* Ias. *ad l. diem functo, num. 19. ff. solut. matrimon.* Et hæc est

* communis opinio. Viui. *lib. 1. opin. 232.* Rolan. *de lucr. dot. q. 75. num. 3. Decis. Perus. 99. num. 18.* dicens ita in facti contingentia iudicatum.

5 Declaratur hęc conclusio duobus notabilibus modis. Primo, nisi mutata sit conditio personę, puta quia esset effectus excelientior in professione sua, quia debet augumentari salarium secundum eius excellentiam, quia conditio personæ debet haberi in consideratione, *l. si quis,* vbi casus notabilis. *ff. de vsufruct.* cõmendat Corlett; *in verbo, salarium 4.* dicens didicisse à D. Troilo de Maluezzis I.C. celeberrimo.

Et adde vltra Corlett. textum ad hoc propositum notabilem *in leg. legatis, §. ornatricibus, ff. de legat. 3.* vbi omne artificium per exercitium recipit incrementum, & sic patet responsio ad contraria ex hac prima limitatione.

6 Occurrit sæpius in facto nedum in medico, sed etiam in famulo in hęc verba, *l'altra volta si portò molto bene,* certe præsumendum est hac vice melius, cum omne artificium per exercitium recipiat incrementum, & propterea multi non iure conqueruntur de famulis reconductis, *il tale mi dimanda più salario, che l'altra volta.* certè non mirum, quia fortalse effectus est excellentior.

7 Declaratur secundo loco, si salarium erat perpetuo ordinatum tali ministerio, & non pendebat ex arbitrio clectoris. Ita Corlett. in citato loco per textum in materia locati, & conducti, *in l. licet, C. locat.* nam quæ incerta sunt, promitti non videntur. *l. salarium, C. mandat. l. Seia, §. medico, ff. de annu. legat.*

8 Et nota circa primam limitationem, quia attenta conditione personæ, & quod creuerit in excellentia, salarium in dubio augetur in arbitrio iudicantis, argumento *c. de causis, de offic. deleg.*

QVÆSTIO IX.

QVæstio vtilis est à locati, & conducti materia originem trahens, & de medico pariter loquẽs ad materiam, *l. Martius ff. locat.* an medicus, qui certa mercede conuenta curauit semel infirmum, si iterum incidat in morbum, teneatur iterum curare? Quæstio hæc appellatur a Doctoribus Sabbatina, & occurrere potest in medico, multo magis in Chirurgico, & Marescalco, qui curauit animal de formidrella, curauit citò recipere salarium, & animal citò reincidit in morbum.

1 Pro parte affirmatiua facit, quia obligatio secuta liberatione videtur extincta, ergo amplius reuiuiscere non poterit, *l. qui res, §. arcam, ff. de solutio.*

2 Secundo pro hac parte facit, quia de pręsenti obligatione cogitatum videtur, quia in infinitum quis obligari non debet, cum infinitas sit euitanda, iuribus vulgaribus, & ita Tiraquell. *ad §. hoc sermone, num. 114.*

3 Pro contraria parte facere videtur, quia non dicitur infirmitas discessisse, quæ citò redijt. *l. diuortium, ff. solut. mat. registrat. de pœniten. distinc. 1. Canon. diuortium,* facit *l. quicquid calore, ff. de reg. iur.*

4 Secundo pro hac parte facit, quia non extinxit infirmitatem, sed cessare fecit angustiam.

5 Tertio, quia non videtur curasse, ex quo vitiose curauit.

6 Quarto verba sunt intelligenda cum effectu, *l. 1. §. hæc verba, ff. quod quisque iuris.* Vnde debuit perfecte curasse.

7 Prima sit conclusio. Si infirmitas incontinenti superueniat, tenetur medicus iterum sanare, nec nouũ salarium debetur, sed pro eodem salario, quia non dicitur liberatus, qui incontinenti recidiuat. Bart. *in l. Martium, per illum textum, ff. locat.* Speculat. *in tit. de salar. §. si.* Castrens. *in l. qui tertiana, ff. de edil. edic.* vbi podagra breui reuersa præsumitur ex primis humoribus. Io. Andr. *in regul. contractus, de reg. iur.* in Mercurial. facit dictum Speculat. *in tit. de emptio. & vendit. §. sciendum, vers. de illo,* ad propositum etiam materię locati, & conducti, de qua agimus, quod si equus infra biduum moriatur, præsumitur, quod tempore venditionis, vel locationis morbosus esset, secus si ex interuallo, vt ibi per eum. Imol. & Alexan. *in l. si quis cum aliter, ff. de verb. oblig.* Bal. *in l. 2. q. 2. C. de rescind. vendit.* Sabell. *de ædil. edic. num. 26.*

8 Incontinenti autem dicitur arbitrio iudicis per informationes peritorum, *l. 1. ff. de iur. deliberand. l. si ita quis, §. Seia, ff. de verbor. oblig.* Rip. *in cap. de causis, de offic. delegat.* Panor. *in cap. 2. de cler. percuss.* Alex. *in l. si ita stipulatus essem abs te, in fin. ff. de verb. oblig.* Borgn. *decis. 18. num. 4. par. 2.*

9 Declaratur hęc prima conclusio, nisi repentina infirmitas prouenerit ex culpa infirmi. Hinc si infirmus vel vulneratus indulserit nimium appetitui, nimium comedendo, vel bibendo, veneri se immiscendo, per solem equitando, vel similia faciendo, licet infirmitas incontinenti recidiuarit, medicus non tenetur, & sic culpa infirmi medicum excusat etiam in actu incõtinẽti secuto. Ita Bar. *in sua distinct. in d. l. martius.* Summa Angel. *in verbo, medicus, num. 14.* Rip. *de pest. c. fin. num. 143. cum sequenti.*

10 Vnde videtur multos vulneratos citius exire domũ ex aliquo nimio interesse, dare se laborioso exercitio, crapulę, vel Veneri, quid medico imputandum? similiter si Marescalcus curat equum in pede, & incontinenti pro lignis in siluam mittatur, vel ad vecturam, quid medico imputandum?

11 Secunda sit principalis conclusio, quòd si infirmitas proueniat ex interuallo, præsumitur ex noua causa, & sic medicus, vel marescalcus non tenetur sine nouo salario mederi, vel curare. Ita colligitur ex distinctio Bartol. *in allegata leg. Martius,* quam ibi Castrens. sequitur Brixien. *quæst. 63.* Medicus quidam. Bile *quæst. 12.* podagrosus quidam. glos. *Iuris Canonici,*

Digitized by Google

niti. in verb. ventris, in Cano. *adhuc instant. de pœnitent. distinctio.* 3. & in Cano. *legitimus.* & in Cano. *præcedenti, de consecrat. distinctio.* 5. Ioan. Andr. *in reg. contractus, quæst.* 2. in Mercurial. Barbac. post Aret. *in l. si ita stipulatus essem abs te. ff. de verb. oblig.* Petr. Anchar. Panor. Barbac. & Felio. in *c. presbiterorum, de homicid.* Hippolit. Marsil. *cons.* 7. *colum.* 2. *vers. cum eo casu, lib.* 2. Tiraquel. *ad l. si vnquam, in verbo, susceperit liberos, num.* 145. *in fi. & de caus.* Cassen. *in princ. num.* 278. *in verbo, morbi causa.*

Addo Bald. *consil.* 255. quidam fænerator, *colum.* 2. *lib.* 3. Veron. *in l. quod si ita, num.* 9. ff. *de adilit. edict.* Lanfranc. *in tit. de except. num.* 6. *in fi.* Summa Angel. *in verb. medicus num.* 14. Ari. Pinell. *ad l.* 2. *par.* 2. *cap.* 2. *num.* 33. *in fin. C. de rescinden. vendit.* dicens ex ventre huius quæstionis colligi, & extrahi posse valere conuentionem de salario inter medicum, & infirmum, & sic defendi posse Afflict. *in allegata decis.* 123. Gui. Pap. *singular.* 652. Firmia. *in verbo, medicus*, Anton. Gabr. *de leg. & constitutio. conclus.* 2. *num.* 11. licet sicco pede pertranseat. Sebast. Medices *de reg. iuris part.* 1. *regul.* 4. *num.* 64.

QVAESTIO X.

PVlchra, & vtilis est indagatio tam in medico, de quo loquimur, quam in Aduocato, Procuratore, Notario, Milite, Iudice, & similibus, an contracta inter fratres societate debeant communicari stipendia, salaria, & mercedes.

Et antequam vlterius procedamus, notandum est, quod salaria, & stipendia sunt in triplici differentia.

1 Quædam sunt salaria, quæ respiciunt laborem, & probitatem scientiæ, & intellectus, vt salaria aduocatorum, medicorum, assessorum, & similium. Quædam respiciunt vtrumque, vt Capitaneorum, & Caporalium. Quædam propter dignitatem, vt quod quis sit domesticus Principis. Bart. *in l.* 1. *§. diuus. ff. de var. & extraord. cognitio.* Bald. *in l. si fratres. §. si inter fratres. ff. pro soc.*

2 Et per hoc quæri posset, an quæsita in materia locati, & conducti dicantur quæstus, vel lucrum, & distinguendum est. Aut loquimur in quæsitis ex locatione bonorum stabilium, & talia dicuntur lucrum, vel quæstus, prout exemplificatur *in l. Coiri, ff. pro soc.* Aut loquimur in salarijs medicorum, aduocatorum, & similium, & non dicuntur quæstus. Vnde requiritur opus mercantile, vel mæchanicum in quæstu, non ingeniosum, & intellectuale. Bald. *in d. §. si inter fratres.*

3 Aut igitur contracta est societas vniuersalis omnium bonorum, & veniunt communicanda stipendia, salaria, & mercedes: aut est contracta simpliciter, & pariter veniunt ista, licet glo. ibi aliter sentiat. iniquum sanè esset, vt vnus omissis proprijs commodis, & particularibus vtilitatibus, incumberet societati, & alter esset miles, Doctor, vel Aduocatus, nec communicaret, & participaret; & vltra Bald. hanc opinionem tenuit, eam valde commendans. Io. Lup. *in repetit. rubr. de donat. inter virum, & vxorem, §.* 62. *numero* 18. quem ad hoc propositum non allegauit Ioseph. de Ludouic. *conclus.* 63. *de societ. illatio.* 10. & idem sentit Aret. *in §. manet, num.* 6. *Institut. de societat.* Si autem societas est simpliciter contracta de certa negociatione, pecunia, vel quantitate, & tunc stipendia, & salaria non veniunt, sed illa tantum, quæ ad illam negociationem pertinent, vt ibi per Bal. dicentem, quod secundum alium intellectum communicantur stipendia quæsita ante contractam societatem, vt ibi per eum in fine.

4 Non igitur debemus ita exaltare in hac legali philosophia, quod sit tantum priuilegiata, vt istud quasi Castrense peculium, quod legum professoribus iura tribuunt, sit semper de casibus exceptis, & reseruatis & quod Iuris professores communicent aliena, & propria retineant. Vtique enim labor, & sæpe improbus versatur, nec omnibus datum est libros reuoluere, responsa dare, causas agere, instrumenta conficere, infirmis mederi, & sic de alijs. Vides idiotam quotidie se exercentem in societate, nec vlli labori parcere pro conseruanda, & augenda societate, cum ille dici debeat laborasse communiter, & Doctor, Medicus, vel similis particulariter.

Altera principalis est indagatio vtilis, & necessaria in practicabili materia collationis bonorũ, quod filius non tenetur communicare fratribus quæsita in aduocatione, notariatu, medicina, & similibus priuilegiatis professionibus. *glos. in l. cum oportet, in verbo, substantia*, & ibi per Cin. & Bald. *C. de bon. quæ liber.* Faber. *post glos. in §.* 1. *Instit. per quas personas nobis acquir.* Guid. Pap. videndus *consil.* 26. Et hæc est communis opinio. Didac. Segur. *in l.* 1. *§. vir. numer.* 69. *ff. de acquir. possess.* Eman. *in suo thesau. recept. sentent. littera F. num.* 228.

5 Vnde infertur ad practicam, quod licet filius post mortem patris docere debeat rem per eum acquisitum viuente patre aliunde acquisiuisse, quam ex bonis patris, *l. filiæ, la seconda, in fine. C. de collation.* tamen hoc fallit, si filius per longum tempus ante mortem patris exercuit artem notariatus, vel similem, ex qua verisimiliter acquirere potuit pecuniam ad emendum prædium, domum, vel simile. Et sic in similibus vera probatio non est necessaria, sed coniecturæ sufficiunt, vt per Innoc. *in c. cum in officijs, in glos. magn. de testament.* puta exhibendo, quod tali anno fuit matriculatus, prothocolla tot annorum, processus varios per eum actitatos, & sic discurrendo in Aduocato, Procuratores, Medico, & similibus proportionabiliter iuxta eorum exercitium.

6 Et nota diligenter Guid. Pap. *in allegato consil.* qui prudenter præsupponit filium viuente patre exercuisse per multos annos, vnde postea orietur præsumptio & coniectura, quod acquirere potuerit pro prædio emendo. quare in hoc eris cautus tam vti iudex, quam, vti aduocatus.

7 Et notare debemus nos legum professores, nec non & alij similes, quia nulla vere est inter homines maior inuidia, quam inter fratres, vt bene cõsiderat text. *in d. leg. cum oportet*, a continua experientia confirmatus, & fratrum concordia rara est. Vnde habebis fratrem nullius exercitij, qui fortasse delectatur ipse dide viuere, videbit te in vita patris multum lucratum de tua aduocatione, vel medicina, dolet, & gaudet simul, & expectat mortem communis patris, & incontinenti, funere nondum completo conqueritur in domo, perquirit, indagatur, quomodo factum est istud, & quomodo istud? tandem accedit ad consanguineos, incipit propalare animum suum, quod

intendit habere partem, & sibi communicari tale prędium emptum per eius fratrem, hoc non contentus dat locum citationibus, præceptis, & petitionibus, & per palatia nihil auditur, nisi latratus inuidi fratris, certe quiescat alter frater laboriosus, coniecturæ enim simplices de multoru annorum exercitio tutum reddent securum, & contentum.

8 Certe quid agendum hisce temporibus fratri habēti fratres? si enim nulli exercitio operam nauat ociosam vitam agit, sæpe infelicem, vitiosam, & multis periculis ex otio expositam, & quod magis est, caret sępius pecunijs in suis necessitatibus, & occurrentijs, nec in patre viuente est sperandum, quia sæpe patres maxime ad senectutem vergentes sunt auari, & suspecti, & nihil filius confidunt. Econtra si filius alicui exercitio se exponat, statim inuidus frater quærit indebite sane participare de sudore fratris sui. Hinc sæpe multæ diuisiones in familijs ruinam, sed desperandum non est, & otia omnino fugienda, quia iura subueniunt laborioso medico, aduocato, procuratori notario; & similibus.

Tria igitur ad propositum redeundo articulanda sunt.

Electio, vel creatio
Exercitio, &
Multorum annorum.

9 Sed in hac locati & conducti materia, & ad propositum materiæ, de qua agitur, pone vnum, quod frater in locando nominauit talia bona sua, & fratris, præiudicabitne multi dicerent quod sic, quasi ex ore tuo te iudico. Contrarium determinat Guid. Pap. *in allegato cons. num. 2.* quasi ista sint verba enunciatiua propter aliud emissa, quæ non inducunt dispositionem, *l. Publia. §. fin. ff. depos. l. ex his verbis. C. de militar. testamen.*

10 Vide igitur tu curialis, & Procurator, quod si casus tibi euenisset, contrarium defendere conatus esses exclamando, si ipsemet frater hoc instrumento locationis, & conductionis confessus fuit prædium commune, quid adhuc egemus testibus? certe hoc non attenditur, vnde veritas pęfertur confessioni enunciatiuæ in instrumento appositę, nec talia verba præiudicat confitenti cum fratre, vel tertio.

QVAESTIO XI.

1 VNdecimo loco, vt de medico non infirmer, conclusiue procedam ponendo aliquas conclusiones. Mareicalcus potest retinere equum, vel bouem pro impensis factis in medendo, vel gubernando bouem, vel asinum, & pro mercede, & salario suo. Bald. Castrens. & alij, *in l. in rebus, §. possunt. ff. commodat. in l. fin. C. eodem.* Bonacol. *de equo, q. 21.* & in hoc pęfertur alijs creditoribus etiam anterioribus, Bar. *in l. interdum, ff. qui pot. in pign. habeantur,* Bonacols. *de equo, q. 40. dicam suo loco.* Et passim videmus, quod fiunt cōuentiones cum mareicalcis de curandis animalib. & tenent in proprio stabulo, donec sanent, erit licita retentio pro expensis, & mercede, quæ adeo fauorabilia, vt alijs pęferantur.

2 Quid dicemus in medico, qui in casu permisso est creditor alicuius pro mercede sua, præferturne alijs creditoribus etiam anterioribus? Vtique sic, arguendo a fortiori a medico bestiarum ad salutem hominis. Similiter dici potest in medico Communitatis, quæ sit debitrix in multis, vt præferatur alijs, sed quid in aduocato, procuratore, & notario? nonne valet argumentum a medico ad eos, vt supra vidimus? nonne maximus est labor, facere homines quietos, & diuites.

ADDITIO.

☞ *Declaratur vt non præferatur anterioribus habentibus expressam Fran. decis. 51. Ampliatur idem in custode carceris, qui Reum licet absolutum potest pro expensis datis retinere. Guid. Pap. q. 448. attestans ita de consuetudine seruari. Practic. lodie. cap. 17. nu. 17. Iul. Clar. in §. fin. q. 62. in fine dicens alias tale officium esse damnosum, si via ordinaria agendum foret.*

3 Secunda sit conclusio. Quilibet tenetur ad collectam, vel impositionem pro salario medici Cōmunitatis, Pętoris, Aduocati, vel alicuius officialis, nec vllus excusatur ratione ætatis, vel sexus, nisi consuetudo aliter declaret, quæ attendenda est. Iac. Rebuff. *in l. 1. C. de superindict. lib.* 10. Bart. in *l. 1. C. de mul.* & in quo loc. Festas. *de collect. par. 2. in fine, nu. 56.* vbi etiam dicit aliud ad propositum materiæ locati, & conducti. Idem est pro stipendio militum conductorum, pro defensione ciuitatis. Sed quis in hisce temporibus non excandescat? volunt sanari priuilegiati, immo pęferri si possibile est alijs, mercedem soluere nemo, quæ merces deberet esse tam voluntaria, quam ista, vbi conseruatur vita hominis?

Tertia est conclusio, quam non vidi tactam apud Doctissimum Couarruu. *in regul. peccatum*, licitum est Medicis, & Aduocatis extorquere nimis magna salaria, nec ad restitutionem tenentur, immo ad hęredes transmittunt. Innocent. *in cap. quia plerique de immunit. eccles.* commendat Bal. *in auth. ad hæc, nu. 16. in fine, de vsuris.*

4 Contrarium tenet Archid. *in Canon. non est. 1. q. 1.* Dominic. Sot. *de iust. & iur. lib. 5. q. 8. art. 4. conclus. 2.* vbi habes, quod datum non repetitur, sed nec peti, neque pacisci potest, & dat bonam regula ibi Soc. quod in his, quæ pretio penduntur, prout contingit in Aduocato, & Medico, excessus pretij iniustitiam operatur.

5 Vnde videmus sæpe in facti contingentia, quod adeo premunt clientulos passiones causarum, vt clausis oculis quotidie porrigant Aduocatis, & Procuratoribus modum, & mensuram excedendo, pariter finita causa per victoriam videt clientulus solertiam Aduocati, & infirmus, vel familiaris ipsius Medici, & eis porrigunt vltra modum. Certæ ex tolerabili consuetudine repleri non potest, sed sitibunde paciscentes, & Aduocati, & Medici, & in conscientia tenentur. Medicus, Aduocatus, vel Procurator an gaudeant priuilegio, vel immunitate domini sui, ponam suo loco.

6 Vidi in facto casum. Conduxit quis Medicum forensem pro vno, puta die pauló ante discessum, superuenit tempestas magna hiemalis, & coactus fuit expectare per tres dies, vt tempora sibi largirentur facultatem discedendi, quid agendum de salario istorum dierum?

QVAE-

Digitized by Google

QVÆSTIO XII.

SVperuenerunt nonnulla ſcitu digna in materia ſalarij tam Medicorum,quam Aduocatorũ,nutricum, famulorum, & ſimilium. Vnde licet propoſuerim eum decima quæſtione de Medico concludere,& ob id in concluſione poſuerim decimo loco nõnullas cõcluſiones, vtilitati tamen ſtudendo inferam nonnullas. Tract. plane Bar. *in l.1.§.diuus,ff.de var.& extraord.cognit.* materiam,ſi non ſtat per officialẽ, vel Medicum,vel Aduocatum, non autem vidi ab eo tactum. Quid ſi Medicus, Aduocatus, Procurator, famulus locauit (vt ita dicam)& promiſit patrocinium ſuum alicui, & non ſtetit per ſe,tamen videns bonã occaſionem, locauit operas alteri,an poſſit petere ſalarium a primo conductore ex quo locauit alij, & ſic nihil amiſiſſe videtur.

1 Et pro parte affirmatiua facit, *l.ſed addes,§.fi.ff.loc.* ibi,ſi eodem anno operas alij non locaueris,quo caſu mercedem prohibere videtur a primo conductore.

2 Reſpondetur,quod duo ſunt genera perſonarum, aut.n.loquimur in famulis, officialibus, ſcriptoribus, & ſimilibus,& iſti ſi locant eo tempore operas alteri, nõ poſſunt aliquid petere a primo conductore, & ita loquitur tex. *in allegata l.ſed addes, §.fin.* dum de exceptore,alias exceptatore loquitur, qui ſcriptor eſt aliquid in ſcriptis redigens, vt declarat Alber. *in ſuo dictionario.in verb.exceptator,* vt in Authen. *de defenſ.ciuit.in princ.& l.exceptatorios,C.de non numer.pecun.* Aut loquitur in Medico, vel Aduocato, qui poſſunt vno tempore pluribus ſeruire, & tunc poſſunt ſalarium petere licet alij locauerint operas ſuas. *Ita* tenuit Rofred. *in formul.de offic.iudic.*quo petuntur ſalaria *p.5.nu.3.in fin.*

3 Et ſic vides, quam laudabile ſit Aduocatorum, & Medicorum exercitium, qui poſſunt eodem tempore prodeſſe multis,& ſibimet ex pluribus ſalarij a diuerſis perſonis non mirum ſi citius diteſcunt.

Euenit in facto caſus, quod conduxiſti Medicum forenſem a Ciuitate vicina pro tuo filio, qui vocatur ab alijs, turpe enim dicere,locaſti operas alteri,& ſic de Aduocato dici poteſt.

4 Et ſic patet intellectus *ad l.ſed addes,§.fin.ff.locat.& l.diem functo.ff.de offic.aſſeſſor.* vt procedant iuxta diſtinctionem prædictam.

5 Sed pone vnum,quod de facili euenire poteſt famulus,vel officialis inuenit,& potuit locare operas ſuas alteri,ſed noluit,nũquid habebit mercedem a primo, cum quo non ſtetit per eum? Vtique non, quia eſt in culpa,& ſibi imputet,ita gl.quam ibi ſequitur Fulgoſ. *in l.qui operas,ff.loc.* Quod verum eſt vltra Fulgoſ.niſi ex iuſta, & legitima cauſa recuſauerit alij ſeruire, quod arbitrio iudicis remittitur, vt no. Caſtrenſ. *in l.ſed addes,§.fin.ff.locat.* Facilis ex rerum experientia eſt excuſatio,poteſt enim eſſe,quod ille eſſet homo rixoſus,phantaſticus,vel alias ſimilis cauſa adſit.

6 Notabilis tamen eſt textus,nec ſilentio prętereundus, in allegata *l.qui operas,* multi enim Ciues, vel Communitates Caſtrorum conueniunt cum Aduocatis ad tot pro quolibet anno,licet enim per annum forte nunquam vſi ſint opera talis Aduocatis, tamen mercedem habere debet, ex quo non ſtetit per eum, quia poteſt eſſe quod econtra in alio anno multum vſus, ſit non tamen ſalarium augendum erit.

Sed nunquid perquiret famulus ex ſe,ſi ab alio mercedem recipere poterit?

7 Sed pone quod locator inuenit alium conductorem a primo,tamen primus non vult,vt locet alij,poterit, ne petere mercedem a primo,ex quo non ſtat,per eũ? Vtique ſic, ex quo nihil eſt ſibi imputandum, vt pulchre declarat Caſtrenſ. *ad d.l.ſed addit.§.fin.*

QVAESTIO XIII.

QVæro non inutiliter in materia ſalarij tam Medici,quam Aduocati, & Procuratoris, de his enim promiſcue Doctores loquuntur, quõ ſalariũ dicatur incertum, ad materiam, *l.ſalarium.C.mandat.*

1 Et reſpondetur, quod incertitudo reſpectu ſalarij eſt duplex,quædam eſt incertitudo re,& genere, vt ſi facies hoc, benefaciam tibi,& ſimile, quædam eſt incertitudo re,ſed non genere,vt ſi facies hoc,dabo tibi equum,veſtem,vel quid ſimile. Primo caſu promiſſio ſalarij non valet,ſecundo caſu ſic. Ita Rofred. *in forma libelli, quo petuntur ſalaria part.5.* vbi ſubdit,quod hoc caſu præſtando mediocrem liberatur, ex iuribus per eum allegatis.

2 Et addo gl.notabilem, & magiſtralem in materia ſalarij Aduocati Medici, & Procuratoris, fundatam in materia, & tractatu locati & conducti, *in l.ſalarium,ff.mandat.* quod ſalarium Medici, vel Aduocati poteſt peti quatuor modis,certi condictione; ſi certum promiſſum,actione ex ſtipulatu; ſi incertum eſt promiſſum,condictione ex lege;ſi nudo pacto ſit conuentum *ex l.1.C.de ſuffrag.* officio iudicis, ſiue extra ordinem, ſi non fuit promiſſum,neque conuentum, *vt l.1.§.in honorarijs ff.de extraordin.cognitio.*

3 In ſalario vero Procuratoris diſtinguitur. Aut alias erat facturus,aut non,ſi erat, & incontinẽti fuit conuentum agitur contraria mandati, *vt in l.1.* vbi Cy. hoc idem ſequitur, *C.mandat.* ſi ex interuallo tunc extra ordinem, *vt in d.l.ſalarium,ff.mandat.* ſi vero non erat alias facturus, aut factum tale conſueuit locari ab illo Procuratore, tunc agitur locati, *vt l.1.* & ibi no. *ff.mandat.* aut non conſueuit locari, & tunc agitur præſcriptis verbis, *vt l.naturalis,§.at cum do,ff.de præſcriptis verbis.*

4 Et ſubdit ibi Accurſ.in ſua gl. *vt diſpoſitio §.in honorarijs,* de ſalario Aduocati nõ excedente ſumma centum aureorũ,procedit,& habet locum in procuratore,qui,& patronus,& Aduocatus dici poteſt, *per l.1.§.aduocatos,& §.licita,ff.de var.& extraord.cognit.*

Et ſic habetur ampliatio *ad l.1.§.in honorarijs,ff.de extraord.cognit.*

5 Et notare placeat modũ procedendi ipſius gloſæ, dum enim de Aduocato loquitur, loquitur cum aliquali dignitate verborum: dum deſcendit ad procuratorem humiliat ſe, vocando eos locabiles, poſtea vult aliquantulum exaltare appellando eos patronos, & Aduocatos.

6 Secundo notare placeat, quod diſpoſitio loquens de Aduocato,vel patrono vendicat ſibi locum, & in Procuratore.

7 Addo prædictis vnum in materia locati, & conducti,quod ponit Cin. *in l.1.C.mandat.* quod datur ſalariũ licitum,& illicitum: illicitum, prout eſt de quota litis, *per l.ſi contra,Cod.mandat.* vt dixi ſuperius *tit.de fruct.*

Digitized by Google

fruct. & lit. expens. Similiter aliud est secundum eum salarium, aliud merces. Salarium proprie est vti domi. nus promittit, & ipse erat alias facturus, vt ff. mandat. l. si remunerandi, in princ. sed vbi non erat alias factu. rus, tunc est merces, vt l. 1. in fin. ff. mand.

8 Similiter alia merces est in pecunia numerata, alia non, vt dixi supra de substantia locationis. Primo casu agitur locati, vt ibi dixi, quia locatio propria consistit in pecunia numerata, secundo casu agitur præscriptis verbis, d. l. naturalis, §. at cum do, iuxta quæ infert ibi Cin. in hac locati materia ad practicabilem quæstionem, quod si Correrius, vel alius mercenarius venit ad me, & do sibi litteras transferendas in partibus, si rediens non portat pecuniam, si petit satisfieri, tenebor arbitrio iudicis præscriptis verbis, ex quo non erat alias facturus, vt per eum, ex l. si tibi, ff. de præscript. verb. & Instit. loc. in princ.

9 Ex quibus corollarie infertur intellectus ad l. 1. §. mandatum, ff. mandat. & l. licet, C. mandat. quod mandatum debet esse gratuitum, & idest gratiam conferat, & ob id meretur habere gratiam, & sic præmium, vt ibi Cinus exponit.

10 Et sic infertur, quod inter medicum, & infirmum, aduocatum, & clientulum non est proprie locatio, sed agitur præscriptis verbis. Alex. ad Bart. ad l. 2. §. adeo, ff. locat. & ob id non distinguitur sicut in procuratore, aut erat alias facturus, vel non. Albe. ad l. salarium, C. mandat. vbi honorarium appellat.

QVÆSTIO XIV.

1 Visis aliquibus quæstionibus de Medico ad actum practicum deueniendo libellus concipitur iuxta intentatam actionem, quæ multiplex est, vt superius vidimus: Et quoniã vt plurimum intentatur iudicis officium ad salarium, vel mercedem consequendam, cum vt plurimũ fiant solutiones iuxta taxas Ciuitatum, vel Prouinciarum in Aduocato, & Procuratore loquendo: narretur, quod præstitit patrocinium in tali causa, & quod implorando iudicis officium coga, & compellatur ad dandum tot, iuxta l. 1. ff. de extraord. cognit. in Medico autem cogi, & compelli ad soluendum salarium conuentum. In nutrice, vel conuentum, vel consuetum, quę consuetudo summarie deducenda est, & de obstetricibus dixi, & quæ de Medico dicta sunt in nutricibus locum habent.

2 Articuli verò primo loco articulandi sunt, quod aliquis sit medicus, Aduocatus, Grammaticus Obstetrix, Nutrix.

3 Secundo quod doceat, præster medicinam, patrocinium, seruat, vel nutricat, vt l. 1. ff. de extraordin. cognit. & hoc in tali causa, & respectiue.

4 Tertium, quod consuetudo est quod præstentur tot, vt colligitur ex Rofred. in præcitato loco, licet multa ibi per eum posita hodie non sint in vsu; & vt plurimum mercedis causæ summarijssime cognoscantur, deciduntur.

5 Addo tamen vnum tam pro Medico, quàm Doctore, quod Medico, vel Doctori salariato est danda, & conducenda domus in loco celebri, & famoso, ad hoc vt facilius reperiri possit. Casus est singularis in l. 2. §. sed & cuius. Scip. Nasia. ff. de origine iuris. quam singularem dixit ibi Cagnol. nu. 175. Barb. in proœ. Clement. nu. 48. Roma. sing. 824.

6 Quod facit pro illis Communitatibus, qui Medico conducto promittunt dare domum, debet enim conduci in loco celebri, & reperibili, & facit etiam pro Aduocatis, Procuratoribus, ac etiam Notarijs, quia non debent habere domos in locis reconditis, quia litigantes ægreferunt, sed in vijs publicis, & iuxta plateas, & palatia.

QVÆSTIO XV.

Est quæstio facti. Medici vel officialis prohibetur refirmari, si refirmetur, an valeat regula, l. patre furioso, facit quod sic. Vnde clericus prohibetur conficere instrumenta, pariter Aduocatus, & Procurator, vt de Clerico, per Ias. in l. 1. §. huius studij, ff. de iust. & iur. de Aduocato, & Procuratore de Decurionibus Aduocatis, & Procuratoribus, per gl. in l. generali, C. de tabular. lib. 10. tamen si exerceant instrumenta, valent, & tenent, de clerico Bart. in l. vniuersos, C. de decur. lib. 10. & cons. 61. Filiusfamilias Butr. in c. fin. in fin. de constit. de Aduocato, & Procuratore, Bart. in d. l. generali, & in l. 2. eod. tit. cogita tamen, quid æquius videtur maxime, quia in clerico non est totum, vt per Ias. in l. patre furioso, nu. 14. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. & hic non est locus suus. Quæ omnia faciunt pro statutis, & alijs decretis conciliorum, Ciuitatum, vbi ex aliqua causa prohibentur refirmę.

QVÆSTIO XVI.

1 An Medicus possit delinquere Infirmum salario non soluto, & aliqui tenuerunt quod sic. Aret. in §. præterea, Instit. ad l. Aquil.

2 Contrarium verius, sed agere debet ad interesse. March. decis. 646. p. 1. vbi ampliat idem in Aduocato. Et est æquior opinio.

De Ambasciatore.

QVÆSTIO I.

De Legationibus.

Quæro. Ambasciator redijt a sua legatione hora tertiarum, debetne habere salarium totius diei?

1 Primo videbatur dicendum, quod non pro integra die, sed pro rata temporis debeat habere salarium, per l. diuisione, ff. solut. matrim.

2 Secundo pro hac parte facit l. 3. §. minorem, ff. de minor. vbi fit comparario de momento ad momentũ.

3 Pro contraria parte facit, quia dies inceptus habetur pro complemento, l. quæ ætate, ff. de testamen. l. in vsucapione, ff. de diuers. & temp. præscript. l. anniculus ff. de verb. signific.

4 Secundo pro hac parte facit. l. 3. ff. de verb. signific. Et hanc opinionem secundo loco positam tenet Bar. in d. l. de diuisione, in fin. & ibi Iason pariter in vltimis verbis, ff. solut. matrim. Bald. remissiue loquens, in l. salarium, C. mand.

5 Contrarium tamen sententiam primo loco positã, & sic quod residuum restituere debeat, tenere visus est Din. l. Lucius, §. a te peto, quæ est lex. penult. ff. de legat.

legat. 2. & ibi Bal. hoc not. ff. *de legat.* 2. Imol. *in l. continuus, §. cum ita*, & ibi Angel. ff. *de verb. oblig.* Ang. *in l.* 1. *§. impensa, ff. ad l. Falcid. in l. quoniam liberti, C. de testam.* Bar. Veron. *in l.* 3. *ff. de verbor. signific.*

6 Posset primo loco ita distingui, quod Ambasciatores duplici modo transmittatur per communitates, & loca. Primo modo transmittuntur expensis Communitatis, quæ dat in discessu certam quantitatem pecuniarum pro expensis faciendis, & isto casu non tenentur restituere quod superest. Secundo modo transmittuntur Ambasciatores eorum proprijs sumptibus dando eis in recompensationem certum salarium, & tunc tenentur restituere residuum. Ita Imol. *in l. continuus, §. cum ita, sub nu.* 4. *ff. de verbor. obligatio.* Dans pro cautela communitatibus locorum, vt Ambasciatores citius se expediant, & redeant, dare quod vadãt suis sumptibus, dato certo salario in recompẽsationem laboris.

7 Et ratio differentiæ, videtur esse, quia vno casu est electus vt nudus minister, merito restituit residuum: alio casu non *l. creditor, §. si inter. ff. mandat.* vbi tex. ponere videtur hanc distinctionem. Commendant Alex. subobscure tamen, *ad l. si hæres, ff. de condict. ob causam, & in l. de diuisione, sub nu.* 5. *ff. solut. matrim.*

8 Secundo loco in hac materia distingui posset vltra aliorum distinctionem. Aut loquimur in tempore cõpetenti; puta redijt infra mensem, remanentibus adhuc tot diebus, & tunc posset cogi ad restituendum residuum iuxta distinctionem supra positam, est enim tempus considerabile tot dierum, & ita loquitur opinio tenentium quod restituere teneatur. Quandoque redit in principio vnius summo mane, & vespere sabbath, quæ lucescit in prima sabbathi, & tunc nimius rigor, & nimia subtilitas videtur diuidere diem, & in his terminis loquuntur Bar. & sequaces, prout videri poterit.

9 Et vltra resolutionem factam in principali conclusione colliguntur multa vtilia ex iuribus hinc inde adductis in hac locati & conducti materia.

10 Primo loco ponderandus est text. *in d. l. Lucius, §. a te peto, ff. de legat.* 2. & posset ex eo inferri, quod dedi Sempronio quinquaginta vt asportaret e Venetijs aliquid pulchrum: si quid superest, est ne restituendum? Vtique sic, per illum textum.

11 Pariter dedi Sempronio triginta, vt faceret euacuare puteum, cloacam, catalenum, vel simile, si quid superest, eritne restituendum? Vtique sic, per illum textum, & iura consideranti, an quis sit, vt nudus minister, vel non. Et dicitur quis nudus minister vel merus executor, quando primo loco in dispositione iniungitur onus aliquid dandi, vel faciendi, vt per Bar. *in l. si quis Titio, ff. de legat.* 2. Vnde si dico, trado Sepronio quinquaginta, vt tale quid faciat, tunc non est nudus minister, sed si conuertat verba, volo quod Sempronius faciat mihi tale aliquid, ego quo faciendo promitto, vel trado tot, tunc incipiendo ab onere, vel opera faciendo subsequendo præmium, erit nudus, & purus minister, & tenebitur restituere residuum.

Vnde inspiciendu est quid præcedat, vel sequatur.

12 Et per hoc dico: si in instrumento dicatur *Sempronio promette farmi la tal cosa, & perciò io li do tanto*, tũc tenetur restituere residuum, quia est merus minister, secus econtra, & ita expresse colligitur *ex d. §. a te*, & ibi tenetur etiam Castrens.

13 Secundo loco notabilis est text. *in d. §. a te peta, in verb. pro hoc*, ad propositum materiæ locati, & conducti, de qua agimus, quod dictio, pro importat modum. Vnde si pro opere faciendo promitto certum quid, peti poterit antequam opus inchoetur, maxime si aliter facere non posset, *vt l. si vero non remunerandi, in fin. ff. mandat.* nisi illud pro tunc fieri non posset, quia debet expectari tempus, antequam petat, *vt l. nec semel, §. si inhabitat, ff. quando dies legat. cedat.*

14 Passim hoc occurrit, maxime cum impotentibus, & pauperibus. Conducit quis operarium ad euacuãdum puteum, vel cloacam, vel viam faciendam, vel aliquid simile, petit operarius aliquid ad bonum cõputum, antequam incipiat. Vtique potest, per prædicta, & not. Castrens. *in d. §. a te peto*, & maxime si quædam ad faciendum parauit, vt dicit tex. *in d. §. fin. l. si vero nõ remunerandi*, multi tamen parere non possunt nisi prius pecunia pareatur.

15 Tertio loco notabilis est glossa *in l. eos. §. fin. in verbo, commeauit, ff. de fals. superius allegat.* quod si correrio promittantur tot pro die puta computado viginti milliaria pro quolibet die, si vno die faciat quadraginta milliaria, recipit pro salario duorum dierum. Videbis in facto contendere sic. *io voglio tanto.* replicatur. *perche tanto? che tempo ci hai messo? l'hai fatto in vn giorno?* non est bona replicatio, quia ille conductor ex sollicitudine sua potuit celerius se expedire; multi enim non dormiunt, & de nocte laborant, vt citius lucrentur, & celerius se expediant.

Solet autem in itinere peragendo dari vnus dies quietis in qualibet hebdomada, qui dies erit Dominica ex generali obseruatione Ecclesiæ, vt dicit Imol. *in d. §. cum ita sub nu.* 5. ex glos. *in c. cupientes, §. quid si per viginti, in verb. comparere, post medium, de elect. libr.* 6. quam in hoc tantopere commendat Felin. *in c. cum olim, de except.*

16 Quod iure non prohatur, nec iure prohibitum videtur die Dominico, vel festiuo iter facere, & inuehitur Alciat. *in l.* 3. *in verb. integrum diem, sub num.* 4. *ff. de verb. signific.* & fortasse itinerando, otia, prauæ cogitationes, & peiores operationes tolluntur.

Et sic habetur limitatio *ad l. dies festus, C. de ferijs*, vt non procedat in itinere faciendo.

Parergon.

17 Proh temporum calamitas, vbi hodie dies quietis? vbi obseruantia legis erga dies festos? quid n. agunt homines diebus festiuis? capiuntur homines in medio plateæ pro quolibet minimo debito, fiunt executiones reales in domibus pauperum lugentium, & lachrimantium, spoliantur cubilia, iudices nunquam quiescunt ab importunis informationibus litigantiũ, & Procuratorum, fiunt nundinæ, venduntur, & pacificuntur animalia, & omnia mechanica negocia in festiuitatibus reteruantur, stupra, adulteria, & maiora in festiuitatibus præoccupantur, non mirum si pestes, & caristię continuatæ proueniunt.

In computatione igitur itineris, & dierũ non sunt detrahedi festiui dies, etsi citius eo computato redire potuit, sibi imputet, quia potest hisce diebus iter fieri. Habeda insuper est ratio itineris, & vię; Si enim Ambasciator faciat viam longiorem, cum potuisset facere breuiorem, excusatur, quia via longior est plenior & com-

& commodior. Bal. *in l. non solum, circa principium, ff. de excusat. tutor.* & ibi ponit Bart. *in §. omnis, in versic. rectam viam dirigens.* Angel. & Imo. *in l. ratum ff. de solut.* Bal. *in l. hi qui, ff. ex quibus causis maior.* Vnde Tudertinus ad Perusinam Vrbem accedens, si per collinam ire citius potuisset, & iuit per viam magis planam, audietur, pariter Bononiensis Romans vocatus per Flaminiam, & Picænum ibit, licet per Etruriam Titius peruenire potuisset. Alciat. *in l. 3. in verb. passuum, nu. 4. ff. de verb. signific. ex l. 1. §. 1. ff. de his, qui deiecer.* Archid. *in cap. statutum, de rescrip. lib. 6.* Pariter admittitur iter longius, quando tutius sit, *l. fi. §. cum enim, C. de iur. deliber.*

18 Bene verum est, quod si Ambasciator vadit per viã transuersalem, non rectam, & diutius permaneat, & maius, longiusque salarium habeat, debet habere solum illud salarium, quod habuisset, si fecisset viam rectam, Bart. per illum tex. *in l. finales, Cod. de nauicular. libr. 11. in l. penult. ff. de itiner. act. priuat. in l. non solum, §. diuus, ff. de excusat. tutor. in l. 1. ff. de his qui deiecer.* vbi derobatus in via insolita, & noua, sibi imputet. Corset. in *singular. suis, in verbo Ambasciatoris 3.* vbi commendat etiam, & magni facit, quod pro Ambasciatoribus mittantur viri grati, & beneuoli ipsi magnati, vel Principi *ex cap. in grauibus, 3. q. 7.* quod etiam valde commendauit Abb. *in rub. de vit. & honest. cler.* viri gratiosi, breues in loquendo, & substantiales, ordinati, & non confusi.

19 Aequitas etiam consideranda est circa tempus in redeundo, vt non sit nimis longum, vel otiosum, nec nimis breue in componendis sarcinulis, & similibus. Vnde id omne iudicis arbitrio relinquendum est. Menoch. *lib. 2. centur. 2. cas. 153. de arbitr. iudic.* in proprijs terminis Ambasciatorum. Sfort. *de rest. de integr. par. 1. q. 27. art. 3.* vbi etiam in Aduocato datur terminus ad componendas scripturas.

De Ambasciatore mortuo.

QVAESTIO II.

QVæro. Decessit Ambasciator ante legationem finitam, an debeat habere salarium totius temporis, vel pro rata.

1 Et primo videbatur pro rata, *ex l. qui insulam, §. qui ædem, ff. locat.* qui textus iuncta gl. fin. clarius expenditur, dicit enim, quod est facta locatio operis, in pedes, quod poterit peti æstimatio, ante opus perfectum, & ibi quærit Accurs. an sit æstimandum opus imperfectum, & dicit quod non, dicens quomodo æstimabitur, quod non est? cum non entium nullæ sint qualitates, *l. eius, qui in prouincia, ff. si cert. petat.* quomodo igitur æstimabitur, vel iudicabitur tẽpus futuræ legationis duraturum? cum nondum accesserit, & de futuris contingentibus non sit determinata veritas, & potuisset citius, vel tardius hoc prouenire.

2 Secundo loco pro hac parte *l. Seio in fin. verbor. ff. de annu. legat.* vbi labor, & pecunia diuisionem recipiunt, & pro mensura laboris pecunia præstatur ergo Ambasciatori, vel eius hæredi pro rata temporis seruitij præstiti est soluendũ salariũ, & non pro toto tẽpore.

Pro contraria parte facit *l. legatus, §. si quis in munere, ff. de legation.* & hæc est verior, *ex d. §. si quis in munere,* & ita tenet Alcia. *in l. de diuisione, num. 5.* Firm. *in suo repertor. in verbo Ambasciator.*

Ampliatur ista conclusio, vt nedum salarium acceptum restituere teneatur, sed non datum petere possit hęres ipsius; ita *ex l. diem functo.* & alijs iuribus per eã allegatis tenet gl. *in dict. l. legatus, §. si quis in munere,* & sic impedimentum prouenìens a casu non est impedimento, nec pręiudicat, prout suo loco dicetur.

3 Et recolligendo vtilia in hac quæstione ad propositum materię locati & conducti, de qua agimus, ponderabilis est tex. *in d. §. si quis in munere,* ibi, sumptus, qui proficiscenti quasi in legationibus tunc temporis darentur solum sumptus, non autem tot magna salaria, prout his temporibus petuntur.

4 Notabilis est etiam *l. Seio,* secundum Alberic. ibi ad tria. Primum, quod si clientulus concordauerit in calculo ferendæ sententiæ, quod debet habere salarium pro rata laboris, & cum hac opinione ipse residet, & per eundem *in l. 1. C. de suffrag.* dixi superius in *titul. de fruct. & lit. expen.* ibi placeat videre.

5 Secundum de famulo, qui locauit se cum tribus; quorum vnus moritur, quod fit diminutio pro rata; dixi superius in materia famulorum.

6 Tertium est de magnate vel Capitaneo, vel simili, qui conduxit Aduocatum pro suis militibus, si aliqui moriantur, fit diminutio pro rata, vt per Alber. *in l. post duos, C. de aduoc. diuer. iud. & in l. 1. C. de suffrag.*

7 Et sic nota casum in materia impedimenti, ibi enim venit casus in persona illius, cui seruiendum erat. Poterat dicere Seius, quid ad me? non sum in aliqua culpa, nolo quod iste casus mihi noceat, tamẽ in parte nocet, quia fit diminutio pro rata, & partim prodest, quia remanet quoad viuos, & sic est in aliqua spe lucri, & licet ibi fuerit dictum de filijs indefinitè, & sic cauillosè dici potuisset, postquam non potest seruire omnibus, careat omni lucro, tamen ibi fit diminutio pro rata tam quoad bonum, quam quoad malum.

8 Et ex prædictis apparet resolutio circa casum contingentem: quandoque enim contingit casus in persona conductoris, & locatori non nocet, vt in domino mortuo pendente anno famulatus, & similibus. Bene verum est, quod adhibetur quædam æquitas in diminuendo pro rata diminuti laboris, prout in exemplo *l. Seio,* in eo etiã casu filij non erant conductores propriè, & tamen sunt in simili statu. Quando casus cõtingit in persona locatoris, & ei non nocet, & conductori sic, vt in Ambasciatore, famulo infirmo, & similibus discurrendo contingit, poterat enim dicere conductor famulo infirmo, si non seruisti quid ad me? fuinè causa tuæ infirmitatis? cur mihi tua infirmitas debet esse damnosa? & tamen famulo, vel similibus non nocet, quia casus est in persona locatoris, cui in hoc fauetur.

De Ambasciatore infirmo.

QVÆSTIO III.

1 QVid si Ambasciator in legatione infirmetur? faciunt quæ dicta sunt de famulo infirmo, & vera videtur resolutio, quod pro tẽpore infirmitatis salarium debeatur. Bartol. & Alberic. per illum textũ *in l. si cui, §. tam diu, versicul. plena si infirmitate, ff. ex quibus causis maior.* vbi etiam textus vult, quod nedum habeatur ratio infirmitatis, sed hyemis, nauigationis,

Digitized by Google

tionis, & aliorum casuum, & ponderandus est textus ibi, humanitatis ratio habenda est, idest, humanum est infirmo misereri, vel humanū est infirmari, & sic humanitatis ratio habenda est, idem tenet Alex. ad Bar. *in d. §. si quis in munere. Ias. in l. diem functo, nu. 48. ff. de offic. assessor.* Sfort. *de restitut. q. 11. art. 6.* Fel. *in c. quam sit, col. pen. in medio, de Iudæis.*

1 Ampliatur ista conclusio, vt nedū salarium debeatur, & currat, sed sint reficiendæ omnes expensę pro medico, medicinis, & alijs ex causa infirmitatis, ita Alberic. *in d. §. tum diu. per l. Paulus, ff. de legat.* vbi similiter tetigi allegando bonum textum, *in l. cum duobus §. quidam sagarium, ff. pro soc.* Bar. *in l. seruus communis, ff. de furt. in l. 2.* & ibi Alex. *ff. ad l. Rhod. de iact. & in d. §. si quis in munere.*

2 Casus est contingibilis, quia vt plurimū transmittunt pro Ambasciatoribus viri delicati, qui ex minimo incommodo infirmantur.

QVAESTIO IIII.

QVærit Iacob. de Arena. Sunt deputati duo Ambasciatores, vnus quorum infirmatur, socius non infirmus expectat eum, donec expediat, debet pro isto tempore habere salarium?

1 Et videtur quod sic, *ex l. abesse, ff. ex quibus causis maior.* ibi, & comites locatorū, & qui sunt pro salute militum gaudent priuilegio *l. inter eos, §. fi. ff. eod. tit.*

2 Item quia societas obtinet vicem fraternitatis, vnde eum relinquere non debet, *l. verum, ff. pro soc.* nam sine dedecore, & rusticitate relinquere non potuisset, *l. nepos Proculi, ff. de verbor. signif.*

3 Ipse distinguit, aut erat necessarius iste socius infirmo, & tunc debet habere salarium, alias non per iure superius adducta, & eum ibi sequitur Alber. *in d. §. tam diu.*

4 Puto considerandum, aut socium interfuit pro infirmitate tantum, quia fortasse negotia erant iam expedita, aut interfuit etiam quia perfecit, & ad finem reduxit negotia ante infirmitatem inchoata.

QVÆSTIO V.

1 TRansmissi sunt prout, regulariter a Ciuitatibus fieri solet ad Vrbem ad Sanctissimum D. N. Sixtum Pontificem Maximum duo Ambasciatores, vnus decedit in tēpore Ambasciarię, socius remanens, compleat id, quod per ambos erat faciendum, accrescetne sibi salarium socij, sui? Quilibet diceret quod sic, ex duplici labore impenso. Contrarium est verius, Bartol. per illum textum, *in l. 2. C. de legat. lib. 11.* commendat Alexan. ad Bart. *in l. legatus, ff. de legat.* Bald. *in l. is autem, ff. ex quibus causis, maior.* Imo. *in l. continuus, §. si ab eo, ff. de verbor. obligatio.* Petr. Rauen. *sing. 34.*

2 Declaratur hæc conclusio ex mente Ang. ibidem, vt procedat, & habeat locum, quando dicti Ambasciatores essent deputati ad idem officium, & negocium peragendum, secus si ad diuersa, quia duplex salarium, & sic socij sui habere debent, *per l. binos, C. de aduocat. diuer. iud.*

3 Solent Ambasciatores promiscue transmitti, non distinguendo inter eos officia, tamen inter se faciunt partitas, & diuidunt negotia, & nota Angel. *in citato loco*, quia pręsupponit mandatum superioris, vt socius remanens compleat residuum, & faciendo ratum, & firmum erat. Et sentit Angel. quod salarium defuncti redit ad ciuitatem, & sic est casus in materia locati & conducti, in quo non est locus iuri accescendi, etiam si labor sit præstitus. Et sic casus contingens in persona locatoris, prodest conductori, & pro rata reuertitur ad eum.

ADDITIO.

☞ *Sentit Ias. in l. vnic. nu. 46. C. quand. non petent. partes.*

QVAESTIO VI.

VTilis, & practicabilis est quæstio, & in terminis locati & conducti, & sæpius in facto occurrit prout in persona Ioan. Andreæ Bononiæ in facto euenisse testatur Bartol. *in l. si seruus, §. quo vero, ff. de furt.* vbi Bononiæ tunc temporis legatus huius quæstionis veritatem scire, & audire voluit. Euenit & in facto Perusinæ in alio Ambasciatore ab inimicis capto, & derobbato, & vt per Bal. *in l. inter causas, §. non omnia, ff. mandat. circa medium. col. 3.* & pendent substantialiter a materia locati & conducti, prout iura hinc inde allegata luce clarius demonstrant.

1 Pro parte igitur negatiua facit primo loco text. *in l. inter causas, §. non omnia, ff. mand.* vbi damna procuratori contingentia dominus emendare non tenetur.

2 Secundo pro hac parte facit *l. idemque, §. idem, vers. & si ad vecturas, ff. mandat.* vbi habens salarium talia damna non reputat.

3 Tertio pro hac parte facit *l. quod nisi, ff. de oper. libert.* vbi vnusquisque, quod spopondit, suo impendio præstare oportet.

4 Pro contraria parte facit, quia officium legationis est necessarium *l. 1. §. 1. l. numerum, §. legati, ff. de muner. & honor.* ergo eis non debet esse nociuum *l. cum postulassem, ff. de damn. infect.*

5 In hac quæstione distinxit Bar. *in d. l. si seruus, §. quo vero*, & idem sentit Alber. *in d. §. non omnia*, & Pernicol. Muzz. *de contract. tit. de mandat. n. 25.* tamen iudicio meo distinctio Bal. *in d. §. non omnia*, plenior videtur, & magis ad terminos locati & conducti, reducēdo eam ad aliquas principales conclusiones.

6 Prima sit conclusio. Si ambasciata fuit procurata, & affectata communitas non tenetur ad aliquod damnum; sed sibi imputet qui procurauit, facit *l. qui data opera, ff. ex quibus causis maior. & l. tria omnia inaffectata, ff. de excusatio. tutor. & l. vniuersi, C. de legat. lib. 11.* & in hoc omnes concordant, vt apud eos videri potest, limitantes hoc non procedere de Curialitate, idest de ęquitate, & sic vbi est attendenda æquitas, talia damna sunt reficienda.

7 Et certe qui honores affectant, non sunt digni alia compensatione, nisi quod etiam damna fortuita non sint reficienda, & temporibus nostris multum homines præhensant, & ambiunt honores, & magis dominatur superbia, quam fortasse in aliquo quouis tempore quare digni sunt tali, & maiori præmio.

8 Et sic est ad propositum materiæ locati & conducti, quod casu contingens in persona locatoris, non nocet conductori, quando est locatio affectata, & mendicata.

Vnde

9 Vnde multi affectant seruire alicui pro famulo, certe ex casu contingenti non excusabitur, idem in procuratore, & similibus dici poterit.

10 Secunda principalis sit conclusio. Quãdo officium legationis, & Ambasciariæ non fuit procuratum, & damnum contingit sine delicto alicuius, puta naufragio, vi vẽtorum, vel simili, dominus, vel Communitas non tenetur, si culpa, ordinaria fuit ad casum, sed sibi imputet, *ex l. si vt certo, §. interdum, & l. in rebus, §. 1. ff. commod.* Et sic conductor non tenetur de casu contingenti in personam locatoris, quando culpa locatoris fuit ordinaria ad casum, quando culpa dicatur ad casum ordinata: dicam suo loco.

11 Tertia principalis sit couclusio. Quando damnum contingit sine delicto alterius, nec culpa fuit ordinata ad casum, dominus, vel Communitas non tenetur, si damnum contingit in rebus superfluis, nõ necessarijs *l. si seruus, §. quod vero, vers. hoc ita puto, ff. de furt.*

12 Quarta principalis sit conclusio. Quando damnum contingit sine delicto alterius, nec culpa fuit ordinata ad casum, dominus, vel Communitas tenetur, si damnum contingat in rebus necessarijs Ambasciatori, *l. duobus, §. damna, & §. quidam segariam, ff. pro soc.*

13 Quinta principalis sit conclusio. Quando damnum contingit cum delicto alterius, & fuit illatum propter inimicitias mittentis, & in sui iniuriam, debet sibi emendari, secus si propter inimicitias Ambasciatoris, *vt l. si merces, §. culpæ, ff. locat. & l. in his, in princip. ff. soluto. matrim.* & dicam latius suo loco ad materiam, *§. culpæ.*

14 Sexta principalis sit conclusio. Quando contingit damnum ex alia causa, puta lueri, latronum, vel simili, & potest damnificatus agere contra damnificantẽ, tamen est in electione ipsius, contra quem agere velit, iuxta distinctionem, & notata *in l. cum in plures, §. vestimenta, ff. locat. & l. si tibi rem, ff. de præscript. verbis.*

15 Septima principalis sit conclusio. Quando Ambasciator damnificatus non potest agere contra damnificantem, debet sibi damnum emendari, *d. §. damna, & d. §. quidam segariam.*

16 Et vide Iaf. succinctè tamen loquentem *in l. si pecuniam, §. sed si acceperit, ff. de condict. ob caus.* Aufrer. ad Tholos. *q.* 360. Commendat etiam Bartol. *in d. §. quo verò, in fine*, an res amissæ fuissent naturaliter perituræ, vel non.

17 Vnde cum venit casus in hac locati & conducti materia, non sufficit dicere hoc casu euenit, sed inspiciendum est, an fuerit culpa patientis, vel no ordinata ad illum casum. Item consideranda est duplex qualitas rei, puta an esset de superfluis, vel non, & an esset naturaliter peritura, vel non.

18 Et circa presentem indagationem recolligendo aliqua vtilia, primo notabilis est text. *in §. non omnia,* quod inter casus fortuitos connumeratur languor suus, & suorum.

19 Vnde, si conductor impeditus infirmitate patris sui, vel fratris, vel filij, aliquid adimplere non potuit, excusabitur tanquam ex casu fortuito.

20 Notabilis est etiam textus superius allegatus *in l. idemque, §. idem Labeo, ff. mandat.* quod si ego accepi factorem generalem ad negocia domus meę peragenda, si recipit ad vecturа equum pro visitandis prædijs, debent sibi impensæ resici, tamen si habeat salarium, tenetur de suo, tamen pondera textum duo dicẽtem; quod sit salariatus, & quod ita conuentum sit. Et videmus passim, quod factores, et administratores equitant cum equis dominorum suorum, & si conducunt, hoc faciunt sumptibus domini.

21 Tertio loco notabilis textus *in l. suo victu, cum l. sequent. ff. de oper. liber.* de quibus superius locuti sumus, quod vnusquisque tenetur præstare operas suo impendio, quas promisit. Vnde coptimatarij tenentur eorum impendio.

22 Et facit quæstionem, quod si aliquis pauper locauit operas suas ad euacuandum casalenum, vel ad purgandum puteum, aut cloacam, quod si aliunde viuere non possit, debet detrahi tantum temporis, vt victum aliunde quærere possit, nec debet sollicitari a conductore, vt obseruet in tempore, quia de tempore conuento detrahendum est, vt victum quęrere possit; Et si apud paganos hoc ex simplici iudicio discretionis obseruatum fuit, quid agẽdum inter Christianos? melius agendum esset, & ita tenemur, & nõ facimus, & male sane. Præterea textus *in l. cum in plures, §. vestimenta, ff. locat.* potest ad practicam accommodari & facit ad quęstionem facti. Ego dedi Sartori, vt faceret vestimentum, & fortasse vestem vxoris sericam cum trinis argenteis, quę obsorbent maiorem partem dotis in graue damnum familiarum, si fures frangant de nocte ostium, & furentur vestem quid agendum? Dat tibi textus practicam, & modum procedendi in iudicio, agere enim potes directe contra sartorem, vt restituat tibi vestimenta tradita, & ipso nihil replicãte condemnabitur, & processus sustinetur secundum intellectum Fulgos. ibidem, sed si replicet rem sibi furto esse subtractam, & agatur cõtra furem, tunc iudex prospiciet, aut est domino impossibile, aut admodum difficile, condemnabitur sartor cessis sibi a domino actionibus. Actiones autem tres sunt; vna competit fulloni, vel sartori, & est actio furti, vt per Accurs. *in d. §. vestimenta.* duę competunt domino prout rei vendicatio cõtra possidentem, & condictio furtiua, & sic scimus in materia furti, quæ actiones competant domino, seu quæ locatori, & quę conductori. Si verò non est difficile, tunc parte opponente agendum est contra furem sumptibus tamen sartoris. Ita practicare docet ille textus, quem Bart. & cæteri notabilem reputant, ex quo colligimus aliqua.

Primum a Bartol. quod est quando quis conuenitur ex facto alterius, ille prius conueniri debet sumptibus conuenti, nisi sit multum difficile, & hoc arbitrio iudicis.

Secundum est, quod fullo, sartor, & similes, possunt opponere beneficium excussionis, tamẽ excussio fieri debet sumptibus petentis, vbi Bal. hoc reputat in sua lect. valde notabile, *ad idem l. vnde quæritur. ff. commod.* dicens esse *§. notabilem* in materia excussionis. Et sic si duo se in solidum obligauerunt ex causa conductionis, aborit[i]j, vel simili, potest reus conuentus opponere beneficium excussionis, si commoditas tota fuit vnius, nisi adsint solitæ renunciationes.

23 Tertium colligitur a Fulgos. quid quando duo conueniri possunt, quorum vnius est in dolo, alter in culpa, primo conueniri debet ille, qui fuit in dolo, quam ille, fuit in culpa.

24 Et quę dicta sunt de sartore, & de aurifice dici possunt, & loquitur *§. vestimenta*, quando fur erat certus.

Quid

Digitized by Google

Quid si erat incertus, & nescitur, nonne erit casus fortuitus nulla culpa subsistente? dicam suo loco.

25 Et curabant antiqui polire vestiméta, & sæpius in iure nostro de fullone fit mentio, vt in materia locati & conducti, *in l. item quæritur, §. si fullo, de quo suo loco dicam in d. §. vestimenta, in l. 2. ff. de condict. ob caus. in l. fullo, §. itaque fullo, ff. de furt.*

QVÆSTIO VII.

Pulchra est quæstio apud antiquos glossatores excogitata, an donata ambasciatoribus sint eorum propria, vel Communitatibus restituere teneatur.

1 Primo videbantur ad Ambasciatores pertinere, *ex l. cum multa, C. de bon. quæ liber.* vbi donatio facta a Principe videtur contemplatione illius, cui facta est, nec alij cōmunicare tenetur; Vt enim Imperialis fortuna omnes supereminet alias, ita oportet principales liberalitates culmen habere præcipuum.

2 Secundo pro hac parte facit *l. si socium, qui, in fin. in verbo donauit, ff. pro soc.*

3 Pro contraria parte facit *l. qui proprio, §. procurator, ff. de procurat.* & ibi glos. inducit ad hanc quæstionem.

4 Conclusio igitur est, quod donatum Ambasciatoribus, non tenentur ipsi Communitati restituere, sed est proprium ipsorum. Bart. *in l. si verò, §. item quidquid, ff. solut. matrim.* vbi Bald. Angel. Fulgos. Castr. & alij sequuntur, *in l. qui proprio, §. procurator, ff. de procurat.* vbi etiam Castr. idem tenet Bald. *in l. si cum manifestissimi, §. si cum in secundo, C. de furt.* Salicet. *in l. cum aliquis, C. de iur. deliber.*

5 Et hæc est communis, & magis recepta opinio. Alexand. *ad l. sed si plures, §. in arrogato, num. 12. ff. de vulgar.* Castrens. *in d. §. item quidquid.* Alciat. *reg. 1. præsumpt. 18. num. 2.* Emanuel. *in suo thesaur. litera D, num. 192.*

6 In hac autem materia Alber. post Ang. Din. & antiquos facit longam distinctionem *in d. §. item quidquid, & in d. §. procurator*, satis confusè procedendo, ex ipsius tamen dictis ponam sequentes limitationes, addendo dicta aliorum Doctorum.

7 Declaratur primo loco communis conclusio, vt non procedat; quando fit donatum ambasciatoribus sub commemoratione Ciuitatis, ita Angel. *in d. §. in arrogato.*

8 Circa quam limitationem notandum est, quod aut expresse constat, quod fit contemplatione Ciuitatis, & tunc non est dubitādum, aut sumus in dubio, & recurrendū est ad coniecturas, inter quas vna est, si vocauit eos per nomina appellatiue tantum, puta dicatur Ambasciatoribus Tudertinis. hoc enim Ciuitatem tantum respicit. Si vero appellauit per nomina propria, & appellatiua simul, attendendum est, quid præcedat, vt per longam seriem iurium ducurrit Alberic. in præcitato loco.

9 Dubitabilis tamen aliquantulum videtur hæc prima limitatio. primo, quia *l. cum aliquis*, loquitur, quādo relinquitur ei, qui per se capere non poterat. Præterea, & secundo, quando relinquitur aliquid filio sub commemoratione patris, persona patris, adiecta censetur gratia demonstrationis, *l. fin.* & ibi Bartol. *ff. de vsufruct. & in l. si filio, ff. de donat. caus. mort. in l. filio, ff. de condit. & demonstrat.*

10 Declaratur igitur secūdo loco ex qualitate rei donatæ, nam si donetur res magna, vel similis, magis conueniens Ciuitati, quā Ambasciatori, puta Ambasciatoribus Florentinis, vel Bononiensibus vnus Leo, Tudertinis Aquila, &c. Ciuitati enim factū videtur, cui magis conuenit, argumento, *l. plenum, §. equitij, ff. de vsu, & habitat.* Alberic. in supra citatis locis, commendat Alex. *in d. §. in arrogato*, dicens hanc limitationem admodum placere Abb. *in cap. postulasti, de concess. præb.* Additio marginalis ad Tholosan *q. 359.* Alex. ad Bart. *in d. §. item quidquid*, Ioan. Lup. *in rubr. de donat. §. 45. num. 9.*

11 Quid, si munus sit indifferens, & vtrique facile cōuenire possit? putarem in dubio Ciuitati factum, & deberi. ita colligitur ex Alberic. *in d. §. procurator, in sua distinctione, circa medium, ex l. annua, §. à Titia, ff. de ann. legat. & l. ciuitatibus, ff. de leg. 1. & l. ciuibus, ff. de reb. dub.*

12 Declaratur tertio, & est potius præsumptio quædam, quòd si habebat notos ante ambasciatā, & præsumitur eis donatum, alias ciuitati, vt per Alberic. *in citatis locis*, & notabilis est *§. procurator, l. qui proprio, ff. de procurat.* vt procurator etiam ad lites teneatur refundere reliqua.

QVÆSTIO VIII.

1 Practicabilis est quæstio. Est salariatus Doctor pro anno; transmittitur pro Ambasciatore, debetne habere duplex salarium? Vtique sic, ex quo abest causa reipublicæ, Bart. per illum text. *in l. Iulianus, §. fin. ff. ex quib. cau. maior.*

2 Quod notandum est pro aduocato Communitatis Tudertinæ, qui quandoque extra ciuitatem transmittitur; nam duplex salarium habere debet.

De Mercatore.

De mercede mercatoris posui superius *par. 1. tit. de socio personam exercente*, & tangam *in tit. de vsur.* vbi videre placeat, & est contractus societatis iustissimus, vt pro periculo pecuniæ certa merces detur ei, qui eam promittit saluam fore. Couar. *variar. resolut. lib. 3. c. 2. sub num. 4.*

De Fideiussore.

Quæro, an fideiussor licitè mercedem recipiat pro fideiussione facienda?

1 Et primo videbatur dicendū, quod non, quia mandatum gratuitum esse debet, *l. 1. in fi. ff. mandat.*

2 Pro contraria parte facit ratio periculi, cui se submittit fideiubendo, cum forsan integram pecuniam soluet ex proprio patrimonio, prout passim experientia docet. Vnde Salomon consilium dat, ne quis pro altero fideiubeat, Prouer. *c. 17.* stultus homo plaudit manibus suis, cum spoponderit pro amico suo. Et iterum, *c. 22.* Noli esse cum his, qui dāgūt manus suas, et vades se offerunt pro debitis.

3 Et hæc opinio est verior, quam probat text. & ibi Bart. *in l. si remunerandi, §. fin. ff. mandat. in l. hoc iure, §. 1.* & ibi Bart. & Castr. *ff. de donat.*

Et hæc est communis opinio. Anton. Calder. *in l. si curatorem habens, C. de in integrum restitut. in verb.*

sua

sua facilitate, *sub nu.96.* licet ipse contrarium teneat, & dicat non licere nisi finito officio. Dec. *in l. fructus ff. de reg. iur.*

4 Ampliatur hæc conclusio, vt talis pactio non sit vsura, sed actus licitus ratione periculi, quod passim fideiussor patitur. Laur. de Rodulph. *in tract. de vsur. part. 3. q. 3.* Archiep. Flor. *in sũma, de vsur. c. 7. §. 45.* Aman. *in c. fin. num. 42. de vsur.* Dec. *conf. 7. num.* 10. Ioan. Lup. *in c. per vestras, §. 9. num. 9.* dicens esse licitum fideiussori pacisci tot pro cẽtenario. Summa Angel. *in verb. fideiussor. in fi.* Io. a Medin. *in tit. de vsur. restituend. col.* 8. Corrad. *de contract. q. 40. concl. 4.* Caiet. *super 2. 2. q. 78. ar. 2.* Et hæc est cõis opi. Didac. Couar. *var. resol. lib. 3. c. 2. num. 4.* Stracch. *de assecurat. in præfat. nu. 45.*

ADDITIO.

☞ *Et hæc est communis opinio toto orbe, & in foro conscientiæ seruata. Valasc. decis. Portugal. 86.*

5 Declaratur tamen allegata conclusio, & communis sententia, vt non procedat, quãdo attẽta qualitate, & cõditione debitoris nullũ immineret periculum, vt quia indemnis cõseruaretur, vel esset admodũ soluẽdo, vt nulla suspitio periculi cadere possit, vt ꝑ Cou. *in cit. loco.* Io. Lup. *in c. nauiganti, sub num. 20. de vsur.*

6 Declaratur secundo, vt non procedat, quãdo appareat dolus, vel fraus. Nau. *in d. c. nauiganti, n. 7.* reputãs hoc pactum licitum, & securum, dũmodo absit dolus, & fraus. Vnde si cõuenit cũ aliquo crediture, ne mutuet sine fideiussore, & ille postea requirat me, & ego peto ꝑ mercede tot, erit illicitũ, ita exẽplificat Sum. Ang. *in cit. loco*, est. n. actus mendicatus, vt ꝑ se patet.

7 Declaratus tertio, vt attendatur effectus subsecutus saltem ratione interesse. Vnde si ab initio fideiubendo pactus sum, puta decem, & non sum in damno, nisi in quinque, sola quinque petere potero, vt considerat Ioan. Lup. in citato loco.

8 Et sicẽ hꝑ hoc vna limitatio ad regulã, vtile, lib. 6.

* * Vnde fideiussor, infra dimidiam, pacisci potest, alias datur remedium *l. 2. C. de rescind. vend.* Boer. *dec.* 255. Siluest. *in verbo fideiussor. num.* 14. De communi Anton. de Padil. *in d. l. 2. num. 26. & 27.*

9 Et vltra Io. Lup. Couar. & alios ampliatur hæc cõclusio, vt si fideiussor cogatur soluere in repetẽdo nõ cõputet in sortem mercedẽ habitam pro fideiubẽdo. Ita singulariter, Bald. *in l. antiqua, nu. 1. C. ad Velle.* ea potissimum ratione, quia mercedem habuit ratione periculi fideiussionis, non propter satisfactionẽ obligationis, & ib ponit Bal. si mulier pro mercede fideiubeat, non iuuatur Velleiano, declarando vt per eũ.

Ampliatur tertio loco vltra Io. Lup. & alios, vt licet merces interueniat, non sit locatio, nec proprie contractus innominatus, sed similis contractui innominato. ita Bar. & Castrens. *in d. l. hoc iure, §. 1. & l. si remunerandi, §. fin. ff. mandat.*

10 Ex quibus in hac locati & conducti materia colligimus duo vtilia Primũ est, quod licet merces interueniat, tñ non est locatio, nisi in dispositione cõcurrat vltro citroq; obligatio. Vnde si cõditionaliter aliquid interpelletur, non erit proprie locatio ad intellectum eorum, quæ superius diximus de substãtia locationis.

11 Secundum est, quod licet contractus innominatus fiat proprie per dictionem; vt, tamen si fiat per, si, erit contractus similis innominato, & sic datur tertia species, si fiat, do, vt des, & similes per dictionem si, ad intellectum tituli de præscriptis verbis.

12 Ampliatur quarto, vt non sit donatio, & consequẽter non requiratur insinuatio. ita Alber. *in d. l. hoc iure, §. 1.* ad intellectum, *l. sancimus, C. de donat.* vltra late adducta per Gabr. *de donat. conclus. 1.*

De Magistris.

PRæceptoribus liberalium artium condecens debetur salario, *ex l. 1. §. 1. ff. de var. & extraord. cogn.* in qua materia paucis me expediam.

1 Et addo, quod inter medicum, & infirmum, aduocatum, & clientulũ, præceptorem, & discipulum, nõ est proprie locatio, sed agitur præscriptis verbi, ad honorarium, Bar. *l. 1. §. si meos, ff. sol. mat.* Alex. ad Bar. *in l. 2. §. adeo, ff. locat.* Cephal. *conf. 740. num. 2. & 4. vol. 5.*

Addo Ias. hoc valde commendantẽ *in § actionum, n. 170. in fin. Inst. de actio.* Socin. *conf.* 196. *vol.* 2. Et scolares pauperes gratis docere debent Concil. Trid. *sess. 5. de reform.* Lut. *de priuileg. scol. priuileg.* 88.

De Sacerdote.

IN hac materia clericorum tria possunt cõsiderari. primum circa res Ecclesiæ, & de hac ponã *in tit. de reb. eccles. non. alienan.* Secundum in conducendo, & de hoc ponam in titulo quibus est permiss. conductores esse. Tertium in locando operas personales eorũ.

Quęro igitur, an sacerdos possit locare operas suas & faciunt ea, quæ superius dicta sunt de ęconomo capituli, & videtur simonia locare operas suas. Duæ igitur sunt principales conductiones.

1 Prima est sacerdos nõ potest locare operas suas pro diuinis peragendis, & ita faciendo esset simonia, & hæc est communis opi. Car. in *Cano. iudicet, vers. in eo, gl. 1. q. 1.* Villalo. *in sua recollecta, litera, S. n. 62.* Iul. Clar. *in §. simonia, vers. quæro, nunquid.* Tusi. *in verb. sacerdos*, latè Sot. *de iust. & iur. q. 6. art. 1.*

2 Secunda sit conclusio. Sacerdos potest pro temporalibus locare se, & pacisci cum aliquo, vt moretur in aliqua ecclesia pro cappellano, ita, vt non habeat intentionem ad diuina, sed ad mansionem, & laborem, quem sustinet, vel damnum, quod patitur ex mora. Angel. *in verb. locatio, nu. 6. in verb. simonia, 1. num. 6.* Et

3 * hęc est communis opinio. Eman. Soarez. *in suo thes. litera, S. num. 39.* Sum. Arm. *in verb. locatio, nu. 6.* Burs. *consil. 204. num. 24. vol. 2.*

4 Sed pone vnum ad materiam *l. nemo. C. locat.* an Parochus discessurus possit seruire per substitutum? Vtique non, quia debet seruire per se, non per alium Cano. extirpandæ, *§. quia verò, de præben.* Lap. *in terminis allegat. 13. nu. 3.* subdens, quod propter absentiam dispensatur, quod Episcopus possit punere Vicarium.

Addo Bal. *in l. quisquis, C. de ep. & cler. in l. parabolani, C. eo. tit.* Fel. *in c. cum omnes, nu. 33.* post quintum casum, *de constit.* Fresin. *in sing. in verb. clericus, n. 107.*

5 Vidi in facto casum. Rector Curatus fictauit bona sui beneficij alteri sacerdoti, qui habebat curam animarum vltra fictum cum certo conuento salario, modo clarius fictuarius tẽpore solutionis vult soluere detracto suo salario, an poterit?

* An presbiter, vel alius sacerdos, poterit testari de

pesti

Digitized by Google

stipendijs Capellaniæ, vel pro celebrandis officij', ei datis, vtiq. sic Cin. *in auth. licentiam, C. de episc. & cler.* Card. *in Cano. quis nos, dist. 2.* Abb. *in cap. cum in officijs, col. 2.* vbi Barbac. *col. 4. de testamen.*

De sequestro.

QVÆSTIO I.

VTilis, & practicabilis est sequestri materia tam in fructibus, quam in alijs rebus, & quod de sequestro dicitur, & in deposito idem iudicatur, vt iura, & authoritates pro vna parte adductæ expresse demonstrant. Primo igitur loco quæro, an sequestratarius, vel depositarius possit petere mercedem, vel salarium aliquod pro sua custodia?

1 Pro parte negatiua facit *l. Lucius, §. 1. ff. de legat. 2.* de quo superius alias tetigimus, vbi nudus minister nullum commodum sentire debet. Et hanc opinionē per hanc rationem tenuit indistinctè Bald. *consil. 183.* factum proponitur, *col. 2. lib. 1.*

2 Pro contraria parte facit tex. *l. fi. §. fi. C. de bon. autho. rit. iudic. posid.*

3 Conclusio igitur est cum Bald. quod Depositarius, vel sequestratarius nullam mercedem, vel salariū petere, vel recipere potest, & ita etiam tenuit Ang. Imo. Rom. Aret. & Alex. *in l. interesse, ff. de acquirend. possess.* Granu. *ad vestr. in sua praxi, lib. 7. c. 2. num. 16.*

4 Declaratur ista cōclusio, vt procedat, & locum habeat in sequestratario, siue depositario electo a iudice, hic enim nullā mercedem petere, vel recipere potest, secus autem in sequestratario, de simplici partium cōsensu electo sine vllo iudicis ministerio, quia hic mercedem recipere poterit ex quodam tacito pacto, & conueniri præscriptis verbis, iuxta not. *in l. si oleum*, et ibi Bald. *de præscript. verb.* Barba. *consil. 71. colum. 1. lib. 4.*

5 Subdeclaratur id, quod dictum est de electo a iudice, quando in aliquo incommodo versaretur relinquendo ex hoc proprias res, & negotia, quo casu iudex poterit salarium constituere, *ex l. 2. C. de præbend. salar. lib. 10. & l. mulier in opus salinarum, ff. de capt. & postlimi. reuers.* Bartol. *in l. a tutoribus, §. fin. ff. de administrat. tutor.* Curt. sen. *in tract. de sequestration. quæst. 14.* late Tiraquel. *de vtroque retract. de retract. conuent. §. 4. gl. 7. num. 8.* attestans de Galliæ consuetudine, & facit ad hoc propositum text. superius allegatus *in leg. fin. §. fi. C. de bon. author. iudic. posiden.* vbi sequestratarius, vel depositarius in nullo incommodo, vel dispendio esse debet, & ita quotidie practicatur, siue sequester fuerit voluntarius, siue coactus. Ioseph. Rot. Luc. 52. *n. 14.* Fran. Marc. *decis. 444. nu. 5.*

QVAESTIO II.

POstquam sequestratarius, vel depositarius salariū, vel mercedem recipere non potest, si contingat pro conseruatione fructuum, vel rerum, poteritne cōducere domum, & soluere pensionem? casus contingibilis tempore recollectionis fructuum, vbi a Iudice sequestratarij eliguntur lite pendente.

1 Et in hoc textus est clarus *in l. is cui, §. final. ff. vt in pos. legat.* quem singularem dixit Salic. *in d. l. 1. C. de prohib. sequestr. pecun.* qui text. fuit alias discussus in præsenti tractatu, & loquitur quando alias commode per se non poterat, quia in nullo incommodo, vel dispendio esse debet, vt superius vidimus, *ex l. fin. §. fin. C. de bon. author. iud. poss.*

2 Ampliatur hæc conclusio, vt pro tali pensione, vel alijs expensis factis in re sequestrata, vel in depositum data præferatur omnibus alijs creditoribus etiam anterioribus, & expressam hypothecam habentibus, vt superius dixi in tit. de creditore, & in terminis sequestrarit pecudum, & animalium tenuit Alciat. *regul. 1. præsumpt. 20.* Negusan. *de pign. membr. 3. par. 7. n. 14.* Iacob. Menoch. *de recuperan. possess. remed. 11. n. 8.* dicens esse casum notabilem, & quotidianum, cum animalia dantur in sequestrum, vel depositum. allegat Salic. *in l. in summa, C. de pig.* Plo. *ad l. si quando, C. vnde vi, num. 874.* secundum antiquam impressionem. Gigas *de pens. q. 39. nu. 10.* Nat. *cons. 539. num. 8. 9. & 10. vol. 3.* Rom. *in singul. suis, in verbo, creditor*, de quo superius vidimus ad materiam creditoris. Tiber. Dec. *consil. 109. num. 23. vol. 2.* Ange. de Periglis, *in tract. de pale, & oliu. colum. 2. car. 5. & 7.* Laur. de Pin. *consil. 102. num. 3.* Pedem. *decis. 82. num. 8. & 9.* Rodo. *de reb. eccles. q. 17. cor. 402. & §. sed in casu malæ alienationis, nu. 21.* Rimin. sen. *consil. 633. num. 22. vol. 4.* Anch. Regiens. *q. 47. n. 14. lib. 3.* Borg. *de vsufruct. mulier. n. 246.* Bal. *in l. emptorem, num. 7. C. locat.* Sebast. Montic. *ins. item Seruiana, nu. 157. Inst. de act.* & ita pluries iudicatum attestatur Borgn. in suis decis. vt per eum *decis. 23. num. 21.* dicentem ita obtinuisse Volterium in Custode fructuum.

3 Et notandum pro Camperiis, & pro illis, qui dant pascula vaccarolis, & pecuaris, & *decis. 64. sub nu. 48.* attestantem pariter hoc deseruire posse pro victu, pastu, & alimentis. Rebuff. *ad reg. constit. to. 1. art. 4. glo. 2. n. 31.* Et faciunt pro conductore ratione expensarū, vt suo loco dicam.

4 Quid si sequestratarius dedit, puta animal ad vecturam? Vtique cum expensis compensabit, vt superius vidimus in materia creditoris, & vltra ibi adducta tradit pulchre Anto. Trig. *sing. 61.* vbi bene loquitur, si fructuus consistunt, in specie, & tunc computantur in sortem, quando sunt consumpti, alias non. si verò cōsisterent fructus in pecunia, prout pensiones donorū, tunc statim in sortem compuntantur, *ex l. si conuenerit, la seconda, ff. de pign. act.* Et sic si deposui penes cāpanarum equum alicui ex aliquo debito ablatum, prout passim occurrit, potest ad vecturam illum dare pro recuperandis expensis, & alimentis præstitis, nec poterit procedi, vt contra eum, qui tanquam simplex depositarius vtatur re pignorata, quia licet, computādo in expensas, & alimenta præstita.

5 Habemus etiam vnum aliud satis notabile in hac locati, & conducti materia, quod pensiones domorum statim in sortem cōmputantur non habita distinctione, an fuerint consumptæ, necne.

Et superius allegatam opinionem sentit Petr. de Vbald. *de duobus fratr. par. 5. nu. 12.* Alci. *reg. 1. præsūp. 50. nu. 2.* Feli. *consil. 15.* Rube. Alex. *consil. 55. & 107. in fin.* & est vera, & æqua opinio. Bald. *in l. si quis, num. 6. C. de posit.*

6 Et si deterioratum restituit, tenetur ad æstimationem, & deteriorationem. Negusan. *de pigno. in 7. part. membr. 3. num. 7. & seq.* Crauet. *conf. 106. num. 2. lib. 1.* Marsil. *sing. 697.* Bonacos. *de equo, q. 94. & 151.* Fran.

R Tontul.

Tontul. *conf.* 6. *nu.* 17. & 18. Brun. *de augumen. & dim. concl.* 10. *lim.* 12. & si expensa maior credito, debet causa breuioribus dilationibus expediri. Borgn. *decis.* 23. *nu.* 281.

QVAESTIO III.

1 QVæro ad propositum sequestri, & materiæ locati & conducti, de qua agimus an pensiones domorum sequestrari possint, & videbatur dicendū quod non; ex rationibus adductis ab Imperatore in *auth. sed iam C. deposit.* & in corpore, vnde sumitur *in §. 1. auth. de deposit.* quia sub velamine sequestri multi comedunt & consumunt, & multi se absentant, vt ibi late tex. prosequitur, & multo minus sequestrari possunt salaria officialium, vt clare sentit Accurs. *in gl. fi.* & ita tenet etiam Ant. Cucc. *de moratur. nu.* 95. dicēs salaria, & pensiones esse priuilegiatas, nec sequestrari, vel quoquo modo impediri posse.

2 Contrarium tamen continuè de iure seruatur, vt testatur Alber. *ad d. auth. sed iam cautum*, vbi in fine conciliando consuetudinem cum iure communi distinguit, aut fit simpliciter denuntiatio, & nihil operatur in pensionibus, & salarijs. Aut fit sequestrū formale authore prætore, & illo casu pensiones, & salaria sequestrantur. maxime in debitore suspecto. Ias. *in l. si fideiussor, § si satisdatum, n.* 16. *ff. qui satisd. cog.* & bona sint dilapidata, & sit difficilis exactionis Rot. *nouis. p.* 2. *dec.* 13. *vide in tract. seq. p.* 4. *q.* 2. *circa medit.*

3 Et passim videmus, quod pro aliquo debito, damno dato, vel delicto dato sequestratur salarium penes dominum salarij, debitoris: Sequestrantur etiam salaria officialium, nonne æquum est, vt debita persoluantur. nec impediantur sub imaginatione sequestri?

4 Et prædicta vlterius procedant, quando alia bona nō supersunt, vel si supersunt, haberi possunt cum nimia difficultate; quo casu salaria, & pensiones sequestrari possunt, alias non ita declararat Castrens. *in l. stipendia, C. de excus. rei iudic.* inferens ad propositum materiæ locati & conducti, de qua agimus, vt si doctor salariatus a publico, sit condemnatus, quod nec sequestrum, nec executio fieri poterit in tali salario, si alia bona supersunt; commendat Ias. *in l. commodis, ff. de re iudic.*

5 Cautus igitur erit bonus iudex, inspiciendo, si alia bona supersint, nec oneret salarium adeo fauorabile, & laboriosum, si alia bona supersunt, nec sufficit superesse, si commode haberi non possint: vt ibi *in fi.* nec debitor est nimium delatigandus, vel ex distantia loci, vel potentia personarum. Et ita declaratur *l. per hanc, C. de erogat. milit. annon. lib.* 10. vt per Alex. ad Bart. *in d. l. stipendia.*

QVÆSTIO IV.

NVnquid sequestrum factum colonis, & laboratoribus priuet aliquem possessione sua, vel inducat litis pendentiam? non est locus admodum suus: communis opinio est, quod non, nisi de voluntate ambarum partium fit appositum. Cattan. *conf.* 48. Gomez. *in reg. de ann. q.* 46. reprobato Gremin. *conf.* 78. *col.* 5. Add. Hercu. *de atten. c.* 5. *nu.* 49.

OCTAVVS GRADVS PERSONARVM.

Liber homo
Libertus
Mater
Filius
Scriptor.

Gradus V.

1 QVæro, an liber homo possit locare operas suas; & ne quæstio appareat vana, quia passim homines locant operas suas considerandi sunt duo casus principales.

Primus est ad tempus, puta ad quinquennium, vel quid simile, & potestas, & ille, cui est facta locatio, subdelegare poterit. Ita gloss. *in leg.* 3. *de verbor. legat.* & vidimus superius de iure sublocandi, *ad l. nemo, C. locati, in verbo conductor.*

2 Vnde non prohibetur famulus, mulio, Agaso, & similes locare operas suas pro certo tepore, puta quinquennio, vel simili.

Secundus casus principalis habens difficultatem, an liber homo possit locare operas suas in perpetuū

3 Et pro parte negatiua facit, quia talis locatio est impeditiua libertatis. Vnde valere non debet, *l.* 1. *§.* 1. *ff. de vsufruc. l. nihil, ff. de liberal. cau. l. Titio. §.* 3. *ff. de cond. & demon.* & hanc opinionem tenuit gloss. *in leg. post certs, C. de lib. cau.* Dyn. *in d. l. Titio, §. Titio.* Lau. Silua. *conf.* 34. *num.* 11.

4 Contraria tamen opinio videtur de iure verior, & magis communis, quam tenuit glo. & ibi, Alb. *nu.* 4. *ff. de vsufruct. in l. antiquitas*, & ibi Cyn. Cast. *C. cod. in §. fin. Instit. de person.* Spec. *de loc. §. postquam vers. quid si locaui.* Imol. *in c.* 2. *de Pig.* Port. *de vsufruct. nu.* 6. Dezo. *in sum. in tit. de locat.* Bart. *in stipulationes non diuiduntur, q.* 8. *ff. de verb. obl.* Rip. *in l. obligatione generali, num.* 10. *C. de pig.* Coua. *de spons. c.* 7. *num.* 5. Viu. appelans hanc opinionem verissimam *lib.* 2. *opin.* 162. Eman. Soarez. *in suo thesaur. litera O, nu.* 16. Albe. *in leg. omnium, nu.* 1. *ff. de vsufruct.*

5 Declaratur ista cōclusio, vt procedat, & habeat locum causatiue, puta si non poterit per se, faciat per substitutum, nisi electa sit industria personæ, vt per scribentes omnes in citatis locis, & posui de industria personæ *in tit. conductor, ad l. nemo, C. locat.*

Hinc pactum, vt quis personaliter, et per se seruiat perpetuo, non valet neque tenet, ex quo tollitur facultas substituendi. glo. ita intelligenda *in l. post certi, C. de libera cau.* quam ibi Bal. summopere commendat, & extollit. Per Rauen. in suo aureo alphabeto, *in verbo pax, col.* 4. Bonacoss. *de famul. q.* 84. Addo Neui. *conf.* 86. *in fi.* Balata declarantem *in l. antiquitas, Cod. de vsufr* Boer. *de nutnitate, magni consily, n.* 34. Benin. *de pauper. q. special.* 5. *in contractibus, nu.* 14.

Declaratur secūdo in dño valde paupere, qui aliū. de viuere nō possit, quo casu pōt suas operas in perpetuū obligare, *l.* 1. *C. de mendi. valid. lib.* 10. *& no. in l.* 2. *C. de paren. qui fil. distrax.* ita Cast. *in d. antiquitas, in fin.*

6 Et passim experientia docet, quod pauperes, & vilissimæ personæ aliunde viuere non valentes, locant se eum alijs in perpetuum.

Ampliatur ista declaratio, vt procedat nedū in libero homine, respectu suæ propriæ personæ, sed in matre, & patre, vt possint proprios filios, in casu necessitatis, & paupertatis, alijs locare. Ita Benin. *de pauper. q.* 8. *spe-*

q.8.§perial. 5. in contract. ib. ex gl. celebri in l. 2. C. de patri. qui fil. distrax. si enim vendere, multo magis locare.

7 Et no. quia glo. in d. l. 2. repugnat in matre, tamen dictus autor non facit differentiam inter patrem, & matrem rationibus per eum adductis,

8 Nota tamen dictam glossam, quia talis non dicitur seruus, sed seruire tantum. Roder. Soarez. ad l. 2. for. lib. 3. tit. de los gouernos, ver. ante omnia, nu. 20.

9 Et ex prædictis infertur intellectus. ad l. qui operas. ff. loca. licet enim quis se obligare possit ad præstationem operarum, d. l. qui operas, non tamen debitor poterit se locare cum suo creditore pro suo debito extinguendo, quia quodammodo sic esset seruus creditori. ita Rip. in l. obligatione. nu. 5. ff. de pign. tetigi sup. in materia creditoris, statutum tamen hoc disponens valet, & tenet. Rode. Soarez. in cit. loco.

10 Declaratur tertio fauore Reipub. vel ecclesiæ, cui se in perpetuum obligare potest. Inno. in c. inter dilectos, de don. dixit sing. Rom. sing. 635.

11 Est communis opin. Rip. in l. obligatione, num. 10. ff. de pig. Buri. conf. 204. nu. 4. vol. 2.

Et passim videmus locare se multos pro famulis; & seruitoribus cum Ecclesiis, & cum Communitatibus, vt manducent panem album.

Sed pone, quod famulus, vel alius, qui locauit se ad tempus, acquirat aliquid super equo domini, cui acquiretur? Guid. de Suzz. tenuit acquiri domino tanquam ex re domini, in lucro tamen licito. Ita in l. prætor, in princ. ff. de bon. auto. iudi. poss. quam reprobat ibi Albe. quia per liberum hominem non requiritur nisi possessio, l. si ita stipulatus, §. Grisogon. ff. de ver. oblig. l. 1. C. per quas personas.

12 Vnde si famulus super equo obtineat brauium, erit ipsius, non autem ipsius domini.

De Liberto.

1 QVæro, an libertus possit locare operas suas, materia hodie parum, vel nihil practicata. ita succincte dicam, quod sic l. 1. §. si in fraudem patro. etiam in perpetuo, l. Titio, §. 3. ff. de condit. & demonstr.

De Matre.

QVAESTIO I.

QVAERO, Vxor inhabitat domum viri post mortem ipsius, an teneatur ad pensionem aliquam? videbatur quod non, quasi habitet ex iure familiaritatis.

1 Contrarium regulariter est verius, Bald. limitans in casu familiaritatis, in leg. contractus, C. locat. Commendat Ias. in §. actionum, num. 166. Instit. de act. dicens esse casum quotidianum, & nil in sum. §. fin. nu. 4. ff. de condi. inde.

2 Considera, quia Bald. loquitur in casu, quando maritus conduxit domum in eius vita, & decedat locatione pendente, an vxor teneatur pro rata, & dicit, quod sic, arbitrio boni viri, & iste est casus a Menoch. non positus, de arbitrio iudicis. Sed quod si inhabitet in domo propria viri post mortem ipsius? Et an in dubio, iure familiaritatis?

3 Declaratur in matre tutrice filiorum, quæ habitādo cum eis, non tenetur ad pensionem aliquam. Bald. in l. 1. §. si pupillus, ff. de tutel. & ratio. distrah. quem casum non vidi apud Borgn.

De matre locante.

QVAESTIO II.

QVæro satis vtiliter. Mater vult locare seruitia filii ad artem addiscendam, poterit ne?

Videtur quod non ex regula l. Titio, §. Titio, il tertio, ff. de condi. & demonst.

Contrarium est verius. Luc. de Penn. in l. quicunque, nu. 3. C. de seru. fug. lib. 11. & ita fuit pluries obseruatum. Vin. de Anna. sing. 336.

2 Videbis pluries in facto casum. Mater vidua habet filium, & est pauper, & sine arte, vel exercitio aliquo Ponit eum cum aliquo calceolario ad artem addiscēdam: nascitur quandoq; contentio, & filius per spatiū temporis petit salarium a domino, ille replicat, nō teneor, quia docui artē, & videbis etiam practicādo in facti contingentia, quod pauperis non datur, salariū pro primo anno ab artificibus, in secūdo datur, sed aliquātulum leue, deinde iuxta sufficientā crescit cetera ad matrem pertinentia vide in quæstio. de muliere.

De filiofamilias.

QVAESTIO I.

QVæro in materia locati & conducti, de filiofamilias, an locare, vel cōducere possit, & primo an locare possit.

1 Primo videbatur dicendum, quod non, ex l. filiusfamilias, ff. de act. & obl. vbi filiofamilias, quatuor tantum competunt actiones, iniuriarum, quod vi, aut clam, depositi, & commodati. Vnde cum non enumeretur actio locati, merito locare non posset.

2 Contrarium est verius. Primo deducitur ex l. filiusfamilia, la secunda, ff. de loc. obl. vbi licent omnes contractus, præterquam mutuum, nec Macedoniano locus, l. si filiusfam. l. 1. §. 1. autem. ff. ad Maced.

Secundo clarius & in terminis ex l. 1. §. si filiusfamilias, ff. de his, qui deiicer. vel effund. vbi in terminis locare, & conducere potest, & sic cum locatio & conductio non sint de casibus exceptis in d. l. filiusfamil. locare non poterit.

Nec obstare videtur ratio in contrarium allegata ex d l. filiusfam. quia ibi nō est sufficiens, & per facta. & enumeratio, vt ex gl. ibi colligitur. Locare igitur filiusfamilias, poterit. Et in publicis locationib. obligat, patrem in solidum, l. 2. vers. sed & si vectigalia, ff. ad munici.

Quæro, filiusfamilias est debitor, & causa locationis, vel alterius contractus ea pecunia conuersa est in mutuum, iuuabitur ne Macedoniano? Vtique non. Cum subsit causa vere primordialis, quę gubernator, in casum matris. Gomel. de contract. vol. 4. c. 6. lim. 5. per l. 3. ff. ad Maced.

De filiofamilias conductore.

QVAESTIO II.

QVid in conductione? omissa in hoc disputatione, conclusio sit vna, filius conducens gabellas,

& publica vectigalia, obligatur, nec iuuatur Macedoniano *l. 3. verſ. Iulianus*, ff. *ad Maced.*

2 Secunda ſit concluſio. Filiusfamilias poteſt eſſe in iudicio ſine cõſenſu patris, ſi iurat. & ex tali iuramẽto obligatur. *in l. fi. §. filijs autem, C. de bon. quæ lib. commendat.* Mar. *fin.* 40. ad limitationem, *l. fin. §. neceſsitatem*, *Cod. de bon. quæ liber.* Vide tamen *conſil.* 1. *col.* 3.

QVAESTIO III.

1 QVæro ad materiam, *l. ſi permittente*, *C. ad Macedon.* Pater dedit licentiam filio, vt mercantiam exerceat, qui conduxit apothecam, in quam intulit aliquas res patris, an ſint tacitè obligatæ pro penſione apothecæ? dixi ad regulam, cum quid, *par. 1. in princ. nu.* 4. facit ad ampliationem materiæ de inuectis, & illatis.

QVÆSTIO IV.

PVlchra (ni fallor) eſt quæſtio in materia legitimæ filiorum, ſi filius recipit legitimam ſuam in aliquo fundo locato, nunquid tenebitur ſtare colono, & contractui?

1 Videbatur dicendum, quod non, ex quo de legitima deducitur omne grauamen, & onus *l. quoniam in prioribus, C. de inoff. teſta.*

2 Contrarium eſt verius, quia verum eſt, quod de legitima detrahitur omne onus, & grauamen, ſcilicet legatorum, & fideicommiſſorum, vel aliorum onerũ, appoſitorum in teſtamento; ſecus tamen quoad credita patris, quibus filius ſtare tenetur. ita in terminis Roder. Suarez. declarat, *ad l. quoniam in prioribus, ampliat. 7. ſub nu.* 11.

3 *I*niquum videtur, quod filius, ex quo legitimam elegit in tali fundo locato, deſtrueret contractum. Et ſic habetur ampliatio *ad l. emptorem*, *C. locat.* vt procedat etiam in filio, quoad legitimam.

QVÆSTIO V.

QVæro ad materiam *l. Papinianus, §. quarti ff. de inoff. teſta.* an legatum factum famulo, vel pediſſequæ pro ſuo ſalario, & mercede, debeat præcedere legitimam filij in computatione?

1 Videbatur dicendum, quod non, ex quo legitima eſt de iure naturæ, & admodum fauorabilis, vt not. *ad auth. nouiſsima, C. de inoff. teſtam.*

2 Contrarium conſuluit Alex. *conſ.* 31. *nu.* 1. *vol.* 4. ſequitur ad *d. l. Papinianus*, *§. quarti*, *nu.* 11. facit tex. cum ibi no. *in l. creditorem. ff. de leg. 2. l. 1. §. ſi creditori, ff. ad l. Falcid. iuncta l. qui vxori, in princ.* cum ibi not. ff. *de aur. & arg. leg.* Et in cauſa mercedis eſt fauorabiliter legitima.

QVAESTIO VI.

QVæro vlterius. Pater locauit podere magnum ad longum tempus, & conſtituit in penſione filio legitimam, nunquid poſſit?

1 Videbatur quod ſic, tanquam ſit de ſubſtantia patris. Contrarium conſuluit Bertr. *conſ. 72. viſis, lib.* 2.

2 Pro quo viſta cum facit, quia quod ſuper bonis relinquitur, de ipſis tamen bonis non debetur, licet ſint hypothecata pro penſione, vt no. *in l Caius, ff. de annu. lega. in leg. Lucius, ff. de alimen. & cib. leg* Rip. *ad. leg. in quartam, nu. 30. ff. ad leg. Fal.* Cucc. *de legit. in verbo ex ſubſtantia, nu. 16. fol. 27. verſa pagina.*

3 Vidi etiam quandoq; dubitatum, an de legitima filij, detrahi poſſint mercedes, & ſalaria Præceptorum?

4 Pariter dicitur, quod licet mater teneatur alere filium intra triennium, iuxta gloſ. *in l. ſi competenti, C. de alend. liber. & in l. nec filium, C. de patr. poteſta.*

5 Tamen ſi mater ſit talis cõditionis, vt viuat ex operibus, & induſtrialibus, a quibus propter alendum filium ceſſare oporteret, tunc mater recuſare poſſet, & pater prouidere tenetur, Bald. *in l. ſed ſi hæreditas, §. quod autem*, ff. *de exhibend.* Pedemonta. *deciſ. 46. numer.* 10.

6 Et ſic caritas propria matris præponderat caritati ipſius filij.

De ſcriptore.

QVAESTIO VNICA.

QVæro aliquid in materia ſcriptoris, & in ea cõcluſiuè procedam.

1 Prima ſit concluſio. Scriptores literarum gratiæ pro eorũ mercede groſſos decem Turonenſes recipere poſſunt ex conſtitutio. Ioan. 22. vt in Extrauag. 1. *de ſenten. excommun.* vbi limitat in duobus caſibus, quorum vnus auget, prout eſt, ſi apponantur clauſulæ inſolitæ, quo caſu plus petere poſſunt. Alter caſus eſt fauore paupertatis, vt ſic ſcribantur litteræ in forma pauperum, quo caſu minus petere debent, puta octo tantum groſſos. Pract. Rom. Cancella. fol. in no. de expectatiuis, & alijs litteris gratiæ, *verſ. item ſi clericus.* Benincaſ. *de pauper. q. 7. de ind. ſpecial. 7. nu.* 15.

2 Seruit in argumentum hæc Extrauagans Ioannis ad fauorem notariorum Tudertinorum, quibus regulariter aſſignantur pro ſalario, & mercede rogitus cuiuſcunque inſtrumenti Bononeni duo, ſi tamen occurrat caſus alicuius inſtrumenti extraordinarij admodum longi, difficilis, vel inſoliti, plus petere poterit, eritne conueniens, vt puro ſimplici inſtrumento procurc dẽtur Bononeni duo, & idem ſit dandũ pro difficili inſtrumento diuiſionis, tranſactionis; permutationis, & ſimilium, certe iniquum videtur, debebunt pariter acceptare, vt habeatur ratio paupertatis.

3 Secunda ſit concluſio. Scriptor an poſſit retinere quinternos pro mercede, ponam in tit. de expenſis.

4 Tertia ſit concluſio. Scriptor, qui locauit operas ſuas ad ſcribendum, & incepit, poteſt cogi ad complendum, & perficiendum, gloſ. *in l. ſtipulatio, §. fine ff. de nou. oper. nunc.* quam ibi Gugl. & Albe. ſequuntur, dicit ſingularem, & non eſſe alibi, Bald. *ſing. 60. in ca. quemadmodum, col. fin. de iureiur. in l. traditio, q. 1. C. de acti. empt. in l. ſi ij, contra quos, C. locat. in l. quiſquis, in final. C. de epiſc. & cler.* & hęc eſt verior, & magis communis opinio, vt per Iaſ. *in d. §. fine*, vbi reprobat Alex. atteſtantem, opinionem contrariam eſſe communem, *& in l. alia, §. eleganter, ff. ſolu. matrimo.* quem etiã ſequitur Rip. *in l. obligatione, numer. 9. ff. de pign.* reprobat Spec. contrarium tenentem in loco per eundem allegato, & de communi pariter cũ Iaſ. teſtatur Imo. *in c. 2. de pign.*

Ampliatur

5 Ampliatur primo loco ista communis conclusio, vt procedat, & habeat locum etiam si fieret pactū alias à iure reprobatum, & scriptor staret in compedibus. Spec. *in tit. de renunc. & conclu. §. 1. vers. item hoc est*, quod pactum alias est reprobatum vti inductiuum seruitutis *l. alia, §. eleganter, ff. sol. matrim. l. liber homo, ff. ad l. Aqui.* quæ iura in hoc limitantur. Addendo ad ea, quæ in materia ponit Alph. *report. 297.*

6 Ampliatur secundo loco, vt non liberetur, cedendo bonis, sed possit præcise cogi ad factum. Bald. *in l. 1. col. 2. num. 9. C. qui bon. cede. poss.* & ibi Salic. *col. 2. q. 5.* vbi concorditer limitant, si obligatus, faciendi facultatem habeat, alias ob impossibilitatem, et impotentiam auditur, cedendo bonis, & sic creditor scriptoris conducti, tot de bonis eius accipiet, quantum erit interesse, factum non præstari. Faber. *in §. fin.* & ibi. Ias. *in 3. limit. Inst. de actio.* Brun. *de ces. bon. in 4. q. quartæ quæstionis principalis.*

7 Ampliatur tertio loco notabiliter, vt si scriptor ingrediatur religionem, adhuc cogi poterit ad scribendum, dummodo a diuinis non retardetur. glo. *in can. præterea, dist. 51.* Inno. *in c. fin. de seru. non ordin. in c. scripturæ, in verbo commutare de voto.* Archi. *in cano. 1. dist. 54.* commendat. Ias. *in l. stipulatio, §. habet, in fi. ff. de non. oper. nunt.*

Considera; ne fortasse mirum sit, quia præfati loquuntur, quando est appositum iuramentum, quod pariter est quid spirituale, & seruari debet sine interitu salutis æternæ.

8 Et quod dictum est in scriptore, accommodari poterit in pictore, & similibus.

9 Pariter consideraba quandoque, quod quędam sunt officia cameralia, & compatibilia cum professione religionis, & ista dum licita sunt, per religiosū cōpleri debent, vt scribere, & similia. Quædam sunt incōpatibilia cum religionis professione, vt si medicus cōductus iurauerit seruire per annū, si interim efficiatur monachus, vel similis, non conuenit eum publice profiteri. Et ita vidi in facto, immo solui salarium pro tempore, quo inseruiuit, fauore ingressus religionis.

10 Declaratur primo, si rector efficiatur, vel in aliqua dignitate constituatur, mutatio enim status in digniorem, tollit præcisam obligationem facti, posui superius in materia sublocationis, vbi de communi. Addo Dec. in c. quoniam Abb. *num. 75. de offic. deleg.* licet Ias. in citato loco aliter sentiat.

11 Et sic vides ex ingressu religionis quem non liberari, & per assumptionem dignitatis liberari, nisi dicas, vt supra.

12 Videmus enim multos medicos fieri Cardinales, multos notarios clericos, & sic de singulis.

Declaratur secundo, vt procedat, quando scriptor promisisset scribere libros graues, & in quibus vertitur publica vtilitas, vt libros legales, medicinales, capitula communitatum, confraternitatum, & similia; secus si libros, & materias voluptuosas, vt nouellas Boccatij, metamorphoseon Ouidij, & similia. Bal. *in l. nec patronis, n. fi. C. de oper. libert. in l. 1. col. 12. C. de sen. tu. quæ pro eo.*

13 Et multo minus hoc conuenit viro, & scriptori effecto religioso, iuxta ea, quæ diximus in vltima ampliatione. Vnde consideranda est qualitas scripturæ faciendæ.

14 Quarta sit conclusio in scriptore conducto ad scribendum, vt nō possit cogi ad scribendum alteri. Imo. ad Bar. *in l. 2. ff. solu. matrim.* Alex. *in l. si non fortem, §. libertus, ff. de condict. indeb.* & sic delegatio non habet locum in scriptore.

15 Vnde si conduxi aliquem scriptorem ad scribendum, & volo eius operam delegare alicui amico, poterit scriptor recusare, & se defendere.

16 Quinta sit conclusio. Scriptor conductus ad scribendum, debet scribere suo calamo, & atramentis: Ang. & Alex. *in l. stipulationes cōmodissime, ff. de verb. oblig.* Felin. *in c. 1. de libel. obla.* & si scribat corrupte, tenetur: Bald. *in l. fin. col. 1. in fin. ver. sed pone quod aliquis, C. de ædil. act.*

Et insuper debet scribere titulos, & rubricas: Bal. *in l. fin. ff. de hæred. Instit.* Ang. *in l. stipulationes commodissimæ, ff. de verb. oblig. in l. non idcirco, ff. de iudic. in auth. de ince. nup. in princ.* Alex. *in rub. si cert pet.* Milit. *in verbo, scriptor.*

17 Sexta sit conclusio scriptor non potest scribere de nocte, quia opera de mane est melior, quam de sero. Bal. *in rubr. C. de oper. liber.* Alex. *in l. more, in fin. ff. de fer.* Ang. Imo. & Alex. *in l. stipulationes commodissimes, ff. de verbor. obligat.*

18 Et hæc conclusio vera est, & procedit nedum in scriptore cōducto, sed in quolibet operario, vt de die operari cogatur, & operādo de nocte, nō excusetur, nisi in casu necessitatis, vt p Firm. *in verb. nox. ver. 4.*

19 Septima sit conclusio. scriptor conductus ad scribendum debet scribere cum titulis, & abbreuiaturis, nisi aliud habeat consuetudo. Alex *in dict. l. stipulationes commodissime, ff. de verb. obligat.*

20 Octaua sit conclusio, scriptori quo tempore debeatur salarium? ponam in tit. de temp. pensi.

21 Nona sit conclusio. si non stat per scriptorem quo minus scribat, & operetur, quomodo solueu[illegible] sit salarium, & quantum esse debeat; ponam in ti[illegible] nō stat per locatorem, &c. & si scriptor promisit non discedere ab aliquo loco, nisi perfecta conductione libri scribendi, potest impune recedere, & conuentioni nō stare. Est communis opin. Rip. *in l. obligatione, nu. 9. ff. de verb. oblig.* Viu. opi. 207. *lib. 2.* Eman. *litera S, n. 13.*

Instrumenti autem formula, quoad substantialia, hæc est, ex Spec. *in tit. de loc. §. restat, in princ.*

22 Constitutus N. pro se, & suis hæredibus, & successoribus promisit, & conuenit Francisco, &c. scribere vnum librum cartarum tot, de tali litera, charactere, & forma, & conuenit scribere integrum sine aliqua diminutione, & hoc per duos menses proxime venturos, & hoc pro scutis tot, soluendis hoc modo, &c. cum quietatione in forma, qua omnia, &c. iurauerūt, &c. nunciauerunt, &c.

Quibus non est permissum conductores esse.

Licet sparsim in opere tractatum appareat de ijs, qui conducere, vel non conducere valent, recensebo tamen aliquos casus particulariter a legibus enumeratos, quibus disponitur de certis personis, quę conducere brobibentur.

1 Primus igitur casus expressus est, miles, qui conducere omnino prohibetur, & conducendo est infamis ipso iure, nec amplius ex aliquo capite potest ad militiam reponi, & locatores a fructibus, & locatione cadant ipso iure, *l. milites, & l. fin. C. loca.*

Ampliatur hic primus etiam in militibus nostri temporis, iuxta distinctionem casuum relatorũ, post alios per Sfort. *de compend. par. 5. permiß. 5. & de resti. in integ. q. 6. art. 6.*

Ampliatur secundo, vt cum proceditur ex forma *l. fin. C. loc.* non requiritur libellos. Afin. *in sua pract. §. 4. illat. 41.*

4 Declaratur hæc conclusio, quantũ ad milites pertinet, vt procedat, & habeat locũ in conductionib. ruralibus, quæ, esto φ distrahãt a militari exercitio, indignæ sunt militari exercitio, & quodammodo deteriorant conditionem, & qualitatem militis. Similiter procedit, q quis conduceret pro negociando, potest tamen miles conducere domum pro sua habitatione, & stabulum pro equo; vt ibidem per gl. Cin. & alios.

3 Declaratur secundo, vt dispositio. *l. milites, hodie* non sit in vsu, vt per *Clauas. in Sum. Ang. in verb. locatio, num.* 10. & ibi in additione, *litera C.*

4 Tamen duo in præsenti non omittam, vltra alios. Primum est, quod Grat. *conf.* 80. discurrit super *d. l. milites.* & videtur innuere eam etiam hodie procedere, & limitat, vt procedat in simpliciter militibus, nõ autem in titulatis, vt Comitibus, Baronibus, & similibus. Secundo loco limitare videtur, vt procedat in simplici conductione, secus in ea, quæ ius aliquod saltem vtile tribuit.

5 Secundum, quod colligitur ex eo contextu, moraliter loquẽdo, & sic videtur colligi ex eo, quod aduocati communitatum, medici, & similes, nõ debent facere conductiones, per quas distrahantur a proprio exercitio, in præiudicium publici officij: nec debent facere conductiones infimas; & mæchanicas, prout multi conducunt, & faciunt conductionem calcis commquendæ, annonæ conseruandæ, & similiũ, hec enim parum conueniunt similibus personis, & debent esse eorum officio, & professioni intenti, quod tẽporibus nostris parum obseruatur, & tanta est hominũ auaritia, vt omnia pro lucrando paruifaciant, vel vilescãt.

6 Colligitur etiam ex eo contextu, φ conductio distrahit animum a propria eius operatione, quomodo enim poterit egregius Aduocatus suæ professioni plene studere, si conductor annonæ quotidie impeditur ab eo, & indigentijs eius? quomodo Medicus medicinæ operam dabit, si fictibus quotidie incũbit? omnibus intẽsus minor est ad singula sensus. O bone Deus quousq; malitia hominũ excreuit, quid non appetũt homines? si iura tunc temporis prohibuerunt negociationes militibus, cur magnates nostri temporis tot negociationibus, vini, grani, & olei famescunt populos, & pauperrimos homines, tot sitibundi, tot auari, tot in fauoribus confidentes, omnia audent, cur non prouidetur, cur non succurritur? qui faciunt hodie monopolia? magnates, & potentes, qui faciunt annonas cariores? magnates, & potẽtes, qui de hoc castigãtur? inferiores tantũm, sed Deo Optimo Max. omnia aperta sunt tempora, vt externa dies, quæ præterijt.

7 Altera est principalis conclusio, de milite cælestis militiæ, puta clerico, qui si est simplex clericus, non prohibetur, secus si sit beneficiatus, & in sacerdotio. Ita Cyn. & Bal. *in d. l. milites,* ita declarãdo, *§. aliam, in authe. de sanct. episc.* qui text. ampliat. vt nec possit fideiubere pro conducente. Vnde nec gabellas conducere possunt. Firmia. *in verbo, gabellarum conductores, versic.* 3.

8 Ampliatur, vt si pro aduocando, vel fideiubendo aliquid requirant, non sit donatio, nec procedat dispositio *l. hoc iure, §. 1. ff. de donat.* vt ibi per glo. limitatur tamen, vt clericus locare possit domum pro taberna exercenda. Arch. *in cano. nullus, dist.* 44. Imo. *in c. si. col. 7. de vi. & honest. cler.*

9 Declaratur secundo, vt non possit conducere causa lucri, secus pro sustentatione victus, vel alia honesta causa. Abb. *in c. 1. num. 8. ne cler. vel monac.* Ang. *in verbo, clericus* 9. *contrarium* Port. *conf.* 16.

10 Declaratur tertio, vt succedens conductori, permanere possit vsque ad præfinitum tempus conductionis. ita limit. glo. not. *in c. peruenit, de decim.* per text. *in l. decurio. §. 1. de decur.*

11 Ex quibus patet intellectus *ad reg. cum quid, lib.* 6, vt procedat quando prohibitio fit alicui attento effectu, quo casu nulla alia via ad id admitti debet, prout mendicantibus prohibetur tenere bona immobilia, nec tenere poterunt iure hæreditario, vt in Clementina, *de verbor. signific.* secus, si prohibitio fiat attento modo, scilicet, propter cupiditatem, quæ ratio cessat, si clericus in conductione succedat.

12 Altera fit conclusio principalis. Decuriones conducere non possunt, *l. curialis, C. locat.* succedunt tamẽ conductori, *l. decurio. glos. in l. 2. §. 1. ff. de administra. rerum ad ciui. pertinen. C. de decurio.* lex tamen curialis non est in vsu, vt per Alber. *in d. l.* & Angel. *in otiato, loco,* ob id vlterius me in hoc non extendam.

13 Nota tamen ex Bald. ibidem, quod prohibitus a lege, vel statuto conducere, non intelligitur in vsum proprium, limitarem, nisi in odiũ personæ, quia prohiberetur persona stare tali loco, nec in vsum proprium conducere poterit, vide Bero. *decis.* 215. vbi nec fideiubere pro conductore.

Est etiam prohibitum tutoribus, vel curatoribus, a fisco vel camera conducere, & dissimulantes puniuntur; *vt in l. Græca, ff. loc. ad quam* Alc. *lib. 1. dispun. cap.* 2. solet etiam quandoque locatio interdici in pœnam, ne quis publica vectigalia conducat, *l. moris, §. sunt autem, ff. de pen.*

Pariter castellani locorum prohibentur Arrendatores esse. Franc. Mareb. *decis.* 7. *par.* 1.

Et officiales Communitatis prohibentur emere, vel conducere bona ad officium spectantia, & ab eo dependentia, sub pœna priuationis actus, & quadrupli, *l. si in emptione, §. fi. l. non licet, ff. de contrab. empt.*

Amplia, vt nec in propria patria. Ias. & communi *in l. principalibus, ff. si cert. pet. num.* 4.

Amplia, siue officiales habeant annexam administrationem cum iurisdictione, siue non. Bart. *in l. aufertur, §. quod a præside, ff. de iur. fisc.*

Amplia, vt nec ea, quæ sunt extra officium, emere vel cõducere possit, si habeat annexã iurisdictionem, & nullus inferret martem, alias posse. Bar. in d. loco.

Limita in officiali perpetuo, qui potest, secus in temporali. Ias. & communit. *in d. l. principalibus, num.* 2. *limit.* 2.

Limita secundo, quando conducitur a non subditis, vel forensibus. Salic. *in l. quisquis, C. si cert. pet.*

Limita, si bona fide, & palam fit dare, vel per interpositam personam, & sine debitis solennitatibus. pulchre Pedemont. *dec.* 109. vbi bene loquitur omissis alijs limitationibus, quæ scilicet non applicantur ad conductionem.

D. VIN.

D. VINCENTII CAROCII I.C. Locati, & Conducti Tractatus.

PARS TERTIA.



Idimus in praecedentib. de substantialibus requisitis ad cōtractū locationis & cōductionis, pariter de personis locare, vel cōducere valētib. In hac tertia parte tractabimus (Deo dāte) de reb. quę locari, et conduci possunt; Et primo loco de rebus ecclesiae, tanquam de dignioribus incipiemus. Materia enim in se dignior est, & vtilis, frequens, & necessaria, & dicit Rodoa. *de reb. eccl. non alien. q. 6. princip.*

De rebus ecclesiae locandis.

1 Conclusio prima. Quaero igitur primo loco, an rector ecclesiae, vel Praelatus locare possit bona suae Ecclesiae. Primo videbatur pro parte affirmatiua ex not. per glos. quam ibi commendat, & sequitur Panor. *in c. 1. ne praelati vices suas*, vbi tenere videntur rectorem posse locare fructus beneficij pro toto tempore vitae suae.

2 Secundo pro hac eadem parte facere videtur id, quod *in Clem. 1. in fin. de reb. eccles. non alien.* dicitur vbi locationes factę de minori tempore decennij valent, etiam absque solennitatibus.

3 Pro parte vero negatiua facere videtur, quia per locationem quandoque inducitur alienatio, vt superius vidimus in materia locationis ad longū tempus quae alienatio in bonis ecclesiae est regulariter prohibita, vt not. *in Clem. 1. de reb. eccl. non alien.*

4 Secūdo pro hac parte facit id, quod habetur in extrauaganti Pauli *II.* incipiente, Ambitiose, vbi vltra triennium locationes prohibentur.

5 Prima igitur conclusio est locatio facta per rectorē ecclesię ad tempus modicum, & a iure permissum, nomine proprio ipsius rectoris, & ad propriam vtilitatem, durante tamen vita ipsius rectoris, nec successor ei stare tenetur. Rot. *decis. 132. in nou.* cum qua concordat Ancbar. *cons. 16.* Castr. *cons. 2. lib. 1.* Card. *cons. 95.* Ang. *cons. 245. q. 5.* Alex. *cons. 169. vol. 6.* Didac. *variar. resol. lib. 2. c. 15. nu. 6.* Crot. *cons. 414. n. 5. 6. 7. & 12. vol. 3.* Franc. Marc. *decis. 196. par. 2.* Purpur. *cons. 474. n. 8. vol. 2.* Rodoa. *de reb. eccl. §. sed an contractus, ar. 335.* Mar. Anguil. *cons. 259. n. 3. & 4.* Borgn. *decis. 44. n. 31.* & hęc est communis opin. teste Socin. *cons. 34. lib. 3.* & magis communem ponit Fran. Mar. *d. decis. 269.*

Ampliatur, quia recuperat quicquid est perceptū, post mortem rectoris et ante beneficiū collatū, Abb. *in c. fi. ne praelati vices suas.* Borgn. *decis. 44. n. 6. 7. & 8.*

ADDITIO.

☞ *Surd. decis. 326. num. 40.*

6 Declaratur, vt attendenda, & obseruanda sit consuetudo in hoc. Rot. *decis. 41. nu. 2. de probat. in antiquis.* Abb. *in c. cum esses, nu. 13. de testam.*

CONCLVSIO II.

7 Secunda sit conclusio. Locatio facta per rectorem ecclesię nomine ipsius ecclesię; vel rectorem alicuius hospitalis, vel confratriae ad tempus medium & a iure permissum, valet, & tenet, & successos ei stare tenetur dummodo locatio ecclesiae sit vtilis. Ita sentit Rot. in allegata *decis. 132. in nou.* & cum ea est * communis opinio, vt testatur Abb. *in c. fin.* vbi Anan. *nu. 4. ne praelati vices suas.* Hanc eandem opinionem dicit communem Franc. Marc. *decis. Delphinal. 196. n. 8. par. 2.* attestans insuper, quod singularis successor in beneficio indistincte teneatur stare colono: est ęquior, & magnam habet ęquitatem, Addo Alber. idē sentientem *in l. arbores, §. quicquid, ff. de vsufruc.* ea ratione, quia clericus est vti administrator, & tenetur seruare factum sui administratoris.* Castrens. *cons. 2. vol. 1.* ponit late in causa Illustrissimis Cardinalis Nauagerij post Imol. *cons. 261.* Ferett. *cons. 151.* Bursat. *cons. 338. nu. 15. vol. 3.*

8 Declaratur tamen hęc secunda conclusio, vt de vtilitate, & necessitate ecclesię constare debeat legitime, & aliter, quam per assertionem rectoris, & partium, & idem quod sit versum in vtilitatem ecclesię. Bal. *in l. iubemus, in princ. circa fin. C. de sacrosan. eccles.* late Rodo. *de reb. eccl. sub 4. q. pr. ver. itē aduerte, car. 325*

9 Et allegatur elegans consil. Bald. *consil. 530. vol. 3.* vbi declarat, quod conuersio dupliciter probatur. Vno modo per apertam facti naturam, puta per visum videntem, & expensum in causa, testimonium enim visus est excellentius omni testimonio Instit. de gradibus, §. sed cum magis. Alio modo probatur versio per coniecturas, & a posteriori, puta de aliqua refectione, nec apparet de qua pecunia; non enim vento refeiuntur ędificia, sed cum magno sumptu, et vt ibi late per eum, & faciunt quę superius diximus in materia meritorum, quod de meritis non testatur simplici assertioni confitentis.

10 Vidi tamen ad hoc propositum in facto quę situm. Locauitquis prędium ecclesiasticorum pro maiori pensione solito in alijs locationibus, an ex hoc constare dicatur fuisse versum in vtilitatem ecclesię.

Et hoc idem, quod versio debeat legitime probari aliter, quam per confessionem partium, tenet etiam Anch. Regiens. *q.52. par.2. numer.10. & 11.* vbi verba enunciatiua partiũ non probant. Ruin. *cons.90. vol.5.* Crauet. *cons.483. num.4. & 5. vol.3.* Rot. *decision.41. in antiquis.* Abb. *in c. fin. de præscrip.* & ibi Fel. num.11. Rot. *decis.3. in tit. de confes. in nouis.* Port. *cons.161. nu.16. & 17.* late Borgn. *decis.44. nu.58. decis.46. nu.126. & 152. & latius in repert. in verbo locator prælatus,* vbi ex multis ponit regulam generalem in quolibet administratore, vt non stetur assertioni ipsius latè Menoch. *cas.432. nu.32. & 33.* Rol. post alios *cons.60. nu.37. vol.4.*

11 Vidi quandoque casum, nunquid ista omnia requisita copulatiue requirantur, puta quod nomine ecclesiæ, ad tempus permissum, & in vtilitatem Ecclesiæ.

12 Non omitto tamen vltra Borgni. & alios vnum, quod posuit Practic. Papiens. *in forma libelli fictus, in verbo, soluenere, sub nu.6. col. fin.* quod distinguit inter Prælatos, & alios inferiores, vt Canonicos, & similes.

13 Primo casu procedat distinctio, aut nomine proprio, vel Ecclesiæ sit facta locatio, Secũdo casu tenet indistincte, vt successor teneatur stare.

14 Dicit etiam subolcare more suo Couar. *d. cap. 16. lib.2. variar. resolut.* quod etiam si non appareat de vtilitate ecclesię, successor via ordinaria stare teneatur, sed docto de læsione competit restitutio.

Addo etiam vnum aliud vltra alios, quod in practica admodum deseruit, quod si quis locat vti Rector, facit nomine ecclesię Natt. *cons.517. vol.3.* Hier. Gabr. *cons.83. nu.52. vol.1.*

CONCLVSIO III.

PRæbendarius, siue simplex beneficiatus locare non potest vltra tempus suæ vitæ Rota in allegat. decis. cum qua tenet Lap. allegat.

15 Barb. *in rubr. de reb. eccl. non alienan. numer.28.* Soc. *cons.32. col.1. libr.1.* & hæc est communis opin. Paul. Castr. *cons.4. lib.1.* Rodoan. *de reb. eccles. non alien. q.6. nu.6. car.325.* secundum primam impressionem. Mar. Anguiss. *cons.99. nu.6.* Ploi. *cons.19. n.62. & 63.* Neuiz. *cons.90. nu.26.* Rol. *cons.84. nu.26. vol.1.* Io. Monac. *in c. indulgentia,* & ibi Prob. *in addit. de pæniteo. & remis.* rationem reddit Rom. *cons.66. no.4.* & hęc est magis comun. opin. Alex. *cons.143. n.2. & 3. vol.7.* Fran. Bec. *cons.92. nu.19.* Iac. Menoc *cons.391. n.47. lib.3.* Mili. *in reper. in verb. locatio. la prima.* Rom. *cons.232.* Anchar. *in c. querelam, ne prælati vices suas.*

CONCLVSIO IV.

16 LOcatio rei ecclesiæ facta ad vitam alicuius non valet sine debitis solemnitatibus a iure requisitis Anchar. Card. & Imo. *in Clem.1. de reb. eccl. non alien.* Alex. *cons.19. vol.3. & cons.165 eo. lib.* Dec. *consil.204.* Rodoa. *vt sup. vers. item ex præmissis, n.3.* Dida. *d. c.16. n.3.* Simoniaca tamen dici ex hoc nõ potest. Pręposi. *in cano.51. adhuc, col.2. in fi.1. q.1.* Gig. *de pensio. q.87. n.4.* Mandos. super indulto locandi in prin.

CONCLVSIO V.

17 LOcatio facta vltra decennium non valet sine debitis solemnitatibus, & cum euidenti vtilitate ecclesiæ, quę duo copulatiue requiruntur. Dec. *in c.11. de reb. eccles. non alien.* Alex. *cons.104. num.4. & 165. vol.3.* Rimin. iun. *cons.233. nu.67. vol.3.* Gugliel. Rodoa. *de reb. eccl. q.7. nu.5. & 6. fol.346.* Socin. *consil.32. vol.1.* Ang. *cons.245.* & hæc est magis communis opinio tam apud antiquos, quam recentiores, Soc. *in allegatis consilijs.* Gemin. *in c. hoc consultissimo, sub nu.7. vers. quid si alienatio, de reb. eccl. non alien.* & ab ea in iudicando non est recedendum. Didac. *variar. resol. lib.2. c.17. sub nu.2.*

Addo ab eo non allegatos, & in materia bene loquentes Bert. *cons.172. vol.2.* Cels. Vgo. *consil.111. num.8.* Anchar. Regiens. *q.51. num.5. par.2. consil.88. n.15. lib.1.* & hæc est vera, & indubitata opin. Borgn. *decis.46. sub nu.4.* vbi exemplificat, si locatio fiat his verbis. Loco vsque ad nouennium pro scutis decem pro quolibet anno, & finito dicto nouennio, pro alio nouennio, vel pro alijs quatuor, vel quinque annis, & sic vltra decẽnium: nam perinde est ac si facta fuisset locatio ad annos quindecim, & tot pro quolibet anno, nec subsistit, si dicatur, quod appareat mutata quantitas pensionis, puta si dictum sit. Loco pro nouennio ad decem pro quolibet anno, & eo finito pro alio nouennio, vel alijs quatuor annis nõ pro decem, sed pro quindecim in anno: ista enim alteratio pensionis non facit valere, sed perinde est ac si facta esset vnica locatio, puta pro tot annis ad decem, & pro residuo ad quindecim, Borgn. *decis.43. n.9. & decis.465. nu.4.26. & 55.* Alex. *cons.17. nu.5. & 6. vol.3.* Neuiz. *cons.90. nu.26.*

CONCLVSIO VI.

18 EX præcedenti cõclusione corollarie infertur alia vtilis, & practicabilis, & sæpius in facto contingens (si Iasoni credimus) inferius allegando. Locatio facta de bonis ecclesiæ de triennio in triennium, de quinquennio, in quinquennium, de nouennio in nouennium non valet sine causa, & euidenti vtilitate ecclesiæ, & solemnitatibus a iure requisitis, quia dicitur facta ad longum tempus, & cõtra Paulinum. Dictum est originale Cardinalis *in cle.1. §. fin. de reb. eccle. non alien.* quam postea sequutus est Alex. *cons.165. col.2.* Cro. *cons.315. nu.28. vol.3.* Pic. *cons.19. nu.63. & seq.* Rimin. iun. *cons.234. n.73. et seq. vol.3.* Fran. Becc. *cons.92. nu.2. & seq.* Rodoa. *de reb. eccles. q.6. nu.12. & seq. car.347.* Mar. Anguiss. *cons.99.* Io. de Arn. *sing.66.* Bona apostila ad Abbatem *in c. tua nos, nu.11. versic. an prælatos, de reb. eccl. non alien.* Pinell. *in l.1. p.3. nu.63. vers. dicitur etiam, C. de bonis mater.* & hæc est commu. opi. secundum quam fuit pluries iudicatum, vt per Borgn. *decis.43. nu.7.* Rebuff. *in compend. rer. ecclesiast. nu.18. & 19.*

19 Addo bene in materia loquentes Ias. *in l. manumissiones, nu.8. in fin. ff. de iust. & iur.* vbi hoc valde commendat, & dicit sæpius in facto contingere Neuiz. *cons.90. nu.26.* Caballin. *mille loq. 60. p.1.* & tetigi superius in materia locationis ad longum tempus. Rim. *cons.16. nu.3.*

20 Ampliatur hæc conclusio, & faciet ad quæstionẽ de locatione inuuli, de qua (Deo dante) suo loco dicemus, vt talis locatio vltra tempus debitum non restringatur, neque valeat ad tempus permissum, & sic ad triennium Lap. *allegat.80.* Didac. *variar. resolut.* cap.

cap.16 nu.5. verſ.2. licet Mar. Anguſ. *conſ.99.n.6.* Plot. *conſ.19.num.62. & 65.* Neuiz. *conſ.90.nu.26.* Roland. *conſ.84.nu.29.vol.1.* Ioan. Manoc. *in c indulgentiæ*, & ibi Prob. *in addit. de pœnitent. & remiſſ. in ſexto*, *& in rubr. de rebus eccle. non alienan. in ſin.* Rodoan. *in eodem tract. car.348.nu.20.* Alex. *conſ.143.num.2. & 3. vol.7.* Franc. Bec. *conſ.92.nu.19.* Alex. *conſ.17.col.3. num.11. vol.4.* & hæc eſt magis communis opinio teſte Alex. *d. conſ.143.vol.7.* Eug. *conſ.24. ſub nu 5.*

21 Ratio colligitur (ni fallor) Roman. *conſil.66.* qui vult, quod vbi actus eſt indiuiduus reſpectu formæ, licet ſit ſeparabilis reſpectu temporis, vel ſubſtantiæ, vtile per inutile vitiatur ex doctrina Bar. *in l. Græce, §. illud, ff. de fideiuſſ.* & ibi etiam ſentit Roman. quod forma dicitur data ſi lex procedat annullando actum, Ex conſtitutione igitur Paulinę in triennio tantum lex fixit pedem ſuum, annullãdo vlterius factum, merito, &c. Sebaſt. Medic. *reg.6.nu.35.par.2.*

22 Ex quibus corollaric inferuntur duo. Primum ampliatio ad Paulinam Pauli III. vt etiam ad triennium tantum locationes vlterius factæ non valeant. Secũdum, quod in locationibus eccleſiaſticis vtile per inutile vitiatur, ad regulam, *inutile, lib.6.*

23 Et prædictis omnibus faciunt notata per Ant. Padill. *in l. quoties plures, nu.20. ff. de leg.2.*

24 Ex quo colligitur alia ampliatio ad prædicta, quod etiam ſi Notarius in huiuſmodi inſtrumentis apponat clauſulam. vt tot ſint locationes, &c. non tamen actus valet, nec tollit defectum de cauſa, debitiſq. ſolennitatibus a iure requiſitis, & ſic hæc clauſula non ſupplet defectum formæ iuris.

CONCLVSIO VII.

25 EX Conſtitutione Clementis V. de qua in *Clemen. 1. in fin. de rebus eccleſ. non alienan.* locatio, ſeu venditio fructuum ad modicum tempus conceditur. Modicum vero tempus quod ſit, multorum fuerunt variæ opiniones. Verior, & magis communis opinio videtur, vt arbitrio iudicis hoc ſtatuendum ſit gl. *in l. 1. §. quod autem, ff. de ſuperficiebus*, vbi Bar. de communi pariter atteſtatur. Alex. *in l. ſi filiuſfamilia, num.25. ff. ſolu. matrim.* & ita de conſuetudine ſeruatur. *Ita* poſt Dec. & alios. Mandoſ. ſuper indulto locandi, *verſ. quod ſic*, & poſui ſuperius *parte 2.* de locatione ad modicum tempus Iacob. Menoc. *de arbitr. iudic. libr.2. cent.1. caſu quinto, in fin.*

ADDITIO.

☞ *Ampliatur quarto vt detur retentio pro melioramentis factis poſt litem motam, & re quodammodo effecta litigioſa, & ſic concurrente mala fide præſumpta, Magno. Rota Lucam. 81. nu.12.*

26 Vltra quos in practica notandum videtur, quod iudex arbitrari debet in ſimilibus modicum tempus infra decennium, & longum tempus decennium, & vltra, & ita paſſim obſeruatur Archid. *in cano. alienationes, colum. fin. 3. quæſt.2.* Butr. *in l. emptorem, Codic. locat.* Bald. *in l. quicunque, Codic. de bon. quæ liber.* melius *in l. iubemus, la ſeconda, num.5. de ſacroſanct. eccleſ.* Angel. *in dict. l. ſi filio, §. fin. & in dict. §. quod autem, de ſuperficiebus.* Butr. & alij poſt eum *in cap. fin. ne prælati vices ſuas.* Cardin. *in Clemen. 1. §. fin. q.4. de rebus eccleſ. non alienand. conſil.95. num.4.* pulchre Alex. *videndus conſil.17. num.3. lib.4.* Rimin. ſen. *conſil.633. nu.2. vol.4.* Laurent. de Pin. *conſ.102. nu.3.* Caſtren. atteſtans hanc eſſe communem opinionem Legiſtarum, & Canoniſtarum, *conſil.4. vol.1.* Aug. *conſil.244. col.5. verſi. 4* eſt videndum Gozad. *conſil.24.* Parii. *conſil.98. vol.4.* Pinell. *in l.1. parte 3. ſub num.63. Cod. de bon. mater.* Rodoan. *de rebus eccleſ. q.6.* Socin. *conſil.32. col.2. vol.1.* Vaſqui. *lib.1. §.10. de teſta. potentium nu.78. verſic. verum, &c.* Borgni. *deciſ.44. nu.57.* licet fortaſſe aliter ſentiat Ioſeph. de Ludo. Rot. Lucan. *deciſ.38. num.23. & 24.*

27 Et ex prædictis infertur intellectus *ad l.1. C. de iure deliberandi*, quam pulchra dote exornat Dec. *in l. 1. nu.15. C. de edendo, ad c. cum cauſis, de offic. deleg.* Neuiz. *in verb. iudicandum* pro communi Tiraq. *in l. ſi vnquã, in verbo omnia, vel partem, a nu.27. vſque 31. C. de reuocand. donat.* Contard. *ad l. diffamari, q.8. num.50. C. de ingenuis.*

28 Vltra quas omnes declaratur, vt procedat, & habeat locum, quando a lege non ſit præfinitum certum aliquod tempus, tunc eſt in eius arbitrio, ſecus ſi aliquod tempus, puta longum, vel modicum, tunc enim modo, quo ſupra, declarabitur, qui quidem conductor ad modicum tempus modo, quo ſupra, habet retẽtionem ad fructus propter labores impenſos, *ex §. qua ratione, Inſtitut. de rerum diuiſio.* nec in eo expectatur biennium ad effectum, vt expelli poſſit, ſed poteſt ſtatim lapſo anno, ſi tamen eſt præſens, & non adeſt pactum de non expellendo, ſecundũ magis communẽ ſententiam, & conſuluit Federicus Scotus Placentin *conſil.35. nu.4. lib.2.* per tex. *in leg. ædem, C. hoc.* Bal. *in l. quo, §. inter locatorem, ff. loc.* Iaſ. *in l.1. num.37. verſic. tertia concluſio, C. de iure emphyt.* Abbas *in cap. propter ſterilitatem, nu.10. de locat.* Anton. Gomez *de contract. c.3. de locato, nu 6.* qui annus dinumeratur ſecundum naturam fructuum, vt dixi ſuperius ad materiam *l. fecundæ, C. de iure emphyt.* Borgn. *deciſ.43. nu.58 in fine* Rodo. *de reb. eccl. rub. de fructuum eccleſiaſticorum alienatione, nu.15. & 16.*

29 Vnde aduertes, quod ſi rector eccleſiæ locaſti fundum ad decennium, & vltra, ſerua regulam, *l.2. C. de iure emphyt.* de qua late ſuperius dixi in materia locationis ad longum tempus. Si vero locaſti infra decennium, procedendum eſt prout cum ſimplici conductore nullum ius habente in re.

30 Addo tamen vltra Borg. plene profitentem, quod Didac. *variar. reſol. lib.2. c.16. n.3. verſ. quod vero dixi*, intelligit hanc ſententiam veram quoad monachos, & prælatus regulares. in quibus tempus hoc non eſt diffinitum, in cæteris autem rectoribus ſæcularibus decennium præfinitum ordinatur.

CONCLVSIO VIII.

31 SEd pulchra eſt indagatio, quam Oldr. in ſuis conſilijs poſuit, ſub titulo de locato & conducto. Archidiac. de campin. in ſua Eccleſia Leodinenſi locauit fructus ſuorum beneficiorum, quid nam videtur, locaſſe vtique ad extraordinaria quoque videtur extẽdi *ex l. diuortio, §. quod ſi anno, ff. ſol. matrim.*

32 Contrarium eſt verius, vt non veniant in tali locatione munera, & aliæ recognitiones, quæ pro ſuo

iucundo

iucundo aduentu afferebantur, Ita Oldr. *consil.* 129. de locato & conducto, & sic ea, quæ dabantur, Archidiaconatui, non personæ, & si locatio intelligitur de ordinarijs responsionibus, non de extraordinarijs, & hoc per *l.* 1.*§.penult.ff. si quid in fraudem patroni. in l. Seio,§.medico,de annuis leg.* & cum Oldr. tenet Alberi. *in l. vsufru.leg.q.fin.ff.de vsufru.* Paris de Pute. *in trac. de sindic.in verbo,promotus,col. antepenul.in fi.* Fel. *in c. antecedentes,col.2. verf. simile est,* quod scribit Oldr. *de præscri.* Dominic. *in c.generali, de elect.lib.6.* Alex. ad Bar. *in d.§.medico,* Boer. *decis.* 133.*num.*4. & hæc est communis opinio Ias. *in d.§. diuortio, nu.*8. dicens, ita per omnes teneri. Boer. *decis.* 19.*num.*6. Franc. Marc. *decis.* 108.*sub numer.*2.*parte* 2. vbi laudat protestationem fieri.)

Ampliatur hęc cõclusio, vt procedat, & habeat locũ in spolijs monachorum, mortuarijs, vel anniuersarijs defunctorum, successionibus, & similibus, quia in locatione simpliciter facta nõ venient, vt pulchrè discurrit Boer. *decis.*124. & ibidem Boer. discurrit, interfictum, fructus, obuentiones, redditus, & prouentus, quæ magis latam habent significationem. Vnde si quis voluerit, vt omnia supradicta veniant, apponatur simul omnia prædicta verba; ita in muliere vsufructuaria docet practicare Ang. in rubrica de vsufructu quo casu venient etiam exemplationes protocollorum. Bart. *in l.diuort.§.si vir.ff.solut.matrim.*

31 Prædicta si recte inspiciantur, passim occurrunt, nam Episcopus locat fructus sui episcopatus, dubitatur quid comprehendatur, cautius est, vt in instrumẽto apponatur hoc modo: locat ad tot annos fructus, obuentiones, redditus, & prouentus talis beneficij.

33 Pariter in alijs clericis inferioribus dici potest. Parochus ruralis locat fructus sui beneficij, dubitatur, an veniant decimæ, oblationes festiuæ, fructus legatorum, & successionum, & similes, cum his tamẽ verbis omnino hæc omnia venient.

Idem practicabis in sæcularibus, puta, quis locat fructus talis officij: quid comprehendatur? patet ex prædictis, & fuit dubitatum apud Boer. *in allegata decis. in fi.* de spolijs decapitorum. Similiter vidi in facto de exẽplationibus prothocollorum ad quem spectet.

34 Et in hac locati & conducti materia nõ est prætereũdus textus in allegata *l.Seio,§. medico,ff. de ann.leg.*

35 Primo ad id, quod not. ibi Bart. *in verbo præstationes,* quod si colonus meus nedum virtute obligationis prout ibi sentiebat Dyn. sed ex multiplicata annua præstatione multorum annorum præstiterit, quod in tali legato: hæc omnia venient.

36 Secundo, quod si cõductor suscipiat in se casus fortuitos, intelligitur de solitis, & ordinarijs, non extraordinarijs, & insolitis, de mille anni semel, vt dicam (Deo dante) suo loco.

37 Illud autem, quod dictum est, præstationes annuas esse in fructu, & venire in legato, & locatione, hoc verum, si sunt certæ, secus si incertæ. ita Ias. *in d.§.quod in anno*. Vnde si colonus quolibet anno deferebat ligna, cappones, & similia, tunc veniẽt, sed munera (vt dicitur) capricciola, non veniunt.

CONCLVSIO IX.

Altera principalis est conclusio ex constitutione Pauli Secundi, inter Extrauagantes communes *in titu. de rebus ecclesiæ. non alienãn.* incipiente Ambitiosè.

Bona, & res ecclesię locari vltra triennium prohibentur sub varijs censuris, & pœnis ibidem appositis.

39 Circa quam primo loco notandum est, quod varij varia senserunt circa illius obseruantiam, dicitur. n. in multis locis non esse in vsu, vt per Corne. *consil.* 6. licet in hoc, *nu.*4. *lib.*4. item testatur Armill. *in verbo, locatio, num.*5. Rocch. de Curte *in tract. de consuetud. sect.6.nu.9.* Franc. Sarment. *in tract. de redditibus ecclesiarum, part.* 1.*c.*2.*nu.*20. Bero. *cons.*83. *num.*27. *lib.* 1. Neuiz. *consil.*90. *in fin.* Crescenc. *decis.*150. *prælatus iurans in tit. de iureiurando.* Mohedan. *decision.* 219. & 240. *in tit. de locat. & conducto, decis.* 1. *in fin. de reb. eccles. non alien.* Didac. de Hispania loquens, *varia.resolut.lib.2.c.16. sub nu.6. vers.5.in fine,* dicens: modo vsu receptam, modo non, arbitrio iudicantis. Bursat. de Mantua loquens, *consilio* 51. *nu.*20. *vol.* 1. attestans nõ esse vnquam Mantuæ vsu receptam, & allegantii incumbit onus probandi, vbi etiam allegat, quod tempore promulgationis reperiuntur literę directæ Cardinali Sigismundo, non tamen vnquam fuerunt executioni demandatæ, Borgn. de Mediol. loquens. *decis.* 21.*nu.*328.*p.*2.

40 Quod facit contra illos allegantes, apparet de obseruantia talis constitutionis, quia reperiuntur literæ de obseruantia, tempore publicationis emanatæ.

Contrarium tamen sentit Beninten. Rot. Bononiens. 13. attestans Romæ passim obseruari. Idem attestatur. Hiero. de Monte. *q.*20. *nu.*5. vbi dicit esse in viridi obseruantia saltem ex cõfirmatione Pauli IV. qui annullat omnes locationes factas ea forma non seruata. Borgni. *decis.*43. *nu.*71. dicere enim videtur hãc opinionem esse veriorem, & magis communem ex grauitate, & nu. Authorum, & quia dicta constitutio est præceptiua, & inserta in corpore Iuris Bero. *cons.*8.*nu.*9. *vol.*3. Becci. *cons.*92. *col.*1. & 2. Rodoan. *de reb. eccles. non alie. q.* 6. *vers. ex præmissis, n.*12. Plot. *cons.*19 *num.*62. & 63. *lib.*1. & si fit appositum pactum de renouando, vel iuramentum. Mohedan. *decis.*250. *de rebus eccle. non alie.* Crescent. *decis.*150. Euge. *consil.* 24. dicens prælatum venire posse cõtra longiorem locationem, etiam iuramento firmatum.

41 Ampliatur hæc conclusio primo loco, vt procedat etiam si in instrumẽto dicatur, vt tot fiant locationes, quot triennia, & intelligatur renouata de triennio in triennium: hoc. n. videtur factum in fraudem legis. Vnde nullius est momenti, vt de hoc alias dixi *in titul. de locat. ad longum tempus* Angel. *in §. illud, authen. de non alienandis,* & hæc est communis opinio, attestata per Alex. *in l.si filiusfamilias.§.si vir.numer.*25.*ff. solut. mat.* vbi modificat hanc cautelam vera esse in eo, qui alienare poterat, secus in eo qui alienare prohibetur. Pro valde notabili commendat Ioan. de Arn. *dialo.*18. & *singular.*66. Butr. *in c.Apostolica, de donat.* Lap. *allegat.*12. vbi Mando. in additio. multos concordat, & idem Mandol. *in pract. signaturæ super indulto locandi,* & pro hac parte concludit Andr. Tiraq. *de retrac.conuent. in præfatione, nu.*16.

42 Ampliatur secundo loco dispositio extrauagantis Ambitiosè, Pauli II. vt nec etiam mandatum ad locãdum, vltra triennium fieri possit. Dec. egregie ampliãs *cons.*282.

43 Ampliatur tertio, vt non solum procedat in prælatis

tis ecclesiæ, sed etiam in pecunia legata ecclesiæ, vt inde emantur bona. Ioan. de Arn. *comment.* 19. dicens notandum pro ampliatione dictę extrauagantis.

Ampliatur quarto loco, vt locatio facta vltra triennium, & sic vltra tempus permissum, & sic ad triennium, prout vidimus superius *concl.* 6.

44 Verior tamen opinio esse videtur, & communis, vt quoad Triennium valeat. Bal. *in auth. quas ruinas, C. de sacrosanct. eccles.* Alex. *cons.* 28. *lib.* 2. Ias. & Dec. de communi attestantes *in auth. qui rem C. de sacrosan. eccl.* Tiraq. *de retrac. par. vlt. nu.* 144.

Cui addo bene loquentes Lap. *alleg.* 8. Mari. Anguiss. *cons.* 99. *nu.* 6. Ploт. *cons.* 19. *nu.* 62. *&* 63. Neuiz. *cons.* 90. *nu.* 26. Roland. *cons.* 74. *num.* 29. *vol.* 1. Io. Monac. *in c. indulgentiæ*, & ibi Prob. *de pœnitent. & remiss.* Rodoa. *de rebus eccles. car.* 348. *nu.* 20. *vers. videtur*, & * hæc est magis communis opinio Alexan. *cons.* 148. *n.* 2. *&* 3. *vol.* 7. *cons.* 17. *nu.* 4. *&* 11. *vol.* 4. Franc. Bec. *cõs.* 92. *nu.* 12. *&* 19. Iac. Menoc. *cons.* 261. *nu.* 47. *lib.* 3. dicẽs in materia iuris decimandi vltra Triennium extendi non posse legem Venetam, & ita Paris. respondisse contra episcopum Patauinum, *vt cons.* 23. *num.* 11. *lib.* 4.

ADDITIO.

☞ *Triuisan. decis.* 21. *n.* 6.

45 Ampliatur quinto loco dispositio Extrau. Ambitiose, quod quando locatio bonorum ecclesiæ est vltra tẽpus permissum, non afficit successorem etiam si per aliquod tempus steterit, & pensionem receperit, nisi sciat locationem nullam, & inualidam, quod articulari, & probari debet. Bellamer. *in tit. de locato, et conducto, decis.* 748. Put. *decis.* 180. *lib.* 1. vbi videas.

Cui addo Socin. iun. *cons.* 56. *in fin. lib.* 2. Crau. *cons.* 198. *num.* 14. vbi allegantι scientiam, incumbit onus probandi, *et cons.* 160. *n.* 4. & scientia facti cum omnibus qualitatibus. Ias. *cons.* 107. *col. fin. lib.* 4. Ruin. *cons.* 48. *num.* 12. *lib.* 1. *& cons.* 93. *num.* 24. *& consil.* 17. *nu.* 3. *eo. lib.* & scientia qualitatis iuris, & facti, Hieron. Gabr. *cons.* 36. *nu.* 60. Patil. *cons.* 47. *n.* 97. *cons.* 100. *n.* 7. *lib.* 1.

46 Ex quibus in hac locati & conducti materia infertur intellectus *ad l. item quæritur, §. qui impleto, ff. loc.* procedit enim tribus concurrentibus, scilicet validitate actus ab initio, scientia certa, & permissio. Vnde in bonis ecclesię male ab initio locatis ex quo principium est infectum, non potest producere subsequẽtem reconductionem, vt colligitur ex Bellam. in citato loco, & *cons.* 12. *nu.* 72. *lib.* 2. Milis, in verbo, Prælatus, licet Bard. *de tempore vtili, & continuo c.* 4. *sub nu.* 10. *vers. sed fallit* in prælato. Rot. *decis.* 1. *& seq. de locato & conducto in nou.* Buriat. *cons.* 23. *num.* 17. *&* 18. *vol.* 1. Laurent. de Pin. *cons.* 120. *nu.* 4. *& seq.* Alex. *cons.* 5. *num.* 8. *vol.* 3. Rod. *de rebus eccle. q.* 6. *num.* 6. 9. *&* 17. Borgn. *decis.* 44. *nu.* 85. *& decis.* 46. *nu.* 100. vbi dicit eo maxime procedere, quando est facta receptio cũ reseruatione iurium, & ita bonũ est facere, vel per procuratorem generalem non habentem speciale mandatum ad probandum. Et nota, quod non sufficit in casu prædictæ ampliationis scientia simplex, sed requiritur scientia, & certæ nullitatis actus. Vnde si probetur scientia simpliciter, non releuaret.

47 Declaratur primo loco dicta constitutio, & erit subampliatio ad quartam ampliatione, vt restringitur ad triennium permissum, nisi ex probabilibus cõiecturis, appareat locatorem non minori tẽpore illã locasse, locaturum, vel conducturũ, puta si productione bonorũ octo dederit scuta tot, vel si conuentum, vt vnica tantũ pensio soluatur pro toto tempore quo casu in tantũ vitiatur locatio, vt expresse decidit Bal. *cons.* 475. *lib.* 1. approbatus a Tiraq. *de retrac. §.* 23. *gl.* 5. *nu.* 10. Didac. *var. resol. lib.* 2. *c.* 16. *vers. ex his etiam*.

48 Et certe negari non potest, quin allegata opinio in quarta ampliat. sit magis cõmunis vt dictum est. Verba tamen dictæ constitutionis repugnare videtur ibi, locationem aliter factam nullius omnino roboris esse, & alia verba prægnantia ibi posita.

49 Et sic nota, quod in dubio præsumẽdũ est, vt actus valeat potius quam pereat ex *ff. de reg. iur.* hoc verum in meris terminis actus; si vero in contrariũ appareat aliqua coniectura, tunc ad destructionem fit interpretatio, prout in casu præmisso locatio bonorum ecclesiæ facta contractatur ad permissum triennium. Si vero in cõtrarium appareat de vnica tantum pensione, tunc contrarium est iudicandum, & sic vnica tantum constituta pensio vnicam arguit locationem.

50 Declaratur secundo loco dispositio dictæ constitutionis Ambitiosè, vt procedat in anno fructuum ita vt si in biennio, vel in triennio vnicus fructus colligatur illud pro vno anno tãtum reputatur, & quot sint recollectæ, tot iudicantur anni Ias. *in l. diuortio, §. quod in anno in* 3. *notab. ff. sol. matr. in l.* 2. *col.* 2. *Cod. de iure emphyt.* dixi late in materia *ad l.* 2. *C. de iure emphytent. in tract. locatio ad longum tempus*, & ibi videre placeat.

51 Declaratur tertio loco dispositio cõstitutionis prędictę, vt habeat locum in locationibus, bonorum, & rerum, secus in locationibus fructuum, & redituum, quorum locatio etiam vltra tres annos fieri potest. Rodoa. *de reb. eccl. car.* 349. *vers. extrauagans, n.* 5.

52 Et hoc aperte confirmant verba dictæ extrauagãtis, ibi, ac de fructibus, & bonis, quæ seruando seruari non possunt.

53 Declaratur quarto loco dispositio dictæ extrauagãtis, vt nõ habeat locũ, quãdo in instrumento locationis esset apposita clausula reseruationis, puta quod in conductorem nullum ius intelligatur translatum. Ioan. de Arn. *sing.* 72. *& cautel.* 23. dicens esse optimã ad hoc cautelam. Vidi tamen de hoc supra de locatione ad longum tempus, in quæstione, an in locatione ad longum tempus transferatur vtile dominium.

54 Declaratur quinto ex mente dictæ constitutionis, vt ea nõ habeat locum in solitis locari vltra trienniũ, cõcurrente in hoc euidẽte vtilitate ecclesiæ. Quæ autem dicantur solita locari, dicã (Deo date suo loco.

55 Qui igitur vltra triennium conducere intendit, nec vult, vt obstet dictæ extrauagãtis dispositio recurrat ad signaturam, quæ limitare solet ad congruum tempus, puta ad quinquennium, vel ad tres ternos, & sic nouem annos, vt no. Mannol. super indulto locandi, circa medium.

CONCLVSIO X.

59 LOcatio simpliciter facta per Prælatum Ecclesiæ intelligitur ad tertiam generationem, si ita

erat

erat cōsueta dari,& intelligitur etiā pro fœminis futuris,quæ alias non comprehenderentur, ad not. per Imo.in *c.potuit,in fi.de loca.* Bal. ad Spec. *eo.tit.* Felin. *in c. cum M. in fin. de const.in verbo, præcedentia, & sequentia,vers. & dicit* Imo. *Ias. in l.si certi conductio,§.si vero,col.4.ff.si cer.pet.* Put.declarans in locatione expressa.non tacita,*decis.*180.*nu.*4.*& 9.lib.*1.

CONCLVSIO XI.

57 PLures sunt casus,in quibus successor in beneficio tenetur stare colono.

Primus est ex indulto, & gratia Sedis Apostolicæ quod Summus Pontifex licentiā locādi ad tot annos dat,& interim a nemine,nec a successoribus molestari pōt. Ita tradit Mandos. super indulto locandi circa medium.& ita tenuit Rot.in vna Bononiensi Cōmēdatarij S. Steph. vt per Put. *decis.*421.qui loquitur in successore ex regressu,& tamen stare tenetur licet de regressu non sit facta mentio in supplicatione,vti etiā in hac locati & cōducti materia vult Put.quod locatio quāuis in euidētem ecclesiæ vtilitatem fiat,necessarius tamen est rectoris, aut ius habentis consensus.

58 Aliud,quod cōfirmatio locationis defuncti locātis successore non vocato per edictum,aut proclama, ei non nocet,& addo Rodo. *de reb. eccl.fol.*351. & dicit eum securum tam in foro fori,quam in foro poli.

59 Hoc igitur casu anticipatæ solutiones factæ valebunt,& successor stare tenebitur. Verum in hoc aliquantulum obstare videntur verba concilij *in canon, magnam 25. sessio.* ibi ,in præiudicium successorum quocunque indulto,aut priuilegio non obstante.

CONCLVSIO XII.

60 SEcundus casus, in quo successor in beneficio tenetur stare colono , quando locatio facta esset in euidentem ecclesię vtilitatem, & conuersa fuisset in euidentem ecclesiæ vtilitatem *gl. in c. fi. ne prælati vices suas,per c.*1.*de sol.* quam Rodo. multis in locis sequi videtur,*fol.*239.*nu.*19. *&* 356. *nu.*8. dixi superius *concl.*1.2.3.*&* 4.

CONCLVSIO XIII.

61 TErtius est casus admodum frequens, quando inchoatus est annus,vel laborerium, & res nō est amplius integra, tunc pro anno incepto successor in beneficio tenetur stare colono. Franc. March. *decisi. Delph.* 197.*nu.*9.*p.*2. vbi loquitur in beneficio per resignationem,& clamat hanc opinionem habere maximam æquitatem.late Borg.commend.*decis.*44.*nu.*32.*& nu.*23. dicens hanc opinionem esse æquissimā, Pedemon.*decis.*82.*nu.*81. 10. & hoc in conscientia admodum verum est. Summa Siluestri. *in verbo locatio, nu.*11.hanc etiam valde commendat vti æquam Cæphal.*cons.*181.*in fin.vol.*2. & dicit Borgni.*in citat.loco* quod pari ratione cōductor cogitur perseuerare a nouo rectore in anno inchoato eum antecessore.

62 Et notabilis est hęc decisio frequens,passim practicata nedum in materia ecclesiastica, sed profana, & merè laicali, vt in vsusfructus successore, de quo sæpius vidi dubitatum,& ita resolutum, in partiario colono respectu emptoris, & similium. Et sic habemus, quod dispositio *l.emptorem*,procedit de mero iuris rigore,secus de æquitate,quæ maxime attendi debet.

CONCLVSIO XIIII.

63 QVartus casus est a Borgni.& alijs recentioribus omissus, vt successor in beneficio teneatur stare colono,si consuetudo loci ita obseruet,quæ in hoc attendenda est, vt per Franc. Marc.*decis.*244. *part.*1. qui loquitur in beneficio resignato.

64 Et sic habetur alia limitatio *ad l.emptorem,C.locat,* vt non procedat ex consuetudine loci,& nota vnum verb.Io.de Ana.*in c.ne prælati vices suas*,vbi vult, aut successor dicit,ego nolo stare antecessoris locationi, & potest;aut dicit,nolo stare contractui,et nō potest, vt vidi pluries allegari.

CONCLVSIO XV.

65 QVintus casus est ēt a recentioribus omissus, vt successor in beneficio teneatur stare colono si locatio est facta cum iuramento. Ita tenet Fus. *in singul.suis,in verb.clericus,nu.*225.*& in verb.prælatus nu.*67.& hoc ex not.per Matt.*notab.*50. qui nō loquitur in successore, præsertim particulari; & per electionem,prout successor in beneficio. Secundo, quia iuramentum habet vim expressi, vt per Alex.& *Ias. in l.sed,& si quis.§.quæsitum,ff.si quis caution.* Rub. Alex.*cons.*43.*n.*14.quod colligitur ibi verum quoad iurantem,vel eius hæredem. Tertio, quia iuramentum facit desinere rem esse integram. *Imo.in l.*2.*§.fin.ff. de pac.* Bauer.*de virtute iuramenti,num.*16.qui pariter loquitur in persona iurantis.

CONCLVSIO XVI.

66 SVccessiua erit altera conclusio,quod si conductor discedere noluerit, quando ei successor in beneficio starę non teneatur,eo casu poterit successor expellere,vt latius dicam *in titul.de recusat.ad materiam l.ædem,C.locat.*

CONCLVSIO XVII.

67 LOcatio in perpetuum sicut caducitatis declaratio fieri non potest sine consensu Pręlati,& Capitul. *Ias.in l.*2.*nu.*130.*C.de iur.emph.* Alex.*consil.*16.*li.*4. Bal.& Præpo.*in cap.*1.*qui feud.dar. pos.* Iul.Clar. *in §.emphy.q.*10. Rod.*de reb.eccl.in tit.de his,qui cōsentiūt* & hæc est communis opin. Borgn.*decis.*46.*n.*56.

CONCLVSIO XVIII.

68 LOcatio in perpetuum fieri potest pro minori pensione sextæ partis veræ pensionis locationis ad tempus in bonis profanis,secus in bonis ecclesiasticis,& hęc est magis commun. opin. Borgn.*dec.*46.*num.*24.41.& 45. Addo Anchar. Regieni.*q.*52. *num.*5.*par.*2.

CONCLVSIO XIX.

69 LOcatio facta per rectorem Ecclesię consanguineo,vel attinenti,præsumitur in fraudē meito

non

non valet, & debet clare deduci per consanguineum conductorem de vtilitate ecclesię, nec hoc præsumitur, nisi probetur. Alexan. dicens hoc casu competere restitutionem, *cons. 56. num. 7. & 8. volu. 1.* Bar. *in l. nomen, §. filio, & ibi* apostill. *num. 3. ff. de lega. 3.* Card. *in Clem. 1. §. fi. de reb. eccl. non alienan. & in c. fi. ne prælat. vices suas.* Rub. *de rebus eccle. §. sed si locatio, nu. 10. fol. 338.* vbi docet quando cesset fraus, & hoc potest deduci simpliciter, primo, si in re minima, secundo si appareat de euidenti vtilitate ecclesiæ, tertio si res sit solita locari.

70 Cui addo Feder. de Sen. *consil. 210. col. 1. versic. restat videre.* Abb. *in c. vt super, num. 18. de reb. eccle. non alien.* Calder. *consil. 11. tit. de feud. col. 1.* Ferre. *cons. 248. num. 14. 15. & 28.* vbi declarat quando dicatur res solita locari, & dicam suo loco.

Addo Marc. Anguissl. *cons. 79. nu. 36. vol. 1.* Borgn. *decis. 45. sub num. 49.*

Et vltra alios in materia locationis factæ consanguineo, addo bonum locum Bald. & ibi *in additionibus in authent. quibuscunque, num. 3. de sac. san. eccl.* vbi dat notabilem declarationem secundum eum, quod potest rector ecclesiæ locare ad modicum tempus, secus ad longum, dicens hoc perpetuo notandum pariter locare poterit secundum eum, post Archidiac. consanguineo viro honesto, secus homini rixoso, vel potenti. Item potest locare cum æqualibus pactis sicut alius.

71 Et sic habes modum articulandi validitatem locationis factæ consanguineo, videlicet deducendo qualitatem rei, puta quia modici valoris (& in hoc quia sit in euidentem vtilitatem ecclesiæ) qualitatem cõductoris, quia vir bonus, nec rixosus: qualitatem locationis, puta ad modicum tempus: qualitatem contractus, quia cum æqualibus pactis, quibus alius est solitus rem illam locare.

CONCLVSIO XX.

72 EX dispositione Sacri Conc. Trid. multa renouata sunt in materia locationis bonorum ecclesiasticorum, prout in Canon. magnam, *Sess. 25.* ex quo cõtextu in ordine 11. aliquæ eliciuntur conclusiones.

73 Prima sit conclusio. Locationis factæ de bonis ecclesiasticis anticipatis solutionibus nullatenus valēt in præiudicium successorum.

Ampliatur hæc conclusio, vt non valeant etiam ex indulto, vel priuilegio apostolico, vt *ex d. Can. aperte colligitur.*

74 Ampliatur secundo, vt tales locationes non possint confirmari, nec in Rom. Cur. nec extra, vt ibid. habetur, *de quib. vide sup. conclu. 11.*

75 Declaratur dispositio Sacri Concil. vt talis locatio anticipatis solutionibus, licet non præiudicet successoribus, bene tamen afficit locatorem, vt per Mohedan. decisione octaua in manuscr. in tit. de cõfirm. vti. vel inuiti. Rodoan. *de rebus eccles. quæstione 6. prope fin. vers. & extrauagans autem, num. 13. fol. 351.*

76 Quare si beneficium vacauit per resignationem, tenetur locator refundere id, quod accepit. Si vacat per mortem, tenebitur hæres, ne locupletetur cum iactura aliena.

77 Declaratur secundo, vt non procedat in anno inchoato iuxta ea, quæ superius diximus, *conclu. 13.* vbi apparet hoc fundatum in æquitate, & conscientia.

78 Declaratur tertio loco, vt sicut successor in beneficio non cogitur stare locationi factę per Rectorem iam mortuum, pariter non cogitur conductor perseuerare *in d. conclus. si noluerit*, vt æquitas seruetur inter locatorem, & conductorem, *ex l. si fundum. ff. loc.* de cuius materia (Deo dante) suo loco dicam, & not. Hier. Gab. *consil. 68. num. 4* Soc. *cons. 32. col. 4. in prin. vol. 1.* Dida. *var. resol. lib. 2. c. 15. & 16. num. 6.* Cepha. *cons. 255. num. 24. vol. 2.* Gugl. Rodo. *de reb. ecc. §. 1. an Prælatus, num. 5.* Borg. *dec. 44. num. 24. & in verbo, locator prælatus, in fine.* Addo Riminal. *iun. cons. 257. nu. 39. volum. 3.*

79 Quæ omnes postea sublimitant in casu anni inchoati, in quo sicut locator, ac etiam successor cogitur stare locationi, pariter & conductioni, & conductor perseuerare cogitur.

80 Secundo principalis conclusio fit. Ex dispositione Sacri Conc. Trid. non licet cuiquam locare iurisdictionem, vel facultates nominandi Vicarios in spiritualibus nec conductoribus per se, aut alios exercere.

81 Si igitur quis locat aliquid, quod sapiat spiritualitatem, esset locatio simoniaca. Vnde si fiat locatio ecclesiæ cum omnibus bonis, & facultate conferendi beneficia pro scutis duobus millibus, & probaretur, quod etiam sine facultate conferendi beneficia bona arrendata fuissent pro scutis duobus millibus, quod talis locatio non esset simoniaca alias sic. Ita tenuit Rot. vt apud Put. *vt in tit. de reb. eccl. non alien.* relatũ per Rod. *q. 6. vers. & extrauag. num. 11.*

Adeo igitur spiritualia locari prohibentur, vt nec per se tantum, nec cum alijs possint, nisi in casu d. decision.

82 Tertia principalis conclusio fit. Ex dispositione Sacri Concil. Trid. locationis etiam factæ ad longum tempus a 30. annis citra, vel ad 29. aut bis 29. annos penitus nullæ, & irritæ sint etiam autoritate Apost. confirmatæ, secundum quam in facti contigentia respondit Anch. *q. 52. p. 2.*

CONCLVSIO XXI.

83 COnductor rei ecclesiasticæ, qui rem possedit ad elidendum, hæreditandum solutionem pensionis præteritę, non potest opponere exceptionem, quod non interuenit consensus superioris, vel alius defectus. Ita tenuit Rot. vt per Crescen. *dec. 122. non potest, in tit. de pensi.* & sic defectus solemnitatis non impedit interim executionem pensionis. Rodo *de reb. eccl. q. 6. in fi. vers. & extrauag. fol. 351.*

84 Cui addo, quod solennitates non præsumuntur in locatione ad longum tempus *de bon. eccl.* quando de fundamento locationis constet per instrumentum, ex cuius lectura debitę solennitates non apparent, etiam si tempus esset immemorabile annorum ducentorum, & vltra, ac etiam apparerent solutiones vniformes. Alex. *consil. 1. col. pen. vol. 4.* Bursat. *consil. 23. num. 16. vol. 1.* Crauet. *de antiquit. temp. par. 2. num. 28. cum seq.* & hæc est communis opinio. Socin. iun. *consil. 56. num. 22. vol. 2.*

85 Bene verum est, quod si appareat decretum superioris, facit, vt locās præsumatur habere administrationem, licet de eo no appareat. Natt. loquens in milite Hierosolimitano. *consil. 517. volu. 3.* Admittitur

tamen

tamẽ locatio rei ecclesiastic̨ę facta cum iusta causa, & debita solemnitate, quæ alias non admitteretur & hæc est communis opinio. Ruin. *consil.* 157. *volum.* 1. Roland. *consil.* 96. *num.* 20. *vol.* 1. Mich. Crass. commun. opinio *conclu.* 33.

86 Nec de tractatu sufficit enunciatiua assertio Notarij, sed requiritur instrumentum de per se ab ipso locationis instrumento. Castr. *consi.* 38. *vol.* 2. pulchre Alex. *consil.* 17. *vol.* 4. Ferra. *cau.* 60. Ias. *in l. secundum, col.* 4. *ff. de verb. obl.* Anch. *q.* 52. *num.* 9. vbi etiam idẽ asserit, si in aliquo priuilegio visitatoris Apostolici asseratur, alienandi licentia, nisi simus in aliquibus, & seruatis seruandis.

87 Vnde solet obtineri commissio, quando locatio bonorum ecclesiæ est facta non seruatis seruandis, quod bona talis ecclesiæ etiam sub colore arrendamentorum, affictuum, seu locationum, de quibus si appareret, constabit etiam nullitatis vitio subiacere ex forma sacrarum constitutionum, & præsertim vtriusq; Paulinæ, & ob id talia bona spectare, & pertinere ad talem ecclesiam. Quare petit causam committi tam contra Sempronium detentorum, quam alios in decreto, & executione citationis nominandos, tam super recuperatione bonorum, quam super fructibus, & inualiditate dictarũ locationũ, vt late per Mand. *in form.* 3. *super causa profana.*

88 Ex quibus colligitur videtur, quod detinentes bona ecclesiastica titulo donationis inualidæ. & non seruata forma constitutionum, & vtriusque Paulinæ dicuntur vsurpatores, & occupatores bonorum ecclesiasticorum, de quo aliquando vidi dubitatum, & in facti contingentia quæsitum.

In materia igitur locationum bonorum ecclesiæ habemus plura tempora.

89 Primum iure Ciuili inspecto. Secundũ iure Canonico inspecto. Tertium inspecto iure Clementinarũ.

90 Quartum inspectio iure Extrauagantiũ, & constitutionum variorum Pontificum, & maxime Pauli II. confirmatæ a Paulo Quarto, & vtriusque Paulinæ.

91 Quintum attenta dispositione sacri Concil. Trid. Ex qua temporum distinctione declaratur *§. locationis*, Auth. *de non alienandis*, vt late per Bellamer. *decis.* 748. *in fin.*

CONCLVSIO XXII.

92 Motus proprius Sixti, & Clementis irritans locationis cum decreto irritante abrogatur per non vsum, & tollitur per contrariũ vsum, data scientia superioris, nec sufficit vnus actus contrarius tantũ sed plures requiruntur, & plures sufficiunt sine scientia superioris concurrente saltem cursu decennij. Pute. in materia locationum, *dec.* 1. *lib.* 1.

Quem casum expresse non posuit in materia decreti irritantis Ant. Gab. *lib.* 6. *de clausulis, conclu.* 3.

CONCLVSIO XXIII.

93 Constitutio annullans constitutiones factas in personas aliquas, habet locum etiam si tales locationes essent factæ in euidentem vtilitatem ecclesiæ. Pute. *de dec.* 2. *lib.* 1.

Ex qua decisione tria colliguntur vtilia in hac locati & conducti materia.

94 Primum est, vbi persona prohibetur, censetur etiã prohibitum si quid vtiliter faciet. Castren. per illum text. *in Auth. quibuscunque, C. de sac. sau. eccl.* Vnde si quis prohibetur locare, vel conducere, habebit locũ talis prohibitio, etiam si talis locatio, vel conductio redundaret in euidentem vtilitatem.

95 Secundum est, quod cum iam per ius Canonicum prouisum appareat, quod locationes bonorum ecclesiasticorum valeant factę in euidentem ecclesię vtilitatẽ, si postea fiat noua constitutio, motus proprius, vel quid simile, annullans alienationes bonorum ecclesiæ, habebit locum etiam si tales locationis essent in euidentem vtilitatem ecclesiæ, ne constitutio noua reddatur superflua, & fortasse (saluo semper saniori iudicio) prohibentur ex dispositione Sacri Cõcilij Tridentini locationes bonorum ecclesiæ anticipatis solutionibus quid si alias tales locationes essent in euidentem ecclesiæ vtilitatem?

96 Tertium est Cammerarius habens duas locatas ædes, easque non restituens excommunicationem incurrit, iuxta formam Motus proprij Sixti, & Clemẽtis, vt per Put. *dec.* 3. *par.* 1.

CONCLVSIO XXIV.

97 Refert Ener. in sua cent. in loco, ab alimentis ad piam causam, *num.* 10. quod in diæcesibus Leociensi, & Cammeracensi est inueterata consuetudo, vigore cuius ecclesiæ, & alia pia loca coram Episcopo & eius Vicario conuenirent indistincte colonos tanquam destructatores bonorum ecclesiæ cõpetentium, vel alias pro annuo censu hypothecatorum, quamuis cum eis non contraxerint, dicens cessante consuetudine aliud obseruandũ, quia actio personalis non sequitur fundũ, *l.* 1. *§. si hæres, ff. ad Trebel.*

98 Et ad propositum materiæ locati & conducti, de qua agimus, dicit vnum Euerar. ad materiam *l.* 4. *§. Lucius, ff de alimen. & cib. leg.* quod singularis successor, prout colonos, vel conductor, non tenetur actione personali ad soluendum id, in quo is, qui causam habet, est obligatus, *ex l. ob causam, C. de cond. ob causam, & l. solutum, §. soluẽdam, ff. de pignor.*

99 Vnde contra conductorem non dabitur actio ex mutuo, vel alia similis personalis, nisi confiteatur debitum, vbi principalis debitor si condemnatus, & nõ soluendo, *l. si causa, l. si debitum, l. non prius, C. quan. fisc. vel priua. l. si is, qui, C. deposit.*

100 Potest etiam Prælatus locare pluribus, gratia cõmodioris culturæ. Bald. *in l. iubemus, la secunda, C. de sacr. sanct. eccl. Cod. de reb. eccl. fol.* 4. *num.* 4. Firmia. *in verb. diuisio, sub num.* 80.

CONCLVSIO XXV.

Locatio simpliciter facta de rebus ecclesiæ regulatur a consuetudine, & transit in tertiam generationem, & ad filias fœminas etiam futuras, si ita dictat consuetudo. Imo *iu r. potuit, de locat.* Felin. *in c. cum M. col.* 3. *de constit.* Pute. *dec.* 108. *num.* 4. *lib.* 1.

CONCLVSIO XXVI.

Locatio bonorum Ecclesiæ, fieri non potest ante finitam primam locationẽ, eo quod fieri nõ potest

Digitized by Google

potest rei euentus, pulchre hoc valde commendans Rebuff. in l. Verbum, col. 3. de verb. signif. dicens, & hoc annullatas multas locationes Ecclesiasticas, & procedere in Ecclesijs pijs locis, Ciuitatibus, Corporibus, & Vniuersitatibus)

CONCLVSIO XXVII.

Locans ecclesiam, vel Cimiterium non potest facere pactum, quod ibi non sepelliatur, sed si apponatur stipulatio, agitur ad interesse l. quod si locus, ff. de religios. & sumpt. funer. Castrens. in l. vltim. in fin. C. de pact. inter emptor. & venditor.

De loco publico fruendo.

Vidimus aliquid de locationibus rerum ecclesiasticarum, videamus modo aliquid locationibus, quæ fiunt de bonis, & rebus publicis.

1 Et primo loco sciendum est, quod conductor publicus dicitur, qui a Principe, vel fisco, vel aliqua Communitate, vel municipio conducitur, gl. in l. 1. in verb. conduxit, in fi. de loco publico fruendo.

2 Hinc postea fornicarij, venalitij, & Mercatores, qui Tabernas a fisco cōductas habent sub fornice publico, vt vbi merces vendant, vt no. Bud. ad illum text. in l. cum quidam, §. fiscus, vbi fornicarij, non formicarij legitur. Hotto. in suo comm. verbo iuris, in verbo. fornicarij.

3 Et passim videmus accedere ad vrbes, & Ciuitates isti vulgo *reuendaruoli*, apponunt aliqua scamna sub palatio Communitatis, & aliquid pro mercede soluunt.

Nec video apud iuris interpretes modo aliquo dubitari, quod bona publica modo aliquo locari possint, & hoc tam ad longum tempus, quam in perpetuum, sed hoc præsupposito pro constanti, & vero, habebunt multa priuilegia, & circumstantias, quarum nonnulla collegi.

4 Prima igitur conclusio sit ad materiam tituli, C. de locat. prædiorum ciuilium, lib. 11. & hoc primo loco ex l. 1. dicti tit. prædia principum. Quæ in perpetuum locantur sunt locanda diuitibus, & alijs, cum fideiussoribus idoneis, & officialis prædicta negligens, de suo tenetur. Vnde notar. Io. de Pla. & post eu Lu. de Pe. & alij, quod locantes prędia publica, intelliguntur ea locare suo periculo, si aliquod damnum occurrat Cōmunitati ex sua mala locatione, prout etiam habetur in l. quicunque, C. de fundo patrimon. lib. 10. Vnde cauti debent esse administratores Communitatum, vt locent officia, introitus, & bona communitatum diuitibus, & personis idoneis facultatibus Præterea requirant fideiussorem.

5 Quare passim videbis, quod Ciuitas Tudertina, & similes locant, vel vendunt collectas, datia, & impositiones annales introitus aliquos, & huius generis similia cum Capitulis faciendis, quorum primum in ordine, sit; & ita passim obseruatur, quod conductor, vel emptor sit facultatib. idoneus, & nemo possit offerre tali conductui, si non sit facultatibus idoneus. Præterea idoneè caueat de soluendo debitum, & in tempore conuento, & Priores, & Antiani tenentur de eorum proprio ad damna Communitatis.

Vnde non est bona excusatio, posui ad candelam accensam, & si talis minus idoneus obtulit, quid ad me? non est bona excusatio, sed debet inseri principale de idoneitate, & de fideiussoribus Idoneis, (vt dictū est) & licet aperte non dicant, videtur aliqualis discrepātia inter Io. de Pla. & Luc. de Penn. primus enim vult, quod si conductor offerens sit facultatibus idoneus, non sit necessaria fideiussio. Contrarium tenent Luc. de Penn. vt vtrumque copulariue requiratur, & hoc cautius est & tenent qui aliquem esse conductorem idoneum, si possidet immobilia, prout ibi text. & idoneis, fundis à tributi sint.

6 Conductor igitur idoneus est, qui stabilia bona possideat. quid si in censibus milliaria, vel in soccitis, & collaticis bestiarum, vel societatibus officiorum, & huius generis similibus, dicetur ne diues, & idoneus? dixerunt aliqui diuitem dici, non idoneum, quia exiget, & fortasse nescitur. Et fideiussio duo continere debet. Primum de soluendo pensionem in tempore conuento. Aliud de non diminuendo prædium conductum. Vnde isti conductores debent esse fauorabiles, & non absorbere bona conducta.

7 Habes autem in hac locati, & conducti materia eo cōtextu, quod conductores in perpetuum dicuntur perpetuarij. Habes, &c. q pensio quandoq. appellatur pensitatio. Habes etiam vnum, quod ibi Io. de Plat. valde commendat, quod titulus pro locato, est iustus titulus ad acquirendum, sicut titulus pro donato, & similes. Et colligimus consilium ab Imperatore in d. l. 1. quod si vis bene locare bona tua, & esse securus, maxime quando locas in perpetuum, vel ad longum tempus, locabis diuitibus immobilia possidentibus, & cum confidentibus modo, quo superius dixi, & antiquitus bona publica locabantur coram discussore, vt ibi textus dicit, qui diligenter inuestigabat qualitate conductoris. Ita etiam temporibus nostris valde necessarius esset discussor, quia cōductores publici temporibus istis sunt canes, & lupi rapaces extorquentes sanguinem viuum a miseris pauperibus. Quid hodie non faciunt conductores gabellarum, vel datiorum, aut collectarum? boues aratorij nō excusantur, vestes mulieribus auferuntur, immo & mulieres carcerātur. Vnde & bonus discursor est necessarius, idest, iustus. Præses Ciuitatis, non mirum si vidimus caristias, & tanta mala.

CONCLVSIO II.

8 Ad d. l. fi. C. de locatione præd. fiscalium, lib. 11.
9 Secunda conclusio est a colonis perpetuis fundorum publicorum non auferuntur fundi, licet alius meliorem conditionem offerat, vbi Bar. prudēter inuehitur contra Canonicos Tudertinos, qui post ędificia facta in ruinis, fingunt se deceptos ad expellendū infelices colonos, & hoc quia alius melius offert.

10 Ampliatur tamen hæc conclusio, vt princeps nedum per maiorem oblatione auferre, sed nec per donationem, vel alio quouis titulo alij cōcedere possit, etiam Motu proprio, quæ clausula non operatur in præiudicium tertij, quod in sola possessione consistet. But. in capit. cum in nostris, col. 6. vers. si vero possessio, & ibi Abb. nu. 19. 1 mo. col. 6. versic. in Papa autem, de concess. præb. Soc. cons. 120. col. 5. libr. 3. Fel. in cap. in nostra, columna 37. corolla. 36. not. 11. de rescr. Mühl. in verbo, gratia Io. de Silua in tract. benefic. par. 3. quæ. in

habet ius in re siue ad longum tempus, siue ad modicum, & ob id habet ius ad retinendum possessionem ex interdicto de loco publico fruendo. Vnde, qui conducit aliquas areas, insulas, plateolas, prædiola, turrones, & similia, molestari non debet, & ita prætor iubet, *vt in l.* 1. vbi Bart. ff. *de loco publico fruendo*.

ADDITIO.

☞ *Successor in beneficio tenetur ad salaria Aduocati, qui defendit, & pecunia pro toto necessario expositas. Prat. decis. 11. lib. 3.*

CONCLVSIO X.

1 Conductor ab aliquo publico habet vtilem in rem. Ita Bartol. *in d. l.* 1. *contra gl. in l.* 1. *ff. si ager vect. vel emphyteut. petatur.* idem Bartol. *in l.* 1. *Codic. de iure emphyt. in principio* Bal. *in l. emptorem, num.* 5. *C. locat.* Iacob. Menoch. *de retinenda possess. remed.* 4. *nu.* 35.

Vnde in materia de superficiebus conductori superficiei a publico etiam ad modicum tempus competit vtilis in rem, vt not. Bart. *in l.* 1. *§. quod ait, nu.* 5. *ff. de superficiarius* & vidimus superius *in verbo superficiarius*.

CONCLVSIO XI.

1 Vndecimum priuilegium est. Licet socio non acquiratur actio sine cessione, *vt in l.* 3. *ff. pro soc.* famit in socio assumpto a conductore ex publico, cui quærttur actio sine cessione, vt no. *in l.* 1. *de loco publico fruendo*. Socius igitur meus in gabellis conductus, datijs, vel collectis agit sine cessione.

CONCLVSIO XII.

1 Duodecimum priuilegium est. Societas conductorum a publico transit ad heredes, declarando, vt dixi *in tit. de hered. instituend.*

CONCLVSIO XIII.

1 Conductori publico impedito competunt tria remedia. Vtile, Vti possidetis, Interdictum. De loco publico fruendo, & iniuriarum *l. iniuriarum, la prima, §. conductori.* & ibi not. *ff. de iniur.*

CONCLVSIO XIV.

1 Decimumquartum speciale est, quod dispositio *l. ne cui. C. loc.* non habet locum in conductore a publico, vel fisco, vt dicam suo loco ad materiam dictæ legis.

CONCLVSIO XV.

1 Alterum speciale est. Colonus municipij, fisci, vel communitatis tenetur stare colono ad materiam *l. emptorem. C. loc.* vbi dicam.

De Publicanis, & vectigalis.

Publicanorum materia, pendet a titulo de locato & conducto, & respicit conductionem publicam, de qua agimus; *vt l.* 1. *§.* 1. *versic. & omnes, l. locatio, in primis verbis, l. quanta, in fine, ff. de Publican. & vectigal.*

Et antequam ad materiam, & conclusionem procedamus, placeat aliqua inserere ad intelligentiā materiæ publicæ locationis, in iure. n. nostro habemus Publicanos, vectigalia, & licitationem, de quibus sæpissime in hac simili locationis materia pertractatur.

1 Publicani sunt, qui vectigal populi Romani conductum habent *l.* 1. *ff. de Publican. & vectigal. l. eum qui vectigal. ff. de verb. signific.* Romani enim primum ex omnibus rebus, quæ in vrbem conuehi solent, puta frugibus, metallis, piscibus, sale, alijsque id genus aliquid in ærarium, & vsum publicum recipiebant, quod vectigal dici cœpit: sed postmodum exigente necessitate, & finibus dilatatis ex omni re frumentaria per Italiam vigesimam partem sibi reddi, & nouum, quam decimā voluerunt. Quare Ascon. t. in Verrem frumentum decumanum notat, quod a colonis, & aratoribus Siculis dabatur, et Publicanos decumanos vocat, quos & Verrem Cicero exhausisse intentatur. Proinde ex agris deuictarū prouinciarum, atque aliarum, quod & vectigales dixere sibi quid pendere iusserunt, quam pecuniam vno nomine vectigalia appellerunt, & Kalendis Martij consueuisse locari Macrob. scribit, & Balond. *lib.* 5. Romæ triumphant. & hæc vectigalia qui conducebant, Publicani dicti sunt, nam publicos illos redditus, & vectigal certo constituto pretio redimebant, qui non erant homines proletarij, aut è lapide empti ærusceatores, sed plerumque equæstris ordinis viri, vt apud Ciceronem est videre in oratione pro Plautico, vbi (inquit) proximus est huic dignitati ordo equester omnes omnium Publicanorum societates. Sed huiusmodi Publicanorum, conditio paulatim vilescere cœpit, vt non amplius æquites, sed vilissimus quisque per singula fermè oppida vectigal conduceret. & hoc licitando, nam qui plus prætij obtulisse, vectigal conductum haberet, & eum Iurisconsultus licitatorem appellat, *l. licitatio, alias locatio. ff. de Publican.* & fieri solet inter plures emptores, & conductores, & in rebus auctionalibus.

2 Et sicut in rebus, & bonis priuatorum coloni, vel conductores appellantur, in rebus vero publicis Publicani dicuntur. Vectigalia, seu vectigal dupliciter dicitur vno modo improprie, & hoc ex rebus priuatorum. Vnde *l. cæse. ff. de vsufruct.* cesequoque arundinis, vel pali compendium si in eo quoque fundi vectigal esse consueuit, ad vsufructuarium pertinet. Cicer. in paradox. & meo tenui vectigali, idest agrorum mercedibus, & redditibus detractis sumptibus cupiditatis aliquid redūdat. Portorij vero, quod portorij nomine fisco soluitur, idest, pro mercedibus, quæ vehuntur, vel euehuntur.

3 Vectigalium autem tria erant genera. Decumarum, quod ex frumento, vino, oleo, & fructibus minutis exigebatur, vt superius vidimus: scripturæ, quæ ex pascuis, (Portorij,) quod ex mercedibus exportandis, vel importandis recipiebatur, *vt in l. eum qui vecti-*

vectigal. ff. de verb. signific. ibi, portus salinarum &c. *l. sed & his. ff. de Publican.*

4 Vectigales etiam agri sunt, qui in perpetuum locantur, idest, quamdiu pro his vectigal pendatur, tamdiu neque his, qui conduxerunt, neque successoribus aufferri eos liceat. Non vectigales sunt, qui ita colendi dantur, vt priuatim agros nostros dare solemus, vt *l. 1. ff. si ager vectigalis, vel emphyt. petatur.*

5 Vnde agri vectigales, qui reipublicę tributum pendere tenentur, & olim vectigal erit octaua pars. *l. ex praestatione. C. de vectigal.* hodie est decima pars omnium rerum. Alciat. *lib. 3. dispunct. c. 10.* Couar. *in reg. peccatum, part. 2. §. 5. in princ.*

6 Hodie vectigal soluitur de mercimonijs, quæ vehuntur negociationis gratia ad murorū, pontium, aliorumque id genus refectionem. Dom. Sot. *de inst. & iure, q. 6. artic. 7. circa medium.*

7 Addo etiam Firmian. *in tract. de gabell. in proœm. column. 7.* Cuma. pulchrè *consil. 162.* vbi inter cætera dicunt, quod sinonima sunt tributum, census, vectigal, annua prętatio, quando tamen fisco debentur. late Boss. in materia vectigalium, *tit. de vectigal.* vbi dicit quod Sanctus Matthæus talia exercuit, vt per gl. *in l. 1. §. hic titulus. ff. de Publican. & in l. inter cætera, §. 1. ff. de verb. signific.*

De Locatione vectigalium.

QVAESTIO I.

1 QVæro primo loco, an locatio gabellarum sit licita in foro conscientiæ? Et primo videbatur dicendum, quod non ex capite, quamquam, de censibus, *lib. 6.* vbi pedagiorum exactiones tam iure Canonico, quam Ciuili regulariter merito sunt damnatæ. Vnde dicebat Bar. *in l. Publicani, & in l. vectigalia, de Publican.* quod fraudantes gabellas, non tenentur Deo, nec hominibus.

2 Pro contraria parte facit, quia parendum est iussui Principis *l. non videtur. §. qui iussu. de reg. iur.* & dicit Paul. ad Roman. 13. Reddite igitur cui tributum, tributum, & cui vectigal, vectigal.

3 Et hæc opinio est verior. Panorm. *in capit. innouamus, de cens.* Bertacch *in tractat. de gabell. in nona quæstione* Siluestr. *in verb. gabell. 3. q. 8. Io.* a Medin. *in lib. de contract. q. 13.* Alphons. a Castro *libr. 1. de potestat. legis pœnalis, q. 11.* Dom. Soto. *de inst. & iure, q. 6. artic. 7.* & hæc est communis opinio. Couarruu. *in regula peccatum, part. 2. §. 5. nu. 5.*

4 Ampliatur hæc conclusio vltra multos, vt procedat, & locum habeat etiam si lex humana gabellam inducens transgressori pœnam temporalem inducat, adhuc enim vltra pœnam temporalem tenetur Deo, & in foro conscientiæ, & consequenter peccat mortaliter fraudando gabellam. Ita Dominic. a S. Gemi. *in c. perpetuæ, notab. 6. & in c. commissa, in 2. notab. de elect. in 6.* glos. & ibidem Dominic. *in capit. 2. de consti. lib. 6. in verbo, sententijs.* Fel. n. & Dec. *in c. nam concupiscentiam, in 1. lectur. de constitution.* Siluestr. *in verbo, inobedientia.* Io. Driedo. *libr. 1. de liber. Christian. artic. 3.* Io. a Medin. *de restitutione, q. 12. & q. 36.* egregie Alphons. a Castro. *lib. 1. de potestate legis pœnalis, capit. 8. & sequent.* Domin. Soto. *de inst. & iur. lib. 1. q. 6. art. 5.* Didac. Couarruu. *in regul. peccatum, p. 2. §. 5. sub nu. 3. vers. vltima conclusio, vbi tandem post nu. 5.* inuehitur contra transeuntes per vias insolitas, & minus consuetas in fraudem conductorum gabellæ, vt mortaliter peccent ita faciendo.

5 Declaratur hæc conclusio primo loco, vt procedat, & habeat locum, si iuste, & licite imposita sit, secus si iniusta sit. Iac. Butr. *in l. 2. C. de iure aure. annul.* quam refert, & sequitur Bald. ibidem, *in l. vectigalia, ff. de Publican.* vbi Bar. idem sentit, appellando extorsiones Publicanorum, vbi moderat Bar. quod ipsimet Ciues inter se facere possunt. Abb. *in cap. innouamus. col. 2. in princip. de cens. in capite 1. col. 7. de constitution.* Bald. *in l. cum proponas, C. de nautic. fœnor. in l. veluti, in 1. lectur. in fine. ff. de inst. & iure. in rubr. de constit. in fi.* Abb. *in proœm. Rex pacificus, col. 4.* Anton. Trigon. *singular. 89.*

6 Addo bene in materia loquentes Panorm. *cons. 13. colum. fin. vol. 2.* Anchar. *in regul. possessor. quæst. 4. de reg. iur. lib. 6.* Bal. *in capit. 1. quæ sint regal. in l. iubemus nullam. C. de sacros. eccles.* Hostiens. *in summa, de cens. §. ex qua causa, versic. exactiones.* Summa Angelic. *in verb. pedagium, nu. 6.* Dominic. Soto. *de inst. & iur. lib. 3. q. 6. artic. 7. col. 3.* Dec. *in l. non videtur. §. qui iussu, nu. 4. ff. de regulis iuris.*

7 Et practicando colliges ex eis gabellam dici iustã, quando est imposita de permissione Principis, vel est antiqua, vt non sit memoria in contrariũ. & sentiunt omnes id esse verum quoad forenses, secus quoad ciues inter se, vt superius vidimus.

8 Possunt igitur Ciues Tudertini imponere ciuibus gabellam, & debent curare de iustitia, vel iniustitia impositionis.

9 Declaratur secundo, nisi impositio gabellæ esset nimis barbarica, prout vltra tertiam octauæ partis, Bald. *in rubr. de rerum diuisione, col. 2. & in l. 2. C. de iure aur. annulorum.* Fel. *in c. 1. numer. 41. de const. per l. fi. C. de vectigal.*

10 Declaratur tertio, vt non procedat, si postea cessauit causa impositionis gabellæ, puta, imposita est gabella pro refectione viæ, vel pontis, his refectis licitè fraudatu gabella. Ita egregie Hostiens. *in summa, de censibus. §. ex quibus. versic. Sed quid si mercatores,* Feli. *in citato loco in 3. casu.* Anton. Trigo. hoc notanter commendans *singular. 89. in fine.* Firmian. *de gabell. q. 5. principal.*

11 Sed hodie reprehensibilis sane (ni fallor) inoleuit vsus postquam enim gabellæ, & vectigalia imposita sunt, licet causæ cessent, exactio semper durat ex nimia voracitate exigentium. Vnde infelices populi

12 passim angariantur. Quare bene inuehitur Summa Angelica, *in verbo pedagium. 6. col. 2. circa finem,* quod vectigalia, gabellæ, & pedagia nostri temporis communiter præsumuntur illicita, & exigere volenti incumbit onus probandi, *ex allegato cap. quamquam,* cui etiam responderi potest, quod loquitur per verbum regulariter.

Practicando igitur gabellæ iustæ sunt, & licitę impositę ab habente authoritatem ex causa propter iustam laboris, & regiminis mercedem, & sic in principe quoque merces, & præmium laboris attenditur, quod causa impositionis duret, & non sit vltra tertiam octauæ partis, & sic patet responsio ad c. quamquam superius allegatum ex hoc discursu facto.

QVÆ.

Digitized by Google

QVÆSTIO II.

1 QVæro secundo loco, prosequendo materiam locati, & conducti pariter, & vectigalium, an in gabellis, & vectigalibus potius venditio, vel locatio dicatur. posui supra *de similitudine locationis qualitate quarta*, vbi tenui, locationem omnino dici, licet contrahentes vtantur verbo, vendere. vbi videre placeat.

QVÆSTIO III.

VIdimus superius, an in vectigalibus, & gabellis consistat propriè locatio, & an in foro consciẽtiæ sit licita, modo videre placeat de forma, & modo talis locationis.

1 Et primo videbatur dicendum in locationibus gabellarum non esse locum addictioni *per l. Lucius, §. fin. ff. ad municip.* vbi in rebus publicis non est locus licitationi, nisi commune hoc habeat ex priuilegio.

2 Secũdo pro hac parte facere videtur, quia fiscus in dubio vtitur iure priuati, *l. non puto, ff. de iure fisci.*

3 Pro contraria parte facit, quia gabellarum locatio requirit subhastationem, *l. penes, C. de Publican.* vbi plus offerenti locantur, & hęc opinio est verior ex dictis iuribus.

4 Ampliatur hæc conclusio, vt talis oblatio sufficiat ẽt si fiat soli notario, vel subhastatori, vt not. Bar. per illum textum, *in l. licitatio, nu. 4. vers. quæro, aliquis vadit, & in l. si tempore, num. 3.* & ibi valde commendat Io. de Plat. *col. 2. circa medium, sub nu. 2. versic. sed quæro eo ipso, C. de fid. instrum. & iure hastæ fiscalis, lib. 10.* Bal. *in l. si pecuniam, & in l. fin. C. de condic. ob caus.* inferens ad propositum materiæ locati, & conducti, de qua agimus, quod si extat statutum in loco, quod legens medicinam per annum lucretur florenos centum. quilibet Doctor absque aliqua conductione legere poterit, & petere salarium.

5 Et sic datur locatio, & conductio legalis, & tacita, vt in exemplo superius posito, & nedum in Doctore accommodari poterit, prout in exemplo Baldi, sed in similibus, puta si quis seruierit tali ecclesiæ, vel loco pio, vel Communitati, & similibus, de facto enim accedere possunt, seruire, & petere statutum salarium. Et superius positam cõclusionem firmant scribentes *in l. 1. §. 1. ff. de verb. oblig.* vbi Alex. *num. 4.* Ias. *num. 5. in fine, limitat. 2.* Rip. *num. 13. limitat. 3.* Alciat. *in final. verbis.*

6 Inferentes ex hoc limitari textum, *in d. §. 1.* vt non procedat cum persona incerta, vel aliqua communitate, non enim fit ex interuallo, quod fit in tempore conuento, vt per eos, licet Ias. *in citato loco*, & post eum Alc. & Vincen. Herculan. dicant hanc limitationem non accommodari, quia non sumus in stipulatione, quæ ex interuallo vitiatur, & fortasse non male.

7 Nota tamen Bar. *in citato loco*, vt hospes, qui incepit hospitari, cogatur, vt dicam suo loco. Ampliatur secundo hęc conclusio, vt nec per secundum offerentem plus, liberetur primus. Bar. *in l. licitatio, in princ. num. 1. ff. de Publican.* per textum *in leg. Sabinus, ff. de in diem addiction.* quem sequitur Bal. pro ciuitate Anconæ, *consil. 144. vol. 1.* Io. de Plat. *in l. si tempora, col. 2. circa medium, vers. intellige, quod ex sola obligatione, C. de fide instrum. & iure hastæ fiscalis, lib. 10.* Alexan. ad Bar. *in d. l. licitatio.* Firmia. *de gabell. par. 1. nu. 20.* Angel. *consil. 324.* Castal. ad Bar. *in d. l. Sabinus.* Iodoc. Burgens. *in compend. subhastationis, c. 4. nu. 8.* neminem pro, nec contra allegans.

8 Contrarium consuluit Bal. relatus a Castrens. *in d. l. licitatio*, in Ciuitate Arimini, vt sit liberatus primus per secundum offerentem. sequitur Cremens. *not. 4.* Tu scis. referens Bald. lucratum ducatos centum aureos. Cassan. *in consuetud Burgund. rub. 5. §. 1. n. 23. car. 207.* & secundum hanc Bal. opinionem dicit se in praxi, & facti contingentia consuluisse Alber. *ad leg. si venditor. ff. de in diem addict.*

9 Conciliantur opiniones, aut gabella, vel subhastatio fuit iam adiudicata secundo tacite, vel expresse per lapsum termini appositi in bannimentis per luminis, & candelæ extinctionem, ita quod non speratur, quod alius superueniat, & bannimentum ita dicit, & tunc remanet secundo; & consequenter procedit opinio Baldi, & sequacium, & sic pro opinione Baldi duo necessario præsupponuntur. Primum, quod bannimentum sit conceptum sub hac forma, vt plus offerenti detur. Secundum, quod actus sit iam consumatus per lapsum temporis appositi in banno, vel per luminis extinctionem, vel alio simili modo. Aut non fuit adiudicata secundo, & tunc procedat opinio Bar. & sequacium, & ita conciliat Castrens. *in d. l. licitatio*, quem valde commendat per multa iura Boer. videndus *decis. 248.* attestans ita pluries iudicatum. Hippol. *in leg. 1. §. si serui, num. 21. ff. de quæstion.* Rebuff. *tom. 2. titul. de præcon. art. 7.* Curt. Iu. *libr. 2. coniectur. ad fruct. cap. 10. ad finem.* Ari. Pinell. *in l. 2. par. 2. c. 2. nu. 30. C. de rescindend. vendit.* vbi dicit hanc materiam esse frequentissimam, & maxime vtilem. Stracch. *de decoctor. nu. 8.* vbi denique dicit attendendam loci consuetudinem.

* Quid si vltimus licitator, vel soluendo non sit, vel aufugiat, vtrum penultimus liberatus, interim in obligationibus vinculum incidat, practicabilis est quęstio, & Bar. *in l. Licitatio*, tenuit penultimum obligatum remanere, *per l. Sabinus, cum leg. seq. ff. de in diem addictio.* & pro hac parte consuluit Bald. in facti contingẽtia in Ciuitate Cremonæ refert Fabian. *de emp. & venditio. in quinta quæst. principal. num. 93. versicul. de Forma autem*, qui opinionem Bald. pluribus comprobare videtur. Idem vero Bald. vt refert Cremens. *Singul. 40.* consuluit contrarium, in Consilio Perusino, *§. penultimum liberatum esse*, sequitur Cassaneus *in consuetud. titul. Retinendus, §. 2. numer. 22.* priorem opinionem tenet Luc. Petus. in *pract. lib. 7. cap. 2. nu. 41.* ea ratione, quia esset aperta via licitanti, vt alium non idoneum supponat, quæ ratio parum stringit, si de dolo constaret, late Fusi. *in verbo, Gabella, num. 1.* Afflin. *de executio. §. 6. c. 11.*

10 Cautus igitur erit officialis Communis in admittenda, vel non admittenda, offerẽdo aliquem, & multæ sunt causę repellendi plus offerentem. Prima est, si calore iracundiæ obtulerit. Secunda, si non sit soluendo, & non reperiat fideiussorem. Tertia si sit duræ, & difficilis exactionis. Bald. *in l. penes, C. de Publican. & vectigal.* Castrens. *in citato loco.* Et ista dura exactio est admodum consideranda in fauorem pauperum, conducunt enim gabellas, & datia Ciuitatum homines iniqui, qui eius offerunt. postea funditus euertunt pauperum familias subhastando boues, pe-

eudes, frumenta, vestimenta, instrumenta rusticalia, & tandem eliciunt sanguinem viuum a pauperibus familijs, nihil aliud operatur nisi destructionem pauperis, implere bursam sbirrariorum, & perdere comitatum Oppidi, vel Ciuitatis, & (quod peius est) insatiabiles, dum venit tempus alicuius solutionis faciendæ per mille subterfugia differunt, & retardant debitam solutionem, in maximum præiudicium Communitatis. Quid (Bone Deus) prodest Ciuitati plus offerre, si tardius, & difficilius exigitur? Quid prodest plus offerre, si illud plus implet bursas birruariorum? Quid prodest illud plus offerre in damnum, perniciem, & ruinam tot pauperum familiarum? Quid audietur in palatijs? recursus, clamor, & gemitus rusticorum elamantium, condolentium de ablatione boum, pecudum, & similium. Quid auditur in domibus Ciuium? gemitus colonorum nõ valentium seminare agrum conductum ex nimia duritia conductoris gabellæ collectarum, & datiorum. Quid igitur tantum attenditur istud plus offerre? quies populi, & salus pauperum, & conseruatio comitatus, & territorij. istud est verum, & laudabile plus offerre. Cauti igitur erunt ex documento Pauli Castren. officiales Communis in concipiendis verbis banni, & capitulorum, & omni dexteritate, studio, & ingenio non admittere simpliciter omnes offerentes, ne ex post facto illi, qui non peccauerunt, innocentes pœnitentiam agant.

11 Et in materia addo Roman. *singular.* 762. Tuscis, Straccb. *de mercatur. par.* 5. *tit. de decoctor. nu.* 8. & veniens intra tempora subhastationis auditur, licet res alteri fuerit tradita, *l. si tempora. C. de fid. instrum. & iur. hast. fiscal. lib.* 10. quam singularem dixit Euerard. *in loco ab vsitato, sub num.* 7. subdens, quod si officiales Communis aliter vendunt, vel locant cõtra solitum, non valet, & consuetudo præcipuè attendenda est in istis subhastationibus, vt tradit Pinell. post alios *in citato loco, per l.* 4. *§. fin. de Publican.* Franc. Marc. *decis.* 566. *par.* 1. *vbi pulchre.*

12 Ex quibus corollarie habetur intellectus, & limitatio *ad l. Sabinus, ff. de in diem addiction.* vt habeat locum in venditione absoluta, perfecta, & consumata, reseruata meliori conditione ad fauorem venditoris secus in venditione, in suspenso, prout illa per licitationem, & ita limitant Boer. Pinell. & alij, *in citatis locis.* Et in hac locati, & conducti materia, habemus textum satis ad propositum, *in l. cum plures, §. lege dicta, ff. locat.* vbi actu nondum perfecto licet variare de partis consensu, vt dicam (Deo dante) in materia formæ.

Ampliatur tertio loco principaliter, vt in hac locatione, & conductione gabellarum, sit locus gratificationi duobus partibus in offerendo. Bal. *in fin. C. de manumiss. testamen.* quæ gratificatio temporibus nostris ne dum in locationibus gabellarum, & vectigalium, sed in omnibus causis iustitia suppressa dominatur, & destruit mundum, & hęc est communis opinio neminem habens contradictorem, nisi pauperes, & impotentes homines gratiam aucupari nolentes per munera, & recognitiones, quam gratificationem nec Barto. ipse sua lucerna obtenebrare potuit, & paucæ proferuntur sententiæ fine sale, & condimentis gratificationis. Proh Deum immortalem, vbi non dominatur statim, quod transmittitur officialis ad regimen loci, cuius conditionis ille sit, statim exquisicantur homines, a quo pendet fauor istius, & quærunt eum habere gratum, & fauorabilem, & omni conatu, & viribus agere, vt iste positus officialis locet ei operas suas. His non continenti placant muneribus, immo quadam tacita mercede conducunt. Si loquamur in auditoribus, dormit scientia, virtus obtenebrata est, & illi recipiuntur. qui a superioribus commendantur, & qui facilius locant operas suas in aliquo seruitio præstando. Si loquamur in alijs officialibus infimis, & pedaneis præuia anticipata solutione conducunt officia. Vnde postea tot extorsiones populorum, & mera latrocinia.

13 Vbi igitur non est gratificatio quantam connexitatem habet, immo consanguinitatem in primo gradu cum hac locati, & conducti materia, quæ sunt illæ sententiæ, quæ hodie proferuntur? illæ, quæ commendantur a maioribus anticipatis muneribus: illæ, quæ veniunt ad fauorem alicuius diuitis, vel potentis hominis bene sportulare valentis, taceant litigare pauperes, qui vt plurimum reportabunt sententiam contra, nec (quod plus est) admittitur appellatio, quid infœlices Aduocati, & Procuratores studemus, & vigilamus tot cautelis, & libris? omnia locantur, omnia conducuntur. gratificatio omnia vincit, & superat.

14 In hac igitur gabellarum conductione data paritate offerentium ex mente Bar. prudenter fanè est locus iustæ, & legitimæ gratificationi, habendo respectum ad qualitatem personæ, quæ magis pauperibus, & Communitatibus expediat, nec sit persona sitibunda, nimium auara, sed vtilis, & discreta, quæ populo admodum satisfaciat.

15 Ad textum *in l. Lucius, §. fin. ff. ad municipal.* respondetur ex mente Bar. ibidem quod aliud in fisco, aliud in Communitatibus locorum. In fiscalibus enim locationibus locum habet licitatio, vt superius visum est: secus in locationibus, quæ fiunt a Communitatibus locorum, in quibus non est locus licitationi, nisi in duobus casibus, qui colliguntur ex dicto textu. Primus est casus, si Ciuitas in hoc habeat priuilegium, & hoc secundum expositionem gloss. ibi propriam legem, idest priuilegium. Secundus est casus, ex statuto Ciuitatis, potest enim Ciuitas facere decretum, vt in publicis locationibus, vt sit locus licitationi, & hoc secundum intellectum Bar. ibi propriam legem, idest statutum, & sic propria lex Ciuitatis est statutum, vel priuilegium.

* Et inducitur obligatio locandi, & conducendi in publicis subhastationibus, & promissione, vel bannimentis de vendendo, si sequatur oblatio, vel immissio in possessionem gabellæ, vel datij, de quo agitur. Hiero. Gabr. *cons.* 187. *num.* 7. *alias cons.* 181. Vnde bonum est habere Priores, vel Antianos Ciuitatis fauorabiles, qui factis bannimentis libros quanto citius consignent, prout sæpe occurrit in præiuditium pauperis, & infœlicis Communitatis, quæ semper habet aliquem Ciuit. suæ proditorem.)

QVÆSTIO IV.

Quæro de viribus, & facultatibus locationis gabellarum, & vectigalium.

1 Primus effectus, & vtilitas est, quod conductor gabel-

gabellarum, & tributorum possunt defendere bona non soluentium gabellas tributa, & datia. Ita Bart. per illum textum *in l. creditor, in principio, ff. de act. empt.* qui tex. optime fauet in hac locati & conducti materia appellando conductores saltuum, & gabellarum, & non emptores, vel alio titulo, & sic materia gabellarum, tributorum, & datiorum est incerta, vti membrum quoddam in tractatu locati & conducti, et ibi dicit Paul. Castr. quod iste casus frequentissime occurrit Florentiæ, quod sindici castrorum soluunt datia communi Florentiæ, vt Ciuitas habeat intentum suum, postea vendunt bona non soluentium, & in hac patria Tudertina pignorantur pro datijs, quorum aliqui ex hominibus alicuius Castri, etiam soluerit eius ratam, cuij postea datur facultas pignorandi, vulgo *mal pagants*. hoc idem tenet Bald. *in l. 1. in fine, C. si propter publicas pensitationes, in capit. 1. §. 1. de cognit. feud. in l. 1. numer. 6. C. de fruct. & lit. expens.* Salicet. *in l. si quis fine*, vbi deputatur optimus textus ad hoc, *C. de vectigalibus*, Bart. *in l. in prouinciali, §. si ego*, vbi Alex. *num. 4. ff. de nou. oper. nunciat.* Alexand. *in l. si id, quod, numero 22. ff. de iurisd. omnium iudicum*, vbi dicit hoc perpetuo notandum Aret. *in §. Pœnales num. 13. de actio.* vbi attestatur idem tenere Ang. (licet corrupte) pro contraria parte allegetur Fusius *litera E. numer. 13.* Soci. *cons. 36. numero 15. libro 4.* Ioseph. de Ludoui. *conclus. 15. versicul. conductores gabellarum.*

2 Et sic habetur ampliatio *ad l. 1. C. si propter publicas pensitationes*, vt nedum tale priuilegium competat fisco, sed & conductoribus ipsius, & sic priuilegia fisci quandoque ad conductores extenduntur.

Ampliatur hæc cōclusio, vt nedum possit deueniri ad venditionem bonorum, sed ad capturam personarum, & carcerationem, iuxta not. *in l. nemo carcerem. C. de exact. tributor. lib. 10. & in l. ex eo. ff. de peculatu.*

3 Et de hoc non est dubitandum; docet enim experiētia rerum magistra, id esse verum: Si enim hodie aliquod officium ingrassatur, est officiū birruariorum, & multum conuenire curant cum exactoribus tributorum, & datiorum. Vnde postea tot extorsiones.

4 Ampliatur secundo, vt nec rescriptum in contrarium valeat. Salic. & ibi Alexan. *in l. agraria. ff. de termino moto.* Abb. *in rubric. de Iudic.* Alexand. *in l. 1. §. 1. ff. de Publican.* Firmian. *in verbo, emptor gabellarum, & in verbo, gabella, sub num. 20. & in verb. pœna applicatur, num. 10.*

5 Et notabilis est textus, *in d. l. creditor. in versi.* a conductore saltus, in quo fundus est, venit, quod I. C. præsupponit esse locum compræhensum in tenuta conducta, quod facit pro conductoribus alicuius tenutæ, vt cogere possit quemlibet in eis compræhensum ad aliquid pro recognitione soluendum.

6 Præterea in eo contextu adiunt duæ venditiones factæ a duobus credictoribus prętendentibus, prima a creditore priuato, secunda a conductore fisci, & ibi textus dat medium emptori, vt postquam soluit, id ad quod non tenebatur, cum iam re vera esset solutū, agat contra primum emptorem, & doceat instrumētum solutionis ad effectum repetendi. Diceret aliquis, nonne consultius erat statim molestia illata a conductore illius saltus intimare primo venditori, ad effectum, vt sciretur, an esset vere solutum, vel non, & potius non soluere, quam solutum repetere, maxime cum conductoribus datiorum, fisci difficilimæ exactionis, & tamen ibi I. C. consuluit agi ad exhibitionem instrumentorum ad effectum postea repetendi indebite iam solutum, & nota conductores publicos sæpe tentare ad reiteratam solutionem.

Et Bal. *in l. si ea lege, col. 2. circa medium, C. de vsur. allegat.* hanc lege creditor, in materia locati & con-
7 ducti, quod conducere fructus, redditus & prouentus
alicuius pedagij nihil aliud est, nisi spem, & nomina
transeuntium. Vnde si non transeunt, sibi imputet,
quia cogitare debebat, vt ibi per eum.

8 Vlterius considera in iure nostro, quod datur pensitatio publica, & est annua actio tributorum, quæ a certis personis dabantur fisco ad pontium, & viarum refectionem, vt per glos. *in d. rubr.* quam ibi Cin. & alij sequuntur.

9 Secundus alter principalis effectus locationis vectigalium est, quod conductor etiam ad modicum tēpus habet ius in re. Ita Bart. *in l. 1. §. 1. ff. si ager vectigalis, in l. 1. ff. de loco publico fruendo, in l. vectigalia. §. nondum solutis, nu. 2. ff. de public.* & hoc confirmatur ex præcedenti effectu, & facultate in proximo præcedenti effectu posita, de qua materia alias posui de effectibus locationibus ad longum tempus, *q. 2. & in tit. de superficiebus*, ibi dicta iungere placeat.

QVÆSTIO V.

QVæro, quid censeatur translatum in hac materia vectigalium, & variç fuerunt opiniones.

1 Prima fuit Bald. *in l. si ea lege, colu. 2. circa medium. C. de vsuris*, quod emens fructus, redditus, & prouentus pedagij censetur emere nomina, trāseuntium, qui tenentur soluere pedagium, *per l. in materia locati & conducti, in l. cum in plures. §. vehiculum. ff. locati.* vbi postea Bal. innuit, non esse faciendam remissionem, si pauci transierunt, quia hoc cogitare debuit, *per l. si quis domum, §. hic subiungi debet. ff. loc.*

2 Secunda fuit opinio, quam posuit Dec. *cons. 4. col. 2. circa medium*, quod iste sit vsufructuarius, vel ad instar ipsius, & hoc idem sentit Ias. post Bal. *in l. 1. nu. 6. C. de verb. signif.* inferens, quod emptor fructus lacus Perusini est vsufructuarius etiam nauium, in lacu existentium *per l. sed addes. §. illud. ff. locat.*

3 Tertia est opinio. Bart. *in l. eotem, §. qui maximas, col. 2. numer. 8. ff. de Publican.* quod censetur translata
commoditas, & facultas percipiendi fructus, & hæc
* est communis opinio. Rip. *de priuileg. pest. num. 61. per
l. si vsusfructus, de iure dotum.* Vnde Bart. ibidem con-
siderat quatuor adinuicem distincta, & separata; ius
personare, ius reale, vsumfructum, & simplicem com-
moditatem percipiendi fructus.

4 Quæ conclusio vera est siue contrahentes vtantur simpliciter verbo vectigal, passaggium, vel gabella, siue fuerit dictum redditus, & prouentus ex tali gabella, vt per quatuor casus considerat Castrens. *in d. §. qui maximas.* Verum hæc quæstio, & aliæ præcedentes, facilius intelligentur, si qua necessaria includuntur.

QVÆSTIO VI.

QVæro, an Publicanis sit facienda remissio propter pestem, bellum, vel sterilitatem, nam si

est venditio,non est locus remissioni; si est locatio, fit remissio,si est translata simplex commoditas, est locatio,& sic fit remissio. Vnde necessario præcedentes quæstiones incorporantur, & includuntur in ea.

1 Prima igitur conclusio sit. Quando contrahentes nisi sunt generali verbo,concedo, puta, Reuerendissimus Thesaurarius concessit gabellas Vmbriæ domino Iulio Iacobello pro scutis tot millibus pro annis nouem solutione facienda tot pro quolibet anno, vel semestri, & isto casu locatio est, & consequenter fit remissio propter bellum, pestem, & sterilitatem gl. *in l.2.C.de iure emphyteut.*Rip.*de priuileg. pestis,n.54.* ex qua prima conclusione infertur, quod verbum concedo, importat quandoque locationem, quando eij adijcitur pactum, vel qualitas importans locationem, ad quod facit,quod verbum,concedo, generale est,& assumit naturam contractus,cui adiungitur,gl. celebris *in c.cum venerabilis, col.1. de vsuris,lib.6.*Felin *c.cum venerabilis,colum.1.de exception.*vbi ex mente Abbat.inferri potest in hac locati, & conducti materia,quod si ego peto a Sempronio,vis mihi locare do-

2 mum tuam? & ipse respondeat, concedo, quod erit contractus Locationis,prout in commodato,& similibus dicitur.

3 Secundo infertur, quod non attenditur verbum prolatum,quid simpliciter importet,sed pactū appositum iuxta dictum verbum, quare, cui verbo adijcitur pactum de soluendo diuersis temporibus hoc importat contractus locationis & conductionis.

4 Secunda principalis conclusio sit. Conductor gabellarum,datiorum fit remissio,quando contrahentes vsi sunt verbo,locare,quia nō aliter a verbis recedendum est, *l. non aliter , ff. de legat.3. & si in verbo, concedo*, hoc verum diximus, multo magis *in verbo, locare*, quod proprium est, & ita Bar. *in d.§.qui maximas,q.1.* Alex.*conf.28.col.fin.vol.3.*Rip.*de priuileg.contract.pest.nu.55.*Bossi.*de remission. merced. Publicanorum,conclus.1.nu.1.*

5 Vltra quem ampliatur hæc conclusio, vt vera sit etiam quando contrahentes vsi sunt verbo locationis & conductionis, tamen fuit appositum pactum inducens emptionem,& venditionem, puta de vnica solutione pro toto tempore. Ita sentit Castrens. *in d.§.qui maximas,sub num.4. vers. si vero*, quem sequitur Ripa, *in citato loco*.

6 Verum melius sentit idem Castrens.*in l.2. §.adeo,ff. loc.* vt dicatur emptio, & venditio si pactum sonet in emptionem licet contrahentes vsi sint verbo,locare, prout dixi in prima conclusione, maxime quia Castr. nihil allegat *in d.§.qui maximas.* magis igitur potest, & operatur pactum,quam verba contrahentium importantia contractum aliquem.

7 Tertia sit principalis conclusio.Quando verba contractus sonāt expresse in emptionem, & venditionē, si pretium soluendum distribuitur,vel in annos singulos,vel in semestria, vel in alia diuisa tempora, tunc est locatio & conductio,& consequenter facienda est remissio.Barto.*in d.l.1.de Public. & in q. Publicanus, num.1.& 2.*Firmian.*de gabell. parte 6.* .21. Alex.*conf. 108.lib.3.,conf.3.libr.1.* Imo.& Anch.*in c.propter sterilitatem,de locato,conf.403.* Corne.*consil.23. & 128. lib.3.& 38.eod.libro,& consil.12.libr.4.* Aret.*consil.52. col.2.& conf.55. col.2.* plene Angel.*conf.15.* Bal.*conf. 393.vol.4.conf.261.col.2.* & hæc est vera,& communis opinio,a qua in iudicando, & consulendo non est recedendum.Soc.*conf.88.col.2. & conf.156.colum.1.* Alex.*conf.108.vol.3.* Rip.*de priuileg.pest.nu.56.* Bossi. *de remission.merced. Publicanorum,colum.2.conclus. 3.nu.5.*posui etiam superius *parte 1. de similitud. locat, qualit.4.*

8 Declaratur hęc conclusio, vt procedat & habeat locum,quando distributa solutio sit vniformis. ita Alexand.in allagato *conf.108.*& Corn.*conf.22.lib.4.* Rip. *in citato loco, num. 94.* Bossi. *num.6.* Duo igitur sunt,quæ reddunt in effectu esse locationem, solutio diuisim facienda,& vniformis. Vnde ponit Castrens. vnum modum loquendi satis frequentatum *in l.2. §. adeo,ff.loca.Vendo le gabelle per anni t. nti,& per santo, questo a ragione di tanta per anno.*

9 Quarta sit principalis conclusio. Plures sunt considerandi casus in prolatione verborum circa remissionem faciendam.

10 Primus casus *ad l. nec emptio, in principio ff. de contrahen.empt.*si ita dicatur. Vendo fructus talis pedagij vectigalis,vel fundi,iste casus est venditio sapiens naturam locationis,nam fructibus postea non extantibus fit remissio, vt ibi not.Rip. *in citato loco nu.57.* Bossi.*num 9*,& est ratio secundum eos, quia isto casu venditio dicitur facta de corpore, quo non extante fit remissio.

11 Secundus casus est,*ad l.si iactam,ff.de act.emp.*quando venditur alea, vel spes, quo casu sola spe debet esse contentus,nec aliqua remissio est facienda *d.l.si iactū.* Alea vero,& fortuna venditur videtur,si dicatur,vendo vectigal,vel pedagium,vel gabellam talis loci,quo casu videtur vendita solita cōmoditas percipiendi fructus,& sola alea,vel fortuna,vt per Bar.*in d.§.qui maximas*,& *dixi supra q.5.* & ex dictis Bart.colliges: quod paria sunt quoad hūc effectum vectigal,siue pedagium,alea,siue spes, & simplex commoditas percipiendi fructus.

12 Secundo modo alea dicitur vendita, quando venditur ius exigendi vectigal, vel padagium,vel quid simile,vt per Bar. *in d.q. Publicanus,col.1.*Bald.*in l.si ea lege,n.3.C.de vsur,*imputet enim sibi conductor,si pauci transierunt, quia cogitare debuit hoc euenire posse,vt per Bal.*in citato loco.*

Tertio modo alea dicitur vendita,si dicatur, vendo fructus, redditus, & prouentus talis gabellæ pro pluribus annis,puta decem,si aliqui percipiendi sunt fructus ex tali vectigali, & sic per verba conditionalia,quo casu non fit remissio,quia videtur vēdita alea, siue spes vt per Bar.*in d.§.qui maximas, q.4. nu.8.* vbi etiam subdit,quod si pure, & simpliciter venduntur fructus, nec adijciuntur aliqua verba conditionalia, quod si est dicere, vendo omnes fructus, & tunc periculum est emptoris, nec aliqua remissio est facienda. Si vero venduntur pars fructuū,tunc remissio facienda est,quod etiam fructibus fundorum locum sibi vēdicat.Cōmendat Bossi. *de remissione mercedis, nu.16. cum sequenti.* commendat Rip. *de priuileg. contra pest, numero 66.* Quid si impedimentum proueniat facto Principis, vel Communitatis iusto, vel iniusto quando, & quomodo facienda sit remissio, ponam in titulo de rerum diuision.ad materiam, *l. si merces,§. culpe,ff.loc.*

Reliqua pertinentia ad materiam remissionis ponam suo loco de remissione mercedis.

QVAE-

Digitized by Google

QVÆSTIO VII.

QVæro, an sint aliquæ personæ prohibitæ conducere gabellas loci, vel Ciuitatis.

1 Primo Clericus prohibetur tales conductiones facere, *§.alium, Authent.de sanctiss. episcop.* vbi Angel. notat. quod nec fideiubere potest pro conductore, quod temporibus nostris quantum obseruetur, sciunt omnes.

2 Secundo prohibetur tutor etiam finita tutela ratione tamen non reddita. glo.& Bar. *in l.1.C.ne tutor, vel curator*.

3 Tertio prohibetur Iudæus, *capit. penult. & ibi not. de Iudæis*.

4 Quarto prohibetur officialis communis. Bald. *in l.quisquis. C.si cert. petatur.* Angl. *in §.œconomis, Authent. de non alienandis*. Sed (Bone Deus) quid hodie non tentant Gubernatores, & officiales locorum, omnia sub velamine audent, & tempore annonæ mercantur frumenta, & alia ad victum necessaria, & fames, & infœlix paupertas, vt plurimum eorum culpa prouenit, non mirum, quia habent quandoque exempla maiorum.

QVAESTIO VIII.

1 VIdimus de modo, & forma, & personis, videamus modo de tempore locationis vectigalium, nec in hoc requiritur aliqua disceptatio. tex.enim clarus est *in l.penes, C.de vectigal.* vbi non pro minori tẽpore, quam triennio locari possunt, & ibi hoc expresse tenet Bal. & vltra Bal. & Doctores, *ad d.l.penes*, ratio illius legis, quia vbertas vnius anni compensatur cũ sterilitate alterius anni. Soc.iun *cons.68. vol.5.* subdens, & inferens, quod locatio vectigalium pro quinquennio est vna, quia licet excedat hæc res, tamen non est sex annorum, vt dici possint duæ, & illud plus non attẽditur tanquam quid imperfectum; & sic habes vnum casum depromptum a locationibus gabellarum, in quo vtile non vitiatur per inutile.

QVAESTIO IX.

1 QVæro, an conductores vectigalium, datiorum, & gabellarum cogi possint ante terminum conuentum ad soluendum. Videbatur dicendum quod non, quia nondum venit dies, *l. eum, qui Kalendis, ff.de verb.oblig. l.mandauero, la prima, in principio, ff.mandat. l.cedere diem, de verb.signific. § plus. Inst.it.de action.*

2 Contrarium est verius duobus principaliter concurrentibus. Primo aliqua necessitate Reipublicæ, vel principis. Secundo detractio interstitio medij temporis, l. 1. vbi Bar.not. *C.de condict.ex lege*, qui tex. est admodum magistralis, ponendo primo modo regulam, postea limitationem ad eam, & ibi glos.limitat in interstitio medij temporis, & post eam Bartol. dicit esse textum valde notabilem, & singulare contra datiarios, & conductores gabellarum, qui ante tempus ex aliqua necessitate cogi possunt ad soluendum, & ibi Bal.attestatur hoc sæpius frequentari, & practicari, vbi etiam Salic.dicit passim Bononiæ practicatum contra gabellarios, & datiarios. Valde etiã commendat Ias. *in l.in diem, col. 1. in fine, ff.de condict. indebit.* pro dicto valde singulari ponit Marsil. *singular. 355.* attestans pluries in facto habuisse. Alexan. *in l.pecuniam, col.2. ff.si cert.petat.* Anton. Trigo. *singular.7.* attestans ita pluries iudicatum, & sic habetur limitatio *ad l.cedere diem, ff.de verb.signific. & ad d.l.si mandauero, la prima, & similia iura*.

3 Et notandum est iuxta receptas theoricas, quod in obligatione in diem certam iam cessit, & venit dies etiam ante diei aduentum, competit tamen exceptio ante diei aduentum ex communi, de qua per Alciat. *in d.l.cedere diem*. Ias. & alij, *in leg. certi condictio. ff. si cert. petat.* Thobi. *in §.omnis, num.14. Instit.de verbor. oblig.* isto igitur casu conductores gabellarum, & datiorum talem exceptionem diei nondum aduenti opponere non poterunt.

4 Taceant igitur gabellarum conductores, & Datiarij, si sæpius coguntur a Communitatibus ad soluendum ante tempus ex superuenientibus indigentijs, quia hoc communiter potest.

5 Sed quid econtra. pone quod conductores vectigalium, & datiorum tardius soluunt: tenẽturne ad interesse, & vsuras Communitati, & Principi, seu Fisco? Vtique sic, *ex l.cum quidam, §.fiscus, ff.de vsuris*. Qui textus, quoniam respicit materiam locati, & conducti, valde vtilis est, & ab eo babemus aliquas conclusiones vtiles in hac locati, & conducti materia.

6 Prima sit conclusio. In contractu locationis, & conductionis, ex quo bonæ fidei est, veniunt vsuræ tripliei modo, primo ex conuentione, secundo ex mora, & hoc dupliciter, vel per lapsum diei appositæ, vel per interpellationem, aut litis contestationem, *leg. Lucius, ff.deposit. l.in initio. C.de pactis inter emptorem, & venditorem, l.præses, C.locat. l.traiectitiæ, ff.de action. & oblig.*

7 Vnde si locator interpellat conductorem, vt mercedem soluat, & hoc facit vel in iudicio, vel extra, cõstituit eum in mora per hanc interpellationem, & tenetur ad vsuras, damna, & interesse, *d.l.cum quidam, §.ex locato*, vbi glos. subdit, quod si conductor in tempore conuento non soluat mercedem, & pensione m, poterit conueniri ad interesse, & vsuras. Tetigi supra de natura locationis, *& in verb. fructus*, & ponam *in titulo de mora*.

8 Secunda conclusio ex eodem textu in materia locationis gabellarum, & vectigalium, quod contra eos ad fauorem fisci; & Communitatis committitur mora re ipsa absque interpellatione, vt per gloss. *ibidem in verbo, inferunt*, vbi Bolognin. colligit, quod cum fisco committitur mora sine interpellatione, licet ipse reputet hoc admodum generale, vt per eum in dicto loco.

Conductores igitur gabellarum constituuntur in mora re ipsa sine interpellatione, & ad vsuras tenentur.

QVÆSTIO X.

1 QVæro ad materiam *l.nemo, C. locat.* an conductor gabellarum, & datiorum substituere possit, & alteri sublocare. Tetigi superius *in verbo, conductor.* Veritas est, quod sic. Imol. late *consil.76.* vbi videre placeat.

Cui addo ampliando hanc conclusionem, quod locator, siue us, vel Communitas, semper est in tuto, nam

si rem vendit, vel subloeat alteri, si secundus est non soluendo, sine dubio tenetur primus, qui nec liberatur cedendo iura contra secundum emptorē, vel conductorem, *l. de illo, ff. pro soc.* & econtra si primus emptor, vel conductor efficiatur inops, vel non solūēdo datur actio, & regressus contra secundum, argumento, *leg. 1. ff. de institor.* per quæ iura, ita tenet Petr. de Vbal. *in tract. de duobus fratribus, par. 10. num. 2.*

2 Et in tractatu, & materia sublocationis notabilis, & vtilis est decisio, *d. l. 1. ff. de institor. in vers. Marcellus, iuncta l. sequenti cum sua glo.* quod primo locatori datur actio contra secundum conductorem, primo effecto non soluendo. facit *l. in omnibus, ff. de pretoria. stipulat. l. fin. §. 1. ff quod cum eo.*

QVÆSTIO XI.

QVæro, an societas conductorum vectigalium transeat ad hæredes. ponam *in titulo de successore.*

QVÆSTIO XII.

QVæro. Plures sunt conductores gabellarum, & obligati in solidum, diuidunt inter se, an sit sublata obligatio in solidum. ponam *in tit. de duobus reis.*

QVÆSTIO XIII.

1 QVæro. Conductor gabellarum non soluit in aliquo termino, an possit statim expelli, & videtur dicendum, quod non, ex quo æquiparare videntur emphyteutæ, habendo ius in re prout ipse habet, meritò biennium, vel triennium expectandum videtur.

2 Contrarium est verius, vt not. *in l. vectigalia, §. non solutis, ff. de publican.* vbi Paul. Castrens. dicit esse casum perpetuo no andum.

Addo Bar. *in l. 1. C. de administr. rerum publicarum, lib. 10.* vbi n c auferri potest, si in tempore soluat, per *l. quod semel. ff. de decret. ab ordine faciendis.*

3 Et sic in materia *l. ede. C. locat.* considerantur plures casus. Aut sumus in simplici conductore, & sta-

4 tim expelli potest, *d. l. ede.* fallit nisi conuentum sit, vt biennium expectetur, *l. quæro, §. inter locatorem. ff. locat.* quam ita declarat Bartol. *in dict. §. non solutis.* Aut loquimur in conductore habente ius in re, & tunc aut sumus in emphyteuta ecclesiæ, & biennium expectatur, si priuati, triennium, si sumus in conductore vectigalium, & tunc statim expelli poterit, *d. §. non solutis.*

5 Et sic conductor vectigalium habet ius in re, vt supra vidimus, tamen quoad quosdam effectus tenetur more priuati.

6 Et sic ampliatur dispositio *l. ede*, vt procedat in conductore vectigalium.

7 Aduertendum etiam videtur, quod cum ponuntur ad incantum gabellæ, datia, & alij redditus publici, nullus cogitur ad offerendum, etiam qui conduxit anno præcedenti, nisi tribus concurrentibus, de quibus *in leg. cotem, §. final. ff. de Publican.* Tamen si conductor anni præcedentis vult offerre, & pro tantundem, præfertur alijs, dummodo reddiderit rationem anni, & conductæ præcedentis, vel nisi ex alia causa sit debitor communitatis, nisi det fideiussores idoneos de soluendo. ita Castrens. dicens in facto habuisse, & esse casum valde notabilem, *in l. licitatio. §. ad locandum, de Publicanis.*

8 Et bona regula est, Si in facto obseruaretur, vt qui conduxit anno præcedenti non admittatur in anno sequenti, nisi ratione prius reddita, quia multi nunquam reddunt Communitati rationem, & in dies fiunt debitores passim vsurpando. quare non gaudet tertius hæres.

9 Econtra etiam conductor anni præcedentis cogitur pro anno sequenti, si per prius lucrum fecit. Bar. *in l. cotem, §. qui maximas, num. 4. de Publicanis.* Bal. *in d. l. 1. C. de hæreditate, vel actione vendita.* Martin. de Fano. *in tract. de Principe, titulo de fisco, conclus. 65.* Bossi. *de remission. merced. publ. c. num. 32.*

10 Et sic limitatur *lex, nec emere, C. de iure deliberandi*, vt non procedat in primo conductore vectigalium, qui lucrum fecit anno præcedenti.

11 Multa igitur accidunt conductori gabellarum, vectigalium, datiorum, & similium ius in rehabentium, propter quod vendere potest bona fraudantium, & nō soluentium, necessitas occasionata, propter quam cogitur quandoque ante tempus soluere, & exburiare, sterilitas, pestis, vel bellum, propter quæ remissionem meretur lucrum præcedens, propter quod cogitur reconducere, negligentia in soluendo, propter quam a conductione repelli potest.

QVÆSTIO XIV.

QVæro. Pendente, & durante locatione, & conductione, alienatur vectigal, vel datium, cui debetur pretium venditori, vel conductori, vel pensio quomodo erit diuidenda? est materia *l. fin. §. fin. ff. de iure fisci.* ponam *suo loco.* Bertachin. *de gabell. par. 2. quæst. 36.*

QVÆSTIO XV.

PVlchra est quæstio a Doctoribus nostris excogitata. Est gabella in confinibus duorum locorum, per quem locabitur, vel exigetur idem de hospitio, molendino, & similibus dici potest.

1 Multi tenuerunt esse promiscui vsus, & ad quemlibet pertinere, nec curare, cui magis adhæreat. *leg. arbor. §. de vestibulo, ff. commun. diuidundo*, & esse locum præuentioni in maleficijs inquirendis, & denunciationibus.

2 Alij dixerunt, quod ad vtrumque pertinet, & sic potestas viriusque loci in maleficijs inquiret, & gabellam communiter exiget, *l. 1. §. fin. ff. de his, qui deiecerunt.* & in hac opinione residere videtur Bal. *in l. penult. 15. C. de condition. insertis*, a quo sumpsit omnia Petr. de Vbaldis, *par. 11. q. 22. n. 23.* Ponam *in tit. commun. diuidun.* & multi diuidunt tempora, & iurisdictionem, multi diuidunt pensiones. Addo Fran. Marc. *decis. Delphinal. 350. par. 2.* vbi tenet idem in naulo fluminis, & similibus.

Et notabilis est text. *in d. §. de vestibulo*; non enim diuidendum id, per quod contingeret præiudicium in re propria. Vnde plures conductores per idem vestibulum introire possunt.

QVAE-

QVÆSTIO XVI.

AVgetur territorium, augebiturne pensio gabel. larijs? ponam in tit. de remissione mercedis.

QVAESTIO XVII.

PLacet in hac quæstione, omissa disputatione, ponere nonnulla notabilia dicta in materia locationis gabellarum, & datiorum.

1 Prima conclusio sit. Gabellis locatis actum videtur ne quid fiat per locatorem in præiudicium conductoris, ne vtatur redditu gabellarum. Florian. in l. Proculus. §. fi. ff. de vsufruct. Bal. in §. ad hoc, de pace iuramento firmanda facit l. quæsitum, ff. de vsufruct.

2 Secunda sit conclusio. Gabellarum lucrum factum per filiumfamilias, acquiritur patri tanquam aduentitium. Bal. in l. eum oportet, num. 16. q. 13. C. de bon. quæ liber. Vnde in multis locis, & ciuitatibus filij. familias se industriose exercent in exigendis gabellis, datijs, collectis, & similibus, nam patri quærunt vsumfructum.

3 Tertia sit conclusio. Mulier relicta vsufructuaria a marito omnium bonorum, si maritus fuit conductor gabellarum, vel datiorum, hoc ad vxorem pertinebit. Bald. in l. 1. num. 2. notab. 2. C. de vsufructu.

4 Quarta sit conclusio. Publicani vere illi sunt principales, qui de præsenti gabellas conduxerunt, non autem participes, neque fideiussores, nec qui in præterritum conduxerunt, l. eum, qui vectig al. vbi Alciat. & Veronen. ff. de ver. signif. & ibi textus innuere videtur, quod requiratur ista qualitas, vt a populo Romano, non ab alijs Ciuitatibus. Insuper debet esset descriptus inter conductores & fideiussionem præstare, alias vt publicus conductor audiri non debet Bal. in l. iustum, C. de eden. in l. Labeo, in §. fi. ff. de pact. Angel. in l. 1. C. de excusat. tutor. lib. 10. no. inter cons. Martianesij, lib. 1. cons. 74. num. 1.

5 Quinta sit conclusio. Conductores vectigalium excusantur a tutela, & alijs oneribus, secus in conductore prædij Cæsaris, vt no. in l. semper, §. conductores, & §. coloni, ff. de iur. immunitatis, l. spadonem, §. qui vectigal. ff. de excusat. tutor. l. coloni, C. eodem.

6 Sexta sit conclusio. Fauore fisci rem, quam conduxit, cogitur tenere pro illo pretio, si alium non reperiat, l. cotem, §. qui maximas ff. de Publican. hoc verum, si ipse fuit lucratus ex illa locatione las. ad Por. Instit. per quas personas nobis acquiritur, littera C.

7 Alberic. in tract. statut. par. 1. q. 23. incipient. vidi etiã, & in rubric. de Publican. attestans Martinum Sillimanum obtinuisse coram collegio Bergomensi late Menoch. cons. 34. num. 13.

Ampliatur, vt nec econtra, vt conductor non possit aliquid facere in præiudicium locationis. Menoch. cons. 189. num. 2. in fine.

Hinc dicebat Bald. in l. 3. in fine, C. de nautic. fœno. quod si gabellæ conductor molestus sit viatoribus, qui per aliam viam eant, tenetur locatoribus illatum damnum resarcire.

Alibi tamen dicebat Ruin. cons. 74. num. 16. lib. 1. quod conductor salis potest pro sui libitu, vendere salem, etiam si resultet in præiudicium futuri conductoris. Commendat Menoch. de præsumpt. l. b. 6. præsumpt. 26. num. 16. Quod vidi in facto euenire.

De regalibus.

1 VIdimus de locationibus bonorum immobilium alicuius Reipublicę, vel Communitatis, de vectigalibus, gabellis, & datijs; vidimus & de feudo suo loco, quod pariter ad Principem spectat, quid in alijs Regalibus? Regalia enim sunt flumina, portus, & similia, de quibus in c. 1. quæ sint regalia. Vtique videtur dicendum Principem vti legibus solutum pro suo libito voluntatis, locare posse, maxime quia dominus est absolute ipsorum.

2 Contrarium verius est: aut enim Princeps locare vult ad modicum tempus, & potest, & ei successor stare tenetur: aut ad longum tempus, & non potest, & si faciat, successor stare non tenetur. ita Bal. in tit. de pace Constantiæ, in verbo, amplius. Ruin. in terminis cons. 91. num. 11. vol. 1. qui loquitur de Iulio secundo, qui reuocauit locationem ad longum tempus factam per Alexandrum antecessorem suum.

3 Et videmus in facto, quod affictantur portus, transitus cum nauibus, & similia.

4 Ex quibus corollarie infertur ad duo. Primum, vt dispositio l. emptorem, C. locat. procedat etiam in Principe, si fit ad modicum tempus.

5 Secundum est limitatio ad cap. 1. de probat. & l. digna vox, ff. de legibus, vbi etiam Alber. not. in suo discursu, quod si Princeps contraxit in permissis a iure, tunc successor stare tenetur, alias non.

6 Et passim videmus quod Principes locant vulgo le loro entrate. Vnde conductores habent eorum portionem in officijs criminalibus, & in pœnis, & in damnis datis, & similibus.

De decimis.

VIdimus prosequendo materiam rerum, quæ locari, vel conduci possunt de bonis, & rebus ecclesiæ, de bonis publicis fisci, & Communitatum, prosequendo quæro, an decimę locari possint ad c. 2. de locato & conducto.

1 Primo videbatur, quod non, ex cap. quamuis, & cap. prohibemus, de decimis, vbi qui locat laico in sęculo remanenti ecclesiam, decimam, vel oblationem, a statu suo sicut arbor, quæ inutiliter terram occupat, succidatur.

2 Secundo pro hac parte facit text. in cap. causam, de præscript. vbi laici decimas retinere non possunt; ergo de nec conducere, cum conductor saltem detineat, l. non solet, ff. locat.

3 Tertio pro hac parte facit text. in cano. iudicatum, dist. 89. vbi laicis res ecclesiasticæ cõmitti non debet.

4 Pro contraria parte facit text. in cap. 2. de locat. & conduct. Et hęc opinio est in puncto iuris verior, duobus tamen concurrentibus. Primo, quod talis locatio fiat ad modicum tempus.

5 Secundo quòd per hanc locationem non intelligatur translatum ius decimandi, quod spirituale est, & laicis competere non potest, sed simplex facultas, & commoditas percipiendi fructus decimarum, & ita conciliantur omnia superius contraria.

6 Et hanc opinionem tenuit Anto. Butr. Abb. Card. Zabarell. Anchar. Imol. in iuribus superius hinc inde pro vtraq; parte allegatis. Sum. Angel. in verbo, locatio, num. 3. & in verb. Decim. num. 14. Castrens. cons. 36. & 156.

Digitized by Google

156. Doctor. *in l. vsufruct. ff. sol. matrim. in l. in quorum, ff. de pignor.* Fel. in cap. *quæ in ecclesiarum, col. 29. de constitut.* Franc. Marc. *decis. 198. in fine, part. 2.* dicens in Delphinali passim practicari, quod fructus decimarum pro certa pecunia annuali locatur. Anto. Trigo. *singular. 50. num. 5.* Cels. *in repert.* ad Fel. *in verbo, laicus habens, num. 1.*

7 Ampliatur hæc conclusio, vt talis locatio per Curatos, & Parochos libere fieri possit, & sic non requiratur licentia, vel consensus Episcopi, vel alterius superioris. Ita no. Abb. *in d. cap. 2. in verb. liberi per cap. de multa, de præben. & cap. licet episcopus, eod. tit. lib. 6.* Vnde non valebit constitutio Episcopi in contrarium, vt per eum, qui addit hoc fieri posse vsque ad nouem annos.

8 Ex quibus postea corollarie infertur, quod si in aliqua dispositione dicatur, vt quis libere locare, vel cōducere possit, non requiritur licentia, vel consensus alicuius. Vnde si statutum habilitat filiumfamilias, vt libere cōducere possit, patris cōsensus non erit necessarius: pariter si habilitat mulierē, vt libere cōducere possit, nō erit necessarius consensus proximiorū.

9 Secundo infertur ex mente Anchar. *in d. c. 2.* in hac locati & conducti materia, quod non valet statutum alicuius loci, quo prohibetur, vt nemo possit locare domum, vel rem aliquam pro maiori pensione, quam anno præterito, quia nemo prohiberi potest facere cōditionem suam meliorem, & hoc est vnum assumptum verum in hac locati & cōducti materia, introductum de æquitate canonica, vt nemo in locādo prohiberi possit facere conditionem suam meliorem.

10 Et per hoc in facti cōtingentia in hac locati, & cōducti materia inferebat *Io. Andr. in d. c. 2.* quod non potest vniuersitas statuere, vt ciues, vel homines dictæ vniuersitatis non possint locare domos pro maiori pretio, vel pensione, quam anno præterito, cum quilibet facere possit conditionem suam meliorem.

11 Vnde dixit in facto consuluisse non posse Capitulum disponere, vt Canonicus non possit locare præbēdam suam, nisi concanonico, & sequitur ibi Anch. Libertas igitur esse debet in materia locati & conducti, tam respectu personarum, quam pensionis. Vnum vidi in facto occurrere. Notarij Tudertini pro mercede rogitus recipiunt bononenos duos, & ita iam diu fuit obseruatum, poterunt ne hodie facere eorum conditionem meliorem?

12 Ampliatur 2. loco principaliter hæc conclusio, de locatione decimarum, modo, quo supra, vt fieri possit & valeat ad vitam conducentis ex causa, & cū auctoritate Prælati. glo. in cap. quamuis, de decimis, & eam sequitur ibi Butr. *nu. 8.* sentiens dici causam, cum confertur in tempus vitæ, & sic collatio in tēpus vitę videtur causa locationis decimarum, & sequitur etiam Anchar. *nu. 8.* attestans ex hoc nullum ius transferri, vel simplicem commoditatem, & sic ex Anchar. col. legimus vnū, quod per collationem ad vitā conducētis nullum ius transfertur in cōductorem, sed simplex commoditas fruendis, & percipiēdi fructus. Multi. n. vulgares fortasse dicerent. *Io l'hò in vita, posso tagliare, & fare altre cose.* prout habēs ius in re, quod expresse prohibetur. Eandem gl. ibi valde commendat, & pro notabili adr. oduni ponit Abb. *nu. 4.* dicens eam verā, & a nemine morderi propter dubiū vitæ, concurrente tamen auctoritate superioris, quę omnia placeat addere ad ea, quæ posui superius, *par. 2. tit. de locat. ad longum tempus, q. 2.* & est decisio Rot. vt per Mohedan. *decis. 1. de decimis, & decis. 7. de transact.* Ias. *cons. 713. col. 4. vol. 3.* Fel. *consil. 51.* Rodoan. *de reb. eccles. vers. item ex præmissis, num. 7. fol. 347.* & melius *q. 8. princip. num. 8. fol. 365.* Rebuff. *de decim. q. 10. num. 31.* Bertacch. *de Episc. q. 61.* Et per modū discursus ex hoc videtur colligi vnum, quod licet quis præsumatur viuere ad annos centum, *l. fin. C. de sacros. eccl.* tamen si fit locatio ad vitam alicuius, non dicitur, nec reputatur perpetua ex hac præsumptione iuris, sed potius ad modicum tempus propter dubium vitæ.

13 Eam tamen glo. mordet in aliquo Summa Angelica, *in verbo, decimæ, nu. 14.* per not. per ipsum, *in verb. alienatio, nu. 18.* vbi locatio dicitur perpetua, si fit ad vitam conducentis. Vnde concludit in citato loco: aut loquimur in laico laicaliter viuente, & ei ad vitā concedi non potest, nisi cum dispensatione sedis Apostolicæ: aut loquimur in laico religioso, & conuerso, & tunc potest, subdens, quod est tutus in foro conscientiæ, si Papa ex causa faciat, alias non, ex notat. *in cap. à nobis,* per Butr. & Abbat.

14 In hac autem locati, & conducti materia, notanda sunt verba Angelic. *in verbo, alienatio, 18.* vbi locatio dicitur perpetua, donec pensio soluatur, *ex §. adeo, Institut. locat.*

15 Vltimo loco in hac locati, & cōducti materia celebris est tex. *in d. c. 2. de locat.* de locatione ad firmam, idest ad annuum censum, & est modus loquendi Anglicorum secundum Ioannem Andræam ibidem.

16 Vnde habemus in hac locati, & conducti materia, restaurum pro remissione in multis locis, & regionibus: arrendamentum pro locatione, & conductione, prout in partibus Delphinalibus, & Burdegalēsibus; locare ad firmam, idest ad annuum censum, prout apud Angelicos, & in materia decimarum vide Caputaquens. *decis. 241. par. 1.*

* Et laicus decimarum conductor, poterit coram iudice sæculari conueniri, quia non agitur principaliter ad decimas, quæ spirituales sunt, sed pretium ipsarum, vt pulchre deducit Couarr. *Practica. qq. cap. 35. versic. quinto non video.* Et sic fortasse dici posset, quod fictuarius bonorum Ecclesiæ poterit coram iudice sæculari conueniri si laicus est, attenta re, non subiecto principali.

De censibus.

1 Quæro, an census locari possint, & videbatur dicendum quod non, quasi personale ius sit. Contrarium est verius, vt ius, & facultas exigendi annuum censum alteri locari possit, non autem venditori census, quia esset conductor rei propriæ, quod esse non potest, *l. neque pignus, ff. de reg. iur.* & in terminis tenet Ruin. *cons. 160. nu. 2. vol. 1.* nec inter scribentes, & tractatus in materia census quæstionem hanc reperire potui.

2 Et quod dictum de facultate exigendi decimas, & census, potest extendi ad similia, vt ius emphyteuticorum, liuelliorum, & alia huius generis.

Si igitur loco tibi omnia bona mea, poteris exigere decimas, census, canones, liuella, & similia, & ita vidi in Episcopo Tudertino, cuius fictuarius exigebat decimas, Canones, & liuella.

De

De seruitutibus.

1 QVæro, an seruitutes locari possint. Videbatur dicendum quod sic, ex *l. arboribus, §. 2. ff. de vsufruct.* ex *§. minus, Instit. de vsu, & habitat.* vbi seruitus vsufructus locari potest, dixi *in tit. de vsufruct.*

2 Veritas esse videtur, vt seruitutes prędiales locari non possint, *l. locare*, ff. *locat.* personales autem sic, prout de vsufructu superius diximus.

3 Ampliatur hęc conclusio, quoad seruitutes prędiales, vt locari non possint, nec a domino fundi dominantis, nec a domino fundi seruientis, vt per Accurs. in glo. *d. l. locare.* Veron. *de seruit. rust. præd. c. 1. col. 2. vers. item locare &c.*

4 Declaratur in ipso mero iure seruitutis, sed bene facultas, & subrogatio non videtur prohibita. Ita sentit Port. pulchra quidem ratione, *in §. 1. num. 3. Instit. de vsu, & habitat.* & licet cogitandum relinquat, tamē eius ratio aplaudere videtur, ex his quæ superius diximus de censibus, & de cabellis, distinguendo inter merū ius, & facultatem ipsam, & videmus passim in facto, q̄ do ad laboritium fundum meum, si ei debeatur seruitus itineris, quod colonus meus vtitur hoc iure, idest facultate, & subrogatione. Idem videmus in domo locata, si enim ei debeatur seruitus transeundi, quod ea vtitur conductor, & sic passim discurrendo experientia docet. Sed nunquid pensio ex fundo locato debita sit seruitus; locaui. n. tibi fundum pro annua responsione tot quartingorum grani, vel similium, eritne hæc pensio seruitus nominanda? Vtique sic, non autem seruitus innominata. Bald. *in l. 1. num. 3. C. de vsufruct.* vbi tenet pro ea competere confessoriam etiā contra tertium impedientem. Si igitur quis promisit tradere fundum liberum, si ex eo debeatur annuatim aliqua pensio ex fructibus non potest tradi liber, cum competat actio etiam contra tertium impedientem, & bona erit exceptio nolo tradere pretium talis fundi venditi, nisi liberes talem pensionem de tot quartingis grani pro quolibet anno, quæ ex tali fundo per te vendito debentur annuatim.

Pertinet ad seruitutum materiam in hoc tractatu, locati & cōducti, id quod pro notabili posuit. Accurs. *in l. 2. in verbo, Cloacam*, ff. *de seruit. rustic. præd.* si habebā in agro colonos, si vicinus cloacam concedat ad verboru & onerandū, est seruitus rustica, ob cōmoditatem agri, late Zoannell. *de pact. de retrouen. nu.* 198.

De annuis redditibus.

1 QVæro an redditus annui locari possint ita vt prohibitur alienare sine decreto, vel aliqua solennitate, vt Prælatus, minor, & similes locare possint annuos redditus. Et duo sunt considerandi casus. Primus est si annuus redditus sit perpetuus, vel ad longū tēpus, & illo casu non potest fieri, quia inter immobilia cōputatur, vt in Prelato ponit Marian. *in tract. oblatio. col. 14.* sequitur Tiraq. *de retract. lignagiar. §. 1. gl. 6. num. 25.* de minori ponit Paris. optime id declarans, *cons. 53. num. 15. & cons. 85. num. 10. lib. 3.* Bellamer. *cōs. 23. num. 10.* Roi. *cons. 54. num. 9. lib. 2.* Iacob. Menoch. *cons. 39. num. 16 lib. 1.* D. Simoncell. *de decret. lib. 3. tit. 8. inspect. 7. in fine, de ministr. ciuit.* tenet Bart. *in l. fi. C. de vendit. rerum ad ciuit. pertinent. lib.* 11.

Addo bene in materia loquentes Didac. *var. resol. lib. 3. cap. 7. vers. secundo hoc, &c.* Fus. *in verb. annui redditus*, vbi si iuuenis conducat eius vita durante, tenetur in foro conscientiæ.

Et sic infertur ad duo corollarie. Primum est amplia *ad Clem. 1. de reb. eccle. non alienand.* vt procedat in locatione ad longum tempus, de annuis redditibus. Infertur secundo ampliatio *ad tit. ff. de reb. eorum*, & alia iura prohibentia minorem sine certa solennitate alienare, vt extendatur ad locationem ad longum tēpus, de annuis redditibus. Et multa sunt requisita ad annuos redditus, vt prædicta procedant.

3 Primum requisitum est, vt sit de re stabilis, vel immobilia, secus si de re mobili. Bald. *in cap. 5. de controuers. vasal. & episc. col. 2.*

Secundum debent esse ad longum tempus. Feder. de Sen. *cons.* 12. Bald. *in l. priuilegia, circa finem, C. de sacros. eccl.* Ang. *in l. si constante, §. bona, ff. solut. matr.* Alex. ad Bart. *in l. mouentium, ff. de verb. signif.* Ruin. *cons. 82. col. 1, volum. 2.* Declara, nisi esset eadem ratio prohibitionis in locatione ad modicum tempus de dictis redditibus. Marianus *in tract. oblat. q. 8.* Ant. Gabr. *de verb. sign. concl. 8. nu. 3. in fine.* Et annui redditus ad sex, vel octo annos non dicuntur ad longum tempus. Rodoa. *de rea. eccles. q. de immobil. rerum alienat. sub num.* 28.

Tertium requisitum. Ille, qui locat, debet esse in quasi possessione illos percipiendi. Ias. *in l. sciendum, n. 23. limitat. 1. ff. qui satisd. cogunt.*

Quartum requisitum, vt ex publico percipiantur, vt sunt imprestita Venetiarum, Montes in Vrbe Romana. Monte S. Georgij in Ciuitate Genuæ. Rodoa. vt supr. *n. 32.* Iacob. Menoch. *de arbitr. iud. casu* 233.

Addo quintum, quod tales redditus debēt esse certi Card. *in Clem. exiuit, §. licet de ver. signif.* reputat singular. Firm. *in verb. annui redditus.*

De oblationibus.

QVæro, an oblationes altaris locari possint laicis ita vt eas exigere possint.

1 Primo videbatur dicendum, quod non, quia laici spiritualium sunt incapaces, *cap. causam, de præscrip.* et dixi superius in quæst. decimarum.

2 Secundo pro hac parte facit textus *in canonic. hanc consuetudinem*, 10. q. 1. vbi ecclesiarum oblationes sub laicorum dominio non detinentur. Vnde dominus in veteri testamento prohibuit panes sanctos comedere filijs Israel.

3 Tertio pro hac parte facit, quia oblationes vendi non possunt, & est simonia, vt per gl. *in cano. altare, 1. quæst. 1.*

4 Et hanc opinionem tenuit Ludouic. Roman. *sing.* 664. fructus, & hæc est cōmunis opinio, vt post Aret. testatur Ripa, *in c. decernimus, nu. 55. de iud.* Albcric. *in l. statuo, de vsufr.* Arno. *probl.* 80.

5 Contrariam opinionem tenuit Panorm. *in d. c. 2. de iudic.* & ibi sequuntur Aret. & Dec. *cons. 148. in 2. dub.* & Rom. *cons.* 266.

6 In proposito considerandi sunt duo casus principales. Primus, quod laicus non potest iure proprio esse collector oblationum, nec iure proprio habere iurisdictionem aliquam in obligationibus exigendis; & ita procedat opinio Panorm. & aliorum.

Secundus casus est, quod laicus potest esse collector obla-

oblationum nomine ecclesiæ exhibendo nudum ministerium, & tunc potest, quia hoc non sapit aliquid quodammodo spiritualitatis, & ita procedat contraria opinio.

7 Multa autem sunt in proposito consideranda, quod oblatio non fit de re sacra. Marian. *in tract. oblation. libel. 19.* subijciens, quod si esset res profana, puta panes, quod possit dare canibus, nisi assent panes sacrati, vt panes propositionis, de quibus Exod. *cap. 19.* transumptiuem in Can. hanc consuetudinem, de quo superius diximus. Aliud requisitum est, quod non debent recipere super altare. Archid. *in Cano. Sanctorum, 10. q. 1.* Barbac. *in capit. ecclesia Sanctæ Mariæ, col. 3. de const.*

8 Hinc oblationes factæ alicui imagini existenti in muro alicuius laici, non debent applicari laico domino muri, ex quo incapax est. Alex. ad Bartol. *in l. lege Iulia, §. 1. ff. ad leg. Iuliam peculas.* Panor. & alii, *in cap. pastoralis, de his, quæ fiunt a maiori parte capituli.* Ang. *in disputatione incip. in fulgenti palatio.* Maluet. *de oblat. in 3. & 4. dubio.*

9 Et sic patet responsio ad contraria distinguendo, vt superius dictum fuit. Habemus igitur intellectum ad cano. hanc consuetudinem, vt procedat, vel in rebus sacris, vel profanis positis in altari, vel in mero iure spirituali, vel quando in proprios vsus laici converterent, & maxime consuetudo in hoc attendenda est. Pet. *de quarta canon. in cap. 4. principali.*

De rebus, quæ vsu consumuntur.

1 NVnquid locatio consistit in rebus, quæ vsu consumuntur; hoc tangam *in tit. de vsur.* ob id breuiter dicam, quod non, ex quo in abusu consistunt *l. hoc Senatusconsultum, §. 1. ff. de vsufruct.* earum rerum quæ vsu consumuntur. Inde salua lege Diuina Lucæ 6. lucrum sperare non licet, nisi pecunia forte ostentaturo locetur, quo casu placuit a vano ostentatore mercedem recipere. glos. Abb. & Doct. *in c. conquestus de vsur.* Abb. *in rubr. eod. num. 3. in terminis* Pet. Rozi. *decis. Lituanica. 5. nu. 279.* ponam Deo dante *in titulo de vsuris &c.*

De Columbaria.

1 PVlchra, & delectabilis est quæstio, nunquid columbaria sit locabilis, & Corn. tenet quod non, vt per eum *cons. 237. in fin. col. 2.* inferens ex hoc, quod fructus ex ea percepti non veniunt computandi in sumptibus melioramentorum.

2 Contrarium videtur de iure verius, ex quo in columbarie potest constitui vsusfructus, *l. vsufructuarium, §. in viuarijs,* & ibi Flor. *not. ff. de vsufruct.*

3 Veron. *de seruit. vrban. præd. cap. de columbaria,* in terminis. Negulant. *de pignoribus in 5. membro, quintæ partis, num. 9.*

Et sic nota in hac locati & conducti materia, quod ad cognoscendum, an aliqua res sit locabilis, considerartur an sit in fructu.

4 Vidi in facto casum. Quis vendidit prædium, vbi erat columbaria, postea conduxit ad laboritium, an debeat habere partem in fructibus columbariæ, quia vti colonus partiarius in fructibus nihil facit.

De Naui.

1 AN Nauis sit locabilis, textus est clarus *in leg. 1. §. magistri, ff. de excercitor.* reliqua ad Nauim pertinentia ponam in prosecutione materiæ.

De Cambio.

1 CAmbium an locari possit. Pute. innuit, quod sic vt per eum *decis. 121. lib. 3.* vbi in hanc materia locati tenet vnum, quod debitores cambij nihil aut tarde soluentes conductori cambij non poterunt locatores cambii aliquod interesse prætendere, sed transacto cambii tempore contra conductorem ad rationē reddendam agere.

De Factis.

1 AN facta locari possint tetigi supra in principio, de substantia locationis ex mente Antonij Pa. dil. quibus addo, quod facta conductitia sunt, quę meri facti sunt, vt ire Romam, portare libros.

2 Et hoc facit pro Correreiis, qui quotidie transmittuntur ad aliquem locum cum litteris, vel facti non momentanei, vt meo nomine litigare; secus in his, quæ sunt iuris, vel facti momentanei, vt vendere, manumittere. Vnde si decem dedero vt Romam eas; non est locatio, ex diuerso locatio est, si dedi decem, vt rem oppigneres, & tamen hic factum est momentaneum in iure consistens, ibi verò merum factum est, nō momentaneum. Ita pulchre Petr. Loriot. *in tit. de pact. axiomat. 132.*

Et quando, locatur silua, vel alia res, ad custodiendum, non res, sed factum locari dicitur, sicut locatur factum pascendi, sarciendi, poliendi, & similia Rota nouissima *37. nu. 15. par. 2.* Est casus frequens, & quotidianus conducuntur homines ad ligonizandum ad metendum segetes, & alia similia, nam factum conductum dicitur non ipsa res.

De Assassinio.

1 AN locatio in assassinio dici possit. Hiero. Gabr. *consil. 170. num. 18. lib. 1.* tangit hanc quæstionem, & concludit, si merces est certa quodāmodo dici sed in hoc nō extendā, ne agrediar materiā delictorū.

2 Satis enim est, quod assassinus dicitur, qui ex præmio, vel spe præmii aliquem occidi mandat, & hæc est communis opinio. Aret. *cons. 193. col. 2.* Ant. Gabr. *de malefic. conclus. 1. nu. 1. in fin.* Viui. *in verb. assassini om. nes.* Iul. Clar. *in §. assassinium, in princip.* Menoch. *de arbitr. iud. cas. 360.* Vicent. Franch. *decis. 176. num. 3.* Vulpell. *respons. 145. num. 5.* Viui. *in ver. assassini.* Dida. *variar. resol. lib. 2. c. 20. nu. 9.* Mascar. *concl. 138.* & bannitus occidi potest per homines pretio conductos, Dec. *consil. 327. col. 2.* Alber. *in 4. p. stat. c. 2.* Nel. *de bann. in 2. par. 2. tempor. q. 12.*

De re aliena.

AN res aliena locari possit. ponam *in titulo de euictionibus,* & quod non valeat, *est tex. in l. si tibi, ff. locat.* Magon. *Rot. Luc. 20. num. 108.*

De

De re communi.

PVlchra, & frequens est quęstio propter discordias, quæ passim interuenire videntur inter fratres, & socios. Tres habent molendinum commune, duo sunt concordes in locando vni, tertius contradicit, vel vult retinere pro se, vel alij locare pro maiori fortasse pretio, vel pensione, quid agendum?

1 Primo videtur attendenda maior pars *l. maiorem, ff. de pact. l. aliud. §. refertur, ff. de reg. iur. l. quod a maiori, ff. ad municip.*

2 Pro alia parte videtur facere *l. per fundum, ff. de ser. uit. rustic. prad.* vbi quando aliquid est commune, vt singulis, non attenditur maior pars.

3 Pro alia etiam parte facere videtur, quod in re cõmuni potior est conditio prohibentis. *reg. in re communi, lib. 6.* Quare in hac vtili materia ponam aliquas vtiles conclusiones.

4 Prima igitur conclusio sit. Quando sumus in prædio Vrbano, & solito locari, præfertur ille, qui vult locare nolenti locare. Bal. *in l. 1. in fi. C. qui testam. facere poss.* Bar. & Castr. *in l. & hac distinctio, §. cum fundum, ff. locat.* qui in domo loquuntur. Alex. *in l. serui electione, §. Labeo, numer.* 8. vbi Ias. *num.* 17. *ff. de leg.* 1. Bald. & Angel. *in l. duo fratres, ff. de acquiren. hæred.* Dec. *cons.* 282. Crauet. *cons.* 319. *num.* 10. Dec. *in l. si socius, in fi. ff. si cert. petat.* Decis. Genuens. 14. *numer.* 68. qui omnes etiam tenent in socio inuito, vel ignorante, nec in hoc faciunt differentiam aliquã, prout apud eos videri potest, & multi practicando fortasse subtilizarunt, dicendo pro socio ignorante; si me requisiuisses, aliquid boni præposuissem, nec talem conductorem acceptasses: præfati enim scribentes in hoc nullam vim faciunt, illud vnum attendentes, quod tale prædium vrbanum sit solitum locari.

5 Declaratur hęc prima conclusio, vt socius locans teneatur consocio ad ratam pẽsionis. Corn. *cons.* 222. *num.* 2. *&* 4. *vol.* 2. & *consil.* 186. *num.* 2. *vol.* 2. Granut. *Thorem.* 2. *num.* 2. circa medium.

6 Declaratur secundo, vt cum causa socius locantis contradicere possit ex causa, quæ est, si non gessit vtiliter hoc negocium, puta pro pensione minus iusta. Ita si locauit stipendiario, & personæ inhonestæ, & ipse habet vxorem, vel filias pulchras, nam in hoc etiã debent aduertere boni iudices, de qua materia dixi superius in tit. de iure sublocandi, in quæst. conductoris, & in tit. de vsu, & habitatione, ex *glos. celebri, in l. non aliter, ff. de vsu, & habitat.*

7 Vnde debet esse persona idonea, & honesta, & hæc est communis opinio, *Ias. in l. 1. num.* 24. *C. qui testa. facere poss.* Eman. *in suo thesau. litera S, nu.* 127.

8 Debet etiam aduertere bonus iudex, quis habeat maiorem partem in tali domo; pręterea considerabit si erimus in hospitio, quis magis sit aptus ad tale hospitium, & magis proficiata artificibus, vt pulchre per discursum tenet Franc. Marc. *dec.* 512. *par.* 2. vbi considerat, quando hospitium tenebatur conductum per talem, pauciores concurrebant, sed quando per talem plures concurrebat, & solent vocari consules ad appunctandum. Marc. *dec.* 52. *par.* 1.

9 Dicebat autem Floria. *in l. Sabinus, ff. commu. diuidunt.* quod socius inuito socio potest locare domum communem etiam meretrici, si socius velit alteri locare pro minori pretio, *per l. ancillarum, in fin. ff. de pe. tit. hæred.* qui text. est valde celebris in hac locati & conducti materia, ob id colligam aliqua vtilia in pręsenti materia locati & conducti.

10 Primum est, quod in multorum honestorum virorum prædijs lupanaria exercentur, tamen talia lupanaria castitatem non infamant, sed castitas etiam loci aboler infamiam. *Cano. tolerabilitas, 32. q. 5.* Et sic nota modum viuendi apud antiquos; personæ enim honestæ locabant earum domos ad lupanaria exercẽda nec ex hoc vicinia, nec locator infamabatur, hodie tamen est hoc correctum *ex §. sancimus, auth. de lenon.* vbi facta denũciatione expelli debent, & sic sequitur.

11 Secundum, quod lenonibus, & meretricibus non sunt locandæ domus, & si locentur, facta denũciatione expelli debent, & proprie *text. in d. §. sancimus*, loquitur in lenonibus, qui cõducunt domos ad virgines deflorandas, & corrũpendas. Et sic nota vulgarẽ modum producendi. *In casa del tale sempre vi sono state a pigione puttane*, quid tum postea? ex hoc enim (vt dixi) non est maculata honestas locatoris. Vnde inhonestas conductoris non præiudicat honestati locatoris.

12 Tertium, quod colligitur ex eo contextu in hac locati & cõducti materia, quod in iudicio petitionis hereditatis veniũt pensiones domorũ etiã lupanariorũ, licet sic recipiens puniatur, *per glos. in d. §. sancimus.*

13 Quartum, quod colligitur, est intellectus ad l. non aliter, *iuncta glo. ff. de vsu, & habitat.* de qua late superius diximus q. conductor, quod non licet mulieri recipere hospitem inhonestum, *vt in d. l. non aliter*, tamen lucrum percipiens ex re hæreditaria etiam inhonestum, possessor conuentus restituere tenetur, & ita declarat Alber. *in d. l. ancillarum, in fi.* Et sic ex prędictis discurrendo patet declaratio ad dictum Floria. *in citato loco.*

14 Dicebat etiam *Ias. in l. si stipulatus fuero per te non fieri, ff. de verbor. obligat.* quod si talis domus recipiat commodam diuisionem, quod hoc iudex facere debet ad tollendas lites, dicens hũc casum esse practicabilẽ, & quotidianum. Socin. verò *cons.* 58. *in fin. lib.* 4. dicit quod vacabunt fructus, & pensiones, donec succedat concordia.

15 De consuetudine tamen seruatur, vt ponantur nomina in pixide, & extractus in locatione præferatur. Ioseph. de Ludouic. *conclus.* 53. *col.* 15. *fol.* 122. *vers. si socij.*

16 Secunda principalis conclusio sit. Quando sumus in prædio rustico, puta molendino, & similibus, & sũt plures socij, & discordes in locando, quia vnus vult locare vni, & alter alteri, & vterque auditur, quia fit diuisio emolumentorũ, & ita tenent omnes citati in prima conclusione, & in specie hoc etiã tangit hanc opinionem dicens de iure veriorem. Rip. *in d. l. quo minus. q. 6. sub nu.* 38. subdens post Soc. ab eo allegatum, quod si molendinum sit solitum locari, & pensio iusta, quod socius cogitur stare locationi iam factæ, & quod hæc opinio est humanior, & benignior.

17 Et hæc quando omnes volunt locare alijs separando se rem locandam.

18 Tertia sit conclusio ex parte conducentis. Si socius voluerit retinere pro se rem cõmunem, & quoad eius ratam, & conducere portiones aliorũ, quod pręferri debet. Soc. *cons.* 58. *lib.* 3. Castren. *in l. hæc distinctio, §. cum fundum, ff. loc.* & si nouus conductor offerat maiorem pẽsionem, præfertur antiquiori. Ruin. *cons.* 72. *num.*

pro sua condecētia, & quantitate fuisset cōducturus, petet et deducet pēsione amicitia omnino post posita.

30 Vnum tamen nō omittam quod præfati Doctores non aperiunt, neque declarant, postquam socius per prouocationem diuisionis constitutus est in mora, quanta debeat esse rata pensionis, quæ debetur socio non habitanti, qui iam ad diuisionem prouocauit, & fortasse considerari posset qualitas domus, quanti ip. sa, vel similes locari consueuerint, & quanti conducturus fuisset, si conduxisset, ex Corne. ad simile propositum adduximus.

31 Quarta sit conclusio. Si domus, vel fundus commodam recipiat diuisionē, & vnus ex sociis vult locare, alter non, quilibet est in libertate sua. Salic. *in l. iubemus, la seconda, C. de sacros. eccles.* Socin. *in d. §. Labeo, nu. 4. vers. etsi res.* Menoc. *in alleg. cas. nu. 4.*

32 Considerandum tamen videtur, quomodo hoc ad actum practicum accommodari possit: namq. aut tēpore locationis faciendæ domus est diuisa pariete interiecto, & tunc non dicitur amplius communis, sed quilibet est particularis dominus portionis tangētis, sicut & fundus terminationibus, & regionib. diuiditur, *leg. si quis duas, §. si quis partem, ff. commun. præd. l. quod in rerum, §. si quid post, ff. de lega. 1. l. recte, & l. locus, ff. de verb. signif.* aut tempore locationis faciendæ non est facta diuisio, quomodo poterit cognosci, hæc pars est vnius, & hæc alterius, nisi prius fiat diuisio?

33 Quinta sit conclusio. Quando vnus ex sociis recusat locare partem suam domus locari solitam, sed vult ipsemet pro se inhabitare, & non vult conducere partem socii sui, hoc in casu potest socius habitare, sed tamen non debet esse impedimento alteri socio, quo minus possit partem suam alteri locare: alias huic consultum non esset, nisi mediante diuisione. ita Soc. *in d. l. seru. electione, §. Labeo, num. 6.* ex sentent. Bald. & Paul. Castr. [illegible]

34 Sexta sit conclusio Si domus non est solita locari, & vnus ex sociis vult locare, alter non, præfertur locare volens volenti locare: tenetur tamen ad interesse illi, qui non vult locare volenti, si apparebit impedimentum esse minus iustum. Bald. *in cap. cum omnes, nu. 20. de constit. & in l. 1. §. si quis de manso de controuer. inuestit.* Socin. *in allegato cons. 58. colum. 1. vers. hoc etiam* Iacob. Menoc. *in allegato casu in fine*, qui consuluit, vt prius prouideatur de locatione domus, deinde condemnare impedientem ad interesse. Vnde non est satis dicere, de re mea volo facere quod placet, sed debet ostendere impedimentum, & non esse iustu, alias condemnabitur ad interesse.

Adde vltra Menoc. id, quod ponit Sali. *in leg. iubemus, C. de sacros. eccl.* quod in facto vidi sæpe euenire, ex quo fratrum concordia rara est. Sunt duo fratres, vel socii, habent fundum communem, vnus vult quod seminetur, alter non, quid agendum? respondetur notabiliter, quod si ille seminat, non debet dare partem consocio recusanti. Commen dat Nat. *consil. 31. num. 11. lib. 1.* Ioseph. de Ludouic. *conclus. 53. col. 16. vers. solet etiam, &c.* Meritò sanè locutus est Salic. ad reprimendum iniquitatem socii prohibentis, quę iniquitas maior, iniquitas excogitari potest, quam impedire fructus, quos natura producit ad vitæ sustentationem? quam enim vtilitatem, aut cōmodum reportat ex hac iniqua prohibitione? Sed temporibus nostris non ita procederem, sed nostris tempore cōburerent, vel quid simile facerent, inuocando bannitos, & facinorosos viros.* idem in refectione rei si reficiens efficiatur domīnus partis, socii prohibentis. Cæpol. *cau. 85.* pulchre Duen. *reg. 295. lim. 1. circa medium.*

35 Sed dices Pone quod socius, vel frater tempore seminationis prohibuit, postea pœnitentia ductus petit partem in recollectione, offerendo socio, vel fratri seminanti impensas factas in colendo, & seminando, audietur ne? Addo secundo loco vltra Menoch. aliud notabile dictum ad prædictorum intelligētiam, quod in hac materia domus, vel rei cōmunis, quod dicitur soluta locari, quando vnus ex sociis alias eam cōduxit Ioan. Andr. in addit. ad Spec. *tit. de locat. §. postquam, vers. porrò.* Mohedan. eum allegans in vna Romana pensionis *decis. 287.* Granut. *theorem. 2. nu. 3. in fin.*

36 Illud non omittam, & erit septima conclusio, quod in contractu locationis sicut attenditur, & præualet bona fides, vt diximus superius, *par. 1. de natura locationis*, pariter attendenda est honestas.

37 Vnde si socii sunt discordes in locando, præfertur ille, qui personæ honestæ vult locare, & si ambo sint personæ honestæ, tunc sorte (vt dictum est) dirimatur, Ang. *in lib. 1. C. qui testam facere poss.* Socin. *d. cons. 58. & in d. §. Labeo, num. 5.* vbi Ruin. *col. 6. versic. si verò daretur*, & tetigi supra ex glo. *in l. non aliter, ff. de vsu, & habitat.* Bonacoss. *in quæst. crimin. in verbo, Meretrix.*

38 Quid dicemus in q. iocosa, quæ euenit in lupanari in facti contingentia? habebant duo socii domum communem in meretricio, concurrebant duæ meretrices, & vna pro qualibet parte, quę erit pręferenda? Multorum fuit opinio, quod antiquior in exercitio, alij tenuerunt, quod illa, quæ magis satisfacit in opere, & exercitio, tertio dixerat, quod pulchrior, & magis iuuenis.

39 Octaua sit conclusio, de qua etiam tetigi in materia sublocationis in q. conductor, quod si duo sunt socii, qui conduxerunt vnam domum, quod inuito alio socium alium ponere non potest, & sic quando concurrunt simul ius conductionis, & ius societatis, præualet ius societatis, tanquam humanius, & benignius, quod temperat in hoc rigorem conductionis, glos. est singularis, *in §. fin. Instit. locat.* quem singularem dixit Bald. *singul. 136.* Summa Ang. *in verb. locatio, num. 8.* & sic æque idoneam, & honestam personam. Cin. *in l. viâ veritatis, C. locat.* & hæc est communis opinio. Ias. *in l. 1. nu. 24. C. qui testam. facere poss.* Per. de Vbal. *in tract. de duobus fratribus, p. 5. q. 9. col. 3. vers. quod facit ad quæstionem, sub nu. 12.*

40 Nona sit conclusio. Si duo conduxerunt eandem domum, & vnus impediat alium, agendum est contra locatorem, vt faciat desistere impedientem. Spec. *in tit. de locat. §. generalia, vers. vtilis.*

41 Dices pro locatore. Quid ad me hoc? locaui enim duobus petentibus rem meam, si ex post facto nō sunt inuicem concordes, in qua culpa ego sum?

Pariter, si duo scholares in camera vicinis ad inuicem se impediunt, potest vnus cogi desistere per actionem pro socio, quæ cum sit bonæ fidei, in ea veniunt ea, de quibus, nec est actum, neque cogitatum: sed id, quod in bona fide consistit. Specul. *de indic. §. 2. vers. hoc etiam nota.*

42 Et de Doctoribus, & Magistris, si voces ad inuicem confundantur, primus potest expellere vltimum. *l. vni.*

Digitized by Google

ca,in fine,C.de flud.liber. Vrb.Rom.*lib.*11.Summa Angel.*in verb. locatio,nu.*9. vbi ampliat in quocunque impediente lectionem alicuius Doctoris, & causam istam posse expediri tempore feriarum ex Hostien.*in cap.significauerunt,de iud.*

43 Decimo loco in hac communioris materia ponam vtilia *ad l.si quis putans,§.fine autem,ff.commun.diuidun.* circa quam considerantur pro vera resolutione tres casus principales.

44 Primus est casus, quando quis locat nomine proprio rem communem, & tunc damnum est locatoris, lucrum verò commune, *§.manet,* vbi not.*Instit. pro soc.l.si is,contra quem, ff.de edict.Princ.* & si res locata commodam recipiat diuisionem, agetur contra locatorem actione negociorum gestorum. Si verò commode diuini non potest, agetur communi diuidundo, vt not.*in l.hæredes,§.non tantum,ff.famil.hercisc.in glo. in verb competit,not.in l.si communis,& in l qui aliena, §.fin.C.de negoc.gest.& in l.3.eod.tit.*

45 Secundus est casus, quando communi nomine locauit, dicit text.*in d.§.fine autem,* quod neque damnũ, neque lucrum eum sentire oportet.

Tertius est casus in locante simpliciter, vel exigente partem pensionis, videtur ratam suam locasse, vel exegisse proportionabiliter, vt not.*in d.l.3.C.de negoc.gest.*

46 Vidi tamen in facto casum. Sunt duo Monasteria in Ciuitate Tudertina, Dominæ vnius hospitij *detto la campana* in Alma Vrbe, & vnum tãtũ ex eis locauit, & pensionem pro parte exegit, an tenebatur hãc parte cõmunicare socio? multi dixerunt quod non, quia dicebat socius attẽta proportione, ego exegi partem meam tantum, replicabit alius socius, tu nõ potes facere hanc diuisionem, & ego habeo portionẽ in qualibet minuta, vt superius deductum fuit, tandem fuit declaratum, licet quis perceperit partem fructuum, vel pensionis, tamen socio communicare tenetur, nec potest ex se diuisionem facere per *d.§.fine autem,* & ita sentit Petr.de Vbal.in allegato loco,*fol.2.in fi.* concludens in hac locati & conducti materia, quod ratione communis procedit vtus indifferens, non tamen integra perceptio emolumentorum. Melius igitur est habitare domum communem, quam partem pensionis domus communis locatæ exigere.

47 Vulgares dicerent. Pensio in totum est tot, ego exegi tot, facto calculo, non exegi plus portione mea, nolo communicare, pro te residuum exigas, tamen iura aliter dicunt, & ita vidi iudicatum.

48 Et ex prædictis conclusionibus infertur ad intellectum nonnullorum iurium, maxime in hac locati & conducti materia.

49 Primo infertur intellectus *ad l.item quæritur,§. qui impleto,ff.locat.* vt non habeat locum in socio, qui finito tempore conductionis inhabitet rem cõmunem, nam per hoc non censetur reconduxisse, nec ad pensionem aliquam tenetur ex iam dictis, & in specie Rip.*in d.l.quo minus, num.*31. Anchar.Regiens.*q.famil.*28.*n.*2.Granut.*theorem.*2.*nu.*2.

50 Secundo infertur intellectus *ad l. per fundum, ff. de seruit. rustic.prad.* vt non habeat locum in re cõmuni soluta, et destinata ad aliquem actũ, nam socius vti volens ad vsum destinatum, non potest ab alijs consocijs impediri.

51 Vidi in facto dubitari. Duo conuenerunt ad inuicem facere hospitium ad locandum, & construxerunt facienda in eo omnia solita fieri in domibus, & hospitijs locari solitis, ita vt quicunque viderit hoc hospitium sic constructum iudicabit locabile: modo post opus perfectum dicti domini, & socij discordant inter se, & vnus vult locare, alter recusat, quis præferetur? Vide notata *ad regul.cum quid, part.2.ampliat.2.* Ado Ant.Gabr.*lib.1.de præsump.concl.*12.Simoncell.*de decret.lib.3. tit.8.inspect.16.nu.*122. Anton.Cucc. *in tract.de legitim.in princ.in verb.ex substantia,nu.8. cart. 26.superius posui par.3. tit.de substantia locationis, secundo,in rubr.de tutor.& curat.* Non est in hac materia communionis omittendus tex.*in l. & hac distinctio, §. fin. ff.locat.* ex quo duæ vtiles conclusiones eliciuntur, quarum prima est. Inter duos socios re communi fieri potest locatio alternis annis, & competit triplex actio ex locato & conducto *ex commun. diuidun.*

52 Secunda est conclusio. Inter duos vicinos fit locatio alterna, & fructus hinc inde fiunt loco pensionis.

53 Pariter si duo socij conduxerunt domum, si vnus recedat, alter tenetur solum pro sua rata. Angel.& Imol.*in l.duo fratres,ff.de acquir.hæred.* Et si tres sunt domini, vnus in tertia, alter in quarta, alter in sexta, si duo tantum locant, eorum portionem, pro rata non locantis, non quæritur actio, nisi ille habuerit pro derelicto, vel sine hærede decesserit Alberic.*in l. proinde ff.de stipul.seruorum.*

ADDITIO.

☞ *Datur restrictio in omnibus supradictis casibus quod licet socius locare possit rem communem modo quo supra, tamẽ pactũ per quod conceditur vni socio facultas locandi rem communem in perpetuum est iniquum, & tollit libertatem rei propriæ, nec ei socius stare tenetur, Dec.cõs.*281.

De re propria.

Vidimus de locationibus circa bona publia, circa bona ecclesiæ, circa bona aliena, circa bona communia, videamus modo, an locatio valeat de bonis proprijs conductoris, *ad materiam, l.qui rem, C.loc. & l. si aliquam rem, ff.de acquir. possess.* Et videtur locationem non valere, nec conductionem subsistere posse, *ex leg.neque pignus, ff.de regul. iur.* Considera tamen aliquas conclusiones circa præsentem materiam.

1 Prima igitur conclusio sit. Conducens rem propriã, quam possidere ignorabat, contractus non valet, nec perdit conducens dominium, neque possessionem, & hæc est communis opinio attestata per scribentes *in d.l.si aliquam rem,* vbi Alex.*nu.6.* Rip.*num.*12. *ff.de acquir.poss.* Ponentes exemplum si filius, seruus, vel procurator meus aliquid acquirat, quod domino ignoranti acquiritur *l.3.§ fattus,ff.de acquir.possess.*

2 Secunda sit conclusio. Sciens se possessorẽ, & ignorans se dominum conducendo simpliciter non perdit possessionem.ita Alex. & Rip.*in citato loco.*

3 Tertia principalis conclusio sit. Conducens rem propriam, cuius se dominum esse ignorabat, dominũ non perdit, & contractus conductionis est nullus, & hic est proprie casus *l. qui rem, C. locat.* vbi concludit, nullitatem contractus, & dominium non perdi, & facit

& facit quia difficilius perditur dominium, quam possessio, *l. si quis vel, §. differentia, ff. de aquir. poss.* sed per ignorantiam possessio non amittitur, (vt dictum est in prima conclusione) multo minus dominium. Menoch. *conf. 9 1. nu. 37. & 120. nu. 56. 246. nu. 39.*

Quarta sit conclusio. Conducens ignorans se possidere, & sciens se dominum non perdit dominium, quia fictus titulus non est habilis ad transferendum dominium, *l. ei a quo, vbi no. ff. de vsucap.* & ita tenet Alex. *in d. l. si aliquam rem*, vbi Ripa *nu. 18.* dicit hanc esse communem opinionem.

4 Subdeclara, si cum scientia domini concurrat vera traditio, quia tunc dominium perdit, & transfert in aduersarium Bart. *in l. si aliquam rem, num. 9. in fine. ff. de acquir. possess.* Alex. *conf. 9. nume. 10. & consil. 69. numero 10. vol. 5.* Crauet. *d. conf. 157. num. 2.* & pro Abbate. Sancti Apollinaris *conf. 454. in princ.* Bertran. *conf. 44. nu. 5. vol. 3.* Burlat. de communi *conf. 330. num. 80. vol. 3.*

5 Ex qua colligitur vnum in hac locati & conducti materia, quod conductio est titulus debilis, nec potens per se ad transferendum dominium. Vnde ex simplici conductione non arguitur dominium.

6 Quinta sit conclusio. Conducens scienter rem sua vti alienam, possessionem perdit. Ita Cyn. Alber. Salic. & alij, *in l. qui rem, C. loc.* Dyn. *in l. ad probationem, C. locat.* & locatori acquiritur, & hæc est communis opinio, vt per Alex. *in d. l. si aliquam rem*, vbi Rip. *nu. 19. de acquir. possess.* Curt. sen. *conf. 70. nu. 2. & 7.* Cagnol. *in l. neque pignus, nu. 8. ff. de reg. iur.* Villalob. *in recollect. littera C. nu. 127. & 128.* Matthæ. in suis communibus opinionibus, *in verbo, locatio, & conductio, nu. 1.* Eman. Soarez. *in suo thesau. littera C. num. 204. vsque ad nu. 206.* Iacob. Menoch. *conf. 246. nu. 39. vol. 3.* inferens etiam econtra, quod locans rem alterius non per hoc efficitur dominus Tiraq. *de consti. par. 3. limitat. 7. num. 22.* Rebuff. *de caus. possess. & propriet. verf. 12.* casus vbi bene loquitur.

7 Sexta sit conclusio. Conductio rei propriæ a se possesse scienter facta valet respectu possessionis, ita Bar. *in d. l. si aliquam rem, num. 10.* vbi Rip. *nu. 45.* dicit hanc esse communem opinionem reddendo rationem, quia códucendo videor possessionem a me abdicare, in locatorem transferre, & sibi relocare. Et hæc est magis communis opinio. Hippolit. Riminal. *cons. 94. num. 9. vol. 1.*

8 Et ex hac conclusione colligi videtur, quod aliquádo fingitur procedere tacita relocatio in præiudició conductoris, vt possessionem a se abdicasse videatur.

9 Septima sit conclusio. Ignorantia deducitur multifariam, & quidem ignorantia præsumitur ex acquisitis per filium, seruum, vel procuratorem, prout superius deductum fuit *concl. 1.* secundo deducitur ignorantia exactu obliuionis per lapsum longi temporis, vbi etiam præsumitur amissio possessionis. Bar. *ad l. si is, ff. de acquir. possess.*

10 Tertio etiam modo ignorátia deducitur, cum quis tractat de damno vitando, probando rem aliter se habere, dicitur probata ignorantia, & toleratur in facto proprio. Nat. *in terminis locationis, & conductionis, cons. 26. nu. 3. vol. 1.*

11 Octaua sit conclusio. Colligitur ex multis, quando quis dicatur conducere vt suam; primus enim casus est, si dicatur: talis sciens se dominum, & possessorem talis fundi, conduxit eum a Titio locante; pariter si dicatur, talis concessit mihi talem fundum, tunc locare videtur vti proprium, & suum, & in dubio præsumptio est, quod ego dicar conducere rem meam, vt sua, nisi expresse affirmem esse meá, & hæc est communis opinio attestata per Rip. *in d. l. si aliquam rem, nu. 25.* Similiter, si dixero, vellem talem rem meam a tali locatore recognoscere, dicor conducere, vt meá. Si vero dicatur. Titio locauit Sempronio domum, quam ipse Sempronius dicit esse suam, & velle ad Titium pertinere, quod isto casu valet cóductio, & acquiritur locatori dominiú, & possessio, & hoc quando constat velle cognoscere titulo conductionis, vt per Rip. post alios in citato loco.

12 Addo vltra scribentes in supra citatis locis, quod si dicatur in instrumento, conduxi talem rem tuam a te, non per hoc probatur, quod sit tua, quia sunt verba narratiua, & incidenter prolata. Bald. *in l. ad probationem, verf. quáro*, si instrumentum, *C. locat.* sequitur Nat. *conf. 26. nu. 2. vol. 1.* colligitur præsumi conductionem ignoranter factam.

13 Nona sit conclusio. Hæc est in praxi vtilitas, quod possessio perdatur per conducentem, nec acquiratur, vel acquiratur locatori: Si enim non acquiritur, poterit dominus incontinenti eam recuperare Bal. & Salic. *in l. qui rem, C. locat.* Alia resultat vtilitas, si non perdatur: nam si ante quam conductor declarauerit velle possidere nomine proprio, turbaretur a locatore, vel alio modo haberet interdictum retinendæ, quod soli possidenti competit *§. retinendæ, Instit. de interdict.* & si interim locator rem illam venderet, & emptor possessionem appræhenderet, nó competeret sibi aliquod possessorium recuperandæ ex quo dominus sic conducendo cecidit possessione culpa sua, vt no. *in c. ad sedem, de rest. spol.* Vnde sit cautus conductor quáto citius ad effectum prædictum in recuperando.

14 Decima sit conclusio. An quis conduxerit respectu possessionis, vel respectu proprietatis, duo inter alia considerari, vel attendi debent, scilicet, qualitas locatoris, & verborum. Si enim dico, conduco possessionem, res clara est, *l. si mulier, §. qui possessionem, ff. quod met. caus.* Si dico, conduco fundum, vel domum, & tuae respectu proprietatis, *l. si duo, in fin. ff. vti poss.* quod limitatur non procedere, quando locans non est dominus. Vnde a creditore conducens intelligitur respectu possessionis, quia creditor non est dominus. Castren. per illum tex. *in l. rem pignoris, ff. de acquir. hæred. ditat.*

15 Vnde cum ex prædictis constet, quod cóductió respectu possessionis valeat, locator tenetur ad possessionem præstandum tantum, nec de dominio curandum est, & hæc est conductio respectu possessionis cú conductior respectu proprietatis non valeat. Considerandæ igitur sunt verba & qualitas personæ locantis.

16 Et sic in materia locati et conducti habemus aliam distinctionem, quod quædam est conductio rei suæ, quædam respectu possessionis tantum, quædam respectu proprietatis tantum. Infertur pariter, quod cum attendenda sit qualitas locatoris, sicut creditor locando intelligitur de possessione tantum, quia dominium nó habet, sed transferre videtur ius solum, quod ei competit, quod pari modo commodatarius, & similes locando intelligitur locatio valere, & referri ad ius, quod habet. In deposítario si rtasse non admitterem,

qui in eo cum videatur electa industria personæ, & confidentia, quæ non transfertur.

17 Vndecima conclusio sit ad l. suæ rei, ff. de contrahen. empt. & l. si in emptione, §. fin. ff. eod. tit. vt ex conductione rei suæ, vbi nulla pensio non debeatur, Ioan. Andr. ad Spec. in tit. de locat. §. sequitur, in princip. Aret. & Alex. in d. l. si aliquam rem, vbi Rip. nu. 51. ff. de acquirend. possess. vbi limitat, nisi stipulatio interuenerit, & vtraque pars sciat conductionem nullam, secus si vtranque credat valere, prout in dubio præsumitur, vt per eum.

18 Et sic ex hac conclusione eliciuntur corollarie duo in hac locati & conducti materia. Primum, quod ex contractu locationis, vel conductionis nullo, vel inualido, non debetur aliqua pensio.

19 Secundum est, quod regu. l. cuius per errorem, & de reg. iur. procedit, & locum habet, quando vtraque pars sciat indebitum, alias non, vt per Bar. in l. 1. ff. de dona, quod clare non posuerunt nec Dec. nec Cagno. ad l. cuius per errorem.

20 Tertio infertur ad l. 2. §. circa, ff. de dol. exce. vt stipulatio ex falsa causa valeat, hoc procedit, quando vtraque pars sciat causam esse falsum, secundum glo. in l. qui cum alio, ff. de regu. iur. & in l. quod si maritus, §. 1. & in l. hactenus, ff. de constitu. pecun. Rip. in d. l. si aliquam rem, nu. 52. reiecta opinione glo. in d. §. circa quæ addi possent ad Alph. repor. 628.

21 Duodecima sit conclusio ad materiam l. ei a quo, ff. de vsucap. per conductionem rei propriæ ipsius conductoris locator perdit possessionem, & vsucapiendi facultatem, & nota casum illum, vbi hæres vsucapiebat bona fide, tit. pro hærede.

22 Et ad propositum materiæ, de qua agimus, & totius tractatus locati & conducti, textus ille est notabilis, & singularis ad duo principaliter.

23 Primum est, quod vera est iuris conclusio, quod per colonum conductore, vel inquilinum possessionem retinemus, vt dixi superius de effectibus locationis ad longum tempus q. 3. secundum naturalem, sed ciuilem retinet locator.

24 Ampliatur ista cōclusio, vt procedat etiam si locatio sit inutilis, vt not. in l. quamuis, ff. de acquir. poss. vbi Ang. Castrens. & alij hoc notant, & dicunt singulare.

25 Limitatur, & declaratur, quod conductio potest fieri nulla duobus modis circa hoc propositum. Quandoque enim est nulla, quia per pupillum, sine authoritate tutoris, & tunc procedit dispositio l. quamuis allegatæ superius, quando locatio est nulla ex alio respectu, quia facta de re propria, & tunc per conductorem non retinetur possessio ad fauorem locatoris, vt habetur in d. l. ei a quo, vbi Castrens. dicit esse casum singularem, & notabilem.

26 Posset fortasse aliter declarari ex mente Alex. in d. l. quamuis, quam legit dum l. si colonus, vbi num. 4. quandoque contractus conductionis est funditus nullus, & caret penitus omni radice, & tunc non retinetur possessio per colonum, prout est in conductionem rei propriæ.

27 Quandoque contractus locationis non est penitus nullus, sed adest saltem naturalis obligatio prout in pupillo conducente sine autoritate tutoris, iuxta not. in l. 1. ff. de nouat. & isto casu retinetur possessio, d. leg. quamuis, vbi Alex. numer 5. subobscure tamen. Et sic incidenter habemus, quod aut pupillus conducit cum autoritate tutoris, & obligatur ciuiliter, & naturaliter ex conducto: aut conducit sine autoritatis tutoris, & obligatur naturaliter tantum, & per eum retinet locator possessionem.

Secundum mirabile colligitur ex d. l. ei, a quo in hac locati & conducti materia, & ad propositum materiæ conductionis rei propriæ, de qua agimus, quod cōductor vere dominus, ignorans sed dominum conducendo ignoranter attrahit ad se possessionem, nec ter intentionem, tam locatoris, quam conductoris: nā nec locator intendit transferre possessionem, nec cōductor acquirere, sed simplicem detentationem, l. si quis ante, ff. de acquiren. poss. & hoc prouenit ex dominio, quod reperitur penes conductorem, quod est tantæ efficaciæ, virtutis, & potentiæ, vt trahat possessionem præter intentionem contrahentium, vbi Castr. reputat hoc valde mirabile.

28 Et sic incidenter habetur limitatio ad regul. l. non omnis, ff. si cert. pet. vt non procedat in casu l. ei, a quo ff. de vsucap. & dicit ibi Castrens. quod transfertur possessio, & naturalis, & ciuilis post Bar. ibi.

29 Decimatertia sit conclusio ad materiam, l. si aliquam rem, ff. de acquir. poss. quod conductor non potest refricare quæstionem dominij locatori agenti remedio l. si quis conductionis. C. loc. allegando locatorem non esse dominum, secus si ageret actione ex locato, quia audiretur. Ita Cyn. Bal. & alij in l. qui rem, C. loc. Bar. & Castr. in d. l. ei, a quo, de vsucap.

30 Bene verum est, quod dicit Ripa, in d. l. si aliquam rem, in fi. verbis, quod dispositio l. si quis conductionis, C. loc. non procedit in domino, & possessore conducenti rem suam ex Curt. sen. cons. 71. ponam suo loco, & hæc est verior, & magis commu. opinio. Rimin. cons. 94. nu. 16. vol. 1. Viui. lib. 2. opin. 64.

31 Decimaquarta sit conclusio. Possessor non dominus conducendo ab alio contractus valet, & possessio perditur, si conductor sciebat se possidere, secus, si ignorabat. Bar. in d. leg. si aliquam rem, nu. 13. vbi Ripa, nu. 45. dicit hanc esse communem opin.

32 Ampliatur hæc conclusio, vt vera sit, siue conducat a vero domino scienter, siue ab eo, quem putabat esse dominum, & hoc siue conductio facta sit respectu possessionis, siue respectu proprietatis, vt possessio non perdatur, vt per Ripam, nu. 42.

33 Decimaquinta sit conclusio. Conductio valet si cōductor putabat rem esse suam, cum onere esset locatoris, quia veritas præualet opinioni. Bar. in d. l. si aliquam rem, nu. 14. vbi Aret. Alex. & alij sequuntur.

34 Decimasexta sit conclusio vltra scribentes ad d. l. si aliquam rem, quod conductio rei propriæ irreuocabiliter non valet, secus si sit propria reuocabiliter. ita Rui. cons. 144. nu. 9. lib. 1.

35 Ex quibus infertur limitatio ad l. suæ rei, ff. de contrahen. empt. vt procedat in re sua irreuocabiliter, secus si ex aliqua causa euinci possit, l. cum res, & ibi gl. Bal. & Salic. C. de contrah. empt. Castrens. in l. huiusmodi, §. qui seruum, in fin. & ibi quoque Alex. col. 1. ff. de leg. 1. idem in l. qui Romæ, §. duo fratres, col. 28. vers. item in quantum, ff de verbo. oblig. & cons. 100. super primo dub. col. 3. lib. 7. Ruin. cons. 64. nu. 4 lib. 1. & cons. 148. col. 3. nu. 7. lib. 2. cons. 66. col. 3. nu. 8. lib. 4.

36 De stipulatione Aret. in l. existimo, ff. de verb. obli. de donatio. Roma in l. dotalem, nu. 6. ff. sol. matr. limitando qui proprias suas, C. de lega.

57 Et de conductione pariter Tiraquel. *de retract. con. nent. §. 2. gl. 1. num. 12. in fin.*

Secundo loco infertur in hac locati & códucti materia, & ad propositum iuris reuocabilis, vel irreuocabilis, de quo in præsenti agimus ad decisionẽ quæstionis. An socius possit conducere rem communem etiã pro parte sua ex Bart. *in l. si aliquam rem, in fin.* tenuit, quod sic, per *l. quod si vno, in fi. ff. de in diem, addictio.*

58 Contrarium tenet ibi Ripa, ex *l. si communis, ff. de contrah. empt. vbi gl. si recte inspiciatur*, tenet, & sentit opinionem Bart.

59 Veritas est ista. Aut pars socij est sua irreuocabiliter, & quoad eum de re communi conductio non valet, arguendo etiam de toto ad partem.

Aut est socij pars reuocabiliter, puta ratione pacti addictionis in diem, vel alio simili modo & isto casu conductio valet, sicut emptio, *d. l. quod si vno, in fin.* Soluit igitur quis pensionem de re sua, si reuocabiliter est sua.

ADDITIO.

Sed nunquid emens rem, quam prius conductam habet censeatur recessisse à pendente locatione iam facta, vtique sic, si emptio sit valida, vel habuerit & factum suum. Surd. decis. 51.

De pecunia.

AN in pecunia numerata, locatio & conductio consistant. *ponam in tit. de vsur.*

De iure patronatus.

AN locari possit, & ad quem spectet ponam alias suo loco.

Cætera, quæ locari possint, vel non, per discursum apparebunt. Sic etiam libri dantur ad nolum, Tineæ ad vasa vinaria, merces, & alia vtensilia, maxime in apotheeis existentes. Bero. *consil. 96. num. 12. volu. 3. & consil. 190. num. 10. vol. 1.* Borg. *decis. 13. num. 66. par. 2.* attestans se in facto habuisse, quod fuit locata aromataria cũ domo, & vasis, medicinis, & alijs rebus cum speciali pacto de restituendo in fine locationis, & erat facta æstimatio, & fuit declaratus contractus licitus. Et in casu isto non loquitur Corrad. *de contract. lib. 5. quæst. 87.* & Bero. *consil. 168. vol. 1.* & Romæ passim *Tapezzarie*, vasa argentea, & alia similia dantur ad nolum. Andignitas locari possit, vtique sic. Bal. *in l. 2. nu. 18. c. de iud. per l. fin. C. de pignor.* Nũquid iurisdictiones publicæ locari possint, vtique nõ, etiam ad incantum. Bal. *in l. 2. num. 15. C. de iud. §. 2. in Auth. vt iud. sine quoque suf. fiant.*

Vidimus de origine locationis, & conductionis, postea de substantialibus ipsius, demum de natura, successiuè de similitudine locationis, & conductionis. Vidimus de personis, quæ locare, vel conducere possunt, vel prohibentur postea de rebus, quæ locari, vel conduci possunt, transeamus (Deo dante) ad progressus contractus locationis, & conductionis, & multa acciden. alia circa ipsum contingentia, ponendo varias accidentium species.

Et generaliter dicendum est, quod locatio, & fictus consistit in vtensilibus apothecæ, vasis, tinis, mercib, libris, qui in multis locis dantur ad nolum, prout experientia docet, Romæ Papię Bononiæ, Pataui, vt per Borgn. *decis. 13. num. 66. par. 2.* & habuit vlterius, in facto, quod fuit facta locatio, de quadam apotheca aromatariæ, cum vasis, domo, & medicinis, & aliis rebus, quæ in dicta speciaria reperiebantur, cum æstimatione rerum, & pacto, quod finita locatione, apotheca restituerent cum rebus existentibus inuentariatis, & æstimatis, & fuit iudicatum non sapere vsurariam prauitatem, quia omnia hæc faciebant vnum corpus, & supportabant pensionem conuentam.

De Progressu, & Accidentibus Contractus Locationis, & Conductionis. Grad. 1.

Pollicitatio, Metus, Ira, Incertitudo, Claudicatio.

QVAESTIO I.

QVæro, an locatio fieri possit per simplicem pollicitationem: & quidem videbatur dicendum quod non, cum contractus locationis, & conductionis vltro, citroque obligationem præsupponat, vt superius vidimus, *part. 1. quæst. locationis diffinitio*, sed pollicitatio ex vna tantum parte fit, *l. pollicitatio. meriro, &c.*

Contrarium sentit Vacon. *lib. 5. suarum declarationum, c. 65. num. 13.* vbi exemplificando dicit. loco tibi fundum meum, & ille respondat, conduco, erit locatio per pollicitationem contracta.

QVÆSTIO I.

De Locatione per metum facta.

2 QVęro, an locatio per metum facta valeat, & de iure subsistat, & credere quod non. Quod enim metus causa gestum erit, ratum non habebo, *l. 1. ff. quod met. cau.* & nihil magis consensui contrarium est, quam metus. Felin. *consil. 50. num. 17.* Cum igitur locatio consensu perficiatur, *l. 1. ff. loca.* merito per metum facta non valebit.

2 Ampliatur ista conclusio, vt procedat etiam in recessu a locatione per metũ, si quis metu coactus fuerit recedere a locatione iam facta, competit enim sibi actio, quod metus causa, vt reponatur in pristinum *alleg. text.* in terminis in materia locati & conducti, in *l. si mulier, §. si metu, ff. de eo, quod met. cau.* Sebast. Med. *in tract. de cas. & pericu. par. 1. quæst. 7. num. 4.*

3 Et nota, quod metus dans causam contractui locationis, & conductionis non reddit contractum ipso iure nullum, sed rescindendum Bal. *in tract. scismat. q. 6.* Iai. *in l. 1. num. 2. notab. 1. C. de transac.* Felin. *in c. præterea, num. 5. de spon.* Rauen. *singu. 576.*

4 Vnde non excundo materiam locati, & conducti, de qua agimus inter medicum & infirmum, contractus præsumitur metu, & rescinditur per actionem, quod metus causa, *l. Medicus, ff. de var. & extraord. cognit.* Bar. *in l. interpositas, num. 3. C. de transac. posui superius par. 3. q. de Medico.*

5 Vnde compattendum est, & consulendum infęlicissimis infirmis, namque sunt adeo cupidi recupe-

Digitized by Google

randæ sanitatis, in qua antiqui summum bonum ponebant, vt omnia promitterent, & Medicus sagax, & dolosus videns infirmum anhelantem ad eum, & sitibundum sanitatis amissæ, torquet eum, grauiorem reddit, longiorem, & magis periculosam infirmitatem, quam sit, & infirmus terretur vero metu mortis, & omnia promittit, & compellens per metum ad locandum alias locaturum, tenetur quod metus cau. sa. *glos. notab in l. non interest, C. quod metus causa, quam singularem dixit Rau. sing. 171.*

De locatione per iram.

QVAESTIO III.

1 QVæro, an locatio per iram facta, vel conductio irata valeat.

Videbatur dicendum, quod sic, ex canon. sunt qui opes, 17. q. 4. vbi collatum ecclesiæ tumultuario mētis impulsu, & non iudicio perpetuo valet.

2 Pro contraria parte facit, *l. quicquid calore, ff. de reg. iur. vbi tex.* inet regulam poni, & limitationem.

3 Et hæc opinio est verior, & in materia locati, & cō ducti, de qua agimus, *est text. in l. licitatio in princ. ff. de publi.* & hanc opinionem tenuit Sfort. *de restit. in integ. par. 1. q. 11. art. 5. in fi.*

Addo ab eo non allegatos Deci. in allegata *l. quicquid calore, nu. 1.* vbi ex hoc ampliat ad omnes cōtractus *gl. in cano. si quis iratus, 11. q. 3.* Rom. *singul. 514. volo commentare.* Felin. *in c. Matth. de Simon. in cap. di. lecti filij, col. pen. de except.* Iaf. *in l. si plitam, colum. 2. C. de inof. testam.* Orian. *in c. quoniam contra, in verbo, confessiones.* Boer. *decis. 168. in fin.* Carr. *in pract. §. 6. num. 171.* Pet. Duen. *regu. 292. ampli. 9.* Tiraq. *de pœn. cau. 1. num. 24.* Piae. *in epito. delictorum, cap. 2. num. 19.* qui omnes loquuntur in contractibus, & in specie, *l. licitatio, de pub.* quæ in conductione loquitur.

4 Declaratur hæc conclusio quatenus ad materiam contractum pertinet, vt non procedat, quando succedat perseuerantia, quæ arguit animi iudicium, *d. l. quicquid calore,* & clarius in terminis locati & conducti, hoc in terminis deducit *d. l. licitatio,* si post calorē fideiussores inuenisset, & præstitisset, multi enim mouentur impetu iræ ad aliquid offerendum, vel promittendum, postea vero cum aliquid implendum est pro executione actus quasi frigescunt prouidendo necessaria quæ requiritur ad actum ipsum. *glos. in d. cano. si quis iratus,* Felin. *in c. sicut, de iureiuran.* Cagn. *in d. l. quicquid, num. 15.* offerunt impetu quodam homines millia, post ex aliquali mentis spatio ad se redeuntes frigescunt.

5 Declaratur secundo loco hæc conclusio, vt procedat in iracundia, quæ nimium irantem alteraret, vt mentis alienationem induceret, secus est si aliqualiter quis concitus esset, tunc enim obligatio subsistit, & ita tenet Ioan. Andr. Abb. & alij in cap. dudum per illum tex. de conuersione coniugatorum. Dec. *in d. l. quicquid calore, num. 1.* vbi Cagn. *num. 4* ita intelligendo tex. in contrarium allegatum in Canon. sunt, qui opes, Felin. *in c. dilecti filij, col. fin. de excep. in c. sicut, de iuretur.* Bauer. de virtute iuramenti, *prinil. 78. num. 14.* Duen. *reg. allegata, limit. 2.*

6 Colligitur autem hæc distinctio, & differentia ex causa, & signis, & experientia docet, & passim practicamus: concitatio enim simplex est magis cooperta, verè autem iracundus e... & nimium feruendo prorumpit: pariter vera iracundia citato defluit, concitatio animi durare solet, nec sic de facili detegit possessorem, prout vera, & perfecta animi iracundia.

7 Considerabit igitur bonus iudex animi motum aliqualiter concitatum, & alteratum, & animum iracūdū per absolutam pro tempore animi alienationem.

8 Et sic ex prædictis patet responsio ad tex. *in d. canon.* sunt, qui opes, ponderare tamen placeat contra hunc intellectum illa verba, tumultuario mentis impulsu, non iudicio perpetuo, & melius eodem tex. inferius, quia nec prima iudicium habet, quę verba (ni fallor) innuere videntur non simplicem concitationem animi, prout superius allegati Doctores intelligere videntur, sed omnimodam mentis alienationē. Si enim iudicium non habet, maior alteratio dici poterit, pariter si mens impellitur motu tumultuario, prout ibi dicitur, quomodo aliquid cognoscit?

9 Quid per iocum, vel amoris illecebras? idem ex prædictis dicendum videtur, & sentit Roma. in allegato singulari suo, multi enim per iocum interloquēdo dicunt. *voglio affittare il mio,* ille iocose respondit, *la pigliarò io.*

De locatione incerta, siue per errorem.

QVAESTIO IIII.

VIdimus aliàs in hac locati, & conducti in materia in titulo de substantia locationis. *t. q. 4.* de incertitudine, & ob id omissa in hac quęstione disputatione, ponam aliquas vtiles conclusiones tam circa incertitudinem, quam errorē, non exeundo proprios terminos locati & conducti, de quibus agimus.

1 Prima igitur conclusio sit. Error in qualitate personæ conductoris non vitiat contractum locationis, & conductionis, *l. si ignorans, ff. locat.* vbi Castr. dicit hoc esse verum, si ignorabat qualitatem personę, secus si ignorabat ius, quod ab omnibus sciri debet.

2 Si igitur extat statutum in loco, quod tales, & tales personæ conducere nō possint in tali loco, vel ciuitate, si quis ignorans qualitatē personæ locauerit contra prohibitionem legis, excusatur, ita vt locatio subsistat, & ad pensionem agi poterit, ex dictis iuribus.

Vnde euenire potest, quod vna Communitas fecerit statutum, quod non possint bona alicuius dictæ ciuitatis, vel illius comitatus locari Ciuibus, vel de territorio alterius loco vicini, si quis conuersatus fuerit in territorio loci prohibētis, forte rusticus aliquis, & ignoretur, nec sit curatum sciri, & locatio facta sit, vtique *ex d. l. subsistet,* & pensio peti poterit.

3 Pariter etiam dici potest de eo, qui locauerit bannito, quem ignorabat esse bannitum, locatio non irritabitur, quatenus bannitus appareat capax.

4 Et ex hoc tulerunt Doctores, quod percutiens clericum non incedentem in habitu, excusatur a pęna cano. si quis suadente diabolo. Pano. *in ca. vt fame, de sentent. excom.* Bald. *in l. si quis per calumniam. Cod. de episc. & cler. c. si iudex laicus, de senten. excom. c. si vero, eod. tit.* an antiquis, valde cum iudicat Eucrar. *in loco a verisimili, nu. 7. & hæc est comm. opin.* Are. *conf. 163. num. 16.* Iul. Clar. *in prac. q. 77. vers. sed an vltro,* vltra quos omne distingue, & videas.

AD.

Digitized by Google

ADDITIO.

☞ Nauar. in Manuali cap. 27. n. 80. declarat. 2. vbi ignorantia debet esse probabilis alias non excusatur, puta si vidit tonsuram, et non credidit esse clericum. Idem tenet Rebuff. in repetition. dicti Canonis lim. 20. vbi subdit talem ignorantiam probari iuramento, nisi appareret contrariū per legitimas probationes. Pulchre Tiber. Decian. tract. crimin. lib. 6. cap. 34. num. 1. 2. vbi procedere debet trina monitio.

Vt per Crau. consi. 2. nu. 8. vbi opinio, & veritas semper præualet ad excusandum, licet re vera dici posset non posse inferri ex text. in d. l. si ignorans, in qua locator dabat operam rei licitæ, quæ est locatio in se a iure permissa, in casu vero isto dabat quis operam rei illicitæ. Vnde non venit excusandus etiam maiora faciendo, per l. eum qui, §. iniurarum, vbi Bart. ff. de iniur. Fusi. in verb. clericus, nu. 109. vbi de communi.

5 Vna mihi oritur difficultas circa hanc l. si ignorans ff. loca. qui enim cum alio contrahit, debet esse certus de conditione, & qualitate ipsius, l. qui cum alio, ff. de reg. iur. Hinc mutuans filiofamilias, repetere non potest, quia obstat Macedonianum, & debebat prius inuestigare, si erat filius antequam mutuaret, l. pe. ff. ad Macedon. idem in minore, gl. in l. si Titius, in verb. ætatis, ff. de fideiuss. nec in hoc forensis excusatur, quia debebat inuestigare conditionem eius, cum quo cōtrahit. Pariter dici posset ad materiam l. si ignorans, ff. locat. vt locans militi deberet inuestigare conditionem & qualitatem ipsius, nec excusetur locando. Vnde pēsionem petere non poterit.

6 Doctores in allegata l. qui cum alio, limitant illam legem in ignorantia iusta, & probabili l. si quis patrem ff. ad Macedon. & l. si Titius, ff. de fideiuss. & hoc fortasse innuit illa verba in d. l. si ignorans, ibi, quasi paganorum, fortasse enim pro pagano se gerebat, Vnde causata est probabilis ignorantia.

7 Et ponderanda videntur illa verba in d. l. si ignorās, non contendit disciplinam, qui ignorauit militem, quasi locare milit, & facere ipsum conductorem sit in contemptum, & quasi ignominiam.

Secunda principalis conclusio sit ad materiam l. si decem, ff. locat. Ex qua lege colliguntur duæ conclusiones principales.

8 Prima est. Si locator sentit de maiore pensione, cōductor vero de minori, contractus locationis, & conductionis non valet, & ratio est secundum Castr. ibi, quia quocunque modo diceretur contractus valere, remaneret alter deceptus, quia locator dicet, ego intellexi de decem, non de quinque, econtra conductor dicet, ego intellexi de quinque, non de decem.

Vnde colliges, quod iura potius volunt contractū irritum, quam quod quis remaneat deceptus, & indebite damnum patiatur.

Dices ad intellectum d. l. in maiori summa minor inest, l. in eo, ff. de reg. iur. ergo locator intelligendo decem tacite videtur intellexisse de quinque, & sic contractus locationis valere deberet.

Respondet Bart. in l. 1. §. si stipulanti, ff. de verbor. oblig. quod in maiori summa non est minor, vbi essemus in contractu oneroso, & dominus læderetur, quia fit disproportio numeri ad æstimationem rei locatæ, & melius hoc declarat Bal. consi. 307. vol. 1. & in rubr. extra de arbit. Bal. Fulgo. & Salic. in d. l. si decem. Bald. in l. 1. col. 2. C. de senten. quæ sine cer. quanti. Alexan. consi. 18. col. 1. volum. 1. Bal. & Fulgo. in l. diem proferre, §. si plures, ff. de arbi. Deci. in l. in eo. limit. 4. ff. de reg. iur. & hæc est communis opinio. vt per Ias. in d. §. si stipulanti, num. 7. & ibi Alciat. clarius declarat in 2. limit. ad illam regulam, & Bottigel. num. 8. Rim. Instit. quibus alienare licet vel non, num. 43.

10 Sed pone hic vnum ad materiam d. l. si decem, vltra scribentes, in d. §. si stipulanti. Est discordia inter locatorem, & conductorem, & vnus dicit intellexisse de decem, alter de quinque, postmodum locator dicit, tu conductor dicis intellexisse de quinque, ego sum contentus, valebit ne locatio accedente consensu locatoris ad summam intellectam per conductorem?

11 Videbatur, quod non, per verba d. l. ibi, nihil agit, contrarium subobscure supplet glos. 1. ibi, addendo hæc verba, in præiudicium ipsius: si enim locator non curat de suo præiudicio, cur valere non debet, & sic apparet, quod contractus locationis a principio fuit in suspenso, tendens potius ad non valere, quam valere post accedente consensu damnificati rectificatur, & valet, quid enim potest replicare conductor, si locator dicat, volo esse contentus ea pensione, de qua tu met intellexisti?

12 Quid econtra dicit conductor? licet egomet intellexerim de quinque, tamē, vt locatio procedat, & subsistat, ego volo esse contentus de istis decem, de quibus te intellexisse dicis, valebitne? putarem quod sic, ratione æqualitatis, quæ in contractibus bonæ fidei seruari debet. Et sic in potestate locatoris est contractū valere, vel non, cum de ipsius præiudicio agatur.

13 Et propterea subdit text. idem in 2. respons. & erit secunda conclusio, quod si contra locator sensit de minori, conductor de maiori, statur dicto locatoris, cū de eius interesse tractetur, & de re sua bonus est iudex quanti locari possit.

14 Tertia est incertitudinis species in hac locati, & cōducti materia, quando merces confertur generaliter alieno arbitrio aliter non declarata persona, nec quātitate, l. si merces, in primis verbis, ff. locat. & ratio esse videtur, quia de facili discordare possunt in eligendo pensionem ab initio incertam, l. item si vnus, §. fin. ff. de arbitr.

Vnde non valet. Ita gl. Bart. & Castrens. in d. leg. si merces, Alc. in d. l. 2. §. eadem, num. 22. ff. de ver. oblig.

15 Declaratur dispositio d. l. vt procedat, & habeat locum, quando super contractu principali esset facta ista generalis remissio in pensionem incertam, secus si locatio vel venditio fieret præcedente alio contractu valido, & sic esset pars alterius contractus validi præcedentis, & ita Bart. hanc l. declarat, in l. si fundus, §. fi. ff. de pign. vbi Alex. dicit esse casum mirabilem, & singularem. Bal. in c. 1. de feud. dat. in vic. legis Commis.

16 Vidi in facto casum. Quis mutuauit Sempronio centum, cum pacto, quod nisi restitueris intra tot, cedatur creditori apotheca iuxta æstimationem faciendam per duos homines communiter eligendos, nec aliter in instrumento specificabantur personæ, fuit oppositum de electione incerta, & sic nulla, fuit replicatum in casu illo venditionem esse partem alterius contractus validi præcedentis.

Vnde valet ex doctrina Bart. superius allegata, & ita vidi iudicatum.

17 Et ad propositum materiæ locati & conducti, de qua agimus, inferri fortasse posset ad materiam *l. ficut, §. fin. ff. locat.* vbi vendo fundum pro certo pretio, & donec pretium soluatur, intelligitur locatus, dicit text. locationem valere, nec pensio computatur in sortem, vt dicam *in tit. de vsu. & text.* ibi certe loquitur de certa conuenta pensione, quid si dicatur pro pensione declaranda per amicum cōmuniter eligēdū, eut nō valebit ex prædictis, sicut venditio, cogitemus.

18 Ampliatur autem ordine præpostero dispositio *l. si merces, in princ. ff. loc.* vt procedat, & habeat locum, quando remissio pensionis, salarij, vel mercedis fieret in vnum ex contrahentibus, quo casu contractus locationis est nullus, & non valet, *l. quod sæpe, §. 1. ff. de contrah. empt.* per quem text. licet in venditione loquē. tem in terminis locati & conducti, ita consuluit Roman. *cons. 257. ex tribus, in fin.* inferens ad marescalcū qui remisit mercedem suam in dominum equi dati ad curandum, sequitur Mars. *in rubr. de probat. nu. 286.* Firm. *in verb. incertitudo, vers. 9.* Castrens. *in l. in venditis, num. 2. C. ne contrahen. empt.* vbi bonam rationem reddit, quia contractus ex post facto sunt necessitatis & omnino adimpleri debent, *l. sicut, C. de act. & oblig.* quod non erit si remissio pensionis, vel vtili fiat in arbitrium vnius ex contrahentibus, Fabian. *de empt. & vend. q. 3. num. 73. 5. quæst. princip.* Anton. Gomez. *de contrac. lib. 2. cap. 2. num. 19.* Iaf. *in l. ab empt. num. 10. C. de pac.*

Vnde in casu Rom. ille marescalcus lugeat eius laborem, cum malè locauerit operas suas, ergo non locupletabitur ille cum iactura aliena rehabendo equū sanitate restitutum nulla soluta mercede. Quid si expendit post contractum bona fide aliquid apud aromatarium?

19 Et sic colligitur conclusio fortasse nec a Philosophis reprobata, quod substantia actus nō debet ab initio pendere a voluntate causæ efficientis, vt sortiatur effectum, vel non.

20 Declaratur primo loco dispositio *l. quod sæpe, §. 1.* vt non procedat de æquitate canonica, secundum quam fieri potest remissio in vsum ex contrahentib. Alex. & Soci. *in l. 1. ff solut. matr. in l. ita stipulatus ff. de verb. obl.* Afflict. *decis. 337. num. 10.* est communis opinio, vt per Alphan. *repor. 286.* Bonacos. *de æquit. can. concl. 105.*

21 Pariter, & alia incertitudo, de qua in allegata *l. si merces*, contractu locationis non vitiabit de æquitate canonica. Alex. & alij, *in d. l. ita stipulatus, & in l. triticum eo. tit.* Bonac. *de æquit. cano. concl. 32. tetigi superius p. 1. tit. 1. de substan. loc. 1. q. 4.* vbi videre placeat.

In terris igitur ecclesiæ, & in foro ecclesiastico dispositio *l. si merces* non procedit.

22 Declaratur secundo, vt procedat dispositio *l. quod sæpe, §. 1.* quando contractus ponitur in voluntatem vnius ex contrahentibus, secus si in voluntate vtriusque, vt si quis dicat, loco tibi hanc domum pro decem si vis, ac alter respondet, conduco pro decem si vis, nā verbum, volo, hincinde prolatum rem præsentem & perfectam in illo instanti significat. Ita tenet *gl. or. din. in d. l. in vendentis*, vbi Cyn. & alij sequuntur, & est communis opin. Anton. Gomez. *de contract. lib. 2. sub n. 9. vers. item intellige.*

23 Declaratur tertio loco dispositio *l. quod sæpe, §. nam resolutio*, vel executio contractus potest poni in voluntate alicuius contrahentis, vt tempus solutionis & similia. Fabian. in citato loco, *sub n. 73.*

Addo Pedemon. *decis. 111. nu. 1.* Et passim videmus, quod tempus solutionis sit ad beneplacitum alicuius ex contrahentibus.

Addo not. *in c. illo, vos, de pign.* vbi Hostiens. *in verb. proximo*, Io. Andr. *col. 1.* But. *nu. 8.* Abb. *num. 2.* Anchar. *nu. 3.* Imo. *nu. 9.* Io. And. ad Specul. *tit. de empt. & vend. nu. 9.* & est verissima opin. Cyn. *in d. l. in vendentis*, & in terminis contractus locationis, & conductionis. Hier. Gabr. *cons. 73. vol. 1.*

24 Declaratur quarto loco notabiliter dispositio, *l. quod sæpe, §. 1.* vt non habeat locum secuta traditione, *gl. singul. & in l. inter stipulantem, §. stipulatus, ff. de verb. obl.* quam solemniter commendat Bald. *in cap. 1. de feud. dat.* in vicem legis commissoriæ, & dicit ibi probari per illum tex. secuta autem traditione poterit agi ad pretii declarationem, vt dicam inferius de locatione pro iusta pensione, vbi videre placeat.

25 Ampliatur secundo loco principaliter materia *l. si merces, ff. locat.* vt procedat, & habeat locū si dicatur, loco tibi hāc domum pro iusta pensione, adhuc enim nec locatio, nec venditio hoc modo cōcepta subsistit. Bal. *in l. fin. q. 1. n. 8. C. de contrahen. emption.* referens ad id Nicol. de Matth. & Azzo. in Sum. *Instit. loc.* idem Bal. *in l. contractus, n. 8. C. de fid. instrum.* quem sequitur Alesand. & Bartol. *in l. hæc venditio, §. 1. ff. de contrahen. empt.* Iaf. *in §. actionum, nu. 19. Instit. de actio. in l. si tibi*, & ibi etiam not. Paul. Castr. *ff. de præscript. verb.* Rom. *in l. sciendum, n. 33.* & ibi Alexand. *n. 17. ff. de verbor. obl.* & hæc est magis communis opinio. Ant. Pinel. *ad rubr. in 2. par. cap. 1. num. 21. & 22. C. de rescindendo vend.* Eman. Soarez. *in thesaur. recept. senten. litera E, n. 132.* licet Alb. & Fulg. *in l. hæc venditio, §. 1. contrarium teneant*, per illum textum inferens. Alb. ad q. macellario, qui emit oues pro pretio quanti valent. Panci. rol. *cons. 177. artic. 1.* Moz. *de emption. & venditio. nume. ro 27.*

Cui addo Corn. *consil. 50. libr. 1.* Multorum autem fuit opinio, vt sit contractus innominatus, & consequenter sit locus pœnitentiæ, & detur actio præscriptis, verbis, & secuta traditione, vel consignatione rei agatur ad mercedem, vel pretium liquidandum arbitrio iudicis vti boni viri. *Ita* Bal. *in allegata l. contractus*, quem in hoc commendat Pet. Rauen. a nemine. nec a Pinell. nec a Mozz. nec ab aliis allegatus *singul. 64.* quæritur, an contractus, &c.

26 Quæ opinio mihi aliquantulum dubia videtur, volebant enim ab initio contrahentes facere locationē, vel venditionem, prout ex verbis manifeste colligitur, in vim autem venditionis non valet, quia deficit certitudo pensionis, vel pretii, vt quid substantiale.

Vnde ex traditione secuta, non potest reuiuiscere contractus iam nullus, nec transire in aliū, de quo partes non cogitauerunt, *l. verbis ciuilibus*, ibi, ne fiat contra voluntatem, & ibi not. Castr. *ff. de vulg. & pupill.*

27 Præterea videtur considerandum, si Doctores dicūt non esse venditionem, quomodo nominant pretium, quod soli venditioni conuenit, vt superius vidimus de similitudine locationis, & sic quædam disparitas esse videtur.

28 Aliorum verò fuit opinio, quod si est facta locatio, vel venditio pro iusto pretio, vel pensione, & secuta sit traditio, & emptor, vel conductor perceperit fructus

ctus, dato quod talis contractus non valeat, nec teneat, tamen venditor, vel locator agit ad rem, & fructus actione præscriptis verbis, vel actione in factum ex equitate, *arg. l. quoties, ff. de præscri. verb.* per quem text. ita tenet Azo. *in Summa Instit. loca.* quod reputauit singulare, & menti tenendum Bald. *in l. contractus, col. 3. num. 8. vers. immo, quod magis, C. de fi. instru.* Salic. *in l. fi. q. 4. nu. 6. de contrahen. emp.* Ant. Gomes. *de contract. lib. 2. c. 2. sub num. 9.*

29 Et sic duo inferūtur in hac locati & conducti materia, *ad tractata in l. excepto, & ibi no. C. loca.* & dixi superius de substantia locationis, *q. 4.* Quandoq; enim fit locatio simpliciter nulla, modo aliquo expressa mercede, vel pensione, & tunc regulatur a consuetudine, puta si res locata communiter erat consueta locari pro certa pensione, prout in regno testatur Anto. Gomes. in superius citato loco, vbi est taxatum certum pretium, & præfixa certa pensio locationibus domorum, & ita procedant notata *in l. excepto.* Vnde caute articulanda est consuetudo indifferens pro certis tot, & ita fuit vsitatum.

30 Quandoque non refertur ad consuetudinem, sed simpliciter dicitur, loco tibi hanc domum pro iusto pretio, seu pensione, & tunc non valet, vt locatio, & conductio prout dictum est, quia deficit substantiale, quod pensio sit, & quidem certa, sed traditio, aut non est secuta, vel est secuta. Primo casu est locus pœnitētiæ re integra, nec cogi poterit ad tradendum, aut traditio est secuta, & tunc agitur præscriptis verbis ad condignam pensionem arbitrio iudicis, & ita declaratur hæc materia pensionis incerta, & ita tenet Gomes. *in citato loco.*

31 Vnde si locator cognouit sua interesse, quod locatio facta pro iusta pensione non sortiatur effectum, tardet traditionem, quia re integra pœnitere poterit.

32 Et sic per modum corollarij habemus hic tres species pensionem quoad hunc casum; quædam est pensio certa, & clara per specificationem partium, vt tot pro anno: quædam est pensio certificata per consuetudinem vniformem multorum annorum: quædam est pensio anomala, quæ ex post facto certificatur arbitrio iudicis ad condignam pensionem.

33 Infertur etiam secundo, quod licet quandoq; contractus lacationis sit nullus ex defectu alicuius substantialis, agitur tamen ad pensionem condignam arbitrio iudicis, ne locator sit in damno, vt conductor habitauerit domum suam sine mercede.

34 Infertur tertio, vt actio præscriptis verbis ex contractu locationis nullo, detur ad mercedem liquidādam per iudicem.

35 Quarto infertur intellectus *ad §. pretium, Institu. de emptio. & vendit.* vt procedat etiam in contractu locationis, & conductionis, in quo debet esse pensio, & certa pensio.

36 Posset etiam fortasse dici, quod si in loco sit consuetudo obseruata locandi domos pro tot, & ego dico, loco domum meam pro iusta pensione, quod isto casu contractus locationis valeat, & teneat, & quod iusta pensio sit pensio solita, & consueta, arguendo in hoc a fortiori: si enim præsupposita hac consuetudine locatio facta simpliciter valet nulla mercede expressa, valere etiam poterit, vel saltem non vitiabitur per hanc adiectionem pro iusta pensione.

37 Tertia in hoc proposito fuit opinio Ari. Pinell. *ad rubr. de rescin. vend. par. 2. cap. 2. num. 24.* quod constituenda sit differentia inter contractum locationis, & conductionis, & venditionis, in venditione enim pro iusto pretio venditio facta etiam traditione secuta contractus est nullus, nec ad pretium aliquod agi poterit, at secus in locatione, & conductione, vbi pro rata temporis, quo quis habitauit, poterit agi cōdignam pensionem, & hoc probatur *per tex. in l. item quæritur, §. qui impleto.* ibi, prout quisque habitauerit, *ff. loca. not. in l. excepto, C. loca Ias. in §. actionum, num. 188. Institut. de act.* posui superius de amico simpliciter habitante.

Et sic secundum eum limitatur, *l. 2. ff. locat.* vbi isti duo contractus æquiparantur, nam fallit in casu prędicto, quæ addi possent ad ea, quæ superius dixi in q. de similitudine locationis, & sic secundum hunc intellectum magis succurritur locatori, qui etiam si nulliter contrahat tradendo habebat condignam pensionem arbitrio iudicis, secus in venditore, qui nulliter contrahendo licet tradat, non potest agere ad iustum pretium, cogita.

38 Ampliatur tertio loco principaliter, si dicatur, loco tibi hanc domum pro eo, quod erimus concordes. Si enim erimus concordes, valebit pro pensione concordata non vti tunc & retro, sed a die cōcordię, quia conditio potestatiue non retrotrahitur, *l. qui balneum, qui text. est in materia locati & conducti, ff. qui potio. in pign. habeantur*, sed si non erimus concordes, aut traditio est facta, & tunc agitur præscriptis verbis ad iustum pretium, vel pensionem declarandam, prout superius dixi, *per l. si tibi poliendā, in fin. ff. de præscr. verb.* & hoc fuit dictum, Nic. de Mutare. quod elegans reputauit Bal. *in l. fi. q. 2. num. 8. C. de contrah. emptio.* Alex. *in l. sciendum. num. 17. in fi. ff. de verb. oblig.* Ruin. *consil. 144. uol. 1.* Ari. Pinell. *de rescind. vend. in rub. par. 2. c. 2. num. 20. in fin.* Pe. nicol. Mozz. *de contract. in c de empt. & vend. col. 1. nu. 25. in fin.*

39 Vidi in facto casum. Quis dixit, *voi darmi a pigione la tua casa*, respondit Dominus, quod sic, *vedila, entrati, habitala, nel resto saremo d'accordo tu, & io.*

40 Ampliatur quarto, si dicatur, loco hanc domum *per quello, che io ne trouo da gl'altri*; si enim apparet quanti alij obtulerint, pro eo censetur facta locatio, alias redigitur ad arbitrium iudicis, prout superius dictum fuit de iusta pensione, *l. fin. C. de iur. emphyteu.* Ioa. And. *in addit. ad Specu. in tit. de empt. §. nunc videndum, in addi. magna* Ange. *l. qui Romæ, §. cohæredes, ff. de verb. obli.* Ias. *in l. fideiussores, §. fi. de legat. 1. no. in l. 1. C. de comm. ser. manumis. facit, l. domum. ff. de contrah. empt. ea. placuit, eo. tit.* Iac. Menoc. *de arbit. iud. centu. 1. q. 11. nu. 8.*

41 Pariter si dicatur, loco pro tot, & pro eo pluris, quod dixerit talis, *l. hæc venditio, in fin. ff. de contrah. emptione.*

42 Et in proposito magistralis videtur *text. in l. si tibi polienda, ff. de præscr. verb.* ponendo tres casus principales satis vtiles ad materiam locati & conducti, de qua agimus, & ibi Castrens. & Ias. exclamant esse casum practicabilem, & quotidianum, & sæpius in facto euenire.

43 Primus igitur est. Cum operæ gratis exhibentur, dicitur contractus mandati.

44 Secūdus casus est. Cum operæ præstantur certa ab initio constituta mercede, dicitur contractus locatio-

Digitized by Google

nis,& conductionis, & ibi dicit Fulgos. *in pecunia numerata*, prout iam superius vidimus, *par. 1. tit. de substantia locationis*, 1.q.1.

45 Tertius est casus. Cu operæ præstâtur sub spe mercedis a facto secuto, dicitur contractus innominatus. ex vna .n. parte est, facio vt des, ex alia, do, vt facias.

46 Et sic per modum corollarij habemus in hac locati & conducti materia, quod ad h. c, vt sit cotractus locationis, multa in mercede requiruntur, s, quod ab initio sit constituta; ex post facto enim dicitur cōtractus innominatus. Secundum, quod merces ab initio sit, certa, clara, & specifica; incertitudo enim mercedis promissæ vitiabit contractum locationis, & conductionis. Tertium, quod sit in pecunia numerata.

47 Quid igitur dicemus applicando ad terminos eiusdem legis, Si tibi poliendā, dedi Sempronio Sciphum poliendum, nec est expresse conuentum, vt gratius opus exhibeatur, sed simpliciter fuit actum, & locutum, erit ne mandatum gratuitum? vel contractus alius? & hunc casum omisit I. C. terigi alias sæpius si ille erat solitus locare, & alter conducere.

48 Quid pariter dicemus in casu practicabili, do tibi Sciphum poliendum sub certa mercede ab initio, non autem in pecunia numerata, sed in aliqua specie: multi enim pauperes artifices recipiunt quartingū vnum grani, alij cadum vnum vini, mulieres pauperculæ rusticæ, vel viliores in suburbijs habitantes vocate a mulieribus egregijs, & ditioribus ad texendum, ad filandum pro vna libra casei, olei, & similibus, quem contractum nominabimus? tetigi superius de substātia locationis, 1. *quæst. 1.* & ponam occasionaliter in titul. de inuec. & illatis. Quid enim dicemus in hoc vel simili casu? *Rassettami questa cosa, che io ti darò che vorrai tu.*

49 Sed adhuc prosequendo vtilem materiam, *l. si merces, ff. locati*, quæro cum Castrens. ibidem vnum aliud frequens, & quotidianum. Est collata merces in tertium domus, & ille interim habitauit modo tertius antequam habitetur, moritur, vel non vult habitare, quid agendum? Vtique in hoc casu recurrendum ad arbitrium boni viri, ita Castrens. ibidem, dicens esse casum vtilem, practicabilem, & quotidianum. Commendat Socin. *in l. si quis arbitrata, nu. 19. ff. de verb. obl. & cons. 44. num. 1. lib. 1.* Iacob. Menoch. *consil.... num. 23. lib. 1. alias 93. num. 26. lib. 1.*

Multi enim arbitri electi dicunt; *Io non me ne voglio impacciare, nè mi voglio mettere tra di voi.*

50 Vlterius considerandum est, in hac locati & conducti materia, quod plures sunt arbitrij species.

Prima quidem arbitrij species est approbatio operis locati, & hoc committi potest in arbitrium locatoris, vel vnius ex contrahentibus, & intelligitur tanquam in bonum virum, & in hoc casu non est locus dispositioni *l. quod sæpe*, §. 1. de quo superius diximus, & de hoc est textus clarus *in l. si in lege, in princip. ff. locati.*

51 Vidi in facto casum. Quis conduxit sculptorem ad componendum, & fabricandum Herculem, & in instrumento posuit hæc verba, *vna forma d'Hercole di aspetto ottimo*. Vtique intelligitur arbitrio boni viri.

52 Pariter dici potest. *Io voglio che mi penghi vna tale magine a modo mio.* Vtique arbitrio boni viri, & si iniquè, vel dolosè arbitretur, standum non est, vt habetur *in d. l. si in lege.*

53 Secunda species arbitrij est, quantitas mercedis, pretij, & hoc committi non potest, nisi prout superius dixi.

54 Tertia species arbitrij, prorogatio temporis, & tunc per tertium dictum fieri non poterit, *in d. l. habetur.* Vnde dicebat Castrens. *in allegata l si in lege, nu. 5.* quod tempus non dicitur pertinere ad qualitatem operis locati.

55 Sed an sit pro forma Bald. respondit, quod sic, *per illum text. in authent. quæ supplicatio*, vbi Salic. & *Ias. num. 5. Cod. de precep Imper. offer.* Castrens. *in l. qui Romæ. §. Callimachus in fin. ff. de verbo. obligat.* Felin. *in cap. cum dilecti, de rescript. Ias. in rubr. C. qui admit. colum. 2.*

56 Vnde loco tibi fabricandam domum infra biennium, hoc est pro forma operis locati.

57 Et dato quod approbatio operis non esset commissa in tertium, si opere iam facto oriatur contentio inter partes, recurritur ad arbitrium boni viri, ne ille qui laborauit, sit in damno de laboribus iam factis, vt per Castrens. *in d. l. si in lege, per text. notabilem in l. domum, circa medium, ff. de contrahen. empt.*

58 Et sic dispositio *l. si arbitratu procedit*, & habet locum in re integra.

Altera incertitudinis species est in hac locati, & conducti materia. loco omne ius, quod habeo in talibus bonis, si enim non constet quale, & quantum ius habeam in illis bonis, talis locatio non tenet. Dyn. & Bartol. *in l. si sic, ff. de legat. 1.* Alexand. *in l. locus, ff. de acquirend possessio.* Ruin. *consil. 160. numer. 18. volumine primo.*

59 Multi enim dicunt. *gli hò concesso quel che ci hò, se non ci è niente, suo danno*; est enim delusio.

60 Et sic fortasse infertur limitatio *ad l. vxorem, §. legauerat, ff. de legat. 3.* vt valeat concessio de omnibus possessionibus, quas habeo in tali loco, non aliter expressis confinibus. Papin. *in forma libelli in actione reali, in verbo, cui robæret, num. 5.* quia hoc procedit, quando aliquo modo constaret, quod, & quale ius haberet ex prædictis.

Altera est species incertitudinis in hac locati & conducti materia, quæ relatiua appellatur, pura loco vectigal. secundum capitula communis Tuderti, quæ tempore conductionis nondum erant reformata, sed Alex. *cons. 28. lib. 1. iterum cons. 31. par 2.*

61 Passim contingit in locationibus publicis, si dicendo, *secondo i capitoli da farsi*, & habito respectu ad tēpus contractus, non erant in rerum natura, & videtur quodammodo quis conducere factum rectis, & tamen valet.

Et in hac Incertitudinis materia vidi multos casus, erat enim folium locationis ita scriptum.

Locat Sempronius domum Caio pro tribus scutis, & de tempore nihil erat appositum, pro quanto tempore dicetur facta locatio?

62 Vidi per multos responsum, inspiciendam consuetudinem loci, qualitatem pensionis promissæ, & rei locatæ, iuxta ea, quæ superius diximus de substantia locationis primo.

63 Vidi etiam in facto aliam incertitudinem in locādo. Fuit enim instrumentum locationis ita conceptū. Locat omnia bona, & terras in tali loco sitas; modo in terris adsunt apes, an ad conductorem spectabunt, ex quo sunt in fructu, & fuit iudicatum quod sic, pro- ut

ut de auro effudiendo, & arena suo loco dicā, adeant paleæ, & fraschæ incisæ, & hæc sunt in fructu.

De claudicatione.

QVÆSTIO V.

QVero, an contractus locationis pro vna parte claudicare possit?

1 Videbatur dicendum, quod non, quia contractus claudicare non potest, nec debet, *l. Litigatores, §. penult. & fin. ff. de arbit. §. proximos. auth. de non eligen. secund. nubent.*

2 Contrarium est verius in casu, si pupillus in contractu locationis contrahat sine tutoris authoritate, obligat enim, sed non obligatur. *Instit. de authoritate tutorum, in princip.* vbi gl. respondet ad contraria, esse speciale fauore pupillorum.

De Progressu Accidentium Locationis.

Gradus II.

Libertas, Renouatio, Multiplicatio, Cohærentia, Ratificatio.

PRosequendo vlterius materiam accidentium, & contingentium in contractu locationis, & conductionis descendo ad secundum gradum.

De libertate ad materiam l. nemo cui. C. loc.

QVAESTIO I.

QVæro igitur primo loco, an Dominus rei locatæ sit in plena libertate locandi, vt possit cui vult, locare, nec cogatur plus vni, quam alij eam suam locare.

1 Primo videbatur dicendum quod sic, ratione enim publicæ vtilitatis ne respublica inopia grauetur quis cogi potest ad vendendum res suas, & quidem viliori pretio, arbitrio semper boni viri, si aliter facere velit, *l. 1.* vbi Bar. & alij communiter, *C. de Episcopali aud.* Panor. *& can. 1. omnium more, in c. 1. de empt. & vendit.* Bart. *in l. annonam, ff. de extraord. crim.* & est communis opinio Viui. *secum primam pensionem in verbo, vendere rem propriam.*

Secundo pro hac parte facit tex. Platonicus *in l. 2. ff. de mund.* qui loquitur in terminis locati, & conducti *de agric. & censi.* de quo tetigi superius in prin. operis *de priuil. colonorum.*

2 Pro contraria parte facit primo, *leg. nec emere, C. de iure delib.* Secundo pro hac met parte facit, *l. inuitum, C. de contrahend. empt.* Tertio pro hac parte facit, *l. si commodato, §. sicut, ff. commod. l. sicut, C. de act. & oblig.* vbi contractus ab initio sunt voluntatis.

3 Et hæc opinio est in iure verior, & tex. *in l. ne cui, C. locat. & l. inuitus, C. eod. titul.* quibus in locis Bald. summopere commendat hanc materiam, & dicit ad modum menti tenendam etiam pro bonis emphyteuticis, an dominus directus reformare teneatur veteri emphyteusis conductori.

4 Declaratur vtiliter hæc conclusio multis modis. Primo, nisi inter partes conuentum sit, vt non liceret domino alij locare, quamdiu ipse eam conductam vellet, & tantum dare, quantū alius, *d. l. ne cui, in verb. pacta,* & ibi gl. Bal. & Salic. Bal. *in l. contractus, ff. de reg. iur.* Duo igitur sunt in hac prima declaratione, conuentio, & oblatio de tantundem, & subdit ibi tex. quod pactum, & conuentio in hoc pactu debet esse in scriptis, vbi Cynus dicit hoc ideo esse, vt occurratur fraudibus conductorum, qui plerumque cōuentiones allegant, & sic pactum contra libertatem locandi debet esse in scriptis.

5 Itē hęc conuentio habet aliud requisitum ex intētione eiusdem legis, vt sit legibus cognita t. inita pure, non vi, dolo, vel metū, vt ibi Accurs. exponit.

Declaratur secundo, nisi consuetudo loci, vel hoc velit, quæ in hoc attendenda est, Spec. *in tit. de loc. §. 1. vers. 93.* But. *in cap. de rescr. loc.* Boer. *decis. 107. num. 4.* & ita in multis locis seruatur. Minsinger. *centur. 4. obseruat. 23.*

6 Et sic est vnus casus, in quo in contractu locationis & conductionis attenditur consuetudo.

Quid dicemus circa primam declarationem de cōuentione inita, quid si conuentio non est in scriptis specialiter redacta, iuxta formam *d. l.* sed cōstare poterit per testes legales, & fide dignos de tali conuentione, cur conductor non audietur? & not. *e. cum Ioan. de fid. instrum.*

7 Putarem, quod sic ex hac ratione. Si enim in loco prout Tuderti, extat statutum, quod solutio probari non possit, nisi per scripturam, & quidem publicam, puta per aliud instrumentum, tamen probari poterit per testes legales, & fide dignos, quia hæc probatio nunquam censetur.

Dictum est But. *in c. sicut, ad finem, de probat.* & sequitur ibi Felin. *col. 5. & l. diui. ff. de liber. cau. & l fin. ff. de act. & oblig.* Alexan. ad Ias. *in l. iubemus, C. de iud. per l. si quis ex argentarijs, in princ. ff. de eden.* idem Ias. *in l. admonendi, col. 71. ff. de iureiur.* vbi reputat dictum singulare, & notabile Dec. *in d. c. sicut, limit. 5.* Tiraq. *de pœnis, caus. 5 t. num. 117.*

8 Ex quo, & illud vnum obiter colligitur in hac locati, & conducti materia, quod licet locatio ad longū tempus de bonis Ecclesiæ facta per Prælatū consanguineo suo sit suspecta, vt superius vidimus *in titul. de bonis eccles.* id tamen non procedit in coniunctis honestæ, & probatæ vitę, quia per hoc tollitur suspicionis F. dec. *consil. 52. & iterum consilio 200.* Bald. *in cap. 2. col. 3. versic. quæro iterum, de iudic.* idem Tiraq. *vt supra, num. 143.*

9 Declaratur tertio loco dispositio *l. ne cui*, vt non procedat in socio habente eam communem locare valentem iuxta ea, quæ superius diximus de locatione rei communis.

10 Declaratur quarto fauore scholariū, quibus volētibus cogitur dominus locare, & relocare. Gugliel. de Cun. *in d. l. decernimus. C. de episcop. & cleric.* Ias. *in l. 1. numer. 48.* vbi Rip. *in fine, ff. soluto matrimon.* idem Ias. *in l. nec emere, sub num. 4. limitat. vltim. C. de iure delibe. rand.* Rebuff. *de priuileg. scholarium, priuileg. 7. num. 1.* Panormit. *in c. 1. num. 6. de empt & vendit.* Alexan. ad Bar. *in l. 1. C. ne dign. lib. 12.* Horat. Lut. *de priuileg. 41.* Benincas. *de paupert. q. 8. priuil. 7. de contract.* Ias. ad Port. *in §. fin. littera I. Instit. loc.* Et de iure Canonico, si scholaris sit primus inquilinus, prohibēs alius scholaris, conducit sine consensu primi inquilini. Bart. *in tract.*

tract. different. iur. Can. col. 10. vers. item differunt, &c. Pur. *de sindic. in verb. iudices possunt, numero 11. fol. mihi* 203.

Ampliatur hęc declaratio, vt nedum locare teneatur, sed nec etiam expellere possit, si indigeat locata pro vsu suo ad materiam *l. ęde, C. de locat.* Bolog. post Bal. *in auth. habita, C. ne filius pro patre.* Rebuff. *de priuileg. scholar. priuileg. 7. nu. 1.* Rip. *in l. 1. nu. 142. ff. soluto matrimonio.* Duen. *reg. 2. 3. num. 1.*

11 Et sic habetur limitatio *ad l. ęde, C. loc.* vt non procedat fauore scholarium.

12 Et sic fauor scholarium pręfertur proprię necessitati, quod satis durum videtur, maxime contra *leg. pręses, C. de seru. & aqua.*

Ampliatur secundo, vt rector studij, vel alius officialis possit taxare pensionem domibus conducendis per scholares. Rebuff. *in l. de priuileg. 7. num. 9.* Rip. *in d. l. limi num.* 141.

13 Et hoc sane cum ratione factum dici potest, nam videns dominus rei locandę cogi posse ad locandum scholaribus, vtetur hac cautela, & exclusione, petet excessiuam pensionē, & sic scholaris non acceptabit.

14 Ampliatur tertio, vt valeat statutum, vel consuetudo, vt quis teneatur locare domos scholaribus. *Io. And. in cap. de locat.*

15 Et idem est de iure cōmuni, nam in pari pręfertur scholaris. *glo. in l. fin. C. de locat. pręd. ciuil. lib. 11. & in l. ut cui, in verb. locandi.* & ibi Alberic. & Salycet. Rebuff. *in l. congruit. C. locat. prędio. ciuil. lib. 11.* Bald. *in margarita, in verbo, scholares, num. 2.* Ioan. de Plat. *in l. si tempora, C. de fid. instrument. & iur. hast. fiscal. lib.* 10. Doct. *in l. 1. ff. solut. matrimon.* vbi Alex. *num. 59. 142.* Rebuff. *in 9. priuil. num. 1.* Marc. *decis. 635. nu. 6. par. 1.* vbi idem in religiosis.

16 Ampliatur quarto habere locum in Doctoribus, si enim in scholari, multo magis in Doctore. Alex. ad Bar. *in l. 1. C. de dignit. lib. 12.* Bal. & Ang. *in l. prima, ff. soluto matrimon.* Petr. Leiuan. *in tract. de Doctoribus, parte 2. §. 27.*

17 Ampliatur quinto loco vltra Duenn. in allegata regula, vt ne dum procedat in scholaribus, sed in scriptoribus ipsorum, famulis, pedisequis, & similib. *Ita gl. in c. 1. de locat. in gl. 2.* vbi Abb. *nu. 9.* But *nu. 8.* Card. Zabarel. *nu. 3.* Imol. *nu. 3.* Adde Afflict. *de iure protomis. in princ. in rubr. nu. 3.* ponam suo loco, de extensione priuilegiorum in materia locati, & conducti.

18 Ampliatur sexto, vt procedat, & habeat locum nedum in vna domo integra, sed etiam in vna simplici camera, arguendo de toto ad partem, *l. quę de tota, ff. de rei vendic.* & ita seruatum testatur Rebuff. *de priui. schol priuileg. 7. num. 8.*

19 Ampliatur 7. vt ne dum procedat in domo, vel camera, vel simili re immobili, sed etiam in equo ad vecturam, si scholaris de studio recedere vellet. Iac. Rebuff. *in l. cursum, C. de curs. public. lib. 12.* Bar. *in l. 1. §. 1. ff. iuri. aduers. nant. campo. stabul.* & ponam in materia equorum ad vecturam, suo loco.

20 Declaratur hęc conclusio superius posita, vt non habeat locum in scholari ignoto, qui non auditur, nisi idonee caueat. Rebuff. *priuileg. 7. nu. 26.* quia priuilegium intelligitur sine pręiudicio tertij, *l. 2. §. merito, ff. ne quid in loco publ.*

21 Sana quidem declaratio, & consule mercatores, & videbis in quo damno reperiantur, vt plurimum in fine anni, & consulendum est etiam ne mercatores decipiantur bona fide.

Declaratur 2. vt licet scholaris non sit admodum studiosus, sed vagus, nō tamen omnino vagus, sed aliqualiter studeat, gaudeat hoc priuilegio. *Iaf. in l. 1. nu. 50. ff. solut. matrim.* Rip. *in c. 1. nu. 94. de ind.* Pet. Duen. *regul. 213. in fine.*

22 Non enim omnes delectantur habere semper caput super libros, & fortasse vnus plus proficit in vna hora studij tantum, quam alius studiosus in quatuor, iuxta illud Paul. Castren. sileant, qui scripta tātum reuoluunt, & propter stomachi frigiditatem in eis contenta non digerunt, ex hoc enim non debent gaudere priuilegio scholarium, multi etiam in studijs profitentur non causa litterarum, sed bene viuendi, & morum, ex hoc non debent gaudere priuilegio scholarium? Si igitur honeste viuat, gaudebit, & dicam honeste, id est, si non caste, caute.

Nonne iuuenes, & in furore iuuentutis, & a mulieribus sępe violentati? taceant isti duri, immisericordes, crudeles, & (vt dicam) inuidi.

Multi etiam studēt debitis horis, & faciunt honorem professioni congruis tēporibus, cur cooperta denegabitur recreatio? vouit ne castitatē scholaris? Vtique sciunt omnes. Nonne vinum lętificat cor hominis? quid de coitu modice sumpto. habēda tamē semper est ratio honestatis familiarium, & periculi ipsius scholaris. hęc dicta sunt tempore carnispriuij, & post quam ingressi sumus materiam scholariū. Circa tractatum locationis, & conductionis reperitur aliud priuilegium *ex c. 1. de loc. & conduc.* quod cōducentes hospitia Doctorum legentium, vel scholarium in eorum pręiudicium sunt excommunicati.

23 Quę constitutio non habet locum in locatore, nisi per participationem cum cōductore excommunicato, vt per Cano. ibidem, vt Butriga. *nu. 7.* Abb. *nu. 12.* Imo *nu. 13.* modo Summam Angelicam, *in verbo, excommunicato, 2. casu* 14.

24 Ex quorum doctrina, & discursu colligitur resolutio, an dispositio etiam pœnalis loquens in conductore extendatur ad locatorem, quę correlatiua sunt, vt ibidem Abb. & cęteri admittunt, & in duobus casib. principaliter hoc procedit, vel ex identitate rationis, vel per participationem cum conductore, vel locatore prohibito.

Vnde prohibitio ibi facta conducendo non extenditur ex identitate rationis ad locatorem, quia diuersa est ratio, conductor enim tractat de lucro captādo, locator vero de damno vitando, ne sit in damno, in non locando domum propriam, vel hospitium. Quia tamen conducens ex forma dictę constitutionis excommunicatur, locator locans participat, & consequenter excommunicatur, & dicam alias sub loco.

Et sic infertur, quòd si ex forma statuti prohibeantur meretrices sub certa pœna conducere domos in tali loco, regione, vel vicina, an extendatur ad locatorem.

Et expectandum est tempus finitę locationis, vt ibi tutius sentit Abb. bene verum est, quod in multis locis in locationibus duo tempora considerantur, ex forma statutorum localium.

Primum est, vt per tot meses ante finitum tempus conductor declaret animum suum, an velit pro anno sequenti stare, vel non, & nihil dicendo videtur facta

cta tacita reconductio, prout Bononiæ tempore Sancti Petri, & alijs in locis alijs temporibus, aliud ob tēpus: finite locationis.

Et sic de iure licet interpellere locatorem quandocunque ante tempus, si locare velit anno sequenti, d. l. ne cui, de qua in pręsenti agimus. Fallit fauore scholarium, & Doctorum iuxta c. 1. de loc.

Et dicta constitutio generalis est in toto statu ecclesiastico, vt per Host. ibidem. Summa Ange. in verb. excommunicatio. 2. cas. 4. Horat. Lut. de priuil. schola. priuileg. 42. Contrarium ex communi. Siluestr. in verbo excommunicatio, 4. n. 3. Iul. Clar. §. fin. q. 77. vers. magistri etiam.

Et negari non potest, quin sit signū summę discretionis, & modestię id, quod respectu scholarium notatur. in d. c. 1. requirere, & non præiudicare conductori in esse existenti, prout sæpe faciunt inuidi artifices, qui videntes aliū habere apothecam vtiliorē quęrunt omni conatu ipsum expelli, & in locum subintrare.

25 Prosequendo vlterius materiam, l. ne cui, C. loc. declaratur quinto loco, vt non procedat in prædijs fiscalibus, l. congruit, vbi Ang. Io. de Plat. & Rebuff. & alijs, in congruit, C. de præd. cur. lib. 10. Affl. de iur. patrona. in priac. inferens, quod si conductor gabellarum est paratus dare tantum pro futuro anno, quantum, alius, quod præferri debet Tiraq. de retract. Lignagier. §. 1. gl. 18. nu. 6. posui late superius.

26 Declaratur 6. dispositio l. ne cui, vt non procedat fauore paupertatis, ob quam cogi potest, quis ad locandum pauperi magis, quam alij Tholosan. & ibi in Additione quæst. 447. Dec. consilio 640. Benincass. de pauper. quæst. 8. special. 7. de contract. numero 17. cum sequenti.

27 Declaratur septimo, nisi primus rem meliorasset, & parem alii conditionem offerret, vt per Bald. in d. l. ne cui, & hæc est magis communis opinio. Deci. cons. 53. 78. 321. Cæpha. 9. nu. 25. lib. 1. Decis. Perusi. 17. in fin. par. 1. Addo Castren. cons. 4. vol. 1. magis hoc procedere ait cum colono Ecclesiæ, & hæc opinio habet magnam ęquitatem. Roma. cons. 23. col. penult. Castren. cons. 32. vol. 1. pulchre Marant. disputat. 8. nu. 40.

Grammatic. cons. Ciuil. nu. 5. Franc. Bec. cons. 6. num. 36. & in colono Ecclesiæ, etiam si augeatur pensio, per alium oblata. Roma. cons. 22. Bertachi. in verb. Colonus num 22. Brixiens. in verbo Colonus. Bursat. consil. 330. nu. 9. vol. 3.)

28 Practicando tamen aduertendum est, quod locator debet certificare conductorem, q̄ pro fundo, quem tenuit, melior oblata est conditio, l. ne cui, ff. de in diem addictio. quæ versatur in multis, puta in pretio, in faciliori, & maturiori solutione, in opportuniori loco, in persona idoneiori, & leuioribus conditionibus, & omni eo, quod meliorem conditionem facere possit. ita notabiliter docet Luc. de Pen. in d. l. congruit. in fine, monens prudenter, vt abstineāt locatores ab istis quotidianis mutationibus fortasse aliquando in deterius in præiudicium prędiorum. sentit Bero. cons. 137. nu. 12. lib. 1. Ioseph. de Ludouic. conclus. 53. versic. socius &c. Vnde conductor dubitans compareat, & offerat. Attendenda ad modum est qualitas personarum ad lites, & contentiones fugiendas, multi enim plus offerunt, & ex studiosa machinatione, vel quia amant in vicinia, & pro consequendo intentum offerunt quadruplum, id enim curandum est, vt honestas in vicinia conseruetur, vt dixi superius de conductore sublocare, ad gloss. in l. non alius, ff. de vsu. & habita. multi etiam plus offerunt, quia cupiunt alicui esse vicini, vt ratione vicinitatis in aliquo displiceant; nec curāt de maiori pensione, multi etiam plus offerunt, vt displiceant primo conductori, multa enim consideranda sunt.

29 Declaratur octauo dispositio l. ne cui, vt non procedat in conductore perpetuo, vel longissimi temporis, cui locator etiam si esset ecclesia tenetur reformare, quando locatio præcesserit legitima. Soci. iun. cons. 56. vol. 2. vbi idem quando esset finita per generationem.

30 Addo vltra Soc. in ecclesia, quod ita tenet Bar. in l. 1. ff. de priuileg. creditor. Anchar. cons. 74. & consilio 170. Alex. cons. 80. col. 5. vol. 1. & hæc est magis communis opinio. Dec. cons. 78. & 328. Cur. in tract. feud. in secunda part. col. 25. Gozzad. cons. 86. nu. 24. Soc. iun. cons. 9. n. 12. vol. 3. Iul. Cla. in §. emphyteusis, q. 43. vers. sed quæro, vbi reprehendit Gra. contrarium attestantem, cons. 110. nu. 63. in fi.

31 Cui addo Rui. pluribus in locis, prout consilio 12. col. pen. & fin. & cons. 35. col. 14. vol. 1. & cons. 155. in fi. & cons. 161. col. fi. vol. 1. Ant. Gab. de iure emphyt. concl. 1. sub num. 13. In priuato vero vltra Soc. hæc est magis communis opinio. Roma. consilio 22. numero 5. Dec. cons. 228. post nu. 3. vers. 5. facit, lib. 3. Gra. cons. 86. post num. 7. lib. 1. Gozz. cons. 39. nu. 2. Barb. ic. in c. 1. col. 6. de locat. & in c. ex rescripto, col. 4. ver. vnum autem co. titul. Boer. Decis. 107. in fi. Curt. iun. cons. 47. nu. 7. vbi subdit, quod ita in practica obseruatur. Rip. de remed. præseruat peste, post. n. 260. Marsil. sing. 419. Apoll. I. ad Riminal. cons. 100. sub nu. 22. cons. 21. sub nu. 12. cons. 124. sub num. 18.

Ampliatur hęc octaua declaratio etiam in hęrede conductoris, cui etiam fit iniuria, si non refirmetur. Vinc. Franc. decis. 123.

Et si comparet hæres petens refirmationem, & extraneus offerat meliorem, conditionem præfertur extraneus, oblatis melioramentis. Ripa in l. 2. nu. 16 de priuileg. cred. & cessante causa primæ concessionis. Cur. de feu. in 2. p. q. 1. in fi. vbi hoc singularissimum appellat Rebuff. de alien. rerum Eccle. nu. 34. Rota nouissima 362. p. 1.

32 Declaratur nono, vt dispositio l. ne cui, non habeat locum, quando vnus dominus domus locandæ est exceptus, quia tunc nō licebit domino alteri locare per §. 1. Instit. de vsu, & habitat. & in l. si quis binas ædes, ff. de vsufru. & ibi Flor. & Ang. Afl. decis. 401. quia in hoc videtur electa industria personæ, l. inter artifices, ff. de solu. de qua superius in materia sublocandi, in verbo conductor.

33 Declaratur, decimo, quando vult locare domum alij, æque idoneo, quia eo casu potest, l. apud Iulianum §. si quis alicui, ff. de leg. 1. & ibi Bal. Felyn. in c. 1. col. 2. declarat. quinta de rescrip. & cons. 3. legi superius in materia sublocationis. Iacob. Nouel. reg. 85. limit. vlt. quæ magis cadit sub materia sublocationis, prout ibidem vidimus.

34 Declaratur vndecimo, si primus conductor velit pro se, & non pro alio. Franc. decis. 226. nu. 2.

QVAESTIO I.

Ad materiam, l. ne cui, C. loc.

Positis aliquibus declarationibus ad materiam *l. si cui C. loc.* quæro ad intellectum dictarum declarationum, puta, data conuentione inter locatorem & conductorem de refirmando, vel stante consuetudine, vel concurrente priuilegio, puta quod conductor sit scholaris, vel pauper, vel quod sit longissimi temporis locatio, cui locator refirmare teneatur: conductor petit a locatore refirmam ex causis supradictis. Respondet locator, & dicit. Nolo, sed volo retinere pro me, an sit audiendus.

1 Pro parte negatiua facit, quod in emphyteusi refirmanda scripsit Dec. *cons. 328. circa finem, & 131. col. 3. circa medium, sub nu. 3. vers. secundo non obst.* quod de facili supradictę limitatione, & similes redderentur elusoriæ, quia dominus statim dicet nolo locare, sed volo pro me, delusio autem vitanda est, *l. 1. §. pecuniam, ff. de calum. & c. si eimitas, de senten. ex comm. lib. 6.*

2 Et hanc Decij opinionem visus est tenere Rui. *cons. 151. nu. 20. & 155. in fin. vol. 1.* Claud. *in rub. qui feud. dar. poss. col. 13.* Deputaquens. *decis. 230. nu. 4. p. 1.* licet fortasse ibi incidenter loquatur.

3 Pro contraria parte facit tex. *in l. 1. ff. de priuile. creditor. Ad idem. l. Imperator, ff. de pact.* & ordinata caritas incipit se ipso, *vulgata l. præses, Cod. de seruitute, & aqua.*

4 Et faciunt quæ dicam ad materiam *l. æde, Cod. locat.* vbi pro vsu proprio licet dimittere colonum, vel conductorem.

5 Et hanc opinionem asserendo eam magis communem tenuit Rot. in vna Portugalensis prædijs coram Domino Capi fucco, die 14. Iunij 155 1. vt per Caputaquens. *decis. 303.* & in alia coram Domino Fabio, die 13. Ianuarij 1553. vt per Caputaquens. *decis. 104. parte 1.*

6 Quam Rotæ decisionem exornat, quia vltra in ea allegantes, hanc opinionem tenuit Ias. *cons. 24. colu. pen. vol. 2.* Roma. *cons. 22. nu. 5.* Anchar. *consil. 133. in 2. dubio.* Stafil. *de literis gratiæ, & iustitia, fol. 79.* Zas. *cons. 8. vol. 2.* Imo. *in c. pen. de loca. & in alleg. c. bone, reprobata opin.* Dec. Rot. Bononien. *decis. 19.* Misif. *in repert. a nu. 13. vsque ad num. 14.* Viu. *lib. 1. opin. 96. in fine,* vbi pariter de communi. Ant. Gabr. *de iure emphyteut. conclus. 1. n. 14.* Iul. Clar. *in §. emphyteusis, q. 43. in fin.* dicens hanc opinionem æquiorem. Eman. Soarez. *in suo thes. aur. litera E, nu. 123.*

7 Nec obstare videtur ratio Decij in contrarium allegata, quia quando postea videretur, quod re vera non retineret pro se, sed alij locaret, posset agi ad remissionem tanquam locatio sit facta in fraudem, ita Rip. *in d. l. 1. nu. 10. de priuileg. credit.* Gozzad. *cons. 39. sub nu. 21.*

8 Vnum non omittam in præsenti discursu quod licet hæc secunda opinio vera sit, tamen ratio habenda videtur partim per ecclesiasticas personas æquitatis, & discretionis amatores, nec in casu hoc claudere gremium redeundis: dato enim quod emphyteusis, conductio, & his similia sint finita per tempus præfixum, debet ne claudi aures in fundo per labores tot annorum meliorato? Si enim ille conductor laborauit, & laborando meliorauit, si cum melioramentis quia finitis finitur etiam conductio, quos fructus percipiet infœlix conductor? Vnde pateant aures discretionis, & misericordiæ.

QVÆSTIO II.

1 Quæro, in quo genere colonorum, seu conductorum procedat dispositio *l. ne cui, C. loc.* & vtique in colono temporaneo, qui singulis annis conduceret Rui. respondit *cons. 168. col. fin. num. 24. volum. 1.* vbi rationem diuersitatis reddit, quia conductor longi temporis habet ius in re, prout superius vidimus, merito ius habere videtur petendi renouationem, secus in conductore annali, in quo erit locus dispositioni *l. ne cui*, quæ ratio non videtur admodum solida, quia verum, est ꝙ conductor ad longum tempus habet ius in re durante tempore conductionis, sed non præsupponit ius renouationis finito iam tempore cõductionis, merito &c. tamen hanc eandem opinionem tenuit Roma. *cons. 22. col. penult. nu. 5.* hoc idem tenet Imo. *in c. 1. col. pen. sub numer. 11. vers. vlterius quæro. de loca.* vbi bene subdit, quod ex vrbanitate locator requisitus facere debet, non de rigore iuris subdens etiam, quod sit iniuria quædam veteri conductori, si præferatur ei nouus in pari oblatione, & debet insistere coram superiori, vt operetur, ne sibi talis iniuria inferatur, *ex doct. in l. 1. §. permittitur, ff. de aqua plu. arcenda.*

2 Cautela igitur est adire iudicem implorando eius officium, vt agat, & interponat partes suas cum locatore, & refirmet allegando in esse sibi argumentum cuiusdam iniuriæ, quam non inferunt, petit, & iudex omni conatu tali iniquitati consulere debet, credo tamen quod locator cogi non possit, quia Bartol. ab Imo. allegatus id dicere non videtur. idem etiam sentit Soc. iun. *cons. 50. col. 2. vol. 2.* Ant. Gabr. *de iure emphyt. concl. 1. nu. 4.*

3 Vidi tamen practicatum, quod si locator ceruicosus, & durus persistat in eius duritia, & pertinacia de expellendo primo conductore, quod sibi saltem detur tempus competens ad leuandum sarcinulas suas, & disgrombandum domum conductam habita ratione personæ domus, & rerum, quæ ibidem reperiri possunt, & cum præcedẽti opinione superius relata pertransire videtur Affl. *de iure Protomiseos, in princip. num. 2. in fin.* vbi hoc remittit in arbitrium domini locatoris.

QVEASTIO III.

Extat consuetudo in aliquo loco, prout in Ciuitate Neapolitana, quod si conceditur fundus ad pecuniam, debeat Dominus de mense Maij denuntiare, vel prohibere, quod non vult pro anno sequenti, dimittere dicitur fundum. Et similiter conductor debet infra mensem Maij Domino fundi se præsentare, & dicẽdo quod non vult pro anno sequenti dictum fundum, & illud assignabit in medio Mẽsis Augusti. Modo nec Dominus fundi nec conductor aliquid dixerunt, postea de Mense Augusti dicit dominus fundi ipsi colono, quod euacuet fundum, quia vult ipsum alteri locare, vel quod alteri locauit, dicit colonus, tu nihil mihi dixisti in tẽpore debito, ego volo pro anno sequenti

sequenti colere dictum fundum, & paratus sum pensionem soluere, prout præterito anno, vel prout alius dicit dominus, ego volo fundum meum, & nolo tibi locare, quæritur quid iuris.

1 Pro vna parte facit, quia dominus non tenetur relocare, si non vult, *l. ne cui, C. locat.*

2 Secundo facit, quia non restituens rem ante sententiam condemnatoriam, post sententiam condemnatoriam dicitur inuasor, tex. est in materia locati, & conducti, de qua agimus, *in l. si quis conductionis, & in leg. conductores, C. loc.* & dicam suo loco.

3 Pro contraria parte facit regula superius firmata, quod finita emphyteusi, dominus refirmare tenetur, & iniquum videtur, si pro pari cóductor nouus expellit veterem, & est iniuria, prout superius dixi.

4 Quæstio hæc fuit agitata in sacro Concilio Neapolitano, vt per Affl. *decis.* 237. vbi fuit resolutum, quod si dominus vult retinere pro se, pôt expellere, prout etiam superius vidimus, & ibi Afflict. loquitur in puris terminis locati & conducti, & materiæ huius *l. ne cui* sed si colonus anni præcedentis, & antiquus offert tátundem prout nouus, antiquior præfertur. Subdit postea Afflict. in fine, secus esse in inquilino, qui nouus expellit veterem offerendo solum modo tantundem, & sic consuetudo, statutum, vel pragmatica loquens in fundo præcise, non habet locum, nec extenditur ad prædia vrbana, & domos sitas in Ciuitatibus, & locis mutatis, & consequenter appellatione fundi simpliciter, venit prædium rusticum non Vrbanum.

Vnde posset querendo dici. Loco tibi fundum meũ quid comprehendatur? & iam dictum est. Pariter si dicatur, loco prędium, vel prædia mea, vel bona mea, quid in hoc comprehendatur.

QVÆSTIO IV.

1 QVæro, colonus, siue conductor desuit in aliquo, & est in aliqua culpa an sit locus, dispositione l. ne cui, vt possit conductor petere refirmam. Et omissa disputatione poterit locator alteri locare nedum simpliciter, sed ignorante, & non vocato, immo inuito, & reclamante primo conductore, ita tenet Rom. *cons.* 212. *in princ.* commendat *Iai. in l.* 2. *nu.* 21. *C. de iur. emphyt.* Dec. *cons.* 329. *col. pen. vers. non obst.* Rip. *in l.* 1. *nu.* 12. *ff. de priuileg. cred.* Rim. *cons.* 533. *nu.* 5. *vol.* 1. Ex quibus corollarie infertur vltiter ad duo.

2 Primum ampliatio *ad l. æde, & ibi not. C. lic.* vbi propter deteriorationem, pensionem non solutam, vel aliam similem culpam conductor expelli potest, quod ampliatur, vt locator non possit cogi ad refirmandũ eidem conductori, immo eo ignorante, inuito, & contradicente alij libere locare possit.

3 Secundum est limitatio, & intellectus ad *l.* 1. *§. permittitur, ff. de aqua quotidia. & æstiua*, vt non habeat locum, quando locatio, vel emphyteusis finita fit ex aliqua culpa, vel defectu conductoris. Grat. *cons.* 96. *col.* 3. *vol.* 2. Ruin. *cons.* 152. *col. fi. & cons.* 155. *col. fin. vol.* 1. Alex. *in l. si mihi, & Titio, col. fin. ff. de verb. oblig.* Corset. ad Abb. *in c. bonæ, il secundo, de postulat. prælato.* Curt. *de feud. par.* 2. *col.* 25. Felin. *cons.* 32. *col.* 6. commẽdat *Ias. in l.* 2. *nu.* 22. *C. de iure emphyt.* appellans hanc esse notabilem limitationem.

4 Tertium infertur declaratio *ad l. qui potest inuitis, ff. de reg. iur.* vltra Deci. Cagnol. Ferrat. & alios ibidem. Si enim quæratur, quando actus explicari poterit inuito, vel ignorante eo, qui aliquod interesse prætendit, responderi potest inter alia. Si ille prætendens interesse sit iure suo priuatus ex aliqua ipsius culpa, vel defectu, prout in locatore, vel emphyteuta, qui ceciderunt ex pensione non soluta, vel simili culpa.

QVAESTIO V.

QVæro vlterius dicit locator conductori, qui iam fundum melioraiut, & ad bonam culturam reduxit discedas: ecce tua melioramenta, nunquid audiri debet. Paul. Castrens. consuluit quod sic, refectus melioramentis, *cons.* 61. *lib.* 1.

Contrarium mihi in hoc verius videtur ex his, quæ not. Bar. *in l. quicunque, C. de omni agro desert. libr. vndecimo*, quod illi, qui cultura sua fecerunt fertiles agros iam pridem steriles, non possunt per Dominos a cultura amoueri, vel pensio augeri: nec doleant de diligenti cultura. Sequitur Curt. sen. *cons.* 73. *in fine.* Alciat. *respons.* 302. Natt. *cons.* 55. *in fin. lib.* 1. Menoc. *cons.* 36. *nu.* 12. *lib.* 1.

Durum sane mihi videtur ab hac opinione recedere, quid enim prosunt tot, tantique impensi labores, si fundo ad culturam redacto auferatur? Dices reficiuntur melioramenta, & sic in nullo damno esse videtur certe ex hoc non videtur plane satisfactum, quia ad hoc ille laborauit, & ad culturam reduxit, vt fruatur per aliquot annos, & fructus percipiat, prout æquum est, *vide de recusat. q.* 17.

QVÆSTIO VI.

1 NVnquid pendente vna locatione poterit fieri locatio eiusdem met rei alteri? Videbatur quod non, ne inferatur præiudicium primo locatori, cuius locatio pendet. Contrarium not. Cyn. *in d. l. ne cui*, dummodo conferatur in tempus finitæ locationis, *l. in tempus, ff. de hær. insti.* sentit Bero. *cons.* 106. *n.* 35. *vol.* 1. Burla. *cons.* 104. *nu.* 4. *vol.* 1.

QVÆSTIO VII.

QVæro prosequendo materiam, *l. ne cui*, an quis cogi possit ad locandum, & vltra scribentes *in a. 4. quæro, de nonnullis personis.* Et primo an Doctor Aduocatus cogi possit patrocinium præstare?

1 Et videbatur dicendum, quod non, quia inuitus nemo cogitur defendere, *l. inuitus, ff. de reg. iuris, l. inuitus, C. de Procurat. l. filiusfamilias, §. inuitus, ff. eodem de procur.*

2 Pro contraria parte facit *in l.* 1. *§. ait prætor. ff. de postuland.*

3 Secunda pro hac parte facit *l. prouideodum, §. si quis, C. de postuland.*

4 Et hæc opinio est verior in Aduocato solito exercere publice officium patroni, & Aduocati. Ita glos. *in dicto §. ait prætor*, in verbo habebunt, quam ibi Ang. in hoc reputat valde notabile, & menti tenendum, *in d. §. si quis inuitus.* Bal. Salic. & ibi *Ias. numer.* 2. *ad l. inuitus. Cod. de procurator.* Fel. *in c. ex litteris, in princi. de offic. deleg.* Amanel. de Clar. *aqui singular* 169. vbi

169. vbi hoc valde commendat, & sequitur, & hæc est communis opin. Felin. in c. si pro debilitate, col. fin. de offic. delega. Ripa de pest. capit. de remed. ad conseru. pest. numer. 89. Viu. lib. 2. opin. 8. Eman. in suo thesaur. litera A, num. 93. Rip. in l. fin. q. 9. nu. 33. C. de reuocan. donatio.

5 Ampliatur hæc conclusio, vt Doctor cogi possit consulere. glos. in l. secunda, in verbo consensum, vbi Bar. tol. eum summopere commendat, Cod. de proxi. sacr. scrin. lib. 12. per l. Sancimus. la prim. Cod. de adsess. di. uer. iud. vbi Sal. idem dicit Bart. in l. proxime, in princ. ff. de his, quæ in testa. delen. Butr. in c. si pro debilitate, de offic. deleg.

6 Ampliatur secundo, hæc conclusio idem esse in Procuratore solito in palatijs causas tractare, et exercere. Imo. in l. damni. la prima. §. si is, qui. ff. de dam. in. fect. Ias. ad l. inuita, C. de procur.

7 Subampliatur hoc multo magis procedere in Procuratore fiscali, vel Reipublicæ, siue Communitatis. ita Salic. ad l. inuitus, per l. his, qui ad ciuilia, C. de appell. l. si quis magistratus, & de mune. & hon.

8 Hinc sindicus vniuersitatis cogitur officium suscipere. Bal. in l. inuitus, ff. de procu.

9 Et passim practicando videntur fieri præcepta Aduocatis, & Procuratoribus, vt suscipiant patrocinium talis personæ, & a iudice cogantur.

10 Caute tamen procedendum est cum Doctoribus, & maxime Procuratoribus, qui quandoque si coguntur, faciunt acta bastarda, & ob id potius rogandi, quam cogendi. Bene verum est, quod datur in eis ficta recusatio, & cupiunt simulant, & dissimulant, cupiunt autem semper luna crescente, & decrescente.

Ampliatur tertio loco, hæc conclusio in Notario, qui compelli poterit instrumenta conficere. Bart. per illum textum, in l. munerum, §. iudicandi, ff. de mun. & hono. Bal. in rubr. C. de fid. instrum. col. 2. versic. sed dubitatur. Host. in Sum. de fid. instrum. vers. ex quibus, vbi valde commendat.

11 Declaratur hæc conclusio de Aduocato, Procuratore, vel Notario vno modo, vt dixi superius p. 2. in secundo gradu person. in fin. in quæst. locato ratione officij, & concl. 1. 2. & 3.

12 Declaratur secundo aliud esse in simplici Procuratore, soliti vero exercere per palatia eorum officia ex legitima causa, excusantur, quam probare tenentur. Bar. in allegata l. inuitus, & in l. humanitatis, Cod. de excusat. tut. Mlsinger. centur. 4. obseruat. 32. vbi dicit quod pœna est priuatio officij, & ita in Camera obseruatur.

13 Vnde colligitur ex hac secunda declaratione, quod aliud est simplex Procurator, aliud solitus in Palatijs causas tractare, & quomodo Procurator intelligatur solitus locare operas, ponam in fine huius quæstionis, & in tit. de solito, & consuetudine.

14 Pariter præfati scribentes dicunt ex causis excusari, tamen causas non exprimunt, neque specificant.

15 Vidi tamen apud multos iudices practicatum, quod ex causa inimicitiæ quis non cogitur patrocinari contra aliquem, ne videatur facere ad vltionem potius quam ad defendendum, & tractandum causas clientuli sui. Similiter ex causa magnæ amicitiæ cum aduersario, parit enim odium his nedum cum principalis, sed multo magis cum Aduocato, vel Procuratore immo sæpius reconciliantur principales remanente odio contra Aduocatum, vel Procuratorem, & hodie hoc iure vtimur. Pariter affinitas cum aduersario fuit quandoq. admissa pro causa legitima, ne quis patrocinetur proprio sanguini.

Vnde postea odia non parua nascuntur, & proueniunt. Interesse etiam excusat. Vnde si habeo interesse in facto rei, non debeo cogi patrocinari pro actore in mei præiudicium, nec econtra, vt tetigi in d. quæst. de locatione ratione officij. tangit Ioseph. de Ludou. concluf. 7. ampliat. 3.

16 Declaratur etiam secundo loco in Doctore, qui non potest alibi etiam cum iuramento se obligare ad legendum sine superioris auctoritate. Abb. in cap. veniens, col. 1. de iureiur. commendat Ias. dicens sepius in facto occurrere, in l. fin. ff qui satisd. cogan. n. 16.

17 Declaratur in notario, nisi habuerit officium anne xum, & illud per quinquennium exercuerit, quia ante illud tempus cogi poterit, non autem elapso, & finito quinquennio. Ita Angel. in l. 1. Luc. de Penn. & alij, C. de tabul. lib. 10. Socin. reg. 485. lim. 12. & 52. Roman. sing. 354. tu habes. Petr. Rauenn. notab. 443.

18 Subdeclara, & intellige de quinquennio continuo. & absoluto, vt dicit tex. in d. l. 1. Item de voluntate Notarij, non autem necessario. Tertio, quando officiū esset penitus diuersum, iuxta l. 1. C. de tabu. lib. 10. ex l. vniuersos, C. de decurion. lib. 11. ex l. situt, ne cleric. vel monach. Addit. ad Rom. singu. 354.

19 Declaratur secundo in Notario propter multitudinem negociorum, quia tunc cogi non potest instrumentum conficere. Bar. in l. 1. ff. de furt. aduers. nau. cau. stabul. nu. 3. 10. Andr. ad Spec. de fide instrumentor. Bal. in rubr. C. eod. tit. in l. qui testamento, in fine, ff. de testam. Roman. in l. 1. ff. solut. mat. vbi commendat, & est tex. de hoc in Auth. ad Tabellion. vers. sed neque quæstus quem ad hoc dixit notabilem, & peregrinum Amon. Tasar. de error. notar. c. 37. monens Notarios vt studeant omni adhibita diligentia, ne recusent conficere instrumenta rogati.

20 Et sicut multitudo conficiendorum instrumentorum, non cogit Notarium ad subijciendum se confectioni aliorum instrumentorum proportion abiliter, & importantia alicuius magni negotij, puta testamenti, diuisionis bonorum, transactionis inueteratæ litis quod præ manibus habeat, excusari debet, ne pro minimis, vel mediocrib. maiora iā inchoata, vel de proximo in procinctu inchoāda, retardetur, æquitas enim hoc summopere suadere, & excusare, videtur, & dēt.

21 Declaratur tertio loco in Notario, vt cogi possit conficere instrumentum licitum, secus a iure reprobatum, quo casu puniretur pœna falsi. Ioan. de Arno. problema 17. Roma. sing. 385. pone quod Laurent. de Rodulp. in tract. de vsur. q. 58. Alex. ad Bart. C. de im. munit. nemini conceden. lib. 11. in leg. si quis suiquum, §. si quis Proturator, col. 3. ti. quod quisque iur. Felin. in cap. si aduersus de hæretic. Cortet. in singul. suis, in verbo, falsum, Marti. in leg. si. t8. de parricid. & singul. 181. & 563. Guid. Pap. decis. 118. numero 2. & decis. 443. & hæc est communis opinio. August. ad Angel. in verbo, falsario, in fin. pract. Conradi. fol. 393. numero 10. Iul. Clar. in §. falsum, vers. addo, & illud exhibeee data competenti mercede Ioseph. de Ludouic. Rot. Luc. 49. numer. 24. Laudantur etiam Notarij dextro modo se abstinentes ab instrumentis, quæ rixam, & odium parere solent, prout quando donatur extraneo, amasiæ, & similibus

in

in præiudicium fratrum, & filiorum.

22 Declaratur quarto, nisi Notarius efficeretur clericus, Aduocatus, vel Decurio, *c. 1. de Simon. c. sicut, ne cleric. vel monach.* Bar. *in l. vniuersar, C. de decur. lib. 10.* Bal. *in l. ne patronis, C. de oper. liber.* vbi loquitur quã do aliquam dignitatem sit adeptus.

23 Et sic qualitas dignior, & maior superueniens offuscat minorem præexistentem, & tollit necessitatem coactionis illi annexam.

24 Et priuantur officio Notarii recusantes conficere instrumenta, quando sunt rogata. Roman. *singul. 263. per leg. prouidendum, C. de postuland.* facit *l. placuit, C. de col lat. fund. patrim. lib. 11.* idem Roman. *in l. 1. col. 4. ff. de arbit.* Alexan. *in l. 2. C. de tabu. lib. 11.* Socin. *reg. 435. fallent. 52.* Afflict. *in §. Potestas, colum. 4. quæ sint regalia.*

25 Et multo magis Aduocatus, Procurator, vel Notarius priuantur officio, si recusant ad fauorem alicuius pauperis etiam gratis operari. glos. Abb. Felin. & omnes, *in c. 1. de off. iudic.* Bald. *in l. si furiosi. Cod. de nup.* Ias. *in §. tripli, colum. pen. de act.* late Didac. Couar. *practic. quæst. cap. 6. num. 4.* posui latius superius, dum egi de salario Aduocati, Procuratoris, & Notarij, vbi videre placeat.

QVÆSTIO. VIII.

OCcurrit in facto Venetijs (si Mant. credimus *singul. 51.*) & passim euenire potest. Nunquid hospes, vel caupo cogi possit ad locandum, & certa mercede recipiendum aduenas, & peregrinos?

1 Primo videbatur dicendum, quod non, cum quilibet sit rei suæ moderator, & arbiter, *l. in re mandata, C. mandat.* etiam ad dissipandum, *l. sed, & si lege, §. consuluit, ff. de pet. hæred.*

2 Secundo, pro hac parte in terminis videtur text. *in l. 1. in princip. ff. nau. caup. stab.* ibi, in eorum arbitrio, ne quem recipiant.

3 Tertio, pro hac parte facit. Accidit tex. *in verbo, libere, in Authen omnes peregr. C. commun. de success.* & ibi gl. *in verbo, libere,* clarius exprimit.

4 Pro contraria parte facit textus, *in l. 1.* ibi, nec repellere potest iter agentes, ff. *de fur. aduers. naut. caup. stabu.* & sic in hac hospitis materia duo iura clara admodum pugnare videntur.

5 Hæc tamen secunda opinio verior videtur. Andr. *in c. 1. nu. 18. de pace iuram. firman.* Alex. *cons. 114. vol. 6.* Afin. *in leg. si quis sepulchrum, num. 22. de religiosis, & sumpt. fun.* pulchre Fulg. *in singul. littera C, nu. 43.* vbi limitat ex hoc denegando non teneri iniuriarum, quæ venit declaranda multis modis vtilibus.

6 Primo, vt procedat postquam posuit signũ tabernæ, & sic publice declarauit se talem, alias non.

7 Vnde antequam ponat signum, non cogitur hospitari. Ita hæc duo iura conciliare videtur. glos. *in d. l. in verbo, arbitrio, ff. nau. caupo. stabular. & in Authent. omnes peregrini, in verbo, libere.* Angel. *in d. l. 1. ff. fur. aduers. nau. caup. stabula. nu. 3.* Port. *in §. præterea, nu. 8. Instit. quibus modis re contrahitur obligatio.*

Cui addo Bar. *in l. Licitatio, in princip. ff. de Publ. in l. mariti, §. 1. ff. de adulter. in l. 1. §. cura carnis, ff. de off. præfect. vrb.* Autter. *ad Tholos. quæst. 446.* Marc. *decis. 540. num. 46. par. 1.*

8 Sed quid? sunt multi hospites, qui signa non ponũt, publice tamen in recipiendo profitentur, multos hospitantur; si enim signum in tabula positum hoc operatur, cur effectus idem, & multo fortius operari non debet? ibi dat solum signum, hic cum effectu recipit.

9 Declaratur secundo loco conclusio hospitis, nisi ex post facto noua causa superuenerit, quę attendi debet & hæc potest esse multiplex, puta si iam receptus in hospitium appareat homo suspectus, vel malæ conditionis, ita Ang. *in d. l. 1. §. 1.*

10 Declaratur tertio loco conclusio hospitis ex alia causa ex post facto superueniente, puta recepit hospes homines viles in hospitium, post superuenit Cardinalis Episcopus, magnus Doctor, & similis qualitatis homines, quo casu cedendum est, Ita Angel. *in citato loco,* cuius doctrinam in hoc valde commendat Cag. *in l. inuitus, ff. de reg. iur.*

11 Et per has tres declarationes conciliantur iura superius hincinde in contrarium allegata.

Et si cedendum est, si accedat homo summæ qualitatis, cur non idem dicendum est, si superueniat multitudo religiosorum virorum?

12 Et practicabilis est hæc materia, & nedum applicabilis ad hospitem, prout iura loquuntur, sed ad alios publice profitentes.

13 Vnde Portius, *in citato loco,* dicit in facto habuisse in fornario, qui publice erat professus coquere panẽ, idem in similibus dici potest.

14 Idem in nauta ponit Stracch. *de mercat. tit. de nauibus, par. 5. q. 3.* pariter dicendũ de illis, qui dant equos, (vt dicitur) ad vecturam, in mulionibus accedentibus ad vrbem qualibet hebdomada.

15 Declaratur quarto loco subsistente iusto impedimento, quod hospitium sit plenum, *l. facti. ff. nau. caup. stab.* Bart. *in l. munere, ff. de mun. & bon.* Sebast. Med. *de reg. iur. 1. num. 50.*

16 Quid dicemus in Medico, vel Chirurgico, qui non est publice conductus, sed per ciuitatem publice sub certa mercede curant infirmos, qui in ea sunt? non video ab aliquo tactum.

17 Conclusio Doctorum hæc esse videtur. Habens signum artis, vel exercens officium publicum, vtilitate, & autoritate cogitur illud exercere, *l. munerum, §. iudicandi, ff. de muner. & bon.* Dec. *in l. inuitus, nu. 7. ff. de reg. iur.* Burt. *cons. 68. nu. 30. lib. 1.* & hoc in discursu ad multa applicari poterit. Et ad meretricem, quæ habet signum artis quandoque exterius, & quandoque interius, Doctores hac materiam extendunt. Dec. *in d. l. inuitus, nu. 7.* arguendo ab hospite ad meretricem profitentem. Paris *de synd. §. adulterium, pag. 86.*

ADDITIO.

☞ *Et Procurator cogitur causatiuè ad exercendum officium, puta per priuationem, & Doctor cogitur etiam ad consulendum. Ias. de Commun. in l. 3. num. 12. 13. Cod. de procur. vbi in Doctore non ponit priuationem officij. Rom. singul. 259.*

Et prædicta vera etiam in Tabellione, qui ordinariè non exercet. Menoc. de arbitr. casu 369. in fine. & l. Præter. §. is etiam, ff. de edend. Sentire tamen videtur hoc ad vsu recessisse.

18 Sed antequam ad meretricis factum deueniã, duo non omittam circa hospitem pertinentia ad materiam

Digitized by Google

tiam locati, & conducti, de qua agimus.

19 Primum est, quod hospes aut iam solitus est hospitari, & tenetur actione directa *ex tit. ff. naut. caup. stab.* aut non est solitus hospitari, & semel recipiendo aliquem tenetur vtili actione *ex d. tit. l. 1. ff. nau. caup. stabul. & in Authen. omnes peregrini, C. com. de success.* Bar. *in l. mariti, §. 1. ff. de adult.* datur etiam actio mandati, & ex locato, & conducto iam contra hospitem, quam notarium, Dec. *in l. 1. nu. 23. C. de edendo.*

20 Secundum est, quod hospes recipiens a vicino ad hospitandum aliquos viatores, quos vicinus recipere non potuit, non tenetur de damno illato in eo hospitio, ad quod misit eos. Bal. *in l. certi, C. loc.*

21 Addo tertium, quod hospes hospitans etiam scienter bannitum non tenetur ad pœnam. Bartol. *in l. omnes, C. de agricol. & censit. lib. 11. & in leg. sæpe, §. idem quæsitum, de fideiussoribus tutorum.* Alexan. *in l. 1. ff. de receptator.*

22 Quid si excommunicatum hospitetur, qui est in via eundi ad Summum Pontificem pro absolutione? Archidiacon. *in Canon. quoniam multus, 11. quæst. 3.* vidi in facto casum de eo, qui percusserat clericum, & inciderat *in canon. si quis suadente diabolo*, qui non potest ex dicto textu, nisi a Pontifice absolui, qui accessit ad Vrbem pro benedictione, & erat hospes in hospitijs ordinarijs aliorum. Pariter vidi factum in multis, qui inciderant in excommunicationem ob conuersationem cum bannitis, cóuclabant ad vrbem pro absolutione.

23 Sed redeundo ad meretricem, an conclusio Decij vera sit, quod existens in lupanari cogatur petenti facere copiam sui, nec denegare possit, & erit,

QVAESTIO IX.

VLtra Dec. & allegata per eum pro eius opinione confirmanda facere videntur.

24 Primum *l. item apud Labeonem. §. si quis virgines, ff. de iniur.* vbi probari videtur meretrici non dari actionem iniuriarum aduersus eum, qui eam interpellauit causa libidinis explendæ, & ille textus admodum facere videtur ad materiam *l. si quis ignorans, ff. locat.* de quo superius dixi *in titul. de errore*, de offendente clericum non incedentem in habitu clericali, prout sæpe in facto occurrit.

25 Secundo itaque loco Deci. opinio confirmatur *ex l. verum, la seconda. & l. qui iniuria, ff. de furt.* quibus responsis constat non teneri actione furti eum, qui ostium domus meretricis causa libidinis explendæ fregit, etiam si furtum ex fractione ab alijs fuerit commissum.

26 Ex qua lege colligitur, quã benigni, & misericordes fuerint Antiqui Iurisconsulti cum iuuenibus, qui quandoque ardorem iuuentutis mitigare volétes, recurrunt ad ostium non virginum, non viduarum honestarum, non nuptarum, sed mitius agendo, meretricum, & in lupanaribus, & postribulis prostientium, quę quandoque sui copiam faciunt infamibus, cauponibus, arenarijs, & vilissimis hominibus, & si accedat iuuenis de bono genere natus reperit ostiũ clausum, frangatur igitur, & nedum excusabát antiqui illi patres a fractura ostij, sed quod plus est, & magis notabile, a furto cósequenter commisso, si meretrix recuset copiam sui, quia vult cótinere se ab hoc delicto, adiuuanda est, si meretrix est indifferens omnibus alijs, illo tali excepto, qui furore rapitur, excusabant antiqui l. C. etiam a quocunq; delicto incidenter cómisso.

27 Tertio itaque loco confirmanda videtur Dec. opinio *ex glos. in l. vnica, Cod. de rapto. virgin. & in §. item lex Iulia, Institu. de publ. delict.* quæ in specie annotauit raptum meretricis non puniri pęna ordinaria ra. ptus, confirmabat ibidem Hippolitus, *num. 19. & singul. 150.*

28 Pro contraria parte facit, quia non debet cogi meretrix mortale peccatum cum aliquo committere, & hanc opinionem dixerunt veriorem Purpur. & Alcia. *in l. rogasti, ff. si cert. peta.* Zas. *in summa Digesti veteris, in rub. si seruitus vendicetur.* & Andreas de Isern. *in constit. Neapol. rubrica 20. de violent. meretric. illatis,* qui ambo ausi sunt dicere, quod Antiqui Iurisc. defecerunt in hoc a recto tramite rationis respondentes de iure, prout in legibus superius allegatis ad Decian. opinionem confirmandam, & quod non debebant Antiqui illi iuris periti facere impunitam violentiam Meretricibus illatam causa libidinis explendæ.

29 Et hanc eandem opinionem contra Dec. latè defendit Didac. Couarru. *variar. resolut. lib. 3. c. 14. sub num. 2.* ponendo ante oculos, quod quis non debet cogi ad peccandum, imo summa ope. niti debet, ne peccet. Bonacoss. *in quæst. criminal. in verbo cognoscens, & in verbo, meretrix, in fine.* Addit. ad Matthesi. *notab. 100. in fine.*

30 Possunt tamen (ni fallor) Iurisconsulti defendi a morsu Afflict. & Isern. quia licet iniuria, & raptus ex iure Digestorum in meretrice sit impunibilis, hoc verum intellexerunt pœna ordinaria, secus extraordinaria arbitrio iudicis. Ita Bar. *in dicta l. verum.* Angel. *in l. nonnunquam plura, colum. fin. ff. de priua. delic.* Dec. *in cap. nam concupiscentiam, de constitut.* late Menoch. *de arb. iud. lib. 3. cas. 291.*

31 Illud ad prædictorum declarationem non omittã, quod ex vnico actu non dicitur hospes, mercator, & similis, sed assiduitas requiritur, & sic in hoc casu solitum in vnico actu non verificatur, nec sortitur effectum suum. Acc. & alij, *in l. 1. §. si mercis, ff. de tribut.* Bar. *in proæm. Digestor. num.* te. *in l. legatis. de leg. 3. in l. mariti, §. qui quæstum, ff. de adulte.* Bal. *in rubr. C. de constitu. pecu. q. fin. conf. 495. nu. 2. vol. 1.* Signorol. *in notab. casu, consil. 246.* Castr. *consil. 285. part. 1.* Corne. *in nota. casu, consil. 331. vol. 2.* Are. *in §. introduxit, num. 9. Institut. quod cum eo.* Alex. *in l. Imperator, num. 10. ff. ad Trebel.* Aret. *consil. 29. num. 14.* Felin. *in c. clerici, nu. 5. de indic.* latius in Proæm. Gregor. *col. pen.* Dec. *in c. 1. num. 29. de iud.* Alcia. *in l. mercis, in princip. ff. de verb. signific.* Bart. *de testibus, in verbo*, Cerdonem Pet. de Vbal. *de duobus fratribus, par. 5. num. 34.* Bonif. *de nobili. part. 3. num. 86.* Cæpol. *de adil. edict. l. 1. §. 1. num. 6.* Et hæc est communis opinio. Strach. *de mercatu. §. 1. num. 7.*

Addo bonum locum Tiraquel. *de pœnis caus. 51. num. 161.*

Addo prædictis id, quod latè tradidit Didac. *in regul. peccatum par. 2. §. 2. nu. 5.* in ioculatorem, & parasitum licite posse mercedem petere pro alapis, vel verberibus recipiendis, licet parasitus male faciat operas locando, & vir nobilis ita conducendo.

Et quod dictum est, quod non sufficit vnus actus. Sebast. Medic. *de reg. iur. par. 1. reg. 4. num. 76.* pulchre Vincen. Franc. *decis. 68.*

QVAE.

QVÆSTIO X.

QVid dicemus in conductore, vel colono rixoso? poterit ne dominus cogi ad refirmandum, dato quod concurrant alio requisita refirmationis consequendę, de quib. superius in declaration. bus diximus? Quid. n. si sit scholaris, sed rixosus? quid si pauper, & rixosus? quid si qui prius conductor erat, offert tantũdem, sed apparuit rixosus, poteritne petere refirmam? & quid magis præponderabit, esse rixosum, vel molestum, & concurrere alias qualitates ad refirmandu?

2 Et vtique nedũ facienda est refirma, immo, & ante tempus expelli poterit de re conducta, vel laboritio. Luc. de Pen. per illum textum *in l. 2. C. de location. præcipr. fiscal. lib. 10.* facit text. *in l. fin. C. de agrico. & mandiod ominorum, lib. 10. & no. in l. non aliter, ff. de vsu. & habit.* de quibus superius, *in verbo. conductor.*

3 Et scholaris, vel Doctor rixosus potest cogi mutare hospitium Comens. *ad l. quod iussit, ff. de re indic.* Herculan. *de caute. de non offendendo, c. 11. nu. 5.*

Addo bene in hoc loquentem Panor. *in c. inter dilectos, de fide instr.* quem commendat Summa Ang. *in verb. locatio, nu. 8. in fi.* vbi intelligit, quando insolentia aliter refrenari non potest *per l. si conuenerit, in fin. ff. pro soc. & 5. q. 4. in loco.*

4 Ampliatur hæc conclusio, idem esse si locator, vel dominus sit rixosus; nam cogi nõ poterit conductor, vel colonus ad permanendum. Bar. *in d. l. si conuenerit, in fine.* Riminal. *Instit. quibus alienare licet, vel non, in princ.* Ambros. de Opill. *in repetit. l. filiusfamilias, §. diui, nu. 107. ff. de leg. 1.* Fabia. de loc. *in repetit.* Auth. *nouissima, C. de inoffic. testam.* Crauet. *cons. 168. in fi.* Bero. *cons. 22. num. 37. vol. 2.* & hæc est communis opinio. Capr. *reg. 109. nu. 17.* Iac. Menoc. *de arbit. indic. centu. 2. cas. 171. num. 36.* Octau. Simon. *de decret. lib. 2. tit. 4. inspec. 1.* Nec mirum leges enim amant pacificum vitę statum, odio habentes molestos, & rixosos homines. Vnde socius rixosus damnatur, *l. si conuenerit, in fin. ff. pro soc.* nec ecclesia cogitur cum eo stare communione. Rodoan. *de reb. eccl. fol. 40. num. 5.* et textu *in d. l. si conuenerit,* quod satis prouocat ad diuisionem, qui molestus est.

Maritus, & vxor rixosi damnantur. Io. Lup. *in rub. de donation. inter virum, & vxorem, §. 25. nu. 4.* quid peius muliere in domo rixosa?

Procurator, vel notarius rixosus valde odiosus est gl. & Bar. *in l. 2. ff. qui satisd. cogan.* Nat. *cons. 143. nu. 10.* late Viui. *lib. 2. opin. 112. par. 2.* facit gl. *in l. eum quem temere, ff. de indic.*

Fideiussor cauilosus, & rixosus reprobatur. Fir. *in verb. fideiussor idoneus.*

Homo rixossus, & difficilis exactionis reprobatur; Pet. de Vbal. *in tract. de duobus fratribus, p. 8. q. 38.*

Nec in eo habet locum excussio nec dispositio Authen. *hoc si debitor, C. de pign.* Soc. *reg. 134. limit. 10.* Ias. Deci. & alij, *in l. fin. ff. si cert. pet.* Angel. & Alexan. *in l. decem, ff. de verbor. oblig.* Martil. *de fideiuss. colum. 3.* Anin. Gabr. *de fideiuss. conclus. 1. numero 68.* rixosique homines varijs remedijs cohibentur. Hercula. *de caute. de non offenden. c. 22. nu. 6.* Ias. *in §. item si quis nu. 68. de act.* vbi late de Notario, Procuratore, debitore, & similibus.

Late Riminal. *ad titul. quibus alien. licet vel non in principio.* Amb. de Opizzo, *ad §. diui. numer. 107.* Fabian. de Giocch. *in repetit. Authentic. nouissima, in fine, Cod. de inoff. testament.* Bart. Bologni. *in repetit. Authent. habita, nu. 385. C. ne pro fil. propatr.* Bero. *cons. 22. nu. 27. vol. 2.* late alios cumulans Simoncell. *de decret. lib. 2. tit. 4. inspect. 1. cas. 1.* vbi tantundem concludit, quod mali mores, & natura, est iusta causa diuisionis, cum minore Ecclesia, & omnibus, & quis sit rixosus, pendet a Iudicis arbitrio. Menoch. *de arbitr. iudi. cas. 871. nu. 36. versi. 3. insta.*)

Certe ad propositum institutum redeundo, compatiendum est ex vtraque parte, reperiuntur enim domini adeo molesti, & incontentabiles, vt infęlices coloni nesciant amplius quid agant. Pariter econtra, & quando molestia in colono fuit proficua; non enim patitur vicinos deprædari suam conditionem, & quandoque timẽt molestiam illius, & fortasse ex hoc, inferri posset ad materiam *l. ade, C. loc.* vt colonus sic male viens re conducta possit expelli, quid si colonus sit rixosus, nonne male vtitur? late in materia rixosi. Rip. *in l. 1. nu. 136. ff. sol. mat.* Zoannet. *ad l. 2. nu. 50. C. de pact. inter empt. & vendi.*

ADDITIO.

☞ *Ias. ad l. 1. nu. 23. ff. solut. matr.*

QVAESTIO XI.

PRosequendo vlterius materiam *l. nemo, C. loc.* quæro vnu, quod superius in facto occurrit. Præfacti annonæ alicuius Ciuitatis tempore caristiæ memorabilis anni 1586. emerunt quantitatem frumenti, & olei extra territorium suum, modo volunt pro publica vtilitate, & pauperem succursu asportari ad Ciuitatem, poterunt ne cogere habentes animalia ad asportandum soluta competenti mercede.

Pariter dici potest Reficiuntur viæ publicæ, rustici ad laborandum vocantur, poteruntne cogi ad veniendum soluta competenti mercede? & sic de similibus percurri potest.

1 Pro parte affirmatiua facere videtur *l. nemo. C. loc.* vbi facultas locandi libera est, & nemo cogi potest ad locandum, & contractus ab initio sunt voluntatis, ex post facto necessitatis, *l. in commodato, §. sicut, ff. com. l. sicut, C. de act. & oblig.*

2 Secundo post hac parte facere videtur, quia id, quod nostrum est, sine facto nostro ad alium transferri non potest, *l. id quod, ff. de reg. iur.*

3 Pro contraria parte facit, quia Ciuitas potest facere statutum vniuersale in preiudicium priuati, *l. venditor, §. si constat, ff. de priuileg. cred. l. Antiochensium secundum vnam lect. ff. eo. tit.*

4 Conclusio igitur est, quod Ciuitas, vel Princeps vel officialis potest prædicta facere duobus concurrentibus. s. causa, & soluta competenti mercede. Roma. *cons. 310.* Bart. *in l. iubemus nullam, circa principium, C. de sacros. eccl.* Alex. *cons. 190. colu. 3. volumn. 2.* Bar. & Bal. *in l. fin. §. fin. ff. de pignorat. act.* Rum. *cons. 105. column. fin. vol. 5.* late Ias. *in l. Barbarius, colu. 6. & 7. ff. de offic. prætor.* Anton. Gab. *de iure quæsito non tollend. conclus. 2. n. 7. 8. & 9.* vbi ponit exemplum in rustico, cui fuit ablatus Asellus pro conducendo condemnatum ad furcas.

Addo Dec. *in l. id quod nostrum, nu. 3. de reg. iur. Canonistæ, in c. quæ in Ecclesiarum, de constitut.* vbi Felyn.
1 *nu. 3.* dicit hanc esse communem opinionem. Eman. Soarez. *in suo thesaur. litera P. nu. 258.* Iul. Clar. *in §. fin. q. 36.*

5 Et ex prædictis (ni fallor) inferri posset ad vnum, si aliqua Communitas obtinuerit a Principe, vt celebrentur nundinæ tali tempore, quod ciues poterunt cogi ad locandum apothecas mercatoribus confluentibus ad nundinas ex causa publicæ vtilitatis, prout Ciues coguntur ad vendendum granum tempore caristiæ pro iusta mercede, & pensione. Pariter dici potest, si Communitas conduxit Medicum cum promissione domus, quod quis cogi poterit ad locandum talem domum.

6 Similiter in transmittendis Oratoribus ad Principem, & pro similibus negotiis cogi poterit quis ad locandum equos ad vecturam, maxime si est solitus, vt dictum est superius.

QVÆSTIO XII.

QVæro vtiliter. Fuit alias in facto interrogatus Alberic. de Rosat. in hac facti contingentia. Quidam iuuenis, cupidus artem discendi, locauit operas suas cuidam artifici, cum quo conuenit stare triennium, puta: Faber, qui eum conduxit, moritur intra tempus conuentum, poteritne cogi ad prosequendum?

1 Pro parte negatiua facit *l. nemo C. locat.* quia nemo cogitur ad retentionem locationis iam factæ, si igitur iste famulus locauit operas suas fabro tunc viuenti, non debet cogi cum diuersa persona, de qua si cogitasset, forsan non se locasset.

2 Secundo pro hac parte facere videtur *l. inter artifices ff. de solut.* de qua superius vidimus.

Tertio facit *l. statu liber, §. fi. ff. de statu liber. l. fideicommissa, §. fi. ff. de leg. 3.*

3 Pro contraria parte facit *in l. si quis rem, §. final. ff. de pollicit.*

Secundo facit *l. iurisgentium, §. pactorum, ff. de pact.*

4 Tertio facit *l. veteris, Codic. de contr. & commit. stip.*
5 Communis resolutio hæc est. Aut hæredes sunt eiusdem peritiæ, & exercitij, aut non. Primo casu tenetur prosequi cum eis. Secundo casu non, argu. *l. nemo, ff. de duobus reis, in l. vnic. §. ne autem, C. de cadu. toll.* Alber. dicens communem opinionem *ad l. inter artifices ff. de solu.* Io. de Amic. *cons. 100.* per textum *in l. ita stipulatus, §. Chrisogonus, ff. de verb. oblig.* dicens ita in conscientia iudicandum.

Et ita possunt conciliari contraria.

QVÆSTIO XIII.

QVæro vlterius. Locaui Sempronio fundum, vel domum, vel quid simile ad longum tempus, & sic habet vtile dominium (vt superius dictum est de locatione ad longum tempus) modo volo vendere dominium directum, est ne præferendus conductor alijs?

1 Videbatur quod non ex prædictis, & hanc opinionem negatiuam tenuit Andr. Ifern. *in c. imperialem, col. 2. vers. nec dominus de prohib. feud. alien. per Feder.* secundum quam testatur pluries iudicatum in regno, Vincent. de Anna, *singul. 150.*

2 Contrarium tenet Specular. *in tit. de emphyteusi, §. nunc aliqua, num. 94. vsque ad nu. 110.* Boer. *decis. 107.* Barbac. *in c. potuit, num. 9. de locat.* Et secundum hanc fuit etiam pluries iudicatum, vt testatur Vincen. de Anna, *d. singular. 150.*

QVÆSTIO XIV.

QVæro sequendo Cin. *ad l. ne cui*, numquid pensio taxari potest per Gubernatorem loci Præfectum, vel Episcopum, multi enim petunt studiose immoderatas, & excessiuas pēsiones, & sicut dominus ex dispositione *l. ne cui* est in libertate circa pensionē.

1 Pro parte negatiua quod taxari non possit, facit *l. nullus, C. de iudic.*

2 Contrarium tenet Cin. *in dicto loco*, quia curat carnis pertinet ad Præfectum, *l. 1. cura carnis ff. de offi. præsid.* & Episcopus est loco præfecti, *l. munerum, §. fi. ff. de muner. & honor.* & appellatione victus venit habitatio, *l. verbo victus ff. de verb. signif. & not. in l. 1. C. de Episcopali audient.*

Taxari igitur poterunt pensiones per officiales locorum.

3 Vltimo loco circa materiam *l. ne cui, C. locat.* dico quod si extat statutum in loco, quod dominus non possit locare alteri apothecam, donec primus conductor voluerit in conductione remanente, & soluere congruam pensionem hoc est, contra ius commune, & strictissime interpretandum, vt per Ang. *in d. l. ne cui.*

QVÆSTIO I.

Ad l. inuitus. C. loc.

1 SEd quid econtra, cogetur ne conductor reconducere? & faciunt rationes superius pro locatore allegatæ. Veritas est, quod non, *l. inuitos, C. loc.* vbi Bal. dixit, quod Potestates nostri temporis non coguntur in suo officio remanere.

2 Declaratur notabiliter hæc regula, nisi colonus debilitasset agrum ex nimia perceptione fructuum, gl. *in l. si cum Hermes, C. loc.* Bar. *in l. cotem, §. 1. nu. 2. ff. de Publican.*

3 Et est vtilis declaratio, quia vides infinitos colonos in vltimo anno male se gerere, & nollent, quod in prædio emanerent minimæ festucæ, & sub torculari iniquitatis, & iniustitiæ premunt, & nihil boni remanere vellent.

Quæ declaratio facit ad statutum Tudertinum de fructibus vltimi anni.

4 Declaratur secundo in conductoribus gabellarum alio non offerente tantundem, Bart. *in l. cotem, §. qui maximos, ff. de Publican.* Bald. *in l. 1. Cod. de hæredi. vel actio. vendit.* commendat Anton. Burgos. *in c. vt mensuræ, numer. 25. de empt. & vend.* & intelligitur facta reconductio iuxta *l. item quæritur, §. qui impleto, ff. loc.* vbi Bart. *nu. 6.* quod procedit, vt etiam licitatio primi anni censeatur repetita, Signo. *consil. 22. nu. 6. & 7.* solemnitate præscripta, Menoch. *de præsump. lib. 3. præsump. 85. nu. 14.*

Amplia,

Ampliatur hæc declaratio, vt procedat hodie in quolibet conductore rei priuatæ Castrens. hoc valde commendans *in l.si merces,§.vis maior,ff.loc.*

5 Subdeclaratur, si ille fuit lucratus ex illa locatione. Iaf.ad Port. *Institut. quibus alien. licet, vel non, in princip. littera C.* & vide Borgnin. *decis.46.num.332.* vbi Rustici melius laborant bona propria, quam conducta, in quibus habent tãtum partem. Alex.ad Bar. *in l.cotem,§ qui maximos,littera B.ff.de Public.*

QVÆSTIO II.

QVid dicemus? colonus vult discedere a laboritio, & vult vendere suam partem fructuum, vel fortasse messes, eritne locus dispositioni *l. inuitus. C.locat.* vt possit cogi vendere potius domino quam alij?

1 Faciunt dubitationẽ superius adducta, q̃ quilibet est moderator rei suæ etiam ad id dissipandum. Si igitur volo proijcere, vel alij dare pro pretio, quod mihi placuerit, quid ad te? si volo dissipare, quid ad te?

2 Contrarium in hoc est verius. Bart.*in l.1.num.3. de metallar.lib.11.* com nendat Roman.*in l.1.ff.sol.matrim.* Petr.Rauenn. *singular.104.* Marsil.*100. in fine*, & pondera Doctores, qui id intelligũt pro iusto pretio, & non arbitrio venditoris, prout multi dicerent, postquam enim inuitus cogor videre cui forrasse nollo, cur non releuor de hoc, vt pretium sit mihi arbitrarium? certe iniquitas esset, nonne durum videretur, vt in fundum meum ingrederetur extraneus, & daret occasionem alicui malo?

3 Idem tenet, & commendat Rom.*consil.22.& consil.80.* Calcan. hoc valde commendans *consil.8.num.35.* Ruin.*consil.156.nu.6.volum.1.* Neapol.*in consuetud.si quis emit,in verbo,fructus,de iur.congr. argum. l.si cum dotem,§.fin.ff.sol. matr. Ias. in l.3. C.de iur.emphyteut. in l.fin. C.de pact.* Coral. hoc cõmendans *lib.2.*Miscellan.*c.9.in fine.*Boer.*decis.117.* Rimin.iun.*consil.511. num.7. vol.5.*Emil.*consil.85. num.2.* Borgnin.*decis.30. num.97.par.2.* Etiam si alius plus offerat. Fusi.*in verbo emphyteuta nu.11.* commendat Luc.de Penn.*in d.leg. vnic.circa medium.* late Tiraq. *de retract. §1.glos.18. nu.2.* licet in retractatu aliter teneat. Ruin.hoc valde commendans, *consil.161. in fine, volum.1.* & hæc est æquior opinio. Mantu.*de iur. protomis. nu.57. in fine.* Boer.*decis.107.nu.2.decis.Perusin.24.num.27.* pulchra Additio ad Alex.*in l.1.C.de dol.* Soc.*regul.43.* vendere, percurrendo multas fallatias.

4 Vidi in facto earũ. Erant in Ciuitate Tuderti vno anno duæ co.ductiones gabellarum in asportatione musti. Vna communitatis, alia gabellarum cameræ. Vnus conduxit a camera. idem volebat a communitate, & fuit per prædicta decisum, quod sic.

5 Et sic in contractu locat onis, & conductionis animosa licitatio reijcitur in præiudicium tertij, & vidimus superius de locatione per tram. facit *l.ad officium. C.commun.diuidund.*

6 Declaratur principalis cõclusio, vt procedat, quod colonus possit vendere ius percipiendi fructus post pensionem solutam, non ante, quia debent in fundo remanere pro pensione, pro qua sunt obligati. Bart. *in l.si seruus.§.locauit, in fine, ff.de furt.*

7 Quæ conclusio bar. procedit in venditione prout loquitur, sed non in quolibet contractu. Ruin. in locietate loquens.*consil.116.num.5.volum.1.*

8 Sed dicamus Bart. conclusionem procedere in cõductore, qui certum pensionem respondit: sed quid dicemus in partiario, qui ad medium colit. vult vendere portionem se tangentem, nec in rata domini præiudicare?

QVÆSTIO III.

SOlent quandoque fieri instrumenta cum famulis, & pedisequis, & iurant seruire pro tãto tempore, nunquid iuramentum coget præcise?

1 Videbatur dicendum, quod iuramentum sequatur naturam actus, super quo interponitur, *l.fin. de consti. tut. pecun.*

2 Contrarium tenuit Alberic. per illum textum *in l. si quis pro eo,ff.de fideiussor.* quod declaratur esse verũ in iuramento sponte, & libere præstito, alias secus. Gall.*consil.14. num.10.* Bonacoss.*de famul.quæst.81. & 227. & 178.* Sed fiunt talia instrumenta, tamen hinc inde discordiæ, erit enim famulus, conqueritur de domino, aut econtra, & hoc prouenit, vel quia male se gerit dominus, vel famulus, vel ex meliori conditione reperta, vel simili.

3 Et compatiendum est quãdoque ipsis dominis: erit enim tempus caristiæ, vel similis calamitatis. Famulus reperiet plus quam ille det, qui promittunt quid non? & in principio seruitutis, & famulatus quid nõ faciunt, obsequiosi, fideles, & ocij inimici, postea fortuna mutatur in meliorem statum, quid non cogitãt, vt a dominis discedant? & conqueruntur tanquam famuli Turcarum, & multi officiales exaudiunt de facto fictitias de ipsorum quærimonijs.

QVÆSTIO IV.

PVlchra, & vtilis est quæstio, quam vidi sæpius in facto occurrere, cum voluntas hominum natura ipsa sæpius in deterius mutetur. Conduxi Medicum, vel similem, & sic semel approbaui, potero ne pendente termino reprobare? & hanc quæstionem dicit Alberic. in facto habuisse in Romana Curia inferius allegandus.

1 Pro parte negatiua facit vulgaris regula, *quod semel placuit, lib 6.*

2 Pro contraria parte facit textus in terminis in Medico loquens *in l. vt gradatim. §. sed & reprobari ff.de muner. & honor.*

3 Secundo pro hac parte facit *l.2. Cod.de professor. & Medic.lib.12.*

4 Et hæc est verior opinio, legitima tamen causa subsistente. Alberi.*in l.Pomponius scribit,num. 16.ff.de negoc. gest.* inferens idem esse in medico spirituali, & sacerdote ad alios etiam ordines admisso, & in facto habuisse in Romana Curia, & obtinuisse. Pulchre Oldrad.*consil.18.* qui pariter infert ad Medicum spiritualem, vbi vertitur periculum non corporis, sed animarum, & sic cautius agendum. Commẽdat & sequitur Abb. *in capitulo de illis, de desponsat. impuber.* dicens in Medico corporali procedere ratione sanitatis in sacerdote, & Medico spirituali ratione animarum. Felin. *in capitulo cum venerabilis, in fine, de except.* Boit. *de authorit. sinod. numero 83. in 2. vol.tract.* secundum priorem impressionem. Franc.Marc. *decis.*

Delphinal,650. *part*. 1. Firmian. *in verbo, approbatus*. Non igitur confidant isti Medici tam corporales, quã spirituales dicendo, ego sum securus pro tanto tempore habeo litteras patentes, quia ex causa reprobari poterunt, & Curatis datur coadiutor ex sacro Concilio Tridentino.

Ex quibus corollarie infertur intellectus *ad regul. quod semel placuit, lib. 6*.

5 Prima declaratio est, vt non procedat ex causis postea emergentibus, vt si alicuius prius celati vitij pandatur improbitas. Ita Dyn. *in dicta regul. quod semel numero duodecimo, per capitulum nulli licere, de election. lib. 6. leg. ferui electione, l. huiusmodi, §. Stichum, ff. de legat. 2*.

6 Communitas igitur aliqua si Medicum (prout moris est) ab aliquo approbatum pro biennio conduxit, directo aliquo latente defectu, repellere potest. Dices, debebas inuestigare *l. qui cum alio. ff. de regul. iur.* certe multa latentia, maxime in forensibus non penetrantur.

ADDITIO.

☞ *Et est speciale in Medico propter hominum sanitatem l. vt gradatim §. sed vt reprobari ff. de muner. & honor. & variatio ad publicam vtilitatem pertinere l. quod semel de decret. ab ord. facien. idem in Grammaticis l. grammaticos. C. de profess. & medic. lib. 10. & ita tenet Ioan. Monac. ad d. c. nulli, num. 3.*

7 Secundo loco vltra Dyn. regul. procedit in consequentibus, vel annexis ad primum, in quo quis est approbatus, alias non, ita Oldrad. & Alber. vt supra *per l. 1. §. si duo. ff. quorum legat.*

8 Tertio vltra Dyn. & alios, regula non procedit in re, quæ ex tempore mutatur. Vnde reprobatus semel ex ignorãtia, ex superueniente sciẽtia poterit approbari, secus in reprobato ex aliquo delicto. Capic. *decis. 121. nu. 17.* Vincent. Anna. pulchrè in Doctore loquens *allegat. 123.* attestans ita iudicatum *per l. spadonem, §. qui absolutus, ff. de execu. tut. l. cura, §. deficiendum, ff. de muner. & honor. l. sed & reprobari.* vbi Nicol. de Neapol. ff. *de excus. tutor l. 1. C. de atlet. lib. 11. l. iudices,* vbi de reprobato ex delicto, *C. de dignit. & in l. aliquid, C. de suscept. lib. 12.* Id autem, quod de reprobato ex delicto simpliciter dicit Vincent. allegatione prædicta, non ita simpliciter admitterem, sed iuxta ea, quæ ponit Aleiat. *reg. 2. præsumpt. 7.*

9 Quarto declara vltra Dyn. vt Sacerdos curatus quoad litteraturam, ac scientiam semel ad beneficiũ admissus, vel approbatus, nõ est amplius ad aliud beneficium simile obtinendum, examinandus. Sed bene quoad vitam, ac mores, quæ quotidie mutãtur, etiam si per Breue, esset alicui prouisum, cũ clausula, si per diligentem examinationem idoneum reperieris, super quo conscientiam tuam oneramus, quia sufficit quod sit semel examinatus. Can. de Petro, *distinct. 47.* vbi gl. *in verbo ignota*. Abb. *in Clem. Roman. num. 9. de iureiur.* Bertac. *de episcop. in 3. par. 2. par. lib. 3 q 7.* Rebuff. *in pract. Bertac. tit. de cleric. ad sacr. ord. male prom. glos. 4. num. 11.*

Nisi secundum beneficium requireret maiorẽ litteraturam, vel curam, *cap. licet, de offic. legat.* Abb. *in cap. accepimus, num. 6. de ætat. & qualit.* Oldrad. *consil.* 215. *sub nu. 7.* Felin. *in c. fin.* vbi Abb. *nu. 13. de præsump.* Rot. *decis. 18. alias 443. in nou.* Borgnin. *decis. 29. num. 10. par. 1.*

Quod facit ad istos concursus qui ex forma Concilij fiunt ad beneficia Curata, quæ sępe sępius palliantur fauoribus, Deus scit.

Et de auditoribus Rotæ, an reprobari possint. Mantua, *cap. 3. num. 7.*

Et ad prædicta facit illa decisio, an datum aduocato præsumatur pro eius patrocinio, vt detecta ignorantia, & insufficientia, vel morte repeti possit, & vtique Bartol. concludit, quod sic. *ad leg. cum quid, in vltima quæstione, numero 18.* vbi Dec. *in prima lectura, numero 30. ff. si certum petatur.* Bald. *in leg. sed & reprobari, ff. de excusat. tut.* Abb. *in cap. 1. in fine, de magistr. in cap. de illis, de condit. apposit.* Roman. *consil. 417. colum. 1.*

Limita, quando alio modo appareret, vel colligi posset causa, aliàs repetere non posset, & sibi imputet credendo habilem, vel peritum. Ioan. Andr. *in capitulo final. de ætat. & qualitat.* Ias. ponens hoc pro constanti, *in d. leg. cum quid, in prima lectura, numero 31.*

Limita secundo, nisi ille, cui datum est, sit consanguineus dantis, quia donatum præsumitur. Bartol. *in d. l. cum quid.* Pro quo bonus textus *in l. tutor. §. quæ tutoribus, ff. de excus. tut.*

De renouatione locationis.

PRincipalis est in hac locati, & conducti materia tacita reconductio, & ob id ea, quæ potero diligentia, per aliquas vtiles quæstiones examinabo, appellaturque locatio ad iustum a sacro Rotæ Auditorio, vt per Pute *decis. 180. num. 6. lib. 1.*

QVÆSTIO I.

Ad §. qui impleto, ff. locat.
De personis.

PRocedam in tractatu huius materiæ distinguendo in tres partes. In prima enim ponam de personis, in quibus dispositio huius famosi §. *procedat*. In secunda agam de contractibus, ad quos suas vires extendat eius dispositio. In tertia tractabo de rebus, qualitatibus, vel circunstantijs, quæ intelligantur repetitæ, vel non repetitæ.

1 Venio igitur ad personam, primum membrum huius materiæ.

Et primo quæro, an dispositio *§. qui impleto*, procedat, & vendicet sibi locum in Medico. Posui superius *par. 2. tit. de Medico, q. 6.*

QVÆSTIO II.

1 QVæro secundo loco, an dispositio *§. qui impleto*, procedat, & habeat locum in publico officiali pro certo tempore cõducto. tetigi superius in præcedentibus *de libertate locandi, q. 1. ad l. inuitos, C. locat.* ex mente Bal. *ad d. l. inuitos.* Bar. *in d. §. qui impleto, num. 9.* & Castren. *in fine*.

QVAE.

Digitized by Google

QVAESTIO III.

1 QVæro tertio loco, an dispositio §. *qui impleto*, procedat in fideiussore. ponam in tertia parte.

ADDITIO.

☞ *Barbat. in cap. literas Col. 16. de præscrip.*

QVÆSTIO IV.

QVarto loco quæro, an dispositio §. *qui impleto*, procedat, & habeat locum in famulo, mulione, & similibus personis.

1 Et videbatur dicendum quod nõ, cum præcise procerto limitato tempore sint conducti.

2 Contrarium consuluit Socin. *cons. 196. versic. tertio ista opinio, vol. 2.* vbi dicit agendum tamen actione negociorum gestorum.

3 Vidi tamen in facto casum. Conduxi mulionem pro duobus mensibus inchoãdis in principio Ianuarij, stetit per totum mensem Ianuarij, & Februarij, & per duos dies Martij, an censeatur facta reconductio, ex quo Februarius habeat dies viginti octo tantum?

QVAESTIO V.

QVid in Prælato? pone quod prælatus receperit pensionem pro locatione facta per suum antecessorem, censeturne ratificare, continuare, vel renouare?

1 Videbatur quod sic, per ea, quæ superius diximus parte secunda, titulo, de emphyteuta, qui simpliciter recipiendo pensionem consentire videtur remissioni caducitatis, & quod conductor perseueret in sua locatione.

2 Contrarium est verius, quia non censetur ratificare, vel continuare, nisi pro tempore, quo pensionem soluit, & non vltra. Mils in verbo, Prælatus. commẽdat Bursat. *cons. 23. nu. 17. vol. 1.*

3 Priorem tamen opinionem, quod inducatur tacita relocatio, tenet Bar. *in d. §. qui impleto, nu. 6. in fine.* ponendo regulam generalem in hoc, in quolibet administratore tam ecclesiæ, vt Prælato, tam Reipublicæ, vt administratore Ciuitatis, quam priuati, vt tutore curatore, & similibus, Salic. *in l. legem, C. locat.* Barba. *cons. 14. nu. 19. libr. 2.* Menoch. *de præsumpt. libr. 3. præsumpt. 85. nu. 14. in fine*, Vnde possent ex prædictis distinguendo colligi duos casus principales.

4 Primus est in locatione facta ab ipsomet Prælato, Tutore, vel alio administratore, & intelligitur tacita relocatio, & consequenter reconductio, & ita loquitur Bar. *in citato iam loco, nu. 6. in fine.*

5 Vnde si Prælatus, Antianus, Sindicus Ciuitatis, Tutor, vel Curator, & alij administratores locant fundum Rusticum per annum, puta tacendo per lapsum temporis inducitur cum eis nomine eorum, pro quibus administrant, & negocia gerunt, tacita relocatio, & reconductio.

6 Secundus casus principalis in prælato est de locatione facta ab ipsius antecessore, in cuius locum successit, an permittendo colonum, vel cõductorem perseuerare, & permanere recipiendo solitam pensionem, & similia faciendo, censeatur ratificare, approbare, & prorogare, & renouare locationem antecessoris sui, et vera conclusio est quod regulariter nõ, nisi pro eo tempore, quo pensionem recepit, & non vlterius. Ita loquutur alii superius pro alia parte allegati.

7 Sub declaratur hæc conclusio, vt nõ procedat data scientia Prælati successoris, quæ scientia in duobus cõsistit principaliter. Primo, quod sciat locationem esse factam per suum antecessorem. Secũdo, & hoc magis refert, quod sciat inualiditatem ipsius. Ita pulchrè Innocen. *in c. prudentiam, de offic. deleg.* & ita tenuit Rot. vt pulchrè per Bellamer. *decis. 648.*

8 Vbi Bellamer. ex mente Dominorum tunc temporis dicit, quod intellectum §. *qui impleto*, quod ibidem tria concurrunt, et concurrere debent, et vno ex illius deficiente nõ procedit eius dispositio, nec est enim locus. Primo obligatione semel intimata. Secundo, quod inter personas vtriusque, cuius obligationis reliquiæ operentur. Tertio scientia certa vtriusque, & permissio.

9 Et hanc eandem opinionem in hoc secundo casu cum opinione Bellamer. licet eam non alleget, tenuit Alex. *cons. 5. sub num. 7. vol. 5.* Laurent. de Pinu, *consil. 120. nu. 4. & sequent.* late Rodoa. *de rebus eccles. q. 6. principal. nu. 9. & n. 16. & 17. cart. 339.* Rot. *de locat. & conduct. decis. 1. n. 9.* Bard. *de tempor. vtil. & contin. c. 4. sub n. 10. vers. sed fallit in prælato.*

QVÆSTIO II.

De Prælat.

1 SEd pulchra (ni fallor) in hoc oritur indagatio ad intellectum §. *qui impleto*, circa hoc secundum caput de prelato succedente in locatione sui antecessoris. Extat consuetudo locandi bona alicuius ecclesiæ pro nouennio, & quod pensio soluatur de triennio in triennium, & hac consuetudine legitime constat, Modo euenit casus, quod de anno 1535. Cardinalis Tranensis locauit Petro de Maximis casale quoddã ad nouuennium cum pacto soluendi de triennio in triennium, lapso primo triennio de nouennio moritur Illustrissimus Cardinalis locator, successor recipit pensionem per biennium tantum, postea vult expellere couductorem, qui replicat non posse stante cõsuetudine locandi de nouennio in nouennium, cum pacto pensionis de triennio in triennium, & quam maxime quia ex perceptione pensionis videtur ratificasse locationem sui antecessoris.

2 Pro parte affirmatiua ad fauorem conductoris facit hæc ratio, quia omnis dispositio contractus, & conuentio recipit interpretationem a consuetudine, & maxime contractus locationis & cõductionis, vt not. *in l. licet, & in leg. exceptio, C. locat.* & late posui ad gl. ordinariam de hoc *in d. l. exceptio, superius par. 2. tit. de substantia locationis primo, q. 2.*

3 Hin postea videmus, quod locatio facta per prelatũ nomine ecclesiæ intelligitur ad tertiam generationẽ si ita erat consueta dari. Item pro finalibus fœminis etiam futuris, quæ alias non comprehenderentur ad no. per Imo. *in c. potuit, loc.* Fel. *in c. cum M. Ferrariens. col. 3. vers. & dicit.* Cmol. *de constit.* Ial. *in l. certi conditio, §. si vero, col. 4. si cert. pet.*

4 Secundo loco pro hac met parte ad fauorem conductoris facere videtur, quia in contractu locationis & conductionis attendenda est vtilitas, quare si tale casale non intelligeretur tacite relocatum ad aliud nouennium, nulla resultaret vtilitas conductoris, immo euidens damnum in migrando, mutando stabula, & similia faciendo, merito ad hoc idem tempus censetur facta relocatio per successorem.

5 Pro contraria parte ad fauorem successoris in beneficio facit, quia consensus tacitus, qui in relocatione versatur, restringitur, & limitatur ad factum limitatum, & tantum, quantum sonat. *glos. in Clem. sæpe, in verb. de partium, de verb. signific.* Barto. *in l. 1. §. si quis interdict. de usu. aéluque priuat.* Vnde cum per biennium tantum, vel simile tempus sit, & præsupponatur soluta, & respectiue recepta pensio, pro eo tantum tempore intelligetur facta relocatio, & reconductio, & non vltra.

6 Et hanc opinionem tenuit Rot. vt per Pute. *decis.* 180. *lib.* 1. Ex qua in hac locati & conducti materia, & quam maxime ad intellectum §. *qui impleto*, colliguntur aliquæ vtiles resolutiones.

7 Prima est, quod dispositio §. *qui impleto*, non regulatur a consuetudine in locationibus, & conductionibus. Vnde si consuetudo est in loco, vt locatio expressa, vel indifferens sit ad tale tempus, hoc non habebit locum in locatione tacita, ex dispositione §. *qui impleto*, & sic in hoc non par virtus taciti, & expressi, vt ibi expresse Pute. sentit ad limitationem regulæ.

8 Vnde in facti contingentia, si oriatur conuentio inter locatorem, & conductorem, quod est inchoatus iam secundus annus, & sic intelligitur facta relocatio ad tantundem, cum consuetudo loci sic se habeat, facilis erit responsio, non potest inferri de consuetudine in locatione expressa, & indifferēti ad tacitam, & sic bonus aduocatus, & Procurator, vt obtineat in renouatione tacita, debet articulari, & deducere in specie, quod in tacitis reconductionibus ita fuit, & est obseruatum.

9 Et sic corollarie infertur declaratio ad not. per *glos. in l. exceptio. C. locat. de qua supra de substantia locationis prima q. 2.* vt attendatur consuetudo in contractu locationis & conductionis, quia hoc verum est, tamē consuetudo restringenda est ad casum suum, nec de casu expresso potest inferri ad tacitum.

10 Secunda colligitur resolutio ex dictis Rotæ in allegata decisione, quod in contractu locationis & cōductionis, attendi debet vtilitas, & quam maxime, ne conductor sit in euidenti damno, attenta tamen natura, & qualitate rei locatæ.

11 Vnde si sumus in prædio vrbano; quia in eo de die in diem per successiuam habitationem inducitur vtilitas aliquas ipsius conductoris, non inducitur sic de facili tacita relocatio; secus est in fundo, & prædio rustico, quia expectatur cursus anni, & biennij. Vnde videmus proijci in terram fimum lupinos, fabas, seminari rapas, & similia, quæ pingue faciunt terram pro annis sequentibus, debet haberi ratio talium expensarum, & laborum.

12 Tertia colligitur resolutio ex dictis Rotæ, quod debet haberi ratio, si ille conductor post multos labores factos in re conducta fruitus est aliquo tempore, vel non, si enim statim factis laboribus, & meliorato, & impinguato fundo expelleretur, iniquum sanè esset. Vnde prudenter ibi Rota considerauit, quod ille retinuit illud casale per annos iam quatuor, vnde nō paruam vtilitatem percipere potesit ex laboribus suis.

13 Quod facit contra illos, qui sub velata ratione, & imaginaria quadam occasione expellunt colonos in statu fruitionis, & statim eo meliorato. O Bene Deus cum qua conscientia? est enim furtum laborum ipsius misselli.

14 Quarta est consideratio ex mente eiusdem Rotę inspicere tempus, quo impensi sunt tales labores, vel ante tacitam inchoatam reconductionem, vel post ipsam. Et hoc speciale est in Prælato, vt non censeatur ratificare locationem sui autoris, nisi pro eo tantum tempore, quo pensionem recepit, non vltra.

15 In alijs verò secus est, nam alius successor a Prælato recipiendo pensionem statim sibi præiudicat, Rot. *decis.* 233. *in nou.* Dec. *in l. semper, num. 9. ff. de reg. iur.* Io. de Amic. *consil.* 114. *colum. fin. vers. insuper facit.* Alex. late *consil.* 117. *volum.* 5. Mari. Anguisol. *consil.* 216. *nu.* 19. Castrens. *consil.* 1. *nu.* 3. *vol.* 1. Borgn. *decision.* 44. *nu.* 81. *in fine.*

16 Notandum est etiam vlterius ad id, quod dictum est ex mente Bellamer. quod debet dari scientia Prælati, vt inducatur ratificatio de locatione prædecessoris, quod talis scientia debet per allegantem deduci, & probari vt per Crauet. *conf.* 164. *num.* 4. Immo requiritur scientia formata, et distincta de omnibus qualitatibus nullitatis iuris, & facti Ial. *consil.* 107. *colum. fin. lib.* 4. Rui. *consil.* 48. *nu.* 12. *&* 63. *nu.* 14. *&* 17. *num.* 3. *lib.* 1. Hier. Gab. *conf.* 36. *nu.* 60. Paris. *consil.* 47. *num.* 97. *consil.* 100. *num.* 7. *lib.* 1. *conf.* 12. *num.* 72. *lib.* 2. & requiritur eadē solemnitas in ratificatione, quę in prin. Borgn. *decis.* 46. *n.* 106. Et solent multæ adhiberi cautelæ, ne inferatur præiudicium, & quam maxime si recipiatur pensio cum iurium reseruatione, Ruin. *consil.* 65. *nu.* 4. *lib.* 1.

17 Similiter si receptiones fiant per simplicem procuratorem, & generalem, qui non habeat mādatum ad alienandum, vel similia approbandum, nam tale pręiudicium inferre non debet, vt per Borgni. *in allegata decis.* 46. *num.* 100. Et circa prædicta tetigi superius, *par.* 2. *tit. de rebus ecclesiæ non alienandis.*

18 Bene verum est q̄ in bonis ecclesiæ non est locus tacite relocationis, quia solennitatem requirūt, Alex. *conf.* 17. *nu.* 11. *lib.* 4.

QVÆSTIO VI.

Prosequendo personas quæro si Administrator Ciuitatis, loci, vel Castri locat pro certo tempore bona suæ communitatis, si lapso tempore permittat conductorem in re conducta permanere, an inducatur tacita relocatio, & recōductio, Vide superius q. 5. vbi ex mente Bar. posui generalem regulam.

1 Notandum tamen est vltra Bar. & alios *in d. §. qui impleto*, quod si administrator reipublicæ, Sindicus Castri & similes locauerunt, bona suæ communitatis, pro certo tempore, puta pro quinquennio, quod plures casus in hoc considerandi sunt. Quandoque expirat tempus officialis ante tempus locationis factę per ipsum officialem, & tunc ipsę tenetur quoad communitatem, non tamen amodo tenebitur. Quandoque finitur officium officialis, & locatio transit in successorem, coram quo expirat prima locatio iam facta per

ante.

Digitized by Google

antecessorem, sed permittit conductorẽ tacita remanere in bonis conductis, & tũc successor in officio tenetur pro tempore tacitæ reconductionis, & antecessor de tempore suæ primæ factę locationis. Quandoque tacita reconductio incipit coram ipso, tenet p illo loca ore, & ipse tenetur, & de hoc est glo in l. prior, §. prædium, ff. de admin. rerum ad Ciuit. pertinent.

2 Ex quo contextu in hac locati & conducti materia colliguntur duo vtilia & scitu digna, quod (prout etiam dixi in quæstione de vsufructu) in libris antiquorum Iurisconsultorum reperiuntur vt plurimum locatione ad tempus quinquennij.

3 Secundum est, quòd in locationibus publicis, quilibet officialis locator sui temporis periculum præstare debet, & sic erit bona excusatio, si successor dicat nõ teneor de tacita relocatione facta tempore meo, quia debet attendi principium, quod non fuit tempore meo, singuli enim (respondet textus) sui temporis periculum præstare debent, vnde debebas cautius agere, nec pati resirmari, donec eius conditionẽ diligenter non inuestigaueris.

QVAESTIO VII.

1 QVid in priuato administratore, vt Tutore, Curatore, & similibus? posui pariter superius q. 5. ex regula Bart. in citato ibidem loco, quod sic. Vnde si Tutor, vel Curator, vel meus ad negocia Procurator locauerit bona ad certum tempus, patiendo ipsum permanere in conductione finito tempore primæ locationis inducitur tacita relocatio.

2 Sed non separando materias, postquam sumus, in facto Tutoris, considerandi sunt duo casus principales. Primus est in Tutore, Curatore, vel Procuratore locante alij pro certo tempore, & tunc procedit id, quod iam dictum est, & possent in Tutore, Curatore, & Procuratore accommodari eædem quæstiones, & resolutiones, quas superius posuimus in administratore Ciuitatis, Castri, vel alterius loci.

3 Secundus casus principalis est. Si Tutor aliquis datus sit ad tẽpus, an finita tutela prosequendo aliquod negotium dicatur prorogatum officium tutelę, & videtur non Bar. in d. §. qui impleto, num. 8. per l. 1. vers. si quis finita. ff. de eo, qui tutor. & reddit etiam rationem, quia est officium iniunctum ex necessitate.

4 Vnde in officijs, quæ ex necessitate geruntur, non habet locum tacita renouatio, nec hunc casum de tutore prosequente tutelam post tempus, an dicatur Tutor, reperire potui decisum penes Borgn. in suo tractatu de tutore, & curatore, & de facili occurrere potest, vt aliquis quandoque se intromittat finita tutela, dicit tamen textus ibidem ipsum teneri.

QVAESTIO VIII.

1 QVæro vlterius ad intelligendum, §. qui impleto, quod in Castellano alicuius arcis, Castri vel fortilitij, si permaneat finito tempore, an dicatur renouatus?

2 Pro parte affirmatiua facit tex. in d. §. qui impleto.

3 Pro parte negatiua facit, quia tale officium indicitur ex necessitate, non ex simplici consensu, & solent adhiberi solemnitates in electionibus ipsorum.

4 Et hanc opinionem dicit veriorem Bar. in d. §. qui impleto, nu. 8. & ibi Castrens. in fi. verbis.

QVAESTIO II.

De Castellano.

SEd vtilis est (ni fallor) indagatio tum ad materiã Castellani, de qua in præsenti agimus, tum etiam ad intelligentiam §. qui impleto, vt in discursu apparebit. 1 Aliquis promisit custodire arcem vsque ad annum certo sibi constituto salario, in fine anni obtulit arcem Domino suo, ille recusauit accipere, post annũ sine dolo Castellani castrum fuit captum, quia nõ adhibuit bonam diligẽtiam, & sic in lata culpa fuit, tenebiturne Castellanus?

2 Videbatur quod sic, per dispositionem §. qui impleto, vbi intelligitur ex perseuerantia renouatio.

3 Contrarium tenet ibi Bar. in l. si mora, per illum textum, num. 18. & sequen. ff. soluto matrimonio, quem ibi sequitur Alberic. num. 16. Salic. num. 5. Castrens nu. 7. Ias. num. 30. Grammat. cons. criminal. 13. num. 19. Menoch. præsumpt. 85. num. 40.

4 Ampliatur hæc conclusio Bar. & sequacium, vt procedat etiam si non sit facta oblatio, quia finito anno non tenetur amplius ad custodiam. Et dato, quod perseueraret, non intelligitur repetita qualitas custodię, & consequenter diligentiæ, vel culpæ, & ita tenet vterque Imo. in d. l. vbi Alex. num. 17.

5 Ex qua conclusione infertur vnũ notabile ad intellectũ §. qui impleto, quod qualitas culpæ non intelligitur repetita in tacita renouatione ex perseuerãtia.

6 Vnde si quis ex primo contractu tenebatur de culpa lata, leui, vel leuissima, lapso tempore permanendo non tenebitur amplius de ea culpa.

Pro resolutione huius conclusionis cõsidero multa, quæ de facili deseruient ad intellectum §. qui impleto, de quo in præsenti agimus, & ad resolutionem huius pręsentis indagationis.

7 Primum, quod Castellani officiũ, prout & alia officia sunt in duplici differentia. Quędam sunt necessaria Principe, vel superiore, vel lege cogente, & in istis non est locus dispositioni §. qui impleto, tanquam actus sit necessarius, non voluntarius. Quædam sunt officia voluntaria, & in istis est dispositio §. qui impleto, & idem officium potest esse quandoque voluntarium, quandoque necessarium iuxta diuersitatem factorum, personarum, & locorum, quandoq; enim sum tutor necessarius, quia cogor vti proximior à Iudice ministro legis; quandoque voluntarie suscipio vt extraneus nec ad id cogi possem. In aliquo loco Castellanus extrahitur de bussula, vel transmittitur à Principe pro tali tempore; in aliquibus alijs locis eliguntur per viam conuentionis, & contractus, & ita considerat. Ias. in allegata l. si mora, num. 30. & ita secundũ eum resoluitur proposita quęstio.

8 Ex quo corollariè patet distinctio ad dictum Bart. in d. §. qui impleto, num. 8. vbi ponit officium tutelæ, & Castellani geri ex necessitate, quia potest quandoque etiam fieri voluntariæ, & per viam contractus, & conuentionis voluntariæ, prout superius vidimus.

9 Secunda est consideratio ex mente Castr. & Fulgos. ad l. si mora, quod perseuerantia post tẽpus conuentum potest dupliciter contingere, quandoque enim quis remanet in fundo post tempus, quia intendit vti retentione, vel pro salario nondũ habito, vel ratione melioramentorum, vel simili de causa, & tunc nõ intelli-

telligitur renouatio, argumẽto *l. colonus, & l. cum fundum, ff. de vi, & vi arma.* & dicam suo loco in tractatu expensarum, & melioramentorum. Quandoque non contingit conductorẽ permanere in fundo ex similibus causis, & tũc erit locus dispositioni §. *qui impleto*

10 In proposito igitur casu. Aut Castellanus pro anno connentionis fuit de sua mercede satisfactus, nec fecit aliquid propter quod sit locus retentioni, & tunc intelligitur perseuerare, alias non.

11 Et ex prædictis infertur intellectus, & limitatio alia ad §. qui impleto, vt non habeat locũ, quando alia coniectura capi posset propter quam non permanserit in fundo conductor ratione tacitæ recõductionis.

12 Dices, Quando scietur hoc, cum in animo cõsistat? crederem bonum esse, vt colonus, vel conductor declaret in iudicio, quod ipse intendit in fundo remanere, & hac de causa, puta pro expensis, salario non habito, vel similibus.

13 Vidi in facto casum, quod colonus finito anno suæ locationis comparuit in iudicio, protestãdo, quod ipse intendebat permanere in fundo pro suis melioramentis factis, & petijt domino locatori intimare.

14 Tertia est *Iasl.* consideratio post Bar. *ad d. §. qui impleto, col. 1. nu. 4. vers. ex prædictis infero duo, &c.* quod dispositio §. *qui impleto*, procedit, quando reconductio, vel relocatio consisteret in puris terminis ipsius consensus, nec aliquid in facto esset præstandum per locatorem, secus si aliquid in facto extrinsecus præstandum esset per locatorem, quia tunc non est locus tacitæ recõductioni, nisi locator impleuerit pro parte sua, præstando id, quod debet.

15 Vnde si Titius locauit operas suas, vt staret in fundo meo ad custodiendum eum cum certa mercede, si ipse finito tempore permaneat in fundo ad custodiam fundi, non videor eum reconduxisse, quia sola patientia non implet contractum ex parte mea, & ego nihil feci, ex quo præsumi debeat, quod ego eius operas recõducerem. Non igitur locati actione (inquit Bar.) agendum erit, sed alia actione, puta negociorum gestorum.

16 Quæ Bart. consideratio procedit, & intelligẽda est respectu salarij, secus respectu obligationis ex aliquo facto, vt per *Iasl.* in citato loco.

17 Vnde si Castellanus finito tempore perseuerauit, fortasse non poterit petere salarium, tamen si erit in aliqua culpa, tenebitur.

18 Hinc etiam dici posset in facti contingentia, ego conduxi Rusticum ad custodiendum siluam per annum pro certa mercede conuenta, si elapso anno adhuc maneat in custodia, duo resultant ex hoc, vel tria. Primũ, quod tenebitur de dolo, culpa, vel aliquo facto. Secundum, quod competit sibi actio locati ad mercedem vltra annum. Tertium, quod aget actione negociorum gestorum.

QVEASTIO III.

De Castellano.

1 QVæro in eadem materia, quid in fideiussoribus Castellani, an teneantur de gestis finito primo tempore, puta si castrum est amissum, vel quid similes? & quæstio hæc reputatur notabilis, & euenit pluries in facto, vt Veronę, vt attestatur Iacob. de Arei *in l. Lucius, §. Paulus, ff. de admin. tutor.* euenit Florentię, vt testatur Din. ibidem fuit etiam in facto Bononiæ disputata per D. Pacem D. Rodulphi Pacis, vt testatur Fulgos. *in d. §. qui impleto, col. 2. in princ. nu. 4.* & licet de renouatione fideiussorum ad materiam §. qui impleto, sim inferius separatim tractaturus Deo dante, tamen pro resolutione huius articuli ponam aliquid in præsenti.

2 Pro parte negatiua, quod si finito tempore aliquid contingat, quod fideiussores Castellani non teneantur, facit textus *in l. Lucius, §. Paulus. ff. de administ. tutor.* vbi fideiussor tutoris non tenetur ad ea, quę tutor gessit sponte post pubertatem.

3 Secundo pro parte facit *l. 2. §. penult. & fi. ff. de admin. rerum ad Ciuit. pertinent.*

4 Pro contraria parte facit tex. *in §. qui impleto*, vbi & hypotheca renouatur.

5 Distinguebat Din. cõsiderando verba conuentionis. Aut Castellanus promisit simpliciter custodire, & seruare castrum, & in hoc dedit fideiussores, & termino elapso non tenentur per iura primo loco adducta. Aut promisit etiam restituere, & tunc tenetur fideiussor etiam post tempus. Sequitur Bar. *in d. §. Paulus. in d. §. qui* Fulgos. *impleto, nu. 4.* Angel. *in l. si vnus §. si cum reo, ff. de pact.* Butr. *in c. 1. colum. penult. de offic. deleg. in l. acceptam, col. fi. C. de vsur.* Alex. *in l. si mora, nu. 7. ff. solut. matrim.* Ias. *in l. 1. col. 2. sub num. 17. C. de iudic.* penam latius inferius in materia fideiussorum.

QVAESTIO VI.

De Castellano.

1 QVæro, Castellanus poteritne finito tempore discedere, nec vlterius expectare successorem?

2 Primo videbatur quod sic, *per l. si cum Hermes, C. locati.*

Pro contraria parte facit argumentum tex. in l. nã & seruus, §. vino, ff. de negocijs gestis. Et hæc opinio est verior, & magis sapit ciuilitatem, na debet agnoscere bonam fidem, & non discedere pręcipiti festinatione Bal. *in l. ex diui, in fine, C. loc.* vbi addit, quod propter casum tempus prorogatur.

Ego vltra Bal. addo (ni fallor) bonum textum in *l.*

3 *meminisse, in princ. ff. de offic. proconsul. & le.* vbi Bal. dicit esse principium optimum, quod officiales tenentur expectare successorem. Et pro tempore, quo expectant, sunt in eadem pristina iurisdictione, & pro eo tempore debent habere salarium, §. *illud, auth. de administ.* quem singularem dixit Rom. *sing. 395. l. meminisse, & l. diem functo, ff. de offic. assessor.* Et decisio huius decidit quæstionem de famulo, qui est conductus pro certo tempore, si enim est in fine, non debet discedere præcipiti festinatione, sed agnoscere bonã fidem, & dare tempus domino ad se prouidendum, vt remaneant ad inuicem amici, & beneuoli, & econtra idem facere debet dominus licentiando famulum, ne cogatur quandoque mendicare ex præcipiti festinatione. Facit etiam quia propter bonam fidem, & ex quadam ciuilitate debet dari terminus ad disgombrãdum, & licet dies interpellet, tamen iste terminus non esset denegandus.

QVAE.

QVAESTIO IX.

Ad §. qui impleto, ff. locat.

PRosequendo vlterius materiam *l. item quæritur*, *§. qui impleto*, ff. *locat.* & circa personas tam ex parte locatoris, quàm cōductoris, quæro vnum. Quid in muliere stante statuto, quod mulier non possit contrahere sine consensu proximiorum, decreto iudicis, vel simili solemnitate extrinseca, si locat, vel conducit seruata forma statuti, an inducatur suo tempore tacita relocatio, vel reconductio?

1 Pro parte affirmatiua est textus *in d. §. qui impleto*, vbi & hypotheca, & pignora dicuntur, & censentur renouata.

2 Pro cōtraria parte facit, quia isti actus extrinseci, & solemnitates non præsumuntur, nisi aperte celebrentur, *l. sciendum*, vbi not. *ff. de verb. oblig*, & dicam latius, inferius suo loco.

3 Et hæc est verior opinio, quam tenuit Parpal. *in l. si quis nec causam, §. si res pignoris, num. 2 ff. si cert. petat.* Ancharan. Reg. *q. familiar. 42. num. 5. par. 1.* Franc. March. *decis. Delphinal. 539. num. 4. & 5. par. 1.* Mar. Anguissol. *cons. 71. num. 11. cum sequen par. 1.* Borgn. *decis. 44. num. 86.* vbi sublimitat, nisi lex disponeret vlterius tacite ordinando.

Mulier igitur si locat, vel conducit seruata forma statuti, & solemnitatibus adhibitis, quæ a statuto requiruntur, non inducetur tacita reconductio, vel relocatio, nisi statutum alterum vlterius disponat. Non igitur se fundent isti conductores, & coloni mulierum in tacita reconductione, quia non habet locum in casu isto.

4 Quem casum non vidi oppositum ab erudito Lambertengo *in suo tractat. de contract. mulierum*, & mihi videtur casus admodum frequens, cum etiam mulieres sæpius locent sua bona tam dotalia, quam alia, & de contractib. mulierū adsint per multa loca statuta.

QVÆSTIO X.

QVid in minore, & rebus ipsius, an habebit locū tacita recōductio? & faciunt rationes superius allegatæ in quæstione de muliere.

1 Veritas est, quod sic. Odofred. *in l. cerai iuris, in fin. C. locat.* Gherard. Mazzol. *cons. 15. num. 23. & 24.* Borgnin. *decis. 44. num. 86. in fine.*

Et vide eundem *in tractat. de tutor. & curator. sub numero* 157.

QVÆSTIO XI.

1 QVid in locantibus operas, vt Medico, Aduocato, Procuratore, & alijs similibus? De Medico posui loco *q. 6.* idem de Aduocato, Procuratore, & alijs, Corn. *cons. 348. lib. 1.* Menoc. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 85. num. 251.*

QVÆSTIO XII.

1 QVid in Hæbreo conductore? Vtique sic. colligitur ex Alexand. *consil. 1. col. penult. lib. 2.* Vbi etiam habes vnum aliud, quod si in medio tempore constet de contraria voluntate etiam expressa, tamen si in fine nihil dicat, hoc attenditur, & est notabile contra opinionem Alciat. de contraria voluntate, nisi in fine persistat.

QVÆSTIO XIII.

VIdimus hucusque in materia tacitę renouationis circa personas tam in locando, quam in conducendo, descendo modo ad aliquos contractus.

Quæro igitur, an dispositio *l. item quæritur*, *§. qui impleto*, habeat locum in contractu precarij, & quando iura in terminis loquuntur, vana quodamodo vi-
1 detur disputatio. Conclusio igitur vera est, quod sic, *l. in rebus, §. fin. ff. de precar.* & ibi glos. & Bartol. tacite sentiunt allegando *l. item quæritur, §. qui impleto*, idem tenet Alciat. *reg. 2. præsumpt. 12. nu. 13.*

2 Qui textus non est silentio prætereundus in hac locati, & cōducti materia, & quam maxime in materia renouationis, de qua in præsenti agimus, quod locatio, precarium, & similes contractus cum in eis fit tacita renouatio, ista tacita renouatio dicitur nouus contractus. Vnde locatio tacite renouata dicitur non eadem locatio cum prima, sed noua locatio, & ex noua causa, ita vt prima per lapsum temporis dicatur sublata, vt sentit textus superius allegatus in *verbo*, *rursus*, quod nouam causam, & nouum actum importat, *l. fideicommissa, §. si quis decem*, & ibi Bart. not. *ff. de legat. 3.* Ias. *in §. rursus, num. 16. Instit. de actio.* & hoc idem sentit ibi Accurs. in gl. suis.

3 Quod fortasse facere potest ad statutum, vt de quolibet contractu locationis, vel fictus aliquid soluatur, quid in renouatione locationis, cum sit noua locatio, & sic nouus quidam contractus, & ex noua causa?

4 Secundo loco textus ille admodum deseruit ad cognoscendum, quomodo cognoscatur, & quæ differentia sit inter prorogare, & renouare, nam prorogatur illud, quod nōdum est elapsum: renouatur id, quod iā est elapsum, vt optime probat text. *in d. l. reb. §. fin. iun. ca l. sequent. & l. 4. in princ.* vbi Bar. Castrens. & Alex. ff. *de damn. infect.* late in materia Tiraquel. *de retract. conuent. §. 1. glos. 7. num. 27.* post eum Anton. Gabr. *de dilat. concl. 2.* ponam (Deo dante) separatim suo loco.

QVÆSTIO XIV.

PRosequendo materiam contractuum circa materiā, *§ qui impleto*, quęro, an eius dispositio vēdicet sibi locum in quasi contractu tutelæ, & curæ. posui superius *q. 7.* vbi videre placeat.

QVAESTIO XV.

QVid in contractu depositi? an in eo procedat dispositio, *§. qui impleto*, vt lapso termino censeatur renouatum.

1 Videbatur dicendum, quod non, quia talis contractus non perficitur simplici, & pro consensu prout locatio & conductio, sed requiritur extrinsecus aliquid, quia re contrahitur, *§. præterea, Instit. quibus mod. re contrahitur obligatio, l. 1. ff. depositi.*

2 Contrarium consuluit Raph. Comens. *cons. 8. in fine*, quem simpliciter secutus est Alciat. *regul. 2. præsumpt. 17. num. 3.* Si igitur est factum depositum penes

aliquem

aliquem de aliqua re, vel quātitate pro certo tēpore, puta pro sex mensibus, si elapsis sex mensibus adhuc depositarius retineat rem penes eum depositam, nec restituat, vel ab eo repetatur, censetur renouatum depositum, prout & in precario superius dictum est,

QVÆSTIO XVI.

QVæro, quid in contractu emphyteutico? procedat ne in eo dispositio, §. *qui impleto*, & vtilis, & frequens est hæc indagatio, cum contractus emphyteuticus ad modum frequenter fiat, præsertim in bonis ecclesiasticis, & multi recipiūt pro annis sexaginta, quibus elapsis durū est recedere vel ratione vtilitatis, cum iam bene per se, & authore fuerit fundus emphyteuticus melioratus, & ad bonam culturam, & meliorem fructuum culturā fuerit redactus, vel ratione alicuius damni, vel incommodi, cum fortasse receperit fundum in emphyteusim pro vicinitate aliorum suorum bonorum, & pasculi, ne quotidie pro suis armentis, & pecudibus pœnas ex damnis inferre cogatur, & ob id quilibet pro aliquo suo interesse affectat renouationem, & vidimus superius ad materiam *l. nec cui, C. locat.* in materia de libertate locādi, an dominus expresse quodammodo cogi possit ad renouandum loquendo de expressa, & specifica renouatione, clare, & expresse petita. Videamus modo in hoc frequenti contractu emphyteutico, an in hoc assimiliter contractus locationis, & cōductionis, prout in multis deduximus assimilari in hoc opere, prout de eo loquendo occurret, & quam maxime *in titul. de iure emphyteutico*,

1 Pro parte igitur affirmatiua facit ratio, quod bonum est argumentum de locatione ad emphyteusin, *§. adeo, Institut. locat.* si igitur dispositio *§. qui impleto*, procedit prout clarum est in contractu locationis, & conductionis, poterit etiam extendi, & verificari in contractu emphyteutico, vt in eo lapsu temporis prima conuentionis intelligatur tacite facta renouatio.

2 Et hanc opinionem ex hac proposita ratione tenuit Romanus in tacti contingentia, *conf. 103. col. 2.* vbi expresse ampliat tex. *in §. qui impleto*, vt procedat verificetur, & locum habeat in cōtractu emphyteutico, & hanc eandem opinionem tenuit Alciat. *in allegata præsumpt. 17.* ea ratione, quia ratio *d. §. fin.* æquanter militat in contractu emphyteutico, prout militat, & habet locum in contractu locationis, & cōductionis.

3 Pro contraria vero opinione facit, quia in contractu emphyteutico agitur de maiori præiudicio, quam in simplici contractu locationis, & conductionis, cum ex eo transferatur dominium vtile, vt superius dictū est, Vnde bona illa io non videtur, sed dispositum in simplici contractu locationis, & conductionis, ergo & in emphyteusi.

4 Secundo loco pro hac opinione facere videtur hęc ratio, quod in cōtractu emphyteutico requiritur scriptum glo. *in l. 1. in verbo alienationis, C. de iure emphyteut.* & hæc est communis opinio, vt ibi per Salicet. *num. 5. Iul. Clar. in §. emphyteusis, q. 4.* Eman. Soarez *in suo Thesaur. littera E. num. 124.*

5 Et hanc secundam opinionem tenuit Bald. *in d. §. qui impleto*, Alex. *consil. 76. vol. 5. & conf. 17. colum. 3. volum. 4.* Bald. *in l. 1. q. 11. C. quando non petent. part.* Afflict. *decis. 305. num. 5.* Socin *consil. 167. par. 2.* commendat Alex. ad Bart. *in §. scire, authent. de non alienando.* Gozad. *consil. 94. num. 52.*

6 Et hæc secunda opinio videtur a Doctoribus magis approbata, quam etiam tenuit Bal. *in l. 1. q. 11. C. quand. non petent. part.* Alex. *consil. 17. nu. 12. lib. 4.* Iaf. *in l. 1. col. 15. vers. item per prædicta, C. de iure emphyt.* Ruin. *conf. 61. num. 7. lib. 1.* Dec. *consil. 328. num. 1.* nisi decursum sit longissimum tempus, vt sentiunt citati Doctores, Borgn. *decis. 44. num. 82.*

7 Dices cum Alciat. *in allegata præsumpt. 17.* quod si hæc opinio vera esset, nunquam procedere t argumentum de locatione ad emphyteusim, *ex §. adeo. Instit. locati.*

8 Posset fortasse dici, & respōderi, quod procedit argumentum de locatione simplici ad emphyteusim, nisi detur repugnantia in substantialibus contractus emphyteusis, puta in renouatione tacita ex dispositione *§. qui impleto*, non valet argumentum de locatione ad emphyteusim, quia repugnat scriptura, quæ in contractu emphyteutico requiritur, vt dictum est, & vbi requiritur scriptura, est locus renouationi, *ex §. qui impleto*, vt inferius suo loco dicam; præterea repugnat maius præiudicium.

9 Dices, videns dominus directus suum præiudicium cur finito tempore protestatus non est, prout facit cum recipit canonem ex incursa, & post incursam caducitatem, de qua vidimus superius de iure emphyteutico. Et sic corollarie habemus de locatione ad emphyteusim.

QVÆSTIO XVII.

1 QVid in feudo? Vtique non, quia scripturam requirit. Crau. *consil. 87. num. 3.*

QVÆSTIO XVIII.

QVæro an dispositio §. *qui impleto*, procedat in contractu societatis?

1 Pro parte negatiua facit argumētum a cessante ratione, quod ideo censetur cōductor recōduxisse propterea, quod non posset licite aliter rem retinere ad excludendum delictum, *l. merito, ff. pro soc.* & ista videtur ratio, *§. qui impleto*, vt ibi per Bartol. & late Alex. *conf. 1. col. pen. vol. 2.* quæ ratio cessat in socio habitante rem communem, quia licite habitare potuit, *l. duo fratres, ff. de acq. hæred.* posui superius *par. 2. de re communi.*

2 Et hanc opinionem tenuit Soc. *in l. serui electione, §. 1. ff. de legat. 1.* vbi per hoc cogitandum relinquit. commendat, & reputat dictum singulare Rip. *in leg. quominus, col. penult. num. 141. ff. de flumin.*

3 Ex qua opinione hoc vnum colligimus vtile in hac locati, & conducti materia, quod ratio reconductionis est ad excludendum delictum, & actum illicitum, hoc igitur cessante, non habebit locum dispositio *§. qui impleto.*

4 Contrarium tamen deduci posset per argumētum ab identitate rationis, cum ratio *§. qui impleto*, quæ est, quod vterque censetur approbare eandem volūtatem in hoc tacito contractu, quam priori tempore in expresso approbauerunt.

5 Et hanc opinionem tenuit Petr. de Vbald. *in tract. de duobus fratribus, part. 2. q. 10.* commendat Alciat.

reg. 1.

Digitized by Google

reg. 1. præsumpt. 17. nu. 4. in fin. Ronchegall. *de duobus reis l. 9. in princ. nu. 127.*

9 Ex qua opinione, quæ verior videtur colligitur illud vnum, quod socius non solum potest habitare rem communem ratione partis propter indiuiduitatem actus habitandi, vt vidimus superius de locatione rei communis, sed etiam inducta censetur tacita reconductio, *ex dispositione, §. qui impleto*.

7 Secundum colligitur vtile in hac locati & conducti materia, ex hac opinione est alia ratio *d. §. qui impleto*, quæ est vnitas, consensus, & tacitæ perseueratæ voluntatis nascentis ab expresso priori consensu.

8 Priuilegiatus igitur socius est ex iam dictis, qui sine aliqua impensa habitat domum commune ratione suæ partis, non soluit pensionem, ex quo vtitur ad vsum destinatum, & habet locum tacita reconductio

9 Limita nisi contractus societatis esset in casu, in quo scriptura requireretur, prout in casu. Crot. *cons. 15. num. 18.* & Menoch. *cons. 121. nu. 81. & 101. limitat. 2.* vt intelligatur renouatio in societate bestiarū post tempus secus in societate pecuniæ, quia ratione periculi non præsumitur renouatio. Colligo, & Petr. de Vbal. *par. 3. q. 5. par. 5. quæst. 36. simul. iunc. & in trac. de duob. fratr.*

Et in contractu societatis regula est recepta, & approbata, societatem non præsumi renouatam, & alleganti renouationem incumbit onus probandi, ita responderent Castrens. *cons. 73. col. 1. lib. 1.* Corn. *consil. 54. col. 2. vers. satis, lib. 2.* Menoc. *cons. 121. nu. 70. libr. 1.* Et est manifesta ratio, quia renouatio, dicitur quid facti, ob id non præsumitur, *l. in bello, §. facti, ff. de captiu.* Ad quam late Alciat. *in tract. præsumpt. in prælud. p. 3. nu. 5. Et paradox. Iur. Ciuil. c. 2.* Stepha. Forcatul. Necio. *mant. Iur. Ciuil. dialog. 73.* Alphan. *report. 719.* Menoc. *de præsumpt. lib. 6. præsump. 15.*

Renouatio autem societatis probatur facta, & manifestis verbis, *iuxta l. 4. cum seq. ff. pro soc.* tradit Soc. sen. *cons. 87. nu. 11. in fin. lib. 1.* Et tacite quando coniecturis, *l. plane, ff. pro soc.*

Prima coniectura est renouatę societatis, quando finita ipsa prima illud totum capitale, quod sortem appellat, relinquitur in ipsa negociatione considerando in hoc aliquos casus principales.

Primus casus est capitale fuit relictum apud socium qui consueuit communi nomine negotiari, nempe in scribendo rationes, vt communes prout antea, nihil immutando in prima societatis forma, hoc casu præsumitur renouata societas, cum non detur difformitas inter primam, & secundam, id authoritatibus multorum tradit Menoc. *cons. 121. nu. 73. vers. primus casus libr. 2.*

Et casus iste multo magis procedit, quando non solus antiquus negotiandi modus, antiquaque forma seruatur, sed lucrum in communi ponitur Abb. *consil. 87. lib. 2.*

Secundus casus principalis est, quando apud sociū dimissum est capitale antiquum, facto scilicet calculo societatis finitæ, & non constat esse mutatam, vel formam, vel modum negotiationis, puta quia socius qui negotiatur erat solitus negotiari nomine proprio, in scribendo suo proprio nomine libros rationum dando literas de negotijs nomine proprio, sed tamen tacite communi nomine negotiabatur, quia communicabat literam cum altero socio. In hoc casu duæ fuerunt contrariæ sententiæ, prima fuit, quod intelligatur renouata, & ad tantundem temporis, arbitrio boni viri, consideratis circumstantijs si expediebat societati, pro tanto tempore esse renouatam, ita per hunc tex. *§. qui impleto*, concludit Petr. de Vbal. *in trac. societa. p. 5. nu. 39.* Alex. *cons. 136. nu. 4. lib. 5.* Soc. *cons. 87. nu. 12. vers. concluditur ergo, lib. 1.* Clarius Paris. *cons. 82. nu. 36. lib. 1.*

Et sic secundum hanc opinionem dispositio *§. qui impleto*, procedit in contractu societatis, circa simplicem renouationem in se, sed circa tempus modificatur arbitrio boni viri, scilicet quantum expediret societati.

Altera fuit opinio negatiua scilicet, quod non intelligatur renouata societas, & hanc tenuit Castren. *cons. 415. in 2. dubio lib. 1.* qui loquitur in casu quando finito primo tempore societati, nec capitalis, nec lucri facta est diuisio, sed totum apud antiquum socium dimissum fuit, sequitur Crott. *cons. 15. nu. 15.* Menoch. *d. cons. 121. nu. 82. vers. altera fuit opinio.*

Et ibi dicit *n. 88.* ad intellectum *§. qui impleto*, quod si in conductore non induceretur tacita reconductio, induceretur delictum, secus in societate, in qua cessat ista præsumptio delicti.

Et vltra Menoch. plene profitentem addo Tiber. Decian. *respons. 60. num. 37. lib. 2.* facit, quia dimissio capitalis est actus quidam non facti, sicque non mere positiuus, & eo non facto, non potest iudici renouatio societatis, nam cum sit silentium quoddam, non potest interpretari certo modo, non potest esse dimissa pecunia, vt renouaretur societas, & vt custodiretur, & differentia, inter factum, & non factum videturque probari ista opinio, *in l. socium, qui cum eo, in princip. ff. pro soc.* vbi dicitur, socium retinentem pecuniam alterius socij, non acquirere aliquid communi nomine, & sic nomine socij, sed solum tenetur socio ad vsuras.

Prima tamen opinio affirmatiua verior videtur, & magis communis. Ioseph. de Ludouic. *conclus. 53. col. 59. vers. verior tamen, fol. 133. versa pagina.* Vnde alleganti non esse factam renouationem, incumbit onus probādi, cum habeat præsumptionem contra se: Pier. nicol. Mozz. *in tit. de societ fol. 123.*

Tertius casus principalis est in hærede vnius consocij, iam mortui, nam dimittendo capitale penes cōsocium authoris sui defuncti forma primeuæ societatis. & conditionibus nullatenus alteratis, societatem continuare videtur. Paris. *cons. 82. nu. 36. & 37. libr. 1.* qui loquitur in hęrede stipulatio, Menoc. *d. cons. 121. n. 88.* & præsumitur potius voluntatis continuatio, quam mutatio, *l. nam ad ea, ff. de cond. & demonst.*

Quartus casus principalis est quando finito tempore primæ societati, redditis hinc inde rationibus, remanet capitale, apud antiquum socium, sed mutatur forma, & modus primæ societatis, quia inscribitur libere nomine proprio socij, retinentis capitale, cum prius nomine communi, vel quid simile fit in quo constat, mutatam in aliquo formam primę societatis hoc casu non præsumitur renouata societas, sic in se sola, nec sufficiens est ad renouationem societatis, alijs non concurrentibus, vt post alios, Menoc. *in allegato cons. 191. num. 91.*

Quintus casus principalis est, quando finito tempore primæ societatis, & rationibus redditis, paulo

post

post reponunt capitale in commune, sine mutatione formæ primæ societatis, hoc casu præsumitur renouata societas, Castr. *conf.* 73. *col.* 1. *lib.* 2. Anchar. *conf.* 302. *num.* 2.

Addo Alex. *conf.* 312. *nu.* 1. *lib.* 1. Rimina. sen. *conf.* 201. *num.* 5. *&* 7. *lib.* 2.

Multæ autem vlterius sunt coniecturæ renouatæ
1 societatis, vel non Prima, quando & dãna, lucra communicantur. Petr. de Vbal. *de duob. fratr. part.* 3. *q.* 2. *nu.* 36. pulchre Soc. sen *conf.* 192. *col.* 3. *vers. confirmatur lib.* 2. Limita nisi socius negotiator alteri cõsignasset partem preteritę societatis, vt suo nomine exigeret, Menoch. *d. conf. num.* 105.

Secunda coniectura, scilicet, quod non intelligatur renouata societas, si extat consuetudo, quod societas non intelligatur renouata nisi expresse dicatur, nam contrahentes videntur se conformare cum consuetudine loci, vnde non præsumitur renouata, nisi expresse dicatur. Soc. sen. *conf.* 160. *nu.* 8. 162. *numer.* 11. *vol.* 2. Vnde practicando articulandum, & probandum est, quod tacentibus, & nihil dicentibus socijs, consuetudo induxerit, vt censeatur renouata societas nisi appareat de dissensu expresso, *vt* post alios tradit Meno. *in allegato conf.* 107. Hinc dicebat Bal. *in l.* 1. *q.* 2. *C. pro soc.* societatem præsumi contractam iuxta consuetudinem loci comprobat, & sequitur Paris. *conf.* 90. *nu.* 45. *lib.* 1. & fundat se Bal. *in citato loco*, in textu loquẽte in materia locati & conducti, *in l. licet. C. loc. de qua suo loco dixi*.

Et aduerte, quia Bal. se restringit in consuetudine licita, & qua peccatum non inducatur.

Tertia coniectura renouatæ societatis, quando socij post bonorum diuisionem adhuc illa communiter possident. Roma. *conf.* 418. Crauet. *conf.* 74. *n.* 13.

Quarta coniectura renouatę societatis est, si socius habitaret, prout prius communem apothecam Castrens. *conf.* 350. *col.* 1. *lib.* 1. Roma. *conf.* 168. *in fine*, Riminal. sen. *conf.* 175. *num.* 2. *lib.* 2. Soc. sen. *conf.* 160. *col.* 3. *libro* 2.

Quæ non est per se sola sufficiens, sed in dubio mouere debent animum Iudicis ad credendum, societatem esse renouatam. Menoc. *d. loco, num.* 103.

Quinta coniectura, cum socius finito primo tempore societatis, incæpit scribere socium, non vt socium, sed vti venditorem, & sic difformiter a primo illo tempore durantis societatis. Alex. *consil.* 132. *num.* 10. *lib.* 1.

Sexta coniectura est, cum sunt diuersę coniecturæ vna pro actore, alia pro reo, præualet coniectura pro reo. Crauett. *conf.* 8. *nu.* 9.

Septima præsumptio dissolutæ societatis quando alter ex socijs finito tempore, nõ petit reddi rationem, prout antea fecit. Menoc. *in citato loco, nu.* 97. *vers.* 6. *& accedit, & nu.* 98. post Castrens. per eum allegatũ.

Octaua præsumptio est, latis potens, & iuridica, quod non dicatur continuata, quando ob altero ex socijs erat quid implendũ, & non impleuit, sicut dicitur de illo, qui asserit renouatam locationem debet prius ostendere impleuisse pro parte sua, vt dicam *in tit. de renouat. locatio.* in suis declarationibus.

Nona præsumptio est, quod non dicatur renouata societas, vbi aliquid vltra patiẽtia requiritur, prout, si in contractu requireretur scriptura, vel in contractu minoris decretum iudicis, vel in contractu mulieris præsentia consanguineorum, Menoch. *d. consil.* 110. Crot. *consil.* 15. *num.* 15. dicam latius *in titulo renonationis*.

Decima coniectura est, si duo fratres simul exerceant mercaturam, & vno eorum mortuo, alter continuat superstitis fratris indiuisam cum hæredib. hereditatem possidentibus, videtur frater continuare, sicut faciebat viuente fratre, Bal. *in l. si patruus, col.* 3. *C. comm. vtriusque iudic. in Authent. ex testamento, circa fin. C. de collatio.* Petr. de Vbal. *de duob. fratr. par.* 3. *q.* 3. Io. Lup. *in rub. de donatio.* §. 62. *sub nu.* 28.

QVÆSTIO XIX.

QVid in liga facta inter duas Ciuitates, puta duæ Ciuitates fecerunt ligam ad inuicem duraturam per quinquennium, quo elapso adhuc præstant ad inuicem mutuos fauores, censetur, ne ex hoc tacite renouata liga?

1 Pro parte affirmatiua facit dispositio §. *qui impleto*.

2 Pro contraria parte facit textus in argumentum, *in l. si cum Hermes, C. loc.*

3 Secundo pro hac parte facit textus *in titulo de pace Constantiæ in verbo, item si societatem, in vsibus feudorum, vbi debet expresse renouari*.

4 Et hanc opinione dixit veriorem ibi Bal. & Alex. ad Bar. *in d. §. qui impleto, litera F. circa medium*.

Liga igitur debet expresse renouari, nec operatur in ea tacitus consensus.

QVÆSTIO XX.

1 POnit Alex. *conf.* 1. *col. pen. in* 1. *dub. vol.* 2. de quadã conuentione facta coram iudice pro certo tempore de vsuris exercendis, an si perseuerent finito tempore, dicatur renouatum, *ex dispositione §. qui impleto*. Ex quo illud vnum colliges, de quo superius diximus, vt vbi includeretur delictum, non est locus renouationi, *§. qui impleto, ff. locat.*

QVÆSTIO XXI.

QVid in emptione fructuum, erit ne locus dispositioni, *§. qui impleto*.

1 Primo videbatur dicendum, quod sic, quia locatio & venditio fructuum æquiparantur, *l. in venditione, §. 1. ff. de bon. auctorit. iudic. possiden.*

2 Sicut igitur procedit, & habet locum in venditione, procedit etiam in venditione fructuum.

3 Pro contraria parte facit, quia non est recedendum a verbis dicti, *§. post. glos.* hoc aperte sentit Bal. in suis reportatis, & hanc secunda opinionem confirmat, & tenet Alex. *conf.* 76. *nu.* 2. *vol.* 5. *conf.* 17. *nu.* 12. *vol.* 4. Bero. *conf.* 153. *nu.* 28. *vol.* 1.

4 Ex quo illud vtile colligitur in hac locati & conducti materia ad inte lectum huius celebris *§. qui impleto*, quod non debemus recedere a verbis illius, *§. etiam in similibus, & æquiparatis*, & sic innuitur, quod dispositio *§. qui impleto*, sit stricte ad corticem intelligenda.

5 Ex quibus etiam corollarie habetur limitatio *ad l. in venditione §. 1. ff. de bon. auctorit. iudic. possiden.* vt æquiparatio ibidem posita de locatione simplici, cum ven-

venditione fructuum non vendicet sibi locum in tacita renouatione ad materiam §. *qui impleto, ff. locat.*

QVEASTIO XXII.

Vidimus, circa vtilem materiam, *l. item quæritur §. qui impleto, ff. locat.* de personis, tam actiue, quam passiue, iam ex parte locatoris, quam ex parte conductoris, in quibus, & per quos inducatur reconductio, vel tacita relocatio, & procedat dispositio §. *qui impleto*, Vidimus secundo loco de contractibus, ad quos extendat vires suas tacita renouatio, & dispositio illius §. *placeat*, modo aliquantulũ videamus quæ res, qualitates, conuentiones, & circunstantiæ in prima locatione espressæ censeantur in tacita renouatæ.

1 Quæro igitur, an obligatio pignorum remaneat in renouatione locationis, & in hoc textus clarus, *in d. §. qui impleto*, ibi, sed etiam pignorum videatur durare obligatio. Bald. *in l. legem, C. locat.* Barbac. *consil. 14. column. 7. vers. cum ergo, lib. 2.* Bertach. *de gabell. par. 2. num. 15.* Corn. *cons. 348. col. 2. lib. 1.* Bero. *q. 284. num. 14.* Ruin. *cons. 78. num. 4. lib. 1.* Gomes. *cap. 3. tom. 2.* Magon. Rot. Ruin. *cons. 283. num. 20.*

2 Declaratur hæc conclusio, ex mente eiusdem l. vt hoc intelligatur verum, & procedit de obligatione pignorum ipsiusmet conductoris, secus si tertius obligasset pignora ad fauorem conductoris: licet enim conductor in conductione remaneat sciente, & patiẽte illo tertio, qui pignora in prima conductione obligauit, non dicitur ex hoc renouata obligatio pignorum in præiudicium illius tertij, & hoc dicit expresse textus *in d. §. qui impleto*, ibi, si non alius pro eo, &c. & rationem reddit ibi Bar. *col. 2. nu. 3.* quia si locator scit, & patitur, facit id, ad quod tenetur ex parte sua patiendo frui, & (quod plus est) rem suam, & sic cadit consensus in subiectum bene applicatum, ex parte conductoris præsumitur animus reconducendi, alias delinqueret, *l. merito, ff. pro soc.* & dixi alias superius ad aliud propositum. Subdeclaratur hæc conclusio quoad istum tertium, duobus modis.

3 Primo, nisi de nouo consenserit, & hoc expresse, nõ tacite. Vnde dum textus ibi dicit, nouus consensus, exponit ibi, & supplet Castr. scilicet expressus, nec sufficit tacitus, Bene verũ est, quod si iste tertius cõsentiat expresse, vt locatio duret, licet de obligatione pignorum nihil espresse dictum sit, tamen obligata cẽsentur, argumento l. cum maritus, *§. Titius, ff. de pact. dotalibus, not. per glos. in l. dotem, ff. de iur. dot.*

4 Secundo subdeclaratur hæc conclusio quoad istum tertium, nisi deuentum sit ad aliquem actum facti vltra simplicem scientiam, & patientiam. Vnde si conductor, qui finito tempore in conductione remansit, sciente, & patiente illo tertio tradiderit actualiter illamet pignora, censetur ille tertius ex hoc de nouo consentire ex eadem ratione, de qua in locatore dictum est supra, quia patitur circa rem suam.

5 Et sic tacitus consensus tertij circa subiectũ sibi nõ proportionatũ nihil operatur: multi tamen, qui subtilizare profitentur, contrariũ minus bene dixissent, puta si iste tertius, cuius sunt pignora iam obligata, scit, videt, & patitur videndo conductorem perseuerare, nec aliquid dicit, nõne sibi præiudicare videtur? certe non per simplicem patientiam, vt dictum est.

6 Finito igitur primo tempore primæ conductionis, locator, qui vult viuere caute, & sibi consulere cum conductore, dicat ei, cures consentire Titium, cuius sunt pignora, vel alloquatur, & interpellet Titium de nouo consensu, & constet.

7 Sed quid dicemus in prorogatione locationis? puta locaui Sempronio rem aliquam pro biennio, puta ante lapsum biennij prorogamus de consensu locationem ad aliud biennium, intelligetur ne ista prorogatio in præiudicium tertij, qui obligauit, & pignorauit sua bona ad fauorem conductoris, & vtique nõ. Canonistæ, *in c. præterea, de appella.* Imol. *in l. 1. §. & post operis, colum. 2. vers. extra glos. ff. de nou. ope. nunt.* Dec. *cons. 93. num. 2. & 3.* Fel. *in c. 1. col. 3. vers.* & tenendo hanc partem, de iureiur. Barbac. *cons. 31. col. fi. vol. 1.* Bald. *in l. si cum Hermes, in princ. C. locat.* Rebuff. *in concordant. in tit. de prorogat. vers. fallit secundo*, latè Ant. Gabr. *de dilat. concl. 2. num. 24.*

8 Et ex hoc aliquando considerari posset, si conductor promisit in prima conductione soluere partem pensionis, puta Kal. Martij, prout apud antiquos vsu receptum erat, vt superius diximus, quod si locator prorogat terminum solutionis ad mensem, fortasse, vel vltra, quid de tertio, cuius pignora sunt obligata, nec ad hanc prorogationem fuit vocatus?

9 Quid si conductor in tempore, quo cessit, & venit dies pensionis soluendæ, erat soluendo, & facilis exactionis, ita, vt si locator eum interpellasset, bene soluisset, modo tacite patitur locator labi terminum solutionis, & aliquot fortasse menses post mutat fortunam conductor in deterius, prout multi fecerunt in anno 1586. dicit locator ex se, non curo de hoc, quia habeo obligata bona tertij, puta Tertij.

QVEASTIO XXIII.

Vtilis, & quotidiana est quæstio, quid in fideiussore, an remaneat obligatus in renouatione locationis? hanc quæstionem non vidi positam a Marsilio in suo libello de fideiussoribus, & tetigi superius in hac eadem materia, quæstio. de Castellano ponam etiam de fideiussoribus suo loco.

1 Pro parte affirmatiua facit, quia obligatio fideiussoris est accessoria ad principalem obligationem, §. fideiussores. Instit. de fideiussoribus. Accessorium autẽ sequitur naturam suæ principalis obligationis. reg. accessorium, *lib. 6.* si igitur principalis obligatio renouatur, merito & fideiussoria eidem accessoria.

2 Secundo pro hac parte facere videtur textus in allegata *l. sed, & si manente, ff. de precar. l. si vnus, §. 1. ff. de pact. l. si cum dies, in princ. ff. de arbitris*, in quibus iuribus caueri videtur, quod per nouationem non sit liberatus fideiussor.

3 Pro contraria vero parte facit textus, *in d. §. qui impleto*, id, quod superius diximus in proxima quæstione, si tertius, prout est fideiussor obligauit, & pignorauit sua bona.

4 Et hanc secundam opinionem vti veriorem tenuerunt scribentes *in hoc §. qui impleto*, vbi Bart. *col. 2. num. 3.* Fulgos. *num. 4.* Castr. *num. 3.* Bart. *in l. Lucius, §. Paulus ff. de administr. tuto.* Alex. *in l. si mora, num. 17. ff. sol. matri. in l. 4. num. 10. ff. de damn. infect.* Ias. *in l. 1. col. pen. sub num. 17. C. de iudic.* Decia. *cons. 72. num. 12. vol. 2.* Rot. *decis. 859. in antiq.* Tiraq. *de retract. titul. 2. §. 1. gl. 7.*

§.1.gl.7.num.32.Card.Flor.conf.49.Fel.in c.2.de treg. & pac.Benedict.in c.Raiuntius,in verb cætera,num.19, de testamentis.Alex.conf.16.num.8.vol.4. Sebast. Medic.de regul.iur.par.1.reg.2.nu.61.reg.4 nu.38, & iterumnum.62.Franc.Marc. decis.Delphinal.519.num.6. par.1 Borgn.decis.44.num.81.Menoc.conf.120.nu.28.

5 Vnum non omittam ponere aliquando considerādū,quod posui superius in quæst. de Castellano,quod si quis fideiussit pro Castellanu non simpliciter, sed quod restituat arcem,vel castrū finito tempore,quod tenetur cū effectu vt castrū restituatur per hoc verbum in conuentione appositum. Quid si in locatione prędij apponatur quod restituat, tenebiturne fideiussor,donec restitutio non sortiatur effectum suum?

6 Et illæ limitationes positæ in præcedenti quæstione accommodari possunt ad præsentem de fideiussore. Ampliatur secundo hæc conclusio in refirma officialis,si enim Potestas refirmetur, fideiussor non tenebitur.Bal.in l.si cum Hermes,in princ. Angel.in l.legem,C.eodem.Marsil. de fideiussor.num.94.

7 Prædicta fortasse deseruire possent in materia famulorum,qui in multis locis prestant fideiussores.

QVÆSTIO XXIIII.

SED quid in iuramento, erit ne tacite repetitum in tacita renouatione, §. qui impleto?

1 Videbatur quod sic,cum iuramentum assumat naturam actus, super quo interponitur. Dixi ad regulam,cum quid, par.4.limit.8.

2 Secundo pro hac parte facit text.in d.§.qui impleto, vbi obligatio pignorum durat.

3 Pro contraria parte facit id quod superius diximus de fideiussore, qui non intelligitur renouatus, quia eius obligatio requirit formalitatem verborum.

4 Et hęc opinio verior videtur,si enim renouata non videtur fideiussoria obligatio,cum in ea verba tantū requirirantur, multo minus renouatum censebitur iuramentum, in quo nedum verba simpliciter concurrunt, sed & tactus scripturarum,& sic factum extrinsecum,& in specie hanc opinionem tenuit in proposito casu.Bero.familiar.100.

Addo Dec.in c.de causis,col.3.de offi. delegat. vers. sed aduertendum est. Bald.conf.436.vol.1. Ias. in l.decl. coln.2.vers.7.principaliter, ff.si cert.petat.& ibi Dec. nu.14.vers.circa secundam quæstionem. Card.in Clement. 1.§.nos itaque, q.5. de iureiur. Marsil.sing.300. Socin. conf.99. colum.1. vers. succedit aliud discutiendum, vol.3. Cotta in memorabil. in verbo,iuramentum interpositum.Grat.conf.15.num.19.vol.1.Et hęc est communis opinio.Ruin.conf.61.num.37.& 39.volum.5. Hiero. Mago. Rot. Luca.47. Seraph.de iuram. priuil.22.num.78. Dida. ad c.quamuis, part.1.in princ. num.6.de pact.in 6.Ad contraria patebit responsio inferius in alijs quæstionibus.

Vnde fac conclusionem, quando vltra simplicem patientiam aliud extrinsecus requiritur, non est locus,§.qui impleto, vbi Bar. num.4.& 7.in fin. & ibi sequitur Castrens.Roma.conf.103.nu.5.Ruin.consil.167. num.22.lib.1. Afflict. decis.365.num.10. Boer. q.284. num.14.Crauet.de antiqu.temporum, part.5.principal. num.17.

Hinc in locatione bonorum Ecclesiasticorum nō est locus, §. qui impleto,ex quo solemnitate requirit. Alex.conf.17.num.11.lib.4.commendat Menoch.conf.121.num.101.lib.2.237. num.36.lib.3.

QVAESTIO XXV.

QVid in stipulatione? hæc quæstio prout multæ aliæ sequentes similes ambulant vti quędam accessiones ad contractum principalem pari passu, & ob id omittam rationes hinc inde,cum omnes deseruiant omnibus.

1 Et vera resolutio videtur, quod stipulatio non censetur renouata, ex quo in ea requiritur certa verborum formula, vt dixi superius in quæst. de fideiussore,q.21.Barbae. consil.31.num.12.vol.1. Anchar. hoc valde commendans, q.42. num.10. & sequent. part.1. Meni. conf.121.num. 101.237.num. 36.lib.3. Crot. conf.15.num.18.

QVAESTIO XXVI.

1 QVid in præcepto guarentigiæ? Vtique nec ipsum censetur renouatum.Bero.q.100.Magon. Rot. Luca.47.num.3.

Addo Bal.in l.legem,vers. si aliquid,C.locat. Anton. de Cannar. de execut.instrument. q.44. Anton.Gabr. lib.2.concl.2.num.20.

Cui addo Alex.conf.17. Viso instrumento, part.4. Anto.Columb.singul.1.num.9. Ias. in l.certi condictio, in princ.num.20.si cert.petat.

2 Ex quibus postea ad vnum infertur, quod Tuderti practicari poterit, & alijs in locis, vbi guarentigia practicatur, quod si potest iurari suspectus obligatus per publicum guarentigiatum instrumentum, si locaui tibi fundum ad annum puta, postea accedat tacita renouatio,quod pro pensione debita ex renouatione secuta non poterit iste iurari suspectos, immo nec executiue procedi contra ipsum, cum guarentigia,& iuramentum cessauerit, quod habebant executionem paratam, & via ordinaria agendum erit, prout ex scriptura simplici,non executiua.

3 Et multi eclamant coram iudicibus, dicendo, habeo pro me instrumentum iuratum, & guarentigiatum,quod ex forma iuris municipalis loci habet executionem paratam,ob id volunt deueniri quanto citius ad capturam:nam bonus, & iustus iudex facile respondit, cessat iuramentum, & guarentigia in renouatione,in qua hodie sumus. Si erit iudex prout esse debet, non prout veniunt ad Ciuitatem Tuderti. Tutti polledri per scozzanarli, &c. Barz. de guarantig.quæstio. vol.3. in fine.

QVAESTIO XXVII.

1 SEd quid in forma Cameræ? quæstionem hanc vidi positam a Ias. consil.49.col.fi. lib.3.& tenet, quod non,& ante eum Bald. in l.legem,C.locat. Affl. decis. 365. prope finem. Canna. de execut. instrument. q.44.& ita fuit pluries iudicatum. Gallet. ad form.camer. part.3.q.5.num.18. in fine.

QVAESTIO XXVIII.

QVid in scriptura, & in hoc aduertendum est, quod regulariter in cōtractu locationis & cōductionis

Digitized by Google

ductionis nō est de substantia scripturæ, vt vidimus superius, *par. 2. in q. de scriptura,* in contractu locationis & conductionis.

Et partes possunt conuenire in scriptura duplici de causa. Prima est, vt scriptura sit de substantia, ita vt aliter non valeat, & in hoc primo casu renouatio non fit de scriptura, & contractu locationis, sic in scriptis celebrato.

Secunda causa est, quod scriptura est adhibita in contractu locationis & conductionis, ad simplicem probationem tantum, prout regulariter fiunt passim instrumēta, & apocæ locationum, & hoc casu quoad scripturam in se non impeditur renouatio, & tunc procedit in se Salic. *in l. legem, C. locat.* Afflict. *decis, 365. num. 9.* clarius hoc idem exprimit, & confirmat Anchar. Regiens. *quæst. 42. num. 6,* vbi sentire videtur hanc differentiam in materia renouationis, quando scriptura est de substantia, & quando ad probationē, & hoc modo fortasse intelligi debet Roman. *cons, 103. nu. 6.* Ruin. *cons. 167. num. 12. lib. 1. Ias. cons. 99. col, 2. vers. secundo dicitur, lib. 3.* Galiaul. *in l. 2. num. 28. ff. de verbor. oblig.* Boer. *q. 284. nu, 14.*

QVAESTIO XXIX.

1 QVid in pœna, an censeatur repetita in tacita renouatione locationis, glos. *in l. Aemilium, in verbo restitutum, ff. de minor.* tenuit, quod sic, quam commendat Bal. *in l. acceptam, col. 4. q. 7. C. de vsur.* Bar. *in l. 1. §. & post. ff. de nou. oper. nunc.* Castren. *in l. insulam, §. 1. ff. locati,* Bal. *in l. 1, q. 10. C. de his, quæ pœnæ nomin.* latæ, Boer. alias referens *decis. 284. nu. 9. &* 10. latius Tiraq. *de retract. conuent. §. 1. gl. 7. nu. 27.*

2 Contrarium verius putauit Bald. *ad hunc §. qui impleto, q. 2.* Alber. *l. sed, & si merente, num. 2. vers. & prædicta vera, de præcor.* Marsil, *sing. 300. decis,* Tholos. 181. Ruin. *consil. 61. num. 37. vol. 5.* Heron. *q. 100. num. 6.* Alex. ad Bart. *in l. 4. versic. sed quid si factum fuerit, ff. de damn. infect.* Rebuff. *de concordant, tit. de dilat. limit. 4.* Tiraq. *ad l. hunc, §. hoc sermone, nu. 54. ff. de verb. signific.*

Addo vtile dictum Bal. in terminis locati & cōducti *in l. cum pater, § pater certum, versic. tertio nota,* & ibi Imol. *ff. de legat. 2.* Didac. *ad c. quamuis, in princ. nu. 6. de pac. in 6.*

3 Restringendo igitur ex prædictis ita dici posset, si quæras quid censeatur repetitum, ita distinguendum videtur, aut sumus cum eademmet persona: aut cum diuersa, & sic quo ad tertium primo casu, aut tale quid pendet, & consistit in mero partium consensu, & eo solo perficitur, prout pignorum obligatio, & tunc censetur renouatum, aut tale quid non pendet a solo cōsensu, sed pro sui forma requirit aliquid extrinsecus vt iuramento, guarentigia, & similes, & non cēsentur renouata, maxime si odiosa sint, prout est pœna, & similes, aut sumus cum diuersa persona, & sic cum tertio, tunc non intelligitur renouatum sine nouo & expresso consensu, prout in fideiussore, & similibus.

4 Ex quibus corollarie infertur intellectus, & limitatio ad regulam accessoriorum, *lib. 6.* vt nō sequatur naturam principalis in tacita renouatione locationis, nisi prout supra distinctum fuit, & in summa quando ... patientiam aliquid extrinsecus requiritur, non ... locus tacitę relocationi, & hoc passim inuenies,

QVAESTIO XXX.

1 QVid in conditionibus, et qualitatibus, & circūstantijs in prima locatione appositis? Vtique repetita censentur, Bald. *in l. si constante vers. sed pone, C. de donat. ante nupt. in l. etiam in fi. versic. extra quæro, C. de iur.* Castren. *in l. cum plures, §. legem, versic. in tex. ibi quoddam ff. locati,* Bal. *in l. legem, vers. sed quid in contractu, C. locati,* Bar. *in leg. si mihi, & Titio, col. pe. vers. vnde tunc crederem, ff. de verb. oblig.* Bal. *in leg. 1. col. pēn. vers. sed quid si dominus, Cod. quando non petent. part.* Alex. *cons. 105. colum. 2. vers. quia respondeo, volum. 4. & cons. 2. col. 2. versic. & licet noua concessio, volum. 5. & cons. 57. in fine, versic. quid cum tractamus, volum. 4.* Dec. *cons. 407. num. 8. versic. confirmatur ista conclusio, & cons. 460. nu. 16. versic. & hoc idem comprobatur,* Curt. iun. *cons. 1. col. 2. in fine, vers. ponderandum est,* Alciat. *regul. 2. præsumpt. 17. nu. 3.* Blanc. *de compromi. q. 7. num. 53. vbi pulchre.*

Addo in terminis loquentes Ruin. *consil. 78. nu. 4. versic. istis casibus, & col. fin. versic. non obstat, volum. 1.* Ant. Gabr. *de dilat. conclus. 2. num. 9.* Tradit vltra eum Andr. Sicul. *consil. 12. col. fin. vol. 2.* Farinan. *de gabel. q. 2. quæst. 5. in fine.*

2 Hinc postea deueniendo ad specialia, relocatio intelligitur facta pro eodemmet precio, & pensione tā in prædijs, quam in famulis, & alijs salariatis, Bald. *in l. cum quidam, in fin. C. de iur. dot.* commendat Cremens. *singul. 13.*

3 Hinc etiam relocatio intelligitur facta circa tempus ad tantundem tempus quantum erat prima locatio, Bal. in terminis tacitę conductionis, & societatis, *cons. 443.* puncto super quo, *col. 2. vers. si hoc autem non appareret, lib. 4. per textum notabilem in l. cum q. 5. §. vxor, ff. solut. matr.* Commendat Tiraquel. *de retrac. lignagier. §. 1. glos. 10. num. 27.* Socin. *consil. 56. vol. 2.* Afflict. *decis. 365.* Burlat. *cons. 23. num. 17. vol. 1.*

4 Quod tempus intelligitur secundum naturam, & qualitatem temporis principalis, vt in pulchro casu consuluit, Alex. *cons. 18. stantib. terminis, in fin. lib. 3.* per textum hunc notabilem, *l. item, quæritur, §. qui impleto ff. locati. & l. legem, C. eodem, & l. inter socerum, §. cum inter, ff. de pact. dotal. & l. etiam, C. de iur. dot.*

5 Per quam dixit ibi Bal. quod Doctor censetur etiam sub primo stipendio reconductus, etiam si aliqui anni in medio interuenerint, Io. Lup. *de donat. in rubr. §. 62. num. 29.* & tenet Iacob. Menoch *de arbitr. iud. libr. 2. centur. 2. cas. 139.*

6 Vbi pulchre limitat, nisi Doctor satis melior fuisset effectus, quia honorarium augendum est, & hoc iudicis arbitrio. Corsett. *in verb. salarium, 2.*

7 Contrarium, & melius circa temporis renouationē tenet idem Bald. *in l. legem, circa med. C. locat.* vt ad annum tantum censeatur facta relocatio, si in minori non percipiatur vera vtilitas, ita discurrendo. Si enim ex prædio rustico, de hoc enim in præsenti loquimur, non percipiatur vtilitas, nisi de quinquennio in quinquennium, aut triennio in triennium, & sic de singulis, ad illud censetur facta renouatio, prout etiam superius tetigi circa annum *in tit. de iure emphyteut.* vbi quomodo intelligatur, pariter si ex fundo percipiatur vtilitas, & fructus de semestri in semestre, ad semestre, censetur facta relocatio. Vnde si in prima locatione

locaui

1 Pro parte negatiua facit, quod superius diximus in hac eadem materia, q. 14. vbi non procedit in contractu emphyteutico, ex quo ex eo transfertur vtile dominium, & agitur de maiori præiudicio, quod pariter dicendum videtur de locatione ad longum tempus, ex qua simili modo vtile dominium transfertur, dixi superius, *par. 2. tit. de locatione ad longum tempus, & effectibus ipsius.*

2 Contrarium tamen visum fuit Ruin. *conf. 61. nu. 5. vol. 1.* & hac potissimum ratione, quia dispositio §. *qui impleto*, procedit, & locum habet in locatione facta a Communitate, vel Republica, vt probat tex. & ibi, & si Reipublicæ prædia locata fuerint, vbi Bart. & Cast. dicunt sufficere tacitum consensum administratorũ, & Bal. *in l. legem, C. locat.* & vidimus superius. Si igitur habet locum in locatione facta a Republica, ex qua vtile dominium transfertur, etiam si fit ad modicum tempus, vt vidimus superius de effectibus locationis ad longum tempus, *par. 2. ex no. in l. 1. ff. de loc. publ. fruend. & in leg. 1. §. quod autem*, vbi Bart. *not. ff. si ager. vectigal. vel emphyteut. petat.* ergo habebit locum in locatione ad longum tempus, ex qua vtile dominium transfertur.

3 Dices. Cur igitur non procedit in contractu emphyteutico? duplex est responsio. Vna est, quia licet contractus emphyteuticus in multis fit similis contractui locationis, *vt vidimus superius, part. 1. de similitudine locationis, in fine*, tamen satis in multis differt, vt vidimus superius. Vnde dispositio §. *qui impleto*, non procedit in contractu dissimili, prout vidimus superius, in emptore fructuum, in quo non procedit, licet venditio & locatio, maxime fructuum sint admodum similes, vt vidimus *in dicta q. de similitudine locationis.*

4 Secundo modo respondebat Ruin. *in allegato conf. nu. 5. in fin.* quod contractus emphyteuticus nunquam mutat naturam suam in translatione maxime vtilis dominij licet mutetur, & abbreuietur tempus. Vnde si emphyteus fit pro prima vice ad decennium puta, ea finita si induceretur tacita renouatio ad vnum annum tantum iuxta dispositionem §. *qui impleto.* pro illo simplici, & vnico anno non mutat naturam emphytheosis, & transfertur vtile dominium, prout in emphyteusi facta de decennio, quod secus est in locatione ad longum tempus.

Ex quo discursu multa vtilia colligimus in hac locati, & conducti materia.

5 Primum est, quod contractus emphyteuticus nunquam mutat ipsius naturam, licet in eo mutetur, vel diminuatur tempus. Vnde si daretur casus, quod in emphyteusi annorum decem, vel simili, induceretur renouatio ad annum, ex dispositione §. *qui impleto*, pro illo tantum anno diceretur translatum vtile dominiũ in emphyteutam, & vere vtilis dominus appellari potuisset pro illo anno. Non igitur ex tempore emphyteuta habet vtile dominium, sed ex natura contractus tantum.

6 Secunda colligitur vtilitas ex hoc discursu, quod locatio ad longum tempus de facili mutat naturam, & conditionem suam ex accidenti, cui addijcitur. Vnde si datur renouatio tacita ex dispositione §. *qui impleto*, non est ad aliud longum tempus, & sic ad tantundem sed tantum ad annu, & sic ipsius natura moderatur a superuenienti renouatione, & præualet natura renouationis tacitę naturę locationis ad longũ tempus.

Tertia colligitur vtilitas, quod verbum, forte, positum in d. §. *qui impleto, in vers. & si bustũ forte, &c.* inducit veritatem, *glos. in l. in substitutione, ff. de vulgar. & pupillar.*

7 Et sic habetur ex prædictis responsio ad contraria de emphyteusi, & cum opinione Ruin. consuluit Cephal. *conf. 475. n. 42. col. 4.* & alij, de quibus supra q. 14. *vbi videas.*

QVAESTIO XXXIII.

1 Sed nunquid ex verbis illis, recipi pro affictu tot, inducetur tacita, vel expressa locatio? Videbatur induci expressa *ex no. in l. 1.* vbi Bart. *ff. de his*, quæ in testem debentur. Anchar. *conf. 393.*

2 Contrarium est verius, vt tacita tantum sit inducta locatio, Put. *decis. 184. par. 1.*

QVÆSTIO XXXIIII.

QVID de consuetudine contra mãdandi? Mar. *decis. 167. par. 1.* Positis nonnullis quæstionib. ad materiam *l. item quæritur, §. qui impleto, ff. locat.* descendo pro vtilitate ad nonnullas vtiles declarationes in foro quotidie contingentes.

DECLARATIO I.

1 Declaratur primo dispositio §. *qui impleto*, vltra multas declarationes, quæ ex discursu supra positarum quęstionum colligi possunt, vt procedat, et habeat locum in prædiis rusticis, nõ autem in prædiis vrbanis, quoniam in his colligitur reconduxisse solũ, & tantummodo pro eo tempore, quo inhabitauit, & non vlterius, & hanc limitationem sentit *text. in d. §. qui impleto, in vers. in vrbanis autem prædijs, &c.* vbi Bar. Bal. Castren. & Fulgos. clarius exprimunt. Cott. *memorabil. in verbo locant, in fine.* Pepienf. *in form. loca. in verbo, inuestiuit, num. 8.* Bar. *in l. si pupilli, §. videamus, sub nu. 4. ff. de negoc. gest.* Anchar. *q. 42. nu. 5. p. 1.* Afflic. *decis. 365. nu. 11.* Odofred. *in l. certi iuris, C. locat.* Rebuff. *de except. nu. 669.*

ADDITIO.

☞ *Bero. conf. 156. num. 13. vol. 1. Crauet. de antiq. tempor. par. 4. §. materia ista, n. 106. Surd. decis. 33. nu. 11.*

2 Circa tamen versiculum in vrbanis oritur difficultas in intellectu illorum verborum. Prout quisque habitauerit, & datur triplex intellectus.

3 Primus est, vt in prædijs vrbanis ad tantundẽ facta dicatur relocatio, qui intellectus caret ratione, vt ibi Castr. animaduertit, & repugnãt verba textus ibi, prout quisque habitauerit, quę sunt restrictiua ad tempus præcisum habitationis, & limitant eum Bart. & Bal. *in l. edita, C. de edend. in extrauag.* ad reprimendum, *in verbo, prout* Fel. *in cap. ex parte, clausul. 10. de rescript.* Boer. *decis. 16. Pedemont. decis. 5. nu. 3.*

4 Secundus est ad illa verba intellectus, vt in prædiis vrbanis videatur reconduxisse pro tempore tantum, quo quisque habitauit, non ex tacito consensu, prout in prediis rusticis, sed ex æquitate, *leg. si me, & Titiũ, ff. si cert. petat.* ne conductor locupletetur cum aliena

 iactura;

Digitized by Google

iactura: deficit igitur consensus secundum hunc intellectum, supplet autem æquitas.

5 Per hunc intellectum inferri posset ad vnum in facti contingentia, q si amicus habitauit domũ alterius amici absentis, quia vti absens, & ignorans, non poterat dici consentire locationi, quod pro tempore, quo inhabitauit ex æquitate *l. si me, & Titium*, tenetur ad pensionem. Datur igitur quodammodo locatio respectu pensionis ex quadam æquitate, sine consensu.

6 Tertius est ad illa verba intellectus, vt detur actio ex locato & conducto, pro illo tantum tempore, quo inhabitauit, & non vltra, & hoc non ex æquitate *l. si me, & Titium*, sed ex tacito consensu in reconductione inducto pro tempore, quo quisque inhabitauit, & iste est verus, & magis communis intellectus ad illa verba, in prædijs vrbanis, prout quisque habitauerit, ita obligetur, & ita ibidem attestatur Bar. *sub num.* 7. Castrens. *sub eod. num.* 7. *in fine*. Raph. Fulgos. *nu.* 6.

7 Tacitus igitur consensus in locatione, & cõductione alteratur, & diminuitur iuxta qualitatem subiecti, cui adijcitur; si enim cadit consensus super prædio rustico, porrigitur ad annum, si super prædio vrbano, ad tempus simplicis habitationis. Et sic ex prædio rustico in dies fructus, & vtilitas percipitur.

8 Subdeclaratur hæc prima declaratio, vt non procedat in domo, vel alio prædio vrbano, in quo non percipitur fructus vniformiter, & dietim, sed certo tẽpore, puta conduxi apothecam, vel domum in tali loco, vbi de tali mense fiunt nundinæ, quo casu locatio protrahitur ad tempus fructus, prout in prædio rustico, prout contingit Fulginatensibus propter nũdinas in mense Maij; Tudertinis tempore Pentecostes, nec curant multi conducere pro anno, vt in anno compræhendant illud tempus vtile, & fructuosum, ita declarat, & sentit Bal. *in d. §. qui impleto, col. penult. sub num.* 10.

9 Et sic prędiũ vrbanum attenta eius qualite quandoque regulatur secundum naturam prædij rustici.

10 Subdeclaratur secundo hęc declaratio nisi in scriptis certum tempus locationis comprehensum fuerit, ita declarat ipsemet textus *in d. §. qui impleto, in fine*. Quę verba intelliguntur secundum veriorem intellectum gloss. Quod si in contractu locationis & conductionis est adhibita scriptura non ad probationem tãtum, sed ad hoc, vt scriptura sit de substantia contractus, & aliter non valeat, vt dixi superius dum de scriptura tractauimus, tunc non inducitur modo aliquo renouatio, quia in prima locatione concurrebãt duo ad substantiandum contractum locationis & conductionis, scilicet consensus, & scriptura, in renouatione deficit scriptura, & sic substantiale, meritò non inducitur aliqua renouatio, & ita sentit post glos. ibi Bar. *nu.* 7 Castrens. *col. fin.*

11 Et sic secundum hunc intellectum illa verba non referuntur ad proxima solum, prout dicendum videbatur, sed ad omnia præcedentia ponendo conclusionem generalem, quod quando in contractu locationis, & conductionis est adhibita scriptura pro substantia contractus, nulla inducitur renouatio, nec in prædio rustico ad alium annum, nec in prædio vrbano ad tempus, prout quisque habitauerit, & sic quandoque relatio non fit ad proxima præcedentia vt quid generale ad ea. Petr. autem Aurelhac. in sua forma libelli de actione ex conducto se admodum extendit in intellectu dictorum verboru m, & finaliter ponit suum intellectum ad illa verba fortasse non spernendum hoc modo, videlicet,

12 Nisi in scriptis certum tempus compræhẽsum fuerit, idest limitatum per verba taxatiua, restitutiua, & præcisa, puta loco tibi hanc domum pro vno anno tantum, & non vltra, isto casu non videtur in aliquo facta tacita reconductio etiam pro tempore, quo habitauit stante formalitate verborum, & hoc innuunt illa verba, certum tempus, in locatione enim semper tempus est certum appositum, vnde & aliquid certius compræhendat vltra solitum intelligitur certitudo per verba taxatiua, restrictiua, & præcisa.

13 Sed dato hoc intellecto pro vero, quid dicemus hoc casu, si habitet post tempus certum, & præcisum in scriptis appositum? Vtique fortasse dici posset, prout superius diximus circa intellectum aliorum verborum, quod si talis conductor quodammodo de facto habitat, non erit reconductio ex tacito consensu, qui non est, sed dabitur actio ad pensionem ex æquitate *l. si me & Titium*, ne locupletetur cũ aliena iactura habitando gratis domum alterius.

14 Vnum non omittam, de quo superius diximus. *q.* 29. de locatore protestante; si enim pluries protestatur termino locationis pendente, nihil agit; si in fine tacẽ do permittit, pariter nec iste, qui tẽmpus præcisum apposuit in locatione, tacendo postea videtur tacite relocasse, debet nẽ minus operari protestatio reiterata, quam tempus præcisum in locatione appositum?

15 Vnde multi locatores vulgari sermone dicunt. *Io te l'appigiono per tanto tempo, & non più* confidunt in hac præcisa formalitate verborum.

16 Consideraui etiam dictionem, nisi, in eo textu appositam, quæ sequendo orationem affirmatiuam, prout ibi fecit, tunc ponit, & affirmat Din. *in reg. peccati, nu.* 3. *lib.* 6. *Ial. de act. in prin. nu.* 2. & 3.

17 Non omittam etiam antequam vlterius procedã, quod Petr. ve Aurcliac. in citato loco sentit locationem fieri posse sub tempore incerto, licet (vt ipse dicit) raro hoc contingat.

18 Vnde quis profecturus in lõginquas partes per plurimos dies, & fortasse menses, dicit amico suo. *Io mi contento che teughi a pigione la casa mia fin tãto che io torno*, quę pẽsio debebitur fortasse arbitrio boni viri.

19 Considerabat tamen Fulgos. ad doctrinam Bar. superius allegatam, quando fructus percipitur vniformiter, & ęquiparatur prædio rustico, vt pro anno cẽseatur facta reconductio, quod non procedit sine scrupulo, quia in domo ad certum tẽpus profutura propter accidens in anno, vel nundinarum, vel indulgentiarum, aut simili, dantur menses inutiles, in quibus nulla percipitur vtilitas, puta, si quis per mensem post indulgentiam, vel nudinas habitasset, quo casu tenetur ad pensionem arbitrio boni viri.

20 Vnde in facti contingentia posset considerari. Ego conduco domum, quæ vtilis, est vel propter indulgẽtiam, vel nundinas, vel simili causa de mense Maij, tãtum habito per mensem Aprilis, non vltra, quid agẽdum? Econtra habito de mense etiam Iunij, quo mense nihil lucri facio, quid agendum? arbitrio boni viri stabitur.

21 Subdeclaratur tertio, & hoc deseruit, tam in prædio rustico, quam vrbano, vt non procedat tacita reconductio, si superueniat aliquis actus impeditiuus

tiuus consensus,ex quo tacita reconductio inducitur. Vnde si superueniat furor,vel mors tacita, reconductio non inducitur, *l. qui ad certum, ff. locat.* Ex quo contextu multa colliguntur vtilia in hac locati, & conducti materia.

21 Primum est, quod in contractu locationis & conductionis, sicut in cæteris contractibus, eo vsque se fictio extendit,quo veritas ipsa potest. Vnde sicut furiosus, vel mortuus expresse locare non potest, quia caret intellectu,pariter ex eis non poterit induci ficta quodammodo locatio per tacitum renouando consensum, & sic renouatio locationis est ficta a iure inducta per tacitum consensum locatio. Circa quem textum alia plura superius vidimus in q. de vsufructu, par. 2. & quod ille textus neget furiosum,vel mortuũ posse de integro locare,sed non negat quod fieri possit a lege per fictionem.

23 Vel ideo in eo textu hoc procedit,quia duæ fictiones simul concurrerent, puta, quod furiosus habeat voluntatem, & quod dicatur ex integro locare non contradicendo Io.Far. *de essent.infant.in fi.*

24 Secundum, quod in contractu locationis nec verba,nec scriptura necessaria est, sed solo simplici consensu perficitur ad ea, quæ superius diximus part. 1. An verba, vel scripturæ sint necessaria in contractu locationis,& conductionis.

25 Vnde si hodie fiunt apocæ, vel instrumenta locationum,hæc est potius ad probationem,quam ad substantiam,vt dicit etiam Bar. *in d.§.qui impleto.*

26 Tertium est, quod furiosus non potest locare, nec renouare tacite locationem.

Quartum, quod locatio extinguitur per mortem dicam (Deo dante) suo loco. Subdeclaratur quarto, vt in prædio vrbano intelligatur tacita reconductio, stante lapsu alicuius notabilis temporis , puta trium mensium,prout in casu Mago, *Rot. Luca. 47. nu. 11. vbi limitat dicta Doct. in d. §. qui impleto.*

DECLARATIO II.

1 Declaratur secundo, vt tacita renouatio ex dispositione *§. qui impleto* , procedat , & habeat locum data scientia vtriusque locatoris,& conductoris, nec sufficit vnius tantum . ita Rot. vt per Bellamer *decis. 748. prope medium.* Fulgo. *in d. §. qui impleto.* Salic. *in l. legem, C. locat.* Franc. *decis. 539. num. 6.* Anchar. *q. 42. num. 12. part. 1.* Io. de Pra. *in l. si quis nec causam,num. 3. ff. si cer. pet.* Bard. *de temp. vtil. & contin. cap. 4. vers. regula autem.* Afflict. *decis. 365. in fine.* Laurent. de Pinu. *consil. 120. num. 4. & 5.* Petr. de Vbal. *de duobus fratr. par. 3. q. 5. col. 8. vers. 1. & e.*

2 Hinc postea si quis decesserit pluribus hæredibus relictis, patiantur conductorem in conductione remanere,consentire,& reconducere censentur,vt per Castr. *in d. §. qui impleto, per l. si id, quod §. fin. ff. de proc.*

3 Idem est mortuo conductore , si eius hæres perseueret in conductione sui authoris, Angel. *in l. cum fatis, §. caueant, C. de agricol. & censit. lib. 11.* quem refert , & sequitur Io. de Anan. *in cap. 2. de Iude.* vbi dicit valde notandum. Alex. *cons. 28. in fin. lib. 4.* Ang. *in l. cum fatis, §. caueant, C. de agricol. & censit.* Soc. iun. *cons. 63. num. 20. lib. 2.*

4 Ampliatur de hærede locatoris etiam ante aditam hæreditatem, Alciat. *regu. 3. præsumpt. 17. num. 4.* sic intelligens *l. qui ad certam, ff. locat.* Mago. *Rot. Floren. 2. num 30.* Soc. iun. *cons. 63. num. 20. lib. 2.*

5 Declaratur autem hæc conclusio hæreditariæ reconductionis multis modis . Primo, vt procedat data scientia locationis, alias si ignoraret hæres, vel locatoris,vel conductoris,renouatio ex parte hæredis nõ induceretur , & non sufficit scientia vnius tantum , quando daretur casu, quod esset hæres hinc inde, per ea, quæ superius diximus in principio huius declarationis. Alciat. *reg. 2. præsumpt. 17. num. 6. in fi.*

Addo *Rot. decis. 233. in nou.* Dec. *in l. semper, num. 9. ff. de reg. iur.* Io. de Amic. *cons. 114. col. fi. vers. insuper.* Alex. late *cons. 117. volum. 5.* Mari. Anguf. *cons. 216. num. 19.* Castrens. *cons. 1. num. 3. vol. 1.* Bonacoss. *in cautel. littera P. fol. 71.* Firmi. *in verbo, coloni partiarij.*

6 Quæ ignorantia in hærede præsumitur, vnde allegãti incumbit onus probandi scientiam. Anchar. loquitur in fratre successore, *q. 42. in fine , part. 1.* Addo Soc. iun. *cons. 63. nu. 21. par. 2.* Bonum igitur est, quod conductor, vel colonus, cuius interest perseuerare in conductione cum defuncto inchoata, vt intimet eius hæredi,vel cum eo quanto citius faciat aliquem actũ scientiæ demonstratiuum.

7 Et ad prædicta faciunt, quod coniunctus non præsumitur habere scientiam de contractu gesto per defunctum. Alex. *cons. 30. col. 3. vers. non obstat,* quod testis dicat, *vol. 2. cons. 71. col. pen. & seq. vol. 1.* Dec. *cons. 445. num. 10.* Vero. *cons. ciuil. 47. col. 2.* Corn. *consil. 147. col. pen. vol. 2.* Bal. *consil. 130. in fine vol. 2.* Cur. iun. *l. 1. col. 9.* vbi Purpurat. *col. 14. ff. si cert. pet.* Ruin. *cons. 121. num. 4. ver. nec obstat, vol. 1.* Grat. *cons. 76. num. 48. vol. 1.* Malcard. *de proba. in verb. coniunctus, num. 5.*

8 Vnde si coniunctus succedat coniuncto locatori , vel conductori , non sufficit dicere , hoc factum locationis scribas ante , tanquam coniunctus.

9 Declaratur autem id, quod dictum est de hærede, vt in eo præsumatur ignorantia , vt non procedat in suis,& sic in filio, qui præsumitur habere notitiam de gestis per patrem.

10 Vnde & sibi vti bene informato defertur iuramẽtum suppletorium de gestis per defunctum patrem. Roma. *cons. 290.* Soc. *cons. 264. visis num. 2. vol. 2.* Plot. *de in litem iurand. §. 24. num. 8.* vbi bene loquitur. Addo bene loquentes Tiraq. *de retract. lignagier. §. 2. gl. 2. num. 9.* Iac. Men. *de arb. iud. lib. 2. cent. 2. cas. 150.* & hæc est communis opin. Ias. post Soc. *in pen. ff. ne quis eum.* Afflict. *decis. 169. num. 8.* Ruin. *consil. 35. num. 10. vol. 5.* Ant. Gabr. *de iureiur. concl. 6. num. 10.* Addo Roland. *cons. 52. vol. 1.* Seraph. *de iuram. priu. 33. num. 217. & primil 68. limit. 2.* & sæpius in facto occurrit. Secure igitur continuabit conductor, vel locator cum filio hærede sine vlla probatione scientiæ.

11 Declaratur secundo loco in hæreditate non adita , secus ante aditam hæreditatem . Ita Alciat. in citato loco ita intelligendo *l. qui ad certum, in fine, ff. locat.* eo quod ibi not. Paul. Castrens.

12 Declaratur tertio in hærede cum beneficio legis , & inuẽtarij, quia in eo procedit si sibi expediat, alias non. Monticul. *de inuentario, par. 9. num. 47.*

DECLARATIO III.

1 Declaratur tertio loco renouatio *§. qui impleto,* vt non procedat in socio perseuerante , quia

Digitized by Google

hoc præsumitur ratione cōmunionis, vt dixi superius *in quæst. de socio, & in quæst. huius §. qui impleto*, & tradit Socin. *in l. serui electione, §. Labeo, ff. de leg. 1.*

DECLARATIO IIII.

2 Declaratur quarto loco renouatio, §. *qui impleto*, vt procedat, si conductor non impleuisset pro parte sua pacta, & conuentiones initas Alex. *consil. 76. vol. 5.* Gozzad. *in repet. l. 2. C. de pac. inter empt. & vendit. q. 31. cons. 94. num. 52.*

Addo Crauet. *cons. 87. num. 3.* vbi dicit, quod verisimile est, quod si conductor intendisset ad renouationem, impleuisset pro parte sua.

3 Quæ omnia etiam in hærede procedunt. Alciat. *reg. 2. præsumpt. 17. num. 7.* Fel. *consil. 25.* Bar. *cons. 154. num. 39. vol. 1.* Menoch. *consil. 121. num. 100. vol. 1.* Calcan. *cons. 7. num. 16.* Plo. *in l. si quando, num. 101.* secundum antiquam impressionem. Ruin. *consil. 114. num. 4. vol. 1.*

4 Ampliatur etiam si non impleuerit hæreditate iacente Capic. *decis. 87. n. 10.* Borgn. *dec. 44. nu. 78. in fi.*

Et materia implementi ponam suo loco Deo dante.

DECLARATIO V.

5 Declaratur quinto loco, quando a principio sit renunciatum iori inquilinatus. Gozzad. *in l. 2. num. 168. C. de pact. inter empt. & vend.* Bart. *de tempor. vtil. vel contin. c. 4. num. 11.*

Vnde sis cautus apponere hanc clausulam vtilem in materia renunciationis.

DECLARATIO VI.

1 Declaratur sexto in rebus mobilibus, nisi sint locari solitæ, alias in eis committitur furtum. Bartol. *in d. §. qui impleto*, & hæc est communis opinio, vt per Castren. *cons. 147. part. 1.* & de solito dicam (Deo dante.)

2 Id autem, quod dictum est in rebus mobilibus, vel se mouentibus furtum committi, declaratur duobus modis, & hoc ex mente Bar. *in d. §. qui impleto, num. 10.* sed latius aliquantulum reassumendo.

3 Primo, nisi crederet dominum permissurum, quo casu furti nō tenetur, immo ex hac credulitate excusatur, *l. non omnes, §. recte, ff. de fur.* Et quoniam de facili quilibet fur dicere potest, putabam dominum permissurum, ponuntur aliquæ circumstantiæ, vel coniecturæ. Prima est. Si rē ab initio habuit domini voluntate, puta est commodata, vel locata ad certum vsu, tempus, vel locum, si protrahatur in longius, excusatur, glo. *hoc sentit in §. furtum autem, in verbo, permissum*, & ibi clarius Aret. *de obligatio. quæ ex delicto.* Secunda est cōiectura ex parte accipientis, quia erat coniunctus, vel valde amicus domini ipsius rei.

4 Vnde ex hoc credendum esset ratione sanguinis, vel amicitiæ. Tertia est coniectura ex parte dantis, quia sit homo liberalis, vel humanus, vel consuetus ita dare, his enim concurrentibus illa credulitas excusat. Bart. *ad d. §. recte.* Aret. *in d. ver. permissum.* Bal. *consil. 345. col. 4.* Fel. *in c. inquisitionis, colum. 5. de accusat.* Ias. *in l. quidam cum filium, in fin. de verb. obl.* Boss. *in pract. tit. de fur. num. 12.* Gomez. *lib. 3. cap. 5. colum. 2. in princ.* vbi etiam dicit in dubio præsumi dominum non permissurum, cum nemo præsumatur velle iactare suum iuribus vulgaribus. Marsil. *cons. 26. num. 2.* Neuiz. *lib. 3.* Silu. *nuptial. num. 52.* Aug. ad Ang. *in verbo, comparent, vers. quid si fur. post num. 12.* Iacob. Menoch. *de arbitr. iudic. lib. 2. centu. 3. cas. 298. num. 4.* vbi hoc iudicis arbitrio remittendum tenet inspecta qualitate personarum, & rei. Iul. Clar. *in §. furtum, col. 8. vers. item excusatur.*

5 Colligitur ergo ex hoc discursu, quod si præcedit titulus aliquis, puta locatio, commodatum, & similia, quod est iusta credulitas dominum permissurum. Vnde ad propositum illius, quod dicit Bartol. *in d. §. qui impleto*, sequitur, quod in rebus etiam mobilibus, & se mouentibus inducitur tacita relocatio ex tacito permissu domini, accedente prius titulo locationis, & sic contra Bartoli opinionem. Videtur enim quæstio sua de mobilibus implicare cōtradictionem, quærere, an locatio consistat in se mouentibus ad materiam §. *qui impleto*, vt fiat tacita renouatio, & dicere, quod fiat furtum si vltra conuenta vtatur, quia præcedente locationis titulo, semper est dicendum dominum permissurum, & sic dici posse inesse quasi improprio quodammodo vnam tacitam renouationem ex dispositione §. *qui impleto.*

6 Declaratur secundo loco ex mente Bart. in citato loco, nisi dominus esset consuetus locare.

Vnde solitum, & consuetudo locandi excusat a furto, & videmus passim in facto, quod multi delectantur, & hoc publicè profitentur dare equos ad vecturam, tamen si locant duobus diebus, vel vsque Narniam, & vtatur pro decem diebus, vel vsque Romam, non ex hoc inducitur furtum, sed petitur vectura tot dierum.

Idem videmus multos locare culcitras, & similia ad dormiendum destinata pro vno mense, tamen si vtatur vlterius, non accusant de furto, sed agunt ad vlteriorem pensionem tantum. Petr. de Vbal. de duobus fratrib. *par. 3. q. 5. vers. 3. col. 8.*

7 Ex quibus corollarie infertur ad multa (nisi fallor,) non inutilia.

Primo infertur intellectus *ad l. qui iumenta, ff. de furt.* vt non procedat, nec habeat locum in equo, vel simili solito locari.

Secundo idem intellectus infertur *ad l. si furtum, in princ. ff. de condict. furtiua.*

8 Tertio idem infertur intellectus *ad d. §. furtum, in vers. nisi credat, instit. de oblig. quæ ex delicto.*

9 Quarto infertur declaratio ad id, quod no. Plo. *de in litem iuran. §. 1. num. 2.* vt contra illum, qui recepit equum, & vsus est longiori tempore, vel itinere detur actio in litem pro damnis, & interesse, namque hoc ex prædictis non procedit in equo, vel simili animali solito locari.

10 Infertur quinto loco intellectus *ad glos. vulgarem in §. alia*, vbi Ias. *num. 54. in tit. de act.* vt in his, quæ consistunt in animo, stetur assertioni nostræ nam hoc non procedit, quando contra id asserentem sit aliqua præsumptio in contrarium, prout in proposito casu. Crau. *cons. 225. num. 9. cons. 271. col. pen.* Marsil. *cons. 9. num. 36.* Nat. *cons. 230. num. 6. lib. 1.* & ponam alias (Deo dante) suo loco.

11 Et ad confirmationem huius conclusionis Bartol. addo cum eo tenere & eius opinionem Archiepiscopum

pum Floren. in eius summa, *titul. de speciebus fur.* §. 4. Cassan. *in consuetud. Burg.* §. 5. *fol.* 40. Bonacos. *de equo,* q. 59.

Et ad hoc met proposi um vltra alios addo, quod inuehit Ang. *in l. qui Romæ,* §. *Callimachus, ff. de verb. oblig.* contra conductores roncinorum, qui conducūt nuntios locantium, vt roncinos reducant: nam nullū pactum, nulla conuentio, nulla termini prorogatio prædictos vecturinos facta alterat, tollit, aut permit obligationem ab initio quæsitam ipsis locatoribus roncinorum, quod dixit bene notādum Roderic. Soarez. *in l. rem iudicatam, nu.* 19.

DECLARATIO VII.

1 Declaratur septimo loco, nisi conductor in instrumento locationis promisisset in fine temporis conuenti restituere locatori rem vacuā liberam, & expeditam cum clausula renuncians, &c: quo casu non intelligitur modo obliquo facta reconductio virtute talis renunciationis. Goza. *in l.* 2. *num.* 205. *C. de pact. inter empt. & vend.* commendat Marches. *patrocin.* 6. *in fin.* inferens ad statutum Bononiense in materia denunciationum per tres menses ante, prout dicam in sequenti declaratione.

Addo Gozza. *cons.* 96. *nu.* 19. Bello. *cons.* 22. *nu.* 12.

2 Clausula igitur renuncians in instrumento apposita tollit remedium tacitæ renouationis *ex* §. *qui impleto, ff. locat.*

DECLARATIO VIII.

1 Declaratur octauo loco dispositio §. *qui impleto*, vt non procedat, nec habeat locum, si extaret statutum in loco, quod nisi fiat denunciatio infra tres menses, intelligatur facta reconductio eum eisdem pactis, capitulis, & conditionibus, &c. nam intelligitur de prima vice tantum. Alex. *cons.* 16. *vol.* 4. quod consilium est valde celebre, & famosum in hac materia tacitæ reconductionis, & sæpius a Doctorib. allegatur. Rui. *cons.* 79. *n.* 4. *lib.* 1. Tiraq. *in l. boues.* §. *hoc sermone, in reg. num.* 121. *de verb. signific.* Soc. iun. *cons.* 35. *num.* 9. *lib.* 2. pulchre Bero. *cons.* 55. *num.* 43. *libr.* 1. Mago. *Rot. Luc.* 47. *nu.* 2.

2 Subdeclaratur hæc declaratio multis modis. Et primo, quod non poterit locator exequi instrumentū primæ locationis virtute istius tacitæ reconductionis etiam quod statutum dicat, quòd intelligatur factā reconductio tanquam ex publico instrumento. idem Alex. *cons.* 72. *vol.* 2. Bero. *q. familiar.* 110. *n.* 2. Soc. *cons.* 240. *n.* 3. *&* 4. *vol.* 2. Borgn. *decis.* 44. *num.* 83. dicens hoc admodum notandum in Terra Petræ Sanctæ, Ciuitate Bononiæ, Pistorij, & pro similibus locis, vbi talia statutata vigent.

3 Subdeclaratur secundo, vt tale statutum non habeat locum, si conductor non impleuerit pro parte sua. Bero. *cons.* 153. *n.* 193. *vol.* 1. Alex. *d. cons.* 76. *vol.* 5. Fel. *consil.* 25. *nu.* 21. *vers. vlterius & tertio*, Calcan. *consil.* 7. *nu.* 16.

4 Quæ declaratio, prout etiam superius dixi, semper vera est ne dum in materia statuti, sed de iure commu ni, & obseruantia admodum grata, & amica est contractui locationis, & conductionis.

5 Subdeclaratur tertio, vt tale statutum non habeat locum in bonis ecclesiasticis. Felin. *in repertor. in verbo, statutum*, quod annullat. Socin. iun. *cons.* 25. *num.* 4. *vol.* 2. Abb. *in c. Eccles. S. Mar. n.* 25. *de constit.* Alex. *cons.* 17. *vol.* 4. Neuiz. *cons.* 39.

6 Bene verum est, quod tale statutum comprehendit personam ecclesiasticam. Barbat. quod sic, ad statutū Bononiense in addit. ad Bart. *in l.* 1. *sub nu.* 29. *litera B, circa medium* additionis magnæ, *C. de sacrosanct. eccles.*

7 Aut igitur persona ecclesiastica locauit bona ecclesiastica, aut profana, & patrimonialia; primo casu non ligatur a tali statuto loquente de tacita renouatione; secundo casu sic, & sic in multis casibus statuta laicorum ligant personam ecclesiasticam, & tamen non ligant bona ecclesiastica.

Non omittam tamen in hac statuti materia, quod contra Alesan. opinionem superius relatam dubitauit Ias. *in l. diuortio*, §. *ob donationes, num.* 23. *ff. solu. mat.* ea ratione, quia Ales. in suo consil. nimis generaliter loquitur tam in prædijs rusticis, quam vrbanis, & repugnat sic generaliter regula *d.* §. *qui impleto*, & idem tenet Ias. *in l. duobus reis*, §. *ei, qui ff. de iureiur.* ea ratione, quia mens statuentium eadem videtur in secunda, & tertia reconductione, quæ in prima, qui solum voluerunt æquiparare prædia rustica, & vrbana, & disponere quod tempus primę locationis reiteratur in secunda contra dispositionem iuris communis, appellans Alexandr. decisionem in citato loco fortem esse. idem innuit Cotta in memorabilibus suis, *in verbo locati, in fine*, Alciat. *regul.* 2. *præsumpt.* 17. *in fine*.

8 Et sic ex dictis eorum videtur posse colligi ad materiam huius §. *qui impleto*. Aut loquimur de mera dispositione iuris communis iuxta terminos *d.* §. *qui impleto*, & locatio intelligitur renouata ad annum in prædiis rusticis, prout superius dictum fuit nedum pro prima, sed secunda, tertia, & vlteriori vide: aut loquimur de renouatione ex dispositione statutaria, & tūc ad annum, & de prima vice tantum, iuxta tamen Alesandri opinionem.

9 Et patientia a statuto allegata probari debet. Rot. Bon. *decis.* 62. *nu.* 15. Menoch. *de arbit. iud. lib.* 2. *centur.* 2. *c.* 191. *nu.* 4. Mago. Rot. Luc. 47. *nu.* 11.

DECLARATIO IX.

1 Declaratur nono dispositio §. *qui impleto*, stante pacto de emendo rem in fine conductionis. Mar. Anguil. *cons.* 71. *num.* 10. *vol.* 1.

DECLARATIO X.

1 Declaratur decimo loco a naturali instinctu dispositio §. *qui impleto*, vt procedat quoad pacta, quantitates, et conditiones repetendas, vt procedant in actu de re repetibili. Vnde si loco, tibi domum per annum, deinde ad beneplacitum cum hoc quod facias in tali ianua portam ligneam, non per hoc quolibet anno facienda est porta lignea, prout dicebat ille cauillosus, & sophisticus locator, pariter in locatione vineæ promisisti plantare quolibet anno vites tot, finita plantatione respectu rei in qua facienda est plātatio, cessat, extinguitur, & expirat pactum, & sic de singulis discurrendo.

Quando sumus in prædio Vrbano, cauti homines in instrumẽto faciunt apponi clausulam, vel pactum, vt annus inchoatus finiatur, nec possit expelli, si contingat annum inchoari, & ita vidi multa instrumẽta,

DECLARATIO XI.

Declaratur vndecimo dispositio §. *qui impleto*, vt procedat quando conductor remansisset in re conducta tempore congruo arbitrio iudicis, & boni viri, secus si paucis diebus. Vnde versabitur in hoc versantis arbitrium, Odofred. & Bal. *in d. §. qui impleto*, Afflict. *decis. 365. num. 14.* exemplificans in 3. diebus tantum.

DECLARATIO XII.

1 Duodecimo declaratur dispositio §. *qui impleto*, & est actus practicus, vt conductor nolens perseuerare, renouare, vel remanere, denunciet recessũ locatori, alias tenetur ad pensionem, & si locator sit absens, coniunctis & amicis, vnde eris bene cautus ad fauorem clientuli conductoris. Bal. *in l. 1. §. si de eo, qui pro tutor*, Alex. *conf. 28. volum. 4.* Ceph. *conf. 475. nu. 42. volum. 4.* Addo, quod valde commendat Iason. *in l. si quis nec causam §. res pignoris, in fin. ff. si certum petatur.*

2 In præsenti tamen materia renouationis vidi in facto casum. Fit locatio pro vno anno cum hypotheca instrumentali, labitur annus, & durat tacita relocatio, & incepta tacita relocatione conductor cõtraxit quædam debita, iterum obligando omnia bona sua, quæsitum fuit, quis præferatur in hypotheca, an locator, an secundus creditor, vidi allegatum quod secundus creditor præferatur, quia iste habet expressam, locator ex renouatione tacitã tantum: modo expressa præfertur tacitæ. Addo etiam in practica, quod conductor, dum molestatur, debet allegare ius tacitæ renouationis, alias censetur ei renunciasse. Præpos. *in c. si duobus, col. 2. de appel.* Crauet. *conf. 87. num. 4.* Vnde dum molestaris, allega annum inchoatum, & tacitam renouationem.

DECLARATIO XIII.

1 Declaratur decimotertio dispositio §. *qui impleto* nisi superueniat impedimentum ex parte locatoris, impeditiuum taciti consensus, puta si efficeretur demens & furiosus, ita Bart. ibi *num. 14.* Afflic. *decis. 365. nu. 2. facit l. electio §. vnius de option. legat.* vbi non videor consentire, quia non possum.

DECLARATIO XIV.

Declaratur, vt non procedat in custode campi. Bar. ibi *nu. 5.* Soci. *conf. 166. col. 1. lim. 2.* Menoc. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 85. in fin.*

DECLARATIO XV.

1 Declaratur, vt tacita relocatio intelligatur de prima tantum, & non vlteriori. Alex. *conf. 26. nu. 3.* Ruin. *conf. 78. nu. 5. in fin. lib. 1.* Menoch. *in cit. loc.*

2 Primo, nisi militet eadem ratio secunda relocatione, & alijs, Dec. *in c. prudentiam, §. dicimus, de offi. deleg.* Calcan. *conf. 1. col. 20.* Crau. *conf. 16. nu. 4.*

3 Declara secũdo in sermone negatiuo, Sebast. Med. *de reg. iur. par. 1. litera B. nu. 96.*

DECLARATIO XVI.

Dispositio §. *qui impleto*, procedit respectu contrahentium, non tertij, Bal. *in l. Aemilius, notab. 5. de minor. in l. filius, in prin. ff. de excus. tut.* Dec. *conf. 93. nu. 3.*

Practicando ad fugiendum relocationem solent locatores agere ex primo instrumento expresso, prout praticatur, Mago. Rot. Lucan. *47. nu. 2.* Pariter econtra, si conductor vult recedere, debet notificare, & portare claues, alioquin tenebitur semper ad pẽsionẽ ita dixit notabiliter. Bald. *in l. 1. §. si pro tutelæ, ff. de eo, qui pro tutor*, immo & locator finito tempore potest ostium aperire. Crot. *conf. 47. in fine*, etiam parte non citata, Alex. *conf. 106 vol. 3. & 131. vol. 4.*

Fictuarij pro renouatione contractus, debent accedere ad domum locatoris, Duen. *reg. 161. nu. 12. in fin.*

DECLARATIO XVII.

Dispositio §. *qui impleto*, non procedit vbi agitur de magno præiudicio puta de dominio transferendo, sed vbi agitur de modico præiudicio tantum. Bal. *in d. §. qui impleto.* Goza *conf. 94. num. 52.*

DECLARATIO XVIII.

Dispositio §. *qui impleto*, procedit, vbi quis peteret, & allegaret ius renouationis, vnde non opponẽdo renunciare videtur Crauet. *conf. 87. num. 4.*

ADDITIO.

☞ *Sed nunquid partes videntur in dubio renouasse ad longum tempus, vel ad modicum? vtique ad modicum vti minus præiudiciale vtrique parti, Crauet. de antiq. temp. in 4. particul. 4. par. nu. 123. Menoch. lib. 6. præsumpt. 9. n. 2.*

De multiplicatione contractus locationis.

QVÆSTIO I.

Practicabilis est quæstio in hac locati, & conducti materia, dum fiunt instrumenta locationum, in quibus multa bona in vno instrumento locantur, an sit vnica tantum locatio, vel plures?

1 Pro parte affirmatiua facit *l. sciendum*, vbi materia, & locus suus, *ff. de verb. obl.* vbi tot sunt stipulationes, quot res.

2 Secundo pro hac parte facit *l. ædiles, la seconda, §. si forte iugum multorum, ff. de ædil. edi. & l. cum eiusdem, eod. tit.* Tertio pro hac opinione confirmanda facit *l. cum duo serui, ff. de in diem adiectione.*

3 Pro contraria parte facit tex. in *l. cum eiusdem, §. interdum, ff. de ædil. edic.* ibi tex. formaliter dicit, quod si singulis rebus venditis singula pretia constituta sint, vna tamen est emptio.

4 Secundo pro hac parte facit *l. si id quod, §. quod si ex decem, ff. de don. inter vir. & vxor.* vbi si vnicum pretiũ sit,

fit, licet plures res venierint, tamen vnica emptio dicitur.

5 Tertio pro hac opinione confirmanda est bonus (ni fallor) *tex. in l. si duos, ff. de contrah. empt.* vbi si duos quis seruos emerit, & vnus ex eis moriatur, in alio viuo non durat emptio, quod vtique dicendum esset, si quot sunt res, tot essent contractus.

6 Priorem tamen opinionem affirmatiuam, quod tot sint locationes, quot res locatę, puto veriorem ex iuribus in ea superius adductis, quæ bene probant eius intentionem, quæ postea venit limitanda, & declaranda ex iuribus pro parte negatiua adductis, & allegatis, prout inferius in discursu quæstionis apparebit, & ita etiam sentit Bar. *in q. publicanus, num. 4.* Iaco. Nouel. *reg. 228.*

7 Si igitur quis in vno instrumento locauerit plures res, & bona, tot sunt contractus, & locationes, quot sunt res in ea cōprehēsæ, & hoc regulariter loquēdo.

8 Declaratur hæc conclusio multis modis, & hoc vltra scribentes in locis ordinarijs, quam maxime *in l. sciendum*, vbi locus suus, *ff. de verb. oblig.*

9 Primo, vt non procedat, quando vnica pensio pro omnibus cōstituta fit: tunc. n. ex vnitate pretij vnica reputatur locatio; & conductio, non obstante quod plures sint res in locatione comprehensæ. ita in terminis locati & conducti, Natt. *cons. 439. nu. 6. vol. 2.*

10 Et hoc vltra Nat. & allegata per ipsum confirmatur *ex l. si duos, ff. de contrah. empt.* vbi si duos quis seruos emerit, vnō mortuo, in reliquo non durabit emptio ea fortasse ratione, quia vnicum ambobus seruis constitutum erat pretium.

11 Ex qua *l. infertur* ad propositū quæstionis, de qua agimus, q̄ si pro vnica pensione cōstituta plures sint res, vel bona alicui locata, in vna nō cōsistat locatio, ex aliquo respectu, vel causa, nec etiā consistit in alia.

12 Et facit ad hoc regula, quod vtile per inutile vitiatur in indiuiduis, *vt not. in regula, vtile, lib. 6.* vnitas autem, & quodammodo indiuiduitas in casu nostro prouenit ex vnitate pretij, vel pensionis.

Et sic vnitas pretij, vel pensionis præualet multiplicationi rerum in contractu appositarum.

13 Subampliatur hęc limitatio, & declaratio, vt etiam vnicus dicatur contractus, quando apparet celebratus eod. die, loco, & testibus, *iuxta not.* per Bald. *in l. fin. C. de ope. li.* Seraf. *de iur. priu.* 107. *num.* 24. Ant. Gab. *de præsumpt. concl.* 13. *num.* 4. Rot. *nouiss.* 479. *num.* 6. *lib.* 3. *par.* 3. Rouesca ad Alex. *consil.* 90. *vers. nec habet, lib.* 3. Menoch. *de præsump. lib.* 6. *præsumpt.* 12.

14 Subampliatur secundo hęc limitatio, & declaratio, vt in primo loco quis conduxerit plures domos non sub eodem fictu, sed separato, postea fecit aliud instrumentum locationis reducendo ad vnum fictum tantum, & vnicam pensionem id, quod erat in pluribus, nam vnica est locatio, & conductio ex hac vnitate vltimo loco facta, & sic primum instrumentum locatione separata nihil facit quominus vnica sit postea locatio, & ita consuluit in terminis Cuma. *consil.* 42. *in 2. dub.*

15 Subampliatur tertio loco hęc declaratio, & limitatio, vt dicatur vna locatio, & cōductio ex vnitate pēsionis, licet solutio, vel præstatio sit distributa in plures annos, menses, vel partitas, prout tota die practicatur, & occurrit ita Bart. *in q. publican. num.* 5. *in l. si seruus communis, Maeuij, ff. de stipu. seru. & in l. si ex toto §. fin.* vbi etiam Imo. *not. ff. de leg.* 1. Boss. *de remiss. merce. condu. sub num.* 25. & hæc est communis opin. Soc. iun. *cons.* 68. *num.* 3. *vol.* 2. Beel. *cons.* 45. *nu.* 34. *vol.* 1. licet contrarium sentiat Bursa. *cons.* 309. *lib.* 3.

Et sic vnitas pensionis præualet, (vt dictum est) pluralitati rerum in instrumento locationis comprehensarum, & pręstationibus diuisis, & separatis.

16 Declaratur secundo loco allegata cōclusio, vt licet in instrumento locationis plures sint res cōprehensæ, & singulis fortasse rebus singula cōstituta sint precia & pensiones, tamen vnica est locatio, si vnā non conduxisset sine alia pariter nec locasset, quā limitationem colligo ex *l. cum eiusdem, §. interdum, ff. de ædil. edic.* quam pro contraria parte superius allegaui. Vnde attenditur intentio contrahentiū, quæ colligitur in hoc (ni fallor) ex verisimilitudine, & coniecturis, puta conduxit quis duos campos sub vna respōsione, fictu, & pensione, quorum vnus est vtilior, & fructuosior alio, certe verisimile est, quod minus fructuosum conduxerit occasione habendi magis fructuosum.

Vnde si magis fructuoso frui non posset, & cōductio impediretur, tota locatio volente cōductore corruet, quia si hoc ab initio sciuisset, illū solum non cōduxisset. Vicinitas etiam facit bonam coniecturam, & verisimilitudinem, puta locauit quis duos campos, quorum vnus est conductori contiguus, & sine eo facere incommode potest ratione bestiarum, pasculi, & culturę, quia cum eo coloni, & laboratores facilius reperiuntur, si campo vicino frui non potest, tota locatio corruet volente conductore, quia hoc verisimile est attenta vicinitate locorum.

17 Et sic etiam ex parte locationis inferri & considerari posse. Vidi etiam coniecturam ex verbis præambulis in tractatu locationis & conductionis, puta, dicebatur, quod Sepronius volebat locare, & affictare talia, & talia boni, Titius hoc audiens mandauit Sēpronio intimari, si volebat separare, & locare talia bona tantū, quod ipse libēter conduxisset. fuit respōsum quod non, tandem conduxit omnia simul sub vnica pensione, si postea conductor nō valet frui bonis antea separatim petitis, tota conductio corruet.

18 Et hanc opinionem in hac secunda declaratione tenuit Deci. *cons.* 42 1. *num.* 4. *in fin.* vbi etiam ponit in materia contractus emptionis & venditionis vulgari sermone loquendo. *hauemo fatto tutto vn mercato.* Iac. Nou. *reg.* 228. *limit.* 1.

19 Colligitur etiam ex text. d. l. cum eiusdem, §. interdum, de qua modo agimus alia verisimilitudo, quæ colligitur ex qualitate rei, puta si quadrigas, vel mulas lecticarias, & pares conduxisset ad vecturam, certe non est verisimile de vna tantum, quia non posset deseruire ad vsum destinatum. Ad idem tex. *in l. quod si vno, vers. celsi, ff. de in diem addic. & §. his autem verbis, instit. ad l. Aquil.*

20 Declaratur tertio præsens materia ex l. si duos, superius allegata, *iuncta glos.* ibi posita, licet enim vna pensione, & fictu plures res conducantur, vel emantur, tamen si ante consignationem vna deficiat, in nullo valet locatio.

21 Posset fortasse præsens materia applicari in simili ad quæstionem facti. Ego conduxi pro anno rusticū pro agasone, vel mulione certa constituta pensione, & incœpit per mensem puta seruire, postea accedēte tempore messium dicitur domino suo. Ego volo ire

in maritimis ad metendum, faciam computa, da mihi salarium pro tempore præterito, quo inseruiui, & cum erit elapsum, & completum tempus metendi redibo, & perficiam residuum temporis conuenti. Replicat dominus, non intendo tibi dare aliquod salarium si vis discedere, quia non te a principio conduxissem, si sciuissem, quod velles hoc facere, arguendo a re ad tempus, *iuxta not. in l. vinum, ff. si cert. petat.*

22 Quid dicemus? pone quod conduxi duas res pro decem puta, quarum vna perijt, vel deuenit ad casũ, vt ea vti non possim, si altera res sit adeo vtilis, & fructuosa, vt mereatur locari pro illa pensione, qua sunt locatæ ambæ simul illæ res, poterit ne peti tota pensio; si conductor illa tantum vtatur, nec curet ex defectu alterius a conductione recedere.

23 Hoc (ni fallor) explicat text. *in l. si id, quod §. quod si ex decem, ff. de donatio. inter vir. & vxor.* vbi quodammodo sentire videtur, quod tota decem illo casu peti possint stante qualitate rei, & vnitate precij.

24 Et in materia multiplicationis contractus est doctrina Bartol. communiter approbata, quod vbi non agitur de resoluendo contractu, vel de effectu communi vtrique parti, sed separato, vel in modo agendi, tot sunt contractus quot res, vt per Bart. *in d. l. sciendum*, quem communiter approbatum dixit Burlat. *conf. 104. num. 3. vol. 1.*

25 Et dicebat *Ial. in d. l. scire debemus, num. 2.* quod quando plures res principaliter specificantur de per se, tunc censentur plures contractus iuxta res in contractu nominatas, secus si respectiue ad vnum effectum, tunc loco vnius habentur, per *text. in l. si heredi plures, ff. de condi. institut. in l. 1.* & ib. Bartol. *ff. de infamibus* Bart. *in l. vt vim, col. 4. ff. de iustit. & iure, in l. si is, qui ducenta, § verum, ff. de reb. dub.* commendat Aret. *in §. penul. instit. de hæred. institut.* vbi etiam hanc doctrinam defendit ab impugnationibus Rapha. Cuman.

26 Per prædicta fortasse dici posset, quod si in locatione molendini dicatur, quod loco Sempronio molendinum apponendo, & nominãdo Valcheriam, & alia adhærentia, & quodammodo instrumenta pro molendo, non erunt tot locationes, sed vna, cum alia sint specificata per respectum ad molendinum.

27 Pariter in locatione domus dici poset dum locatur, postea specificantur tabulæ, lecta, cubilia, & alia ad vsum domus deseruientia, non per hoc tot sunt locationes, quot res specificæ, sed vna est locatio domus cum relatione instrumentorum, & mobilium ad vsũ domus deseruientium.

Altera est conclusio ad declarationem prædictorũ, de qua et superius vidimus, ꝙ locatio facta sub vnica pensione est vna quantum ad relationem contractus circa ea, quæ respiciunt totum contractum. Ita loquitur *l. si duos, ff. de contrah. empt.* de qua etiam superius vidimus *l. cum duo, ff. de in diem addictione cum declaratione l. cum eiusdem, §. si plura, l. ædiles, la secunda, §. cum autem, ff. de ædilit. edic.* Sed quantum ad ea, quæ non respiciunt contractum, sed petitionem, videntur esse plures respectu emptoris, vel conductoris, quia potest de per se petere *l. & si vno, in princ. ff. de actio. emptio.* secus ex parte venditoris, vel locatoris, qui non posset agere ad pensionem singularum rerum in instrumento mentionatarum.

28 Vtilitas vero præsentis indagationis, & quid prodest quærere an sit vna tantum locatio, vel plures, potest dici quod est multiplex.

Prima igitur est vtilitas, quæ colligitur ex indagatione præsentis indagationis circa remissionem mercedis, si enim plures sunt locationes, quot bona in instrumento apposita, si contingat damnum, vel sterilitas in vna, non fiet remissio in alijs tanquam diuersis, & separatis. Si vero vnica tantum sit locatio, nõ esset regulariter facienda remissio habita relatione, & cõsideratione ad alia bona sub vno instrumento, contractu, & pensione locata, & conducta, vti vbertas vnius compensetur cum sterilitate alterius. Barto. in terminis locationis & conductionis, de qua agimus, in §. publicanus, in fine, qui in hoc bene loquitur, commẽdat, & sequitur Boll. de remissione mercedis, pub. conductorum, *num. 22. in fin.* vbi etiam vlterius ponit duo alia in hoc proposito consideranda tam in materia, de qua agimus, multiplicationis cõtractus, quam remissionis mercedis.

Primum est, quod conductor generalis sub vnica tantum pensione sublocanda aliqua bona de sua vniuersali conductione cogetur facere remissione illi particulari subconductori, & sibi vti vniuersali conductio non erit finita.

29 Ex quo patet vnum, quod si conductor vniuersalis multorum bonorum sub vnica pẽsione sublocet vnũ puta campum ex dictis bonis locatis, si in particulari sublocato contingat sterilitas, nocet sublocatori, quia cogitur facere restaurum, & remissionem, & nocet quodammodo, quia non potest poni in consideratione, quia sublocauit, & a se quodammodo abdicauit, non debebat igitur sublocare.

30 Dicit etiam Boll. in citato locum vnum aliud satis vtile in hac materia, quod si fiat locatio plurium rerũ, & bonorum sub vnica pensione distributa in plures præstationes annuales, vel de mense in mensem, & sic de singulis discurrendo, puta loco tales possessiones meas pro mille vsque ad decem annos, soluẽdo ad ratam cuiuslibet anni, puta centum pro singulo anno, & vno anno tantum perceperim, si est vnica locatio pro toto tempore, non fit remissio, quia ex decẽ percipio vnum minus, & propter remissionem obtinendam requiritur, quod in dimidio, vel vltra dimidium sit damnum intolerabile, vt (Deo dante) suo loco dica, sed si tot sunt locationes, quot sunt anni, siue quot sunt termini soluendi, si in vna locatione vnius anni nihil exigo, vel trium mensium, & sic de singulis discurrendo, quis dubitat quin fieri debeat remissio?

31 Veritas tamen est secundum cum vnicam esse locationem per iam superius adducta ex vnica pensione, tamen singulo anno, vel mense, vel semestri fit remissio, quando singulo anno soluitur, & sic quoad effectum remissionis faciendæ plures locatiune dicuntur, & non aliter. Alex. *conf. 3. vol. 1.* vbi dicit, quod ita voluit Bar. *in allegata quæst. publica, col. fin.* Anch. pulchre loquens, *conf. 403. in fi.* clare Corn. *consil. 12. col. 1. vol. 2.* & hæc est communis, & verior opin. Boll. *de remiss. mercedis conductorum, num. 23. in fine,* licet Imo. contrarium tenuerit, *in c. propter sterilitatem, col. pen. de locato, in l. cotem, §. qui maximas, ff. de publican.* secundum Socin. *consil. 88. nu. 66. col. 1. vol. 1.* Alex. *cons. 108. vol. 3.*

32 Colligitur ergo declaratio ad superius allegata, quod locatio facta vnica constituta persona sit vna, licet

licet præstatio sit diuisa in plura tempora, tamen non procedit quoad remissionem mercedis, & sic non est bona replicatio dicere, non debet concedi remissio, quia licet hoc anno conductionis sis passus, tamen vnica locatio est, & pro vnico tempore habenda consideratio,

33 Vnde patet, quod factum remissionis sapit bonam fidem prout contractus ipse locationis, & conductionis, & est fundatum in maxima æquitate, vt si quolibet anno recipit locator pensionem, quolibet etiam anno habeatur ratio conductionis, ne indebite grauetur. Cætera ponam (Deo dante) latius in tractatu remissionis mercedis.

34 Secunda est vtilitas præsentis indagationis ad materiam rescindendæ locationis: si enim vnica tantum erit plurimum simul rerum locatio, tunc in læsione, & cõsequenter in rescissione attendetur totum corpus rerum locatarum simul vnitum, & secundum illud habenda erit consideratio læsionis, & non particularismet rei, in qua præcise læsio contingit, quia illo casu talis res considerabitur vti quędam sola pars alterius corporis. Si vero tot sint locationes, quot res in contractu locationis comprehensæ, tunc in qualibet re de per se considerata considerabitur læsio ipsa, & consequenter rescissio contractus locationis, & conductionis, prout etiam ponam *in titulo de rescindenda locatione*.

35 Et si inter partes fuit cõuentum, vt vna locatio incipiat post aliam, si vna tantum contingat læsio pro vna tantum dabitur remissio. Cag. post alios, *in d. l. 2. nu. 199. C. de rescind. vend.* ponit pulchre Franc. Marc. a Cagnol. non allegatus, *decis. 20. nu. 3 & 4. part. 2.*

36 Quæ conclusio vera est vltra Cagno. late profitentem in citato superius loco, vt si fiat locatio, puta ad nouem annos, vel vsque ad tertiam generationem, vel alio simili modo, & si in eodemmet instrumento adijciatur in continenti pactum, quod finita locatio, ne ad nouem annos intelligatur facta ad alios nouẽ annos, & sic de singulis discurrendo, erunt tamẽ plures diuersæ locationes, & contractus. Ang. *consil. 184. per totum consilium*, Alex. *consil. 165. vol. 2.* Bal. *in l. voluntas, C. de fideicom.* Bero. *consil. 116. num. 17. & 19. & iterum, consil. 117. num. 10. vol. 1.*

Vnde (vt superius dictum est, dum de bonis ecclesiæ locandis tractauimus,) locatio hoc modo facta de bonis ecclesiæ non valet sine causa, & euidenti vtilitate, & solemnitatibus a iure requisitis, tanquam hoc modo facta sit ad longum tempus, vt ibi dixi, & contra Paulinam Ias. *consil. 94. volum. 1.* Borgn. late *decis. 43. num. 6. 7.*

Addo Neuiz. *cons. 90. num. 26.* Franc. Bec. *consil. 92. nu. 11.* Cabal. *milleloq. 160. p. 1.*

Quod facit ad ea, quę in seq. quæst. ponam de cohęrentia contractus locationis, & conductionis.

37 Tertia resultat vtilitas si extat statutum in loco, vt de quolibet contractu soluatur gabella; si enim tot sunt locationes, quot res in locatione comprehensæ, tot erunt soluendæ gabellæ, & erit ad fauorem gabellariorum, quod semper cum potest, fugiendum est: Si vero vna tantum sit locatio, vna tantum erit persoluenda gabella, & reperies si mundum visitabis gabellam istam in multis locis ad suppressionem miserorum populorum. & hoc sentiunt etiam Doctores *in l. scire debemus*, vbi Bart. *num. 4.* Ias. *numero 12. ff. de verb. oblig.* vbi etiam, & alias recenset vtilitates & commoda, sed has in hoc proposuisse sufficiat.

38 Colligitur etiam ex hac indagatione illa clausula, quæ in multis instrumentis apponi solet, & practicatur a multis, videlicet, vt tot sint locationes, & cõductiones, quot sunt res, & bona in instrumẽto locationis descripta, apposita, & annotata, quid operetur hæc clausula in instrumentis locationum, & conductionum, & certe nihil operatur tanquam facta in fraudem legis. Specul. *in titul. de donat. §. 1. vers. quid si aliquis.* Gugl. de Cun. & ibi Bald. post eum, *in leg. illud, aut illud*, vbi Cun. *num. 4.* Bal. *num. 10.* & ibi etiam *in addit. C. de sacrosan. eccles.* Paul. Castren. *in l. scire debemus, in fin.* vbi Alex. *nu. 14. ff. de verb. oblig.* dicit hoc indistincte verum esse tam in contractu locationis, & conductionis, quam in donatione, *per l. sancimus, §. si quis autem*, vt ibi gloss. *C. de donat.* Bart. *in l. modestinus, in fin. ff. eod.* Io. Andr. ad Specul. *in tit. de donat. §. porro, vers. donatio autem infirm.* Bald. *in leg. prima, C. quando dies lega. ced. in l. si plures, in principio, ff. de pact.* Imol. *in capit. cum contingat, colum. final. de iureiurando.* Oldrad. *consil. 204.* siue in rebus, siue in quantitatibus. vt per Alexand. *in citato loco*, Matthesil. *notab. 107.* Panorm. *in cap. Apostolica, nu. 5. de donat.* Roman. *cons. 26.* & hæc est communis opinio. Alexand. *cons. 68. volum. 1.* post Roman. *in allegato consil.* Cels. Vgo *de contract. in verbo, quot sunt anni, &c.* vbi loquitur in terminis locati, & conducti, Anton. Gomes. *de contract. to. 4. nu. 7.* Anton. de Caonar. *in tract. de insinua. par. 2. q. 25. num. 42.* Anton. Padil. *in l. quoties, in fine, ff. de lega. 2.* Si igitur dones, & apponas hanc clausulam, vt tot sint donationes, quot res, nihil facies, vti in fraudem legis, siue donatio consistat in rebus, siue in quantitatibus, vt superius deductum fuit, nec per hoc tollitur vitiu insinuationis, vt præfati Doctores aperte attestantur, siue loces ad longum tempus rem prohibitam alienari, puta bona ecclesiæ, vel alia, & apponas hanc clausulam, vt tot sint locationes, quot res, in vanum laboras, quia talis clausula pariter nihil operabitur, post alios tenet etiam Socin. *tract. fal. leu. littera A, num. 25. fall. n. 2.* Rodoan. *de reb. eccles. in princ. fol. 16. num. 8.*

39 Cui addo bene in materia loquentes Guid. Pap. *singul. 375. & 597.* Oldr. *cons. 253.* Roman. *cons. 305.* Bal. *cons. 18. & cons. 400. volum. 1. consil. 151. volum. 4.* Castren. *cons. 162. in princip. volum. 2.* Alex. *cons. 165. col. 2. volum. 2. cons. 21. col. 1. volum. 3.* Abb. *consil. 107. in 1. dub. vol. 2.* Alex. *consil. 165. col. 2. vol. 3.* Ferrar. *cautel. 23.* Socio. *cons. 77. nu. 10. in l. si filiofamilias, §. fin. nu. 25. ff. solut. matrim.* vbi dicit pariter hanc esse communem opinionem. Ant. Gab. *de donat. concl. 1. nu. 8.* vbi pariter de communi attestatur.

Addo etiam prædictis id, quod ad propositum præsentis indagationis notat Bart. *in l. cum seruus, §. si seruus, ff. de stipul. seru.* ad propositum materiæ locati, & conducti, de qua agimus, quod si promittis mercedis nomine aliquid pro operibus quolibet mense, vel die, vt tot sint stipulationes, quot menses, vel dies, *leg. nec semel, §. nouissime, ff. quando dies legati cedat*, & si fiat locatio domus, & promittatur pensio in annos, vel menses singulos, vna est locatio, quia nihil est implendum ex parte locatoris, quod cohæret personæ, sed plures sunt præstationes, sed si locatio fiat in decem annos, vnica est locatio, & præ-

stato

stiatio vna,& ibi late per eum, vbi etiam dicit ad propositum materiæ locati, & conducti, quod scholaris conducens domum debet soluere pensionem in fine anni *per glos. in l. adem, C. locat.* & si committitur stipulatio in principio cuiuslibet anni, attamen non potest agi nisi in fine anni ad limitationem, & materiam *l. qui hoc anno, ff. de verbor. oblig.* vt non procedat, nec habeat locum, quando aliquid est implendum ex parte locatoris, quia tunc ante omnia adimpleri debet, *l. Iulianus, §. offerri, ff. de act. empt.* & idem firmat Salicet. *in l. adem, glos. in l. defuncta, ff. de vsufruct.* Ang. *in l. si quis, C. de præscript. 30. vel 40. ann.* pulchre Paul. de Eleaz. *in c. potuit, col. 6. de loc.* vbi etiam generaliter loquitur de quolibet conductore dicam (Deo dante) suo loco, de tempore pensionis soluendæ, vbi videtur esse locus suus.

De cohærentia Contractus Locationis, & Conductionis.

Vidimus de multis accidentibus in processu locationis, & conductionis, quam maxime de libertate in locando *ad l. nemo, C. locat.* de libertate in conducendo, *ad l. inuitus, C. eodem, de renocatione, ad leg. item quæritur, §. qui impleto, ff. locat. & l. legem, C. eod.* de multiplicatione contractus locationis, & conductionis, *ad l. scire debemus, ff. de verb. oblig. & leg. cum seruus, ff. de stipul. seruorum.*

Proxima præcedentibus, & quidem vtilis, fructuosa, & practicabilis est quęstio, & indagatio, an pactum contractui locationis, & conductionis appositum vestiatur cohærentia contractus.

1 Pro parte negatiua facit, quia fideiussio pacto nudo apposita contractui non vestitur cohærentia contractus, Bald. *in l. ex placito, col. fin. C. de rer. permut.* & dicam inferius suo loco.

2 Secundo pro hac parte facit tex. *in leg. si pacto quo pœnam, C. de pact.* vbi si pactum incontinenti appositum idem quod contractus continet, non vestitur cohærentia ipsius, nec contractus ipsum informat. facit *l. quibus, ff. de verb. oblig.*

3 Pro parte affirmatiua facit text. celebris *in l. iurisgentium, §. quinimmo, ff. de pact.* vbi Ias. *nu. 3. lex in bonæ fidei, l. petens, C. eod.*

Et in terminis locati, & conducti, & hęc est verior opinio, maxime cum talis contractus sit bonæ fidei, & ista cohęrētia in pacto incontinenti apposito quandoque producit actionem præscriptis verbis, constituendo cōtractum innominatum. facio, vt des, vel vt facias, producit etiam ex cohærentia, & locati actionem maxime si pactum incontinenti appositum tendat ad fauorem, & indemnitatem conductoris, & sub spe luceri in pacto appositi conductor conduxit Bald. *cons. 434. volum. 1.* Socin. iun. *cons. 78. nu. 7. col. 2.* Ang. *consil. 312. & 414.* Boli. *de remiss. merced. publicano, num. 55.* Decio *consil. 145. vol. 1.* Alciat. *respons. 1. 6. nu. 7.* Aub. *cons. 24. nu. 14.* Burlat. *cons. 104. vol. 1. & 204. nu. 2. vol. 2.* ponens exemplum, si quis locauit fundum pro mille, pacto adiecto de dando conductor boues, & semina, & fundi instrumenta pro cultura fundi, licet sint quodammodo duo contractus locationis, & emptionis, tamen secundus est correspectiuus ad primum, & censetur pars illius.

4 Inferens, quod licet in contractu locationis, & conductionis competat remedium *l. 2. C. de rescind. vend.* vt superius vidimus, tamen non procedit in læsione apposita in pacto adiecto tantum, quæ addi possent ad ea, quæ in materia huius remedij dixi.

Addo vltra Bursat. ad confirmationem principalis conclusionis, quod pactum incontinenti appositum vestiatur cohærentia contractus locationis. Alex. in terminis, *consil. 28. col. 1. vol. 4.* Purpur. ad Ias. *in l. in bonæ fidei, littera B, C. de pact.*

5 Declaratur hęc conclusio multis modis, ex quibus etiam colligitur responsio ad rationes in contrarium pro parte negatiua adductas, & allegatas.

6 Primo si tale pactum incontinenti apponatur ad principalem contractum locationis, & conductionis, secus si ex interuallo, quia non informat, nec vestitur cohęrentia contractus, nec in hac actionem aliquam producit. Ita per illum tex. Ias. *in l. iurisgentium, §. quinimmo, nu. 3. ff. de pact.* in *l. in bonæ fidei, nu. 11. C. eodem.* Tiraquel. *de retract. conuent. gl. 5. §. 1. num. 1.*

Cui addo Corn. *consil. 288. col. 3. in fin. vol. 3. cons. fin. col. 1. vol. 1.* Felin. *in cap. qualiter, & quando, col. 12. de accusat.* Rip. *respons. 13. col. 5. vol. 1.* Alexan. *consil. 90. col. pen. volum. 1. conf. 118. col. 1. & sequen. vol. 3.* qui late extendit in declaratione huius materiæ, quæ est confusa, difficilis, & intricata. Ant. Gabr. id attestans *de præsumpt. concl. 13. num 24.*

7 Incontinenti autem quomodo procedat in hac difficili materia de cohærentia cōtractus, nō declarauit, nec (prout videre potui) potuit, Menoc. *in tract. arbit. quæstionum*, vbi profiteri videtur declarare, quomodo in multis casibus incontinenti dicatur, tamen hunc casum non reperi tactum.

8 Dicitur autem incontinenti hoc casu, nedum quādo apponitur vnico contextu, non data aliqua distantia temporis, seu simul tēpore, sed etiam, si duo actus fiant intra breue tempus vnus post alium, illa enim temporis modicitas non consideratur. Anchar. *consil. 434. col. 1. in fin. versic. præterea animaduertendum.* Vnde si per horam post, dicitur incontinenti pactum appositū, & vestitur cohærentia contractus, Cur. senior, *consil. 55. col. 3. versic. & hoc maxime*, & si die sequenti fiat, & apponatur, dicitur in continenti appositum. Castan. *cons. 39. col. 13. in prin. vers. & idem dicendum est*, & nedum de vnico die, sed & per paucos post consuluit Crauet. *consil. 156. sub nu. 17.* vbi etiam dicit, quod si tempore celebrari contractus partes conueniant de apponendo tale pactum in cōtractu locationis, vel simili, si post ex interuallo redigatur in scriptis, dicitur incontinenti appositum, habito respectu ad tempus conuentionis initæ. Anchar. *conf. col. 2. & sequen.* Si igitur loco tibi domum pro certa pensione, & ibidem incontinenti cōueniamus in hoc pactum, s. quod pensio persoluēda sit, & esse debeat in paulis, & iestonibus, & non alia moneta, si tale pactum referatur in scripturam ex interuallo tamen dicitur incontinenti appositum, & operabitur effectū suum, & ex eo agi poterit. Pariter dici posset, si sit facta locatio simpliciter de domo pro certa pensione, & post ibidem adijciatur pactū, quod locator, vel conductor licentiare volens denūciet per mensem ante finitum tempus, & si ex interuallo apponatur, pręsumitur incontinenti habito respectu ad tempus conuentionis primo loco initæ. Et applicando ad practicam ex cōtentis in hac prima declaratione infertur ad quęstionem,

nem, quę in facti contingentia occurrit in hac vtili materia locati & conducti.

Reuerendissimus Episcopus Vercellensis locauit quædam ipsius bona cuidam nobili Vercellensi cum pacto, quod conductor non possit sublocare, nec socium assumere sine licentia ipsius domini locatoris, si socius sit admissus per principalem conductorem cum consensu Domini locatoris, si moriatur, an transmittat ad hæredes, qui velint perseuerare in cōductione.

10 Facit pro parte affirmatiua præsens materia de cohærentia contractus, illa enim nominatio in socios fuit facta incontinenti in contractu locationis, merito idem iudicandum est, quod de ipso contractu locationis, qui trāsitorius est ad hæredes, vt suo loco dicā.

11 Contrarium tamen fuit decisum per Senatum Pedemont. prout Pedemont. *decis.76.* ea ratione potissimū, quia in themate ibi proposito facti sunt duo contractus principales ad inuicem distincti, & separati, quorum vnus est meræ locationis, & conductionis inter Reuerendissimum Episcopum, & primum conductorem, & iste est sui natura transitorius ad hæredes, *l. viam veritatis, C. locati*, vt suo loco dicam. Alius est contractus societatis negotiationis dictæ locationis inter primum conductorem, & socios, & iste est merè contractus societatis, qui ad hæredes non transit, sed morte finitur, *l. societ. item, §. dissociamur, l. si fratres, §. idem respondent, ff. pro soc. cum multis similibus*.

Et in hac locati & conducti materia notabilis est in multis hæc decisio.

12 Primo circa pactum de nemini sublocando sine licentia & consensu Domini locatoris, licet enim quis locet rem suam, & quasi per hoc abdicat a se fruitionem ipsius, fruitur etiam hac cogitatione de non sublocando sine ipsius consensu, & licentia; posui superius de materia sublocandi, in verbo, conductor.

Secundo circa aliud pactum de non assumendo in socium per ipsum conductorem aliquem alium sine expresse consensu ipsius locatoris, quod pactum ibi præsupponitur, quod de iure valeat, & teneat in hoc contractu locationis, & conductionis, & licet forrasse assumptus domino non præiudicaret, cum nihil negotij contraxerit cum eo, tamen hoc specialiter paciscuntur.

13 Assumuntur enim quandoque in socios homines rixosi, subtile, & scandolosi, qui perturbant varijs modis totam negotiationem locationis, & conductionis cum maxima displicentia principalis locatoris.

14 Tertio loco ponderandum est tertium pactum ibi appositum, & verba ipsius, videlicet, quod talis, & tales ibidem nominati, &c. socij assumpti a tali principali conductore de consensu Reuerendissimi locatoris fideiubent, vt principales se obligant, &c.

15 Vnde iungendo secundum pactum cum tertio, qui libet contrarium dixisset, sit enim pactum de non assumendo socium aliquem sine consensu locatoris, postea inferius in eodem met instrumento dicitur fuisse talem assumptum in socium de consensu, & tamen ibi contrarium deciditur.

16 Quartum ibidem colligitur, quod contractus societatis in eius ventre includit quandoque, & tenet contractum locationis, & conductionis, puta vectigalium, vel negociationis alicuius locationis, & conductionis, prout etiam tenuit Cur. sen. *consil. 53. colum. 1.* tamen ex hoc non mutat naturam suam, nec transit ad hæredes, vt in discursu dictæ decisionis habetur.

17 Et sic habetur intellectus, & ampliatio *ad §. soluitur. Instit. de societa.* vt societas morte finiatur, quoniam amplatur, vt procedat, & habeat locum etiam si sit contracta super facto transitorio sui natura ad hæredes, prout super negotiatione alicuius locationis, & conductionis, prout in dicta decisione colligi potest.

18 Non tacebo autem in hac prima declaratione cohærentie contractus locationis, & conductionis, quod an pactum dicatur incontinenti appositum, statur arbitrio iudicis, Rom. *consil. 244. in fine, per cap. literas, de restitut. spolia.* Are. *in c. veniens, il secundo, col. 8. de testib.* Dec. *in c. prudentiam, §. sexta, in tertio notabili, de offic. del eg.* Craue. *d. consil. 156. sub numer. 17.* quos non allegauit eruditus Menoc. *de arbitr. iud. lib. 2. centur. 1. cas. 9. per totum.*

19 Declaratur igitur secundo loco principalis materia coherentiæ contractus, vt procedat in pacto cor respectiuo ad contractū principalem, alias non Dec. *in l. in bonæ fidei, num. 11. C. de pact.* per textum notabilem in hac locati & conducti materia, *in l. fundi partem, ff. de contrahen. empt.* vbi dominus vnius fundi vendidit partem tantum, aliam vero locauit in annos decem pro certa mercede in pecunia numerata constituta, dicitur ibi, pro ista parte conducta, vt ista conductio sortiatur effectum suum, agi potest ex vendito, & sic conductio ibi vestitur coherentia contractus emptionis, estque pars illius, & ad obseruantiam illius agitur actione descendente ex principali contractu emptionis, & venditionis.

20 Nec silentio prætereundus est tex. *in d. l. fundi partem, ff. de contrahen. empt.* ex quo in hac locati & conducti materia colligitur hæc conclusio, quod licitum est hoc pactum, & hęc conuentio. Vendo tibi partem huius fundi pro tot, cum hoc pacto, & conditione, quod aliam partem conducas, & ad id facilius expediendum dat lex cautelam, vt venditio fiat aliquo vi liori precio, poterit enim postea dicere venditor, volo, quod hanc aliam partem conducas, quia vendidi viliori precio ad hunc effectum, & hoc cōtingere potest in prædio, cuius vna pars sit deterior alia, vel in duob. fundis diuersæ qualitatis, & bonitatis, quilque enim vellet meliorē eligere, & deteriorem relinquere.

21 Et sic ex discursu illius *l. colligitur*, quod conductio quandoque est per contractus venditionis, immo pars precij ipsius, & ibi contextus aperte dicit. Vnde post Fulg. ibi ad propositum materiæ, de qua agimus colligitur, quod pactum incontinenti appositum vestitur coherentia contractus, & ipsum informat, quod verum est si informare possit, & fieri pars illius, per illum textum a contrario sensu.

22 Et si quandoque liceret suam proferre opinionem saltem per modum discursus, videtur quod non bene Iabolenus author *leg. fundi partem*, in eo contextu reprehendat Labeonem. & Trebatium negātes ex vendito agi posse, si enim hoc fecerunt, loquebantur in alio casu penitus diuerso, puta quando nullum est cōstitutum pretium, prout clare exemplificatur, in le. tenetur, *§. 1. ff. de actio. emptio.* sed Iabolenus eos reprehendens loquitur in alio casu, l. quando est constitutum prætium, quis enim negaret constituto pretio ex vendito agi posse.

23 Sed ad propositum materie locati & conducti, de qua

qua agimus ibidem, si quæri posset an conductio, & locatio solo, & nudo cōsensu perficiūtur, vt superius visum fuit ex *l. 2. ff. loc. cur. in l. fundi partem dicitur*, quod agi potest est vendito, vt conductio fiat, facta enim dici potest conductio ex solo iam præstito consensu.

Responderi posset, quod ibidem non agitur ex vē dito, vt conductio fiat, sed dicit, vt conductio præstaretur, idest pensio rei conductæ, & merces conductionis, vel fortasse dici posset, quod locatio non erat, quia pensio non erat taxata. Vnde erat facta conductio sub pensione incerta. Vnde agitur ad taxationem incertæ pensionis, & mercedis. Ad idem tex. *in l. si sterilis, §. si fundum ff. de act. empt.*

24 Declaratur tertio loco principalis conclusio, vt procedat, & habeat locum in pacto correspectiuo, & respiciente contractum locationis & conductionis. Quod si pactum sit a contractu alienum non vestitur cohærentia contractus. Bar. *in l. si tibi decem, ff. de pact. per. tex. in l. iurisgentium, . idem Marcellus. ff. de pac.* Bal. *in l. petens,* vbi Alex. & *Ias. C. de pact. & in l. lecta, limita. 9. ff. si cert. peta. in l. iurisgentium. §. quinimmo, limita 2. ff de pact. in l. in bone fidei,* vbi Dec. *nu. 9. C. de pact. in legem, col. fi. C. eodem.* Corne. in pulchro casu, *conf. 192. lib. 4.* Ias. *conf. 171. lib. 4.* vbi dicit id voluisse *gl. §. ex causa, ff. de minor. & facere, l. quædam mulier. ff. famil. ercifcun. & l. ex falsis, Cod. de transact.* Castrens. *conf 412. lib. 1. & conf. 347. lib. 2.* Tiraq. *de retrac. conuent. gl. 5. §. 1. num. 24. & in l. si vnquam, in princ. nu. 1 10. C. de reuoc. donat.* Ant. Gabr. *de præsump. concl. 3. nu. 22.*

25 Vnde si fiat locatio, de domo, pactum vero esset de eundo Romam, nihil esset, debet. n. esse de appēditijs contractus vt vestiatur cohærentia ipsius alias non.

Et applicando ad materiam locati & conducti, de qua agimus, infertur ad id quod no. *gl. in l. 3. in fin. & in l. quæro, §. fi. tt. loc.* & superius alias vidimus de similiuud ne locationis, quod si alicui locatæ sint massaritiæ, vel aliqua instrumenta fundi æstimentur, quod venditio erit pars locationis, si ad tempus facta sit, & sic massaritiæ domus locatæ quandoque non vendūtur, sed æstimantur ratione deteriorationis, vt faciūt multi cauti locatores, & sic tendunt ad inuicem manus locatio, & venditio, quia vna quandoque est pars alterius, vt iam visum est.

26 Declaratur quarto loco principaliter vltra *Ias.* pluribus modis limitantem *in l. iurisgen. §. quinimmo, ff de pac.* vt conclusio procedat, & locum habeat ante contractum perfectum, & absolutum, iuxta *l. contractus, C. de fi. instrum.* secus si sumus in contractu iam absoluto, & perfecto. Cy. quoidam antiquiores in *l. in bonæ fidei, col. 1.* vbi Alex. & Deci. idem tenent, *C. de pac. in l. cum antiquitas, C. de testament.* Bar. *in l. lecta; col. 3. q. 2. ff. si cert. pet. in l. 1. col. 2. versic. præro qualiter, ff. de solut.* Castrens. *in d. §. quinimmo,* cum contractus perfectus conditionem non capiat, *l. perfecta, C. de don.* quæ sub modo, Tiraq. *de retrac. conuentione, §. 1. gl. 5. nu. 25.*

Cui plene profitenti addo ab eo non allegatum Corn. *consil. 135. lib. 1. & conf. 288. col. 4. lib. 3.*

27 Verum huic conclusioni repugnare videtur id, quod superius diximus, quod incontinenti factum dicitur etiam per diem post, vel saltem antequam partes diuertant ad extraneos actus, *per l. hæredes palam, §. fin. ff. de testam.*

28 Nec dici potest incontinenti actu nondum perfecto, immo eo casu ante perfectionem dicitur pars, non pactum appositum.

Et vltra Tiraq. & alios ad propositum materię locati & conducti, de qua agimus, faciunt ea, quæ habētur *in l. prædia, ff. de act. & empt.* quæ lex famosa est, & quotidie allegatur secundum Castr. ibi, & loquitur in pacto incontinenti apposito, quod quidem pactum est de locando, & secundum veram lecturam, quam ibi Pau. Cast. valde celebrat.

29 Tria enim ibi continentur pacta, quorum primum est venditio domus, quæ solo consensu perficitur. Secundum fuit pactum de locando domum venditori, quæ fuit vestita cohærentia contractus.

30 Tertium fuit stipulatio pœnalis si non fieret quod in pacto contentum est. Prima conuentio producit vnam actionem tantum, s. ex vendito, quæ datur principaliter ad prætium, & hoc secundum naturam cōtractus, & secūdario ad id, quod euenit in pacto locationis, & hoc per accidens, Secunda conuentio producit de se actionem præscriptis verbis, quæ oritur ex pacto de locando, *l. in bone fidei, C. de pact.* & informat actionem pręcedentem ex vendito, vt illa detur, vltra quam naturaliter dari solet. Tertia conuentio producit actionem ex stipulatu, s. certi condictionem ad solam pœnam. Et ibi addit Pau. Cast. multa vtilia in hac præsenti indagatione, & ad propositum materiæ locati & conducti, de qua agimus, quod si iuxta facti speciem ibi propositam, & de qua in proxime præcedentibus, vidimus, emptor non fecit quod promisit, & sic non locauit venditori, & incæpit teneri actione ex vendito informata ad id, quod venit in pacto, si venditor non egit ad pænam potest agere est vendito vt locet, vel ad interesse si non licet.

31 Secundo loco dicunt ibi. gl. & Cast. si egisti ex vendito, & quia non locauit, cōsecutus fuisti interesse nō poteris pœnam petere, si plus non erat in pęna, quia obstabit exceptio, alias illud plus petere poteris, si plus erat in pœna.

32 Tertio loco dicunt ibi gl. & Cas. si incepisti a petitinne pœnæ, & ipsam fuisti consecutus, non poteris postea agere ex vendito, si non locaui etiam si interesse sit maius quam pœna.

33 Quæ apposui tanquam vtilia, & scitu digna circa effectibus istius pacti incontinenti appositi, & hoc vltra scribentes in locis ordinarijs, vbi pręd. cta non videbis alleg.

34 Declaratur quinto loco præsens materia, vt procedat quantum ad ipsos contrahentes principales, nō etiam quantum ad tertios etiam accessorios. Bal. *in l. ex placito, col. fi. q. 17. C. de rer. permuta. in l. petens, col. 1. C. de pact.* Ias. *in l. iurisgentium, §. quinimmo, limita. 5. ff. de pac.* Tiraquell. *de retrac. conuen. §. 1. gloss 5. num. 26.* Cremensi. reputans hoc valde notabile, *singular. 109. fallus est.*

35 Considera circa hoc, quia Doctores fundāt se, quia fideiussio non contrahitur nudo pacto, sed verborum solemnitatem requirit, allegando ad hoc propositum, *l. 5. §. satis acceptio, ff. de verb. oblig. & l. blanditus, C. de fideiussor.* quæ ratio mihi facit quo ad tertium, prout Doctores præsupponunt.

Vnde ratio Doctorum tendit ad vnum finem, & declaratio ad alium finem.

6 Quare putarem, quod si pactum etiam nudum con-

tractui

tractui appositum respicit factum tertij, & non vestitur cohærentia contractus, vti in præiudicium tertij, similiter pactum verbis vestitū, prout est stipulatio, vestitur cohærentia contractus, vt dicit Castrens. esse valde notabile *in l. prædia, nu. 2. ff. de act. empt.*

Vbi considerat Castrens. ad quid ista stipulatio vestitur cohęrentia contractus, si ex se vestita est verbis, & potest producere actionem? respondet, quod cohærentia non producit actionem, sed informat, dicens hoc admodum menti tenendum.

37 Et sic per modum corollarij infertur primo loco ampliatio in hac materia cohęrentię cōtractus, quod nedum pactum nudum vestitur cohęrentia cōtractus sed & stipulatio. Secundo, quod in hoc est differentia, quia pactum nudū informat, & actio ex primo contractu datur ad contenta in pacto, & ex pacto oritur actio præscrip. verb. vt superius visum fuit, stipulatio vero informat, ex se tamen actionem producit.

38 Declaratur sexto loco principalis conclusio, quando reperit actionem informabilem, alias non. Bar. *in l. lecta, col. fin.* & ibi Castren. *col. 3. ff. si cer. pet.* & facit regula Philosophorum. Actus actiuorum fiunt in patiente bene disposito.

39 Declaratur septimo in pęna. gl. *in leg. seruus, & leg. fin. ff. de seru. export. & in l. stipulatio ista. §. alteri, ff. de verb. oblig.* In contrarium tamen est communis opin. vt per Alexand. *in d. §. alteri.* Ias. *in d. §. quinimmo, limit. 4.*

Addo Aret. *in l. 4. §. Cato, col. 6. versic. in quantum.* Doct. hic, *ff. de verb. oblig.* contra Imo. ibi, qui contrarium tenet Anton. Gabr. *de regn. in conclus. 2. num. 47.* vbi etiam quando stipulatio assumat naturam contractus, cui adijcitur.

40 Declaratur octauo loco, quando pactum principale esset ad fauorem vnius, & pactum incontinenti appositum ad fauorem alterius, quia tunc pactum incontinenti appositum non vestitur cohærentia contractus, ne inducta in fauorem retorqueatur in odiū, *l. quod fauore, ff. de legibus.* ita tenet *gloss. in l. petens, in glos. magna, circa medium, vers. in dic.* vbi Bar. *numero 6.* Castrens. *num. 4.* Alex. *nu. 12.* Ias. *nu. 16.* Dec. *nu. 13. C. de pact.* per tex. in materia locati, & conducti loquentem, *in l. si tibi, ff. loc.*

41 Declaratur nono, nisi pactum incontinenti appositum contineret illud idem, quod principalis contractus, cui cohæret, quo casu tanquam superfluum nihil operatur, ita Bar. *in l. lecta, col. 2. in fi.* vbi Ias. *nu. 25. limit. 2. ff. si cert. pet.* Bal. *in l. petens, C. de pact.* Ias. *in l. iurisgentium, §. quinimmo, colum. 3. limitat. 7. ff. de pact. per reg. l. qui bis idem, & ibi not. ff. de verb. oblig. & in l. si pacto, quo pœnam, C. de pact.*

42 Subdeclaratur tamen hęc declaratio ad propositū materię locati, & cōducti, de qua agimus, vt non procedat in stipulatione apposita super cōtractu locationis, & conductionis, vel alio simili cōtractu, quę licet contineat idem, quod contractus principalis, tamen quilibet contractus stat de per se, & ex vtroque agi potest. Ita Ias. post alios, *in l. qui bis idem, col. 3. limit. 3. de verb. oblig. per l. duo societatem, ff. pro soc. & l. 5. §. conuentionales, ff. de verb. oblig.*

43 Et passim practicamus, quod stipulatio interponitur super varijs contractibus, qui celebrantur, vt locationis, & conductionis, emptionis, & venditionis, & similibus, & nostra interest habere plures actiones, & remedia diuersarum specierum, *l. scire debemus, §. fin. l. quod in hæredem, §. eligere, ff. de tribut. §. sic itaque, Inst. de act. cum multis similibus.*

44 Decimo loco declaratur hæc principalis cōclusio, quando contractus principalis, prout locatio, fieret pacto nudo, puta, & stipulatio esset super accessorio, vel pęna, vel simili, quæ accessoria sunt, eo casu proceditur econuerso, quia stipulatio non vestitur a pacto nudo, *l. quod per manus, ff. de in. codic. l. nulla,* & ibi Bar. *C. de contrahend. & comm. stipul.* Bart. *in l. ex pupillari, ff. de vulg. & pupill. in l. petens, in l. si pacto, quo pœnam, C de pact.* Ias. *in l. lecta, limitat. 4. sub numero 26. ff. si certum petat. & in §. quinimmo, limitat. 9. sub num. 5. ff. de pact.*

45 Si igitur stipulatio est apposita, vti accessoria, non vestit, & sic principale non recipit robur, neque vestimentum ab accessorio.

46 Vndecimo loco declaratur, vt procedat principalis conclusio, quando pactum incontinenti apponitur iuxta contractum locationis, & conductionis conditionalem, quo casu ante purificatam conditionē non vestitur cohærentia contractus, secundum Bal. *in d. l. petens, & in l. lecta, limit. 5. num. 27.* vbi dicit hanc esse communem opinionem.

47 Duodecimo loco notabiliter, & ad propositū materiæ locati, & conducti declaratur principalis cōclusio, nisi pactum incontinenti appositum sit cōtra naturam principalis contractus, cui apponitur, tunc .n. non vestitur cohęrentia contractus, nec vetere actionem informat. *gloss. in l. rogasti, § si tibi, in gloss. magna, circa med. ff. si cert. pet.* vbi Bar. *nu. 2.* Castr. *nu. 3.* Dec. *nu. 3.* Ias. *nu. 5. ff. si cert. pet.* Bar. & Castr. *in l. si tibi decem, ff. de pact.* Alex. *in l. in bonæ fidei, nu. 1. in 1. notab. ff. de pact.* Ias. *in § quinimmo, num. 5. limitat. 1. in l. lecta, num. 27. limit. 6.*

48 Et videbis hic, quod præfati Doctores loquuntur, quod si pactū est illicitum, habēdo respectum ad contractum super quo interponitur, nunquam vestitur cohærentia contractus. ponam *in tit. de vsur.* satis est, quod non vestitur cohęrentia contractus locationis, & conductionis pactum vsurarum, quod adijcitur.

49 Subdeclaratur ista cōclusio, & declaratio ex recollectis per Alex. *in d. l. in bonæ fidei, in 1. not.* quod non procedat allegata declaratio, si deductum in pactum principaliter potuisset per se consideratum in cōtractum, tamen in casu non vestiri, vt actionem informet, quo casu dabitur actio pręscrip. verb. vt ex confuse traditis per eum colligitur.

50 Et sic quandoque pactum vestitur cohęrentia contractus, sed actionem ex contractu descendētem non informat, sed oritur actio de per se, quæ est præscript. verb. prout si principalis contractus contineret quid certum, & sic actio daretur ad certum, & stipulatione, vel pacto incontinenti apposito est positum, quid incertum, ad quod non datur actio ex primo contractu, quia oritur ex euentu certo, incertum autem principaliter potuisset in contractum principalem deduci.

51 Subdeclaratur secundo loco ad propositum materiæ locati, & conducti, de qua agimus. *ex l. fundi partem, ff. de contrab. empt. & l. tenetur, §. 1. ff. de act. empt.* de qua materia superius vidimus, nam in dictis iuribus vna pars pretij fuit in pecunia numerata, residuū vero in conductione cum viliori pretio alterius rei,

& ia.

& tamen est contractus emptionis, quia attenditur quod principaliter agitur, & illud, quod datur pro residuo pretij, non excedit valorem principalis mei rei, declarat Bar. *in l. Aristo, num. 3. ff. de donat. in l. si in emptione, ff. de contrab. empt.*

52 Facit ad quaestionem practicatam in facto in hac locati, & conducti materia loco tibi fundū pro decē, & quod des quolibet anno vnam salmā, erit ne locatio decem, quod non, quia tota merces non est in pecunia numerata, vt superius dictum fuit.

53 Contrarium crederem ex praedictis, & in facto vidi iudicatum.

Addo Bart. *in l. 1. col. fin. verf. quaero extra glossam, ff. de rer. permut.* per tex. in materia locati, & cōducti, *in l. item si. §. 1. ff. locat. Ias. in praelud. feud. col. 3. versic. an autem feudum.* Barbat. *cons. 56. col. pen. vol. 2.* pulchre Crauet. *cons. 5.* Roland. de communi *cons. 23. num. 31. vol. 1.* Crauet. *cons. 202.* quę omnia posui tanquam vtilia, & quotidiana tam in materia locati, & conducti, quam in alijs contractibus, & saepius in facto occurrit, quod vnus contractus est pars alterius, & habui in facto in permutatione, & emptione, & venditione. facit pro istis auidis, qui in locatione ponunt suillam, hędum, pullos, & similia, nam talia pacta nedum cohaerent contractibus, & informant veterem actionem, sed multo magis dominis locatoribus, & illis admodum prosunt.

54 Facit etiam ad aliam quaestionem, si extat statutū quod de quolibet contractu soluatur gabella, si est emptio, & venditio, modo principaliter locantur prędia, & dantur boues aestimati, prout in multis locis, vtique non erit soluenda gabella, quia principalis intentio fuit locandi, aliud in consequentiam venit. Anchar. *consil. 71.*

55 Declaratur decimotertio, vt ficte, & improprie pactum incontinenti appositum dicatur inesse contractui, non vere, & proprie Bal. & ibi Aret. *rel. 2. in l. petens, C. de pact. in l. lecta, notab. 5.* vbi Socin. *notab. 6.* Ias. *nota. 8. per verbum creditur, & perinde illi appositum.* Tiraq. *de retract. convent. §. 1. gl. 5. nu. 27.*

56 Subdeclaratur hoc esse verum, vt dicatur vere inesse, si apponatur ante contractū perfectum, & absolutū, secus si incontinenti post, nam tunc ficte dicitur inesse. Corn. *cons. 133. col. 1. & 2. lib. 1. & cons. 288. vol. 4. lib. 3.* Ant. Gab. *de praesumpt. conclus. 13. in fine.*

57 Quod facit ad materiam statutorum, & venit modo in mentem vnum. Disponit statutum, vt mulier non possit locare, vel contrahere sine consensu proximiorum, si in contractu principali adhibeatur solemnitas, & in pacto incontinenti apposito non, erit ne validum, & militabit statutum?

58 Si igitur locas fundū, apponis multa pacta de non incidendo arbores fructiferas soluendo haedum, suillam, asportando partem domini ad domum, fimum, mutuando semen, dando boues, haec omnia vestiūtur cohaerentia contractus locationis, & conductionis, & datur ad haec actio ex locato, & conducto.

59 Ego vltra alios, quos ego viderim in locis ordinarijs ad propositum materiae locati, & conducti, de qua agimus, declaro hanc materiam duobus alijs modis, & sic iuxta inchoatum ordinem, & numerum declarationum praecedentium.

60 Decimoquarto loco declaratur, vt pactū vestiatur cohaerentia contractus, quando resultat in vtilitatem contrahentium mei, secus si respiciat vtilitatem tertij, ita in terminis locati, & conducti, tenet glo. quam ibi sequūtur Cyn. Ang. & Bal. dicit communiter receptam, *in l. si tibi, in verbo, iure ciuili, C. loc.* vbi Cyn. rationem reddit, quia inter ipsos contrahentes est reperire contractum aliquem innominatum, puta do vt des, do vt facias, & similia, secus quoad tertium.

61 Decimoquinto loco ex eadem materia locati, & conducti *in allegata l. si tibi, C. locat.* post Ang. ibi colligitur alia declaratio, quod pactum vestiri cohaerentia procedit in contractu, secus in distractu.

62 Tres tamen in actione diuersae quodammodo fuerunt opiniones. Vltramontani sunt in ea opinione, vt ad contenta in pacto incontinenti apposito agatur actione ex contractu descendente, cui cohaeret prout ex locato ad pactum in locatione incontinenti appositum. Citramontani prout Bar. & alij, tenuerūt oriri actionem prescriptis verbis. Tertia fuit Thobię Nonij opinio, quā nouam ipse appellat, *Instit. quibus modis re contrahitur obligatio, super gl. 1. num. 16. & 17.* vt de per se actio oriatur noua, & separata, nomen tamen recipiat a praecedenti contractu, cui cohaeret, & vestitur, & in effectu non differt a prima.

63 Et circa hanc indagationem addo vnum, in quo Pinel. dicit consuluisse, si emptor statim locat venditori rem emptam, si venditor intentas remedium *l. 2. C. de rescin. vend.* & obtineat, & emptor suppleat pretium, poterit rescindere locationem vti in continenti appositam, vt per eum *in d. l. 2. par. 1. c. 4. per d. l. fundi pactum.*

De ratificatione.

SVccedit alterum accidens in contractu locationis, & conductionis, & quoniam de hoc tetigi *par. 2.* dum de personis tractaui, *in tit. de Procuratore* in hoc me extendam.

Quero igitur. Est facta locatio alicui gerenti negotia alterius, an dicatur perfecta ante ratificationem.

1 Videbatur quod non, quia alteri stipulari nemo potest *l. stipulatio ista, §. alteri, ff. de verb. oblig. l. quo tutela, §. fin. ff. de reg. iur. §. si quis alij, & §. alteri, Instit. de inutil. stipulationibus.*

2 Considerandi tamen sunt pro veritate aliqui casus, & conclusiones.

3 Prima sit conclusio. Conductio facta per aliquem administratorem acquirit domino sine cessione omissis multis in terminis locati, & conducti, de quibus agimus Natt. *consil. 261. vol. 2.* vbi rationem reddit, quia isto casu non tractatur ad acquirendo dominio, vel possessione, sed simplici actione personali, quę domino acquiritur vtilis sine cessione, & stipulanti directa, dicens hanc esse communem opinionem ex Ias. *in d. §. alteri, col. 3. in 2. opposit. Bar.*

4 Vnde sindicus, tutor, curator, negociorum gestor. conducendo sine cessione acquirunt, modo praedicto.

5 Et haec prima conclusio multo magis procedit stante iuramento, quo casu acquiritur actio sine cessione. Rom. *cons. 76. col. 2.* Ruin. *cons. 132. col. fin. vol. 5.* Ant. Gab. *de verb. oblig. conclus. 1. nu. 7.*

Addo pulchre Alex. *cons. 267. col. 1. lib. 7.*

6 Secunda sit conclusio. Locans rem vti Procurator tertij nihil iuris illi tertio acquirit. Imol. *cons. 52.* late Hier. Gabr. *cons. 62. nu. 17. lib. 1.*

Tertia

7 Tertia sit conclu. Condueens rem aliquam nomine suo: & sociorum socijs adhuc non ratificantibus valet quoad conducentem. Bal. & Salic. *in l. multum interest, C. si quis alteri,* vel sibi, quæ ratificatio fieri potest absente locatore. Alex. *conf. 126. nu. 7. vol. 5.* ex doctrina Bar. & aliorum, *in leg. Pomponius, la prima, ff. de nego. gest.* nec inducitur ex simplici actu sociali, sed requiritur, quod sciuerit conductionem esse factam eius nomine, & hoc in specie ratificetur. Spec. *de emp. et vendi. §. 3. vers. si vero.* Paul. Castr. *conf. 350.* Rui. *conf. 91. nu. 11. vol. 1.* Vnde cautus eris in concipiendis verbis instrumenti, apponendo notitiam locationis factæ nomine sociorum, & sic ipsius ratificantis.

8 Quarta sit conclusio. Actio ad pensionem quæritur domino sine cessione. Ruin. *conf. 144. nu. 6. vol. 1.* & ante eum Bal. *in l. quod Procurator.* & ibi Ang. & Castr. *ff. de Procura. gloss. in c. quamquam, in verbo. possent* vbi Francus *colum. 9.* Imo. *in c. accedens, de præbēdis, col. 5.* Soc. *conf. 125. col. 1. vol. 1.* Bald. *in l. certi condictio. §. si nummos, col. 2. ff. si cer. peta.*

9 Contrarium opinio est verior. Fran. Accurs. *in l. Iulianus, §. si Procurator, ff. de act. emp.* Ioan. And. *in d. c. quamquam, col. 7.* vbi Dominic. *col. 7.* Alex. ad Bar. *in d. §. quod Procurator, & in l. si stipulatio. §. si stipulor. n. 13. ff. de verb. oblig.* vbi dicit hanc veriorem opinionem. Ant. Gab. referens eam vltimo loco, *de verbor. oblig. conclus. 1. nu. 126.*

Et postquam sumus in materia iuris cessi, vel cedendi conductor agere potest ex iure locatori cesso. Io. And. *tit. de cessio. actio. §. 1. col. pen.* Bar. & Bal. *in l. quod si in diem. ff. de peti. hæred.* in terminis locati & conducti. Macchel. *patrocin. 45. n. 13.* vbi in terminis tenet cedi posse per locatorem omnes, actiones ex delictis descendentes.

10 Bona igitur erit cessio iurium in conductorem, qua agere poterit in casibus sibi alias vti conductori prohibitis.

11 Septima sit conclusio. Conductio facta pro se, & socijs vult multa requisita.

Primùm est. Conductio pro se, & socijs intelligitur de præsentibus, non nominandis in futurum, *not. in l. si ita, ff. de auro, & argen. lega.*

Secunda est, quod conductio intelligitur pro dimidia, quoad conducentem, & pro virili, quoad socios. *not. in l. quidam, §. 1. ff. de reb. duob.*

12 Tertium est, quod socij sunt nominandi in præsentia locatoris, non post, ne sibi fiat præiudicium in eligendo ipso absente, nec vocato. no. per Bar. *in l. 1. circa finem, ff. de leg. 1.* & si fiat conductio pro se, & socijs nominandis, & nominentur absente locatore, & post accipiant possessionem, vel se intromittant domino non vocato, incidunt in pœnam *l. meminerint, C. vnde vi.* Anchar. *conf. 126.*

13 Quartum requiritur ratificatio sociorum modo quo superius dixi; Et si dicta conclusio aliquo modo non valeat, vel infirmetur, vel renouetur, conducenti tantum proderit, non socijs, ex doctrina Bal. *in c. Imperialem, §. 1. de probib. feud. alien.* per Fed. Castren. *conf. 303. par. 1.* late in materia videndus Rui. *conf. 90. & 91. vol. 1.*

Et portio sociorum, cui accrescat, dicam *in tit. de iur. accrescendi,* Deo dante, suo loco, &c.

Et in materia cessionis. Addo Papien. *in forma libell. in act. hypothecar. in verbo.* Ac restituere. *num. 16.* vbi quod distinguitur in contractu mutui in numeratione nomine alieno, & stipulatione nomine proprio si est contractus, vel sub potestate, habet locū in contractu locati & conducti, depositi & commodati.

Et si locas rem aliquam nomine meo, & ego ratifico, & hæc probatur te possidere nomine meo, licet pro præterito non præsumatur. Bal. *conf. 12. in fi. lib. 3.* commendat Dec. *conf. 56. col. 2.* ibi, & specialiter.

Et prælatus recipiendo pensionem locationis factæ per antecessorem, censetur approbasse locationē, non in totum, sed pro tempore quo recepit tantum. Rom. *conf. 233.* Milis in verbo prælatus, Cagno. *in l. semper qui, nu. 17. de reg. iur.*)



D.VIN.

aurum, vestes broccardicos, & huius generis similia, & hunc intellectum ponit Summa Ange. *in verb. locatio, num. 23.* vbi eum valde commendat. tenet etiam Alcia. *in l. magna negligentia, ff. de verb. signifi.* Petr. Loriot. *ad d. l. rotor actus, col. 9. versic. 5. locatio, &c.* & hæc est communis opinio, Port. *in §. fin. in prin. Instit. loca.* & ratio, quia vbi vertitur maius periculum, ibi, cautius est procedendum, *c. vbi periculum, de elect. lib. 6.* Eman. *in suo thesau. littera C. num. 207.*

12 Et secundum hunc intellectum asportare columnam est positum gratia exempli, quod regulam non restringit iuribus satis vulgaribus, & sic ratione subiecti, in quo versatur, locatio, & conductio requirunt maiorem, vel minorem diligentiam.

13 Colliguntur autem aliqua notabilia ex *d. §. qui columnam*, Et primo loco, quod culpa est eligere malos ministros. Vnde in hac locati, & conducti materia, si conduxisti domum fabricandam, librum scribendum, non debes eligere malos ministros ad tui auxilium.

14 Secundum est. Culpa penitus caret conductor faciendo, prout diligentissimus paterfamilias fecisset, & hæc est exceptio ad defensam conductoris. Vnde exactissima diligentia articulanda est, faciendo hoc, & hoc & tales diligentissimi homines vsi sunt, & adhibuerunt hæc omnia, quæ ego adhibui, & talia adhibere signum est diligentissimi hominis. Ioseph Mascardus in opere de probationibus, in verb. culpa, & in verbo, diligentia, & in verbo, negligentia omisit hunc vtilem casum, si prout quisque diligentissimus paterfamilias fecisset, putarem tamen probari, & deduci allegando modos adhibitos in hoc, & tales homines reputati diligentissimi ita fecerunt.

15 Tertius est, quomodo Iurisconsulti quandoque remissius loquuntur, non specificando culpam, dicitur enim ibi, quod conductor est in culpa, nec dicit de qua scilicet de leui, vel leuissima, & sic simpliciter, quandoque appellatio culpæ venit leuissima, quandoque tamen latius interpretatur, *vt l. si seruus communis, §. circa commoditatem. ff. de furt.* & de leuissima in specie, *in l. sed & si, ff. ad l. Aquil.*

QVÆSTIO III.

QVæro. Doctor per imperitiam malè iudicauit, est ne in dolo saltē præsumpto, vel lata culpa?

1 Primo videbatur esse in dolo saltem præsumpto, *per l. 2. ff. quod quisque iur.*

2 Et hanc opinionem tenuit Bald. *in c. 1. §. iudices, de pac. iuramen. firman. circa principium.* sequitur Iaf. hoc singulare reputans, *in l. si quis* id, quod in quarto notabili, *sub num. 31. ff. de iurisdict. omnium iud.*

3 Pro contraria parte facit, quia imperitia culpæ anumeratur, *ff. de reg. iur.*

4 Et hanc opinionem tenet *glo. in d. l. 2. in princ.* Bar. *in l. quod noua, num. 8. ff. deposit.* Cin. *in l. 1. q. 11. eo. tit.* Bal. *in l. 1. C. de pend. iudic.* Salic. *in l. fin. eo. tit.* Alexan. reprobans opinionem Bald. *in d. l. 2. col. 1. num. 3.* Cott. in memorabi. in verbo, Doctor.

Parergon.

SEd quid culpæ, & imperitiæ in Doctore adscribimus? quisnam hodie in officijs profitetur? vtique qui fauoribus pollet; quid attenditur? fauor, nec scientia, vel imperitia consideratur. exercent hodie officia imperiti, & ambulant per vias, & plateas, qui ius nesciunt, & toto tempore eorum vitæ in laboribus insudarunt. Vnde hoc? fauor. Exclamate leges, exclamate legum professores, quod in Doctore imperitia culpa est, fauor autem omnia vincit, & leges, & doctrinas omnes, & quod peius est, non solum sunt imperiti, sed scire profitentur, & cum aliquis doctus Aduocatus aliquam sanam doctrinam allegat, statim dat signa, alibi legisse, & nunquam imperitus vidit. Insuper pertinaces, vt nec communis opinio, nec etiam textus in terminis remouere possit a sua tenaci opinione: feueri, crudeles, sitibundi, auari; veniant casus torturæ, dicat, quantum vis? statim more nouitiorum ad vulgares traditiones, tortura est arbitraria: vnde torqueatur, vt vanum sit hodie disputare de indicijs, & tortura, O leges infelices, infelicissimi, & patientissimi Aduocati, quid perditio hęc? imperitia, & fauor omnia potest.

5 Ampliatur primo dispositio *l. imperitia*, vt nedum procedat in iudicante, sed in Aduocato, vt teneatur parti ad interesse ob imperitum patrocinium præstitum. *d. l. 2. vbi not. ff. quod quisque iur. & l. filius, ff. de iudicijs, & l. si iudex. de extraordina. cognit.* Alber. *in l. 1. de Aduoc. diuers. iudic.* Authen. *hodie, C. de iudic.* Speculat. *in titul. de Aduocato. §. fin. versic. quid si per imprudentiam*; & de iudice est bonus textus *in §. in Instit. de oblig.* quæ ex quasi delicto. Cardin. *in Clem. sæpe, in fine principij, de verborum signific.* vbi tenetur ad restitutionē salarij, & omnia damna ex imperitia, vel negligentia. Butr. *in c. ad aures, de eta. et qual.* latè Fel. *in c. Pastoralis, §. quia vero, col. 2. circa mediū, de officio delegato.*

6 Imperitia igitur in Iudice, & Aduocato culpa est, vt ex ea teneatur ad restitutionem salarij, & omnia damna. Idem de negligentia, immo imperitia cum diligentia non supplet, vt per Butri. vt supra.

Quæ addi possent ad ea, quæ posui in tit. de aduocato, quæ hic posui, quia melius cadunt in materia culpę & imperitiæ, de qua agimus.

7 Ampliatur secundo dispositio *l. imperitia, de regul. iur.* in Medico conducto ad curandum infirmum, quia de eius imperitia tenetur, *l. illicitas, §. sicuti, ff. de officio præsidis. & in materia locati, & conducti, de qua agimus l. si quis fundum, §. Celsus, ff. locati.*

Et ob id tenetur infirmo, vel hæredibus eius ad omnia damna, & interesse, prout in facti contingentia consuluit Cassane. *consi. 48.* in quodam Medico, qui culdam testiculos inciderat Iul. Cla. *in §. homicidium, versic. item medicus, in fi.*

8 Ampliatur dispositio. *§. sicuti*, vt ex hoc medicus teneatur ex maleficio, ex quo voluntariè fuit actum, & in hoc differt a Iudice, qui nō tenetur ex maleficio, sed ex quasi, cū faciat necessitate sui officij. *l. munerū §. iudicandi, ff. de muner. & hon.* per quem textū ita tenet Bar. *in l. ex maleficijs, §. si iudex. ff. de action. & obliga.* commendat Franc. Marc. *decis. 647. part. 1.*

9 Hinc postea infertur, quod si infirmus moriatur ex imprudentia, & culpa medici, punietur extraordinem. ita Alberic. *in d. §. sicuti, per l. respiciendum, §. delinquunt, ff. de pœnis*, quem casum non reperi penes Iacobum Menoch. in suis arbitrarijs quæstionibus. Addo Flora. *in l. item iuris, §. 1. ff. ad l. Aquil.*

Marsil. *in l. Cornelia, num.* 2. ff. *de sicar.* Placa *in epito. delictorum, c.* 26. *num.* 7.

10 Ampliatur secundo loco dispositio d. §. *sicuti*, vt procedat etiam in foro conscientiæ. Petr. *in Authen. hodie, C. de iudic.* Panormi. *in c. tua nos, de homicid.* summa Angel. *in verb. Medicus, num.* 1. circa medium.

Percurri tantisper Sotum *de Iusti. & iur.* nec hunc casum reperi appositum.

11 Subampliatur ista ampliatio, vt procedat, & habeat locum nedum in Medico ignorante, sed dubitãte, an Medicina sit profutura, vel non, quia in dubio non debebat vti, secundum Innocen. *in c. tua nos*, quem ibi sequitur Felin. *col.* 2.

12 Subampliatur secundo, si falso se asseruit peritum, vt per eundem ibidem.

13 Subampliatur tertio si aromatarius composuit medicinam ex rebus inutilibus, nisi Medicus in se diligẽtiam adhibuisset, vt per Fel. in citato loco.

Ampliatur tertio loco dispositio d. §. *sicuti*, vt procedat etiam in negligentia, vel pertinacia medici.

14 Vnde Medicus tripliciter peccat, secundum Summam Angelic. *in verb. Medicus, in princ.* scilicet ante factum, quando se intromittit per ignorantiam, vel imperitiam, vel ad ipsum non spectat, vel non sufficit solus.

15 Et videmus de experientia, quod multi barbitonsores, & idiotæ chirurgici volũt profiteri se medicos & multi nouitij procedunt vt veterani, in præiudicium infirmorum.

16 Secundo modo peccat Medicus in facto, quia licet peritus, tamen non sequitur traditiones artis, sed phãtasiam sui capitis, vel experimenta noua, nisi hęc in se sint rationabilia oonne ex diuina inspiratione posset quis esse inuentor alicuius bonæ medicinæ, prout & antiquitus alij fecerunt.

17 Tertio modo peccat Medicus post factum, quando est negligens circa custodiam infirmi. Ita Angelic. in citato loco. Felin. post Panorm. *in c. tua nos, de homicid.* pulchre ponens qualitates boni Medici. Franciscus Mar. *decisio.* 646. parte prima, quam percurras, vt etiam habeatur, quod adhibitis adhibendis per bonum Medicum, possit peti salarium etiam morte secuta, vt alias suo loco dixi, dum de Medico tractaui.

18 Et vltra Summam Angelicam, & Felin. in *d. c. tua nos*, addo ad hoc propositum pulchram glossam, *in l. item si quis, ff. ad l. Falcid.* vbi dicit, quod culpa tripliciter committitur, ante factum, quando non inspicitur quod euenire potest, *l. qui foueas, & l.* 1. *§. is quoque, ff. de actio. & obliga.* quandoque inest facto, si non vtitur eo, quo vti debet, *l. quia actione, §. penu. ff. ad l. Aquil.* quandoque sequitur factum, si non prosequitur, prout debet.

19 Et iuxta prædicta inferri posset ad quæstionem, quæ in facto etiam euenit Bononiæ tempore Entij filij Federici secundi, & passim occurrit. Reperitur quis carceratus ex causa ardua, petit relaxari, allegando grauem infirmitatem, de qua Medicus fidem facit, si postea appareat contrarium, tenetur Medicus eadem pęna, vt per Alberic. *in d. §. sicuti*, attestans ita iudicatum.

20 Cautus igitur erit officialis, & cautus debet esse Medicus, vt ne sit nimis proclius ad fidem faciendam & consulat indemnitati suę, vt studeat esse prudens, ne imprudentia sibi sit verè culposa.

Ampliatur quarto loco dispositio §. *sicuti*, vt extẽdatur ad hæredem, qui si adhibuit, & conduxit medicum debilem, & inexpertum, & inhabilem ad curandam infirmitatem testatoris, si ex hoc moriatur, priuatur hæreditate ipsius. *gl. est notabilis*, & quotidie allegatur *in leg. quod si nolit. §. si mancipium, in verbo, Medicum, ff. de ædilit. edict.* vbi Ang. eam summopere commendat, & ibi Veron. *n.* 16. dicit, quod illa glo. tota est notabilis, & quotidie allegatur. Eam etiam commendat Ange. *in l. si seruum, in princip. ff. de verb. oblig.* Alex. *in l. si ab hostibus, num.* 8. vbi Ias. *num.* 7. *ff. sol. matri.* Petr. Rauen. *notab.* 321. Medicus. Addo Bar. *in l. si in rixa. ff. de sicar.* Doctores *in l.* 1. *C. de emend. seru.* Alber. *in tract. statut. par.* 1. *q.* 36. Gand. *in tract. malefi. in tit. de homicid.* Sebast. Medic. *in tract. mors omnia soluit, in princip. num.* 69.

21 Et illa glos. in hac locati & conducti materia, est etiam notabilis in alio, quod curare debemus bonos in causa habere Aduocatos: licet enim medicus sanare non possit vulnus mortale, tamen bonus Aduocatus pessimam causam facit videri bonam. Gaudete itaque, & exultate Aduocati sufficientes; non tamen ex hoc salarium crescite.

22 Dicit etiam ibi Bald. ad propositum, de quo agimus, imperitiæ Medicorum, quod si vulnus non mortale sit effectum mortale ex imperitia Medicorum, non potest agi de occiso, quia præsumitur mortuus ex imperitia medici. *Idem* dicit si ex imperitia Medici remaneat cicatrix, alias ex perito medico adhibito non remansura.

23 Quod quandoque potuisset deuenire pro cautela ad liberandam alterum, probando imperitiam Medici adhibiti, & si alius fuisset adhibitus, non ita accidisset.

Ampliatur quinto in viro, vt priuetur lucro dotis, si vxori peritum non adhibuit Medicum. Petr. Rozzi. *decis. Lituaniæ* 1. *num.* 64. & 71. & hoc allegans probare tenetur, & quod facile medicum adhibere potuisset. Bart. *in l. idem quærit. ff. pro soc.* Imol. *in l. si seruum. ff. de verb. oblig.* Bart. *in tract. test. in verbo lata culpa.* Corn. *cons.* 310. *col. fin. &* 323. *col.* 2. *volu.* 1. Dec. *cons.* 480. *num.* 4.

24 Subampliatur idem si potuisset adhibere Medicum peritiorem, qui de facili adhiberi, & reperiri potuisset, vel in loco infirmitatis, vel loco vicino. Campeg. *de dot. par.* 5. *quæst.* 3. *num.* 3. si sine periculo recidiuæ, vel maioris mali accedi potuisset. Mascard. *de proba. in verbo, medicum*, pulchre in materia. Franc. Marc. *decis.* 524. *part.* 1.

25 Declaratur hæc conclusio ex mente Panormi. in cap. ad aures, de ętate, & qualitate, quod non sit tribuenda culpa Medico, protestanti se non admodum sufficientem, & tamen aliquis eius opera vti voluit. Commendat Angel. *in verb. medicus, num.* 1. *in fine.*

26 Declaratur secundo dispositio *d. §. sicuti*, quod medico incidenti non sit imputanda mors, quia non pręsumitur culpa incidentis, sed ex defectu complexionis incisi, & ita in dubio pręsumitur, secundum Archid. *in cano. sæpè, dist.* 50.

27 Notandum est etiam & ad propositũ materiæ locati & conducti, de qua agimus, quod siue Medicus certa mercede locet operas suas, siue gratis, tenetur

de

de levi culpa. *gloss. in d. §. item si quis, & §. fiunt. Institu. de obliga.* ex quasi contract. & tenetur, si amittat qui gratis fecit. *per l. tres, §. item, ff. de admini. tut.* commēdat Franc. Mar. *decis. Delphinal.* 523. *nu.* 5. *par.* 2. Bart. autem in *l. quod Nerua. q.* 9. *nu.* 32. *ff. depos.* videtur facere differentiam: aut Aduocatus, vel Medicus gratis præstat operas suas, & tunc de leuissima culpa tenetur, & habet locum, *l. imperitia, & illicitas, §. sicuti*, quasi hoc faciat animo decipiendi homines, & magis alliciendi, aut facit certa mercede, & tunc est locatio, & de leui tantum tenetur.

28 Ex qua Bar. doctrina duo colligi videntur ad propositum huius materię locati & conducti. Primum est, quod inter medicum, & infirmum, aduocatum, & clientulum mercede interueniente dicitur locatio & conductio: tangam alias suo loco.

29 Secundum est morale præceptum in hac locati & conducti materia, quod melius est facere actum more ordinario cum debita mercede cōcurrente, quā gratis, quia primo casu tenetur de leui tantum, quis enim te cogit stante mercede? in secundo casu tenetur de leuissima, quia illud profitetur gratis, quod cum mercede licitè fieri poterat, arguit signum deceptionis. Vnde in hoc casu cauendum est.

30 Vulgares contrarium dicerent, quasi iste ex sua bona gratitudine labore, & humanitate nō dignū præmium consequatur.

31 Declaratur tertio loco, & hoc circa posita in quarta ampliatione de hærede, quod illa procedant quando essemus in loco insigni, & celebri, vbi possit haberi copia Medicorum, alias secus. Francis. Marc. *decis. Delphinal.* 523. *nu.* 7. *par.* 1.

32 Et ad practicam reducendo superius allegata faciunt ad quæstionem. Marescalcus quidam approbauit equum, postea apparet defectuus, an teneatur ad interesse? distinguendum est duobus modis. Primo, aut vitium erat patens, aut latens, si patens, non tenetur, quia videre poterat, *l. quod venditor. ff. de dona. & ibi gloss. nota.* Aut vitium erat latens, aut laudans participabat de aliquo lucro, aut non, primo casu tenetur actione de dolo, secundo casu non tenetur, & in dubio præsumitur ooo spe lucri mentiri, Bart. *in l. eleganter. §. fin*, de dolo, dicens in facto habuisse, tangit Felin. *in cap. tertio loco, col. fin. de proba. not. in l. ea. quæ commendandi, ff. de contrah. emptio.* latè Vero. *in l. sciendum, ff. de adilit. edict.* pulchre Marc. *decis. Delphinal.* 523. *par.* 1.

33 Et in hac materia locati, vidi in facto casum. Quidam requisiuit Titium. *Io voglio à pigione la tua casa, ma per pigione non ti voglio dare se non tanto.* respondit Titius. *fa ciò che ti pare, sei padrone.* an possit dare conductor id, quod dixit, vel reducatur ad arbitrium boni viri, quod verius est, ex nota. per Veron. *d. l. sciēdum.* quem videre placeat.

Libellus vero contra Iudicem, aduocatum, vel medicum imperitum non debet continere quid certum, sed debet peti condemnari, prout religioni iudicantis æquum videbitur, Angel. *in l. si filiusfamilias, ff. de iudic.* Aret. *in §. 1. Institut. de obligatio. quæ ex quasi cont.* Francis. Mar. *decisio.* 523. *numero septimo, parte prima.*

De Imperitia Agrimensoris.

Ad l. 1. ff. si mensor fals. mod. dixerit.

1 Imperitia agrimensori culpæ non adscribitur, prout habetur *in d. l.* 1. imputet enim sibi qui opera agrimensoris parum periti vsus est, sicut *in §. præterea. instit. quibus mod. re contrahitur obliga.* de depositario dicitur, & *in l.* 1. *§ itaque, ff. de act. & obligat.* & in socio, *in §. fin. Institut. pro so.* tenetur tamen agrimensor de dolo, & lata culpa, quæ est imperitia eorum, quæ omnes sciunt. *dic. l.* 1. *& l. lata culpa ff. de verbor. signif.* & ita tenet Dyn. *in regula non est sine culpa, num.* 4. *de regul. iur. lib.* 6. Bart. *in l. quod nona, nu.* 31. *de deposi.* Specul. *in tit. de parroch. num.* 5. Abb. *in c. quia indecant, num.* 10. *de præscript.* Are. *in §. quædam, in fine, instit. de actio.* Hieron. de Mont. *in tract. finium, c.* 43. *in principio.*

2 In qua materia ad propositum materiæ locati & conducti videntur nonnulla consideranda. Primo loco ponderabilis est tex. *in d. l.* 1. *ad multa.* Primum est, quod inter agrimensorem, & dominum fundi non est proprie locatio & conductio, quia opera est loco beneficij, & datum est loco remunerationis.

3 Vnde non valet consequentia. est merces, ergo locatio & conductio, quia datur merces remuneratoria quæ non est proprie locatio & conductio, vt de mercede remuneratoria suo loco dixi. Vnde solet valere ista consequentia, est certum precium, ergo est emptio, & venditio, vt suo loco dixi: patet ista consequētia, ergo est locatio, licet detur certa merces.

4 Secundo loco considera moralitatem illius legis, nam multi facit officium agrimensoris, vt non velit subijci, nec appellari mæchanico titulo locationis & conductionis, dando in hoc actionem separatam, quæ in factum est, nec dicuntur seruire, se beneficium in aliquem conferre, & operam beneficij loco pręstare, & eius præmium dignissimo nomine, & ad similitudinem Iurisconsultorum honorarium appellatur.

5 Vnde considera ex mente Iurisconsulti, cuius conditionis, & qualitatis esse debeant isti Agrimensores. Vnde locare operas suas mæchanicum est, & a politico, & ciuili homine alienum.

6 Pondera etiam Speculat. *in allegat. tit. de parroch. num.* 5. dum formando libellum contra agrimensorē duo inter alia narrat, quod erat peritus in mensurandis agris, & sic peritiam narrandam præsupponit. Item quod fuit in dolo, vel lata culpa.

7 Practicando autem si quæratur, an ex dolo vel lata culpa agrimensoris sim damnificatus, an, & quomodo actio detur, & cōtra quem, distinguendum est. Aut sumus in facto extra iudicium, tunc nulla mihi competit actio contra agrimensorem ex hac culposa, & mihi damnosa relatione. *text. est notabilis in l. si duobus, §. si mens. fals. mod. dixerit.* nisi in subsidium aduersario existente non soluendo, *l. final. in princip. ff. de eo per quem fact. fuer.* Aut sumus in facto iudiciali, & mensura de commissione iudicis, & tunc agrimensor ex culposa relatione tenetur *l. si duobus. §. idem Pomponius, & ibi glos. not. ff. si mens. fals. mod.* dixerit, quod perpetuo notandum commendat Aret. *in §. quædam, in fine, num.* 28. *institut. de action.* dicens in facto habuisse. Commendat etiam

Felin. *in d. c. quia indirante*, *num.2. & 3.* Hieron. de Mont. *in tract. de finibus, capit. 33 nu 4.* & ibi dicit dolose fieri, si per errorem, seu malo animo, si vero bona fide, dici per errorem ex Castrens. *in l. quintus, ff. de condit. demonstr.*

8 Et considera *ex d. l. 1. ff. si mens. fals. mod. dixer*, quod legislatores curauerunt grauare quanto minus sit possibile agrimensorem, licet enim se peritum asserat tamen non tenetur, nisi de lata culpa.

De Imperitia Caprarij.

Ad l. si quis fundum, §. Celsus. ff. locati.

1 Ampliatur quarto loco *l. Imperitia*, vt nedum procedat in iudicibus, Medicis, & viris literatis, sed in Caprario, & aliorum animalium custode, cuius materia valde frequens, & vtilis est, & pluries vidi eam in facto contingere, ob id materias connexas non separando ponam in custode animalium de Imperitia, & alia concernentia culpam ipsius, ad hoc vt de culposo caprario aliqua vtilia habeantur. Quod igitur in caprario procedat dispositio *l. Imperitia*, est textus *in l. si quis fundum, §. Celsus. ff. locat.* quem ad hoc valde singularem dixit Aret. *in §. præterea, in fin. Instit. ad l. Aquil.* dicens esse bene notandum, & sæpius in facto contingere.

2 Caprarius igitur, vel alius custos animalium, prout Mulio, & similes ducentes animalia per loca insidiosa, vel periculosa tenentur de casu, quia in hoc culpa præcedit casum. Angel. *in l. qui petitoria §. qui rem ff. de rei vendicat.* & in materia locati & conducti, est tex. *in l. item quæritur. ff. locat.* commendat hoc dictum Veron. *de seruit. rustic. prædiorum* de seruitute iuris pascendi in fine, vbi limitant quando Caprarius sciebat, vel scire poterat talia loca esse periculosa, alias non tenetur, *l. quod te, ff. si cert. petat.* Vnde contra pastorem articulanda est scientia loci periculosi, vel sunt deducendæ aliquæ coniecturæ, & præsumptiones, ex quibus legitime deducatur, quod talis caprarius, vel mulio scire potuit. In qua materia ad intellectum *l. qui mercedem, ff. loc.* ponam nonnullas conclusiones.

3 Caprarius, Pastor, & similes, qui priuatim hoc officium exercent, tenentur de leuissima culpa, nec sufficit eis deducere, & probare mortem, vel casum, nisi etiam probent interitum, vel alium casum euenisse sine culpa, vel defectu aliquo ipsius caprarij, pastoris, vel similis priuatum officium, & exercitium habentis, & exercentis. gloss. est ab omnibus commendata vti notabilis, *in l. cum ita legatur §. species. ff. de legat. 2.* vbi Bald. Castrens. & alij notant, gloss. etiam notabilis iuncto textu in regul. non est pastoris excusatio, si lupus oues comedit, & pastor nescit, licet ille textus in sensu interiori aliud, quam de mæchanico caprario loquatur, tamen attenta metaphora sumpta hoc dicit. Alex. *cons. 158. vol. 2.* quod consilium est frequens, & in ore omnium. Iason Dec. & alij, *in l. si pascenda*, vbi Ias. *nu. 4.* Dec. *num. 19. C. de pact.* Ioan. Andr. *in cap. auditis, numer. 4. de præscript.* Bald. *in l. 1. q. 8. C. pro soc.* Ang. *de periglis in tract. de societat. parte 1. num. 2. part. 2. num. 8.* Petr. de Vbal. *in tract. de duobus fratribus, parte 8. quæst. 20.* pulchre Angel. *in l. si creditor. Cod. de pignoribus*, quem videre placeat quia vtiliter loquitur. Salicet. *in l. iudicio, C. loc.* Bertach. *in verbo, caprarius, in verbo custos ouium.* Rip. *in l. quod te, nu. 9. ff. si cert. petat.* Gomes. *tom. 2. cap. 3. nu. 20.* Sebast. Medic. *de casibus, & periculis, part. 3. quæst. 10. num. 3.* Ioan. Croc. *de testibus, part. 9. nu. 402.* quem videas, quia loquitur, & dicit hunc casum esse multum vtilem, & quotidianum, & sæpius in facto habuisse, & hæc est vera, & communis opinio. Aemilian. *cons. 103. num. 6.* per doctrinam Barto. *in l. si quis ex argentarijs, §. 1. ff. de edendo.* Bursat. *cons. 53. numer. 32. volum. 1.* vbi specificat teneri de leuissima culpa, licet nullas fere ex prædictis alleget, prout apud eum est videre, & hæc est verior opinio, Boer. *decis. 216.* licet Corne. *consil. 136. vol. 1.* contrarium teneat communis tamen opinio verior est, & ad eius motiua potest responderi ex distinctione casuum fortuitorum, quam allegaui, vt quidam proueniat cum culpa, vel sine culpa, vt latius alibi dicam *in tract. depositi.* Mascard. *in verb. caprarius, & in verbo casus, & in verb. custos.* Bonacoss. *de famul. q. 149.* Mago. Rut. *Florent. 111. nu. 3.* Et tenetur etiã de mala custodia. Bal. *in l. 1. C. locat.* Cagnol. *in l. contractus, nu. 23.* Plot. *in l. si quando, num. 750. C. vnde vi.* Gozzad. *cons. 103. & 163. nu. 3.* Rip. *in l. quod te, nu. 9. ff. si cert. petat.* Natta. *cons. 361. nu. 6.* Ioseph. de Ludou. *concl. 53. illat. 15. versic. ipsi tamen socio.* Prosp. Farin. *q. 31. n. 10.* idem Ioseph. *concl. 14. illat. 188.* Moz. *de societ. tit. de personis, nu. 11.*

4 Declara d. *glossam in §. species*, vt non procedat in foro conscientiæ. Summa Angelic. *in verbo custos*.

5 Hinc postea dicunt præfati scribentes in præcitatis locis, quod non sufficit pastori, vel caprario deferre pelles ad domum domini, nisi etiam probent casũ, & mortem siue interitum ipsarum pecudum quarum pelles deferunt. Putant igitur isti rustici; qui sæpius interficiunt pecudes pro eorum victu, quod sint excusati deferendo pelles, & ipsa comedunt, laudat post Alex. & Bal. Ioan. de Arn. *singular. 31.* dicens millies habuisse in facto.

6 Declarabat autem superius positam conclusionem Ant. Gomes. in citato loco ipsius loco, quod aliqui sunt casus fortuiti, qui regulariter eueniunt culpa, & negligentia possessoris, vt furtum, incendium, fuga, & similes, *vt in l. cum duobus. §. damna, ff. pro soc. in l. si vendita. ff. de pericul. & commod. rei venditæ, & leg. 3. §. 1. ff. de offic. præfect. vigillum*, tunc non sufficit simpliciter probare casum, nisi simul probetur diligentia & exacta custodia, & quod nulla interuenerit culpa, & ita intelliguntur iura prædicta, & istam doctrinam & resolutionem ponit magistraliter Bar. *in d. l. si quis ex argentarijs. §. 1. nu. 4.* vbi Castrens. *nu. 7.* Alex. *nu. 6.* Ias. *nu. 29.* dicens quod in hoc omnes simpliciter transeunt Abb. *in c. 2. depos.*

7 Quidam sunt casus fortuiti qui regulariter solent sine culpa euenire, vt mors naturalis, vis hostium, impetus aquarum, & similes, & in istis sufficit probare mortem, vel casum, nisi dominus probet culpam interuenisse, vt per Doctores, in citatis locis, & hæc est communis opinio Canonistarum, & Legistarum, vt sentit Gomes. *in citato superius loco*.

8 Inferens ad propositum materiæ locati & conducti, quod cum in contractu locationis et conductionis veniat lata, & leuis culpa tantum, vt in principio dictum

ctum est; quod excusatur conductor probato incendio, vel furto, nisi dominus probet culpam. ad idem Ia. l. in l. domus hæreditatis ff. de leg. 1.

9 Subdens, quod si habitatio esset gratis concessa, teneretur de leuissima culpa.

10 Habes igitur modum practicandi in casibus fortuitis, primo enim loco inspicienda est qualitas, & conditio casus an in eo præsumatur culpa, vel non: hoc considerato dominus actor quærat semper deducere culpam: nam probatio culpæ in quolibet casu deseruiet.

11 Summa autem Angelica in verbo locatio, nu. 26. in fine distinguebat alio modo. Aut quis tenetur de dolo, vel lata culpa tantum, & tunc alleganti dolum, vel culpam, incumbit onus probandi. Aut quis tenetur, de leui, vel leuissima, prout de leui in contractu locationis & conductionis, & tunc debet probari casum sine culpa euenisse, & sic parificatur culpam leuem, vel leuissimam, vt pari passu ambulent, quod aliquantulum durum videtur. Et sic colligitur intellectus ad leg. qui mercedem, ff. loc.

12 Alio etiam modo posset declarari l. qui mercedem quando quis recipit mercedem pro custodia; si sumus in contractu in quo solum tenebatur de lata culpa, prout in deposito. Sic acceptio mercedis faciet eum teneri de leui etiam culpa. rapit. bona fides, depositi l. 1. §. si vestimenta, ff. eodem. si vero sumus in contractu, in quo tenetur de leui culpa, sicut in contractu locationis, & conductionis, acceptio mercedis pro custodia rei locatæ facit, vt teneatur de leuissima, & ita procedat l. qui mercedem. ff. locati, & l. dominus. ff. eodem. Et non solum tenetur de culpa sua, sed etiam illorum, quorum opera vtitur, l. item quæritur, ff. loc. & ita declarat Summa Angelica in verb. locatio, nu. 23. in fine, dicens hoc bene notandum pro resoluendis multis contrarietatibus.

13 Notandum vlterius ad intelligentiam d. l. qui mercedem, quod custodia venit in contractibus dupliciter, principaliter, & incidenter. Principaliter, cum quis pro custodia principaliter mercedem recipit prout in Castellano, qui pro certa mercede promisit custodire arcem, & hic fuit principalis finis, & intentio, & tunc tenetur de periculo, & sic de leuissima culpa, iuxta d. l. qui mercedem.

14 Incidenter venit custodia, prout in Nauta, Caupone, stabulario, in emptione, in locatione, & conductione, nam venditor recipit pretium non pro custodia, sed pro re, & loco rei venditæ, custodia tamen incidenter venit. §. cum autem, versic. sane enim. Pariter fullo, & sarcinator recipiunt mercedem non pro custodia principaliter, sed pro opere, & facto, & tamen custodire tenentur, sed hic venit incidenter Nautæ vero, Cauponæ, & stabularij recipiunt mercedem principaliter pro eorum principali opere, & exercitio, & nauta in transuehendo, & asportando, caupo in recipiendo, stabularius in permittendo stabulari. Vnde dispositio l. qui mercedem, procedit in principaliter pro certa mercede obligatio ad custodiam. procedit etiam in nauta, caupone, & stabulario in odium ipsorum, licet incidenter veniat custodia l. nauta, vbi videtur textus magistralis de hoc. ff. naut. caupon. stabular.

15 Notandum est etiam vlterius ad vlteriorem intelligentiam d. l. qui mercedem, quod sicut in contractu venditionis dicimus, quod si fuerit furto subtractus seruus venditus, venditor non tenetur, nisi fuerit factum pactum speciale inter emptorem, & venditorem, vt donec cum effectu res vendita tradatur teneatur eam custodire, quo casu stante pacto custodiæ tenetur de leuissima culpa. §. cum autem, Instit. de empt. & vendit. Pariter interuenire posset in contractu locationis, & conductionis, vt non teneatur conductor de leuissima culpa regulariter, tamen si in instrumento locationis, & conductionis sit speciale pactum appositum, vt conductor bene custodiat rem conductam, donec peruenerit ad manus locatoris, hoc casu tenebitur de leuissima, & procedit in eo dispositio leg. qui mercedem. Cogita.

16 Prosequitur etiam Iurisconsultus in materia custodiæ, & illius, qui mercedem recipit pro custodia, quod tenetur de damno, vitio, & casu fortuito, quod custodire, & præuidere poterit. ad idem no. clarius in l. fluminum. §. vitium, ff. de damno infect. vbi Paul. Castrens. plures casus considerat. Primus casus est, quando adest vitium naturale, vbi Bar. dicit vitium naturale, quando frequenter fit & reiteratur, prout locus arenosus, vel palustris, qui sepius crescit, & decrescit.

17 Secundus casus est casus fortuitus, qui semel accidit, & reiterationem non recipit, vt fundus, qui casmate perijt.

18 Tertius casus est factum tertij, quod promissor præuidere non potuit, vt dicam ad materiam l. si merces. §. culpe. ff. loc. & hęc deseruient ad materiam de casibus, & periculis pariter remissionis mercedis, & similium.

19 Est igitur vnum ex principalibus assumptis in hac locati & conducti materia distinguere, aut potuit pręuidere, vel non, vt etiam habetur in l. qui insulam. §. qui multas, & l. in leg. in fin. ff. loc. Vnde non sufficit dicere, ego sum excusatus, quia venit vitio natural, vel casu fortuito, quia inspiciendum est an potuit præuidere, vel non, & ab hoc excusatio pendet.

20 Sed hic quæro ad prædiorum intelligentiam, quomodo pastor, custos, vel caprarius probabit mortem animalium. Videbatur quod clare probare deberet argumento l. si creditor. C. de pignorat. action.

21 Secundo ad propositum materiæ locati & conducti, de qua agimus, facere videtur textus in leg. si quis fundum, §. Imperator, vers. caprarius. ff. loc. Respondetur, quantum ad propositum, de quo agimus, animalia sunt in duplici differentia, quædam enim pascuntur gregatim, vt oues, capræ, & similes, & in his, sufficit probatio per coniecturas, quę coniectura est, quod in illo anno communiter contigit, vt de animalibus similibus perierint tot, & tot. Ita Bar. in l. 1. C. de murilegulis, lib. 1. ita declarans in materia locati & conducti in d. §. Imperator, in verb. caprarius, superius allegatus, quia durum est de qualibet oue vel capra habere testes in promptu.

22 Et hoc modo fortasse intellexit Bart. in l. non ita, §. species, ff. de legat. 2. vt sufficiat, pastori, vel caprario portare pelles, quem commendat Corset. in singular. suis, in verbo, mors, numero. 4. Corn. consil. 137. volum. 1. intelligendo probare mortem. similium animalium modo prædicto. Aut sunt animalia, quæ gregatim non pascuntur, & tunc eorum mors debet plene probari. ita Bar. in citato iam loco, & in tract. de te-

*ftibus,in verb.cura,num.*33.dicens in facto habuisse in Ciuitate Perusij, quod præfecti annonæ, & grasciæ conduxerunt de Maremma,& Apulia magnam quātitatem animalium ad macellum, & pastores eorum allegabant mortem assignando coria,quod reuisores computorum noluerunt fidem adhibere huic simplici scripturæ,nisi etiam morte deducta. Alex. *conf.*141. *vol.*1.*& conf.*10.*vol.*6.*conf.*301. *volum.*2. *vol.*2.Crot. hoc valde commendans *de testibus part. vltima n.* 402. Sebast.Medic.*in tract.mors.omnia soluit,in principio,n.* 78.Firmi.*in verb.mors probatur*,& credere,quod animalia dicerentur gregatim pascere ex natura, & iuxta ea,quæ frequentius,accidunt, Vnde regulariter equæ, & boues non pascuntur gregatim, in multis autem locis multi habent quietos; & triginta simul in pratis pascentia non per hoc dicerem esse hęc gregatim pascentia,attenta natura,& eo, quod vt plurimum contingit.

23 Vnde cautus erit caprarius, & custos ouium,& similium animalium, quæ gregatim pascuntur,portare pelles ad domum domini sui notificando bonum nuncium de morte animalium, deinde si cum hoc dominus non restat quietus, deducere communem interitum similium animalium in contrata, tenuta, comitatu,vel regione illa, quod si verum est facile deducet, & hoc stante instrumento,vel conuentione probare debet infra tempus conuentionis prout Tuderti notificare infra tres dies,& legitime probare infra quindecim a die damni,nec post auditur parte opponente.Alex.*conf.*158. *volum.*2. admonens, vt pars contradicat,& protestetur,& pluries in facto occurrit.Si vero sumus in boue, equa, & simili, plene probet,alias succumbet,& nota id, quod in facti contingentia habuit Crot. *in citato loco*, quod sit cautus præfectus abundantiæ credere pastori de morte talium animalium,& hoc scribere in libris abundantię, quia in reuisione computorum non adhibetur fides alio non constito,& hoc modo fortasse intelligitur id, quod no.Bal.*in l.si quis fundum,§. colonus,ff. loc.* dum dicit,quod culpa purgatur,eo ipso quod nō probatur contrarium,quia hoc erit verū iuxta distinctionem casuum fortuitorum,quam superius adduxi,distinguendo quosdam casus fortuitos euenire culpa, quosdam sine culpa.

24 Et si practicando scire velimus quo modo, via, & forma casus in præsenti probari possit, an plene, an per testes,an sufficiat simplex iuramento Angel. *in l.si creditor in fine. C. de pignorat.actio.* ponit distinctionem conciliando opiniones,multorum antiquorum, ex qua colliguntur addendo aliquid ad intellectum ipsius,& ad propositum materiæ locati & conducti, de qua agimus.

25 Prima sit conclusio. Quando perditio rei est simpliciter causa,& fundamentum perditionis tunc qualitercunque probetur perditio,siue per testes,siue per confessionem, siue per iuramentum, sufficit, & ita procedat *d.l.si creditor,& in materia locati, & conducti,de qua agimus l.si quis fundum,§.Imperator.ff.loca.l. si nulla.C.de pignorat.actio. l. si rem, C. de exception.rei iudicatæ, l. si tutor. Codi. de periculo tutorum. hæc Angelus.*

26 Addo primo loco, & declaro id esse verum non simpliciter, sed cum aliquali causæ cognitione. Innocent.*in capit.cum olim, de priuileg. Speculator.de pignor. in principio, vers. sed qualiter.* Alexand. *in l.*2. *§. quod diximus,ff.si quis cantion.conf.*55.*volum.*2. Bartol. *in l. si quis ex argentarijs, §. an vero. ff. de edend. gloss. in l.publicati,C.de testibus*, Et ad propositum materiæ locati & conducti, de qua agimus gloss. Doctores *in leg.si quis fundum § Imperator,§.locat.gloss.& Doctores, in §. final,* quibus modis re contrahitur obligatio, Bald. *in leg.testium,C.de testibus,in l.sicut & l.fin. Cod. de fide instrumentorum*. Abb. *in capit.*2. *deposit.* Alexandr.*conf.*53.*lib.*2.Vrsil. ad Afflict.*decis.*150.*nu.* 27. *&* 28.

27 Declaratur secundo loco,allegata conclusio de iuramento. Aut quis volebat casum fortuitum excusare ab eo,ad quod tenebatur ex contractu,& non sufficit iuramentum,*gl.in l.fin. Cod. de fide instrumentorum,* Aut non tenebatur ex contractu,& tunc sufficit iuramentum. Bar. *in l.fi. C.de nauticular. lib.*11. Io. Monac. *in c.cupientes,de elect. lib.*6. Bart.*in l. scire oportet. §.sufficit.ff.de excusat.tutor.*Seraphin.*de priuileg.iuramenti, priuil.*37.*nu.*2.

28 Subdeclaratur hoc membrum,quando nō tenetur ex contractu,vt non procedat, quando aliquid perijt circa quod diligentiam adhibere debuit.Vnde Notarius allegans se prothocollum amisisse nō statur eius iuramento.Bal.*in l.fi.C.de edendo.*Alex. *in l.si prætor §.pen.nu.*13.*ff.de edendo.* Sebast.Medic. *de casibus fortuitis par.*1.*q.*14.*subnu.*7.

29 Diligentissimus ne dum diligens esse debet notarius in custodiendis scripturis, in quibus apparent reconditæ tot hominum voluntates, ita vt prothocollum sit thesaurus omnium humanarum voluntatum, fides authentica humanæ pacis,& quietis,& quandoque principium litium notarij imperitia accedente. Non mirum igitur,si suo simplici iuramento non auditur in amissione negotij,& facti tam grauis,& importantis, nec possum in hoc nō aliquantulum excādescere,quod multi notarij sint tātum negligentes in publicis scripturis custodiendis: amant enim lucrum ex eis, sed negligunt custodiam, amant honorem,& laudem ex eis,sed negligunt custodiam,& videbis reponi in vetustissimis cophinis esso quod deberent fieri armaria pulchra,& vtilia.

30 Declaratur tertio loco id, quod de iuramento dictum est,vt procedat quando persona iurantis sit talis qualitatis, cui verisimiliter credendum sit cum iuramento. Ang.*in l.cum exigimus. §. sed quid diximus ff. si quis cautionibus*, facit regula iuramenti suppletorij, quod non sit deferendum de facili peieraturo, iuribus vulgaribus, Circumspectus igitur erit iudex in hoc inspiciendo qualitatem,& conditionem iurare debentis,& probare volentis per simplex iuramentum allegatum casum,nec quemlibet passim admittere.

Vnde dicebat Alex. quod allegans rem sibi furatā, satis erit dicere,quod ostium fuerit fractum a latronibus.Alex.*conf.*72.*nu.*3.*conf.*24.*nu.*5 *vol.*2.

31 Declaratur quarto loco conclusio de iuramento quoad probationem ipsius casus, quando quis casum iuramento semel probauit, nam si iterum allegat aliquid casu euenisse, non audietur iurando, sed alia probatione opus erit,*leg.frrundum,ff. de bonis authoritate iudic.possidendis* Angel.*in d.§.quod diximus,nu.*4. *in l.eum qui.§.si rem.ff. commodat.*Bald.*conf.*476.*nu.*2. *volum.*1.

Decla-

32 Declaratur quinto loco, quando casus per testes verisimiliter probari potuisset. Doctores cõmuniter *in l. si quis ex argentarijs. §. penul. ff. de edendo.*

33 Declaratur sexto in semel periuro, quia ad iurandũ amplius non audietur. Cano. paruuli, 22. q. 7. Alexan. Ial. Curt. & alij *in l. admonendi, de iureiurando*, Bald. *in Auth. qui iurat. C. de bon. authoritat. iudic. possident.* Ias. *in l. non exigimus, nu. 4. ff. si quis cautION.* Iac. Menoc. *de arbitr. iudic. lib.... centur. 2. cas.* 190.

34 Declaratur septimo, vt sufficiat iuramentũ quoad consequendam exceptionem, secus quoad actionem parandam, *l. pene 1. §. docere, ff. ne quis eum.* Sebast. Med. *de casibus, par. 1. quaest. 14. nu.* 11.

35 Secunda principalis conclusio est, vbi simplex perditio non est causa, & fundamentum liberationis perdentis, sed perditio est sine culpa, prout contingit in eo, qui habet officinam in publico, vel priuato ad custodiendum, & tunc quia ratione officij præsumitur culpa non sufficit probare perditionem, nisi probetur perditio sine culpa, prout superius diximus, quia per solam perditionem non probatur sua intentio iuxta superius allegata, vt per Ang. *in citato loco.*

36 Cui addo, quod in hoc versatur iudicis arbitrium inspecta facilitate, vel difficultate probationis, & secundum prædicta exiget plenam probationem, vel per coniecturas. Ioan. Andr. *in cap. 1. de dolo, & contumacia*, in addit. ad Spec. *in tit. de appellat. §. nunc breuiter, versic. quid ergo.* Butr. *in capit. ex ratione, de appellationibus.* Ang. *in leg. fin. ff. de de latoribus*, Federic. *conf.* 110.

Et ex prædictis omnibus infertur ad aliqua vtilia in hac locati, & conducti materia.

37 Primo infertur, quod custos Castri vel aliquius loci certa mercede constituta tenetur de incendio, nisi constet casu fortuito euenisse. *Ita* in terminis Petrus Caleiatus. *conf. 58. inter consilia criminalia diuersorum, volum. 2.* contra quendam sacristam Pistoriensem etiam si tantum leuissima culpa intercesserit, vt refert Sebast. Medic. *de casibus, & periculis par. 1. q. 14. numero 66.*

38 Et sic ex hoc colligimus duo in hac locati & conducti materia.

Primum, quod etiã in contractu depositi, & custodiæ consistit contractus locationis & conductionis.

39 Vnde depositarius dicitur locare operas suas cum certa mercede constituta rem custodiendam assumit, & sic datur depositum mercenarium, & vides per multas ciuitates, & loca prouinciarum, quod multi ambiunt, quærunt, & tentant euadere thesaurarii, cãmerarij, vel depositarij sedis Apostolicæ, quia habent certam mercedem constitutam, & lucratur, & in cãbio monetarum, & habent tot pro cẽtenario. Pariter hoc euenit in Ciuitatibus, & alijs opidis, & terris, vbi Ciues efficiuntur depositarij Ciuitatis, cum magno eorum lucro sub nomine imaginariæ mercedis in præiudicium ipsius Ciuitatis, quæ nunquam bene vidit sua computa.

40 Secundum est, quod colligitur, quanti refert mercedis constitutio: nam si quis ex vna parte lucretur mercedem, recompensatur in alio, vt fortiori vinculo sit astrictus, & maiori periculo obnoxius cum ratione constitutæ mercedis de leuissima culpa teneatur; vt dictum est; immo (vt superius dixi) faciens actũ gratis, grauius, tenetur, quia ex hac gratitudine inuitat homines, qui de facili decipiũtur, ex Bar. *in l. quod Nerua, nu. 27. ff. deposit.* prout circa Medici, & Agrimensoris imperitiam tetigi.

41 Secunda est illatio vtilis, & practicabilis, & sæpius in facto cõtingens, quod custos animalium, vt caprarius pastor, & similes dimittendo oues, vel alia animalia data in custodiã in pascui, si lupus rapiat, vel præcipitentur, vel aliud simile contingat, quod excusatur faciendo solita, & consueta. Bal. *in l. nemo deinceps in fin. C. de sacros. eccl. conf. 401. vol.* 1. Siluan. *conf. 26. num.* 5. Anchar. *conf.* 438. Sadolet. *ad l. quod te, numero 16. & sequent. ff si cert. petat.* Grat. *conf. 89. volum. 2.* Bertran. *conf. 167. volum. 1.* Speculat. *in tit. de locat. §. postquam vers. quid si locaui*, Bal. *conf. 230. volum.* 1. Pute. *in trac. de sindicat. in verbo carcer. capit. an si plures carcerati*, Corn. *consil. 93. vol. 1.* Boer. *decis. 217. numero 5.* Iacob. Menoc. *de arbitr. iudic. lib. 2. centur. 4. cas. 302. numero 6. & 7. & cas. 208. num. 42.* Grat. *conf. 100.* Visis *col. 2. volu. 2.* Ang. *conf. 102.* Ana. *conf. 71.* Aret. *consil. 38.* Plot. *de in litem iurand. §. 9. nu. 8.* Veron. *de edilit. edict. in leg. quis sit fugitiuus, §. apud Labeonem, numero 5.* commendat Euerard. *in loco a solitis, nu. 15.* dicens hoc admodũ menti tenendum. Firmian. *in verb. custos, in verbo famulus.* Bonacoss. *in quaest. criminal. in titul. de damn. dat. vers. si custos animalium &c.* Mago. Rot. Florent. 56. *nu.* 11.

42 Ampliatur hæc conclusio idem esse si dimittat, & relinquat in stabulo, vbi neminem repetijt. Bal. *in d. l. si negotia ff. de negot. gest.* commendat Ioann. Lup. *ad cap. per vestras, §. 7. nu. 12. de donat. inter virum, & vxorem.*

Et passim casus iste contingit in facto, dantur equi ad vecturam, vel commodantur, & post remittuntur in stabulo nemine reperto.

43 Declaratur primo loco hæc conclusio, vt non excusetur pastor, si dimisit in pascuis, vel in stabulo, vbi dominus erat solitus si dominus erat homo parum accuratus, vel diligens in rebus suis custodiendis, si modo verus, & diligens pater familias; immo diligentissimus hoc non fecit. *Ita* Alberic. Bald. & Bart. *in d. l. si negocia*, quia negligentia in domino rei propriæ non est reprehendenda, tamen in alijs est punienda, *argumento. l. si constante. §. quod si maritus. ff. solut. matrimon.* Vnde in articulando, & practicando non sufficit dicere, feci hoc, quia dominus erat solitus facere, sed attendenda est qualitas domini, & si diligentissimus paterfamilias fecisset, & hoc articulandum. *Decisio Perusina 10. numero* 14. Sebast. Medic. *de casibus, & pericul. part. 2. quaest. 40. numero 23.*

44 Declaratur secundo, vt custos animalium sic dimittendo excusetur faciendo consueta, hoc enim intelligitur de consuetis ordinarie, non de raro, et extraordinario quodammodo. Bart. per illum textum, *in l. Seio, §. medico, nu. 3. ff. de annuis leg. per l. fistulas. §. frumenta, ff. de contr. empt.* Ial. late *in l. 4. §. quaesitum, nu. 34. ff. si quis cautION.* Alex. magistraliter *conf. 38. volum.* 1. commendat Euerar. in loco ab vsitato, seu solitis, *sub num. 13. cum seq.*

45 Declaratur tertio loco, vt cõsuetudo generalis loci de dimittendo in pasculis, vel in stabulo excuset, & ita in Vngaria communiter fieri attestatur Alber. *in dict. l. si negocia, in fine*, & ita etiam declarat *in leg. dignus, Cod. de pignorat. action. in l. 3. Cod. de episcopali. aud.*

dient. tangit Martin. de Fano. *in suis quæstionibus*, *q.* 22. late Pile. arguendo ad partes *quæst.* 88. vbi subdit vnum satis vtile, quod si dominus equi habebat in stabulo alios equos, & ob id conductor suum dimisit, excusatur, quia in facto alios reperit. Si verò illos ibi nõ inuenit, quia dominus fortasse remouit, dicit in culpa, argumento *l.* 1. *in princ.* ff. *de legat. præstand.* & *l. data, C. de donat.*

46 Vnde ex his verbis, & discursu Pilei satis caute procedendum erit, nam potest esse, quòd dominus per multum spatium temporis retinuerit equos, vel boues sine custode in tali stabulo, postea mutauerit propositum, quia aliud accidens occurrerit, & remouerit, pariter illud idem in pascuis dici solet, quod ex causa superuenienti remouerit, & mutauerit propositum.

47 Vnde dicebat ad hoc propositum Bald. *in l.* 3. *C. de episcopal. audientia*, quod non excusatur pastor ex causa prædicta, si ratione nouæ causæ debuisset maiorem diligentiam adhibere, Commendat Boer. *decis.* 217. *in fine*.

48 Subdeclaratur autem hæc declaratio de consuetudine, nisi simus in actu difformi, in quo consuetudo cadere non potest, ex doctrina Bal. post Cyn. & alios *in l.* 1. *C. de probation.* vbi determinatur illa celebris quæstio, si accuso aliquem de vsuris, & probo solummodo quod est solitus fenerari, sed non probo verum actum solutionis, reus absoluendus est, quia super difformi non cadit consuetudo.

49 Subdeclaratur secundo quam maxime in consuetudine vniuersali illius regionis, loci, vel contratæ, quod excuset, nam hoc intelligitur verum, dummodo melius, & tutius fieri non potuerit, & hãc declarationem pono vltra Euerard. & alios *ex glos. notab.* & *singular. in leg. pignus, in verb. horreis, C. de pignorat. action.* quam singularem in practica dixit Veron. *in l. quis sit fugitiuus, §. apud Labeonem, sub numero* 2. ff. *de ædilit. edict.* inferens notabiliter in materia depositi, quod si tutor minoris pecuniam deposuerit apud vnum publicum camplorem, qui postea decoxit quod non excusatur, quamuis publicæ, & aliæ personæ ibi deposuerint, cum in tutiori loco potuisset deponi, per textum expressum *in verbo, si respublica,* & *sic in superlatiuo, ff. de excusat. tutor.* dicens hoc notatu dignum, & frequentissime in practica occurrere.

50 Vnde in practica erit excipiens, & articulans diligens, & accuratus, quia non sufficit articulare solitum alicuius particularis personæ, quia posset replicare de persona diligentiori, nec sufficit quod communiter fit, nec solitum alicuius, si non erat solitum ordinariè. Considerabis etiam econtra nouam causam, puta si lupus in regione superuenit, mali vicini, & flumes.

51 Ex quibus corollarie habetur triplex declaratio *ad l. pignus, C. de pignorat. action.* & *leg. vel vniuersorum*, *ti. eodem*, vt procedat primo loco in consuetis ordinarie, secus extraordinarie, & de ratio. lai. *in l. certi condictio. §. si nummos, num.* 6. *ti. si cert. petat. in leg. vt liberis, colum.* 4. *C. de collat.* Cott. *in memorab. in verbo, consuetudo facit licitum.* Felin. *in cap. cum M. colum.* 3. vbi Rip. *colum.* 21. *de constitutionibus, in cap. ex litteris, column.* 1 *nal. de fide instrumentor.* Io. Nicolaus *in leg. generaliter, num.* 74. *C. de secund. nupt.* Anton. Gabr. *de consuetud. conclus.* 3. *numero* 29.

52 Declaratur secundo, vt non procedat si alius locus tutior, vel persona magis idonea reperiri potuisset ex iam dictis.

53 Declaratur tertio, nisi ratione nouæ causæ maior diligentia adhiberi debuisset. Boer. *d. decis.* 218. *in fine limitans l. si negocia, hoc modo*.

54 Considerabis etiam in hac materia naturã, & qualitatem cõtractuum, quandoque enim fit locatio, & conductio cum debita mercede, & gratia vtriusque, quãdoque etiam fit commodatum, & sic gratia recipientis, & sic exactissima diligentia requiritur. Considerabis etiã, si pastor suos proprios in tali loco solebat dimittere, ita Io. And. ad Spec. *in citato loco*.

55 Ampliatur quinto loco dispositio *l. imperitia*, vt procedat in notario, cuius tamen imperitia, & error partibus nocere non debet. materia *l. si librarius, de reg. iur.* & quia non est hic proprie locus suus, ad ibi dicta me remitto.

Ampliatur sexto loco dispositio *leg. imperitia*, *de reg. iur.* vt procedat in sartore, qui non bene incidit vestem; nam de imperitia tenetur, necnon ad restitutionem pretij, expensas, damna, & interesse. Borgn. *decis.* 26.

56 Cui adde, quod sartor tenetur de vestimentis corrosis a muribus in sua apotheca. Paris *de syndicat. par.* 2. *in verb. negligentia, num.* 18. per textum in materia locati, & conducti, de qua agimus, *in l. item cum quæritur, §. si quis, ff. locat.* tangit Negus. *de pignor. par.* 5. *membr.* 1. *num.* 2.

57 Et valet argumentum. est sartor, ergo fur. Fus. *in verb. sartor, num.* 4.

58 Sed (Bone Deus) nec fortasse sine causa tot mures, & tineæ circa vestimenta maxime sponsalia, absorbent enim integram dotem, & augmentum ipsius, si quandoque est, & res dotales, & pluris valet hodie vna vestis sponsalitia, quam ager, vel prædium vnum, & minus malum esset, si vnica, vel duabus saltem contentæ essent, quolibet mense quærunt vnam, & nocte excogitant modum, & ornamenta apponenda, quis enim non misereatur infortunij præsentis temporis, & calamitatis infelicium maritorum? Cauent de dote recepta antequam receperint, & hoc in tot vestimentis, vbi erugo, mures, & tineæ demoliuntur, & vbi pulcherrima vestis fieri, & reperiri potest, ibi & quod sponsæ est, & de facili reperitur.

59 Et nedum in casibus prædictis imperitia culpæ annumeratur, sed poni potest regula generalis in quolibet artifice asserente se peritum, prout pro constanti ponit Dyn. *in regula, non est sine culpa, numero* 3. *lib.* 6. per textum in materia locati, & conducti, *in l. si quis fundum, §. Celsus,* & *l. item quæritur, §. si gemma, ff. locati*, & hæc in materia culpæ, & doli circa imperitiam.

60 Vlterius addo vnum in materia imperitiæ ad intellectum *l. imperitia, de reg. iur.* & *d. §. Celsus*, vt artifex asserendo se peritum, qui non sit, teneatur ad omnia damna, expensas, & interesse, prout in arbitro, iudice, arbitratore, notario, & similibus scriptum reliquit. Nait. *in Clem. sæpe, §. quæ omnia, colum.* 5. & 6. *de verb. signific.* Marsil. *in pract. §. superest, num.* 11. Afin. *in pract. §.* 32. *amplius* 41. & 42. vbi ex mente Bal. in notario subdit, quod si quidã fuit in dolo, interesse probatur

batur

Digitized by Google

batur simplici iuramento. Si vero fuit in culpa, tunc interesse plene probandum erit,

QVAESTIO III.

1 QVæro, an conducens rem aliquam æstimatam teneatur de leuissima culpa, vel de periculo, vel ad quid teneatur ad materiam *l. quæro, §. fin. ff. loc.* Multorum fuit opinio teneri de leuissima culpa, non autem de periculo, vel interitu *ex l. si duobus, §. nunc videndum, ff. commodat.* vbi Bart. *nu.* 6. Castr. *nu.* 7. Angel. *num.* 5. moti hac ratione, quia æstimatio debet aliquid vlterius operari *l. si quando, de legat.* 1. sed regulariter in contractu locationis & conductionis venit leuis culpa; ergo per æstimationem appositam veniet leuissima culpa, Pulchre Riminal. *Instit. quibus alienare licet, vel non, num.* 34.

2 Aliorum fuit opinio æstimationem rei locatę operari, vt periculum transeat in conductorem. Bald. in *l. si pascenda. num.* 6. *C. de pact. in l.* 1. *q.* 3. *commodat.* Soc. *in tract. Fallent. reg.* 184. *littera E. in verbo, æstimatio.* Neuizzan. *in Silu. lib.* 2. *num.* 72. *limit.* 5. Io. Lup. *in c. per vestras, §.* 25. *num.* 5. *de donat. inter vir. & vxor.* vbi generalius loquendo dicit in similibus contractibus, in quibus dominium non transfertur, prout est locatio & conductio, æstimatio inducit generalem renunciationem casuum fortuitorum, dicens hoc esse singulare, & menti tenendum. Bart. *in l. cum fundus, ff. locat.* Franc. Marc. *dec.* 888. *num.* 8. *par.* 1. & sic, vt quis teneatur generaliter de casibus fortuitis, cautela erit, vt æstimatio fiat de re locata & conducta.

3 Tertij dicunt, quod nō operatur subiectionem casibus fortuitis æstimatio in hac locati & cōducti materia, sed bene, vt possit probari deterioratio in casu suo, & hoc dixit esse verisimilius Alber. *in d. §. nunc videndum*, dicens hoc satis notabile *ad reg. l. si quando, de legat.* 1. vt sæpius in iure non procedat, & in quamplurimis casibus effectum non habeat. Vnde dum audis multos dicentes, verba essent superflua, & nihil operarentur, vtique in iure nostro non est absurdum, & sæpius datur casus, in quo verba nihil operantur.

4 Et hanc tertiam opinionem post Albetic. *in citato loco*, tenet Barbac. *cons.* 19. *col. fin. & cons.* 12. *col. penult. lib.* 4. Socin. *cons.* 93. *col.* 4. Aret. *cons.* 84. *col.* 2. & ad propositum materiæ locati & conduct. de qua agimus, *facit tex. in d. l. quæro, §. fin. ff. locat.* vbi hæres soluit pretium serui mortui adscriptij dati colonæ æstimati, in quo textu habemus colonam, fœminam, & mulierem.

5 Hinc postea si bos, vel aliud animal datur æstimatum, hoc non facit emptionem, quia totum periculum non est dantis, neque totum ipsius pastoris, sed hoc fuit, vt facilius æstimaretur in casu deteriorationis, & restitutionis. Bal. vbi post eum Iai. *in l. si pascenda, C. de pact.* Speculat. *in tit. de locato. §.* 1. *vers.* æstimatio bouis dati in succit. m. Iai. hoc valde commendat *in l. ex conuentione, limit.* 3. *C. de pact.* ponit pro singulari Io. Lup. *in c. per vestras, §.* 25. *num.* 4. & hoc passim contingit in laboritijs, vbi colonis dantur boues æstimati, vt in fine laboritij cognosci possit augumentū, quod commune est, & deterioratio.

6 Et sic ex prædictis patet responsio, & declaratio *ad d. l. quæro, §. fin.* de qua superius vidimus, ac etiam quid operetur æstimatio in contractu locationis & conductionis, & passim occurrit, quod æstimantur massaritiæ domus locatæ, ornamenta, & similia, quid operetur ista æstimatio.

QVÆSTIO IV.

SÆpius in facto occorrit si Io. de Arno credimus inferius allegando. Cōduxit quis equū ad vecturam, qui in itinere est infirmatus, conductor dimisit apud hospitē, & est mortuus, tenebiturne conductor.

1 Primo videbatur quod sic, quia conductor tenetur quandoque de leuissima culpa, & de vitio naturali, prout in præcedenti quæstione diximus, *ex l. si vt certum, §. sed quod diximus, ff. commodat. & l. quæro, §. fin. ff. locat.*

2 Pro contraria vero parte facit, quia regulariter conductor tenetur solum de lata, & leui culpa, non autem de leuissima, cum cōtractus iste gratia vtriusque celebretur, prout superius vidimus *q.* 1. Fusi. *in verb. conductor.* 173.

3 Et hanc opinionem tenuit veriorem Bal. *consi.* 22. *Rainut. lib.* 3. valde commendat Ioan. de Arno, *dialog.* 9. dicens sæpius in facto occurrere. Bonacoss. *de equo, quæst.* 20.

4 Non esset fortasse alienum considerare, & perquirere causam, quare equus in itinere sit infirmatus, & quam culpam commiserit conductor, vel venit ex defectu equi in se, vel conductoris, & si simus in casu, vt culpa pręcedat casū, & similia, bonus iudex perscrutari poterit, durum enim mihi videtur sic absolute, & simpliciter dicere; equus iste in itinere est infirmatus, & perijt, mors autē est vitium naturale, & de eo conductor non tenetur, quid enim, si cōductor dedit causam, & fuit in culpa infirmitatis, prout sæpius in facto occurrit? quid si penes hospitem, vbi dimisit, non fuit bene curatus, vel defectu medicamentorum, quia bona ad tempus non fuerunt exhibita? quid si ex auaritia conductoris nolentis expendere?

5 Deberet fortasse considerari, an cōductor intimauerit, vel intimare potuerit, & ad notitiam deducere domino equi, & locatoris infirmitate sui equi, & de tempore, & penes quem dimisit, quia dominus equi vti bene informatus de defectibus, natura, & qualitate sui equi fortasse accessisset, & de facili curasset, & quam maxime, quia fortasse habebat eū charum, & de facili expendisset in recuperanda eius sanitate, & melius se gessisset in proprio, quam hospes in alieno, Vnde si equus moritur intra triduum, præsumitur per prius morbosus, nec conductor tenetur, secus si ex interuallo a die locationis. Ioan. Andr. *ad Spec. in tit. de emptio. §. sciendum, ver. de illo*, dum quo sentiunt Alex. ad Bar. *in l. si rixa, ff. de sicar.* & ibi Marsil. *num.* 59. *in l. statu liber. num.* 15. *ff eod.* Imol. *in l. si quis cum alter, ff. de verb. obli.* Iacob. de S. Georgio *in l. pacisci, num.* 4. *ff. de pact.* & hæc est communis opinio. Rip. *de remed. ad curan. pest. num.* 141. Viui. *lib.* 2. *opin.* 58.

QVAESTIO V.

1 SVccessiue quæro ad declarationem præcedentium, quomodo cōductor equi ad vecturam probabit mortem ipsius? Mascar. in suo pleno tract. probation. in materia mortis, hunc modum non posuit.

tetigi

tetigi etiam superius de morte animalium. Et vtique per signa, & colores, ita practicare docet Alex. *consil.* 18. *col.* 2. *& seq. vol.* 1. commendat, late Ias. *in l. bonorum, in fine, C. de secund. nupt.* attestans ita iudicatum. Cott. *in memorab. in verbo, scolaris.* Cui addo ab eo non allegatos, & bene loquentes Io. And. *in c. auditis, de præsumpt.* vbi Butr. *col. pen.* Abb. *col.* 9. & hæc est communis opinio. Dec. *in cap. in præsentia, num.* 43. *de prob.* Ias. *in l. non bor, num.* 2. *C. vnd. legitim.* Marsil. *in l. si quis ne quæstio, num.* 133. *de quæstio. & in prac. crimin. §. & quia, num.* 14. Ioan. de Amic. *consil.* 40. *num.* 1. Viui. *lib.* 2. *opin.* 58. *in fine.* Addo Alex. *consil.* 33. *col.* 2. *vol.* 2. Dec. *cons.* 91. *& cons.* 129. *&* 146. Castr. *in l. cum ita, §. species, ff. de legat.* 2. & ita in magna curia fuit votatum anno 1545. Vincen. de Anna. *singular.* 172. *decis.* Perus. 12. *num.* 15. *in fine.* Dec. *cons.* 220. *col. pen. versic.* circa secundum. Seraphin. *de priuil. iuramenti, priuileg.* 28. *num.* 16. vbi etiam vult, quod teneatur facere expensas, & alia, quæ sunt modici præiudicij. Machel. *patrocin.* 46. *num.* 16. Ferrant. Garzia. *patroc.* 58. Franc. Tontolus *voto.* 6. *regg. cons.* 9. *nu.* 36. Borgni *decis.* 7. *in fine, par.* 2. dans pro cautela, vt conductor faciat examinare testes de identitate ipsius etiã parte non citata. Vnde passim practicatur, quod bona describuntur per confinia, animalia per pilamina, signa, & colores. Menoch. *præsumpt.* 14. *num.* 27. *lib.* 6. Sebast. de Cal. *par.* 2. *quæst.* 10. *num.* 29. Malcard. *concl.* 1174. *num.* 7.

ADDITIO.

☞ *Crauett. consil.* 112. *num.* 3.

QVAESTIO VI.

VTilis est quæstio, & indagatio in materia locati & conducti, si res, vel animal locatum deterius reddatur. Et quoniam hæc inuestigatio multa capita concernit tam respectu præiuditij in recipiẽdo, quam respectu interesse, & æstimationis, propterea ponam aliquas vtiles, & practicabiles conclusiones ad materiam *l.* 3. *§. si reddita, ff. commodat.*

1 Et est materia satis frequens, vtilis, & necessaria, & in hac locati & conducti materia, de qua agimus occurrit in facto, quod marescalcus conduxit equum curandum laborantem morbo *detta le viole*, qui perforauit palatum, dominus simpliciter recepit, & paucos post dies mortuus est, & post receptione, & mortem subsecutam dominus equi agebat ad pretium equi mortui culpa, & defectu marescalchi, qui replicabat, recepisse simpliciter sine protestatione præiudicatũ fuit, & responsum est, hoc dato soluatur pretium deteriorationis.

Multa igitur sunt, ex quibus nascitur culpa in contractu locationis & conductionis, circa deteriorationem ipsam.

Rigor.

2 PRima cõclusio sit in materia deteriorationis. Conductor equi percutiens cum ligno tenetur ex deterioratione, secus si flagello, vel calcaribus Barr. *l.* 1. *C. de curs. publ. lib.* 12. commendat Corsett. *in singular. suis, in verbo,* conductor, vbi rationem reddit, quia equus solet sollicitari calcaribus, vel flagello, non ligais. Vincent. de Anna. *singular.* 172.

Excessus.

3 SEcunda conclusio sit in materia deteriorationis, Si quis onerauit mulum, vel equum conductum vltra solitum, & consuetum, & ex hoc deterior efficitur, ad interesse tenetur, Bart. *in l. publici, C. de cursu publico, & angarijs lib.* 12. *& in l. qui insulam, §. qui mulas, ff. locat.* Corsett. *singul. suis, in verb. onus,* dicens singulariter notandum, quia valde quotidianum est. Cagnol. *in l. contractus, num.* 48. *ff. de reg. iur.*

Vnde vtile est contra ponentes superfellia mulis, & valisias plenas, & graues a tergo equis ad vecturã.

Defectus.

4 TErtia conclusio sit in materia deteriorationis. Si conductor equi non præstet bonos sumptus, & ex hoc deterioretur, tenetur ad interesse. Bart. *in l. animalia, C. de cursu publico, lib.* 11. Hippolit. Bonacoss. *de equo, q.* 61. Vincent. de Anna. *singular.* 172. vbi si nõ dat solitum bladum.

5 Facit contra istos auaros conductores equorum ad vecturam, qui tota die equitare volunt, nec vnquam recognoscunt infœlicem equum, nisi de continuo motu, calcaribus, & flagello, & cum tandem peruenerint ad aliquod hospitium, sibi ipsis tantum prouident, nec curant dari equo solitam, vt (vulgo dici solet) prouendam.

Pigritia.

6 QVarta sit conclusio respiciens deterioratione. Si equus incidit in commissum culpa conductoris, qui diu stetit in loco, tenebitur ad mercedem, Bald. *in l. colonus, §. fin. ff. locati & conducti.*

Malitia.

7 QVinta sit conclusio. Muliones conducentes salmas ad vendendum, vel pastores ducentes animalia per loca insidiosa, cum culpa præcedat casum tenentur, & hoc verum si scienter fecerint, vel saltẽ scire debuerint, secus si ignoranter. Angel. per illum textum *in l. qui petitorio, §. fin. ff. de rei vend.*

Et nota ibi, vel scire debuerit in articulando, & deducendo.

8 Pariter dici potest in hac locati & conducti materia, prout in vasis vitiosis, vt sunt dolia, & similia, nam ea scienter commodans, vendens, aut locans, si infusum vinum vel oleum corruptum, effusumue est, tenetur, & dicitur in dolo, *l. in rebus, §. item qui sciens, ff. locat. l. Iulianus, de action. empt.* Cammill. Plautius *in l. vnica versic. etiam ex lucro a num.* 50. *vsque* 53. *C. de sentent.* quæ pro eo, & considerandum est inter vasa vitiosa, & alia, in eo enim nulla sit distinctio, aut sciebat, vel ignorabat, & hoc quia potuit faciliter vitium scire, *l. sed addes, §.* 1. *ff. locat. quæ l.* non procedit in foro conscientiæ data scientia locatoris, qui simpliciter videnda exhibuisset. Summa Angel. *in verb. locatio num.* 2. *& num.* 24. Siluestr. *in eod. verbo, q.* 18. Nauar. *in Manuali, præcept.* 7. *c.* 17. *num,* 196.

Simi-

9 Similiter locans scienter seruum, vel animal morbosum, tenetur ad omnia damna, & interesse, & expensas factas in equitatione, & ob id datur conductori, depositario, commodatario, creditori, & similibus iuramentum in litem ad omnia damna, expensas, & interesse quomodocunq. passa tam ex primo capite de cõducendo animalia per loca insidiosa, & de locatis vasis vitiosis, quam in alio capite, *l. si fundus, § si in vẽditione, ff. de pignor. gl. in d. §. in hac, in l. nummis, de in litem iurando*. Cammil. Plautius in citato loco. Plot. *de in litem iurand. §. 19. nu. 3. in fine*.

10 Vltra eum clarius distinguendum videtur. Aut locauit equum vitiosum certum, puta hunc equum, & locator tenetur ad omnia damna, & interesse probãda, & liquidanda, vt supra. Aut locauit incertum, puta vnum, de meis equis, cum plures haberem bonos, & malos, & postea pręsentaui tibi malum scienter, teneor ad omnes expẽsas factas in equitatione. Archiepiscop. Florent. *in eius summa, §. 6. col. 1. tit. de speciebus furti*. Bonacoss. *de equo, q. 95*. secus in commodato Sũma Angel. vbi sup. *num. 24. in fine*.

Pertinacia.

11 MVliones prosequentes iter tempore pluuię magnæ, vel tempestatis, vel in flumine rapido, si salmę pereãt, tenentur de periculo, vel deterioratione prout in cartis, & pannis. Angel. *in d. §. fin.* vbi hoc valde commendat.

Non est igitur bona excusatio mulionis; nõ teneor, feci quicquid potui ex rapaci cursu fluminis, quia replicare poterit non debebat se exponere huic periculo, debebat cogitare de facili euenire potuisse.

Præiudicium.

12 PRima conclusio sit in materia præiudicij. Dominus equi locati non compellitur recipere vnum equum, quando ita deterioratus sit, ita quod parum, aut nihil valeat, quia forte vno pede claudicat, vel simili defectu, etiam si conductor offerat pretium deteriorationis *l. bonæ, §. aliquando, vbi notatur, ff. de ædilit. edict.* Io. Lup. *in rubr. de donat. inter virum, & vxorem, §. 65. num. 32.* vbi subdit, quod potest dominus agere ad eius æstimationem, & compellitur conductor soluere.

13 Secunda conclusio sit. Dominus equi locati compellitur ipsum recipere, si alicuius sit valoris, vt quia calcaribus valde sit stimulatus, vel vtendo diplomate sit admodum damnificatus, dummodo sibi suppleatur iustum pretium. Bartol. *in l. 2. ff. arborum furtim. cæsarum, glos. in l. eleganter, §. non solum, ff. de dolo*, vbi Bartol. dicit bene notandum pro scolaribus, qui quotidie conducunt equos ad vecturam. Collectan. *in cap. 2. de iniur.*

14 Cautus igitur erit dominus equi locati, vt diligenter eum inspici faciat, & si sit effectus nullius, vel parui valoris.

15 Tertia sit conclusio. Dominus equi locati recipiẽdo equum deterioratum ignoranter, sibi non præiudicat *in l. in hac, ff. de tritic.* Bart. & Castr. *in l. qui sibi, §. qui Stichum. ff. de solut.*

16 Ignorantia autem practicando præsumitur, quia defectus non erat patens, vel non apparuit statim in cõsignatione ipsa. Quandoque enim recipiunt famuli inaduertentes in factis dominorum, nec eis aliquid dicunt, multi enim quandoque dixerunt quod domini debent esse studiosi, & vigilantes interrogando de equo, & si fuit restitutus, & cuius conditionis.

17 Quarta sit conclusio. Dominus equi locati recipiẽdo scienter equum locatum, sibi præiudicium facit in receptione ipsius, *vt not. in d. §. qui Stichum.*

18 Declaratur hæc conclusio multis modis, & primo, nisi debitor in perniciem creditoris deteriorasset, quo casu etiam scienter recipiendo non præiudicat, vt per Castrens. *in citato loco.*

19 Declaratur secundo ex mente eiusdem Paul. Cast. nisi deterioratio deberetur iure actionis, quo casu scientia non præiudicat, cum de per se peti possit, secus, si officio mercenario, quia per receptionem extinguitur.

20 Declaratur tertio, nisi dominus recipiat cum protestatione, quæ conseruat ius protestantis. Bart. Ias. & alii, *in l. si. ff. de eo, quod certo loco*. Cin. Bal. & alii, *in l. exhibitionis, C. ad exhibendum.*

21 Declaratur quarto, nisi consignatio sit facta non principali domino, sed adiecto, qui non præiudicat, prout alias dixi *part. 1. de procurator.* Specul. *de locato, §. iam dicendum, vers. sed quid.*

22 Declaratur quinto loco vltra Doctores omnes in citatis locis, vt licet scienter recipiat, possit tamẽ agere ad pretium deteriorationis, Crauet. *cons. 106. nu. 4. per l. creditor, ff. si cert. pet.* Bart. *in l. opus, ff. locat.* gl. notabilis in materia, *in l. non solum, ff. de rei vendic.* Bald. *in proœm. Digestorum, §. hæc autem tria.*

A D D I T I O.

☞ *Declaratur sexto nisi offerat precium deteriorationis cum re deteriorata, quo casu eam recipere cogitur. Angel. in l. eleganter, §. non solum, ff. de dolo dixit singulare Ias. in l. 2. §. mutui datio in vltima limitatione, col. vltima ff. si cer. petat.*

23 Sed hic quæro de vna quęstione, quę (si Marsil. credimus) sæpius in facto occurrit. Conduxit quis equum ad vecturam, vult restituere deterioratum, dominus non vult recipere, tunc conductor alligauit ad ostium præsente domino, & testibus, & tandem perit, vel subripitur, cuius erit periculo?

24 Videbatur dicendum pro locatore, quia iustam causam habuit non recipiendi sine deterioratione, ne sibi præiudicaret, vt superius dictum fuit.

25 Pro contraria parte facit, quia potest petere deteriorationem iure actionis, & sunt duo debita, vnum restitutionis rei, aliud deteriorationis, & pretii ipsius, & potest debitor vnum debitum offerre sine alio, & tenetur creditor recipere, alias sibi imputet. not. *in l. final. ff. quibus modis pignus, vel hypotheca soluitur, not. in l. quidam referebant, ff. si cert. petat.* & hanc partem dixit veriorem Castrens. *in dict. §. qui Stichum, in fine,* commendat Marsil. dicens sæpius in facto euenire, *singular. 607.* dicens vidisse in facto in veste serica cõmodata sponsæ, quam in nuptiis deteriorauit, & dominus noluit recipere, & commodatarius dimisit in ostio, & sublata est. Bonacoss. *de equo sciente tamen q. 94.*

26 Sæpius autem hæc, vel similis quæstio occurrit,

quod

quod fit recufatio in animalibus, & alligantur ad oftia recufantis in perniciem.

27 Vnde femper illud attendendum eft ad cautelam recipientis, an fibi competat actio de per fe ad damnum, vel deteriorationem, nec dubitet recipere, cadit autem deterioratio etiam circa prædia, & bona ftabilia. Vnde colens fundum per inexpertos, fi prædia e hoc deteriorentur, tenetur de deterioratione. Bar. *per illum textum in l.1. C. de mancip. & colonis, lib. 10.* commendat Corfet. *in fingul. fuis, in verbo, colonus.* Euerard. a vi fubrogationis, *fub num. 6.* nec illo cafu fit remiffio propter fterilitatem. Bero. *conf. 142. num. 5. lib. 1.* Roland. *conf. 86. in fine, lib. 2.* Iofeph. de Ludouic. *decif. Lucan. 12. limit. 7. per l. fi vno, §. item cum, quidam, ff. locat.*

28 Addo, quod non colere fundum, vel per inexpertos colere, dicitur leuis culpa. Campeg. *de dot. part. 2. quæft. 69.* Facit contra illos, qui tenent operarios parum practicos, & inexpertos ad putandum vineam, vel pergulam, vt fumptibus & expenfis parcant. quia hoc facere non debent, & tenere bonos, & practicos operarios.

Et profequendo vlterius materiam culpæ, & doli, quatenus fpectat ad locati, & conducti materiam, quæro de tribus in actu practico vtilibus, fcilicet.

1 *An culpa præfumatur.*
2 *Quomodo culpa probetur.*
3 *Quæ excufent a culpa.*

1 Circa primum, an culpa præfumatur? Vtique regulariter culpa non præfumitur. late Ludouic. Bologn. poft Barbac. *in l. 4. §. Cato, poft num. 144. & 145. ff. de verbor. oblig.* glof. & ibi Bart. *num. 7. in l. exceptione. ff. de fideiuff. in l. fi quis ex argentarijs, §. fin. ff. de eden.* late Mafcard. *de probat. littera C, in verbo, culpa, num. 1. & 2.*

Addo Crauett. *conf. 8. num. 20.* & in fpecie in materia locati & conducti contra conductorem non præfumitur culpa. Imo. *in l. cum ita, §. species, ff. de lega. 2.* dicens femper iudicatum ad fauorem conductoris, quod contra eum non præfumitur culpa.

Declaratur autem hoc dictum Imol. nonnullis modis.

2 Primo in eo, qui tenetur ratione alicuius officij publici, vel priuati, prout in caprario fuperius vidimus.

Declaratur fecundo, vt dictum Imol. non procedat in re, quæ communiter fine culpa fieri non folet. Corne. *conf. 136. vol. 1.* *Burfat.* in magna arborum incifione, *conf. 53. num. 32. vol. 1.* dicens hanc effe communem opinionem.

3 In locatore vero culpa præfumitur promittendo, quod promittere non poteft, vel non obferuando, quod promifit. Socin. *conf. 56. num. 4. vol. 1.* Cephal. *conf. 539. num. 5. lib. 4.*

Quomodo culpa probetur.

1 Locator alleganti culpam, incumbit onus probandi. Anchar. *confil. 349.* nec dicitur illam bene probare, nifi fpecifice probet, in quo culpa, vel negligentia commiffa fit. ita poft Bart. ab eo allegatum practicare docet Alex. *in addition.* ad Bar *in l. fi vt certo, §. nunc videndum, littera D, ff. commo.* Iaf. Bartol. *conf. 193.* Commune Lucignani. Natt. *conf. 449. nu. 4. vol. 2.* & debet probari culpa clara, & certa Alexand. *conf. 100. col. 1. lib. 1. & conf. 136. col. 2. lib. 7.* Iaf. *in l. domos, col. fin. ff. de leg. 1.* Crauet. *conf. 8. num. 20.* Et hoc verum, fiue agendo, fiue excipiendo quis fe fundet in culpa. Iofeph. de Lud. *conclus. 14. illat. 98.*

2 Vlterius confiderandum eft in actu practico, aut quis tenetur de dolo, vel lata culpa tantum, & allegati incumbit onus probandi; aut tenetur de leui, vel leuiffima, & ifte tenetur probare non culpam, & cafū, vt pluries fuperius vidimus. Addo Angelic. *in verb. locatio, num. 26.*

3 Et quidem in faciendo eft culpa, puta conductor pullum nimis, & præmature onerauit, probabitur, autem per homines, qui tali minifterio vtuntur, & teftis dicat, quod fic, & fic vidit onerari per homines fimilis conditionis, & exercitij, vel ipfe talis exercitij fic folitus fuit onerare.

4 Item, quod murus fit male factus, domus male compofita, liber male fcriptus, teftis autem deponat, quia vidit rem articulatam, & vidit homines talis exercitij fic operari, quod opus in tale vitium non incideret, & homines practicos a tali defectu abftinuiffe.

5 Lata culpa in omittendo probatur, quod teftis dicat, vineam vidi non putatam, agrum non cultum, & hoc fufficit ifto cafu, quia talia communiter fieri folent. Similiter fi omifit domum claudere, probabitur per teftes, qui viderunt eam non claufam. Bart. *in tract. de teftibus, n. 109. in l. fi conftante, §. fi maritus, ff. foluto matrim.* Bal. *in l. fulam, col. 3. C. de teftibus,* ex quibus multa habentur exempla.

Quæ excufent a culpa.

1 A culpa conductor, vel locator excufatur faciendo confueta, & quod communiter, vel vt plurimum alij facere folent. Bal. *in l. nemo deinceps, in fin. C. de facrof. eccl.* Siluan. *conf. 26 num. 5.* Crauet. *confil. 247. in fine.* Rot. Genuenf. *dec. 46. num. 7.*

2 Addo Bart. *in l. fi pignore, §. fin. nu. 1. ff. de pign. actio.* vbi hoc pro notabili conftituit. *l. quis fit fugitiuus, §. apud Labeonem, ff. de ædilit. edict. l. 3. ff. ad Macedonianum,* Caftrenf. *confil. 423. colum. pen. poft med. lib. 1.* & in pulchro cafu confuluit Bald. *conf. 441.* quidam magifter Grammaticus, *col. 2.* poft medium *lib. 1.* de committente cuftodiam pecorum puero, quod in culpa, non dicitur, quando ita erat confuetudo cuftodiendi per pueros. Commendat, & approbat. Crauet. *conf. 8. num. 2.* Veron. *in l. quod fi nolit, §. qui affidua. ff. de ædil. edict.* Dec. *in l. pactum curatoris in fine, C. de pact.* Iaf. *in l. fi quis a filio, §. fin. ff. de leg. 1. conf. 46 colum. 2. lib. 1.* Ruin. *confil. 38. num. 8. lib. 1.* Brun. *de ftatut. in verb. parentela.* Curt. *de feu. part. 3. num. 10.* Gozzad. *conf. 87.* Tiraquel. *de iur. primogen. q. 6. num. 13.* Caball. *millelog. 474. & 476. part. 1.*

3 Occurrit in multis regionibus, prout videmus in territorio Tudertino, Perufino, & fimilibus, quod pecudes, & animalia minuta cuftodiuntur per pueros, & hoc eft primum exercitium puerorum rufticorū, cuftodire, pecudes, & fues, deinde paulatim afcendere ad gradus agriculturæ.

4 Secunda excufatio culpæ eft, quando conductor fuit æque diligens in alienis, prout in proprijs. Crauett. *confil. 8. num. 23.* ponens bonum exemplum in

materia

materia locati & cõducti in illo, qui profitebatur docere viam bonam volenti transire flumen rapidum, & sibi ignotum, si enim ipse antecedat per eandem viam, si subsequentibus periculum euenit, culpæ, nõ adscribitur, & debita merces debetur, per textum in *§. fin. Institut. pro soc. in l. heredes, §. non tantum, ff. famil. hercifcund.*

5 Tertia excusatio est, quia vltima culpa nocet, & attenditur culpa proxima, non remota *l. si per empto. rem, ff. de actio. empt.* Abb. *cons. 3. col. 7. circa finem 7. quæstionis, lib. 2.* Bald. *cons. 53. col. 2. lib. 5. per l. si vehendas, §. 1. vers. Paulus, ff. ad l. Rhodiam, de iactu.*

6 Quarta excusatio culpæ est, vt tunc demum culpa operetur effectum suum, quando culpa est ordinata ad casum, aliàs non, vt suo loco dicam in materia de casibus.

7 Quinta excusatio culpæ est, credere, quod communiter creditur. Bar. & Bald. *in l. pignus, C. de pignorat. action.* Hieron. Gabr. *cons. 159. num. 21.* faciunt dicta in prima excusatione. Cætera in materia ponam in prosecutione materiæ de casibus, remissione mercedis, & incendio, vbi melius cadent.

Et ex supradictis omnibus infertur ad aliqua in practica vtilia.

8 Primum est, si mulio conduxit fardellum deferendũ in nundinis de vno mercatore alteri, si perdatur, tenetur. Corn. *cons. 318. lib. 4.*

9 Secundo est, quod si sartor tenebat vestimenta in statione sua, quod si fures de nocte fregerunt apothecam, fenestram, vel parietem, & vestimenta abstulerunt, quod sartor non tenetur, nec est in aliqua culpa, quia facit quod alij facere consueuerunt retinendo in apotheca vestimenta. Petr. de Vbal. *de duobus fratribus, par. 8. q. 14. nu. 15.*

10 Vnde articulandum est solitum, & quod statio reputabatur bona, & fida.

11 Præterea ad vlteriorem intelligentiam materiæ, tractatus de dolo, & culpa, adducitur alia notabilis declaratio, & limitatio ad regulam, quod conductor teneatur solum de dolo, lata, & leui culpa vt procedat & habeat locum in persona propria ipsius cõductoris tantum, non aliena, tamen per pactum appositum de aliena tenetur. Castrens. reputans hoc valde notabile in practica ad materiam *l. contractus, ff. de regul. iur. ad l. non impossibile, ff. de pact.* vt conductor teneatur de leui culpa, etiam de facto alieno, stante pacto apposito, ponendo exemplum in eo, qui promisit seruum locatum furem non esse, vel fugitiuum non esse, vel quid simile: nam hæc stipulatio duo continet. Primum, ne tu corrumpas: secundum, vt ne eum neglegas, quin ab alio corrumpatur, vt notatur *in d. l. non impossibile.*

12 Et sic corollarie infertur limitatio *ad reg. l. stipulatio ista. ff. de verbor. oblig.* vt non valeat promissio de facto alieno, nam non procedit in casu proposito, in quo promittitur factum alienum, vt qualitates rei subiectæ.

Addo vnum aliud notandum in hac locati & conducti materia, in tractatu doli, & culpæ, quod si nauta posuit inuito domino res in alia naui, quam ipse dominus posuerit, tenetur, si pereat *per l. item quæritur, §. 1. ff. locat.* si vero bona fide, & sine culpa, non tenetur, etiam si dolose posuisset, quando vtraque nauis in nauigatione periit *l. fin. §. 1. ff. ad l. Rhod. de iactu*, & tali, est, quia licet sit in dolo rem domini contrectando, non tamen ex tali culpa est amissa, ex quo omnino erat peritura, quod summè notandum reputat Angelic. *in verb locatio, 25.*

13 Et sic in materia locati, & conducti, datur alia excusatio a dolo, & culpa ab euentu, si res omnino peritura erat, & attenditur euentus, qui excusat, non culpa præcedens, quæ accusat.

Pariter conductor animalis non tenetur, si etiam apud dominum periisset. Pile. *q. 104.* Petr. de Vbald. *de duobus fratribus, p. 8. q. 19, num. 10.* Borgn. *de vsufr. num. 299.*

De casibus.

PVlcherrima sanè est, vtilis, & quotidiana casuum materia in hac vtili locati & conducti materia, passim experientia docet, quod inter locatorem, & conductorem oritur disputatio, an conductor teneatur de casu, et ponam de casibus in genere, quando de his obligasse conductor videatur, deinde aliquas species descendam, prout incendium, bellum, pestis, sterilitas, & similia.

1 Regula igitur est, & conclusio. Conductor regulariter non tenetur ex natura contractus de casibus fortuitis, *l. quæ fortuitis cum materia, ff. de pignorat. action. l. contractibus, ff. de reg. iur. in rebus in principio. ff. commodat.*

Et in rebus in titulo locati, & conducti, de quo agimus, *l. opus* quod in auersione, vbi Bartol. *l. item quæritur, §. si nauicularius, & §. magister, vers. Labeo l. maritus l. ex locato, §. vis maior, ff. locat.*

2 Et ita tenuit Castrens. *cons. 471.* viso, parte prima, Stracch. *de mercatur. par. 2. tit. de naut. num. 6.* vbi late se extendit Dec. *in l. contractus, num. 33. ff. de regul. iur.* Viui. *opin. 59. part. 2.*

QVAESTIO I.

QVæro primo loco. Conductor suscepit pericula in se, & nedum simpliciter locutus est, sed generaliter dicendo, omne periculum, tenebitur ne ex hoc de casu fortuito?

1 Pro parte affirmatiua facit primo loco text. *in l. item quæritur, §. si gemma, ff. locat.* vbi in materia locati, & conducti, periculi appellatione casus fortuitus continetur, & artifex suscipiendo in se periculum, tenetur de vitio materiæ, & sic de casu fortuito.

2 Secundo pro hac parte facit *l. lites, §. 1. ff. de neg. gest.* Tertio pro hac parte facit *l. quod si neque, §. 1. ff. de pericul. & commodo rei vendit.* & quod not. in rubro, & nigro eiusdem tituli.

3 Et hanc opinionem tenuit Castren. *in l. sed si quis, §. quæsitum, nu. 6. ff. si quis caut.* vbi tenet periculi nomen generale esse, & comprehendere casum fortuitu culpa, vel sine culpa prouenientem. Decius *cons. 552. n. 1.* post Negulant. ab eo allegatum.

4 Pro contraria parte facit tex. *in l. 1. §. sæpe, vers. sed & si quis, ff. deposit.* vbi bonus textus quod depositarius se offerens deposito tenetur de periculo, non tamen in hoc comprehenditur casus fortuitus.

Secundo pro hac parte facit *leg. quæ fortuitis, cum materia, C. de pignor. actione.*

5 Tertio pro hac mea opinione facit *l. nec similiter, ff. de*

Digitized by Google

ff. de magistrat. conueniend. iuncta l. 2. §. si eo tempore, ff. de admin. rer. ad ciuit. pertinent. & hanc opinionem tenuit gloss. in l. iurisgentium, §. item si quis, ff. de pact. in d. §. quæsitum, & hæc est vera, & communis opinio, vt testatur Rip. de priuileg. contract. pest. num. 73. et 74. Duen. reg. 380. & ita in sua distinctione tenuit Bart. in d. §. quæsitum, colum. 3. prout clarius eandem distinctionem reassumendo ponit Castrens. in l. 1. C. deposit. & sic male in hoc dicere videtur Rip. in citato loco, quod Bart. vbique tenet appellatione periculi comprehendi casum fortuitum, cum in materia locati, & conducti non teneat. Dec. cons. 473. n. 7. et cons. 523. n. 3. Cephal. cons. 20. nu. 12. Sebast. Medic. de reg. iur. par. 1. reg. 1. num. 17.

6 Siue igitur conductor suscipiat in se periculum simpliciter, absolute, & sine aliqua adiectione, siue suscipiat cum signo vniuersali, nunquam regulariter tenetur de casibus fortuitis, ex veriori, & communiori opinione. Et hæc erit prima ampliatio ad hanc materiam. Cephal. cons. 20. num. 12. Sebast. Medic. de regul. iur. regul. 1. num. 5.

7 Ampliatur secundo hæc conclusio, & regula, etiam si in tali susceptione periculi sit appositum iuramentum, adhuc enim de casu fortuito non tenebitur ex adiecta simplici vi iuramenti: Rip. de renoc. donat. num. 10. Eman. de communi in suo thesaur. littera P. numero 90.

8 Addo bene loquentes, & de communi pariter attestantes Alex. consil. 28. vol. 1. cons. 33. volu. 2. Aman. in cap. 1. de locat. Anchar. consil. 43. col. 2. Ias. de communi in d. §. quæsitum. Machel. patrocin. numer. 3. Rip. de pest. de priuileg. contr. pest. num. 84. Viui. opin. 59. par. 2. vbi rationem reddere videtur, quia ex casu superueniente a iuramento receditur, quasi sub ea conditione contractum sit, si res in eo statu maneat, vt in cap. quemadmodum de iureiurand. Seraphin. de iurament. priuil. e. 106. licet ipse contrarium teneat: & sic iuramentum in hac locati & conducti materia, non tribuit vires, vt conductor fortius obligetur, & ad casus fortuitos teneatur suo se periculo obligando.

* Nec in susceptione requiritur enumerare sigillatim omnes, sed sub generalitates omnes includuntur, glos. communiter approbata: in leg. Titius, ff. de liber. & posthum. vbi Alex. dicit hanc esse communem opin. Rolan. cons. 26. nu. 16. vol. 2. commendat pro notabili Rimin. §. 1. quib. alien. licet vel non, nu. 239.

ADDITIO.

☞ Surd. cons. 61. nu. 61. latius decis. 326. nu. 51.

QVAESTIO II.

Quæro secundo loco principaliter, quid ecótra, puta conductor suscepit in se vnum casum fortuitum, puta pestis, bannitorum, & similiũ, & postea addidit hæc verba vniuersalia, & omne aliud periculum, quid comprehendatur?

1 Videbatur primo loco negatiuè dicendum ex rationibus in præcedenti quæstione adductis, cum periculi nomine (vt dictum est) casus fortuitus non contineatur.

2 Pro contraria parte facit in simili tex. in cap. quia regendum, de procuratoribus, lib. 6.

3 Secundo pro hac parte facit Clement. non potest, de procur.

Tertio facit cap. sedes, & ibi late Fely. per multa similia in proposito de rescriptis.

4 Quarto facit textus in l. fun. §. cui dulcia, de vino tritico, & oleo legato, iunctis notatis per Bar. in l. quæsitum, §. penult. de fundo instructo.

5 Et hanc opinionem firmauit Din. in reg. contractus, nu. 14. lib. 6. Bal. & Salic. in l. 1. vbi etiam Castrens. C. commodat. Canonistę in c. 1. eodem tit. & hæc est communis opinio. Rip. de priuil. pest. nu. 77.

6 Addo ab eo non allegatos, & bene in materia loquentes Alex. cons. 3. numer. 2. lib. 1. Turzan. opin. 143. Stracch. de merratur. nu. 77. p. 4. nu. 6. Soarez. littera F. numer. 334. attestantes hanc esse magis communem opinionem.

7 Declaratur ista conclusio, vt extendatur non ad omnes simpliciter, & indefinite, sed ad omnes, similes, tamen expressis, non ad alios. ita declarat Alex. cons. 28. libro 1. & hoc operatur dictio similitudinis, aliud, in clausula generali apposita. Balb. decis. 347. Dec. cons. 27. nu. 5. Mars. de fideiuss. nu. 30.

8 respondendo ita loquuntur omnia iura, & rationes pro secundo parte allegatæ, & in dictis locis Doctores declarant. Ad aliud pro parte contraria patet responsio per dictionem, aliud stante præcedenti specificatione, verum enim est periculi nomine casum fortuitum non comprehendi, tamen si vnus casus fortuitus specificatur cum clausula, & omne aliud periculum, & tunc veniunt casus fortuiti, similes tamen expressis, & sic in practica bonus iudex maturis inspiciet, an simus in casu simili, vel dissimili.

9 Dices. Si verum est, quod appellatione periculi etiam dicendo, omne periculum, non venit casus fortuitus, vt diximus ex communi in prima quæstione, quid interest specificatio casus, si casus non est de genere periculi.

10 Patebit responsio ex discursu sequentium quæstionum, & arguendo a simili infertur ad decisioné quæstionis in facto. Sempronius locauit domum suam Medico, & ita dixit glise da le botti, & ogn'altra massaritia di casa. Vtique de simili erit intelligendum.

QVAESTIO III.

Quæro pro intelligentia præcedentis quæstionis, quis dicatur casus similis expresso. Multorum variæ fuerunt opiniones.

1 Prima fuit opinio Alex. cons. 28. quod casus fortuitus dicatur maior, qui rarius contingit.

2 Vnde secundum hanc opinionem siccitas magna arborum, & maxime oliuarum, & vitium, quę euenit de anno 1586. dicitur casus maior, quia rarissime in ea quātitate occurrit, prout seniores dixerunt, & non debet conductori imputari, si in conductione alium casum expressit, dicam latius suo loco.

3 Secunda fuit opinio Corne. vt casus maior, & non similis expresso dicatur, qui periculosior sit, vt per eum, cons. 128. col. 2. lib. 2.

4 Bonus igitur iudex arbitrabitur, & considerabit, quis casus sit periculosior, an expressus, vel non expressus.

5 Tertia fuit opinio Rip. de priuileg. contract. pest. num. 79. quod in totum iudicis arbitrio remittatur ex Inno-

Innocent. & Panormit. *in c. causam, il secundo, de iudiciis*. Cin. *in l. non potest, C. de decimis*.

6 Addo bene loquentes Cur. *sen. cons. 11.* statuto Parme, *col. penult. in fine*. Bald. *in c. cum speciali, col. num. 3. de appellat.* Afflict. *in c. 1. nu. 21. versic. item iudex*, ex quibus causis feudum amittatur. Marsil. *in l. quaestionis modum, num. 14. de quaestionibus*. late Neuizz. *in Silua, lib. 5. nu. 89.* vbi consuluit, vt si haesitent ipsi, consulant peritiores.

7 Et si iudices essent prout deberent, nec prout sunt (proh populorum infelicitas, litigantium miseria, & mundi calamitas) quis remittet in arbitrium illius catum ponderabilem, qui litteras ignorat? & quomodo scit, cum non didicerit? quis dedit officium? fauor, & munera. quis remittet hodie in arbitrium illius, qui pecunia iudicat? quis remittet in arbitrium illius, apud quem valent commendationes? Infelices Doctores, ad quid pro aduocando tot libri, totque labores, periculosa sane hodie ista remissio, & si antiqui illi iuris prudentes experirentur, quae nos videmus, & palpamus, valde subsisterent.

8 Quarta itaque fuit vltra relata per Rip. & alios, opinio, casus dici similes, cum maiori eorū parte conueniunt. Bal. *in l. curatori, num. 5. C. de nego. gest. in l. 1.* vbi Ias. *nu. 10. C. de iur. emphy.* Bal. *in c. cum speciali, de appellat.*

9 Quinta fuit opinio, quando est eadem, vel par ratio. Bal. *in l. illud, col. 2. C. de sacrosan. eccles.* Ruin. *cons. 22. nu. 14. lib. 3.* Dec. *cons. 526. nu. 1.* Crauett. *cons. vlt. nu. 9.* Menoc. *de arbitr. iudic. lib. 2. centur. 1. cas. 84, num. 8. & 9.* Coral. *lib. 4. de iure in artem redigēdo, c. 8. & ini. non possunt, nu. 9. ex l. qui liberis, in princ. ff. de vulgar. & l. quaeritur, ff. de stat. hominum.*

10 Considerabit igitur bonus iudex similitudinem, vel identitatem rationis, vel si maior ratio militat, a fortiori arguendo.

QVAESTIO IV.

1 QVero quarto loco prosequendo materiam casuum fortuitorum vtilem, & frequentem, maxime in hac locati & conducti materia, de qua agimus ad materiam *l. item quaeritur, §. si gemma, & l. opus. ff. locat.* Pactum est pactum, vt quis de periculo teneatur, tenebiturne de casu fortuito? Videbatur, quod non, ex rationibus adductis in prima quaestione, vbi periculum in se suscipiens, etiam si dicat, omne periculum, tamen de casu fortuito non tenebitur, prout ibidem vidimus.

2 Pro contraria parte facit *d. §. si gemma*. Secundo pro hac parte facit *l. opus. ff. loc.*

Tertio facit bonus tex. *in l. & Aristoni, ff. mand.*

3 Cōclusio vera est, & successiue limitatio praecedētium, & quam maxime contentorum in prima quaestione, quod licet periculi appellatione casus fortuitus non contineatur, etiam si apponatur signum vniuersale, omne periculum, vt diximus in prima quaestione, tamen si suscipiens in se alias etiam de leuissima tenebatur, tunc tenebitur de casu fortuito, vt pactum aliquid operetur, & sic apparet conciliatio iurium, & rationum hinc inde allegatarum.

4 Et ita tenent Scribentes, *in l. sed & si quis, §. quaesitum, ff. si quis cautionib.* Cano. *in capit. 1. de commoda.*

10 Commendat pro singulari Roma. *singular. 442.* Rip. *de priuileg. pest. num. 80.* Boss. *de remission. mercedis conductorum, nu. 64.*

5 Ampliatur haec conclusio per modum corollarij, vt pari modo si suscipiens in se periculum tenebatur alias de casu fortuito suscipiendo periculum tenebitur de casu fortuito proueniente culpa aduersarij, vt pactu aliquid operetur, *per reg. l. si quando, de leg. 1. & c. si Papa, de priuileg. lib. 6.* Rip. *in citato loco, per l. qui officij, §. final. ff. de contrah. empt.*

6 Subdeclaratur haec prima ampliatio, vt vera sit, si casus proueniat culpa aduersarij in non faciendo, secus in faciendo, quia pactum bene debet aliquid operari, sed operando laedere quanto minus sit possibile, & ita restringit Corn. *cons. 38. col. 2. lib. 2.*

7 Addo vltra Corn. aliam rationem satis (ni fallor) equam, quod potius permittitur in iure, quod pactum, statutum, & similia nihil operentur, quam quod quis indebite damnum patiatur ex gl. celebri, & commendata *in l. fin. §. in computatione, in gl. magna, in fine*, quā ibi multum extollunt Bart. Castrens. & alij, *Cod. de iure delibe randi*, Imol. & Alex. *in leg. 4. §. praetor ait, ff. de damn. infect.* Imol. *in cap. cum dilectus, & in c. ad audientiam, de cler. non resident.* Commendat admodum Ias. *in l. properandum, §. sin autem alterutra, nu. 6. C. de iud.* Afflic. *in sua practica, §. 32. lim. 3. nu. 5.*

8 Et vidimus superius in materia culpę *ad l. si vt certo, §. nunc videndum, ff. commodat.* ex mente Alberici, ibi quod non est admodum in iure absurdum, vt dispositio, *& reg. l. si quando*, multis in casibus dormiat, & nō

9 procedat, & quam maxime in hac locati & conducti materia, quae bonae fidei est, & ex bono; & aequo procedit, *vt superius vidimus par. 1. de natura locationis*, nec ita facile currere debemus in materia aequa ad absurda, & extendere pacta, vt operentur ius iniquum, sed potius simpliciter, & de plano intelligere, & faciūt quae dicam suo loco, si quis suscipiat in se casum fortuitum, an teneatur ad illum casum fortuitum, qui culpa aduersarij proueniat.

10 Ampliatur secundo loco, per modum corollarij, vt si prius tenebatur ex se de periculo suscipiēdo, & quasi specificando periculum, tenebitur de casu fortuito ex allegata ratione, vt pactum aliquid operetur. ita Rip. vt supra, *ex l. periculi. C. de nautico foenore.*

11 Ampliatur tertio loco, si possessio rei, cuius periculum in se suscepit, non transeat ad eum, quia tenebitur de casu, quia de culpa pactum non est, verisimiliter intellige, cū in re, quam quis apud se non habeat, non cadat verisimilis culpa. *tex. in l. in venditione, in prin. ff. de pericul. & commod. rei venditae.*

12 Ampliatur quarto vltra Rid. plenè profitentem in citato iam loco, vt teneatur etiam de lege Aquilia. *Ita Odofred. in d. §. si gemma, per l. si seruus seruum, §. si calcem, ff. ad l. Aquil.*

Ampliatur quinto, vt teneatur ad pretium rei, etiā si centuplum excedat. Caballin. de eo quod interest, *num. 179.*

13 Declaratur, vt non teneatur ad interesse extrinsecum. Caballi. in citato iam loco.

14 Percurrendo tantisper quatenus spectat ad materia locati & conducti, iura superius in quaestionibus allegata, & primo loco text. *in l. item quaeritur, §. si gemma*, bene probare videtur periculi appellatione casum fortuitum comprehendi, cum etiam ponatur casus fortuitus per modū exceptionis a periculo, prout.

clare

clare videtur, apparet sub eo comprehendi, vt exceptio sit de regula, *ad not. in l. 1. de reg. iur.*

15 Et reperio, quod in hac locati, & conducti materia periculo dupliciter accipitur. Vno namque modo, quod culpa prouenit *l. opus, vbi no. ff. loc.* de qua lege, & materia suo loco dicam.

Ampliatur, vt sufficiat ad periculum qualis qualis culpa. Iura in materia locati & conducti sunt ista *l. & hac distinctio, in 1. respons. l. opus. §. quod vero, ff. loc. glos. in leg. Titio. §. 1. ff. de negoc. gest.* Secundo modo capitur periculum pro casu fortuito, *l. si quis domum, §. si colonus, §. si quis vitulos, ff. loc. & in dict. §. si gemma.*

16 Secundo loco vtilis est text. *in d. §. si gemma*, ad cognoscendum vitium operis, quod quidem duobus modis contingere potest. Primo ex defectu materiæ. Secundo ex imperitia artificis, Primo casu non tenetur conductor, nisi in se susceperit periculũ, vt dictum est. Secundo casu tenetur ex *d. §. si gemma.* & de hac materiam ponam suo loco *ad l. opus, ff. locat.*

QVAESTIO V.

QVæro vnum satis vtile, in quo Roma. testatur se fuisse lucratum ducatos quatuor: an suscipiẽs in se casum fortuitũ teneatur, si culpa aduersarij proueniat.

1 Pro parte affirmatiua facit *l. quid ergo, §. si hæres,* & ibi not. *ff. de legat. 1.*

2 Secundo facit *l. qui seruum in princ. ff. de verb. oblig.* & vbi factum debitoris nocet creditori.

Tertio facit, quia licitum est statutum, & constitutio, vt quis teneatur ad pœnam pecuniariam pro facto alterius. glos. ordinar. *in rubrica, C. de decret. decurion. lib. 10.* commendat Bald. *in l. iure permissum, Cod. de fabricens. lib. 11.* comprobat per multa similia Ias. *in l. si quis in suo, §. legis, num. 3. C. de inoffic. testam.* inferendo ad multa, & diuersa statuta.

3 Addo bene loquentes in facto alterius Dec. *in cap. 2. de constitut. col. 2. num. 4. versic. & prædicta conclusio.* Felin. *in Canon. ius naturale, distinct. 1.* Aret. *in tractat. malefic. in verb. Sempronius.* Socin. *in l. Modestinus, ff. de exception.* Iason. post Aret. *in §. actiones, column. 4. de action.*

4 Pro contraria parte facit regul. quod nemo debet odio alteris prægrauari. *l. non debet, de regul. iur. regul. sine culpa. lib. 6.* vbi concordantes Ias. *in d. §. legis,* secũdo proprius accedendo facit *l. cum proponas, C. de nautico fœnere,* quam ibi Bart. Bald. & Castren. commẽdant vt notabilem, vt casus fortuitus proueniens culpa debitoris creditori nocere non debeat.

5 Tertio pro hac parte facit *l. qui officij, §. final. ff. de contrahend. empt.*

6 Et hanc negatiuam opinionem tenuit Roman. *sing. 135.* promisit *per d. l. cum proponas.* latius hoc idem reassumit *singul. 441.* tu scis, vbi etiam allegat *d. l. qui officij. §. fin.* & dicit in facto habuisse, & fuisse lucratum ducatos quatuor.

7 Addo Ias. *in l. 1. col. 2. versic. confirmatur, C. de Institut. & substitut.* Dec. *in c. ex parte, il secondo, fallent. 32. de offic. delegat.* Rom. *cons. 183. vers. 4.* Marsil. *singul. 36.* vbi hoc valde practicando commendat. Aret. *consil. 101. in fine.* Dec. *in l. si solo, nu. 6. C. de collationib. & in capit. cum inter, notab. 2. de exceptionibus.* Bertacch. *de gabell. col. 29.* Anchar. *cons. 414.* Alex. *cons. 84. libr. 6.* Rip. *de priuil. pest. num. 87.* Io. de Anania *cons. 74. col. 3.* Crauet. *cons. 95. nu. 8. vol. 1.* Hinc inimicitiæ locatoris conductori obesse non debent. Soc. *cons. 70. col. 2. lib. 3.* Gozzad. *cons. 97. nu. 20.* Ruin. *cons. 147. lib. 1. cons. 59. nu. 13. lib. 4.* Neuizz. *cons. 91. nu. 9.* Alciat. *respons. 689.* Menoc. *cons. 27. nu. 33. cons. 55. 246. nu. 2. de præsumpt. lib. 2. præsump. 48. nu. 30.*

ADDITIO.

☞ *Surd. cons. 12. nu. 63. cons. 64. nu. 12. decis. 94. nu. 7. 8.*

8 Hinc etiam infertur in quæstione quotidiana quod stabularius tenetur de tigno, si interficiat equum, quando erat marcidum, vt egeret celeri refectione, quasi culpa præcedat casum, secus si apparebat per aliquod tempus durare posse. Caballi. de eo, quod interest, n. 189. Euenit quandoque in facti contingentia, quod banniti propter inimicitias cum locatore deuastauerunt tempore metendi granum iam desiccatum in præiudicium colonorum, qui tot labores per anni cursum præstiterunt: hoc enim æquum non est, nec ipsis præiudicare debet. Nec obstant iura, & leges primo, & secundo loco allegatæ, quia loquuntur in casu suo simpliciter, prout ibi Bart. & Doctores animaduertunt, nec potest trahi ad casum nostrum, cum simus in longe diuersis terminis.

9 Nec obstat ratio de statuto, quia hoc procedit fauore publicæ vtilitatis, & vt homines magis a delictis abstineant. Vnde non potest extendi ad casum istum.

10 Commendatur admodum a iuris interpretibus dispositio, & materia *l. cum proponas, C. de nautico fœnore,* & passim deseruire potest ad multa in hac locati & cõducti materia vtilia. Primo infertur, quod si muliones, & vecturales, qui conduxerunt merces asportandas ad nũdinas Recanatenses, & Fulginatenses. & nõ fecerunt iter consuetũ, & directum, si eueniat aliquod periculum, quod non imputabitur domino mercium, sed totum periculum erit ipsius mulionis, & vecturalis, quia si fecisset iter consuetũ, fortasse de facili hoc non euenisset, & ibi ita concludunt Bar. & Castr. vbi hoc valde commendat. Felin. *in cap. cum olim, col. 2. de except.* Bertacch. *de gabellar. par.* Ferret. *de gabell. nu. 55.* Sebast. Med. *de cas. p. 2. q. 10. nu. 30.*

E contra vero, si mulio fecerit iter solitum, & consuetum, nec fuerit ei cautum, quod differendo ad aliã diem, derobaretur, periculum erit domini pannorum, si dies dilata fuit culpa mulionis. Pet. de Vbal. *de duobus, fratr. p. 8. q. 27. num. 28.* Et ratione quia cessante culpa, parua mora non consideratur, *l. si in lege, §. colonus, ff. loc.* de qua superius dixi, & est casus quotidianus & frequens cum differtur oneratio. Et quotidie allegatur. *Se parlaui hieri, non era questo, tuo danno, non voglio che nocia a me.*

11 Nec sine causa, & dolo muliones, & vecturales mutant itinera, datur tamen quandoque causa excusationis, puta si viæ rectæ, & ordinariæ sint impeditæ, deuastatæ a niuibus, vel similibus, prout sæpe cõtingit, vel non sint adeo tutæ ex bannitis ibi prope animo deprædandi commorantibus.

12 Quid si via non consueta, & non ordinaria sit breuior? Quid si minoris expensæ? Vtilior mulis, vel quid simile pareat.

13 Pariter si vecturalis, mulio, vel equisonus non assignauit gabellam, non nocebit domino equi, vel alterius animalis, nescienti, & eius equus, vel mulus non incidit in commissum ratione fraudatæ gabellę, & est communis opinio. Mazel. *cons.* 60. *nu.* 11. Bonacoss. *comm. opin. in verbo* factum conductoris.

14 Addo ad practic. quod Paul. Castrens. *ad l. pen.* §. *fi. ff. loc.* docet practicare hanc materiam, vt dominus compareat, & dicat, iste mulus, vel equus est meus, & delictum conductoris mihi nocere non debet, & nolo vendi, & debet audiri.

15 Si tamen sint bannimenta, cōstitutio, vel pragmatica, vt confiscetur mulus cum salma, debet cōductor soluere fisco ęstimationem muli. Et si sit consuetudo, vt domino non reddatur, sed confiscetur, poterit nihilominus dominus, conductore recuperare.

16 Pariter qui conduxerit asportādas merces, vel animalia alicuius, eaq. amiserit ex quo non soluit gabellam, si ille conductor non sit soluendo, domini mercium, vel animaliū veniunt restituendi aduersus istā impositionem, soluendo postea pedagium recuperant merces. Imol. *in l. cotem ferro*, §. *dominus*, *ff. de publican.* Cum an. *cons.* 5. *in fin.* Ferret. *de gabell. nu.* 57. Stracch. *de nautis*, *p.* 5. *n.* 9. *in fin.* & *nu.* 22. Rol. *cons.* 42. *nu.* 30. *lib.* 3. Ioseph. de Ludou. *concl.* 15. *illat.* 27. late Bertazzol. *cons.* 94. *p.* 2.

17 Addo, quod licet ob fraudatam gabellam transeat in gabellarium dominium rei fraudatæ, non tamen transit possessio, sed competit rei vendicatio. Bald. *in l. si quis in tantam*, *col. pen. versic. nota*, *quod delictum*, *Codic. vnde vi.* Bartol. *in l. commissa*, *ff. de publican.* Bertacch. *de gabell. parte* 4. *principal. quæst.* 16. Ferret. *eod. tract. nu.* 193. & 240. Roland. a Valle *d. consil.* 42. *nu.* 5. 6. & 7. nisi interuenerit iudicis declaratio Bonacoss. *commun. opin. in verb.* merces, uli ob professionem non solutionem soluitur duplum soliti dicens communem opinionem.

18 Quid erit, mulio quædam assignauit, quędam non assignauit, vel quędam licitæ portat, quia non prohibentur extrahi, quędam illicita portat, an licita publicentur propter illicita? tex. *in d. l. cum proponas*, de qua in præsenti agimus, facit quod sic. Pro contraria parte facit *l. si publicanus*, §. 1. *vers.* sed quid si amplius, & cætera, *ff. de publican.*

19 Videtur concludendum, aut omnes merces erant molionis & omnes publicantur, *ex d. l. cum proponas*, vbi Cin. Iac. de Aret. Bar. Alberic. & cæteri notant. Aut omnes merces non erant mulionis, & tunc publicantur merces, quæ illicite portantur, & ita procedit tex. *in d. l. si publicanus*, §. 1. pro contraria parte allegatus, & ita ibi Bart. Imol. & cæteri declarant, & *in l. cotem*, §. *dominus*, & ibi Alex. ad Bart. *ff. eodem*, idem Alex. *in l. seruus communis*, *ff. de vulgar.* & facit bene text. *in l.* 1. §. *Trebatius*, *ff. de acq. quotidian.* & *æstiu.* commun. opinio. Suarez. *Idem M. nu.* 134. Bonacoss. *in verbo merces*.

Declaratur, nisi dominus, qui locauit mulioni merces asportandas, hoc sciuisset, vt nota. *in d.* §. *dominus*.

20 Vnde multis modis quis excusatur. Primo allegando ignorantiam, quæ iuramento probatur Abb. *cons.* 25. commendat Marsil. *in l. qui falsam colum.* 10. *ff. de fal.* Ioan. de Acn. *dialog.* 56. dicens hoc perpetuo notandum. Marsil. *de probat. num.* 137.

21 Vnde, forenses, & parum practici in loco excusantur, & ista in eis præsumitur ignorantia, quæ iuramento probatur. Alex. *cons.* 86. *in fine lib.* 4. Craue. *cons.* 115. *n.* 4. Curt. sen. *cons.* 71. *col. antepenult.* vbi pariter de iuramento, Franc. Becc. *cons.* 96. *nu.* 11. Mascard. *concl.* 881. *nu.* 2.

22 Vnde si verisimiliter informatus allegat ignorantiam, non auditur, nec admitti debet ad iurandum, vti de facili periurus, & in hoc admodum considerandū videtur. late Mascard. *in verbo gabella per discursum*.

23 Excusatur etiam quis transeundo palam, & publicè per vias publicas. Alex. *d. cons.* 86. & Franc. Becc. *d. cons.* 95. *nu.* 15. *lib.* 1.

24 Præsumitur etiam bona fides, quando quis confiteatur id, quod negare non potest. Bec. *in citato loco*.

25 Præsumitur etiam bona fides, si transeuntes credidissent fide digno non esse persoluendam gabellam. Curt. sen. *cons.* 71. *nu.* 15. Et hæc est communis opinio Curt. iun. *cons.* 19. *nu.* 15. & 132. *nu.* 11. Io. de Amic. *cons.* 84. *nu.* 15. Clar. *in pract. q.* 60. *vers.* & *generaliter*.

26 Ampliatur etiam si causa credulitatis sit minus probabilis, & hęc est communis opinio. Franc. Becc. *d. cons.* 96. *nu.* 16. & 17.

27 Vtilis est hæc indagatio, & sæpius in facto occurrit, fiunt enim bannimenta a Præfecto annonæ, & ab alijs communitatum Præfectis, vt frumenta non extrahantur de territorio ad territorium, imponendo pœnas amissionis grani, & bestiarum has portantium, certe multi locant bestias suas ad grana asportanda, quo remedio eis succurretur? habes ex prædictis, & videbis, quando bannimenta adeo rigorose concepta, vt comprehendant regula, cum omnibus suis limitationibus, & est quasi tollere defensiones, sed bannimenta solent quandoque publicari ad terrorem.

28 Et ex prædictis infertur ad regulam, vtile per inutile *lib.* 6. quæ ex hoc discursu recipit ampliationem; si enim in naui locata, vel mulio, vel vecturalis asportet, vt dictum est merces licitas, & permissas, ac etiam merces illicitas, & prohibitas, omnes confiscantur etiam quando commode diuidi, & separari possunt. si omnes sint mulionis, vel vna pars sit domini scientis, & notitiam habentis, & sic in huc casu sumus in actu indiuiduo circa res, non circa animum forte, & contrauentionem in se.

Et si gabellarius velit minutim omnia, & singula videre, & mulio dicat velle stare suæ apodissæ, vel dicto, an sit audiendus? Videbatur quod sic, ex *not. in l. fin.* §. *dominus. ff. de public.* Io. de Plate. *in l.* 1. *C. de cano. larg. lib.* 11. *gl. in Clem.* 1. *de censibus*.

29 Contrarium est verius, cum possent adhiberi multæ fraudes, & multa asportari prohibita *l. si publicanus*, *ff. de rebus*, *ff. de publican.* Franc. March. *decis. Delphinal.* 589. *part.* 2. vbi ad propositum materiæ locati & conducti, subdit non esse soluendum vectigal pro rebus, quę ad vsum conductionis lalis, & similium portantur.

30 Addo etiam, quod si capitula publicanorum sunt distincta, illa sunt seruanda, vt dominus muli pro mulo, & alter pro rebus portatis. Si vero capitula non sint distincta, sed dicatur, tot pro salma, & tunc dominus rei in solidum tenetur, Bartol. *in leg.* 1. *in fine*, *ff. de aliment.* & *cibar. legat. in leg. item illa*, *ff. de constitut. pecun.* Castrens. dicens casum quotidianum *in l. cum in plures*, §. *vehiculum*, *ff. locat.* salma non præsumitur mulionis, sed aliena. Bald. *in d. l. cum proponas*,

& si in bulletta non fit mentio de mulione, sed de fardello tantum, mulioni nihil dici potest, Bart. *in l. Parippum, C. de curs. puplic.* vbi dicit notandum.

61 Facit etiam hic discursus ad hanc legem, cum proponas. C. de nautic. fœnor. quod prohibitus asportare frumentum ad alium locum, quid si conductor, vecturalis, vel alius reperiatur in via? posui ad regul. cum quid, *par. 3. limit. 1. nu. 11.*

62 Et habui in facto in vecturalibus ducentibus granum, qui allegabant quod non ibant animo exeundi extra territorium, sed eundi ad molendinum, quod nō erat prohibitum eo casu, quia in vicinia non aderat.

ADDITIO.

☞ *Sed nunquid est vsura susceptio casus & periculi? vtique non. Berta. 33. cons. 297. nu. 8. vol. 2.*

QVÆSTIO VI.

QVæro, quid si casus proueniat sine culpa locatoris, quia iuste bellum mouet, vel ei mouetur, tenebitur ne conductor de casu?

1 Quilibet isto casu locatorem excusaret, cum iuste factum sibi imputari non debeat iuxta nota. *in l. Gracchus, ff. de adulter.*

2 Contrarium sentire videtur Bart. *in l. cotem, §. qui maximos, num. 7. ff. de publican.* clarius hoc exprimit in q. publicanus, *in versi. solutio, nu. 3.* vbi vtitur hoc verbo, siue iuste, siue iniuste &c. Anch. *cons. 414.* Castren. *in l. si merces, 1 culpæ, ff. locat.* Rip. *de priuileg. contract. pest. nu. 89.*

3 Notanda sunt verba Bart. *in citatis locis:* quandoque enim excludit penitus culpam, dum dicit quid si fiat bellum in aliquo loco aliquantulum remoto, nulla penitus considerata culpa locatoris vectigalium, si tempore aliquo bestię non veniant ad nundinas, vel ad locum pedagij, quod non debet fieri remissio, quia quid in culpa fuit in hoc locator? debetne prouidere, vt totus mundus sit quietus, vt locatio non patiatur detrimentum? Vtique non, quandoque præsupponit Bart. nasci bellum ex iusta causa, puta propter inimicitias, quæ sunt iusta causa belli mouendi, causa tamen inimicitiarum includit culpam, & sic iustitia belli oritur a causa culposa, appellat tamen bellum iustum, & quod non debeat fieri remissio.

4 Exclamabant vulgares homines, quid mihi cum inimicitia locatoris? soluo enim (dicit conductor) pensionem eam conuentam, & promissam, cur debeo pati damnum ex facto alieno, in quo nullam culpam cōmisi? dicit locator. si inimicus meus mouet mihi bellum, quid possum facere? replicat conductor, remitte mihi mercedem, & contendatis quantum vultis.

ADDITIO.

☞ *Conclusio tamen verissima esse videtur quod conductor suscipiens in se periculum, vel casum fortuitum non tenetur de toto quod prouenit culpa locatoris, & l. qui officij, §. vlt. ff. de contrahen. emptio. l. cum proponas, C. de nautic. fænor. Anchar. cons. 414. vbi vult quod conductor gabellæ salis, qui suscepit omnes casus fortuitos, possit remissionē petere. Si aliqui ex locatoris pacto contraueniunt. Roma. cons. 441. dicit. Bald. in l. gallus, nu. 31. C. de furt. quod debitor ob debitoris delictum carceratus non tenetur licet cāsum fortuitum susceperit. Anan. cons. 74. num. 2. per text. in l. qui insulam. §. final. ff. locat.*

Extenditur etiam si verba essent ampla, & multum prægnantia. Alex. cons. 84. nu. 3. vol. 6. vbi loquitur quādo conductor suscepit in se omne periculum pestis, guerræ, & guerrarum tam licitè, quam illicitè, tamen si culpa locatoris proueniat, datur remissio pacto non obstante. late exornat Ripa de priuileg. contract. pestis. nu. 87. Crauet. consil. 95. nu. 8. Menoch. cons. 27. num. 32. late Surd. dec. 326. nu. 56. decis. 94. num. 8.

QVÆSTIO VII.

1 SEptimo loco quæro. Locator potuit amouere periculū, & casū, & nō amouit, tenebiturne? materia est *l. si fundus, ff. locat.* quæ cum ita sit sub titulo locati & conducti, ponam aliquas vtiles cōclusiones.

Prima sit conclusio ex *d. l. si fundus.* Si conductor prohibeatur vti re conducta sine dolo, vel culpa locatoris, nō tenetur locator, nisi vt restituat, vel remittat pensionem pro rata temporis, quo ille vti non potuit.

2 Plura in hoc sunt exempla vtilia in hac locati & conducti materia, quorum primum est, quando conductor fuit per Principem, vel Communitatem impeditus, cui resistere non potuit, puta quod fundus locatus fuit militibus assignatus, *per l. item si verberatum, §. item si forte, ff. de rei vendicat.*

3 Quod exemplum decerunt in facto. *In territorio* Tudertino reficiuntur vię publicę, & ampliantur, & meliorantur pro beneficio transeuntium, & ex hoc occupantur multa prędia locata, quo casu locatores si receperunt pensionem, teneantur pro rata restituere; sin autem minus, remittere debent, & subdit ibi Paul. Cast. hoc esse valde notabile in practica, quod si Princeps aliquid pro restauratione exburlari mandat, quod conductori erit restituendum.

4 Pariter coloni, & laboratores terrarum coguntur quādoque per illos commissarios accedere pro asportandis granis ad aliquem locum, & non possunt per multos dies inseruire culturę, quia ex hoc excusantur.

5 Subdit tamen Accurs. *in d. l. si fundus, in gl. 1.* aliam expositionē, quod fundus publicatur etiam ex aliquo delicto, sed in hoc illa expositio non videtur bona, quia publicatio illo casu est ex culpa locatoris. Vnde in solidum tenetur iuxta materiam. *l. 3. C. de nautic. fænore*, de qua superius vidimus. Habemus igitur, quod iste terminus, publicatio, accipitur duobus modis in iure nostro. Vno modo ratione delicti, prout passim practicatur. Aliquo modo pro assignatione prædij priuati facti a Principe, vel Communitate.

6 Ius autem conductionis, quam maxime ad longum tempus per condemnationem capitalem non admittitur per conductorem, prout nec per emphyteutam. Bursat. *cons. 122. par. 2.* Iulius Clarus, *in §. emphyteusis q. 8. 13. & 26.* & quando in aliquo casu in fiscum transiret, est in electione locatoris rem recuperare, vel canonem petere. Capr. *reg. 77. nu. 11.*

7 Secundum est exemplum ex eodem textu iuncta glos. si quis locauit opus aliquod faciendum, & locator promisit pro toto, & integro opere mercedem, interim solum corruat, interitus est ad damnum locantis, & tenetur pro ea parte operis, quam fecit, mercedem prestare.

8 Tertium est exemplum in prohibito facto tertij iniusto, quem locator prohibere nō poterat propter eius potentiam, & hoc patet in fine ipsius *l. si fundus.* Potentia igitur alicuius tertij excusat, tenetur tamen locator reddere, vel remittere mercedem pro rata, prout ibi textus dicit.

9 Quartum est bonum, & vtile exemplum *in l. sequent.* quæ incipit, & hæc distinctio, in necessaria refectione rei locatæ, quo casu pro rata temporis restituitur pensio, vel remittitur, prout etiam dicam in tit. de recusation.

10 Potest igitur locator reficere rem locatam, sed pro rata fit remissio, vel restitutio mercedis. Et hæc de prima conclusione, quam bene firmauit Bal. *in l. si ea lege, C. de vsur.* Corn. *cons.* 12. *lib.* 2. Rom. *cons.* 178.

11 Et ad propositū materiæ locati & conducti, de qua agimus, circa secundum exemplum supra positū, notandum est, quod *in tex. d. l. si fundus*, locator appellatur conductor, ipse enim dat pecuniam, & conducit opus faciendum. Vnde si solū corruit, euenit casus ex parte conductoris. Vnde teneri deberet ad totā mercedem *per l. sed addes, §. cum quidam, ff. locat.* dicam suo loco ad materiam *in l. si vno, §. item cum quidam, ff. loc. de illa quæstione*, cum non stet per locatorem.

12 Dicit tamen Bart. ibi vnum satis vtile, & frequens in practica, quod ille, qui debebat ædificare insulam, relocauit operas suas alteri, alias deberet habere totam mercedem. Et sic habetur ratio, & exeōputatur tempus, quo alij relocauit *per l. sed addes, §. fin. ff. locat.*

13 Et est vnum assumptum vtile in hac locati materia, quod in remissione fit excomputatio temporis, quo quis se alij relocauit.

14 Et facit contra famulos conductos pro anno, & tempore messium, vadunt per aliquot dies ad metendum; illud enim lucrum domino excomputandum est per prædicta.

15 Facit etiam contra muliones, & vecturales, si enim certa mercede conuenta conducunt ad vrbem, vel nundinas, si in reditu occasionem inueniant, an sit domino excomputandum? Et in hoc vidi consideranda verba: *Quanto vuoi per portarmi à Roma la tal cosa*, & erat multo non ad hoc principaliter conductus, sed ire solitus, quo casu talis ratio non habetur, secus si principaliter fuerit missus.

16 Secunda principalis conclusio est ad hanc *l. si fundus*, si casus contigerit dolo, vel culpa locatoris, nedū fit remissio mercedis, sed habetur ratio lucri cessantis. ita ibi in vers. nam & si colonus.

Et sic in hac locati & conducti materia, est vnus casus clarus, in quo habetur ratio lucri cessantis. Et in hoc duo dantur exempla, quorum primum in facto locatoris iniusto, & ab eo mere voluntario. Alterum in facto tertij iniusto, quē locator prohibere potuisset, si voluisset, & sic in hac locati & cōducti materia paria sunt, pendere factum a voluntate locatoris, vel prohibere posse in personam tertij facientis.

17 Ponitur aliud, & hoc tertium est vtile scitu, exemplum *in l. & hæc distinctio*, quod locatio rei alienæ in se facta valet, & tenet, tamen locator tenetur ad interesse conductori frui non valenti, & hoc verum, siue scienter, siue ignoranter locauerit, quia debebat per prius perquirere, an esset sua, postea matnte locare. ita ibidem Castrens. *& in l. si quis domum, in fine princip. ff. locat.* per legem Lucius, *§. fin. ff. de actio. emptio.* Et sic est casus, vbi ignorantia non excusat.

18 Quid in hærede locante?

QVAESTIO VIII.

Quæro vtiliter, an suscipiens periculum, vel casus fortuitos teneatur de insolitis.

1 Pro parte affirmatiua facit text. *l. fistulas, §. frumenta, ff. de contrahen. emption.* ibi, si immoderatæ fuerint.

2 Et hanc opinionem tenuit Alex. *in l. pretia rerum, in fin. ff. ad l. Falc. cons.* 97. *col. fin. vol.* 3. Imol. *in c.* 1. *de commodat.* Dec. *cons.* 7. *col. fin. vers.* 4. illa opinio. Et hæc est verior opinio teste Alex. *in l. sed & si quis, §. quæsitum, num.* 15. *ff. si quis cautio.* Et hæc est communis opinio, a qua in iudicando non est recedendum. Iaso. *cons.* 107. *col. penult. volum.* 1. Addo Bello. *suppn. rat. lib.* 2. *c.* 19. Tiraquel. post leges connubial. *glos.* 2. *num.* 35. Anton. Rub. *in l. vinum, num.* 80. *ff. si cert. petat.* Ant. Pinell. *ad l.* 2. *part.* 1. *num.* 29. *C. de rescind. vendit.* vbi dicit magis communem opinionem. Farinac. *q.* 24. *num.* 84.

3 Pro contraria parte facit idem text. alio modo cōsideratus *in d. §. frumenta.* Et pro intellectu, & introitu considerandum est, quod quidam casus eueniunt secundum naturam, & consuetudinem regionis, & isti non dicuntur fortuiti, sed naturales, vt niues, pluuiæ, & grandines in hieme. Vnde venditor suscipiens in se casum fortuitum non tenetur si sit secūdum naturam, & consuetudinem regionis. Quidā casus eueniunt quodammodo, (vt dicam) supra naturam, vt nimiæ tempestates, niues immoderatæ, & similia, & ista facta excessiua, & immoderata dicūtur casus fortuiti, & de istis venditor, vel locator suscipiendo periculum tenetur, & ita declarat hunc textum Bald. *in cap. quoniam frequenter, colum. fin.* 1. *num.* 9. *vt lite non contestat. in cap. cum olim, num.* 3. de consuetudine, cōmendat. Ias. *in l. sed & si quis, §. quæsitum, num.* 33. *ff. si quis cautio.*

4 Secundo pro hac opinione facit *l. Seio, §. Medico,* vbi Bar. *ff. de annu. legat.*

5 Tertio pro hac opinione facit dictum Imol. fundatum *in d. §. frumenta, ad l. pretia rerum, col. fina. ff. ad l. Falcid.* quod non habetur ratio caristiæ, quæ rarissime euenit.

6 Et hanc secundam opinionem tenuit Bart. *in l. sed & si quis, §. quæsitum, num.* 6. vbi Ias. *num.* 23. *ff. si quis cautio. in lege Seio, §. Medico*, per illum textum, *ff. de annu. legat.* Bald. *in l. falsus, colum. penult. C. de furt. in l. licet*, vbi Salicet. *Cod. locat.* Angel. *consil.* 174. *præmittendum est.* Alexand. *consil.* 28. *in* 2. *dub. libro* 1. quod consilium multum allegatur, & practicatur, & *consil.* 108. *colum. penult. lib.* 3. *& consil.* 28. *duplicat.* 31. *lib.* 2. Soc. *consil.* 123. *circa præsentem lib.* 4. Alber. *in d. §. frumenta.* Bertach. *in tract. de gabel. q.* 25. *part.* 2. allegat *l. fin. C. de act. & oblig.* Fulgos. *consil.* 173. *factum.* Ias. *in l. pretia rerum, in fin. ff. ad l. Falcid.* Et hanc dixit communem, & veriorem Rip. *de priuileg. contract. pest. num.* 97. Butr. *in cap.* 1. *de commoda.* Grat. dicens ab ea, vti communi non recedendum, *consil.* 54. *nu.* 7. *vol.* 2. Crauett. *consil.* 95. *num.* 2. Paris. *consil.* 68. *num.* 24. *volum.* 1. Felin. late *in cap. sed & si, colum.* 3. *de rescri. & consil.* 43. *num.* 7. Anton. Alexan. *consil.* 35. *colum.* 1.

Digitized by Google

immo hæc hodie eſt verior, & magis commun. opin. Anton. Gabr. *de regul. iur. conclu. 4. num. 17. in fin.* Turzan. *opin.* 143. Viui. *opin.* 95. *part.* 2. dicens contrariam opinionem eſſe ſpernendam, & huic totis viribus adhærendum eſt vti veriori, & magis communi, a qua in iudicando, & couſulendo non eſt recedendum. Machel. *patroc. 9. num.* 1. Neuiz. *conſ. 95. num.* 5. Alcia. *reſp.* 157. *num.* 1. Iac. Mandel. *conſ. 1. nu.* 5. Iacob. Menoch. *conſ. 7. num.* 18. Port. pariter de magis communi, *conſ. 143. num. 6.* Celſ. Vgo. *conſ. 18. num. 6.* Lauren. Chircou. *commun. opin. cent. 1. conclu.* 77. Burſ. *conſ. 81. vol.* 1.

Cui plene profitenti addo Cornel. *conſil. 23. lib. 2.* Iaſ. ad Por. *in §. item is, num. 4. littera S, Inſtitut. quibus mod. re contrahitur obligatio.* Eman. Soarez *recept. ſentent. littera C, num.* 28. Afflict. *deciſ. 150. num.* 12. Socin. *in l. 2. num. 6. de vulga. & pup.* Aret. *in §. cum autem, num. 3. de empt. & vendit.* Alex. *in l. Titius, num. 4. ff. de lib. & poſthu.* Sebaſt. Medic. *de caſ. & pericu. par. 1. quæſt. 15. num. 2. & in trac. de compenſa. part. 1. quæſt. 45. num.* 12. Aegid. Boſſ. *de remiſſ. merced. publ. num.* 8. Pernicol. Mozz. *in tract. de contrac. tit. de loca. & condu. in verb.* accidentia, *num.* 60. Ioſeph. de Ludouic. de magis communi, *concluſ. 18. declarat. 8. in fin.* Vrſill. ad Afflict. *deciſ. 150. numer. 2. in verbo, renunciatio.*

7 Et ita ſæpius iudicauit ſacrum Rot. auditorium. Mohedan. *deciſ.* 236. & ita in vna Nurſina fuit iudicatum, vt per Palcott. *deciſ.* 138. Ioſeph. *de iuramen. priuil. 106. num.* 18. Iac. Mandol. *conſ.* 51. Menoch. *conſ. 27. num.* 18. Mago. *Rot. Floren. 67. ſub num.* 15. Put. *dec. 19. par.* 3. Franc. Marc. *deciſ. 47. num. 19. par.* 1.

8 Ampliatur hæc concluſio etiam ſi interuenerit iuramentum. Alex. *conſ. 28. in 2. dub. lib.* 1. Rip. *de priuileg. contrac. peſt. num.* 97.

ADDITIO.

☞ *Becci. conſ. 82. num. 11. Surd. conſ. 61. num. 6. Purpurat. conſ. 466. num. 4. 30. Copioſè Alba conſ. 1. nu. 4. Crauett. conſ. 718. nu. 14. 15. Gigas de penſ. q. 66. Straccb. de aſſecurat. gloſ. 15. nu. 9. Burſa. conſ. 81. nu. 6. Riminal. conſ. 637. nu. 40. Surd. deciſ. 326. nu. 53. dicens hanc eſſe magis communem opinionem.*

9 Contrarium tenet Imo. in cap. cum contingat, *col. 63. in 3. memb.* de iureiuran. quem refert, & ſequitur Corſet. de iureiur. priuileg. 38. Anto. Gabr. *de reg. iur. conclu. 4. num.* 18.

10 Prima tamen opinio eſt verior, & magis communis. Celſ. Vgo. *conſ. 18. num.* 2. Laurent. Chircou. *commun. opin. cent. 1. concl.* 27. Burſat. *conſ. 18. vol.* 1.

11 Vltra quem ſubamplio etiam ſi iuramentum conceptum eſſet verbis quibuſcunque prægnantibus. Euerard. reputans hoc valde quotidianum, & practicabile in loco ab exceptione ad regul. num. fin. repe. in loco ab opinione vulgi, *num.* 1. Ioſeph *de iuramento priuil. 106. ſub num.* 20.

12 Concipias igitur verba modo quouis, apponas iuramentum, nunquam operaberis caſum inſolitum,

13 & hæc reputatur veriſſima opinio, & paſſim practicatur. Alber. *conſ. 1. num.* 5. Bald. *conſ. 247. in fin. lib.* 3. Franc. Marc. *deciſ. 62. in fin.* Menoch. *conſ. 27. num. 12. lib.* 1. Vrſill. *ad afflict. deciſ. 150. num.* 2. Alcia. *reſp. 147. num. 2. num.* 13.

Et hæc eſt magis communis opinio. Ioſeph de Ludouic. *concl. 12. col. 17. verſ. & quoniam.*

14 Limitatur hæc concluſio, quando in conuentione eſſent expreſſi aliqui caſus noui, quia tunc etiam caſus inſoliti euenirent. ita declarat notabiliter Dec. *in l. 1. in fin. ver. ff. qu quiſ. iur.*

15 Limitatur ſecundo, quando caſus inſolitus veniret ex natura contractus. Ita declarat poſt alios Rui. *conſil. 171. num. 10. volum.* 4. Anton. Gabr. *de regul. iur. concluſ. 4. num.* 21.

16 Si igitur in aliquo inſtrumento locationis, & conductionis exprimantur aliqui caſus noui, arguitur ad inſolitos ad magis nouos.

Vnde caute procedendũ eſt in cauſis exprimẽdis.

17 Vides igitur (candide Lector) quæ hodie ſit hæc noſtra legalis profeſſio, cum in hac quæſtione text. *in §. frumenta*, pro vtraque parte allegetur etiam a primatibus legalis Philoſophiæ profeſſoribus, & multi ponderant vno modo, & multi alio modo, immo & Anton. Rub. *in l. vinum, num. 80. ff. ſi cer. petat.* addit de ſuo capite negatiuam, dicendo agi non poterit cõtra fidem omnium codicum, qui paſſim circunferuntur. Non ſine igitur vrgente occaſione recurrimus, & recurrere debemus ad communes opiniones, & in eis pedem figimus omiſſis tot ceruicoſis Doctorum ſubtilibus intellectibus.

18 Circa tamen intellectum *§. frumenta*, non omittam vnum, quod illud, quod euenit ex natura temporis, vel qualitate regionis, non alterat diſpoſitionem, ſed diſpoſitio ſemper venit interpretanda de vltra eueniente temporis natura, vel regionis qualitate.

19 Vnde ſi conductor dicat, ſi occurrant aliqua ex niuibus, vel tempeſtatibus, nolo teneri, cui dubium, quod vt plurimum arguendo a communiter accidentibus, niues veniunt, & pluuiæ in hieme, & tamen non intelligitur de his ſermo prolatus a contrahentibus, prout vulgares multi fortaſſe intelligerent, ſed de facto, & niuibus immoderatis, & nimia tempeſtate prouenientе.

20 Vnum non omittam conſideratione dignum, quod atteſtatur Ari. Pinell. in citato loco, quod in camera Regia vidit pluries iudicatum contra Bartol. opinionem, & hodie eſſe magis communem, prout vidimus.

21 Hinc primo loco dicebat ad propoſitum materiæ locati & conduct, de qua agimus Cornel. *conſil. 128. volum.* 2. quod conducenti gabellam carnium ſit remiſſio mercedis ſuperueniente peſte, quæ eſt caſus inſolitus.

22 Occurrit ſępius caſus iſte in facto cum communitates pro debitis perſoluendis imponant gabellam ſuper heſtijs, & animalibus.

23 Secundo dicebat Natt. *conſ. 256. volum.* 2. quod ſi conductor molendini ſe obligauit ad expenſas reficiendi molendinum conductum, non tenetur, ſi ſuperueniat inundatio inſolita.

24 Tertio dicebat Alciat. *reſponſ. 157. num.* 1. quod conductor gabellarum ſi ſuſcepit in ſe omnem caſum fortuitum, non tenetur de caſu ſiccitatis inſolitæ, quod vtile eſt pro anno memorabili 1586. in quo maxima ſiccitas vitium, & oliuarum ex longis, maximis, & continuis frigoribus, vt in plateis nihil vendatur, niſi oliua, & vites deſiccatæ in domibus

non

non reponantur alia ligna nisi oliuæ,& vites deficcatę, annus valde luctuosus, & memorabilis cum planctu, & suspirio, & dignus omni remissione. Quid dicam de ficubus, vel arboribus nucum, vt in pedibus existentes iam desiccatæ appareant.

26 Nota etiam hunc textum *in d.§.frumenta*, in alio, quod etiam antiqui vendebant granum in herba fortasse ex egestate pecuniarum prout temporib. nostris faciunt multi debitores, & transit in prouerbium. *Vé. de il grano in herba.*

27 Quarto dicebat Boss. in facti contingentia se habuisse, si locauit quis decem vncias aquæ cum pacto quod non vult teneri in aliquo, si non habebit dictas vncias, si flumen plus solito deficcetur, & nihil penitus habeat, tenebitur locator, quia est casus insolitus, cui non videtur modo aliquo consensisse conductor. Ita Boss. de remiss. merced. conductorum, num. 59. dicens æquam opinionem, quod facit pro molendinis, cum flumen deficcatur, & est practicabile.

* Quinto loco dicebat Bal. *in l. licet, C. locat.* Quod si quis conduxerit molendinum in flumine Tiberis in loco admodum periculoso, si destruatur, non tenetur conductor ad pensionem, si inundatio sit insolita, alias sibi imputet, quia in loco periculoso, commendat Sebast. Medic. *de casibus, par. 2. q.* 10. *sub nu.* 19. Et sic non est bona allegatio. Est in culpa, quia conduxit in loco periculoso, quando inundatio fit insolita. Et sic casus insolitus excusat a pensione soluenda, etiam in loco sui natura periculoso.

* Pariter quis non tenetur de sententia iniqua, quia est casus fortuitus insolitus. Bald. *in l. falsas. col. fin. C. de nautic. fenor.* vnde si in sententia lata contra conductorem est iniqua, ad nihilum tenetur.

QVÆSTIO IX.

QVAERO, quis, & quando dicatur casus insolitus ad intelligentiam præcedentis quæstionis.

1 Prima fuit Bart. opinio *ad l. Stio, §. medico, in fi. ff. de annu. leg.* quod casus fortuitus insolitus dicatur, qui euenire solent de mille annis semel. Sequitur Cornel. *cons.* 231. *vol.* 2. *& cons.* 12. *vol.* 4. Dec. *cons.* 8. *col. penult.* Socin. *in l. si ex toto, conclus.* 4. *de leg.* 1. Alc. *cons.* 107. *col. pen. vol.* 3. Crauet. *cons.* 95. *nu.* 2. Paris. *cons.* 105. *nu.* 12. *vol.* 4. Goz. *cons.* 27. *num.* 24. Ant. Gab. *de reg. iur. concl.* 4. *nu.* 20.

Addo Ial. *consil.* 107. *col.* 3. *vers. tertio respondendum, vol.* 1. Rub. *cons.* 153. *nu.* 2. Alba. *cons.* 1. *num.* 8.

2 Quam Bart. sententiam declarauit Alex. *cons.* 107. *num.* 16. *lib.* 3. vt non decisiue, sed exemplificatiue dicantur prolata, quæ exempla regulam non restringunt, *l. damni infec. §. fi. ff. de dam. infec.* Alcia. *respons.* 157. *num.* 6. *ver.* vel qui. Alba. *cons.* 1. *nu.* 8. *Caputaquens. decis.* 96. *par.* 1.

Vnde si ab annis quingentis (nedum mille) non euenit casus, dicetur insolitus. Grat. de hoc plene discurrens, *cons.* 94. *nu.* 48. Seraph. *de priuil. iuramtu. priuileg.* 106. *nu.* 5.

3 Secunda fuit opinio, casum dici insolitum, qui raro, aut nunquam euenire solet. Alexan. *cons.* 31. *vol.* 4. *volum.* 2. *& cons.* 108. *col. pen. vol.* 3. *in d. §. quæsitum, numer.* 39.

4 Tertia fuit opinio, casum dici insolitum, qui præter omnem cogitationem, & verisimilitudinem euenit, licet a prudentissimo viro cogitari potuisset. Cornel. *cons.* 12. *vol.* 4.

5 Quarta fuit eiusdem Corn. opinio, casum dici insolitum, si semel tantum infra centum annos euenit, ita Corn. *cons.* 23. *col. pen. lib.* 2.

6 Quinta fuit opinio Socin. casum dici insolitum, qui longissimo tempore euenit, vt per eum *cons.* 123. *num.* 4. *lib.* 4. quod longissimum tempus interpretatus fuit annorum quadraginta. Rip. *de priuil. pest. nu.* 102. Grat. sentit *in citato loco, num.* 47. Ari. Pinell. *de rescind. vend. l.* 2. *par.* 1. *c.* 3. *sub num.* 32. vbi hoc valde commendat, *per text. in l.* 1. *post princip. vers. si tamen aliqua de fluminibus*, inferens ex hoc, quod apud Conimbricam non censebitur casus insolitus ex inundatione fluminis Mundæ: solet enim non raro agros inundare cum magno incolarum detrimento.

7 Sexta fuit quandoque Rot. opinio, casum dici insolitum, qui non occurrit spatio sexaginta annorum, ita vt hominum memoria probari non possit, & ita tenuit Rot. in vna Nursina confinium, vt per Paleot. *decis.* 138. commendat Natt. *consil.* 449. *vol.* 2. Alibi dixit Rot. casum dici insolitum; quando testes deponant, quod similis casus nunquam fuit visus a recordatu ipsorum. Caputaq. *decis.* 96. *part.* 1. *ex cons.* Alex. 28. *num.* 7. *lib.* 1.

8 Crederem tamen attenta ætate, & qualitate testium examinatorum.

9 Septima fuit opinio, vt casus insolitus remittatur iudicis arbitrio attentis circunstantijs. Tiraq. *in l. si vnquam, in verbo, omnia, num.* 31. *C. de reuocan. dona.* Ripa *de priuil. contrar. pest. num.* 103. Iacob. Menoch. *de arbitr. iud. lib.* 2. *cent.* 1. *cas.* 180.

10 Addo, quod ita tenuit Rot. in vna Vrsina lacus, coram Domino Racell. 4. Maij 1547. vt per Pute. *decis.* 19. *lib.* 3. & hæc est magis commun. opin. Grat. *cons.* 98. *lib.* 2. Dec. *cons.* 473. Vrsill. ad Afflict. *decis.* 150. *nu.* 27. *&* 28. Ioseph de Ludou. *conclus.* 12. *col. fin.*

11 Prout magna locustarum quantitas de anno 1542. 1578. versus Viterbium, & nimia siccitas arborum anno 1586.

12 Considerabat etiam Corn. quendam casum insolitum fere nunquam auditum, & casum rarissimum de quo partes verisimiliter cogitare non potuerunt. *Ita* conciliando opiniones tenuit Cor. *cons.* 12. *col.* 2. *li.* 4.

13 Octaua fuit opinio casum dici insolitum dupliciter. Primo quando in genere potuit præuideri, licet non in specie, vt pestis, sterilitas, & similia. Alio modo, quando nec in genere, nec in specie. Seraphin. *de iuram. priuil.* 106. *num.* 5.

ADDITIO.

☞ *Nona est opinio, casum dici insolitum, qui opinione prudentis viri non erat successurus, licet aliud posset forte prudentissimis videri. Lud. post alios dec.* 326. *num.* 24.

QVÆSTIO X.

QVæro, in instrumento locationis, & conductionis sunt apposita verba admodum prægnantia, suscipiendo in se conductor omnem casum fortuitum, tam præuisum, & cogitatum, quàm non præuisum, nec cogitatum. Ex his verbis sic appositis an tenetur de casu fortuito insolito.

1 Pro parte affirmatiua facit, quod no. Bart. *in l. si de certa, C. de transac. & in l. cum Aquiliana, ff. eod. vbi vult.* quod si dicatur in specie, quod transactio trahatur etiam ad incogitata, tunc etiam non prquisita includuntur, quam Bart. opinionem multi sequuntur, & communem dixit Bertran. *consil. 172. nu. 4. vol. 3. in nou.* Anton. Gabr. *de regu. iur. concl. 4. nu. 13.*

2 Secundo pro hac parte facit, quia illa verba sunt admodum pregnantia, & magnam premeditationem inducere videtur, *l. qui inre, ff. de militari testamen.* cum late adductis per Afflict. *decis. 44. nu. 11.*

3 Et hanc opinionem tenuit Pinel. *in l. 2. de rescind. vend. par. 1. c. 3. nu. 33.* dicens secundum eam plures iudicatum in Senatu Regio.

4 Contrariam sententiam tenuit Corn. *cons. 23. lib. 3.* si de eo nullus etiam prudentissimus cogitare potuisset. Alexan. in his verbis, de omnibus alijs casibus, qui imaginari possint, *cons. 19. nu. 2. lib. 3.* Rodoan. *de rebus eccles. non alienan. quaest. 18. vers. multi autem, nu. 10.* Pernicol. Moz. *de contractibus, c. de locato, in verb. accidentalia, num. 60.* Seraphin. *de iuram. priuileg. 106. num. 20.*

5 Licet contrarium teneat Ruin. *consil. 149. nu. 10. vol. 2.* Crau. *cons. 294. col. 18.*

6 Ampliatur haec conclusio, vt procedat, si in instrumento sit dictum, etiam si talis casus egeret magis expressione speciali, & veniret inopinate, ex Menoch. *in alleg. cas. 80.*

7 Contrarium est verius, Alba. *consil. 1. nu. 1.* Petr. Sancte. *de effecn. par. 4.*

Addo Bal. *cons. 247. in fin. lib. 3.* Franc. Marc. *decis. 62. in fi.* Menoch. *cons. 27. nu. 19. lib. 1.*

* Et haec est magis communis opin. Ioseph. de Lud. *concl. 12. ver. & quoniam.*

8 Ampliatur secundo, vt procedat etiam in violentia facti, Bald. *in l. si filiofamilias. §. fi. ff. solut. matr. in l. hac distinctio, ff. loc. in l. domum, C. eod.*

9 Ampliatur tertio, vt procedat, etiam stante protestatione. Bartol. & alij *in l. pacta nouissima, C. de pact. per l. cum plures, §. locator horrei, ff. locat.* Alex. *in l. vbi, ff. de actio. empt. qui tex. in d. §. locator horrei,* habet multos intellectus, vt tuo loco dicam.

10 Ad contraria respondendo, quod Bar. doctrina in l. si de certa, procedit, & habet locum intelligendo, quod non comprehenderet ea, de quibus iis poterat tantum probabiliter moueri; ad ea enim trahitur, secus si erant liquida, & decisa, de quibus etiam prudentissimus non cogitasset. Ias. *in l. 1. col. 2. ff. de transact.*

11 Declaratur notabiliter haec conclusio, nisi dictum sit hoc modo, *a risico suo,* vel suscipiens risicum, periculum, & fortunam, quo casu non tenetur de insolito. Soc. *cons. 124. lib. 4.* Alex. *cons. 108. vol. penult. lib. 3.* Rip. *de priuil. contrac. pest. nu. 78. & 97.* & ita tenuit Bart. & per Put. *decis. 19. lib. 3.*

12 Quam decisionem ad propositum limita, nisi hoc casu cuius insolitus praeuideri potuisset Iason. dicens * magis communem *cons. 107. vol. 1.*

QVAESTIO XI.

Certissima est in locati materia iuris regula, quod conductor de casu tenetur, si culpa, vel mora praecedat casum, & sit ordinata ad casum, prout concludit Bar. *in l. si vt certo, §. interdum, ff. commo.*

1 Castr. *in l. si vehends, §. 1. ff. ad l. Rhod. de iact. in l. in rebus ff. commod.* Deci. & Cagn. *in l. contractus, ff. de reg. iur.* Imo. *in c. propter sterilitatem, col. 2. de loca.* Dec. *cons. 473. nu. 5.* Boss. *de remiss. mercedis conduct. num. 11. 73. & 81.* Bero. *cons. 14. nu. 9. vol. 1.* Rol. *cons. 86. volum 3.* Burlat. *consil. 1. nu. 31. vol. 1.* Corn. *cons. 108. in prin. vol. 1.* Seraph. *de priui. iur. priuil. 74. nu. 209.* Crauet. *cons. 64. numer. 5.*

Quaero, quando culpa dicatur ordinata ad casum & quidem tribus modis hoc contingit.

2 Si non fecit, quod diligens fecisset, vel si faciat contra conuentionem, vel si contingat facto domesticorum, Papiens. *in forma ad fisti praestationem, nu. 10.* Castren. *in l. videamus, in princ. ff. loc.*

Addo alium modum. Culpa dicitur ordinata ad casum, quando cogitare quis potuit casum de facili euenturum, Corn. *cons. 12. col. fin. versic. cum itaque, lib. 4.* Secundo culpa dicitur ordinata ad casum, quando principaliter recipiat illum casum *l. pen. in fi. ff. de in. dot. l. fi. §. final. ff. de his, qua in fraud. cred. l. etiam, §. 1. ff. solu. mat.* quae iura ad id citat Dec. *in cap. quae in ecclesiarum, col. pen.* post medium, de constitut. Tertio culpa dicitur ordinata ad casum, si fuit causa proxima ad casum, secus si immediata, & remota illius casus. Bellamer. *cons. 22. col. 2.* Crau. *cons. 247. num. 7.* Esto igitur diligens, serua pacta, & habeas seruos vigilantes, & tua culpa non erit ordinata ad casum.

QVAESTIO XII.

Qvaero, qui sint casus fortuiti, ex quo discursu benignus lector colliget, quantae considerationis fuerit materia locati & conducti etiam apud antiquos legislatores, cum pro maiori parte exempla de casibus fortuitis appareant ex legibus de locato, & conducto loquentibus, & licet casus fortuiti sint innumerabiles, vt no. Bald. *in l. cum anterioribus, numero 6. Cod. de tempor. appellation.* quia (vt inquit) casus est euentus sine intentione, sequitur Salicet. *in l. saepe, numero primo, C. de praescript. triginta annorum,* ponam tamen aliquos vtilitatis causa, quorum primus.

1 Principis factum *ad l. Lucius, ff. de euic. l. si fundum, §. fin. ff. loc. hoc tenet* Castren. *cons. 220. vol. 2. lib. 1.* Bald. *cons. 395. lib. 2.* vbi non potest se obligare etiam cum iuramento contra factum principis, quia contineret peccatum, & daret materiam delinquendi. Alexand. *cons. 220. lib. 1. decisio. Neapol. 54.* Bertran. *cons. 143. numer. 6. volum. 1.* Soci. *in l. quidam, numer. 4. ff. de reb. dub.* Crauet. *cons. 95. numer. 2.* Sebast. Medi. *de casibus, par. 1. q. 13. nu. 11.*

2 Addo Alex. *cons. 67. col. 2. vol. 2. cons. 57. col. pen. vol. 1.* vbi si princeps non obseruat promissa, dicitur casus fortuitus. Boss. *de remiss. merced. cond. numer. 76.* Bero. *consil. 143. nu. 24. lib. 1. decis.* Perus. *50. num. 11. lib. 1.* Caball. *de euict. §. 5. nu. 56.*

ADDITIO.

☞ *Menoch. cons. 27. num. 28. Afflict. decis. 54. Surd. decis. 326. num. 15.*

3 Confirmatur haec conclusio, quia in quolibet actu etiam iurato intelligitur excepta autoritas principis, legis

legis vel alterius superioris, *l. fi. vbi no. ff. qui sat. cog. c. venientes, de iure iuran.* Alcia. *in c. cum contingat, nu.* 38. *eod. tit.*

Hinc ad propositum materiæ locati & conducti, de qua agimus.

4 Doctor conductus ad legendum non potest etiam cum iuramento se alibi obligare ad legendum sine licentia principis. Abb. *in d. c. veniens. col.* 1, commendat Iasi. dicens sæpius in facto euenire, *in d. l. fi. nu.* 16. *vers. nono facit, ff. qui sat. cog.*

5 Vidi in facto coram Rectore hospitalis spuriorum Ciuitatis Tuderti, quorum officium pendet a Ciuitate loeauerunt officium Depositariæ dicti Communis ab eis dependens pro tribus annis cuidam N. quo termino pendente, consilium generale Ciuitatis non contentum huiusmodi electione circa personam, cassauit depositarium electum, rectores eligentes fuerunt excusati ex dispositione *d. l. fin.*

6 Occurrere etiam potest, quod aliquis Doctor promiserit stare pro assessore cum aliquo, & ita fuerit conuentum, postea princeps destinauit ad alium locum, excusabitur.

7 Pariter locaui tibi domum, vel fundum, postea princeps vult vti ad alium effectum, excusatur.

Ampliatur idem in facto iudicis iusto, vel iniusto. Ang. *cons.* 219. *col.* 3. *in princ.*

8 Ampliatur secundo, vt conductor teneatur solum pro rata ad pensionem, nec locator de euictione, nec ad interesse aliquod tenetur. Crauet. *cons.* 233. *part.* 2. Borg. *decis.* 5. *nu.* 3. *part.* 2.

9 Casus fortuitus est vis, cui resisti non potest, vt graculorum, flurnorum, & similium. In consideratione igitur sunt nedum apud naturales, sed apud Iurisconsultos graculi, & sturni, nec nominantur a virtute, vel vtilitate aliqua sed a damno, & nō paruo, quod afferunt humanis segetibus, prout fuit ille, qui comparauit sibi nomen a destructione celeberrimi templi Dianæ, & reputantur a *l.* C. graculi, & sturni, non vis simplex, sed impetuosa, cui resisti non potest ad exemplum rapacissimi fluminis, prout clare habetur *in l. ex conducto, §.* 1. *ff. loc.* Nominantur igitur columbæ, & aliæ aues huiusmodi a fructu, sturni, & graculi a nimia læsione, quam faciunt humano generi.

10 Graculus igitur auis est nigri coloris cornici similis, sed maior, Tuderti vulgo *picchie negre*, & adeo dānosa, vt damnnum, quod non potest ore, faciat pedib. vltra enim quod iacta segetum semina gerat ex oliuetis cubitum se recipiens duas pedibus baccas, tertiā ore ferat. Autor Plin. *lib.* 10. *c.* 29. Sturni gregatim pascuntur. Pli. *lib.* 10. *c.* 84. 10. Rauil. *officina, lib.* 2. *c. aues diuersæ*, & væ vitibus, & pergulis, in quas occurrunt, experientia docet.

Vnde Martial. inopes, & famelicos appellas. *lib.* 9. dicens, Nunc sturnos inopes, &c.

11 Ex damno igitur illato per graculos, & sturnos reputatur casus fortuitus, insolitus, & ob id non erit damno coloni, sed fit remissio mercedis, *l. ex conducto, §.* 1. *ff. loc.*

Et non separando materias, prosequatur vtilem materiam *d. l. ex conducto, §.* 1. *ff. loc.*

12 Secunda colligitur ex eo contextu conclusio vtilis, & necessaria, nedum in materia casus fortuiti, de qua in præsentiarum agimus, sed & remissionis mercedis de qua breuius (Deo dante) dicemus, si qua tamen vitia ex ipsa re oriantur, hæc damno coloni esse, veluti si vinum acuerit, aut raucis, aut herbis segetes corruptæ sint. Hæc I. C. in citato loco.

13 Et sic vinum effici acetum damnum reputatur, sed naturale vitium est, & acetum sæpius pluris valet, quam vinum.

14 Raucæ vermes sunt radices arborum lædentes, autore Plin. *lib.* 17. *c.* 18. 10. Rauis. *par.* 2. *cap. de vermib.* vbi in radice quærens ex nostratibus Bude. in annot. Hotom. & Spileg. in comm. & permanendo in radicibus quercuum, audiuntur rodere oculos, prout rodūt canes, & similia animalia, & post aliquod temporis spatium descedunt in imum, & rustici, & coloni in vitibus adhibent diligentiam in legendo, tum manibus proprijs, quod satis laboriosum, & tædiosum est, sed visco, & pania ad id destinatis eas amouere omni conatu tentant, & procurant. Addo Cott. *in verb. rauca.* Si igitur in tempore conductionis veniant raucæ, erit damno coloni, quia est defectus oriens non ab extra sed a re ipsa.

Pariter si vinū acuerit, vel segetes herbis corruptę sint, prout inter fabas, vulgo *la fiamma*, quæ est inimica leguminibus, lolium, auena, & similes herbæ in frumentis. Vnde si incidant herbæ istæ damnosæ, non est casus fortuitus, sed accidens oriens ex re ipsa. Si igitur colonus, vel fructuarius reponat granum vulgo *gioglioso*, ouero cum aiijs immunditijs, & sic minoris valeat, vel reponat paruam quntitatem leguminum, quæ in res fit vti serpens flammula, non meretur ex hoc remissionē, nec est casus fortuitus, sed vitium rei.

15 Et sic in hac locati & cōducti materia, datur casus fortuitus, qui excusat, & remissionem parit, & vitium rei, quod non excusat, & est damno coloni.

16 Vnum non omittam considerare circa exempla *I.* C. in proposita conclusione, namque dum de raucis loquitur, & de segetibus ab herbis corruptis, loquitur, & respicit tempus ante fructus repositos in damno, & de his est verus sermo: dum verò ponit exemplum de vino, quod coacuerit, respicere videtur tempus post repositionem, immo multum transiuerit in vinum, & vinum in acetum, & sic spatio temporis de vna specie in aliam.

Frustra igitur recusat fructuarius soluere fictum conuentum, & promissum, si vinum coacuerit, nec potuit de eo facere illud lucrum, quod sperabat, licet & acetum non sit spernendum.

17 Hisce igitur Iunij temporibus si cerasæ vermescāt, damno erit coloni, quia est vitium oriens ex re ipsa, pariter, & de alis fructibus alis temporibus dici poterit: pariter sicut vinum, quod acuerit, est damno coloni, idem dicendum videtur si granum reconditum tineis infestetur, prout sæpe occurrit istis fictuarijs retinentibus granum studiose vsque ad mensem Iunij, nam damno coloni esse debet.

18 Tertia colligitur ex eo contextu conclusio, sed & si labes facta sit, omnemque fructum tulerit, damnum coloni non esse, nec supra damnū amissi seminis mercedes agri præstare cogatur. Hæc Iurisconsultus.

19 Labes ad propositum materiæ locati, & conducti, de qua agimus, duob. modis accipitur. Primo pro subito impetu grandinis, vel tempestatis, & de hoc in *l. licet. C. locat.* licet ibi multi lue, non labe, legendum putent, vt suo loco dicam. Secundo modo labes dicitur, cum terra in altissimum hiatu, vel baratrum aperitur,

Cicer. *lib.* 1. de diuinatione satis ad propositum materiæ locati & conducti. Delata etiam ad Senatum labes agri Priuernatis cum ad infinitam altitudinem terra deseruisset. Apuliaque maximis terræ hiatibus conquassata est. & ita accipitur in hac conclusione Iurisconsulti *in hac l. ex cõducto. §. bene verum est,* quod Bude. hic non labes, sed tabes, legendum putat, sed rectius videtur, labes, apud Leandrum, & Spilegium in Lexicon in verbo, labes.

20 Concurrunt igitur multa, vt labes sit casus fortuitus, & vere labes dici possit. Primum, quod terra faciat hiatum, & quidem non paruum, sed valde magnum, & maximum.

Vnde Cice. semper idem loquitur vel in superlatiuo gradu. Secundum ab effectu, quod nõ particulam aliquam, quinimmo fructum omnem sustulerit, & cõsidera I.C. æquitatem inhærentem in hac locati materia, quod nõ videtur sibi æquum, vt propter labem colonus perdat semen, & mercedem soluat grauando dupliei onere ex hac calamitate & infortunio, quod forasse locatorum, & dominorum iniqua auaritia hoc vellet. Considera etiam I.C. dum vult, quod colonus posuit semen, & non dominus, & sic dominus non tenetur ponere semen.

Pariter ex hoc colligitur, quod non esset bona allegatio ipsius coloni, dicendo locatori, restitue mihi semen, quia infortunium illud, & labes mihi in hoc nocere non debet, nec in aliqua culpa, vel defectu sui, nã hoc in paucis verbis decidit I.C. quod amissum semen ex labe proueniu erit domini, non coloni. Quæ enim & domini culpa imputari potest, si terra aperiatur, & faciat maximum hiatum? immo recipit damnũ in terreno pro simili apertura, prout in multis locis dum similis labes occurrit, visum clare fuit, vt quaudoque non potuerit per multos annos seminari.

21 Quarta est conclusio ex contextu *ex d. l. ex conducto §. 1.* si vredo fructum olitæ corruperit, aut solis feruore non assueto qu d acciderit, damnum domini futurum esse. Hæc Iurisconsultus.

22 Credo enim est (teste Plin. *lib. 17. cap. 28.*) morbus herbarum, fruticumque, qui in vitib. carbunculus dicitur, in cœteris rubigo, sata, plantas, arboresque adurens, & constat vredo vere, & proprie ex frigore tantum solo obnoxio; quicquid alij minus recte voluerint, solem acrem frugibus rubiginis causam esse, & carbunculi vitibus.

23 Subdit postea text. quod si nihil extra consuetudinem acciderit, erit damno coloni, & sic innuere videtur, quod casus insolitus est damno domini.

24 Et si exercitus præter. eus aliquid per lasciuiam abstulerit, damno coloni esse, lasciuia enim in hoc contextu, vt hic annotauit Bude. est ludus improbior, & noxius, & ludicra quędam proteruitas, prout etiam *in l. cum quidam, §. 1. ff. de sicar.*

25 Vnde transit multitudo bannitorum, vel etiam hominum congregatorum pro eundo ad metendum; si colligunt aliquid, non reputatur casus fortuitus, nec erit damno coloni, sed domini, & textus ibi se fundat in dictione, aliquid, quod tollit nimium excessum.

26 Vnde si multitudo caprarum in transitu damnum dederit, considerandum est.

27 Altera est ex eo contextu conclusio. Terręmotus est casus fortuitus, quando talis fit, vt ager ita corruerit vt nusquã sit, damno domini erit, & sic excessiuus terræmotus, & penitus destructiuus est casus fortuitus, & considerabilis, subdit vnum pro ratione I.C. in materia euictionis, quod conductori tenetur locator præstare adeo rem conductam, vt frui possit, nec sufficit ab initio talem præstitisse, nisi habeat tractum perseueratiuum in potentia fruendi, prout in hoc cõtextu innuit I. C. ager enim hic ab initio conductionis fuit præstitus liber, & fruibilis, tamen occurrit ex post facto ex superueniente terræmotu, tamen principium non sufficit, nisi duret, sit dicam (Deo dante) in materia euictionis.

28 Addo tamen, quod licet si exercitus aliquid per lasciuiam abstulerit, non dicitur casus fortuitus, tamen bellum in se casus fortuitus est, vt tangam in materia remissionis mercedis, vt tradit Soci. *consil.* 123. *vol.* 4. Alb. *cons.* 1. Port. *cons.* 143. Rimin. *cons.* 155. *nu.* 128. Bos. *de remis. merced. nu.* 95.

29 Similiter furtum maxime factum a domestico dicitur fortuitus casus, cui confidendum erat, *l. Imperator, ff. lor.* Doct. *in l. commoda,* Ange. *in l. item, nu.* 7. *de constit pecun.*

30 Pariter damnum a prædone dicitur casus fortuitus Bald. *in l. creditor, de solut.* Alexan. *in l. si vero, §. in his, ff. solut. matrim.*

Idem est in insidijs piratarum, *in l. rebus, vbi not ff. commod.* sicut obsessu ciuitatis, Cano. *in his, dist.* 50.

31 Exercitus igitur aliquid per lasciuiam auferens nõ inducit casum fortuitum, bene tamen obsidendo ciuitatem, prout etiam furtum famuli, prædonis, & pirate, & sic aliquid auferre vno modo non est casus fortuitus, alio modo sic.

32 Considera *ex d. l. ex conducto, §. 1. ff. locat.* humanæ vitæ cursum, & statum, fructus enim pro vitæ hominis sustentatione inuenti, quot periculis fiont annuatim expositi, raucis, labi, tabi, lui, vrecini, terræmotu, & similibus, & quis erit ille fœlicissimus annus, in quo vnum ex his non veniat? o certe stua hominis vita quid amplius miratur, & condolet homo de tot periculis, quibus eius vita supposita est, si fruges illi inferiores tot periculis annuatim subijciuntur?

Est etiam casus fortuitus, edax locustarum pernicies *ex l. excepto, C. locat.* de hoc potui superius multis *in locis.*

33 Est etiam casus fortuitus, cum agitur de effractoribus, & expilatoribus, *l. contractus, in fin. ff. de reg. iur.* Hinc in facti contingentia in casu quotidiano respondit Petr. de Vbald. *de duobus fratrib. p.* 8. *q.* 14. *n.* 15. quod sutores, sarrores, & similes non tenentur, si de nocte frangatur apotheca conducta, & derobentur vestimenta ibidem derobata, quia est casus fortuitus. Allegat *l.* 3. *§. effracturæ, de off. præfec. vigil.* & dicit ibi Petr. de Vbald. quod est grauius delictum effractura, quam simplex furtum, & ob id habet titulum separatum a titulo de furtis, vti crimen grauius, & notabilius, in titulo de furtis, & in alio loco, *in tit. de effractoribus.*

Ampliatur hæc conclusio, vt procedat, & habeat locum in simplici furto sine fractura, quia excusatur facit, quod alij sutores facere solent, vt superius vidimus, quod solitum excusat, & ita ampliat ibi Petr. de Vbal. *in citato loco.*

34 Ex quo nota ad excusandum sartorem ibi, multa pręsupponebantur.

Primum solitum aliorum, & quod est statio fortis, & quod

& quod aliorum vestiméta erat ibi reposita, & quod fuerunt derobatæ etiam res proprię ipsius sartoris.

35 Et licet ibi in casu præposito multa præsuppone-reotur (vt dixi) crederem tamen probando solitum hoe vnum excusare ex his, quæ ad excusandum superius dixi in materia doli, & culpæ.

Vnde si apotheca frangatur in muro debili, cui erat prouidendum, pariter in ianua lignea, imputandum est sartori, cur in tempore non prouidit. *decis. Genu.56.num.7.*

36 Quid dicemus? transmittitur a multis Ciuibus aliquis sartor cum multis pecunijs ad emēdans merces in nundinis Fulginatensibus, derobatur in via, vtique non, per ea, quę superius dixi in loco de solito. Vnus tamen sartor amisit io ludo io via facto, postea allegauit casū, & nota ad id, quod superius diximus, io fractura apothecæ ad id, quod diximus de imperitia sartoris, dum posui ex multis, quod valet consequentia, est sartor, ergo fur. ne refūdāt in alios, quod illi fortasse fecerūt, & allegaoti casum, incubitonus probandi, prout superius dixi de probatione casus.

Et hęc conclusio quam maxime vera est, si furtum factum sit in stabulo, vel latrocinium, aut derobatio io loco solito commeari, quo casu connumerantur inter casus fortuitos. Bald. *in l. 1. C. depositi*, Bart. *in l. si quis ex argentarijs, §. an hærede, num.4. ff. de eden.* refert Anch. Regiens. *q.38.num.15.part.2.*

37 Et quoniam ingressi sumus materiam effractionis, & derobatioois satis vtilem, & practicatam, veniam ad materiam *l. dominus horreorum, & l. cum in plures, §. locator horrei, ff. loca. l. 1. &* l. *ex diui, C. loc.* quæ omnia iura tractant eandem materiam ponendo aliquas vtiles conclusiones.

38 Prima igitur conclusio sit ex *l. cum in plures, §. fin. ff. locat.* locator totius domus de custodia non teoetur secundum iotellectum. Bart. Castren. & aliorum, *in d. §. fin. & no. in d. l. dominus horreorum*, vbi dicit Barto. quod multi ciues in sua patria habent apothecas in plateis sine domibus, locando eas, de custodia non tenentur.

39 Et notabilis est in alio in hac locati & conducti materia text. *in d. §. fin.* vbi in eodē contextu sub verborum cumpendio locator horrei, & conductor horrei horrarius est, & sic æquiuocum in iure, de qua cōsideratione non vidi animaduersum a Spelin. *in suo Lexicon, in verb.* horrearius, & videtur pulcher textus consideratione æquiuocorum.

Vnde non videtur damnari apud antiquos legum professores vti verbis æquiuocis etiam in breui sermone.

40 Et quod dictum est in conclusione principali, sequitur, & commodat per multa iura per eum allegata Bald. *in l. 1. num. 1. in fin. C. loca.* vbi dicit multum referre, an quis habeat apothecam, vel aliam rem separatam, vel adhærentem, tameo Bal. qui omnia ferè sit, inter multa iura omisit text. (ni fallor) in terminis loquentem ad propositum præsentis conclusionis *de dicta l. cum in plures, §. fin.* vbi in verbo, totorum horreorum satis bene probare videtur hanc primam conclusionem. dixi ad excusandum alios Bald. satis inferiores, si non omnia tangunt.

41 Secunda sit principalis conclusio ad materiam l. dominus horreorum, *ff. locat.* locator apponendo custodes sciente, & patiente conductore in casu effractionis tenetur tantum ad exhibitionem custodum appositorum.

Ratio videtur in promptu, quia apponendo custodes de scientia conductoris videtur ea a se abdicasse; & commisisse custodibus electis, quo casu teneri videtur vt eos exhibeat. ita Azo. *in glos.* Bart. Castrens. & alij *in d. l. dominus.*

42 Tertia sit principalis conclusio. Locator renunciando expresse custodiæ, non tenetur, nisi vt custodes exhibeat, & ita teoet glos. *in d. l. dominus*, vbi legitur conductor, & Pau. Castre. reponit locator, *vt glo.* habeat bonum sensum, & de contentis in his duabus conclusionibus tractat *l. ex diui, C. loca.* vbi Bal. dicit, aut custos apponitur obtentu illius cootractus, aut quia erat consuetudo domini propter latam habitationem apponere custodem generalem.

Primo casu, aut domious apposuit in ingressu contractus, & in se custodiam transtulisse videtur, aut ex post facto, & tunc secus, quia cōtractus aliam legem assumpsit. Secundo casu loquitur l. *ex diui, C. loca.* vt liberetur exhibendo custodiam, idest custodes personaliter repræsentare, nec sufficit eos simpliciter nominare.

43 Barto. autem, quem ibi sequitur Castrens. dicit, aut custos fuit appositus ab initio, & locator ad nihil tenetur l. dominus, aut ex post facto, & res remansit penes locatorem, aut non, primo casu tenetur de custodia, alias non. Ita *in l. si vt certo, §. si de me, ff. commodat.*

44 Ex quibus infertur ad nonullas conclusiones, si potestas recommendauit aliquem in carceribus, postea dubitans misit familiam ad custodiam carceris, certe per appositionem custodis non videtur remissa custodia prisonerio, eum apud eum in carcere remaneret, secus si familiæ traderet. Bart. *in statuto loco, & in l. ad Commentariensem, ff. de custodia reor.* Marti. Laudens. de Castellano, §. 10. *Gramma. vot.29. num.* 10. Boer. *dec.207. limi.2. num.* 8. Menoch. *de arb. iudic. cas.200. declarat.2.*

45 Secundo infertur ad propositum materiæ locati & conducti, de qua agimus, quod si hospes locauit equum ad vecturam, & dedit mihi cum equo famulum, qui aufugit vna cum equo, vtique conductor nō tenetur de periculo, si contingat equum mori, vel deteriorari in itinere. Ita Bart. *in l. si vt certo, §. si de me, in si. ff. commod. in l. 1. § quemadmodum, ff. de libe. agnosc.* Bald. *in l eadem. C. loca.* Imo. & ibi Ias. *numer.8. in l. qui Romæ, §. Callimachus, ff. de verbor. obl.* Imo. *in c. vlt. de commoda.*

Et si mihi transmissus vt custodiat, nec de custodia teneturalias sic *Capr. regu.68. alias 78. num.62.* Paris. 156. & 158. *num.25. & 26. lib.4.* Bonacoss. *de famul. quæst.* 189.

46 Et illi vecturini non possunt pacisci, vel terminum prorogare in præiudicium Dominorum locantium, vt dicit Arg. *in d. §. Callimachus*, & dicit bene notandum. Feuer. Soarez. *in l. post rem iudicatam, num.* 19. quia quandoque ex aliqua recognitione de facili a conductoribus equorum corrumpuntur.

47 Quarta sit conclusio ad materiam *l. dominus horreorum, ff. locat.*

Per traditionem clauium locator liberat se a periculo custodiæ. Ita glo. quam ibi sequitur Barto. *ex l. clauibus, ff. de contrah. empt.* & sic habetur ampliatio

ad d.

ad d.l. clauibus, vt procedat, & locum habeat etiam in ocati & conducti materia. Franc. *decis*. 1069. *p*. 1.

48. Circa quam l. vltra scribentes *ad l. dominus*, notandum est, quod est glo. magistra, quam ibi summopere commendat. Bart. *in l. non debet, §. item si prædixerit in glos. 1. versi.* sed quid si dedit claues, ff. *Naut. Caupo. stabu.* quæ distinguit, aut claues fuerunt consignatæ ab initio, aut post.

49 Primo casu liberatur, secundo casu non, ne detur materia delinquendi, & cum furibus coeundi. Bald. *in rubr. C. deposi. q. 1. num. 1. in fin.* Bos. de fur. aduer. *nau. cau. stab. nu.* 5. & sic est vna declaratio satis (ni fallor.) vtilis ad materiam *l. clauibus*.

50 Altera sit, & non inutilis declaratio, quod talis cõsignatio fiat statim, & a principio, vt superius dictũ fuit, sed in conspectu rei, & mercium in horreis locatis reconditarum. Ita satis clare probat text. *in d. l. clauibus*, ibi, apud horrea consignatæ sint, & ita videbis in practica apud prudẽtes, & sagaces homines, qui præsente altero contrahente claudunt cameram vel horreum, & statim claues consignant conductori vel emptori nullo temporis intermedio posito, vel interiecto, & hoc modo euitantur multæ suspitiones, & ita tenet Bart. *in l. 1. num.* 18. *& ibi Ias. num.* 91. Rip. *nu.* 57. *ff. de acquir. possess.* Panor. *in c. 2. nu. 2. de consuetu.* Alber. *in l. 1. §. si iusserim, col. 1. ff. de acq. poss.* Soc. *in l. 3. num. 24. ff. eodem*, & hæc est communis opinio. Couarruu. *Var. resol. lib. 3. c. 16. num.* 11. Menoch. *de reti. nen. possess. remed. 3. num.* 578.

51 Cui addo Roman. *cons.* 337. *colum.* 2. & pulchram addit. *ad eum singular.* 137. licet contradixerit quandoque Alex. *in l. 3. §. Neratius*, & ibi recentiores, *ff. de acq. possess.* Rebuf. *ad regu. constitutiones*, Tom. 3. de materijs possessorijs *in præfat. num.* 60.

52 Altera sit conclusio. Locator horreorum tenetur de leui culpa tantum, & ita venit in hoc contractu locationis, prout superius vidimus, quæ conclusio vt procedat etiam si expresse promisisset custodiam, & l. qui mercedem, procedit, & habet locum, quando quis pro custodia principaliter mercedem recipit, sed in casu præsenti recipit quis mercedem pro vsu horreorum. Ita declarat Castrens. *in dicta l. dominus*, vbi sublimitat, nisi quis recepisset tanquam Nauta, Caupo, vel stabularius. Si autem locator horreorum obligasset se ad casum, tenetur de casu secundum eum, quæ superius diximus in materia casuum in quæstionibus præcedentibus.

53 Sexta sit conclusio ad materiam *l. dominus horreorum*. Si horrea erat intra domum habitationis ipsius locatoris, & sub vna clausura principalis domus, licet locator locauerit in totum, & tradiderit claues, non est liberatus a custodia si contingat fractura, ex quo sub vna clausura continentur. Ita Castrens. *in d. l. dominus, in fine, per l. cum in plures, §. locator, ff. locat.* quem ibi in hunc sensum intelligit, & vltra Castren. in citato loco hoc idem sentire videtur Petr. de Vbal. de duobus fratribus, *part. 8. quæst. 39. num.* 40. quod si ad horrea locata non est aditus, nisi per non locata ratione cohærentiæ videtur esse in culpa, & ob id tenetur non quidem actione *l. Aquil.* sed actione tantũ ex conducto, ex quo fuit locator in hoc causa damni mediate, non immediate, quæ per actionem ex conducto purgatur.

54 Subdit etiã, quod si sunt duo vicini, & vnusquisque habet cameram per partem non conductam, si vnus de nocte dimittat sportellum apertum, non tenetur vicino *ex l. Aquil. ex not. in l. si ruina, §. de prætorijs, ff. de vsufructu*, secundum verum intellectum. Sebast. Med. *de casi. par. 2. q. 10. num.* 21.

55 Habes igitur ex discursu quæstionis Petri de Vbaldis. Aut damni causa immediate fuit quoquo modo locator, & tenetur etiam *l. Aquil.* Aut fuit causa mediata, & purgatur actione ex contractu.

55 Addo ad declarationem materiæ vltra allegatos, quod no. Boss. *de remission. merced. condud. nu.* 98. si res asportantur casu fortuito, vel violentia, & locator non tenetur si vero non apparet de violentia, sed tãtum de amissione, & est præsumptio contra locatorem, si res suas saluas habet, alias non.

57 Reassumendo igitur, aut locator tota integra domus nulla cõuentione reseruata, & est materia *l. cum in plures, §. fin. ff. locat.* quandoque apposuit custodes sciente conductore, vel custodi renunciauit est materia *l. ex diui, C. loc. & l. dominus horreorum*; quandoque occurrit violentia, vel casus fortuitus est materia *l. 1. C. loc.* quandoque locatur pars eiusdem clausuræ. est materia *l. cum in plures, §. locator horrei, ff. loc.* & sic procedunt, ni fallor, leges titulorum locati & conducti.

Et textus l. dominus horreorum est etiam celebris nedum in locati & conducti materia, sed apud criminalistas, vt vicini, & famuli sint suspecti, & de facili torqueri possint. Bald. *in l. prima, C. deposi. consilio* 446. Barto. *in l. prima, ff. fur. aduersus.* Naut. Cau. stabula. Roman. *consil.* 8. Castrens. *consil.* 326. *in tertio dubio.* Boss. de indic. & considerante torturam, *num.* 66. vbi operatur etiam quoad condemnationem. Blan. *de indicijs.* 412. Octauian. Vulpel. *cons.* 65.

Parergon.

58 QVid tota die nostra torquemus ingenia, mentes, & animos subtilizando, modos, & vias occasionandi lucra, & quæstus in locationibus strictè conceptis de hac camera, horreo, vel apotheca? ecce fures, & fractores frangunt, & compilantur, & dominus nedum tenetur ciuili remedio, & actione, sed sæpius proceditur criminaliter torquendo, inquirendo, & condemnando, ecce lucra, molestiæ, & incommoda cum maximo sumptu, vitæ fastidio, & amicorum tota die in hoc laborantium.

59 Extat in præsenti materia effractionis horreorum locatorum celebre admodũ I.C. responsum, *in l. cum in plures, §. locator horrei, ff. loca.* vbi propositum locatoris in mente retentum nihil operatur, circa quem plures referuntur intellectus.

60 Primus igitur est ibidè intellectus, quod ibi illud propositum non fuit parti expressum, & iste fuit Petri intellectus, quem refert, & sequitur Cin. *in l. pacta nouissima. C. de pact.* Si igitur locator horrei nolebat immitti, nec aurum, nec argentum, neque margaritas in horreum locatũ, non sufficiebat, vt hoc haberet in animo suo, sed conductori intimare debebat.

61 Vnde secundum hunc intellectum, quando locatores in locationibus aliquid reseruare volunt, debent exprimere, vt sciatur.

Secundus fuit Iacob. Butrig. intellectus, quod ibi protestatio fuit ab initio simpliciter facta, ideo nõ ex-

tenditur

tenditur de ea, quæ postea ex interuallo fiunt, quos duos intellectus non admodum approbat Bar. *in l, nõ solet, §. morte, nu.* 21. *ff. de noui oper. nunciatione*. ex quo litteræ non conueniunt, quia text. ibi se fundat quod propositum habetur perinde ac si esset remissum, prædicti vero intellectus in eo se fundat, vel quia propositum non fuit expressum, vel quia ad illum actum non se extendit,

62 Sed certe recte (ni fallor) considerando, idẽ fere pro diuersa resultat. Si enim quid non exprimitur, sequitur alius effectus, quod tacite remissum censeatur, multi enim tacendo ideo tacent, quia remittunt propositum ab initio factum, & pœnitet illius propositi, & sic remittunt.

63 Tertius ita est *in citato loco* Bar. intellectus, quod protestatio fieri debet parti præsenti, & ideo *in d. §. locator*, non sufficit, quia pars protestationi non consentit, & sic duo presupponuntur, presentia, & consensus partis, quibus cessantibus, videtur recessum prout tex. dicit, & istum intellectum sequitur ibi Imo. Fulgos. & Alex. Castrens. *in d. §. locator borrei*.

Cum igitur protestaris parti (si potes) presenti, exprimas.

64 Quartus fuit Bal. intellectus, quod protestatio verbalis non tollitur per alium actum verbalem, *c. sollicitudinem, de appel.* sed bene per actum facti, prout ibi, quem late sequitur Castren. *in d. §. locator borrei*, licet moderat, Imo. *in d. §. morte*.

65 Quintus fuit promiscuus intellectus iungẽdo simul omnes, quod ibi non consensit protestationi, fuit ex interuallo, & venit ad actum facti contrarium verbis præcedentibus. Ita Ias. *in d. §. morte, numer.* 16. Norman *nu.* 99. 71. Anto. Rub. *nu.* 248. Cro. *nu.* 85. Ias. *ad l. pacta nouissima, num.* 11. vbi Cur. iun. *nu.* 25. *vsque* 30. *C. de pact.*

Et iuxta prædicta infertur ad tractatum, vt vulgo dici solet *di dozzina, ouero camere locande*, si scolaribus, vel similibus fiat furtum, dominus non tenetur. Marsil. in facti contingentia, *cons.* 92. *par.* 2.

66 A quo multæ eliciuntur cautelę, & defensiones pro locatore.

67 Prima, probatio eius bonę famæ.

68 Secunda, solitum alijs locare, nec fuit vnquam de similibus imputatus.

Tertium, quod tales relinquebant cameras sæpe apertas.

Quartum, quod multos, & multas in cameram inducere solebant.

69 Quintum, consignatio clauis ab initio locationis.

Cautus igitur erit, qui facit *dozzene ouero camere locande*.

70 Vlterius in hac locati & conducti materia, notabilis est tex. in hoc, quod in contractu locationis, & cõductionis patientia habetur pro cõsensu, & hoc multis modis contingit in tactatu locationis & conductionis. Quandoque enim locator patitur immitti in domum conductam rem periculosam, & tenetur tacite de periculo, *d. §. locatori*. Quandoque locator patitur inchoari tempus, & datur renouatio, *l. item quæritur, §. qui impleto, ff. locati*. de quo superius vidimus & magister nauis censetur tacite recõductus, quẽ dominus, passus est magisterio vti, *l.* 1. *§. magistrum autem, ff. de exercit. & l.* 1. *§. penu. ff. nau. caup. stab.* Casus fortuitus. mors est, *l. contractus, in fin. ff. de reg. iur.* Bald. *in l, quæ fortuitis, num.* 2. *C. de pign.* Actio. Bal. *in leg.* 1. *C, de his, qui ante aper. tabu. & in l.* 1. *C, quibus ad libert. perueni*, glos. & Dec. *in l. interdum, ff. de iudic. & Institu. de c. dimin. in princ.* Castrens. *consil.* 137. *volu.* 1. *&* 397. *num,* 3. *vol,* 2.

71 Et in materia mortis tetigi sup. *in tractat. de dolo, & culpa*.

Ex qua conclusione, & etiam ad propositum eorũ, quæ diximus in materia moræ præcedentis casum, & in propriis terminis locati & conducti, de quibus agimus, infertur ad materiam *l. in naue Sausel. ff. locati*,

72 Firmissima est conclusio, quæ a materia *l. in naue Sausel. ff. loc. & cond.* originem trahit, vbi Paul. Castr. dixit hanc legem esse principalem fundamentum totius materiæ, quod debitor quantitatis, vel speciei, ne perempta ante moram liberetur. ita Castr. ibidem, & late scribentes *in l. quod te*, vbi Ias. *nu.* 12. Dec. *n.* 6. Rip. *nu.* 4. *ff. si cert. pet. & ad l. si ex legati causa, ff. de verbor. obli*, & hæc est communis opin. Ias. *in l. fin. nu.* 12. *C. de contrahen. empt.* Ferman. *ad pacta conuenta, nu.* 80. *in* 3. *lectura, ff. de pact.* Eman. Soarez. *in suo thesaur. litera D. nu.* 7.

73 Et hęc conclusio varias a Doctoribus recipit limitationes, referam tamen eas, quæ faciunt ad materiã locati & conducti, materiam non exeundo.

74 Declaratur primo iuxta terminus locati & conducti, nisi tertius in iniuriam de debitoris acciderit, vel præcipitari curauerit, quo casu interitus culpæ debitoris adscribitur, per tex. in materia locati & conducti, *in l. si merces, §. culpæ, ff. locat.* de qua suo loco dicam ponit. glos. *in l. arbitrio, §. fin. ff. si cert. petat.* Sali. *in d. l. quod te*.

75 Subdeclaratur, quando pręcipiet immerentem, secus merentem, quia tuuc culpę non adscribitur, *l. qui seruum, ff. de verb. obl. l. quid ergo, §. si hæres, ff. de leg.* 1. *t. l. eleganter, §. fin. ff. de pignor. act. l. seruum quæ, ff. de pign.*

67 Declaratur secundo pariter iuxta terminos locati & conducti, in caprario, vel pastore, qui ratione officij tenetur probare non culpam, & casum iuxta ea, quæ alias late superius dixi.

77 Declaratur tertio in terminis *l. in naue Sauseli*, quę est in titulo locati & conducti, vt procedat, & habeat locum respectu quantitatis in quantitate incerta, secus in quantitate certa, quæ loco speciei debeatur Bart. per illum tex. *in l. vir vxori, ff. de dote prælegat.* licet Alex. contrarium teneat, *ad l. Titia textores, §. fin. de leg.* 1. *per d. l. in naue Sausel.* cui respondet Dec. *ad l. quod te, nu.* 6. quod ibi conductor erat debitor in genere subalterno, quo extincto ante moram liberatur, & ita declarat, Dec. ibi, *sub nu.* 6.

78 Declaratur quarto loco, quando species erat in facultate soluendi, secus si non erat in facultate soluendi. Ita Castren. Alex. & Dec. *in d. l. quod te*, per tex. loquentem in materia locati, & conducti, *in l. nauis onu. st. §.* 1. *ff. ad l. Rhodiã de iactu.* Possem multas alias afferre declarationes, his cõtentus esse volo, & debeo, de locato, & conducto loquentibus, de locato & conducto tractaturus.

79 Vnum non omittam satis ad propositum materiæ locati, & conducti, de qua agimus, quod Bar. *in d. l. in naue Sauseli*, valde commendat illam legem, quod rerum locatarum duo sunt genera, vel quod reddatur

idem

Digitized by Google

idem, vel tantundem, prout in conductore grani accumulati.

80 Pariter infertur ad materiam *l. si vehenda, ff. ad leg. Rhod. de iactu.* Conduxi mulionem ad portandum familiam meam super carris, vel naui, si animalia, vel aliqui de familia moriantur in itinere, an debeatur naulum, vel vectura pro eis considerandi sunt plures casus principales.

81 Primus casus est, quando vectura fuit imposita pro impositis in naui, carris, vel similibus, si aliqui decesserint locum pro mortuis non asportatis ad destinatum debebitur ea ratione, quia lex contractus impleta est sine culpa conductoris, *l. qui operas, ff. locat.*

82 Secundus est casus, quãdo vectura est imposita pro asportatis ad talem locum, & sic verba respiciunt executionem actus, & tunc pro mortuis in itinere non debetur. Ratio est in promptu, quia non est impleta conditio.

83 Tertius est casus, quando sumus in dubio, et tunc et eo casu etiam pro mortuis vectura debetur, cum non videatur stetisse per mulionem, vel nautam. Signor. *cons. 95. nu. 7.* commendat Roman. *singul. 555.* conduxi, &c. Strach. *de mercatur. in tit. de naui, nu. 17. p. 3.* idẽ de re tradita mulioni ad aliquem locum perferenda, Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 87.*

84 Ampliatur vlterius hæc principalis conclusio, vt nedum mors inter casus fortuitos connumeretur, sed etiam infirmitas *leg. si quis in graui, ff. ad Sillan.* Rip. *de pest. col. 2. & sequent.* & hoc siue infirmitas corporis, siue animi, *l. si cum dotem, §. quid enim, ff. sol. matrimon.* & posui superius de locatione ad longum tempus *ad leg. 2. C. de iure emphyt.* late Perusin. *36. nu. 11. part. 2.* Stor. *de restitutione in integrum, p. 1. q. 11. artic. 6. cum sequen.*

85 Ampliatur idem esse in senectute, *l. si vt certo, §. videndum, ff. commodat.* Sfor. *de restitut. in integr. q. 3. articulo 3.*

Factum tertii casus fortuitus reputatur. Bertrand. *cons. 139. vol. 1.* Sebast. Medic. *de casibus, & pericu. p. 1. q. 13. sub nu. 18.* & circa præsentem indagationem bene facit *in l. si merces, §. culpæ, ff. locati*, quæ in materia satis frequens, & vtilis est.

86 Ampliatur primo loco dispositio, *§. culpæ*, vt faciẽda sit conductori remissio propter bellu, vel aliud impedimentum prouenienis ad iniuriam, odium vel culpam locatorũ, quę conductori nocere non debent, Bar. *in l. cotem, §. qui maximos, de public.*

87 Vnde si conduxi prædia, & possessiones tuas, et tẽpore messium inimici tui inferunt damnum in membris, nocere mihi non debet factum inimici tui, & sæpius in facto visum fuit, quod banniti fecerunt insupportabilia damna in bonis etiam locatis.

88 Ampliatur secundo, vt nedum sit facienda remissio sed teneatur ad interesse tam lucri cessantis, quam damni emergentis Aret. *cons. 139.* quod valde commendat Hieron. de Monte *quæst. 27. nu 45.* & hæc est communis opinio. Boss. *de remiss. merced. publicanorum, nu. 22.*

89 Subampliatur, etiam si dominus patientiam offerat pro aliis annis. Ruin. *consil. 65. num. 3. volum. 1.* amplians, vt in hoc procedat dispositio *l. si fundum, §. colonus*, cum ibi not. *ff. locat.*

Addo Anch *consil. 414.* Anan. *cons. 44. nu. 2.* Crau. *consil. 95. num. 8.* Pari. *consil. 40. nu. 6. lib. 1.* Alciat. *resp. 689. nu. 4.* Soc. iun. *cons. 120. nu. [illegible] lib. 3.* Bero. *consil. 140. nu. 13. lib. 1.* Rola[illegible]. *consil. 68. nu. 22. lib. 4.* Franc. Becc. *cons. 45. nu. 20. part. 1.*

90 Ampliatur tertio loco dispositio *§. culpæ*, vt procedat, & habeat locum, siue locator habuerit inimicitias sua culpa, siue non, siue inimicitiæ fuerint iustę siue non: siue culpa fuerit ordinata ad casum, siue non: siue fuerit causa immediata damni, siue nõ. Hoc vnum satis est, quod damnum fuerit illatum ad inimicis locatoris, & hoc dicitur culpa, Barto. Castrens. Salic. *in dicto §. culpa*, sequitur Abb. *consil. 21. volum. 2.* Alex. *cons. 84. volu. 6.* Corn. *consil. 23. col. 2. volum. 2.* & hæc est communis opi. Gozza. *consil. 27. sub num. 28. vers. præterea*, vbi & magis veram dicit Mascard. *de probation. in verbo. incendium, in fine*, Menoch. *consil. 55. nu. 14. lib. 1.* Neuizz. *cons. 91. num. 9.* Alcia. *respons. 689.* Bal. *in l. dotis, Cod. de iur. dot.* Soc. sen. *cons. 122. col. 2. versic. moueor, lib. 1.* Calca. *cons. 66. numer. 1. & 2.* Ioseph. de Ludoui. *de communi, conclusi. 12. sub declarat. 8. colum. 8.*

91 Licet alias contrarium tenuerit Alex. *consil. 20. volu. 5.* dicens, quod odium debet esse rationabile. Bart. *in l. 2. §. fin. ff. si quis cautiou. in l. si vt certo, §. incertum ff. commod.* Alexand. *in l. quamuis, ff. solut. matrimon.* vbi volunt culpam debere esse ordinatam. Abb. *in ca. quia diuersitatem, de concess. præbend.* Felin. *in c. inter, col. 2. de except.* vbi volunt, quod culpa sit causa non occasionalis.

92 Ampliatur quarto, vt non præsumatur in dubio culpa conductoris, sed locatori alleganti incumbat onus probandi, Bald. *in l. penult. in princ. ff. solut. matrimon. in l. 2. §. item si in facto ff. de verb. oblig. per l. item quæritur, §. exercitu, ff. locat. & l. per imprudentiam, ff. de custi.*

93 Caute tamen articulandum erit, quod conductor ratione suspicionis odij, vel inimicitię adhibuit maiorem diligentiam, quam esset solitus, Salyc. *in l. sed de damno, ff. loc. in l. ad cos, ff. commod.*

94 Secunda est cautela, vt si potest cõductor prouidere, quod prouideat intimando, & instruendo locatorem. Similiter tenetur obstare quantum potest. Bart. ibi melius Castrens. & Alexand. *in additio. in penultima, ff. solut. matrimon.* Ias. *in l. 2. §. item si in facto ff. de verb. oblig.*

Addo, quod si in facto tertij ex culpa locatoris protestatio requiritur, Socin. *cons. 120. num. 22. lib. 2.* Alcia. *cons. 127. nu. 5. 6. & 7.* Menoc. *cons. 120. nu. 13. & 14. lib. 2.* Bero. *cons. 130. num. 13. lib. 1.* Roland. *cons. 68. nu. 29. lib. 4.*

95 Declara, nisi impedimentum esset notorium. Bos. *de remissio. merced. conducto. nu. 96.* Menoch. *consil. 55. 14.* vbi de communi, pariter in illo casu, siue factum locatoris sit iustum, siue non. Neuiz. *cons. 29. numer. 9.* Deci. *consil. 356. col. 3. vers. 2.* respondet Rui. *cons. 77. num. 1. lib. 5.* Pari. *cons. 101. nu. 95. lib. 1.* Butr. *decis. 40. nu. 7.* & hæc est magis communis opi. Ioseph. de Ludo. *concl. 12. declarat. 8.*

96 Declaratur dispositio *§. culpæ*, vt procedat, si damnum sit datum mere, & præcisæ culpa locatoris, tunc enim tenetur, secus si cuiuscunque alij, ita verisimiliter fecisset, & isto casu factum tertij dicitur casus fortuitus, Bart. ita declarans, *in l. penultima, ff. solut. matrimonio.*

97 Vnde consideranda est qualitas personæ, si est ho-

mo

Digitized by Google

mo infamis, vt derobatores viarum, & similes, & tũc non tenetur locator, quia habetur actus indifferens & casus vere fortuitus, secus si odio quodam particulari prosequebatur locatorem, & ita personæ considerandæ sunt.

98 Declaratur secundo, vt procedat in fructibus nedum perceptis, secus in damno dato in fructibus iam perceptis, & recollectis. Ruin. *consil.* 147. *sub numer.* 8. *volum.* 1.

99 Declaratur vlterius, quod violentia, vel alius casus proueniat sine culpa locatoris, liberatur cedendo actionem, quæ cessio fit sine sumptibus cedentis, securissimus in dubio, an interuenerit culpa, vel non, vel constet de culpa. Ita Castrens. post Bar. *in l. si ea res, ff. de actio. empt.* vbi Bar. allegat *§. culpæ*, Lanfran. *in tit. de exception. cap.* 4. *nu.* 7. *in fine*, vbi allegat *l. si ea res*, ad propositum materiæ locati & conducti, de qua agimus.

Addo prædictis omnibus. Campeg. *de Dot. parte* 2. *q.* 81. post Bart. *in l. in his, ff. de solu.* quod inimicitia, & factum tertij annumeratur casui fortuito, si sit inimicitia publica, *per l. si merces. §. vis maior, et l. item, quæritur, §. exercitu, ff. locati*, vel si propter culpam causata est illa inimicitia, & subdit, quod sciens habere suspicionem, vel inimicitiam, debet esse admodũ diligẽtior, alias sibi imputandum est.

Vnde multa excusant conductorem, protestatio, cessio, & exquisita diligentia.

100 Vltimo loco in præsenti indagatione addo vnum satis frequens, ꝙ si equus mordet aliquem, qui dolore ductus vulnerauit equum, ex hoc non tenetur ad interesse, Bal. *in l.* 1. *col. antep. versic. quid repudioso, C. vnde vi*, commendat Vincent. de Annal. *singul.* 173. attestans in magna Curia fuisse absolutum.

De incendio, Præsumptio, Probatio, Cautela, Excusatio.

1 INcendium etiam est casus fortuitus, toto titulo de incendio, ruina & naufragio, *leg. contractus, in fin. ff. de regul. iur. l. ex conducto, §. primo, & fin. ff. locat.* Anan. *consil.* 71. *colum.* 2. Bott. *de remiss. merced. cond. num.* 74.

ADDITIO.

☞ *Sebast. Medic. de casib. fortuit. par.* 1. *q.* 16. *nu.* 16. *Menoc. cons.* 53. *nu.* 21. *Surd. decis.* 193. *nu.* 3. *in fine.*

2 Incendij materia est ampla prout ignis, est etiam profunda, Veron. *in tit. de fornace*, est etiam, valde nodosa, sed vtilis, Turzan. *opin.* 186.

3 Incendium igitur præsumitur culpa inhabitantiũ *l.* 3. *§.* 1. *ff. de offic. præfect. vigil. l. si vendita, ff. de periculo & commod. rei venditæ*, quorum vnus loquitur generaliter, prout *in d. l. si vendita*, alter regulatur perdictionem, plerunque, prout *in d. l.* 3. *§.* 1. Bald. *consil.* 148. *vol.* 2. *in l. creditor, nu.* 1. *in l. quæ fortuitis, num.* 4. *C. de pignor. actio. cons.* 421. *&* 442. *volum.* 3. Mandos. ad Rom. *consil.* 401. Menoch. *cas.* 390. *nu.* 1. Ioseph. Mascard. *de probat. in verb. incendium, nu.* 1.

Addo in terminis locati, & conducti, *l. qui insulam §. fin. & l. ex conducto § fin. ff. locat.* & dicitur miraculum apparere incendium, & nesciatur, nec præsumatur a quo, Bal. *consil.* 179. *volum.* 3. Alphaa. *report. st.* 336. & hæc est communis opinio Alex. *cons.* 50. *nu.* 2. *lib.* 1. Thom. Ferret. *consil.* 36. Cæpoll. *consil. crimin.* 39. Marsil. *l.* 1. *num.* 11. *de sicar.* Bursat. *cons.* 53. *nu.* 4. *volum.* 1. Vincent. *singul.* 694. Calcan. *consil.* 39. *&* 10. *n.* 2. & magis communem dicit Mago. *Rot. Florent.* 11. *nu.* 18. Hier. Gabr. Meno. *de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 61. *nu.* 31. *lib.* 5. *præsumpt.* 3. *nu.* 129. *præsumpt.* 42. Silua. *cons.* 46. *nu.* 8.

4 Ampliatur hæc conclusio, etiam si plures sint personæ prout plures, *§. si quis vero, ff. de his*, qui deiecerunt vel effuderunt. Salic. *in l. qui fortuitis, nu.* 10. *C. de pignor. action.*

5 Declaratur hæc ampliatio, vt talis præsumptio non sufficiat ad condemnationem, quãdo sunt plures personæ, secus in vna tantum.

Vnde ad condemnationem certa persona probanda est, Bal. *in l. si creditor, de pignor. actio.* Ias. *cons.* 116. *numer.* 3. *libr.* 1. Salic. *in d. l. si vendita, & in dicta l. quæ fortuitis.* Anan *consilio* 71. Florian. *in l. si quis fumo. §. quod dicitur, ff. ad leg.* Aquil. vbi dicit, nihil imputandum nisi certa persona determinata probetur. Bald. *consil.* 441. *vol.* 1. *&* 447. *vol.* 3. Alex. *cons.* 50. *volum.* 1. *&* 71. *vol.* 6. Gozzad. *consil.* 63. Paris. *cons.* 87. *volum.* 4. Gramma. *cons.* 22. pulchre Hieron. Gabr. *cons.* 159. *nu.* 7. *volum.* 1.

ADDITIO.

☞ *Mars. de probatio. nu.* 420.

6 Addo ab eo non allegatos, & in materia bene loquentes, & de communi pariter attestantes, Iac. Nouell. *reg.* 18. Veron. *cons.* 70. Afflict. *decis.* 77. *num.* 4. Et hæc est communis opinio Roland. *cons.* 95. *nu.* 12. *vol.* 1. Iacob. Menoch. *de arbitr. iud. lib.* 2. *centu.* 4. *c.* 390. *n.* 5. *&* 11. *de præsumpt. lib.* 1. *q.* 59. *&* 97. *nu.* 11. Ancar. *cons.* 71. Benincas. *de paupert. q.* 7. *special.* 3. *vltimarum voluntatum.* Roman. *cons.* 40. Bero. *decis.* a 37. *in fi.* Rebuff. *ad l. dicens, nu.* 41. *ad Sillan.*)

7 Vidi tamen a multis quæsitum. Quid prodest ista præsumptio a iure considerata, si non sufficit ad condemnationem? Quidam ex Doctoribus, quos ego vidi aliquantulum cęperunt degustare hanc difficultatem, nam Francis. Marc. in suo casu, non visus, *quæst.* 521. *parte* 2. hoc innuit, vt dominus domus grauetur hoc onere probandi non culpam, ex his, quæ superius diximus, *ex l. si quis ex argentarijs, §. nec haberi, ff. de edend.*

8 Sed quid prodest ista applicatio culpę, si non sufficit ad condemnacionem. Iac. Menoc. *in alleg. casu, nu.* 5. *in fi.* dixit in facti contingentia fecisse retinere omnes, & integrare de incendio.

9 Sed quando hoc non possit, quid agendum?

Ampliatur secundo loco principaliter, *leg.* 3. *§.* 1. *ff. de off. perfect. vig.* vt incendium nedum pręsumatur culpa inhabitantium, sed conuersantium tantum, & nedum semper, sed aliquando tantum. Alexan. *consil.* 59. *volum.* 1.

10 Ampliatur tertio loco principaliter, vt teneatur etiam pro vicinis ædibus combustis. Petr. de Vbald. *de duob. fratr. q.* 10. *p.* 8. *cir. med.*

11 Declaratur hæc conclusio, & ampliatio si de incẽdio tenetur, & est in leui culpa, & in materia locati & conducti

conducti recepta est conclusio; aut est incendiũ commissum dolo, lata culpa, vel leui, & tunc conductor tenetur, quia in contractu locationis venit leuis culpa, vt dictum est suo loco superius, secus in leuissima, ad quam conductor non tenetur, nisi in omittendo tantum, Bald. *cons.* 149. *vol.* 2. Gozzad. *consil.* 63 *nu.* 18. Gramma. *consil.* 3. *nu.* 11. Marsi. *in l.* 1. *nu.* 11. *de sicar.* Mascard. *de probat. in verb. incendium, nu.* 5. Sebast. de Medic. *de cas. & pericul. part.* 2. *q.* 7. *nu.* 12. Ferrat. *cautel.* 76. Couarr *de sponsal. part.* 9. *c.* 6. *§.* 8. *nu.* 14. Hieron. Gabri. *cons.* 159. *nu.* 2. Mant. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 6. *tit.* 12. *nu.* 8.

12 Est etiam conductor in culpa leuissima, faciendo, apponendo ignem contra voluntatem domini in loco periculoso, quod postea fuit causa incendij, *l. videamus, §. si ff. de negoc. gest.* ita Salyc. *in d. l. quæ fortuitis, nu.* 9. *& in d. l. iudicio pariter, nu.* 9.

13 Et pro hac declaratione est glossa singularis *in §. hactenus, in verbo, debet, Instit. quibus modis re contrahitur obligatio,* cuius opinio est communissima Mago. *post alios,* late Rot. Florent. 11. *nu.* 23.

14 Vnde ex hoc admodum versabitur iudicis arbitriũ in dijudicando culpam latam, vel leuem conductoris attenta qualitate personæ habitantis, quantitate ignis, & si in domo reliquit adolescentes, pueros, vel puellas. Gozz. *in allegato consilio.* Iacob. Menoch. *in allegato cas. numer.* 17. Roland. *vt sup. nu.* 15. Trigo. *sing.* 57. Franc. Marc. *decis.* 61. *nume.* 7. *p.* 1. Nouell. *reg.* 18. *decis. Perus. nu.* 10. *par.* 1. Cephal. *cons.* 362. *parte* 2. vbi docet articulandum esse culpam latam, vel leuem, & quæ sit.

Ampliatur quarto dispositio, & materia *l.* 3. *§.* 1. *ff. de offic. præfect. vigil.* vt paterfamilias dicatur in culpa pro sua familia, si in eius officio delinquat, vt coquus in arte coquinali, famulus in stabulo, cuius cura commissa est, & similes sic similibus officijs præpositæ personæ. *gloss. in l. ne quid, in verbo,* a possessoribus, *ff. de incend. ruin. naufra.* cuius opinio communiter approbatur, vt per Salic. *in d. l. si vendita.* Mascar. *in citato loco, nu.* 7. vbi dicit ex mente Antiquorum, quod actor habet intentionem fundatam in culpa ex iuris præsumptione, & aduersario incumbit onus probandi casum. Imo. *in l. damos, ff. de l.* 1. Cano. *in c.* 2. *deposi.* Ang. *conf.* 97. *incendium.*

15 Addo bene loquentes, & ab eo non allegatos, Bald. & Salic. *in l. qui iudicio, C. locat.* qui loquuntur in Ragatio, qui minus diligenter tenuit lucernam in stabulo. Iaso. *in l. si quis, §. prætor ait, ff. de edendo.* Gramm. ad Afflict. *decis.* 57. *in fine.* Calcan. *cons.* 61. *&* 62. *nun.* 16. *&* 64. *num.* 3. Cæpol. *consil.* 69 *nu.* 15. Crauet. *inter consil. criminal.* 116. Menoc. *consil.* 53. Burlat. *consilio.* 69. *numero* 19. Bonacoss. *de famu. q.* 57. *prope medium.* Mago. *Rot. Florent.* 111. *numer.* 22 vbi late profitetur, Petr. de Vbal. *de duob. fratr. par.* 8. *quæst.* 18. *decis. Perusi.* 10.

16 Ampliatur quinto loco notabiliter vltra Mascard. & alios, & quam maxime ad propositum materiæ locati & conducti, de qua agimus, vt dominus teneatur de incẽdio habitantiu etiamsi protestatus fuerit nolle teneri, si culpa ipsius, vel habitantium proueniat, *l. qui insulam, §. colonus, ff. locati,* quem singularem dixit Roman. *singular.* 29. si quis la. *in l. sed & si quis, §. quæsitum, numer.* 40. *ff. si quis caution.* Rip. *in tracta. de pest. cap.* 2. *nu.* 40. facit text. *in §. tria, Inst. de excus.* tutorum. Et quæ ponit Felin. *in c. fin. de testibus.*

17 Ampliatur sexto, vt non valeat pactum, & conductor non teneatur de incendio, si modo culpa familiarium non contingat. Firm. *in verbo pactum locatoris, vers. fin.* Boss. *de remiss. merced. conduc. nu.* 86.

Vnde admodum celebris est textus *in §. colonus,* Si enim dicat conductor, vel colonus, aduerte locator, quia ego nolo teneri de vi, vel violentia, certe hoc intelligitur de violentia extraneorum, nõ familiarium ipsius conductoris, quos prohibere non poterat.

Et facit ad ampliationem regul. *l. inquisitio, C. de solut.* quod in generali sermone non includitur persona loquentis.

18 Ampliatur enim non solum in persona loquentis, sed suorũ familiarium, & sic si vis de hac regula tractare, vti conseruatus, in materia locati & conducti, recurre ad notat. *in l. qui insulam, §. colonus, ff. locati.*

19 Quem casum non vidi in materia appositum ab Anton. Gabr. materiam ponente, *conclus.* 9. *de verbor. significat.*

20 Ampliatur septimo, vt conductor domus combustæ teneatur etiam ad interesse extrinsecum vltra æstimationem rei combustæ, hoc modo distinguendo; aut fuit in dolo, vel in culpa. Primo casu tenetur ad interesse extrinsecum, & ad resarciendũ omne damnũ locatori, intelligendo de damno proximo ex igne, nõ autem de damno remoto postea succedere ex noua causa etiam occasione dictæ combustionis, sine qua non contigisset, ex quo tanquam remotum non est in consideratione, *l. Neratius, ff. de seruo corrupto.*

Secundo casu, aut conductor fuit in lata culpa, vel leui. Primo casu remittitur arbitrio iudicis; potest. n. esse tanta condemnatio domus combustæ, vt conductor hinc ad pauperiem satis puniatur.

Et contra superficies domus combustæ adeo vilis, damnum verò extrinsecum locatoris adeo magnum, & culpa tam dissoluta, vt parum absit a dolo, vt merito condemnatio augenda sit, ne pro vilis supeficiei æstimatione liceat maius damnum impune inferre. Ita discurrit Caball. *de eo, quod interest, numer.* 79. *cum sequen.*

21 Limitatur primo loco dispositio *l.* 3. *§.* 1. *ff. de offic. præfect. vigil.* vt conductor incendij causa non teneatur, si in caupona, vel hospitio aduenarum, vel hospitum causa incendium sit commissum, quorum opera paterfamilias non vtebatur, quia eorum culpa alteri non debet esse damnosa *l. si seruus seruum, §. si quis insulam, & §. si fornicarius ex l. qui occidit, §. in hac. ff. ad leg. Aquil.* Saliect. *in d. l. si vendita, numer.* 3. vbi appellat hoc casu incendium fortuitum, cum eorum opera non vtatur, *& in leg. quæ fortuitus, num.* 7. *C. de pignor. actio.*

22 Vnde cautus erit conductor, non grauare aliquẽ famulum aduentitium alicuius aduenientis hospitis, quia in hoc videretur eligere ipsius operam, & sibi in incendio præiudicaret.

23 Et collige incendium reputari casum fortuitum, si proueniat culpa personæ aduentitiæ, quæ ratione exercitij recusari non poterat, quæ enim culpa est cauponis, si accedens hospes cum lucerna, incendium commiserit (cogitur hospitari) & casum non præuidit, & mala electio in famulo siue domi, siue vecturino, vel alias quomodolibet adscribitur culpæ locatoris; *leg. cum plures, §. seruum, ff. locati,* cum concordant,

dant. *per glos. in l. non vt Seruius. §. fin. ff. de negoc. gestis, in verbo, elegeris, l. prima ff. furt. aduerf. naut.* & electi videtur in eo officio delegat. Ruin. *conf. 62. num. 1. lib. 5.* & stant periculo eligentis. Ruin. *consil. 161. n. 1. lib. 4.* & prius cogitare debuit. Crauet. *conf. 97. num. 4. & 170. num. 11. Mago. Rot. Floren. 50. nu. 9.*

24 Limitatur secundo loco, si incendium fuerit ab hostibus publicis, vel latronibus immissum, incendiarij enim solum tenentur, non habitatores, cum culpa vacent Salycet. *in dicta l. quæ fortuitis, num. 9. per l. data opera, C. de his, qui accusa. non possunt.*

25 Sublimita, nisi incendium sit commissum ab hostibus conductoris post conductionem factam, *per l. si merces, §. culpæ ff. loca.* vbi superius vidimus, & pariter de incendio, vel damno culpa locatoris, vel facto tertij, ibi placeat videre.

26 Limitatur tertio, si incendium raro contingat, quo casu dicitur insolitus casus, nec culpæ annumeratur. Bald. *in l. 1. prope finem, C. depos.* Mascard. *de probat. in verbo, incendium, num 20. per l. fistulas. §. frumenta. ff. de contrahen. empt.* de cuius materia superius vidimus *in res de casibus, in q. de casibus insolitis.*

27 Limitatur quarto, & hec est limitatio, & cautela simul allegando, vel probando vigilantiam, & diligentiam, quæ principaliter consistit in duobus.

Vnum est ex parte domini, siue habitatoris, probando se fuisse vigiles, & diligentes, & consueuisse ad monete domesticos, & familiares, vt ignem diligenter custodirent. Bal. *consil. 491. post num. 2. col. 4.* vbi fortuitus dicit, quod in dubio vigilantia, & diligentia præsumitur, nisi negligentiæ signa assignetur, quem sequitur Alex. *in l. si quis ex argentarijs, §. prætor ait, post num. 19. ff. de eden. versic. non omitto, & consil. 50. in fine lib. 1.* Marsil. hoc valde commendans, & dicens relatu dignum, *conf. 77. 10 causa falsitatis, num. 13. & singular. 393.* Cepoll. *consil. 70.* Ioan. Crot. *in l. quarta, num. 76. versic. ex hoc notate, ff. de verb. oblig.* Calcan. *consil. 66. num. 12 in fine.* Fran. Niconit. *in rub. Cod. de eden. num. 48. versic. vnde videmus.* Mascard. *de probat. in verbo incendium, num. 19.*

Addo Marsil. *sing. 74.* Gram. *decis. 3. nu. 13.* Ioseph de Amic. *in rub. C. publ. leti. lib. 12. pag. 67. num. 8.* Ferrat. *cau. 37. in fin.* Gram. *decis. 3. num. 13.* late Mago. *Rot. Flo. 111. num. 28. cum seq.*

28 Secunda est diligentia boni, & diligentis patrisfamilias in eligendo personam reputatam diligentem Rolan. *consil. 91. num. 11.* Anchar. *consil. 248. nu. 2.* Cepol. expresse *consi. 69. num. 5.* qui loquuntur in duobus puellis tantum in domo relictis Cuc. iun. *conf. 129.*

29 Quod ampliatur, vt procedat etiamsi esset in culpa famuli tempore incendij, delicti, vel mortis, argumento *l. argentum, ff. commoda.* & ita vidi in facti contingentia iudicatum, & est communis opinio, vt per Ana. *consil. 71. num. 3.*

30 Bene verum est, quod si coquus, vel similis diligens sit in eius officio, cooperiendo diligenter ignem, si alius extra officium delinquat, excusatur. Ita Salicet. *in l. quæ fortuitis, num. 7. vers. autem familiaris, C. de pignor. action. per l. si extraneus, ff. locati, & dicta l. si vendita, in 2. respons. & d. §. si fornicarius.*

31 Facit pro aduenis de nocte surgentibus, & lumen coquo dormiente excutientibus & lumen accendentibus. Limitatur quinto, vt præsumatur culpa inhabitantium, quoties probetur, vnde initium habuerit incendium: nam nisi de initio constet, non potest illius culpa præsumi, & absolui debet reus. Roman. *consil. 401.* Bald. *in d. l. si venditi.* Ana. *consil. 71.* Hieron. Gab. *conf. 159. num. 8.* Soc. *regula 222. in verbo, incendium, in vltima limitatione.*

Vnde volens defendere conductorem de incendio domus, probare debet incendium habuisse initium in loco, vbi de facili ignis esse non debebat. Roland. *conf. 95. num. 22. vol. 2.*

32 Et iuxta prædicta infertur in facti contingentia, quod si vnus conductam habet partem superiorem domus; alter inferiorem, nisi clarissime constet, qua in parte incendium inceperit, nemo tenetur. Bald. *in l. 3. §. 1. ff. de offic. præfect. vigil.* Alex. *conf. 50. vol. 1.* Paris. *conf. 87. vol. 4.* Hieron. Gabr. *d. conf. 159. num. 6. part. 1.* vbi etiam post Alex. per eum allegatum dicit quod non est necesse probare, quod in ea parte ille fit solitus conuersari cum lumine, sed satis esse de conuersatione tantum, quamuis non sit probata cum lumine & habilitas, & aptitudo concurrat.

Addo bene in proposito loquentes Gozza. *conf. 63. num. 12.* Gramm. *dec. 3. num. 2.* Marsil. *in l. 1. nu. 110. ff. ad l. Corn. de sica.* & hoc valde commendans *singul. 24. num. 6.* Ferra. *conf. 37. num. 2.* Menoch. *d. cas. 390. n. 11.* Bucl. *conf. 59. num. 10. part. 1.* Beniincas. *de pauperta. te. q. 9. special. 3. num. 17. cum sequent.*

33 Si tamen locator vult conductorem teneri de incendio, & leuissima culpa, apponat in instrumento hæc, vel similia verba.

34 Quod conductor promisit re locata bene, & diligenter frui, & diligenter vti, nec finere dictam rem locatam ad alium deuenire, nec quouis modo dirui, vel deteriorari suis, dolo, vel negligêtia, vel defectu. *decis. Perus. 25. nu. 16. lib. 1.* Bonacoss. *tract. cautel. litera C,* licet Gozzad. *consil. 93. dissentire videatur.*

35 Illud tamen in hoc non omittam, quod licet quando interuenit dolus, vel lata culpa, quis pro incendio non possit criminaliter puniri, saltem ad pœnam corporalem, secundum Cyn. *in l. data opera, C. qui accu. nõ poss. l. capitalium, §. incendiarij, ff. de pœn.* tamen tenetur

36 ad emendationem damni pecuniariter, seu ciuiliter, & vbi non esset soluendo, lueret in corpore. Franc. Marc. decisio. Delphi. *511. num. 3 p. 2.*

37 Excusatur autem multis modis ab incendio conductor, Primo vtendo ad vsum destinatum, alias vtêdo ad vsum non destinatum, vel alterando vsum tenetur conductor. Grat. *conf. 47. num. 15. vol. 1.*

Vnde alteratio in incendio tripliciter contingit, ad culpam habitantis, Re, loco, tempore: re, si plus debito ligna apponit: loco, si incongruus sit, periculosus, & insolitus: tempore, si in loco aperto, & flante vento. Salicet. *in l. quæ fortuitis, C. de pignor. action.* Gozza. *consil. 63. num. 1.* Rolan. *conf. 95. num. 16. volum. 2.* late Mago. Rot. Floren. *111. num. 39.* vbi excusat conductorem, quia dominus non locauit totam domum, retinêdo pro se partem vbi retinebat ligna in ma ficca ad ignem propinqua.

38 Excusatur secundo, si ignorauit, vnde prohibere non potuit. Calc. *consil. 64. num. 7.* Ruin. *conf. 21. num. 1. lib. 4.*

39 Excusatur tertio, si conductor nullum commodû sentit nec vindictæ, nec pecuniarum. Calca. *conf. 63. num. 1.* Iac. Menoch. *conf. 53.* Rub. *conf. 15. num. 3.* pulchre Crauett. *conf. 75. num. 13.* Roland. *conf. 38. nu. 38. lib. 1.*

*lib.5.*vbi idem si paruum commodum, & Dec.*consil.* 175.*col.6.circa medium*, Marsil.*cons* 77.*nu.*8. vbi bene loquitur Soc.iun.*cons.* 37.*nu.*27.*lib.*2.)

40 Excusatur quarto, si vsus fi. homi ne perito, & diligẽti, nec solita delinquere in eius exercitio, prout superius vidimus. Et in muliere, quę in aptanda canape incendium commisit.

Consuluit Cephal. *cons.*632. *p.* 3. quem posuit in furno, vt melius appareret.

Addo Specu. *in tit.de damn.dat.in fin.* Castrens. *in l. videamus, ff locat.* vbi hoc articulandum mouet.

41 Excusatur etiam conductor, si non fuerit probari negligentia conductoris, & hoc tempore incendij. Gram. *decis.*72.*nu.*13.

42 Excusatur sexto, si ignis ortum habuit a loco non consueto. *Ias cons.*116.*nu.*2.*vol.*1.

43 Excusatur septimo, si ignis ortum habuit in loco idoneo, & in quo lumina non frequentabãtur. Anch. *cons.*348.*post nu.*2. Paris.*cons.*87.*nu.*7.*vol.*4.

44 Excusatur octauo, si probetur ignem fuisse visum in alia parte, quam habitata. Buriat.*cons.*59.*n.*10.

ADDITIO.

☞ *Et generaliter, quis excusatur ab incendio, si probetur aliunde ortũ habuisse. Hercul. post ritatos de negati. n.*50.

45 Sed nunquid datur liberatio in materia locati & conducti exhibendo animal pro noxa?

Vtique non, sed est in electione locatoris, contra quem agat, Bero.*q.famil.* 39.*nu.* 3.

46 Et dicit Franc.Marc.*decis.delphin.*521.*nu* 6.*par.*1. quod agaso, vel mulio in duobus casib. non liberatur dando animal pro noxa. Primo, nisi fuerit in culpa nimium onorando animal, *ex l.*1.*in princip. & l. agaso, ff. si quadrup. pauper. fecisse dicatur.* Secundo, quando non adhibuit debitam diligentiam, *ex c. presbyterorum, & c. dilectus, de homic.*

Solet etiam a multis longa serie dari distinctio in materia incendij.

Aut damnum ex incendio est in prędio rustico, aut vrbano. Si rustico, aut in fęno, stipula, & agris tempore messis, & tunc incendium aut est ex fulgure, & tũc vt casus fortuitus nemini adscribitur, *l. si fortuito, ff. de incend. ruin. naufrag.*

47 Vidi tamen quandoque casum, quis parum fidelis, & deuotus curauit metere in festo met S. Ioan. Baptistæ, Petri, & Pauli, vel simili die, cum deuotiõne venerando, venit fulgur à cœlo fortasse miraculose, tũc præcedit culpa casum, et temporis habenda ratio est, maxime ad laudem Dei, & Sanctorum eius.

48 Si vero damnum est ab homine, tunc aut persona est certa, aut nõ. Si persona est certa, aut ex causa belli, vel incursus hostium, & incendium datum ab vno ex illis casus fortuitus reputatur, etiam si quis causam belli dedisset, quia non est immediate ordinata ad casum. Marian. Socin. *in c. si quis domum, nu.*47. *de iniur.*

49 Ampliatur etiam in inimicitia particulari, quo casu non imputatur, qui fuit in dolo, puniri debet pœna mortis, vt ibi per Socin. *nu.*61.

Si verò non fuit in dolo, sed lata culpa, vel leui, tũc tenetur ad emendationem damni, & punitur arbitrio iudicis. ita Menoch. *in allegato casu* 390.*num.*18.*& sequent.*

59 Quod si fuerit in leuissima culpa, tunc aut incendium est commissum in committendo, aut in omittẽdo. Primo casu tenetur actione legis Aquil. vt per Soc. vt sup. *n.*26.*& n.*58.

51 Si verò culpa leuissima fit in omittendo, tunc ad nihil tenetur, nisi in specie suscepisset incendij casum, vel nisi suscepisset custodiam agri pro mercede, quo casu custos tenetur, vt dictum est.

52 Quod intellige dummodo ignis fuerit immissus in agro, vel fornace tempore debito, & fuerit custoditus, prout decet, alioquin tanquam in culpa puniri debet.

53 Si verò persona fuit incerta, aut ille, ad quem spectat, poterat renouare incendium, aut non.

Primo casu tenetur ad emendam; acclamare enim debebat, vel quid simile operari.

Secundo casu aut aliquo pacto constat incendium a familia immissum fuisse, aut non. Primo casu aut in familia habet personas solitas ista facere, vel quæ de facili facere possent, vt ebrij, furiosi, seu maligni, aut non. Primo casu aut adhibuit omnem diligentiam, & ex his damnum non datur, & tunc non tenetur, alioquin tenetur saltem ad damni emendationem. Soc. *in d. loco, nu.*48.

54 Quod si tales personas non habuerit, & ignis fuerit immissus debito, loco, & tempore, & modo, non tenetur, licet dãnum dederit, vt quia vi ventorũ ignis fuerit expulsus.

55 Quando vero persona est omnino incerta, & tunc vniuersitas tenetur ad emendationem damni, si non reperiatur a quo incendium ortum habuerit, nec verisimiliter præsumi possit, quod a familia deuenerit, & hoc propter negligentiam custodum, & præfecti vigilum, & hoc est commune per totam Italiam, vt per Socin. *in citato loco, nu.*53.

56 Si verò incendium ortum fuerit in prædio vrbano, puta domo, aut ignem constat euenisse extra domum, aut intra. Primo casu, aut constat euenisse fortuito casu, & nemini imputatur.

57 Si verò constat de certa persona, aut dabat operã rei licitæ, & non debet imputari. Si vero illicitæ, & culpa erit ordinata ad casum, punitur pęna incendiarij, alioquin extra ordinem.

58 Si autem persona erit incerta, tenetur vniuersitas, seu vicinitas, quando ex alio domo vicini accessisset.

59 Si verò incendium intus ortum habuit, aut est solus habitator, & custos domus pro mercede, tenetur etiã de leuissima culpa, nisi probet se vsum omni diligentia in domo custodienda.

Si vero est conductor, non tenetur, nisi constet de aliqua negligentia in contrarium. Igneus *in l. contractus de reg. iur.*

Si verò sũt plures, aut sub vna familia, aut diuersis. Primo casu si paterfamilias fuit diligens in retinendis famulis seu custodiendis filijs tenebitur, alias secus. Et hoc cum dubitatur a qua persona ignis sit accensus.

Si verò persona est certa, tunc aut fuit in culpa aut nõ. Primo casu tenetur ille, qui damnum dat, vel pro eo paterf. Secundo casu non. *Soc. d. loco n.*4.

60 Si vero plures familiæ in eadem domo habitant, tunc aut apparet culpa familiæ, aut non. Primo casu tenetur de ille, a quo incendium ortum habuerit. Secundo casu damnum est commune.

Quod

61 Quod si nulli erant habitatores, tunc si ignis de cęlo non fuit immissus, de necessitate præsumitur, quod extra fuerit immissus, quia sine culpa alicuius indeterminatæ personę non præsumitur euenisse, licet quandoque ignoretur illa persona, *l. si venditas, ff. de pericul. & commod. rei vendita*, & tunc ad damnum agetur contra vniuersitatem.

Quòd si aliquis doli capax ignem ad caudā canis mitteret, ex quo censeretur incendium, puniretur, nisi ex causa ludi publici ageret alias secus. Socin. *in d. loco num 47.*

62 Quæ distinctio, licet longa fortasse sit, videtur satis materiam incendij amplecti. Considerare igitur placeat.

63 Principalis text. qui allegetur in hac incendij materia, videtur textu *in l. si vendita, ff. de pericul. & commod. rei vendita*, & in hoc Doctores principaliter se fundare videntur, propterea vtilitatis causa subnectam aliquas considerationes.

64 Solet ponderari a multis ille textus, primo ad probandum, quod conductor in materia incendij teneatur de leuissima culpa, astringitur enim ad probandum suam diligentiam, & frustra esset necessaria defensio, si esset tutus a culpa leuissima.

65 Secundo loco ponderatur ille text. *in verb. diligentes, & frugi*, quæ verba arguere videntur leuem culpam, *l. si conuenerit, cum l. seq. ff. de pign. action.* Bart. *in repet. l. quod Nerua, col. 9. in 6. q. princ. ff. deposit.*

66 Nec contentus ibi I.C. apponere verbum, diligenter, addit & verbum frugi, & sic geminando arguere videtur præcisam leuem culpam.

Laudatur igitur diligentia hominis frugi.

Præterea ponderatur ibi adhibere, quod est facti, quæ facta non pręsumuntur, nisi probentur, *l. in bello, §. factæ, ff. de cap. & postlimin. reuersis.*

67 Vlterius ibi text. arctat dominium sub conditione .f. si diligentiam & c. quę conditio importat, vt verum probare debeat, vt per Dec. *in rub. 6. de probat.* nec est dicendum legem transferre probationem in dominū qui haberet negatiuam pro se difficilis probationis, iuxta notata *in l. in illa, ff. de verb. oblig.* & maxime in his quæ fiunt in domibus clausis, & secretis, & sic debet excludi impossibilitas, & capi intellectus facilioris probationis, *l. quoniam, de hæred.*

68 Item ibi insula custodienda: nam ille qui tenetur ad custodiam, tenetur de leuissima culpa, & de leui, et veniente casum illam probare debet, *l. si a bona fide, §. 1. ff. de rei vend.* Item oportet eum fuisse diligentem, sed si non probetur eum fuisse diligentem, dicitur nō fuisse, cum paria sint non esse, & esse, & non apparere, *l. in lege, ff. de contrah. empt.*

Et quando pro incendio agitur criminaliter, datur actio ad interesse, & propter omissionem competit vtilis actio *l. Aquiliæ*, Alexan. *in l. qui bona, §. cum inter, in fin. ff. de dam. infect.*

69 Nolo tamen omittere vnum, quod innuit Grat. materiam late percurrens, *cons. 47. nu. 13. par. 2.* dum vult, quod dispositio *l. 3. §. congruit, de off. præfect. vigil.* procedat criminaliter agendo, quod patet respon. sio ad quæsitum superius factum, dum vidi tuus super prima ampliatione, quid prodest ista præsumptio cōtra personam indeterminatam, si non sufficit ad condemnationem? certe ex quo criminaliter agitur, talis præsumptio facit indicium.

Vltra tamen iam adductas addo nonnullas alias pręsumptiones in materia incendij.

70 Prima est, vtendo aliter, quam sit conuentum, *l. videndum, in princ. ff. locat.*

71 Secunda est, vtendo ad alium vsum, quam destinatum Bar. *in l. cum in plures, ff. locat.* Alex. *cons. 117. col. fin. vol. 2. & cons. 106. col. penul. vol. 3.*

72 Tertia est, alterando vsum, puta faciendo coquinam, & ponendo plurima ligna sub dicta coquina. Cornel. *cons. 28. col. 2. vol. 2.* Anchar. *cons 348.* vbi congruitas loci excludit, & excusat, incongruitas loci arguit Grat. *cons. 47. num. 18. par. 2.*

73 Vnde debemus caute procedere, nam cameram nō debemus applicare ad coquinam, & si propter occurrentias fiat ignis in camera, sit moderatus, & non prout in coquina, et sala, et loci prout temporis ratio habenda est.

74 Si verò paterfamilias reliquit in domo duas puellas, & idsolitum erat excusatur ab incendio laso. *in l. si quis ex argentarijs, in §. fin. ff. de edend.* dicens ita obtinuisse Cremonæ. Grat *cons. 94. nu. 54. vol. 2.*

Illud addo, quod contra conductorem incendiarium res, & rerum quantitas, qualitas pretium, & æstimatio probatur iuramento damnum passi. glos. *in l. summis, in fin. & in l. in actionibus, ff. de in litem iurand.* Plot. *in contract. §. 46. in fin.*

75 Et per modum corollarij ex prædictis infertur, quod licet regula sit, vt quilibet præsumatur bonus, & diligens *l. cum pater, §. rogo, ff. de leg. 2.* Alciat. latè *reg. 3. præsumpt. 2.* vbi dicit esse præsumptionem naturę, vltra eum ex prædictis limitatur, vt non procedat in his, quæ sonant in factum, ad quæ tenetur vigore contractus.

76 Secundo non procedit quando ex illa quis sentiret damnum, vel diminutionem patrimonii. Abb. *in cap. cum iure de offic. delegat.* Deci. *in cap. ad hæc, col. 2. de appel.* Grat. *cons. 46. num. 21. par. 2.*

Prosequendo materiam incendij nunquid exusta, vel destructa domo durabit locatio, & conductio?

77 Videbatur quod non, *ex l. repeti, §. rei, ff. quib. mod. vsufruct. amitt.* vbi re exusta extinguitur vsusfructus, nec in area durat.

78 Contrarium est verius, quia in area, & reliquiis durat locatio, & conductio, nisi res locata sit in totum, & penitus extincta. Cæphal. *in terminis. consil. 271. volumin. 2.* & facilius amittitur vsusfructus. Alberic. *in l. quid tamen, §. in nam, ff. quibus mod. vsufruct. amittatur.*

ADDITIO.

☞ *Natt. cons. 377. nu. 2. Surd. amplians in emphyt. decis. 326. num. 46.*

79 Bene verum est, quod interim conductor non tenetur ad pensionē aliquam, sed sibi fit remissio. Imol. *in d. c. potuit, num. 40. de loc.* Bru. *de interit. & perempt. conclus. 8. fall. 1.*

80 Et sic officina exusta reficiatur, durat locatio, & reuiuiscit, vt per Doct. *in l. domos, ff. de leg. 1.*

Addo bene in materia loquentes *Ias. in l. 1. col. 3. vers. Ego autem, & iterum, col. 17. vers. & ista etiam. C. de iur. emphyteut.* & latius Tiraq. *de retract. lignagier. ad finem titul. numer. 74. cum duobus sequentib.* ybi idem

aite re xusta in pignore, rettact, & similibus, Boss. *de remiss. merced. conduct. num. 6*. Sebast. Medic. *de reg. iur. reg. 6. nu. 64. par. 1.*

81 Et in materia locati & conducti de qua agimus, est tex. *in l. si quis domum, in fin. ff. loc.*

Qui textus vna cum doctrina Imo, superius allegata procedit in conductore ad tempus modicum, cui fit remissio mercedis pro eo tempore, quo ædificium stetim exustum, vel dirutum, secus in conductore ad longum tempus, qui tenetur ad persoluendam integram pensionem etiam quod ædificium in totū corruerit, quia in fine restituuntur, non compensat cum pensione, sed repetit meliorамenta finita conductione, vt per Natt. *conf. 13. n. 15.* Riminal. iun. *conf. 49. lib. 1.* late Ioseph. de Ludouic. *conclus. 12. versic. & in tantum, fol. mihi 23.* vbi etiam habetur, quod si conductor ad modicum tempus reficiat domum compensat cū pensione etiam durante conductione. Vide Pedem. *decis. 89. num. 9.*

82 Restringitur ergo ex prædictis dispositio *l. repeti, §. rei*, ad metum, & simplicem vsumfructum debiliorem, & fragiliorem aliis.

83 Durante igitur re debetur pensio *d. l. si quis domū, §. fin*, re durante exusta, vel diruta non debetur aliqua pensio a conductore ad modicum tempus re refecta, ac relarcita reuiuiscit locatio, & si reficiatur a conductore, compensat cum pensione. Bal. *in l. licet, C. lor.* Boss. *de remiss. merced. conduct. n. 61.* Sebast. Medic. *de regul. iur. par. 1. reg. 6. nu. 64.* & molendino destructo remittitur pensio, Io. de Piat. *in l. si. C. de omn. ag. deser. lib. 11.* Sebast. Medic. *nu. 68.*

84 Vnde etiam text. *in l. fundi, cum l. seq. ff. quibus mod. vsusfruc. amittatur*, vbi petit viusfructus exulta, & diruta re principali, secus diruta, vel exusta villa, vel alia re accessoria, quia in vna durabit vsusfructus, & hoc secundum glos. & Alber. ibi exemplificatur in vsufructuario omnium, vel plurium bonorum.

85 Pariter econtra si inquilinus, vel conductor, vel emphyteuta ædificauerit bona fide sciens aream alienam esse ædificio diruto, competit actio ad materiam vendicandam, nisi probetur animo donandi fecisse: cantiuncula ad paraphrasem *Institu. de rerum diuis. fol. mihi 208. per tex. in materia locati & conducti; in l. sed addes, §. si inquilinus, l. dominus, §. 1. ff. locat.*

86 Adde vlterius in materia incendii, quod conductor domus exustæ tenetur vicino ad emendam damni. Bald. *conf. 149. vol. 2.* Dec. *conf. 473. in fin.* Ancharan. *conf. 348. nu. 1.* Cagnol. *late in l. 3. n. 414. ff. de origine. iur.* Ioann. de Anan. *conf. 71.* Grammat. *conf. crim. 22.*

Sterilitas, Bellum, Pestis.

1 HÆC, & alii similes innumerabiles casus fortuiti reputantur. Castrens. *in l. ex conducto, §. vis, numer. 5. ff. loc. l. si vno, §. item cum quidam, ff. eod. gloss. in l. licet, in l. sterilitas, ff. locat.* Boss. *de remiss. merced. nu. 1.* Neuiz. *conf. 62. num. 12.* Sebast. *de casibus, parte 2, quæst. 3. in princ.*

Propterea diuina fauente gratia, quæ liberare dignetur ex sua misericordia, & pietate ab omni sterilitate, siccitate, peste, & bello, aliqua fortasse non inutilia tractabimus de remissione mercedis propter sterilitatem, bellum, pestem, & alios casus fortuitos, non separando materias, sed eas vtiliter coniungendo, idq; eo libentius facio, quia præcesserunt duo anni 1586. & 1587. in quibus tanta venit siccitas arborum, & maxime vitium, & oliuarum, tam suprema grani, segetum omnium penuria, vt nulla vnquam lebebit obliuio: videbas enim agros, in quibus plusquam mille virebant vtilis, & fructuosæ oliuarum plantæ, & arbores omnes in radicibus penitus desiccatæ, vt superuenerit quam maxime in hac Vmbriæ Prouincia olei penuria extrema cum luctu non paruo: respiciebas sitibundas planities, in quibus tot labores impendisti, & vites omnes vimis inhærentes penitus desiccatas, granum preterea quanti valuerit, neminem later. (Bone Deus) ne respicias peccata nostra, sed a simili influentia libera nos semper bonitatis, & fœcunditatis largitor.

De remissione mercedis.

QVÆSTIO I.

1 IVre Pontificio, & Cæsareo constitutum est propter sterilitatem fieri mercedis remissionem, c. propter sterilitatem, de locato, *l. licet, C. loc. l. si merces, §. vis maior, ff. loc.* Vtu. *opin. 63. par. 2.* vbi de communi Rub. *conf. 13. in fin. par. 1.*

Quæro primo loco, quæ, & quando dicatur sterilitas, quæ intolerabile damnum appellatur *d. §. vis maior*. Multorum in hoc fuit opinio, & quælibet communis in hac infœlici legali philosophia.

Prima fuit opinio, sterilitatem tunc dici, cum fructuum pars tertia perdita fuit. Abb. *in d. c. propter sterilitatem, nu. 1.* Neuiz. *conf. 90. nu. 8. vers. quarta opin.* Ruin. *conf. 81. num. 3. lib. 1.* & hæc opinio verior est in conscientia. Summa Ang. *in verb. locatio, nu. 16. prope medium.* Pernicol. Mozz *de contrac. cap. de locato, in verbo, accidentia, num. 12.* licet in foro Cæsaris sit nimium rigorola, vt per Couar. *practi. cab. q. c. 30. nu. 1.* circa medium, examinabit igitur diligenter conscientiam suā, nec confidat quid teneat forum Cesaris, sed forum poli, & vera conscientia.

2 Secunda est opinio, cum semen iactum, & seminatū non colligitur. Ita antiqui relati per gl. *in d. c. propter sterilitatem*, quam secuti sunt Innoc. & Barba. ibi, & Petr. de Bellaper. *in d. l. licet*, & hæc vera, & indubitata opinio teste Neuiz. *conf. 90. num. 1. in fin.*

3 Verum hæc opinio non videtur admodum tuta, cū vere dicatur sterilitas, quando colligitur semen iactū, & aliquid plus, vt recte animaduertit Salic. *in d. l. licet*, & Abb. *in d. c. propter sterilitatem, nu. 13.*

4 Tertia est opinio, quando est vltra dimidiam, hoc est cum colonus non collegit fructus, qui deductis expensis non valent dimidiam pensionis satisfacere, quasi necessaria sit deceptio vltra dimidiam, Abb. *in d. c. propter, n. 12.* Iacob. Menoch. *de arb. iud. lib. 2. centur. 1. cas. 79.*

Addo vltra cum bene in materia loquentes Bart. *in d. l. licet, C. locat.* Boss. *de remiss. mercedis conductor. nu. 2.* Butr. & Imol. *in dicto capit. propter.* Castrens. *in l. ex conducto, §. si vis, nu. 5. ff. locat.* appellans hanc opinionem rationabilem. Alex. *conf. 107. num. 18. libro 7. conf. 3. num. 6. libr. 1.* probat etiam Anton. Gomel. *de contrac. cap. 3. nu. 18.* Capic. *decis. 88. nu. 1.* Corn. *consil. 128. nu. 26. lib. 2.* Paril. *consil. 88. num. 23. libr. 1.* Gigas, *de pension. q. 66. num. 18.* & hanc dixit magis communem opinionem

opinionem Aret. *conf.* 52. *nu.* 2. Soc. *iun. conf.* 68. *num.* 9. *lib.* 2. Grat. *conf.* 161. *nu.* 5. *lib.* 2. Ari. Pinel. *ad leg.* 4. *C. de resciuden. vendit. c.* 3. *num.* 21. Gozzadin. *conf.* 74. *col.* 1. Rip. *de pest. cap.* 2. *n.* 25. Sebast. Medic. *de cas. & pericul. par.* 2. *q.* 3. *nu.* 3. Ioan. de Amic. *conf.* 142. *nu.* 3.

Et hanc etiam communem dicit Viui. *lib.* 1. *opin.* 46. Rui. *conf.* 81. *vol.* 1. Fran. Marc. *decis.* 208. *sub num.* 17. Aemilian. *conf.* 4. *nu.* 15. Pernicol. Mozz. *de contract. titu. de locat. & conduct. in verbo, accidentalia, num.* 15. vbi post Abb. & alios veriorem dicit Ioseph de Ludouic. *concl.* 12, *colum.* 5. *vers. declara tertio.* Emanu. Sorez. *in suo thesau. littera C. numer.* 220. *& littera S, num.* 177. vbi magis communem appellat Silua. *consil.* 35. *nu.* 27. Rimin. iun. *conf.* 44. *nu.* 4. Roland. *conf.* 86. *volum.* 3. Bello. *conf.* 45. *n.* 21. Anan. *consil.* 74. Bursatt. *conf.* 309. *nu.* 2. 3.

5 Ampliatur hæc opinio, vt procedat. & habeat locum, tam vbi pensio soluenda est in fructibus, quam in pecunia. Ari. Pinel. *in citato loco, nu.* 24.

6 Declaratur, vt ex parte conductoris, deduci debeat primo loco semen, & expensæ. Bar. & Castr. *in d. §. vis maior, num.* 4. Aret. *d. conf.* 52, Soc. iun. *d. conf.* 58. *nu.* 9. Grat. *d. conf.* 161. *nu.* 21. Viui. opinio 46. *part.* 1.

Declaratur secundo, vt pro rata sit habenda consideratio, quo verbo, rata, vtitur Iurisconsultus *in l. si vno, §. vbicunque, ff. loc.* vbi pro rata temporis. Summus verò Pontifex *in d. c. propter sterilitatem ponit verbum, Rata*, & videtur ponere respectu quantitatis, & pensionis; sed I.C. *in d. §. si vis, & §. vis maior*, agit de remittenda pensione tota, non pro rata.

7 Vnde si locantur duo puta petia terrarum, si vnum penitus extinguatur, vel alio modo, & conductor vti non potest, pro illa re, vel rata rei, fit remissio. Similiter si sunt duo petia terrarum in duobus locis, & in vno loco contigerit sterilitas, pro rata facienda est remissio, quoad locum illum tantum, vbi contingit sterilitas. Anto. Anguiss. *conf.* 8. *lib.* 2. Pernicol. Mozz. *in citato loco, num.* 20.

8 Pro rata igitur facienda est remissio, quæ rata cõsideratur tripliciter: respectu quantitatis, & pensionis, respectu loci, respectu rei.

Considerandum est etiam, an fructus sint prorsus extincti, vel grauiter, quia a pari procedunt, vt considerat Pinell. in citato loco, ampliando in hoc dispositionem, §. vis maior.

9 Multi etiam in hoc aliam differentiam ponunt. Aut damnum contingit ei vi extrinseca, & facilius succurritur conductori; aut damnum contingit vitio rei, & tunc non succurritur conductori, nisi omnes fructus extinguantur. ita Aret. *in allegato cõs.* 52. *limitando l. ex conducto, §. si vis, ff. loc.* vbi I.C. agendo de remissione, videtur facere differentiam; aut damnum contingit ex casu, vel vitio rei, & summus Pontifex *in d. c.* propter sterilitatem, a pari ponit vitium rei, & casum fortuitum.

10 Igitur de pluribus ratio habenda est. Aut nihil est collectum etiam semen, vel semen tantum, & nihil aliud deductis expensis, & in totum fit remissio, nec habet locum pro rata, & ita procedit *l. ex conducto. §.* 1. Aut parum quid perijt vltra semen, & pro rata fit remissio, & ita procedit §. vis maior, & ibi per Castrens. *num.* 4.

11 Declaratur tertio, vt attento Iure Canonico, quod maximè obseruari debet in terris Ecclesiæ, semper pro rata facienda est remissio, licet non sit intolerabile damnum, & sic vera, & propria sterilitas: ita si verum est. Pernicol. Mozz. *in citato loco, nu.* 21. dicens hanc opinionem benigniorem.

12 Declaratur quarto loco, vt procedat, & habeat locum, quando fundus adijcitur causa taxationis, puta promittendo decem corbes frumenti, quæ nascentur, ita tali fundo, quo casu fit remissio, si non nascentur, *l. cum certus, ff. de vino, & tritico legato. gloss. in l. hactenus, in verbo, ab ea, ff. de vsufruct. glo. & alij, in l. inter stipulantem, §. sacram, ff. de verb. oblig.* Imol. Salicet. & alij, *in l. si quis argentum, C. de donat.* secus si fundus adijciatur causa demonstrationis, promittendo decem quartingos ex tali fundo, quo casu debentur, etiam si non nascantur, *l. Lucius, ff. de alimen. & cibar. lega.* Gig. ita distinguendo *de pensionibus, quæst.* 62. *num.* 18.

13 Practicando igitur probabitur regula, deducendo defectum huius qualitatis collectionis dimidiæ fructuum. Paris. *consil.* 38. *in fine, lib.* 2. Hercula quis teneatur probare negatiuam. *num.* 165. & hæc probatio debet esse concludens. Boss. *de remissio. merced. conduct. q.* 1. Pedemon. *decis.* 50. *numer.* 3. Rimin. iun. *conf.* 40. *nu.* 12. *lib.* 1. *& conf.* 92. *nu.* 10. *eo. lib.* & sufficit probare sit parum vltra dimidiam. Ioseph. de Ludoui. *conclus.* 12. *declart.* 1.

14 Declaratur quinto, quòd si fructus illi pauci sint effecti per se cariores, quod per venditorem ipsorum pensio integra solui potest, quo casu non fit remissio Corn. *conf.* 128. *col. pen. lib.* 2. Rol. *conf.* 86. *nu.* 8. *lib.* 3. Cepha. *conf.* 104. *num.* 3. *lib.* 1. Rim. *in prin. de donat. nu.* 10. *q.* 8. vbi commendat.

15 Declaratur sexto, si fructus in vna parte fundi sint æquiualentes, licet in alia parte secus, tunc non fit remissio. Rimin. iun. *conf.* 40. *nu.* 11. *&* 34. *lib.* 1. isti enim duo casus sapiunt tacitam compensationem.

16 Consulitur tamen locatori, vt compareat, & offerat se paratum recipere fructus, & si conductor recusat, non fit remissio. Paris. *conf.* 38. *lib.* 1. Rol. *conf.* 86. *nu.* 9. *lib.* 3. Ioseph. de Ludouic. *conclus.* 11. *declara.* 4.

Et addo dictum Castrens. *in §. vis maior, nu.* 5. quod memoria dignum posuit Ari. Pinel. *in l.* 2. *par.* 1. *c.* 3. *nu.* 25. *C. de rescind. vend.* vt conductor deducto semine, & expensis, residuum offerat, vel tradat, dicens hanc opinionem admodum æquam.

17 Quarta fuit Bartol. opinio *ad l. si merces, §. vis maior num.* 4. *ff. locat.* tunc dici sterilitatem, & remissionem pensionis concedi, cum deductis expensis nihil ex fundo accipit, quem secutus est Aret. *consil.* 52. *col.* 2. Paris. *d. conf.* 28. *col. fin.* Aemilia. Ferrar. *conf.* 4. Pernicol. Mozz. *de contract. in titul. de loca. & conduc. in verbo, accidentia, numer.* 17. vbi in practica seruandam dicit.

Quam opinionem mordet Panormit. *in d. cap. propter sterilitatem, num.* 13. quod si esset vera, semper ratione sterilitatis fieret remissio totius pensionis, nõ autem alicuius partis pro rata damni, quod falsum est, quia etiam remissio pensionis fieri debet pro rata damni contingentis, quamuis hoc damnum non acciderit ad omnium fructum calamitatem, vt clare habetur *in d. cap.* propter sterilitatem, & superius deduximus super tertia opinione, & Panor. adhæret. Couarru. *practicab. quæstio. capit.* 30. *colum.* 5. *in fin.* Iacob. Menoch. *de arbit. iud. lib.* 2. *centur.* 1. *consil.* 76. *versic.*

quarta opinio, & propterea, Bart. id fortasse, videns, dixit aliud *in d. l. licet, C. loc.* de læsione vltra dimidiã.

Altera est de sterilitate opinio, vt iuxta vulgi opinionem ea iudicetur, Vnde licet sterilitas vere non sit, si tamen vulgus eam iudicauerit, communi vulgi opinione, & sententia sterilitas sit appellanda, & iudicanda, & hanc opinionem tenuit gl. *in l. licet, C. loc.* Bar. *in l. merces, §. vis maior, nu. 5. ff. locat. in l. si vno, §. vbicunque, ff. eod.* Alex. *conf. 3. lib. 1. conf. 107. nu. 18. lib. 3.* Socin. sen. *conf. 100. in princ. lib. 1*, latissime Neuiz, *conf. 100. nu. 2. 3. & 4.* Menoc. *casu 76. opin. 5.*

Addo bene loquentes, quod hæc est cõmunis opinio. Turzan. *opin. 107.* Salic. *in d. l. licet.* Bott. *de remiss. merced. conduct. nu. 2. gloss. in l. si vno, ff locat.* Card. & Butr. *in c. propter sterilitatem*, vbi Barb. *nu. 24.* testatur opinionem Bar. *in d. §. vis maior*, de qua supra *opin. 4.* communiter damnari, licet ipse concludat, vt hoc iudicis arbitrio definiendum sit, & cum eo in iudicando tenendum tenet, Viu. *opin. 276. part. 2.* vbi pariter de communi Soarez, *in suo thesau. in verbo conductor, nu. 220.*

* Et magis communem, & veriorem, & tutissimã dixerunt Grat. *consil. 161. num. 6.* Mich. Grass. *lib. 1. commun. opin. cap. 14. quæst. 4.* Bero. *conf. 141. num. 1. & 6. vol. 1.* Bursat. *conf. 11. num. 14. vol. 1.* Nauarr. *capit. 17. num. 188. de septimo præcepto decalogi.* Mozz. *in verbo, accidentalia, nu. 13.* & in practica admodum commendat Aduocatis, & Procuratoribus. Couarr. *d. cap. 30. in princ.* saltem ad coadiuuandam intentionem, Euerard. in loco a toto ad partem, *num. 4.* inferens, quod statur opinioni vulgi, an sit sterilitas particularis in vno prædio, sicut in omnibus simul Lup. *in cap. vestras, §. 18. n. 31.* vbi declarat vulgus esse vicinus loci informatos.

19 Sexta fuit opinio sterilitatem dici arbitrio iudicis, qui erat circumspectus in qualitate personę, loci, temporis, & expensarum pastarum. Barb. *conf. 21. colum. penult. lib. 2. & in d. c. propter sterilitatem.* Neuiz. *conf. 90. num. 15.* Ioan. Lup. *in rubr. de donat. inter virum, & vxo. §. 31. nu. 12.* Iac. Menoc. *in allegato casu, in fin. fere*, admodum in hoc iudicem admonens.

* Addo ab eo non allegatos, & bene loquẽtes, quod hæc est communis opinio, Cott. id valde commendas *in verbo conductor*, Rol. *conf. 86. in fin. vol. 3.* Soarez *in verbo conductor, nu. 219.* Bursat. *conf. 11. in fin. vol. 1.* Sebast. Medic. *de cas. part. 2. q. 3. nu. 2.*

Commendat Couar. in citato iam loco cum moderatione, non posse aliter de fatiri, nisi per testes constet de fructibus perceptis, & hoc caruit diligens Aduocatos. Seraphyn. *de priuileg. iuramen. priuileg. 87. num. 87.*

* Ampliatur etiam in conductionibus publicis, *glos. l. 2. §. fin. ff. de administ. rerum ad Ciuit. pertinent.* Et asserenti se non recollegisse tot fructibus, qui ad pensionem sufficiant incumbit onus probandi. Mascard. *conclu. 250. nu. 5. in fin.*

Parergon.

ET sic vides quam hodie confusa, & infælicissima sit hæc legalis scientia. Sex opiniones omnes communes, diuersę, & magis communes. Bone Deus si sterilitas venit in fructibus, cur non in tot Doctorũ opinionibus? ne remissio modo aliquo petatur, & quamdiu stabit ad nascendũ alias communis opinio? Igitur læsio, vulgus, inanis recollectio, arbitrium sterilitatem arguunt, & demonstrant.

Tertia tamen opinio receptissima videtur.

QVÆSTIO II.

VIdimus quid sit sterilitas, quando, videamus de causis ipsius, quę adiuuabant, dum arbitrio iudicis remittitur, si enim causa aliqua processit, facilius iudicabitur effectus sterilitatis.

1 Causa, prima igitur est tempestas, *l. ex conducto, §. vis tempestatis*, vbi Castrens. *nu. 5. ff. loca.*

2 Causa secunda locustæ, sturni, grilli, de quibus supra, Magon. *Rot. Florent. 7.*

3 Causa tertia, niues immoderatę, Santernus de assecura. *nu. 76. & 80.*

4 Causa quarta, grando immoderata, *d. §. vis tempestatis.*

5 Causa quinta, pluuia insolita, Bal. *conf. 173. vol. 4.* Bott. *de remiss. merced. nu. 24.*

6 Causa sexta, siccitas immoderata, Sebast. *de casibus part. 2. quæst. 5. in fin.*

7 Causa septima, putrefactio elementi, vel aeris Bald. *l. licet, C. loc.*

8 Causa octaua, incendium repentinum, de quo supra, & alijs modis per discursum apparendis.

* Nauarra autem in Manual. *de 7. præcept. cap. 17. nu. 184.* dicebat illam opinionem sibi, videri æquiorem, quando de tribus partibus, duæ tantum colliguntur, & hoc casu pro rata fit remissio; puta si debeantur tres, soluantur duo.

QVÆSTIO III.

VIdimus quid sit sterilitas, quando dicatur, & vnde originem habeat, caueatur, & proueniat. Videamus modo in quibus personis verificari possit dispositio *c. propter sterilitatem l. licet, §. vis maior, ff. loc.* proprius semper accedendo ad materiam locati & conducti, de qua agimus.

1 Tertio igitur loco quæro an dispositio *c. propter sterilitatem*, vendicet sibi locum in emphyteuta, & non separando materias, quod dicitur de sterilitate, intelligatur quęsitum de bello peste, & similibus impedimentis. Hęc quæstio fuit apud Doctores dubitatissima, & in ea quot capita, tot sententiæ articulus tamen valde vtilis est, & quotidianus, vt per Las. *in l. 2. nu. 81. C. de iur. emphyt.*

2 Pro parte negatiua facit tex. *in d. cap. propter sterilitatem, in verbo, conductores, sed emphyteuta non est conductor, merito &c.*

Secundo pro hac parte facit *l. 2. de alluuionibus*, vbi speciale est in fundo tributario, ergo in contrarium est ius commune, *l. ius singulare, ff. de legib.*

3 Et hanc opinionem negatiuam tenuit Iacob. Butrigar, & post eum Albert. *in d. l. 1. C. de iure emphyt. colum. 2. num. 6. & 7.* Paul. Cuman. & Alexand. *in l. interdum, §. quod ex naufragio, ff. de acquiren. possession.* Aret. *in §. adeo, Instit. loc.* Ang. *in §. quia vero, Auth. de non eligendo.*

4 Pro parte affirmatiua facit textus *in d. §. ex naufragio*, vbi fundus, ad quem non potest accidi timore hostium, vel simili, dicitur esse in deperdito. Secundo

pro

pro hac parte facit *l. cum vnus, §. fin. ff. de bon. authoritat. iudic. possiden.*

5 Et hanc opinionem tenet Io. And. ad Specul. *in tit. de locat. §. nunc aliqua, quaest. 137.* Salic. & Bar. *in l. 1. C. locat.* Hostien. Innoc. Ancbar. & Imol. *in c. fin. de loc. Ias. in l. 3. §. in amittenda, ff. de acquir. poss.* & haec opinio est aequior. Salic. *in d. l. 1. col. pen.* & communis Ias. *in d. l. 1. nu. 92. in fin.*

In qua materia considerandi sunt duo casus principales. Primus, est, quando impedimentum, vel calamitas fuit talis, vt emphyteuta nullus penitus fructus percipere potuerit, siue sit bellum, siue hostium incursus, siue naufragium, siue quid simile, non enim consideratur species impedimenti, sed hoc vnum attenditur, carentia, & priuatio omnimoda fructuum, ita vt emphyteuta sit penitus ieiunus, & facienda est remissio, & procedant, & loquantur vltimo loco allegati pro parte affirmatiua.

Et vltra Iaso. plene profitentem addo Isern. *in cap. vnic.* quae sint regalia, in verbo, & plaustrorum, *col. 2.* Papien. *in forma libelli ad facti praestationem, in verbo, recusauit, col. 1.* Aret. *conf. 139. in fine.* Bertach. *de gabel. par. 2. q. 23. versic. emphyteuta verò.* Corn. *conf. 18. volum. 1.* Corset. ad Abb. *in verb. emphyteut.* Iul. Clar. *in §. emphyteusis, q. 8. vers. sed quid.* Eman. *in suo thesaur. litera E, nu. 107.*

6 Limita hanc primam conclusionem, nisi emphyteuta suscepisset in se casum belli, per ea, quae superius diximus *in tit. de casibus*, vel bellum fuisset leue, & paruum, vel accidisset culpa emphyteutae, vel esset consuetudo in contrarium. *Ias.* vt supra. Caball. *milleloq. 227. nu. 7. par. 1.* qui materiam discutit.

7 Secunda principalis conclusio est. Emphyteutae nō fit remissio propter sterilitatem. gloss. *in d. c. potuit, in verbo expelli, de locat.* & haec est communis opinio, vt ibi per Abb. *n. 3.* Bello. *conf. 21. nu. 5.* Natt. dicens communem etiam de iure Canonico, *conf. 49. nu. 12. et 164. nu. 5.* Grat. *conf. 128. num. 9. lib. 2.* & ratio est, quia per hoc emphyteuta non debuit possidere, licet sterilitas superuenerit. Iul. Clar. in citato loco.

8 Ampliatur haec conclusio, vt vendicet sibi locum etiam si pensio fructibus correspondeat, & ita de consuetudine seruetur. Ioseph de Ludou. *conclus. 12. vers. quicquid*, & sic corrunt multa dicta Iul. Clar. in citato loco, vbi in multis se fundat in qualitate correspondentiae fructuum, & Seraphin. *de iurament. priuil. 84. nu. 17.* quia consuetudo est in contrarium.

9 Ampliatur, vt emphyteuta non excusetur a solutione pensionis, nec in totum, nec in parte, si veniat corrosio fluminis, vel calma, dummodo in totum non perierit, & haec est magis communis opinio, *nu. 16.* Iul. Clar. in citato loco limitando, vt per eum, praeterquam in correspondentia fructuum, quae non attenditur de consuetudine. Ioseph. de Luduuic. *concl. 12. vers. quicquid.*

10. Limitatur vltra Iul. Clarum, nisi emphyteusis constituta esset sub pensione non modica, quae in hoc esset similis locationi. Barbac. *in c. 3. de dilation.* dicens ita Bononiae consuluisse, *cons. 14. vol. fin. lib. 2. in d. c. potuit, column. 12.* Cott. late dicens in facto habuisse in verbo, emphyteutae regulariter, & in verbo, conductor. Euerard. *in loco a re, ad tempus, num. 3.*

11 Id autem, quod dictum est, quod emphyteutae, vel conductori ad longum tempus fit remissio, si nihil penitus percipitur, verum, nisi simus in principio conductionis, sed solum quod euitant caducitatem, & quod petatur pensio finito tempore, & ita de consuetudine seruatur. Ioseph. de Ludouic. *conclus. 12. vers. quicquid*: Si vero aliquid percipiatur, licet minimum, & non ascendens ad integram pensionem, remissio nullo modo sit, si durat substantia rei, & est communis opinio contra Bart. Ancharan. Regiens. *q. 34. nu. 4. par. 1.* Roland. *consil. 96. nu. 16. vol. 1.* Burlatt. *cons. 122. nu. 15. vol. 1.*

Addo, quod quando pensio est magna stante pacto debet solui etiam stante sterilitate, vt pactum aliquid operetur. Paris. *cons. 33. nu. 19. vol. 4.* Ias. *in l. liber homo. §. decem, ff. de verbor. oblig.* Seraphin. *de iurament. priuileg. 84. nu. 17.*

12 Quid dicemus in facti contingentia in contractibus censualibus moderni temporis? Vidi in facto, est fundatus censuus in duobus petijs terrarum, vnus est a flumine corrosus, fiet ne pro rata diminutio? Vidi iudicatum quod sic.

Quid si fundus non corrosus sit aptus sustinere integrum censum?

QVAESTIO IV.

Colonorum (prout alias dictum fuit) multae sunt species, & ob id non aequiuocando ponam aliquas conclusiones.

1 Colono, qui nummis pro certa pensione colit, & est verus, & proprie conductor, fit remissio pensionis propter sterilitatem, bellum, pestem, vel simile aliud impedimentum. Iuribus claris superius adductis, & declarationes, & modi procedendi patebunt inferius per discursum. Amplia in emptore fructuum, secus in eo, qui emit vsumfructum formalem, vt late per Bal. *in l. licet, quaest. 5. C. locat.* tetigi supra in materia vectigalium, facit ad contractus censuales, in quibus emuntur fructus.

2 Secunda sit conclusio. Fit remissio colono mercedis propter sterilitatem, pestem, bellum, & similes casus, si pro pensione respondeat de certa parte fructuum pro quolibet anno, puta quatuor, quinque, decem, vel similia, quia a pari procedit cum colono, qui nummis colit, vt vidimus superius, *par. 1. tit. de substantia locationis.*

3 Tertia sit conclusio. Colono partiario non sit remissio, quia est loco socij, & ad commune lucrum, & damnum, vt per Bart. *in d. §. quis maior*, vbi Castrens. *nu. 4.* dicit illum textum valde notandum.

4 Quod partiarius colonus est loco socij, & sicut societas morte finitur, *leg. electione, §. morte, ff. pro soc.* ita & laboritia terrarum, communiter tamen seruatur contrarium, Roma. *in l. filio, §. final. ff solut. matr.* tibi inter dominum, & partiarium agendum est actione pro socio, vt libellus sustineatur. Bart. *in l. si ad pes, §. 1. de furt.* Ialon. *in §. item Seruiana, nummer. 13. de actionibus*, & ibi post declarando tenet, quod est improprie socius, per dictionem, quasi, ib. positam, & quod est societas velata sub pallio contractus locationis. Bald. *in l. certi iuris, quaest. 3. C. locat.* & quod vere competit actio praescriptis verbis. gloss. *in l. si pascenda*, & ib. Bald. *Cod. de pact.* & quod vere transit ad haeredes. Bald. *in d. l. certi iuris, q. 3. C. locat. & in leg. 1. colum. 3. C. de fruct. & lit. expens.* & adde Bellon. *in d. §.*

item Seruiana, numer. 19. quod sunt socij respectu fructuum, non contractus, ponendo etiam regulam quod lex simpliciter loquens de colono comprehendit par, tiarium. late Iacob. Menoch. de adipiscenda possess. remed. 3. numer. 87. vbi latius idem comprobat Vide etiam Pedemont. decis. 2. num. 85. vbi sentit partiarium non posse expelli a singulari successore, quia est loco socij, & competit actio personalis pro socio contra venditorem. Communis tamen opinio est quod partiario non fit remissio mercedis, etiam si fit læsus vltra dimidiam, Franc. Marc. decis. 211. part. 2. Riminald. iun. cons. 100. volum. 1. ex communi obseruantia, & vsu Franc. Mareh. decis. 888. num. 5. part. 1. And. Gail. obseruat. libr. 3. cap. 29. num. 14. Rodoan. de rebus eccles. rubr. de cadut. ob non solution. versicul. sed colonus, numer. 15. Plot. in l. si quando, num. 104. C. vnde vi, iuxta primam impressionem. Natta cons. 49. vol. 1. Gomez. in §. item Seruiana, num. 9. de actio. Bertrand. cons. 255. numer. 4. libr. 1. Brixiens. in verbo colonus, & Firmian. in eod. verbo, nu. 7. Pedemonta. 82. Neuizan. cons. 90. num. 21. Igne. in l. contractus, num. 29. de regul. iur. Rota Perusi. 106. num. 26. part. 2. Decian. cons. 51. num. 44. volum. 3. Actioque competit ad expellendum colonum, si non soluat fructus debitos, quia conditionem societatis non seruat, l. si conuenerit, §. fin. ff. pro soc. Bald. in l. æde colum. 2. versic. colonus, C. loc. Petr. de Vbald. de duobus fratr. par. 1. q. 6. par. 6. q. 25. 26. & 27. Annibal. ad statutum Bononiæ, rubrica de pœna non laborant. possessione, tomo 3. libr. 6. gloss. 5. cum sequent. Cephal. cons. 181. nu. 4. & 22. vol. 2. Burlat. cons. 330. nu. 42. vol. 3.

5 Quarta fit conclusio. Colonis in perpetuum, vel ad longum tempus vltra decennium nō fit remissio mercedis propter sterilitatem, vel simile impedimentum, Ias. in l. ex hoc iure, num. 41. ff. de iust. & iur. Ioseph de Ludouic. concl. 12. col. 3. in princ. quia non est verisimile in tam longo tempore vbertatem non compensari cum sterilitate, habita ratione plurium annorum. Franc. Marc. decis. 212. part. 2.

6 Fit tamen remissio in conductore ad longum tempus, si pensio fructibus correspondeat, prout in emphyteuta. Ias. in l. 1. col. 4. C. de iur. emphyteut. in Aubent. qui rem. C od. de sacros. eccles. & hæc est vera, & communis opinio, Boss. de remission. merced. conduct. nu. 114.

7 Et ae id, quod in quarta conclusione firmatum est, adde Ruin. cons. 77. nu. 7. vol. 1. Roland cons. 96. nu. 24. vol. 1. Cyn. in l. 1. q. 7. C. de iur. emphyteut. Natta videndus cons. 49. n. 23. et 33. vol. 1. Neuiz. cons. 91. n. 8. & 26. Burlat. cons. 11. nu. 9. vol. 1. Rimin. iun. cons. 49. volum. 1. Burlat. cons. 330. num. 77. vol. 3.

QVÆSTIO V.

Excedunt sæpe sæpius publicani modum in exigendo, faciendo solitas extorsiones. Bonum igitur esset, si quandoque sterilitatem paterentur, vt in eo, in quo peccant pœnitentiam agant, & multa dici possent circa publicanos, tamen in præsenti quæstione tãgã solum, an detur remissio, cętera apparebunt per discursum.

1 Et quoniam præsens indagatio recipit decisionem ab illa, an contrahentes vsi sint verbo, locatio, vel venditio, de qua superius vidimus, part. 1. titul. de similitudine locationis, vbi etiam tetigimus de remissione mercedis, ob id disputatione omissa conclusio vera sit quod publicanis, & conductoribus vectigal um, & gebellarum fit remissio mercedis, & in eo habet locum dispositio capit. propter sterilitatem, de locato, prout alias in citato iam loco vidimus, & tradit Bart. in l. cotem, §. qui maximos, ff. de publican. & in q. publicanus. Rip. de priuileg. rotrat. pest. quando contrahentes vsi sunt verbo locatio, & est vera locatio, non venditio, prout ibi vidimus. Boss. de remissione merced. publicanor. num. 1. Corn. cons. 128. numer. 13. volum 2. Ferer. de gabell. nu. 299. & hæc est communis opinio Pernicol. Mozz. de contract. tit. de locat. in verb. accidentalia, nu. 22.

2 Pariter in prędijs ciuitatum, & fisci fit remissio propter sterilitatem. Boss. de remiss. merced. conductor. nu. 16. per textum in l. si vno, in princip. ff. locat. ad quam Alex. cons. 102. col. penul. vol. 1. Salic. in l. 1. col. penul. Cod. de iur. emphyteut. Bene verum est quod damnum debet esse intolerabile, alias non fit remissio Boss. de remiss. merced. publicanorum, num. 30. & licet non fit tale, conseruentur tamen indemnes, maxime si Principi bellum inferatur, vel ipse inferat. Boss. vt supra, nu. 45. vbi pulchre docet, quod ex præcedentibus annis præsumptiue colligitur, cum hoc fit difficilis probationis, & fit remissio publicano, etiam si damnum veniat Principis facto, vel Ciuitatis etiam iusto Ana. cons. 74. num. 2. Iacob. Menoch. cons. 37. nu. 53.

QVÆSTIO VI.

1 Amplia idem esse in conductore datiorum, Brun. quæst. 54. nu. 3. Sebast. Medic. de casibus, q. 10. n. 35. par. 2.

2 Et quia hodie titulus locationis & conductionis est admodum extensus, & ampliatus, & omnia locantur, & omnia nedum venalia, sed fictabilia, fuit interrogatus tempore sedis vacantis, Gregorij decimitertij a conductore Cancellariæ criminalis Tudertinæ, an Sede vacante teneatur ad pensionem. Multi dicebant quia etiam eo tempore redditur ius, licet debilius. Multi dicebant, quod est sterilitas causarum propter libertatem licentiosam, vitæ, quandoque tamen impręgnantur processus, & fit debito tempore compensatio, vide tamen bonũ locum in hoc apud Bard. de tempore vtili, & continuo cap. 15. numer. 1. circa medium, vbi tractat de officiis vitentibus Sede vacante.

3 Fuit etiam interrogatus. Conductor Cancellariæ criminalis petebat remissionem, quia ex causa vrgenti Communitatis absentauerunt ferè omnes procuratores, & supersedebatur in causis.

QVÆSTIO VII.

1 Quæro ad materiam l. nemo, C. locat. an sub conductor possit petere remissionem. Quæstio hæc pendet ab illa, an, & quando fit vna locatio, vel plures, de qua superius vidimus, & vtique particularis rei subconductor potest petere remissionem a generali conductore particulariter sublocante. Ita Boss. de remiss. merced. conduct. num. 22. vbi reputat casum notabilem, quod ipse generalis conductor remittit, et sibi non remittitur, quia forte habuit alias possessiones

nes fructuosas. Purpurat. *consil.* 473. *vol.* 2. Borgni. *dec.* 45. *num.* 33. *in fin.* & vide Franc. Marc. *decis.* 212. vbi quid in duobus conductoribus.

QVAESTIO VIII.

QVÆRO, in quibus casibus regulariter soleat remissio fieri, & multi sunt casus omnes sanè vtiles, quos vtilitatis causa ponam per conclusiones aliquas.

1 Prima est a solito. Conductori nō fit remissio mercedis propter sterilitatem, grandines, vel bellum, aut pestem, quando in loco ita solitum erat. Alberic. *in l. licet. C. loca. per l. ex conducto, §. si vis, ff. loca.* Calcan. *consil.* 23. *num.* 5. *vers.* 2. quia de bello *glos. in l.* 3. *locat.* qua non esse alibi dixit Guid. Pap. *singul.* 53. & de hac conclusione in materia soliti hæc est communis opinio. Alex. *consil.* 112. *num.* 4. *lib.* 1. Natt. *cons.* 620. *n.* 9. *&* 90. *num.* 11. Burlat. *cons.* 11. *num.* 77. *&* 30. *lib.* 1. Ripa, *in l.* 2. *num.* 35. *ff. sol. matr.*

2 Altera est conclusio ex natura. Nam non fit remissio conductori conducenti fundum sui natura sterilem. Bald. *in l. licet C. loca.* Alex. ad Bar. *in l. si merces. §. vis maior. ff. locat.* Rip. *in l.* 2. *num.* 55. *ff. solut. matri. & de priuileg. contract. pest. num.* 35. *vers. secundus casus, per l. inter stipulantem, §. sacram de verbor. obligationibus, §. publicorum. Authent. de mandat. principum, l. Mania, ff. de rebus eorum*, debet enim conductor a præsenti statu futurum indicare euentum, *l. si quis domum, §. fin. ff. locat.* & dixi superius in titulo de vsufructu. Soc. *cons.* 156. *col.* 4. Alex. *in l. interdum, §. quod si, ff. de acquir. possess.*

3 Scientia etiam tollis facultatem remissionis, puta si conductor sciebat tale periculum belli, pestis, vel sterilitatis imminere solitum. Riminal. *cons.* 33. *nu.* 10. *&* 11. Neuiz. *cons.* 81. *num.* 10. *&* 13. Afflict. *decis.* 365. *num.* 8. Rimin. iun. *cons.* 49. *num.* 6. *cons.* 92. *num.* 5. *lib.* 1. Rol. a Vall. *cons.* 52. *num.* 20. *lib.* 2. & est communis opi. Ioseph. de Lud. *concl.* 12. *declarat.* 6.

Addo vltra eum Alex. *cons.* 6. *&* 112. *num.* 18. *vol.* 1. Aemelian. *cons.* 4. *n.* 18. Port. *cons.* 143. *&* 144. *n.* 22. *&* 23. ponentes varia exempla. Ioan. Lup. *in c. per vestras, §.* 9. *nu.* 9. *de dona. inter vir. & vxor.* prout in Lōbardia grandines, in maritimis Senatu locustæ, inundationes solitæ alicuius fluminis, conductio in confinibus. Calcan. *cons.* 23. *vers.* 2. quia Ioseph. Rustic. *de liber. in condit. posit. par.* 1. *c.* 10. *num.* 10.

4 Ampliatur vlterius vltra Ioseph. Ludou. citatum, vt si quis suscipiat custodiam arcis tempore belli, senetur etiam si vi extrahatur. Io. And. ad Specul. *super rubr. de locat.* Boss. *de remiss. merced. conduct. num.* 85. Cott. *in verb. guerra.* Roland. *cons.* 9. *num.* 25. *lib.* 1. *cons.* 53. *num.* 28. *vol.* 2. Aret. *cons.* 139.

5 Declaratur vlterius vltra Ioseph. Ludouic. quod licet tempore belli, vel casus similis, conductio fiat, tamen si substantia rei prorsus tollatur, fit remissio, quia non entis, & rei non subsistensis nulla debetur pensio; vel merces, licet tempore belli, vel similis casus imminentis contractus sit celebratus. Ita egregie Bal. *in l. licet, q.* 2. *num.* 4. *C. locat.*

Addo ab eo non allegatum, & textum (ni fallor) in terminis, *in l. ex conducto, §.* 1. *ff. loc.* ibi, sed & si trabes facta sit, omnemq; fructum tulerit, & melius inferius ibi, si vero ager terręmotu corruerit, vt nusquam sit, damnum domini esse &c. no. etiam Bar. *in l. si vno. §. vbicunque, in l. si merces. §. vis maior. ff. loc.* & dixi superius *in tit. qui sint casus fortuiti*, vbi examinaui materiam *d. l. ex conducto, §.* 1. vbi Bal. subdit ibidem idem esse, si molendinarius discedat propter insolitum cursum aquarum per *l.* 1. *ff. de migrand. & l. habitatores, ff. locat.*

6 Licet igitur molendinarius conducat molendinū in loco periculoso, facienda est ei remissio, si veniat insolitus motus aquarum, vel molendinum pereat in totum. Alex. *cons.* 112. *vol.* 1. & si pro parte sit inundatio, pro parte fit remissio. Ruin. *cons.* 66. *in fin. vol.* 1. & si mutauit alueum, fit remissio molendinario.

7 Vnde conductori fit remissio, licet non sit vltra dimidiam in parte penitus extincta. *l. ex conducto, §.* 1. vbi Bart. *ff. locat.* Bal. *in l. licet, col.* 1. *C. eod.* Boss. *de remissio. merced. publican. num.* 104. latè Aimo. *de alluuionib. lib.* 2. *c.* 17. *&* 18. distingue, vt per Bar. *l. si quis domum, & in l. si fundus. ff. loc.* pulchre Petr. de Vbal. *par.* 11. *q.* 27. *num.* 38. vbi bene loquitur.

8 Declaratur secundo loco principalis conclusio, vt procedat, & habeat locum durante peste, vel bello, vel simili impedimento, quibus cessantibus tenetur rehabitare, & pro eo tempore pensionem soluere. Ita contra Rip. & alios tenuit Couarru. *practi. cab. q. c.* 30. *sub num.* 3. repræhendens in hoc Ripam contrarium tenentem.

9 Tria igitur sunt tempora. Primum ante pestem, bellum, vel simile impedimentum, & casus est clarus, vt teneatur ad pensionem. Secundus est casus tempore pestis, vel belli, & facienda est remissio eo durante. Tertius est casus cessante bello, vel peste, & tenetur rehabitare, & pensionem soluere.

10 Declaratur tertio loco principalis conclusio, dūmodo bellum existat in re, & super re conducta, secus in alijs regionibus, vel locis. Bursat. *cons.* 91. *nu.* 3. *vol.* 1. vbi sublimitat, quod timor potentissimi Regis, vt Turcarum, est iusta causa etiam vicinis, quia tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret. Natt. *cons.* 610. *in fine*, vbi tenet, quod fit remissio, si immineret suspicio pro futuro tempore vsque in finem conductionis.

11 Haberi tamen solet aliqualis consideratio ad fauorem conductoris, si in vno tantum ex locis conductis venerit bellum, vel pestis, vel simile impedimentum, quia non adest solitus fructus, vel concursus in conductore gabellarum. Ita monet Guid. Pap. *decis.* 630. *in fin.* Boss. *de remiss. merced. conduct. num.* 85. Bart. *in l. cotem. §. qui maximos, num.* 5. *ff. de publican.* dicens bellum Appulię præstare remissionem conductoribus gabellæ Perusinæ. Bald. *consil.* 329. *nu.* 2. *lib.* 1. Neuizzan. *consil.* 91. *num.* 1. Corlett. *in verb. metus.* Plot. *de in litem iurand. num.* 18. secundum antiquam impressionem. Cagnol. *in l. vani timoris. ff. de reg. iur.* Anchar. *cons.* 87. Imo. *cons.* 7. Dec. *consil.* 312. Alphan. *reportat.* 630. *in fin.* Ioseph. de Ludouic. *conclus.* 12. *ampliat.* 1. *in fine.* Borgn. *decis.* 8. *num.* 12. *par.* 2. affirmans post alios, quod non fit remissio, nisi pro re, in qua est damnum, nisi vnica sit locatio plurium rerum sub vnica pensione, & ad hoc attendendum est. Natt. *cons.* 445. *num.* 5. *&* 6.

12 Declara vlterius, & semper intellige materiā remissionis, vel quod damnū sit intolerabile, vel res in totum perierit, prout superius vidimus, & ponit

gloſ. in l. damnum. Cod. locat. quam ſingularem dixit Bald. *ſingular.* 58. Boſſ. *de remiſsion. merced conduct. num.* 107. ſemperq; ſit remiſſio pro quantitate damni *l. ex conducto, §. 1. ff. locat.* ſiue propter ſterilitatem, Bello. *conſ.* 21. *num.* 9. ſiue propter bellum. Rom. *conſ.* 432. Bello. *conſ.* 45. *num.* 8. ſiue propter vim fluminis, vel defectum aquarum, prout in magnis ſiccitatibus. Fulgoſ. *conſ.* 193. Natt. *conſ.* 449. *num.* 16. Hippolit. Rimin. *conſ.* 42. *num.* 1. ſiue facto locatoris, ſiue de remittenda mercede actum ſit, ſiue locatio ſimpliciter facta ſit, quia hoc venit ex natura locationis. Ceph.
• *conſil.* 257. *num.* 1. *lib.* 1. Eugen. *conſil.* 50. *num.* 46. & eſt communis opinio. Capr. *regul.* 88. *num.* 49. Vnde aut excedit dimidiam, & ſit remiſſio in totum; aut non, & tunc pro rata, vt ex prædictis patet.

9 Declaratur quinto, ſi ita conuentum eſſet, quia talis conuentio valet, & tenet. Alexand. *conſ.* 141. *in fine.* Afflict. *deciſ.* 258. per textum in materia locati & conducti, *in l. cum venderem, ff. de*.

10 Et ſi fieret conuentio copulata, vt propter bellū, & peſtem fiat remiſſio, ſufficit vnum tantum verificari ex veriſimili mente contrahentium. Burſat. *conſ.* 81. *num.* 20. *lib.* 1. Ioſeph. de Ludouic. *concluſ.* 12. *ampliat.* 5.

11 Et ſic habetur limitatio ad regul. copulatiuę.

12 Declaratur vlterius, vt licet quis conducat tempore belli, vel peſtis, ſit tamen remiſſio ſi poſt maius bellum interueniat. Boſſ. *de remiſſ. merced. conduct. num.* 59. Burſat. *conſ.* 81. *num.* 18. Ioſeph. de Ludouic. *concluſ.* 12. *ampliatione quinta.*

ADDITIO.

☞ *Et non poteſt conductor remiſsionem petere ſi ſcinerit Bellum imminere. Bald. conſil.* 247. *lib.* 2. *Quem ſimiliter exornat. Ruſlic. de liberis in conditio. poſitis in princ. num.* 15. *fol. X.*

13 Declaratur ſeptimo, quando occaſione belli, vel peſtis nihil penitus percipitur, prout dixi in prima declaratione. Si autem aliquid percipiatur, & non ſit læſio vltra dimidiam, vel affictus veri, vel perceptionis fructuum, non ſit remiſſio. Burſat. *conſ.* 51. *nu.* 16. *lib.* 1. Ioſeph. de Ludouic. *concluſ.* 12. *verſic. intelligendo prædicta.*

14 Addo pulchre Marc. *deciſ. Delphi.* 178. vbi conductor, qui ſe abſentauit ex cauſa peſtis, nō ſit remiſſio, ſi in domo retinuit res ſuas, & ſic aliquem fructū percepit, quod eſt bene notandum cum ſæpius occurrat.

15 Declaratur octauo, vt licet quis conducat fundū ſui natura ſterilem, vel prędæ, aut bello ſuppoſitum, hoc verum, ſi tunc temporis imminebat, ſecus ſi ſuperueniat poſt. Ita Pernicol. Mozz. *de contract. in tit. de locat. & conduct. in verbo, accidentalia, num.* 32. *per l. qui bona. §. de illo. ff. de damn. infect.*

16 Secunda eſt concluſio *ad l. habitatores, §. fin. ff. locat.* Iuſtus timor belli, peſtis, malorum ſpirituum, & ſimilium inducit remiſſionem mercedis *d. l. habitatores, §. fin.* per quam ita tenet Alexan. *conſ.* 18. *volu.* 1. *conſ.* 31. *vol.* 2. Ioſol. *conſ.* 7. Anchar. *conſ.* 88. Decius *conſ.* 555. *& ibi in addit. num.* 9. *conſil.* 647. Boer. *deciſ.* 209. *par.* 2. Iacob. de Leonard. inter conſilia Brun. *conſ.* 117. *num.* 16. *vol.* 1. Vincen. de Anna. *allegation.* 92. *num.* 9. Ducem. *regul.* 393. *num.* 7.

Vnde Seneca inquit. Peior eſt bello timor ipſe belli.

ADDITIO.

☞ *Et ita materia malorum ſpirituum late Didac. Conar. var. reſol. lib.* 4. *c.* 6. *vbi poſt multa concludit licere recedere timore malorum ſpirituum, & eſſe locum diſpoſitioni, l. habitatores, §. vlt. & ſic pluries iudicatum in Granatenſi auditorio, & ibi ponit cauſam ex ſacris authoribus. Neniz.* 33. *multos allegans conſ.* 81. *n.* 1. *Natt. conſ.* 50. *n.* 17. *conſ.* 221. *num.* 3. *conſ.* 610. *n.* 11. *Burſa. conſ.* 81. *nu.* 8. *Cagnol. in l. vani. de reg. iur. Surd. dec.* 183. *num.* 3.

17 Ampliatur diſpoſitio *d. §. fin.* etiam ſi bellum, vel peſtis, vel ſimilis re vera poſt ſuſpicionem non veniat. Bart. *in d. §. fin.* Romanus *l. patientis, in fine, ff. de damn. infect.* & hæc eſt communis opinio. Alex. *in l. ſi vno, §. item cum quidam. ff. loc.* Dec. *conſil* 312. Corſett. *in verbo, metus.* Pau. *de in litem iurand. §.* 4. *num.* 4. Riminal. *conſ.* 206. *vol.* 2.

18 Ampliatur ſecundo, vt timore mali aeris licet cōductori recedere. Guid. Pap. *deciſ.* 630. *gloſſ. fin. in l. damnum,* ibi, Diuina &c. *Cod. locat.* Anchar. *conſil.* 37. Marſil. *in l.* 1. *num.* 47. *de quæſtio.*

19 Ampliatur tertio *num.* 19. Rebuf. *in l. hominis, verſ.* 4. *& 9. ff. de verb. ſign.* vt recedere liceat timore malorum ſpirituum. Port. *in tit. de locat. in fine.* Cagnol. *ad l. contractus, num.* 55. *de reg. iur.*

Circa tamen intellectum *l. habitatores, §. fina. ff. locat.* conſiderandi ſunt quatuor caſus principales.

20 Primus, cum nullus eſt iuſtus timor, & tunc nulla ſit remiſſio, & integra merces debetur, *d. §. fin.*

Secundus eſt caſus, ſi adeſt iuſtus timor, ſed non receſſit, & integra merces debetur, ſi tamen aliam domum conduxerit, debebit locator mercedem ſecundę locationis, vel quanti conducturus fuiſſet, vel computare, vel refundere, quaſi de hoc conueniſſe videatur. *l. ſi domus, verſi. idem iuris, ff. loc.*

Tertius eſt caſus, ſi alienam domum conduxit, ſed non habet factum, & tunc eſt in arbitrio locatoris, vel ſoluere pretium ſecundæ conductionis, quod ipſe inquilinus ſine dolo malo præſtitiſſet, vel mercedem pro rata remittere, *l. ſed addes §. ſed cum in aonum, iuncta glo. in verb. ſletiſſe, ff. loc.*

Quartus eſt caſus, quando fuit iuſtus timor, & migrauit, ſed habuit aliam domum gratis. Guid. Pap. *dec.* 630. *vbi videas.*

Vltra Guid. Pap. plene profitentem, vt ſupra, declara vlterius, niſi iuſtus timor adeſſet tempore contractus per ea, quæ ſuperius diximus, & ad hoc eſt glo. *in l. eâde. C. locat.* Bald. *in l. ſi eu lege. C. de vſu. ris.*

21 Tertia eſt concluſio. Conductori ſit remiſſio, ſi fuit impeditus fructus colligere a menſe Septembris in antea excluſiue, licet alias fructus illius anni collegerit. Bal. *conſ.* 434. *lib.* 1.

22 Quarta eſt concluſio. Conductori non ſit remiſſio pro fructibus a ſolo ſeparatis, nondum tamen in horreum reconditis. Fulgoſ. *in l. ex conducto in fine. ff. locat.* Natt. *conſ.* 284. *vol.* 2. & ſentit Bar. *in l. ex diuerſo, ſub num.* 3. *ff. de rei vendicat. per l. ſi ſeruus. §. loc. ff. de furt.* & clarius Alber. in conductore loquens, qui

qui nummis colit vt fructus efficiantur sui, statim quod sint a solo separati, licet in horreo non fuerint reconditi. Ang. *in l. damnum, C. locat.* Soc. *consil.* 100. *colum.* 1. *libr.* 1. Bal. *in l. ex conducto, §. 1. ff. locati*, & hęc est communis opinio Boss. *de remiss. merced. conduct. n.* 90. *circa medium*.

Addo de communi pariter attestantem Curt. iun. *cons.* 85. *num.* 1. Eman. Soarez. *in suo thesaur. litera C, n.* 218.

23 Contraria verò opinio est verior, æquior, & magis conueniens contractui locationis & conductionis, vti bonæ fidei, prout superius diximus, & in statu fructuum consideranda sunt plura tempora, & gradus, & qualitates ipsius temporis.

24 Primus status fructuum erit, cum sunt in fundo, & dicuntur pars fundi, *l. fructus, ff. de rei vendicat.* quo in loco I. C. omisit casum improuisum, & isto casu erunt damno domini iuxta tamen superius dicta.

25 Secundum tempus fructuum est cum sunt a solo, vel arbore separati, nondum tamen excussi, vel mundati, sed adhuc rudes existentes prout vulgo dicitur, *gregne vna ne i canali*, & sic discurrendo, & hoc casu licet contractus sit impletus ex parte locatoris, adhuc tamen patientiam præstare tenetur, quia fructus sūt colligendi; seu fouendi, & hic verus finis.

26 Vnde locator non videtur vere impleuisse, donec vere conductor non sit fruitus; *iuxta l. si quis domum, in princ.* & ibi Bal. ff. *locat.* Calder. *consil.* 5. *de locato*, Vnde si damnum contingat modo, quo supra, erit ex æquitate locatoris.

27 Ex quo tempore in hac locati materia colligitur vnum, quod dantur hic duo simul cōtractum esse perfectum quoad locatorem, tamen adhuc teneri ad aliquam patientiam successiuam.

28 Tertium tempus fructuum est cum fructus sunt mundati, non tamen adhuc in horreum reconditi, & pariter isto casu erit damno locatoris, cum adhuc res non sit plene perfecta. Boss. *de remiss. merced. condut. n.* 90. *in fine*.

29 Intercns post Socin. *cons.* 100. quod si quis conduxerit omnes fructus, & præuentus alicuius iurisdictionis, si patiatur damnum in conductionibus iam factis, nondum tamen exactis, quod erit locus remissioni, quia actus non est plene consumatus, quod videtur bene notandum in conductoribus principum, & domicellorum.

30 Quartum tempus fructuum est in fructibus iam in horreum reconditis, vt oleum in vreeo, & vinum in dolcis, & tunc attendi debet finis primo loco, puta reposui fænum in fænili, vt ex eo comedant boues, & ex fimo pinguescat, ager isto casu si prouenat damnum antequam ager pinguescat, est damno locatoris: licet enim fœnum sit in fænili, tamen expectat post se alium successiuum effectum, & ita discurrendo tenuit Boss. vt supra, *sub n.* 91. vbi etiam limitat stante etiam pacto, vel consuetudine, prout apud eum.

31 Quintum tempus vltra Bossio postquam fructus sunt in horreum reconditi, sed conductor non habebat potestatem illos alienandi culpa locatoris, & isto etiam casu facienda est remissio. Siluan. *consil.* 11. & 12. *vol.* 1. cui se subscripsit Alciat. Pernicol. Moz. *de contract. tit. de locat. & conduct. in verb. accidentalia, n.* 35. & 36.

Ex quibus corollarie infertur ad intellectum nonnullorum iurium.

32 Primo ad intellectum *l. pignus, C. de pignor. act.* vt fructus a solo separati sint conductoris, non tamen ex hoc liberetur conductor, quia tenetur præstare patientiam ad consummationem vltimi finis, prout dictum est.

33 Secundo infertur intellectus *ad l. damnum, C. locati*, vt non procedat, quando damnum fit vitio territorij. Imol. *in c. propter sterilitatem, col.* 4. *vers. sed* Hostiens. Soc. *in citato consilio*.

Alias declarationes *ad d. l. damnum*, habes superius *in tit. de casibus, ad l. si merces, §. culpæ, ff. locat.* eo recurrere placeat, & ibi de facto iusto, & de iniusto, & similibus.

Sextum tempus, & status fructuū est quod fructus erant iam percepti, sed erant in aere ita infecti, quod quasi sunt destructi, nec hoc casu fit remissio, quia de fructuum vitio non tenetur locator, Bald. *in l. licet, q.* 7. *num.* 9. *C. locat. per l. ex conducto, §. si qua tamen vitia, ff. locat.* vbi pariter dicit remissionem non fieri si conductor damnificetur propter paruitatem valoris fructuum. Modicum igitur pretium grani non est causa remissionis.

Illud non omittam, quod colligitur vtile in practica, *in l. si seruus, §. locaui*, vbi Bart. *ff. de fur.* quod conductor non facit fructus suos antequam mercedem, vel pensionem soluat, Vnde non competit actio furti vt suo loco dicam.

Bene verum est, quod dominus locator permittendo ante pensionem solutam conductorem percipere fructus, videtur tacite habere fidem de pensione, vel mercede debita, dicens *§. vendite*, de rerum diuis. habere locum in quolibet contractu.

34 Quinta sit conclusio. Conductori non fit remissio in casu *l. sicut emptio, §. fin. ff. locat.* scilicet, quando vendo tibi fundum habita fide de precio hoc pacto adiecto, vt donec soluatur precio, certa merces quot annis tradatur, & hoc casu damnum contingēs in fructibus est emptoris, & conductoris simul, non venditoris. Alexand. *consil.* 121. *volu.* 5. Dec. *consil.* 312. *vol.* 2.

35 Ampliatur hæc conclusio, vt nedum damnum datum in fructibus hoc casu sit conductoris, emptorisq. simul, sed etiam interitus totius rei, quia venditio dicitur perfecta, vt per gloss. ibidem, quæ communiter approbatur, vt per Nicol. Mozz. *de locat. & conduct. in verbo, accidentalia, nu.* 38. ponam latius Deo dante *in tit. de vsur. vbi suppleas*.

36 Ampliatur secundo loco dispositio *d. leg. sicut. emptio, §. fin.* vt procedat, & habeat locum circa remissionem mercedis etiam in contractibus liuellarijs ecclesiarum.

Similiter in contractibus censualis, qui hodie frequentatur in Vrbe Roma, Perusiæ, & passim ad tot, & emuntur fructus alicuius predij. iuxta bullā Pij V. super censibus, nam propter sterilitatem non fit remissio, nec propter bellum, pestem, vel similem casū. Franc. Marc. *decis. Delphin.* 208. *par.* 2. Clarius Tiber. Decian. *cons.* 48. *nu.* 18. *vol.* 1. Gughel. Rodoan *de reb. eccl. non alien. fol.* 31.

37 Addo, quod posui superius in hac materia in verbo emphyteuta sterilis, dum posui ex mente Bald. *ad l. licet, Cod. locat.* an emptori fructuum, vel vsusfructus

formalis

Digitized by Google

& similibus, fit compensatio eiusdem anni, quia si in fructibus diuersi anni, cur non eiusdem anni? ita vltra Boss. tenet Petr. Iacob. in sua practica in forma libelli ex conducto, *col.* 4. circa medium, inferens ad fauorem curati, vt sibi debeantur decimę, si est caristia in grano, & vbertas in alijs fructibus.

ADDITIO.

☞ *Natt. cons.* 449. *nu.* 5. *Surd. decis.* 155. *nu.* 7. *cons.* 217. *per totum. Surd. decis.* 217. *& decis.* 155. *nu.* 7.

53 Vlterius cogitandum relinquit sapere magnã ęquitatem, puta est caristia, & colligitur parua quantitas grani, sed venditur satis cariori pretio, quam tempore solitæ recollectæ, quo casu non fit remissio.

Addo Corn. *consil.* 128. *col. penult. lib.* 2. Roland. *cons.* 86. *nu.* 8. *lib.* 3.

Econtra dicit Petr. Iaco. vt supra est maxima vbertas fructus, parum valent, nam distinguendum est, an pensio sit in fructibus, & datur augmentum, secus in pecunia, dicens hoc valde rationabile. Addo prędictis omnibus Petr. de Vbal. *de duobus fratribus, par.* 11. *q.* 37. Riminal. iun. *cons.* 40. *nu.* 11. *&* 34. *lib.* 1.

54 Practicando igitur erit sterilitas primo loco, puta si perceptum est minus dimidia, quo casu est sterilitas (vt dictum est) puta de triginta consuetis collegisti decem. & in viginti de triginta fit remissio, & sic de duabus partibus pensionis, & consequenter solum pro tertia parte soluetur pensio.

55 Si vero consuetum est percipi quindecim, & sunt percepta sex, de quib. sex quinq; faciunt tertiam partẽ quindecim, soluetur pẽsio pro tertia parte, & vna salma vltra tertiam partẽ, quinta pars vnius alterius tertię, in quibus est sterilitas, fieri debet remissio mercedis, & sic solũ tertiam partẽ in effectu soluet colonus. Imol. *in d. c. propter sterilitatem.* Burlat. *cons.* 11. *vol.* 1.

56 Pariter compensatur vbertas, puta ex fundo consuetum est percipi triginta salmas grani, anno præcedenti sunt perceptæ quadraginta, & sequenti decem, illæ decem perceptę de anno de quadraginta contribuuntur cum perceptis de anno de decem tantum. Vnde sterilitas remanebit in decem tantum.

57 Præterea eras solitus colligere quindecim modios, & soluebas tres aureos, si non recollegisti, nisi decem, solues duos aureos, nisi sequenti anno, vel pręcedenti recollegisti viginti modios. Angel. *in verbo, locatio* 16. circa medium, dicens idem, si soluatur certa species, vt per eum.

58 Cautus igitur eris in faciendo articulos, in deducendo damnu intolerabile, detrahere semen, expensas, & similia, & non supersunt nisi tot.

59 Interrogatoria recipiant valorem fructuum, quanti valebant etiam annis præteritis, interroga etiam si sit fertilitas in tali specie fructuum.

60 Duodecima sit conclusio. Si conductor petat remissionem, & locator dicat, sis partiarius, non potest per hoc recedere a contractu. Bald. in *l. licet, C. locat. q.* 1. *nu.* 7. & hæc est communis opinio. Boss. *de remisso. merced. conduct. nu.* 49.

61 Vltra eum limita, nisi ex forma statuti, vel constitutionis esset prouisum conductoribus, vel inquilinis circa damnum occursum. Corne. *cons.* 128. *nu.* 9. *vol.* 2. Nouel. *reg.* 83.

62 Limita secundo, nisi communis opinio hominum non reputaret annum sterilem. Corn. *vt supra.*

63 Notandum est etiam circa allegatam vbertatem, quod fit compensatio, quando sunt plures anni, quam duo, si aliqui termini damnosi sint non steriles. Boss. *de remiss. merced. conduct. numer.* 32. vbi distinguit lucrum a fertilitate, damnum a sterilitate, propter dãnum enim non fit remissio, sicut propter sterilitatem, & lucrum cadit conductori, & fertilitas compensatur cum sterilitate.

64 Illud etiam practicando notandum est, quod quãdo annus fertilis nondum venit, solet fieri solutio cum aliqua protestatione, & sine præiudicio iurium vtriusque partis, & supersederi ex aliquod decreto iudicis. Boss. docens ita practicare *de remiss. merced. conduct. num.* 14.

65 Conclusio decimatertia sit. Remissio non fit, nec augmentum, quando fructus, vel valor ipsorum crescit, vel decrescit. Angel. *cons.* 188. *col.* 5. & sequenti commendat Paris. ad Bart. *in l. licet in addition.* 1. *circa medium, C. locat.* Fusi. *in singul. suis, litera* 5. *nu.* 68. Tiraq. *de vtroque retract. ad finem tit. nu.* 77. & ratione insoluti fit remissio, vel augmentum, non ratione soluti. Paris. ad Bart. *in l. licet, circa medium, C. loc.* vbi dicit notandum, & conductor qui promisit dimittere centum saccos salis, non tenetur, si pretium salis auctum sit ad dimidium plus. Ruin. *cons.* 109. *lib.* 1.

66 Conclusio decimaquarta sit. Conductori fit remissio pro omnibus annis conductionis, si in primo anno contingit damnum, quod affert ruinam in sequentibus annis, Bar. *in l. si vno, §. item cum quidam, col.* 1. *nu.* 5. *ff. locati,* Socin. *cons.* 88. *col. fi. vol.* 1. Boss. *de remiss. merced. conduc. nu.* 45.

Quod facit pro anno 1586. in quo tanta siccitas vitium, & oliuarum fuit, vt remaneat memoria pro multis annis.

67 Conclusio decimaquinta notabilissima est (si Aimo. credimus, *cons.* 95. *num.* 3.) quo in loco refert *cons. Ancar* 402. pluribus rationibus, tamen quod qui cõduxit gabellam a Communitate Pistorij pro pluribus annis cum omnibus commodis, & incommodis, ita quod remissio aliqua peti non possit ratione alicuius damni emergentis, si tempore conductionis Pontifex residebat Pistorij, vnde ex hoc maximus hominum concursus, si postea alio commigrauerit, & ex hoc gabellę fuerint diminutæ, quod remissio mercedis peti poterit non obstante conuentione prædicta, quia ex vulgi opinione illa gabella erat reputata melior omnibus, & illa spes residẽtiæ Põtificis fuit causa finalis.

Ex quo consilio vtiliter in hac locati & conducti materia tria principaliter colliguntur.

68 Primum est, quod potuisset isti conductori de facili opponi, remissio tibi nullatenus facienda est, quia residentia Papæ in Vrbe Pistorij est per accidens, nec est credẽdum, quod ibi per multum temporis residere voluisset, sed ad propriam Sedem conuolare, quare tibi imputes, cur hoc de facili euenturum non cogitasti? & tamen ibi prudenter Anchar. & Crauet. commentatus attendit vulgi vulgarem opinionem, & incertam spem conductoris.

69 Et sic cõclusio intelligitur rebus sic stantibus, prout tempore celebrati contractus, etiam si ille status tempore cõtractus fuisset casualis, & accidens, prout residentia Papæ Pistorii, & mutatione secuta succurritur

ritur emptori, vel conductori. Crauet. *conf.* 233. *nu.* 3. circa medium, vers. ideo, & 264. *sub nu.* 6.

70 Secundum est, quod renunciatio de casibus fortuitis intelligitur de casibus fortuitis qui communiter & generaliter omnibus accidunt, non de his, qui ex plenitudine potestatis Principis aliquibus tãtum & particulariter accidunt, quia tale ius speciale non habetur in consideratione,

71 Tertium est, quod renunciatio de casibus fortuitis facta per conductorem intelligitur de casibus fortuitis pure, & simpliciter, quibus contrahentes præuidere possunt.

Et factum Principis dicitur casus fortuitus ex parte subditorum, prout alias superius dictum fuit, tamẽ priuatis nocere non debet, & quam maxime contrahentibus, & in hoc eis succurrendũ est. Et licet Princeps faciat aliquam mutationem ob publicam vtilitatem, tamen hoc contrahentibus sub velamine publicæ vtilitatis nocere non debet, vt ibi late per eum.

72 Colligitur & quartum, quod renunciatio casuum fortuitorum non intelligitur de casu fortuito eminẽte facto Principis contrahentis, *ex conf. Anchar.* 414. *ex l. cum proponas, C. de naut. fœnor.* quam singularem dixit Ias. *in l.* 1. *col.* 2. *in fin. C. de iustit. & subst. & dixi* superius,

73 Vltimum colligitur, quod Principes locant, nec dedignantur hoc contractu Principes, & benigne eorum locationes sunt interpretandæ, vt priuatis non noceant, licet ministri auidi, & sitibundi totum contrarium faciant anhelantes in vomitum auaritiæ, & hoc contra iustam mentem Principis.

74 Conclusio decimasexta. In facienda remissione attenditur tempus recollectæ, non contractus. Boss. *de remiss. merced. conduct. q.* 2. *nu.* 32.

Et si colonus relinquat agrum incultum, nulla fit remissio quasi culpa coloni non colentis. Salice. *in l. si vno, in princ. ff. locat.* Neuizz. *conf.* 99. *num.* 16. Iacob. Menoch. *cas.* 77. *in fine admonens in hoc iudicem.*

ADDITIO.

☞ *Et si fundus iam seminatus a flumine inundatur, qui pendentes fructus corrumpat, non tenetur iterum seminare, licet alij vicini hoc fecerint, domini tamen in proprijs prædijs, sed non coloni, vel conductores.* Surd. *decis.* 87.

75 Conclusio decimaseptima. Si in instrumento locationis conductori datiorum, vel gabellarum promisit locator remissionem facere propter pestem, vel bellum, si pestis veniat post contractum ante tamen ingressum quasi possessionis datiorum, vel gabellæ, facienda est remissio, ita vltra Boss. *Bero. q.* 53.

76 Addo Bero. in materia, si publicanus paciscatur locatorem teneri de tempore pestis, & belli, non excludit casus similes expressis, prout alias dictum fuit supra in tractatu de casibus. Si vero diceretur conductorem teneri de omni casu exceptis peste, & bello, tunc de omni alio tenetur, nisi sit valde insolitus. Boss. *de remiss. merced. public. nu.* 36.

77 Et notandum est circa hoc pactum, aut fit simpliciter, & non requiritur quod sit graue, sed sufficit exiguitas, aut apponitur verbum debitum, vt debitum remissionem, & tunc graue damnum exigitur. Boss. *de remiss. merced. public.* in fine vbi hanc distinctionem valde commendat.

78 Pariter impeditus propter pestem, vel bellũ excusatur a mora, pœna, & periurio. Rip. *in l. quod te, num.* 41. *ff. si cert. pet.* Corta in verb. conductor. Rip. *de priuil. contra pest. num.* 12. Alexan. *conf.* 112. *in princ. lib.* 1. Benincas. *de paupert.* in nono speciali contract. *nu.* 32.

79 Conclusio decimaoctaua. Conductori vectigalium non est facienda remissio, si pauci transeunt per territorium. Bald. *in l. si ea, col.* 1. *nu.* 5. *C. de vsur.*

80 Conclusio decimanona. Conductori facienda est remissio, si ex causa famis, pestis, belli, vel similis ante tempus recedat. Iacob. Menoch. *in* 10. *remed. recuperand. possess. q.* 13. *declarat.* 3. *nu.* 99. vbi considerat casum iamis in materia remissionis.

81 Vltra quem limito hoc verum, si libere, plene, & absolute discedat, secus si aliquid retinuisset, vt claues, mobilia, vel similia. Franc. Marc. *decis. Delphin.* 168. *& sequen. par.* 1. Vnde bonum est claues restituere, & se penitus liberare.

82 Conclusio vigesima. Conductori fit remissio, si bona confiscantur. Nat. *conf.* 284. *nu.* 10. *vol.* 2. Lanfranc. *de excep. c.* 4. *nu.* 7. *in fin.*

Facit *l. si fundus locatus. ff. locat.* locator tenetur isto casu ad reddendum totam pensionem, vel pro rata temporis quo conductor vti non poterit, licet non teneatur ad interesse damni emergentis, vel lucri cessãtis. Nauarr. *ex communi in* 7. *præcept. c.* 17. *nu.* 187.

ADDITIO.

☞ *Quem textum limitat notabiliter Bal. in l. pignus, C. pignor. Quod si conductor pro conductione habeat obligata bona locatoris, quod potest se opponere confiscationi bonorum, ne sua conductioni præiudicetur ex delicto locatoris.* Surd. *decis.* 326. *numer.* 57.

83 Conclusio vigesimaprima. Conductori fit remissio, si imponatur noua onera vel collectæ. Rui. *conf.* 77. *vol.* 1. maxime per locatorem. Eugen. *conf.* 50.

84 Conclusio vigesimasecunda. Conductori non est facienda remissio, quando conductor non potuit vti re locata casu fortuito, & pactum adest, quod locator non vult teneri de ea re, sed pactum operabitur, quod damna & interesse, *iuxta l. ex conducto, in prin. ff. loc.* Boss. *de remiss. merced. conduct. nu.* 58. Pariter non fit remissio in conductionibus status in manibus fortunæ, prout in iactu retis, in conductore lacus Perusini. Bal. *in l. cum fundus, C. de solut.* sequitur Dec. *consil.* 4. *nu.* 2. Rot. *Perus.* 50. *nu.* 7. *par.* 1.

85 Conclusio vigesimatertia. Pulchra est, (ni fallor) præsens conclusio in contractu locationis, & conductionis, & quam maxime in materia remissionis attenda est principalis intentio contrahentium, an pro se tantum, vel pro alijs conducendis ex qualitate personæ conducentis, ædificij, solito personæ, & consuetudine ipsius, qualitate familiæ, & patrimonij. Bart. *in l. cum in plures, in fine princ. ff. locat.*

86 Vnde remissio facienda est, quãdo impediatur vsus rerũ, propter quas principaliter videatur conductio facta. Propterea Castr. ibidem dicit, qui ipse conduxit domum pro habitando, scholas pro legendo, & quia propter nouitatem non potuit legere, non tenetur ad pensionem pro scholis, nec pro domo, licet vsus habitationis non prohibeatur pro se, ex quo non fuit principaliter conducta pro habitando, sed pro legendo, & atten-

attenditur id, quod principaliter agitur l. si quis, nec causam, ff. si cert. pet. & dicit Castrens. quod obtinuit, & principaliores Doctores confirmauerunt.

87 Cui adde simile consilium. Natt. in casu quotidiano, conf. 610. vbi excusat hospitem, ad quem accedebant milites, & volebant vendi res, & viuere ad eorum libitum, quod potest deferre, & fit remissio, prout quandoque euenit in partibus Vmbriæ ex magna copia bannitorum qui infestabant tota die, & volebant hospitari, & soluere quanti videbatur.

Addo prædictis Boss. de remiss. merced. conduct. num. 40. vbi loquitur in conductore domus pro tenendis scholaribus, vel aduenis, qui stare nō potuerunt propter pestem, & tamen conductor habitauit, est facienda remissio, quia deficit principalis intentio.

Et ante eum ita tenuit Bartol. in d. l. cum in plures, ff. locat. quem sequitur Castrens. conf. 51. vol. 1. Boer. dec. 249. num. 5.

88 Vnum addit Bart. satis vtile in d. l. cum in plures, in princ. nu. 2. ff. locat. quod multi reperiuntur fundi, ex quibus nullus alius fructus percipitur, nisi aucupatio, vel venatio, & in hoc fit remissio, si tales fructus percipere non potuit.

Conclusio vigesimatertia. Solent autem nonnullæ dari cautelæ, & principalis est, vt conductor denunciet locatori, & protestetur cum oblatione clauium, l. item quæritur, §. exercitu, ff. locat.

89 Et ita practicare docet Caccialup. ad l. diem functo q. 40. de offic. assef. sequitur Rip. in tract. de pest. par. 2. num. 23. Viui. secundum primam impressionem, in verb. fuga. Ruin. conf. 147. n. 16. vol. 1. quem commendat Ant. Gabr. de solut. concl. 11. num. 47. vbi applicat ad casum satis frequentem, quod conductor per vim, vel alio modo coactus ad soluendum a principali debitore, non liberatur, nisi ei denunciauerit.

90 Ampliatur dispositio l. item quæritur, §. exercitu, ff. locat. in notabili casu, & quotidiano, vt si quis habet domum conductam ad certum tempus, & velit recedere, nec amplius stare, quod debet recessum notificare locatori, nu. 90. ibi, limit. 6. ff. de verbor. oblig. Pedemon. 108. par. 2. dicens Senatum ita pluries iudicasse, alias tenetur ad pensionem etiam si elapsum sit tempus conductionis, Bal. in l. 1. §. fi. per illum textum, ff. de eo, qui pro tutor. dicit singulare, notabile, & quotidianum. Iaso. in l. si ex legati causa, col. 4. sub num. 14. limit. 6. ff. de verb. oblig.

Quare non confidat conductor, est elapsum tempus, quia notificare debet.

91 Declaratur primo loco dispositio §. exercitu, vt nō procedat, nec habeat locum, quando est necessitas improuisa, quo casu cōductori succurritur, & habebit remissionē. Boss. de remiss. merced. conduc. num. 52.

92 Declaratur secundo; si necessitas nō sit improuisa & locator est persona, cui si fuisset denunciatū, prouidisset, & tunc cōductor tenetur ad interesse, & omnia dāna, ita vt si domus funditus destruatur, tenetur ad illius pretium, & cōtentorum in ea. Boss. in cit. loc.

93 Declaratur tertio loco dispositio, §. exercitu, l. itē quæritur, ff. loc. si persona non est talis, quæ verisimiliter prouidere non potuisset, vel soluisset, tunc non nocet conductori denunciatio non facta ad remissionem obtinendam. Boss. de remiss. merced. conduct. num. 52. in fin. Burs. conf. 11. num. 29. lib. 1. Alex. consil. 127. num. 6. lib. 5. Rimin. iun. consil. 40. num. 32. lib. 1.

94 Declaratur quarto loco in notabili casu, vt si est contentio inter locatorem, & conductorem, & conductor dicat, nolo recedere, sed volo remissionem tantum, & conductor replicat, ego volo quod recedas, conductor erit audiendus, cum hoc sit introductum eius fauore, cui renunciari potest per eum l. fin. C. de pact. Boss. in pract. hæc sum nopere commēdans de remiss. merced. conduct. num. 46. & seq.

95 Declaratur quinto dispositio §. exercitu, si impedimentum est notorium. Dec. conf. 356. col. 3. versic. secundo respondetur, Ruin. conf. 77. num. 2. lib. 5. Pacis. conf. 3. num. 59. lib. 1. Boer. dec. 40. num. 7. Socin. iun. conf. 104. num. 26. lib. 3. Menoch. conf. 120. num. 14. lib. 2. & 246. num. 29. cum seq.

A D D I T I O.

☞ *Quando impedimentum fit notorium, quod casu isto non requiritur aliqua protestatio, diligentia, vel probatio. Bar. in l. 1, C. vbi & aduer. quos. Ripa de priuil. iudic. in caus. pest. nu. 18. Cagnol. ad l. in omnibus, n. 5. ff. de regul. iur. Afflict. dec. 50. Feli. in cap. & transmissa nu. 2. 6. & 7. vbi Paris. n. 14. vers. quartus casus de præscriptio. Antin. in §. quædam, nu. 12. vbi Ias. n. 78. de actio, Seraph. de iuram. priuil. 35. nu. 16. Boer. dec. 40. num. 7. Iterum Afflict. dec. 79. nu. 3. attestans ita fuisse iudicatum, vbi Vrsill. col. 2. idem approbat, & sequitur Brun. conf. 45. n. 4. Curt. ad Alex. in l. §. quod diximus, ff. si quis cautio. Osasch. Pedemon. 175. n. 12. vbi ex magis communi concludere videtur, impedimentum etiam notorium probandum, & non esse necessariam protestationem, attestans ita iudicatum. Sed Petr. Surd. dec. 326. n. 82. & 83. melius iudicio meo concludit impedimentū notorium non esse probandum, & sufficit allegare de quo iudex ex se ipso se informare potest. Et quod in impedimento notorio protestatio non sit necessaria, nec aliqua vberius probatio diligentiæ, vltra iam adductos, Ponit Seraph. de iuram. priuileg. 35. n. 16. Socin. iun. conf. 120. num. 20. lib. 3.*

Addo vltra eos bene loquentes Mascard. conclu. 884. n. 10. vbi protestatio non est necessaria, nec probatio diligentiæ, quando impedimētum est notorium. Andr. Gail. lib. 1. practicab. obseruatio. obseru. 143. n. 4. Vanc. de nullit. iurisd. ordinar. nu. 166. Sfort. de restitut. in integrum. quæst. 28. num. 5.

96 Declaratur sexto, quando impedimento proueniat a locatore, quia certus certiorari non debet. Soc. iun. conf. 20. num. 12. lib. 3. Ioseph. de Lud. concl 12. declarat. 5. Burs. conf. 306. num. 2. vol. 3.

Declaratur septimo, vt tunc facienda sit denunciatio ex mente §. exercitu, quando sine periculo fieri potuit, alias nō. Rom. in l. si filius, ff. de damn. infect. Menoch. vt supra. Rot. nouiss. 241. par. 2.

A D D I T I O.

☞ *Quando impedimentum proueniat facto ipsiusmet locatoris, quo casu statim tenetur, nec est necessaria aliqua protestatio. Roma. conf. 178. nu. 1. in fine, & apertius Soc. iun. conf. 120. num. 12. lib. 3.*

97 Ex cuius discursu in practica colligitur, vt nō sufficiat simplex, & nuda perseuerantia cōductoris, nisi vtatur re conducta, & tacendo non præiudicat sibi,

quan.

quando, contradicendo impedire non potuit. Addo in terminis Soc.iun. *conf. 120. num. 11., lib. 3.*

98 Declaratur nono dispositio §. *exercitu*, vt procedat in damno habente tractum successiuum. Iac. Menoch. *de arbitr. iud. conf. 137. num. 19.*

Declaratur octauo dispositionem §. *exercitu* de intimatione facienda per conductorem, vt non habeat locum quando apposita est dies in instrumento, quæ interpellat. Rebuff. *in l. habere, col. 4. vers. 11. de verb. signific. per l. qui ad certum, ff. locat.*

Subdeclara, nisi cõsuetudo sit in contrarium, prout in Francia attestatur Rebuff. *in citato loco*. Et si prædicta sint vera, omnia fere instrumenta locationum certum tempus continent.

Declaratur nono §. *exercitu*, quando nullum effectum operari posset denunciatio, puta si extra bannimenta, quæ pro bono publico reuocari non possunt, Fulgos. *in l. si ideo, ff. de euictio.* Imol. *in cap. final. de empt. & vendit.*

Declaratur decimo stante iuramento Dec. & cõmuni *in l. quod, & num. 10. & in repet. num. 43. ff. si cert. pet.* Caball. *de euict. §. 3. num. 46.* Couar. *resol. lib. 3. c. 17. num. 5.* Aufrer. *ad Tholos.* 408. *de iuram. priuileg.* 49.

Declaratur vndecimo in denunciatione in citatorie, & sic quando ex natura contractus, quid agẽdum esset constaret. Soc.iun. *conf. 130. num. 22. vol. 3.* Bursat. *conf. 305. in fine, vol. 3.*

Declaratur duodecimo quando penitus re vti nõ potest, Bursat. *d. conf. num. 15.*

ADDITIO.

☞ *Declaratur decimotertio, vt denunciatio fiat, & requiratur, quando sine periculo fieri potest. Roman. in l. si filius, ff. de damn. infect. Menoch. conf. 246. num. 31. vers. sic. Rursus respondetur.*

99 Similibus enim impedimentis subsistantibus, locator teneatur ad interesse *lucri* cessantis, & damni emergentis, & conductor liberatur a conductione, *l. si in lege, §. colonus, ff. locat.* ad quam Bald. *consil. 325. lib. 3.* Roland. *cons. 69. nu. 27. lib. 4.*

100 Duo principaliter dicit dispositio *l. item quaritur, §. exercitu, ff. locat.*

Primum, quod locator tenetur si potuit denunciare, sed non denunciauit, vnde consideranda est potentia. Alterum, si potuit resistere, & quod ex non denunciatione locator damnum passus sit. Rip. *de priuil. contr. pest. num. 23.* Soc.iun. *conf. 120. num. 19. lib. 3.* Menoc. *conf. 246. num. 31.* ita declarando §. *exercitu.*

101 Conclusio vigesimaquarta. Altera est conclusio ex *l. si quis fundum, §. Imperator, ff. locat.* conductori fit remissio pro rata, si nõ potest vti re locata, & si mercedem soluit, tanquam indebitam repetit.

102 Declaratur hæc conclusio, vt procedat, & habeat locum, si conductor fuit impeditus facto locatoris, vel in re ipsius, quo casu sibi, non locatori nocere debet, iuxta *l. qui operas, & ibi no. & l. item quaritur, §. item cum quidam, ff. loc.* de cuius materia ponam (Deo dante) suo loco.

103 Et iste intellectus magis approbatur per Castrens. ibi, de tribus positis per glos. & est primus in ordine.

Et subdit *text. in d. §. Imperator*, Mercedes vt indebitas recuperabis, & sic conductori non valenti frui reconducta facto locatoris, vel casu contingente in re locata, duo remedia competunt. Aut enim soluit mercedes, & competit recuperatio per condictionẽ indebiti, vt ibi per Accurs. quem cæteri sequuntur. Aut non soluit, & fit diminutio pro rata, pro qua vti non potuit. Addo *glos. in l. 1. §. si pensio, in vers. ita tamen de migrando.* Boer. *dec. 249. num. 9.* Becc. *conf. 45. num. 21. lib. 1.* Pedemont. *dec. 98. num. 9.*

Et sic corrollarie infertur ad vnum satis vtile in hac locati & conducti materia, an condictio indebiti competat conductori pro mercede indebite soluta, vel actio ex conducto, & distinguitur: aut soluit totam pensionem antequam impediatur vti re cõducta, & tunc competit actio ex conducto, si vero soluit postquam fuit impeditum vti re conducta, fortasse ex casu contingente in re locata, & tunc competit cõdictio indebiti, & sic cõciliantur, & intelligũtur duo iura inuicẽ aliquantulũ pugnantia, lex enim, si quis fundũ, §. *Imperator*, in fine, loquitur dum conductor soluit postquam fuit impeditus vti re conducta, & competit condictio indebiti, quia iam solutus est cõtractus per casum mortis contingentem in capris. Vnde actio ex conducto competere non potuit.

Aut soluit conductor pensionem antequam impediatur vti re conducta, puta soluit totam pensionem in principio, & tunc competit actio ex conducto, & ita procedit dispositio *l. sed adde, §. si quis eum, ff. loc.* & ratio videtur, quia adhuc locatio durat, vnde cõpetit actio ex conducto, qui text. in alio casu dat cõdictionem indebiti, si pensio soluatur per errorem in quantitate, vt si soluit quindecim, putans ea deberi pro pensionem, cum decem tantum essent debita.

Et facit ad id, quod superius diximus de locatione per errorem, quia sic error in locatione in solutione pensionis, vt dictum est.

104 Conclusio vigesimaquinta. Dicebat quandoque Rota, vt per Caputaquens. *decis. 184. conductor, par. 1.* quod si conductor molendini sublocauit pro certa quantitate farinæ quolibet anno, si secundus conductor impediatur a primo, & velit eum recognosci, quod si detur recuperandi facultas, nullum interesse prætendi poterit, ad effectum vt competat remissio, vel restaurum.

Et sic Rota vult, quod quoties damno præterito succurri potest aliquo modo per conductorem, tunc sibi non est facienda remissio, vel restaurũ. Vnde nõ erit satis dicere, fui impeditus vti, quia datur replicatio. poteras succurrere huic impedimẽto, vel impediendo, vel recuperando, prout ex ea decisione colligitur.

ADDITIO.

☞ *Et notandum est in practica generaliter in materia impedimenti, quod si impedimentum continetur in vsu rei videtur remittere ius suum, l. excepto, C. loc. Bero. conf. 150. n. 4. 30. & duo remedia competunt impedito, Primũ est quod discedere potest a contractu, secundum quod agere potest ad interesse, & vno remedio sublato competit aliud, cum tendant ad diuersa. Surd. dec. 94. num. 1.*

105 Conclusio vigesimasexta. Vtilis est indagatio, qualis, & quãta debeat esse remissio propter sterilitatem, & vtique statur arbitrio iudicis. Barbat. *conf. 21. colum. penult.*

penult. in princ. lib. 2. Menoc. de arbitr. iudic. casu 77. tet. gi superius in quæstione de sterilitate.

106 Conclusio vigesimaseptima. Fiunt quandoque instrumenta quod conductor promittit soluere pensionem, & mercedem omni exceptione, & occasione remota, suscipiendo in se omne periculum, & casus fortuitus exceptis, tẽpestate, & bello, vel simili modo loquendo, quo casu duobus concurrentibus valet, & hoc secundum vtramque opinionem Doctorum, scilicet generali renunciatione, & exceptione aliquorum casuum. Ita pro constanti affirmat Grat. consil. 161. num. 15. par. 2.

107 Conclusio vigesimooctaua, Conductori pedagij, vel gabellarum, fit remissio mercedis propter relaxationem represaliarum; vel prohibitionem extractionis biadarum per bannimenta, vel similia. Franc. Marc. in facti contingentia, decis. 62. par. 1. vbi dicit, quod debet fieri aliqualis consideratio, & est casus satis frequens & a paucis excogitatus, cum a Principe, & Gubernatoribus prouinciarum, fiant strictissima bannimenta in materia annonæ.

Facit Anan. cons. 74. col. penult. vers. In casu autem isto qui in specie respondet, quod si conductor datij salis Bononiæ fuit impeditus ex ordinationibus a Bononiensibus etiam Instit. factis, non tenetur perseuerare in ipsius datij conductione sequitur Crauet. cons. 95. num. 8. in fine. Menoch. late, cons. 27. num. 53. cons. 120. num. 19. Bero. cons. 140. lib. 1.

Amplia vt hoc casu a cõductione recedere liceat & totum damnum, & lucrum cessans a locatore cõsequi. Roland. cons. 68. num. 22. vol. 4. qui loquitur in locante datia, qui postea impediuit vsum datij per prohibitionem extractionis mercium. Bursa. loquẽs in locationibus gabellarum, cons. 309. num. 6. vol. 3. casus frequens, & quotidianus propter continua bannimenta, vel extractionum.

108 Conclusio vigesimanona. Publico conductori alicuius fontis, fit remissio, si per aliquod temporis spatium diruatur, vel aliquo impedimento afficiatur, & hoc pro rata temporis, quo frui non potuit, l. qui insulam, §. ædiles, ff. locat. quod lanè multis durum visum fuit, ex quo communitas concedit alijs gratis, vnde illi nihil perdunt, sed ibi respondet Castr. quod satis dicitur perdere, si perdant illi, quibus gratis cõcessum est accedere, satis enim perdere dicitur, qui non implet voluntatem suam, gloss. fin. in l. penult. ff. de condict. indeb. vbi Ial. num. 3. Facit textus in §. præterea, l. vlt. Instit. de actio. sicut perdere dicitur, quando fit contra voluntatem, dato quod lucrum consequatur, glos. in l. Paulus respondit creditorem, ff. de solution. Facit l. fin. in fine, ff. de vsu & habitation. Grammatic. cons. 22. num. 6.

109 Posset ad intellectum dicti §. ædiles, dici, quod ibi per ædiles fuit facta conductio nomine publico.

Vnde vna est in le conductio. Si aliqui igitur de publico vti non possunt, publicum ipsum dicitur impeditum, cum impediantur particulares vti membra ipsius publici iam conductoris.

110 Conclusio trigesima. In pulchra facti contingentia cõsultus respondit Bartholomeus de Capua, prout apud eum ita attestantem singul. 65. expedita &c. Si quis locauit alicui vnum petium terræ, & conductor in vna parte ipsius seminauit hordeum, in alia granum, si hordeum patiatur calamitatem, & granũ non, si conductor renunciat hordeum calamitosum, & protestatur quod eum nolle teneri ad terratici, dicit locator, renuncia mihi granum quoque, & ego liberabo te a præstatione terratici, dicit ille, nolo vtique, aut totum habebit, aut totum recusabit, vt per eum in citato iam loco.

Vltra quem conclusio vera videtur aliquibus cõcurrentibus, scilicet vnitate generis, vel officij, aut pretij incommoditate separationis. Ita consulendo tenuit Signorolus, quem refert & sequitur Veron, & modo, quo supra, declarat in l. cum eiusdem, sub n. 5. ff. de ædil. edic. Franc. Tigrini ad l. cum in ea, §. 1. ff. eod.

111 Conclusio trigesimaprima. Si locatur res quę casu mate iã periit, solutio intelligitur fieri pro sorte principali, non pro fructibus. Cyn. & Salic. in l. 1. C. de solut. casma autẽ quid sit, vltra iam adducta, vide Cot. in verb. casma. Menoch. præsump. t 38. num. 8. lib. 3.

112 Conclusio trigesimasecunda. Solet tamen in hac remissionis materia cautela vtilis adhiberi apponendo in instrumento locationis talia, vel similia verba. Et ideo conductor renunciat conditioni sine causa etiam iusta, & omnibus exceptionibus, per quas releuaretur a solutione pensionis, vel mercedis, & omni legum, & iuris auxilio. Spec. in tit. de locato. §. nunc aliqua, q. 1 3 8. Commendat, & ita practicare docet Alber. in l. item quæritur, §. exercitu, ff. locat. Iaso. in l. 1. col. 5. vers. limita tamen, C. de iure emphyteut. Alex. cons. 28. col. fin. lib. 1. Veron. cautel. 48. Crauet. consil. 290. in fin. Rol. cons. 86. nu. 10. vol. 3. Ancha. consil. 44. num. 14. par. 1.

Addo bene loquentes Gozadi. consil. 69. num. 20. & consil. 56. col. 3. in fin. Capic. decis. 87. & 89. Ioseph. de Ludou. conclus. 12. declarat. 8. Cott. in memorab. in verb. conductor. Roland. de lucro dot. q. 42. num. 12. Port. cons. 143. num. 18. & 144. num. 15. Franc. Bec. cons. 87. num. 17. lib. 1.

113 Declaratur, vt per hanc renunciationem non cẽseatur sublatum ius retentionis, si illud solum competeret. Capic. in terminis locati & conducti, decis. 88. per tex. in l. fundus qui locatus, ff. de fun. instruct.

Declaratur secundo, vt ista cautela non procedat stante enormissima læsione multũ vltra dimidiam. Mozz. in c. de locat. in verb. accidentaliis, num. 58.

114 Conclusio trigesimatertia. Vidi in facto casum. Extat statutum per Italiam, & quam maxime Tuderti, quod instrumenta habeant executionem paratam, si locator agat contra conductorem ad dicti præstationem, an debeat retardari executio, donec sterilitas, & remissio discutiatur, cum veniat ex natura contractus, vt ex prædictis colligi potest.

Non vidi hanc quæstionem apud Barzum de guarentigia, nec Gallesium in forma cameræ, & sępius occurrit in facto.

In qua resolutione cum exceptio restauri pendeat ex natura contractus, vt debeatur restaurum credērem distinguendum prout in materia melioramentorum, aut enim requirit altiorem indaginem, & fidei iussio sufficit, alias executionem impediat.

115 Vidi etiam in facto casum, an conductori petenti remissionem propter sterilitatem, locator dicere possit, nolo remittere, recedamus a contractu.

Audiui etiam a multis practicis, quod si locatio fit ad annum tantum, quod nõ solet fieri pactum de remissione mercedis propter grandines, vel similia, le-

cus

cus si ad tres, vel quatuor annos, quasi vnus annus de facili compensetur cum alio.

116 Dixit etiam mihi quidam valde senex, qui & a senibus audiuit, quod si vno anno erit sterilitas, non erit anno sequenti, nec veniunt simul coniunctæ duę carestiæ, & videbis multos colonos in anno sterilitatis, petunt licentiam dicentes non posse metere, & fieri remissionem pro rata detractis operibus, & laboribus.

117 Dant signa carestiæ, & sterilitatis rustici, vt sint inter alia ista, copia fungorum, lini, agnorum.

118 Conclusio trigesimatertia. Si fructus valeant plus solito, vel vbertas veniat industria, & labore coloni, pensio non est augenda, secus si fertilitas proueniat casu, quia pensio est augenda pro rata, *gl. in l. si merces, §. vis maior, ff. loc.* & hàc opinionem post Io. And. Innoc. & Anchar. tenuit Imol. *in d. c. propter sterilitatem, nu.* 14. Firmia. *de gabel. p.* 2. *nu.* 39. & communẽ dixit secure Ant. Gomes. *de contract. r. de locatione, n.* 19. Eman. *in suo Thesaur. in verbo conductori, num.* 221.

ADDITIO.

☞ *Hinc dixit Alberic. in l. Rutilia Polla. ff. de contr. empt. in casu occurso Parmæ, vbi quis conduxit grauiam cum quatuor molis, promittens decem pro quolibet modio, si ex eius industria addat quintam molam, non tenetur pro tota ad decem alios modios, dicens ita iudicatum.*

119 Declaratur hæc conclusio, & ita videntur posse conciliari opiniones, si vbertas sit excessiua, & vltra dimidiam, vel in casu inopinato, quo casu pensio augenda erit Castrens. post aliquos, *in d. §. vis maior, & melius in l. cotem, §. qui maximos, col.* 1. *nu.* 2. *de publica.* ponens exemplũ Romandiolæ, vbi fuerunt augmentatę gabellę propter affluentiam insolitam hominũ. commendat Soc. iun. *conf.* 68. *in fin. vol.* 2. Ari. Pinell. *de rescind. vend. l.* 2. *p.* 1. *c.* 3. *nu.* 35. vbi valde commendat. Addo vltra eum Franc. Marc. *decis.* 210. *p.* 2. qui tandem in fine cum hac opinione residere videtur. Brun. *de augment. concl.* 14.

120 Hinc postea infertur. Si locaui molendinum, ex quo percipit conductor solum quinquaginta, quia erant alia molendina, quæ modo sunt diruta, fit augmentatio pro rata, vt dixit Ang. *in verbo locatio* 17. & sæpius in facto occurrit.

Addo in materia molendini, quod conductor molendini cũ quatuor rotis nõ tenetur ad maiorem pẽsionem, licet imponat quintam rotam, vel machinã. Alber. *in l. Rutil ia, ff. de contrab. empt. Vero. de seruit. rustic. præd. tit. de furn.* Pariter non est in consideratione tanquam interesse, si molendinum minus lucrum faciat propter nouum contractum, Bar. *in l. quo minus, q.* 2. *de flumin.* Affl. *decis.* 388. *nu.* 22. Bene in materia Ioseph de Ludou. *Rot. Luc.* 8. *nu.* 22.

121 Conclusio trigesimaquarta. Conductori non augetur pensio per alluuionem, Angel. post Cyn. *in l. lege, C. locati*, dicens hoc perpetuo notandum, & de facili euenire posse, maxime in agro Tudertino ex vicinitate Tiberis, qui sæpe dicit ius de facto, iustificatur grauamen, nec est locus appellationi, commendat Hippol. *sing.* 134. dicens hoc facere ad limitationem *l. secundum veterem, ff. de regul. iur.* Rodoa. *de reb. eccl. quæst.* 13. *car.* 391.

122 Et quo ad fructus, cedunt colono. Natt. *consil.* 601. *nu.* 15. *lib.* 3.

Est magis communis opinio, *decis. Perus.* 24. *num.* 4. *parte* 1. Viui. *opin.* 62. *part.* 2. *facit l. fructus, l. sequenti ff. de rei vendic.*

123 Conclusio trigesimaquinta. Conductori gabellarum augetur pensio aucto territorio, Ang. *in Auth. vt determinet.*

124 Conclusio trigesimasexta. Fornario conducto, ad coquendum panem, pensio non augetur aucta familia. Pile. *q.* 48. Brixi. *q. dominical.* 51. Iaso. *in l. quo minus, q.* 32. *de flumin.* Boer. *decis.* 213. *nu.* 9. Vberton. *de seruit. vrban. præd. capit.* 50. *de furno.* Iacob. Menoch. *de arbitr. iudic. lib.* 2. *cas.* 233. *nu.* 10. dixi. *ad regul. cum quid, nu.* 124. *ibi. q.* 5. *nu.* 24. Pedem. *decis.* 226. *numer.* 2. *p.* 2. inferens ex hoc, quod conductor in perpetuum non tenetur de augmento monetæ, si pensio in immensum creuerit.

Ampliatur idem esse in molendinario, qui si promisit molere alicui pro se, filijs, & familia, nõ tenetur filijs separatim habitanti bus, Pile. *q.* 48. Brixi. *q.* 50. & hæc opinio est verior, & æquior. *Ias. in l. quo minus, num.* 14. *de flumin.* & in conscientia tutior. Angel. *in verb. locatio nu.* 18. *ratio.* quia non videtur cogitatum, *l. si quis vna, in fine, ff. de pericul. rei vendit.* Facit ad intellectum *l. si seruitus, ff. de seruit.* vrbanorum prædiorum. Tiraq. *de ret ract. §.* 20. *gl.* 1. *nu.* 32. Rol. *consil.* 1. *nu.* 167. *vol.* 2.

125 Conclusio trigesimaseptima. Adiudicationis augmentum cedit locatori. Bal. *consil.* 370. *lib.* 1.

Nec omittam considerandum, quod molendina minus lucrum facere propter noua constructa non est in cõsideratione. Bar. *in l. quo minus, q.* 2. *de flumin.* Afflict. *decis.* 389. *nu.* 12.

Et hæc apposui in materia fertilitatis, & augmenti, de qua non vidi tactum in materia per Bost. plene profitentem *in c. remiss. conduct.* neque publican. neque per Mozz. *de contract. in c. de locatione in verbo accidentalia, vbi hoc profitetur.*

126 Conclusio trigesimaoctaua. Pecunia abscondita reperta est domini, non coloni, vel conductoris, & sic hoc augmentum est domini locatoris. Bart. subsocu. re. *in l. a tutore, ff. de rei vendic.* reputauit singulare, & dixit in facto habuisse Aret. *in §. Thesaurus, de rer. diuis.* Petr. Girar. *singul.* 95. *tu scis.* Arno. *problem.* 29. vbi loquitur in fortioribus terminis de emptore. Fabian. hoc valde commendas *de empt. & vendit. q.* 6. *principal. nu.* 34. Caballi. *milleloq.* 9. *p.* 4. Didac. *in regu. la peccatum, in tertia parte relectio. §.* 2. *nu.* 2.

127 Illud vnum in materia augmenti in hac locati materia non omittam, quod si quis conducat molendinum ad quatuor rotas, ad decem pro qualibet rota, si augeatus quinta rota non est augenda pensio. Alberi. *in l. Rutilia Polla, ff. de contrabend. empt.* dicens ita Parmæ fuisse iudicatum. *Ias. in l. iustitia, num.* 22. *ff. de iust. & iure.*

128 Nec conductori facienda est remissio, qui male coluit ab initio, postea superuenit sterilitas, *l. ex conducto, §. cum quidam, ff. locat.* & sæpius in facto occurrit. Mago. *Rot. Floren.* 67. *nu.* 22. *cum seq.* Capra. *regul.* 87. *nu.* 30. Rumin. *consil.* 490. *nu.* 5. *vol.* 1.

129 Addo vlterius in hac materia fertilitatis, si res locata, ex qua pensio debetur, est posita ad solã demonstrationẽ, & tunc si talis res est sterilis, nõ liberatur a se

sed debet suppleri ex alio fundo, vel alio modo. Si verò res locata est pôsita ad taxationem, tunc suppletur in alio anno, si vna tantum est præstatio, & plura, secus si plures. Sebast. Medic. *de cas. par. 2. q. 10. num. 41.*

130 Pariter dicendum est, quod si conductor promisit remissionem non petere, nisi in vno casu tantum in instrumento apposito, videntur exclusi alii. Coe. *cons. 128. col. 2. vol. 2.* Calcan. *cons. 28. num. 8.* Grat. *cons. 61. vol. 2.* & sic habes in practica duos casus. Ruin. *cons. 87. in fin. vol. 1.* Rim. *in princ. de donat. num. 1025.*

Primo ex parte locatoris, & fit extensio vel ratione similitudinis, identitatis rationis, vel similis, & ita procedat *cons. Cephal. 257. vol. 1.* Bursat. 81. n. 15. *vol. 1.*

Secundus est casus pariter, ex parte locatoris quando pactum remissionis derogaret iuri communi, puta si esset dictum vt fieret remissio pro damno pestis, belli, & tempestatis magno, vel paruo, cum de iure pro paruo damno non fiat remissio. Vnde non fit extensio ad similem vel maiorem rationem habentes: pulchre Iacobi. *inter cons. Rimin. 649.*

131 Alter est casus negatiuus ex parte cõductoris promittẽtis nõ petere, nisi in tali casu expresso, & tunc non fit extensio, immo tenetur in casu non expresso ad integram pensionem, & ita videbitis practicari.

Et in materia remissionis indefinita æquipollet vniuersali. Vnde si promittatur remissio in casu tempestatis, intelligitur generaliter cuiuscunque tempestatis, *l. si vno, §. vbicunque. ff. loca.* Cephal. *cons. 229. num. 23.* Sebast. Med. *c. de reg. iur. regul. 2. nu. 72. par. 1.*

132 Declaratur superius firmata coclusio multis modis. Primo nisi casus omissus sit similis expresso, prout dixi *in tit. de casib. q. 3.*

133 Secundo, vt non procedat si induceretur peccatum, si casus omissus non comprehenderetur, vt locator locupletaretur cum iactura aliena. Menoch. *cons. 82. num. 48.*

134 Tertio, nisi mens agentis repugnet Mago. *de communi decis. Lit. 67 num. 18.* vbi loquitur in casu belli expresse, & superuenit copia locustarum.

135 Quarto, nisi expressu sit gratia frequentioris vsus. Cephal. *cons. 257.* Bursat. *cons. 8 t. num. 15.*

136 Quinto loco addo notabilem doctrina Salic. *in l. licet, in fin. C. loc.* vbi si conductor recepit in se casum tempestatis, intellig tur de tempestate, quę sterilitatē inducat, vt aliquid vitra vsũ cõmune operetur. Si verò, locator recipiat, intelligitur non solum de sterilitate, sed de exiguitate fructuum, quod pulchrum est.

ADDITIO.

☞ *Sed pone hic casum valde quotidianum. Promitto conductori meo, facere illam remissionem, & restantium quod faciet vicinus meus, vel Camera cum Publicanis. Si vicinus, vel camera nullam facit remissionem, nec ego facere debeo. Alex. cons. 3. col. .. & 2. l. b. 1.*

Contrarium consuluit Soc. sen. cons. 44. lib. 1. sequi videt ur Costa in verbo quod, dicens esse valde frequentem, & sæpius in facto habuisse.

In puncto tamen consultationum Alex. sequitur, & defendit a multis obiectis. Purpurat. cons. 443. 473 nu. 3. 501. vol. 1. & vltima.

137 Cõtigua & valde connexa est materia impedimẽti iam proxime discussis, ob id non separãdo materias a facilior in elligentiã prosequar per cõclusiones inchoatas m t riam ista vtilem, & practicabilẽ *ad l. item quæritur, §. item cum quidam, ff. loca.* Impedimentũ igitur quadrifariam considieratur, ex parte locatoris, ex parte conductoris, ex parte tertij, & ex casu.

138 Ex parte locatoris conclusio est. Quando conductor prohibetur vti re conducta facto locatoris iusto prouueniente ex facto conductoris, puta non soluentis mercedem, vel facto locatoris iusto non prouenienie facto conductoris, est materia *l. ade, C. locat.* ponam suo loco.

139 Secunda est conclusio ex parte locatoris. Si conductor impeditur vti re conducta ex facto locatoris iniusto, tenetur locator ad totale interesse, *l. ex conducto, in princ. l. si fundus, l. & hac distinctio, ff. loc.* Ruin. *cons. 165. num. 3. vol. 1.*

Anan. *cons. 74. colum. penul. verf. In casu isto.* Bero. late *cons. 140. lib. 1.* Menoch. *cons. 27. num. 53. 128. nu. 7.* Crauett. *cons. 95. num. 8.* Aret. *cons. 111. num. 4.* Alex. *cons. 48. num. 3. lib. 6.*

ADDITIO.

☞ *Soci. cons. 127. num. 3. vol. 1. late Beer. cons. 45. nu. 19. Roland. cons. 69. vol. 4. Sard. decis. 42. num. 17.*

140 Ampliatur hæc conclusio, vt possit repetere pensiones solutas & aliam domum conducere. Bal. *cons. 325. vol. 3.* late Rol. *cons. 19. num. 22. vol. 4.* Strach. *de mercat. tit. de naui, par. 3. num. 25.*

Ampliatur secundo allegata conclusio, quod statim locator agere poterit, vt a pensione liberetur, & ratione lucri, quod facturus fuisset, si aliam domum conduxisset, vel in conductione permansisset suo tẽpore, prout inferius dicam.

141 Ampliatur tertio, quod si dominus locator dicat, ego volo desistere, & quod libere possis vti re conducta, non auditur, nisi re integra, vel lite non contestata pro parte coloni.

142 Integra autem res est in materia locati & conducti, si est transactum modicum tempus lis non contestata, vel conductor non conduxisset aliam domum, quo casu locator auditur volens reficere hoc damnum. Ita practicasse docet Castrens. *in l. si in lege, §. colonus, ff. locat.* & hoc idem cum præcedenti ampliatione tenuit Alex. *cons. 84. num. 2. vol. 6.* Soc. sen. *cons. 155. num. 4. lib. 1.* Ruin. *cons. 23. num. 5. cons. 85. num. 4. cons. 147. lib. 1. cons. 156. n. 4. lib. 1.* Paris. *cons. 40. num. 6. lib.* Neuizzan. *cons. 91. num. 9.* Alciat. *respons. 689.* Menoch. *in conductore vectigalium loquens cons. 27. num. 33. & 54. lib. 1. cons. 55. num. 14. eod. lib. cons. 246. num. 1. lib. 3. cons. 119. num. 1. lib. 1.*

143 Cautus igitur erit locator desistere, & offerre sua damna, & cautus erit conductor allegare etiam conductionem, & si perseuerasset, fuisset lucratus tot.

144 Ampliatur quarto loco, vt locator teneatur ad damnum, & interesse, etiam quod conductor consenserit appositioni sequestri super fructibus rei locatæ, & ita tenuit Rot. in vna Bononiensi locationis coram Domino Antonio Augustino, die quintodecimo Ianuarij 1552. vt per Caputaquent. *decis. 183. par. 1.*

glos. in l. damnum. Cod. locat. quam singularem dixit Bald. *singular.* 58. Boss. *de remission. merced. conduct. num.* 10. semperq; fit remissio pro quantitate damni *l. ex conducto*, §. 1. ff. *locat.* siue propter sterilitatem, Bello. *cons.* 21. *num.* 9. siue propter bellum. Rom. *cons.* 432. Bello. *cons.* 45. *num.* 8. siue propter vim fluminis, vel defectum aquarum, prout in magnis siccitatibus. Fulgos. *cons.* 193. Natt. *cons.* 449. *num.* 16. Hippolit. Rimin. *cons.* 42. *num.* 1. siue facto locatoris, siue de remittenda mercede actum sit, siue locatio simpliciter facta sit, quia hoc venit ex natura locationis. Ceph. *consil.* 257. *num.* 11. *lib.* 1. Eugen. *consi.* 50. *num.* 46. & est communis opinio. Capr. *regul.* 88. *num.* 49. Vnde aut excedit dimidiam, & fit remissio in totum; aut non, & tunc pro rata, vt ex prædictis patet.

9 Declaratur quinto, si ita conuentum esset, quia talis conuentio valet, & tenet. Alexand. *cons.* 141. *in fine.* Afflict. *decis.* 258. per textum in materia locati & côducti, *in l. cum venderem*, ff. *loc.*

10 Et si fieret conuentio copulata, vt propter bellû, & pestem fiat remissio, sufficit vnum tantum verificari ex verisimili mente contrahentium. Bursat. *cons.* 81. *num.* 20. *lib.* 1. Ioseph. de Ludouic. *conclus.* 12. *ampliat.* 5.

11 Et sic habetur limitatio ad regul. copulatiue.

12 Declaratur vlterius, vt licet quis conducat tempore belli, vel pestis, fit tamen remissio si post maius bellum interueniat. Boss. *de remiss. merced. conduct. num.* 59. Bursat. *cons.* 81. *num.* 18. Ioseph. de Ludouic. *conclus.* 12. *ampliatione quinta.*

A D D I T I O.

Et non potest conductor remissionem petere si sciuerit Bellum imminere. Bald. consil. 247. lib. 2. Quem similibus exornat. Ruftic. de liberis in conditio. positis in princ. num. 15. fol. X.

13 Declaratur septimo, quando occasione belli, vel pestis nihil penitus percipitur, prout dixi in prima declaratione. Si autem aliquid percipiatur, & non sit læsio vltra dimidiam, vel affictus veri, vel perceptionis fructuum, non fit remissio. Bursat. *cons.* 51. *nu.* 16. *lib.* 1. Ioseph. de Ludouic. *conclus.* 12. *versic. intelligendo prædicta.*

14 Addo pulchre Marc. *decis. Delphi.* 178. vbi conductor, qui se absentauit ex causa pestis, nô fit remissio, si in domo retinuit res suas, & sic aliquem fructû percepit, quod est bene notandum cum sæpius occurrat.

15 Declaratur octauo, vt licet quis conducat fundû sui natura sterilem, vel predæ, aut bello suppositum, hoc verum, si tunc temporis imminebat, secus si superueniat post. Ita Perneol. Mozz. *de contract. in tit. de locat. & conduct. in verbo, accidentalia, num.* 32. *per l. qui bona.* §. *de illo.* ff. *de damn. infect.*

16 Secunda est conclusio ad *l. habitatores*, §. *fin.* ff. *locat.* Iustus timor belli, pestis, malorum spirituum, & similium inducit remissionem mercedis *d. l. habitatores*, §. *fin.* per quam ita tenet Alexan. *cons.* 28. *volu.* 1. *cons.* 51. *vol.* 2. Imol. *cons.* 7. Anchar. *cons.* 88. Decius *cons.* 555. *& ibi in addit. num.* 9. *consil.* 647. Boer. *decis.* 209. *par.* 2. Iacob. de Leonard. inter consilia Brun. *cons.* 117. *num.* 16. *vol.* 1. Vincen. de Anna. *allegation.* 92. *num.* 9. Lucen. *regul.* 393. *num.* 7.

Vnde Seneca inquit. Peior est bello timor ipse belli.

A D D I T I O.

Et ita materia malorum spirituum late Didac. Couar. var. resol. lib. 4. c. 6. vbi post multa concludit licere recedere timore malorum spirituum, & esse locum dispositioni l. habitatores, §. vlt. & sic pluries iudicatum in Granatensi auditorio, & ibi ponit causam ex sacris authoribus. Neuiz. 33. multos allegans cons. 81. n. 1. Natt. cons. 50. n. 17. cons. 221. num. 5. cons. 610. n. 11. Bursa. cons. 81. nu. 8. Cagnol. in l. vani. de reg. iur. Surd. dec. 183. num. 3.

17 Ampliatur dispositio *d.* §. *fin.* etiam si bellum, vel pestis, vel similis re vera post suspicionem non veniat. Bart. in *d.* §. *fin.* Roma. *in l. patientis, in fine*, ff. *de damn. infect.* & hæc est communis opinio. Alex. *in l. si vno.* §. *item cumquidam.* ff. *loc.* Dec. *consil* 312. Corsett. *in verbo, metus.* Pro. *de in litem iurand.* §. 4. *num.* 4. Riminal. *cons.* 206. *vol.* 2.

18 Ampliatur secundo, vt timore mali aeris licet côductori recedere. Guid. Pap. *decis.* 630. *gloss. fin. in l. damnum*, ibi, Diuina &c. *Cod. locat.* Anchar. *consil.* 37. Marsil. *in l.* 1. *num.* 47. *de quæstio.*

19 Ampliatur tertio *num.* 19. Rebuf. *in l. hominis, vers.* 4. *& 9.* ff. *de verb. sign.* vt recedere liceat timore malorum spirituum. Poet. *in tit. de locat. in fine.* Cagnol. *ad l. contractus, num.* 55. *de reg. iur.*

Circa tamen intellectum *l. habitatores*, §. *fina.* ff. *locat.* considerandi sunt quatuor casus principales.

20 Primus, cum nullus est iustus timor, & tunc nulla fit remissio, & integra merces debetur, *d.* §. *fin.*

Secundus est casus, si adest iustus timor, sed non recessit, & integra merces debetur, si tamen aliam domum conduxerit, debebit locator mercedem secundæ locationis, vel quanti conducturus fuisset, excomputare, vel refundere, quasi de hoc conuenisse videatur. *l. si domus, versi. idem iuris*, ff. *loc.*

Tertius est casus, si alienam domum conduxit, sed non habet factum, & tunc est in arbitrio locatoris, vel soluere pretium secundæ conductionis, quod ipse inquilinus sine dolo malo præstitisset, vel mercedem pro rata remittere, *l. sed addes* §. *sed cum in annum, iuncta gl. in verb. stetisse*, ff. *loc.*

Quartus est casus, quando fuit iustus timor, & migrauit, sed habuit aliam domum gratis. Guid. Pap. *dec.* 630. *vbi videas.*

Vitra Guid. Pap. plene profitentem, vt supra, declara vlterius, nisi iustus timor adesset tempore contractus per ea, quæ superius diximus, & ad hoc est glos. *in l. æde. C. locat.* Bald. *in l. si ea lege. C. de vsuris.*

21 Tertia est conclusio. Conductori fit remisio, si fuit impeditus fructus colligere a mense Septembris in antea exclusiue, licet alias fructus illius anni collegerit. Bal. *cons.* 434. *lib.* 1.

22 Quarta est conclusio. Conductori non fit remissio pro fructibus a solo separatis, nondum tamen in horreum reconditis. Fulgos. *in l. ex conducto in fine.* ff. *locat.* Natt. *cons.* 284. *vol.* 2. & sentit Bar. *in l. ex diuerso, sub num.* 3. ff. *de rei vendicat. per l. si seruus.* §. *loc.* ff. *de furt.* & clarius Alber. in conductore loquens,

qui

qui nummis colit vt fructus efficiantur sui, statim quod sint a solo separati, licet in horreo non fuerint reconditi. Ang. *in l. damnum, C. locat.* Soc. *consil.* 100. *colum.* 1. *libr.* 1. Bal. *in l. ex conducto, §. 1. ff. locati*, & hęc est communis opinio Boss. *de remiss. merced. conduct. n.* 90. *circa medium*.

Addo de communi pariter attestantem Curt. iun. *consil.* 85. *num.* 1. Eman. Soarez. *in suo thesaur. litera C, n.* 218.

23 Contraria verò opinio est verior, æquior, & magis conueniens contractui locationis & conductionis, vti bonæ fidei, prout superius diximus, & in statu fructuum consideranda sunt plura tempora, & gradus, & qualitates ipsius temporis.

24 Primus status fructuum erit, cum sunt in fundo, & dicuntur pars fundi, *l. fructus, ff. de rei vendicat.* quo in loco I.C. omisit casum improuisum, & isto casu erunt damno domini iusta tamen superius dicta.

25 Secundum tempus fructuum est cum sunt a solo, vel arbore separati, nondum tamen excussi, vel mundati, sed adhuc rudes existentes prout vulgo dicitur, *gregne vna ne i canali*, & sic discurrendo, & hoc casu licet contractus sit impletus ex parte locatoris, adhuc tamen patientiam præstare tenetur, quia fructus sūt colligendi, seu fouendi, & hic verus finis.

26 Vnde locator non videtur vere impleuisse, donec vere conductor non sit fruitus, *iuxta l. si quis domum, in princ.* & ibi Bal. *ff. locat.* Calder. *consil.* 5. *de locato*, Vnde si damnum contingat modo, quo supra, erit ex æquitate locatoris.

27 Ex quo tempore in hac locati materia colligitur vnum, quod dantur hic duo simul cōtractum esse perfectum quoad locatorem, tamen adhuc teneri ad aliquam patientiam successiuam.

28 Tertium tempus fructuum est cum fructus sunt mundati, non tamen adhuc in horreum reconditi, & pariter isto casu erit damno locatoris, cum adhue res non sit plene perfecta. Boss. *de remiss. merced. conduc. n.* 90. *in fine*.

29 Interens post Socin. *cons.* 100. quod si quis conduxerit omnes fructus, & præuentus alicuius iurisdictionis, si patiatur damnum in conductionibus iam factis, nondum tamen exactis, quod erit locus remissioni, quia actus non est plene consumatus, quod videtur bene notandum in conductoribus principum, & domicellorum.

30 Quartum tempus fructuum est in fructibus iam in horreum reconditis, vt oleum in vrceo, & vinum in dolcis, & tunc attendi debet finis primo loco, puta repositum fænum in fænili, vt ex eo comedant boues, & ex fimo pinguescat, ager isto casu si prouenit damnum antequam ager pinguescat, est damno locatoris: licet enim fœnum sit in fænili, tamen expectat post se alium successiuum effectum, & ita discurrendo tenuit Boss. vt supra, *sub n.* 91. vbi etiam limitat stante etiam pacto, vel consuetudine, prout apud eum.

31 Quintum tempus vltra Bossio postquam fructus sunt in horreum reconditi, sed conductor non habebat potestatem illos alienandi culpa locatoris, & isto etiam casu facienda est remissio. Siluan. *consil.* 11. & 12. *vol.* 1. cui se subscripsit Alciat. Pernicol. Moz. *de contract. tit. de locat. & conduct. in verb. accidentalia, n.* 35. & 36.

Ex quibus corollarie infertur ad intellectum non nullorum iurium.

32 Primo ad intellectum *l. pignus, C. de pignor. act.* vt fructus a solo separati sint conductoris, non tamen ex hoc liberetur conductor, quia tenetur præstare patientiam ad consummationem vltimi finis, prout dictum est.

33 Secundo infertur intellectus *ad l. damnum, C. locati*, vt non procedat, quando damnum fit vitio territorij. Imol. *in c. propter sterilitatem, col. 4. vers. sed* Hostiens. Soc. *in citato consilio*.

Alias declarationes *ad d. l. damnum*, habes superius *in tit. de casibus, ad l. si merces, §. culpæ, ff. locat.* eo recurrere placeat, & ibi de facto iusto, & de iniusto, & similibus.

Sextum tempus, & status fructuū est quod fructus erant iam percepti, sed erant in aere ita infecti, quod quasi sunt destructi, nec hoc casu fit remissio, quia de fructuum vitio non tenetur locator, Bald. *in l. licet, q.* 7. *num.* 9. *C. locat. per l. ex conducto, §. si qua tamen vitia, ff. locat.* vbi pariter dicit remissionem non fieri si conductor damnificetur propter paruitatem valoris fructuum. Modicum igitur pretium grani non est causa remissionis.

Illud non omittam, quod colligitur vtile in practica, *in l. si seruus, §. locaui*, vbi Bart. *ff. de fur.* quod conductor non facit fructus suos antequam mercedem, vel pensionem soluat. Vnde non competit actio furti vt suo loco dicam.

Bene verum est, quod dominus locator permittendo ante pensionem solutam conductorem percipere fructus, videtur tacite habere fidem de pensione, vel mercede debita, dicens *§. vendite*, de rerum diuis. habere locum in quolibet contractu.

34 Quinta sit conclusio. Conductori non fit remissio in casu *l. sicut emptio, §. fin. ff. locat.* scilicet, quando vendo tibi fundum habita fide de precio hoc pacto adiecto, vt donec soluatur precio, certa merces quot annis tradatur, & hoc casu damnum contingēs in fructibus est emptoris, & conductoris simul, non venditoris. Alexand. *consil.* 121. *volu.* 5. Dec. *consil.* 312. *vol.* 2.

35 Ampliatur hæc conclusio, vt nedum damnum datum in fructibus hoc casu sit conductoris, emptorisq. simul, sed etiam interitus totius rei, quia venditio dicitur perfecta, vt per gloss. ibidem, quæ communiter approbatur, vt per Nicol. Mozz. *de locat. & conduct. in verbo, accidentalia, nu.* 38. ponam latius Deo dante *in tit. de vsur. vbi suppleas*.

36 Ampliatur secundo loco dispositio *d. leg. sicut. emptio, §. fin.* vt procedat, & habeat locum circa remissionem mercedis etiam in contractibus liuellarijs ecclesiarum.

Similiter in contractibus censualis, qui hodie frequentatur in Vrbe Roma, Perusiæ, & passim ad tot, & emuntur fructus alicuius predij iuxta bullā Pij V. super censibus, nam propter sterilitatem non fit remissio, nec propter bellum, pestem, vel similem casū. Franc. Marc. *decis. Delphin.* 208. *par.* 2. Clarius Tiber. Decian. *consil.* 48. *nu.* 18. *vol.* 1. Gugliel. Rodoan *de reb. eccl. non alien. fol.* 31.

37 Addo, quod posui superius in hac materia in verbo emphyteuta sterilis, dum posui ex mente Bald. *ad l. licet, Cod. locat.* an emptori fructuum, vel viusfructus

formalis

& similibus, fit compensatio eiusdem anni, quia si in fructibus diversi anni, cur non eiusdem anni? ita vltra Boss. tenet Petr. Iacob. in sua practica in forma libelli ex conducto, *col.* 4. circa medium, inferens ad fauorem curati, vt sibi debeantur decimę, si est caristia in grano, & vbertas in alijs fructibus.

ADDITIO.

☞ *Natt. cons.* 449. *nu.* 5. *Surd. decis.* 155. *nu.* 7. *cons.* 2 17. *per totum. Surd. decis.* 217. & *decis.* 155. *nu.* 7.

53 Vlterius cogitandum relinquit sapere magnã ęquitatem, puta est caristia, & colligitur parua quantitas grani, sed venditur satis cariori pretio, quam tempore solitæ recollectæ, quo casu non fit remissio.

Addo Corn. *consil.* 128. *col. penult. lib.* 2. Roland. *cons.* 86. *nu.* 8. *lib.* 3.

Econtra dicit Petr. Iaco. vt supra est maxima vbertas fructus, parum valent, nam distinguendum est, an pensio fit in fructibus, & datur augmentum, secus in pecunia, dicens hoc valde rationabile. Addo prędictis omnibus Petr. de Vbal. *de duobus fratribus, par.* 1 *q.* 37. Riminal. iun. *cons.* 40. *nu.* 11. & 34. *lib.* 1.

54 Practicando igitur erit sterilitas primo loco, puta si perceptum est minus dimidia, quo casu est sterilitas (vt dictum est) puta de triginta consuetis collegisti decem. & in viginti de triginta fit remissio, & sic de duabus partibus pensionis, & consequenter solum pro tertia parte soluetur pensio.

55 Si vero consuetum est percipi quindecim, & sunt percepta sex, de quib. sex quinq; faciunt tertiam partẽ quindecim, soluetur pẽsio pro tertia parte, & vna salma vltra tertiam partẽ, quinta pars vnius alterius tertię, in quibus est sterilitas, fieri debet remissio mercedis, & sic solũ tertiam partẽ in effectu soluet colonus. *Imol. in d. c. propter sterilitatem.* Bursat. *cons.* 11. *vol.* 1.

56 Pariter compensatur vbertas, puta ex fundo consuetum est percipi triginta salmas grani, anno præcedenti sunt perceptæ quadraginta, & sequenti decem, illæ decem perceptę de anno de quadraginta contribuuntur cum perceptis de anno de decem tantum. Vnde sterilitas remanebit in decem tantum.

57 Præterea eras solitus colligere quindecim modios, & soluebas tres aureos, si non recollegisti, nisi decem, solues duos aureos, nisi sequenti anno, vel præcedenti recollegisti viginti modios. Angel. *in verbo, locatio* 16. circa medium, dicens idem, si soluatur certa species, vt per eum.

58 Cautus igitur eris in faciendo articulos, in deducendo damnũ intolerabile, detrahere semen, expensas, & similia, & non supersunt nisi tot.

59 Interrogatoria recipiant valorem fructuum, quanti valebant etiam annis præteritis, interroga etiam si fit fertilitas in tali specie fructuum.

60 Duodecima fit conclusio. Si conductor petat remissionem, & locator dicat, sis partiarius, non potest per hoc recedere a contractu. Bald. *in l. licet, C. locat. q.* 1. *nu.* 7. & hæc est communis opinio. Boss. *de remiss. merced. conduct. nu.* 49.

61 Vltra eum limita, nisi ex forma statuti, vel constitutionis esset prouisum conductoribus, vel inquilinis circa damnum occursum. Corne. *cons.* 128. *nu.* 9. *vol.* 2. Nouel. *reg.* 83.

62 Limita secundo, nisi communis opinio hominum non reputaret annum sterilem. Corn. *vt supra.*

63 Notandum est etiam circa allegatam vbertatem, quod fit compensatio, quando sunt plures anni, quando duo, si aliqui termini damnosi sint non steriles. Boss. *de remiss. merced. conduct. numer.* 32. vbi distinguit lucrum a fertilitate, damnum a sterilitate, propter dãnum enim non fit remissio, sicut propter sterilitatem, & lucrum cadit conductori, & fertilitas compensatur cum sterilitate.

64 Illud etiam practicando notandum est, quod quãdo annus fertilis nondum venit, solet fieri solutio cum aliqua protestatione, & sine præiudicio iurium vtriusque partis, & supersederi ex aliquod decreto iudicis. Boss. docens ita practicare *de remiss. merced. conduct. num.* 14.

65 Conclusio decimatertia sit. Remissio non fit, nec augmentum, quando fructus, vel valor ipsorum crescit, vel decrescit. Angel. *cons.* 188. *col.* 5. & sequenti commendat Paris. ad Bart. *in l. licet in addition. 1. circa medium, C. locat.* Fusi. *in singul. suis, litera* 5. *nu.* 68. Tiraq. *de vtroque retract. ad finem tit. nu.* 77. & ratione insoluti fit remissio, vel augmentum, non ratione soluti. Paris. ad Bart. *in l. licet, circa medium, C. lot.* vbi dicit notandum, & conductor qui promisit dimittere centum saccos salis, non tenetur, si pretium salis auctum sit ad dimidium plus. Ruin. *cons.* 109. *lib.* 1.

66 Conclusio decimaquarta sit. Conductori fit remissio pro omnibus annis conductionis, si in primo anno contingit damnum, quod affert ruinam in sequentibus annis, Bar. *in l. si vno, §. item cum quidam, col.* 1. *nu.* 5. *ff. locati*, Socin. *cons.* 88. *col. si. vol.* 1. Boss. *de remiss. mer. ced. conduc. nu.* 45.

Quod facit pro anno 1586. in quo tanta siccitas vitium, & oliuarum fuit, vt remaneat memoria pro multis annis.

67 Conclusio decimaquinta notabilissima est (si Aimo. credimus, *cons.* 95. *num.* 3.) quo in loco refert *cons. Anrar* 402. pluribus rationibus, tamen quod qui cõduxit gabellam a Communitate Pistorij pro pluribus annis cum omnibus commodis, & incommodis, ita quod remissio aliqua peti non possit ratione alicuius damni emergentis, si tempore conductionis Pontifex residebat Pistorij, vnde ex hoc maximus hominum concursus, si postea alio commigrauerit, & ex hoc gabellę fuerint diminutæ, quod remissio mercedis peti poterit non obstante conuentione prædicta, quia ex vulgi opinione illa gabella erat reputata melior omnibus, & illa spes residẽtiæ Põtificis fuit causa finalis.

Ex quo consilio vtiliter in hac locati & conducti materia tria principaliter colliguntur.

68 Primum est, quod potuisset isti conductori de facili opponi, remissio tibi nullatenus facienda est, quia residentia Papæ in Vrbe Pistorij est per accidens, nec est credẽdum, quod ibi per multum temporis residere voluisset, sed ad propriam Sedem conuolare, quare tibi imputes, cur hoc de facili euenturum non cogitasti? & tamen ibi prudenter Anchar. & Crauet. commentatus attendit vulgi vulgarem opinionem, & incertam spem conductoris.

69 Et sic cõclusio intelligitur rebus sic stantibus, prout tempore celebrati contractus, etiam si ille status tempore cõtractus fuisset casualis, & accidens, prout residentia Papæ Pistorii, & mutatione secuta succur-

ritur

ritur emptori, vel conductori. Crauet. *conf.* 233. *nu.* 3. circa medium, versi. ideo, & 264. *sub nu.* 6.

70 Secundum est, quod renunciatio de casibus fortuitis intelligitur de casibus fortuitis qui communiter & generaliter omnibus accidunt, non de his, qui ex plenitudine potestatis Principis aliquibus tãtum & particulariter accidunt, quia tale ius speciale non habetur in consideratione.

71 Tertium est, quod renunciatio de casibus fortuitis facta per conductorem intelligitur de casibus fortuitis pure, & simpliciter, quibus contrahentes præuidere possunt.

Et factum Principis dicitur casus fortuitus ex parte subditorum, prout alias superius dictum fuit, tamẽ priuatis nocere non debet, & quam maxime contrahentibus, & in hoc eis succurrendũ est. Et licet Princeps faciat aliquam mutationem ob publicam vtilitatem, tamen hoc contrahentibus sub velamine publicæ vtilitatis nocere non debet, vt ibi late per eum.

72 Colligitur & quartum, quod renunciatio casuum fortuitorum non intelligitur de casu fortuito eminẽ. re facto Principis contrahentis, *ex conf. Anchar.* 414. *ex l. cum proponas, C. de naut. fænor.* quam singularem dixit Ial. *in l.* 1. *col.* 2. *in fin. C. de instit. & subl. st. & dixi* superius.

73 Vltimum colligitur, quod Principes locant, nec de hoc contractu Principes dedignantur, & benigne eorum locationes sunt interpretandæ, vt priuatis non noceant, licet ministri auidi, & sitibundi totum contrarium faciant anhelantes in vomitum auaritiæ, & hoc contra iustam mentem Principis.

74 Conclusio decimasexta. In facienda remissione attenditur tempus recollectæ, non contractus. Boss. *de remiss. merced. conduct. q.* 2. *nu.* 32.

Et si colonus relinquat agrum incultum, nulla fit remissio quasi culpa coloni non colentis. Salice. *in l. si vno, in princ. ff. locat.* Neuizz. *conf.* 99. *num.* 16. Iacob. Menoch. *cas.* 77. *in fine admonens in hoc iudicem.*

ADDITIO.

☞ *Et si fundus iam seminatus a flumine inundatur, qui pendentes fructus corrumpat, non tenetur iterum seminare, licet alij vicini hoc fecerint, domini tamen in proprijs prædijs, sed non coloni, vel conductores. Surd. decis.* 87.

75 Conclusio decimaseptima. Si in instrumento locationis conductori datiorum, vel gabellarum promisit locator remissionem facere propter pestem, vel bellum, si pestis veniat post contractum ante tamen ingressum quasi possessionis datiorum, vel gabellæ, facienda est remissio, ita vltra Boss. *Bero. q.* 53.

76 Addo Bero. in materia, si publicanus paciscatur locatorem teneri de tempore pestis, & belli, non excludit casus similes expressis, prout alias dictum fuit supra in tractatu de casibus. Si verò diceretur conductorem teneri de omni casu exceptis peste, & bello, tunc de omni alio tenetur, nisi sit valde insolitus. Boss. *de remiss. merced. public. nu.* 36.

77 Et notandum est circa hoc pactum; aut sit simpliciter, & non requiritur quod sit graue, sed sufficit exigentias, aut apponitur verbum debitum, vt debitum remissionem, & tunc graue damnum exigitur. Boss. *de remiss. merced. public.* in fine vbi hanc distinctionem valde commendat.

78 Pariter impeditus propter pestem, vel bellũ excusatur a mora, pœna, & periurio. Rip. *in l. quod te, num.* 41. *ff. si cert. pet.* Corta in verb. conductor. Rip. *de priuil. contra pest. num.* 12. Alexan. *conf.* 112. *in princ. lib.* 1. Benincas. *de paupert.* in nono speciali contract. *nu.* 32.

79 Conclusio decimaoctaua. Conductori vectigalium non est facienda remissio, si pauci transeunt per territorium. Bald. *in l. si ea, col.* 1. *nu.* 5. *C. de vsur.*

80 Conclusio decimanona. Conductori facienda est remissio, si ex causa famis, pestis, belli, vel similis ante tempus recedat. Iacob. Menoch. *in* 10. *remed. recuperand. possess. q.* 13. *declarat.* 3. *nu.* 99. vbi considerat casum famis in materia remissionis.

81 Vltra quem limito hoc verum, si libere, plene, & absolute discedat, secus si aliquid retinuisset, vt claues, mobilia, vel similia. Franc. Marc. *decis. Delphin.* 168. *& sequen. par.* 1. Vnde bonum est claues restituere, & se penitus liberare.

82 Conclusio vigesima. Conductori fit remissio, si bona confiscantur. Nat. *conf.* 284. *nu.* 10. *vol.* 2. Lanfran. *de excep. c.* 4. *nu.* 7. *in fin.*

Facit *l. si fundus locatus. ff. locat.* locator tenetur isto casu ad reddendum totam pensionem, vel pro rata temporis quo conductor vti non poterit, licet non teneatur ad interesse damni emergentis, vel lucri cessantis. Nauarr. *ex communi in* 7. *præcept. c.* 17. *nu.* 187.

ADDITIO.

☞ *Quem textum limitat notabiliter Bal. in l. pignus, C. pignor. Quod si conductor pro conductione habeat obligata bona locatoris, quod potest se opponere confiscationi bonorum, ne sua conductioni præiudicetur ex delicto locatoris. Surd. decis.* 326. *numer.* 57.

83 Conclusio vigesimaprima. Conductori fit remissio, si imponatur noua onera vel collectæ. Rui. *conf.* 77. *vol.* 1. maxime per locatorem. Eugen. *conf.* 50.

84 Conclusio vigesimasecunda. Conductori non est facienda remissio, quando conductor non potuit vti re locata casu fortuito, & pactum adest, quod locator non vult teneri de ea re, sed pactum operabitur, quod damna & interesse, *iuxta l. ex conducto, in prin. ff. loc.* Boss. *de remiss. merced. conduct. nu.* 58. Pariter non fit remissio in conductionibus flatibus in manibus fortunæ, prout in iactu retis, in conductore lacus Perusini. Bal. *in l. cum fundus, C. de solut.* sequitur Dec. *consil.* 4. *nu.* 2. Rot. *Perus.* 50. *nu.* 7. *par.* 1.

85 Conclusio vigesimatertia. Pulchra est, (ni fallor) præsens conclusio in contractu locationis, & conductionis, & quam maxime in materia remissionis attenda est principalis intentio contrahentium, an pro se tantum, vel pro alijs conducendis ex qualitate personæ conducentis, ędificij, solito personæ, & consuetudine ipsius, qualitate familiæ, & patrimonij. Bart. *in l. cum in plures, in fine princ. ff. locat.*

86 Vnde remissio facienda est, quãdo impediatur vsus rerũ, propter quas principaliter videatur conductio facta. Propterea Castr. ibidem dicit, ꝙ ipse conduxit domum pro habitando, scholas pro legendo, & quia propter nouitatem non potuit legere, non tenetur ad pensionem pro scholis, nec pro domo, licet vsus habitationis non prohibeatur pro se, ex quo non fuit principaliter conducta pro habitando, sed pro legendo, &

atten-

attenditur id, quod principaliter agitur *l. si quis, nec causam, ff. si cert. pet.* & dicit Castrens. quod obtinuit, & principaliores Doctores confirmauerunt.

87 Cui adde simile consilium. Natt. in casu quotidiano, *conf.* 610. vbi excusat hospitem, ad quem accedebant milites, & volebant vendi res, & viuere ad eorum libitum, quod potest deferre, & fit remissio, pro, ut quandoque euenit in partibus Vmbriæ ex magna copia bannitorum qui infestabant tota die, & volebant hospitari, & soluere quanti videbatur.

Addo prædictis Boss. *de remis. merced. conduct. num.* 40. vbi loquitur in conductore domus pro tenendis scholaribus, vel aduenis, qui stare nō potuerunt propter pestem, & tamen conductor habitauit, est facienda remissio, quia deficit principalis intentio.

Et ante eum ita tenuit Bartol. *in d. l. cum in plures, ff. locat.* quem sequitur Castrens. *conf.* 51. *vol.* 1. Boer. *dec.* 249. *num.* 5.

88 Vnum addit Bart. satis vtile *in d. l. cum in plures, in princ. nu.* 2. ff. *locat.* quod multi reperiuntur fundi, ex quibus nullus alius fructus percipitur, nisi aucupatio, vel venatio, & in hoc fit remissio, si tales fructus percipere non potuit.

Conclusio vigesimatertia. Solent autem nonnullæ dari cautelæ, & principalis est, vt conductor denunciet locatori, & protestetur cum oblatione clauium, *l. item quæritur, §. exercitu,* ff. *locat.*

89 Et ita practicare docet Caccialup. *ad l. diem functo q.* 40. *de offic. assess.* sequitur Rip. *in tract. de pest. par.* 2. *num.* 23. Viui. secundum primam impressionem, *in verb. iuga.* Ruin. *conf.* 147. *n.* 16. *vol.* 1. quem commendat Ant. Gabr. *de solut. concl.* 11. *num.* 47. vbi applicat ad casum satis frequentem, quod conductor per vim, vel alio modo coactus ad soluendum a principali debitore, non liberatur, nisi ei denunciauerit.

90 Ampliatur dispositio l. *item quæritur, §. exercitu, ff. locat.* in notabili casu, & quotidiano, vt si quis habet domum conductam ad certum tempus, & velit recedere, nec amplius stare, quod debet recessum notificare locatori, *nu.* 90. *ibi, limit.* 6. ff. *de verbor. oblig.* Pedemon. 108. *par.* 2. dicens Senatum ita pluries iudicasse, alias tenetur ad pensionem etiam si elapsum sit tempus conductionis, Bal. *in l.* 1. *§. fi. per illum textum, ff. de eo,* qui pro tutor. dicit singulare, notabile, & quotidianum. Iaso. *in l. si ex legati causa, col.* 4. *sub num.* 14. *limit.* 6. *ff. de verb. oblig.*

Quare non confidat conductor, est elapsum tempus, quia notificare debet.

91 Declaratur primo loco dispositio *§. exercitu,* vt nō procedat, nec habeat locum, quando est necessitas improuisa, quo casu cōductori succurritur, & habebit remissionē. Boss. *de remiss. merced. conduc. num.* 52.

92 Declaratur secundo; si necessitas nō sit improuisa & locator est persona, cui si fuisset denunciatū, prouidisset, & tunc cōductor tenetur ad interesse, & omnia dāna, ita vt si domus funditus destruatur, tenetur ad illius pretium, & cōtentorum in ea. Boss. *in cit. loc.*

93 Declaratur tertio loco dispositio, *§. exercitu, l. itē quæritur, ff. loc.* si persona non est talis, quæ verisimiliter prouidere non potuisset, vel soluisset, tunc non nocet conductori denunciatio non facta ad remissionem obtinendam. Boss. *de remiss. merced. conduct. num.* 52. *in fin.* Burs. *conf.* 11. *num.* 29. *lib.* 1. Alex. *consil.* 127. *num.* 6. *lib.* 5. Rimin. iun. *consil.* 40. *num.* 32. *lib.* 1.

94 Declaratur quarto loco in notabili casu, vt si est contentio inter locatorem, & conductorem, & conductor dicat, nolo recedere, sed volo remissionem tantum, & conductor replicat, ego volo quod recedas, conductor erit audiendus, cum hoc sit introductum eius fauore, cui renunciari potest per eum *l. fin. C. de pact.* Boss. *in pract.* hæc sum nopere commēdans *de remiss. merced. conduct. num.* 46. *& seq.*

95 Declaratur quinto dispositio *§. exercitu,* si impedimentum est notorium. Dec. *conf.* 356. *col.* 3. *versic. secundo respondetur,* Ruin. *conf.* 77. *num.* 2. *lib.* 5. Paris. *conf.* 3. *num.* 59. *lib.* 1. Boer. *dec.* 40. *num.* 7. Socin. iun. *conf.* 104. *num.* 26. *lib.* 3. Menoch. *conf.* 120. *num.* 14. *lib.* 2. *&* 246. *num.* 29. *cum seq.*

ADDITIO.

☞ *Quando impedimentum sit notorium, quod casu isto non requiritur aliqua protestatio, diligentia, vel probatio. Bar. in l.* 1. *C. vbi & aduer. quos. Ripa de priuil. iudic. in caus. pest. nu.* 18. *Cagnol. ad l. in omnibus, n.* 5. *ff. de regul. iur. Afflict. dec.* 50. *Feli. in cap. & transmissa nu.* 2. 6. *&* 7. *vbi Paris. n.* 14. *vers. quartus casus de præscriptio. Angel. in §. quadam, nu.* 12. *vbi Ias. n.* 78. *de actio, Seraph. de iuram. priuil.* 35. *nu.* 16. *Boer. dec.* 40. *num.* 7. *Iterum Afflict. dec.* 79. *nu.* 3. *attestans ita fuisse iudicatum, vbi Vrsil. col.* 2. *idem approbat, & sequitur Brun. conf.* 45. *n.* 4. *Curt. ad Alex. in l. §. quod diximus, ff. si quis cautio. Osasch. Pedemon.* 175. *n.* 12. *vbi ex magis communi concludere videtur, impedimentum etiam notorium probandum, & non esse necessariam protestationem, attestans ita iudicatum. Sed Petr. Sard. dec.* 326. *n.* 82. *&* 83. *melius iudicio meo concludit impedimentū notorium non esse probandum, & sufficit allegare de quo iudex ex se ipso se informare potest. Et quod in impedimento notorio protestatio non sit necessaria, nec aliqua vberius probatio diligentiæ, vltra iam adductos, Ponit Seraph. de iuram. priuileg.* 35. *n.* 16. *Socin. iun. conf.* 120. *num.* 20. *lib.* 3.

Addo vltra eos bene loquentes Mascard. conclu. 884. *n.* 10. *vbi protestatio non est necessaria, nec probatio diligentiæ, quando impedimētum est notorium. Andr. Gail. lib.* 1. *practicab. obseruatio. obseru.* 143. *n.* 4. *Vant. de nul. lit. iurisd. ordinar. nu.* 166. *Sfort. de restitut. in integrum. quæst.* 28. *num.* 5.

96 Declaratur sexto, quando impedimento proueniat a locatore, quia certus certiorari non debet. Soc. iun. *conf.* 20. *num.* 12. *lib.* 3. Ioseph. de Lud. *concl.* 12. *declarat.* 5. Burs. *conf.* 306. *num.* 2. *vol.* 3.

Declaratur septimo, vt tunc facienda sit denunciatio ex mente *§. exercitu,* quando sine periculo fieri potuit, alias nō. Rom. *in l. si filius, ff. de damn. infect.* Menoch. *vt supra.* Rot. *nouiss.* 241. *par.* 2.

ADDITIO.

☞ *Quando impedimentum proueniat facto ipsiusmet locatoris, quo casu statim tenetur, nec est necessaria aliqua protestatio. Roma. conf.* 178. *nu.* 1. *in fine, & apertius Soc. iun. conf.* 120. *num.* 12. *lib.* 3.

97 Ex cuius discursu in practica colligitur, vt nō sufficiat simplex, & nuda perseuerantia cōductoris, nisi vtatur re conducta, & tacendo non præiudicat sibi,

quan-

Digitized by Google

quando contradicendo impedire non potuit. Addo in terminis Soc. iun. *conf.* 120. *num.* 11. *lib.* 3.

98 Declaratur nono dispositio §. *exercitu*, vt procedat in damno habente tractum successiuum. Iac. Menoch. *de arbitr. iud. conf.* 137. *num.* 19.

Declaratur octauo dispositionem §. *exercitu* de intimatione fecienda per conductorem, vt non habeat locum quando apposita est dies in instrumento, quę interpellat. Rebuff. *in l. habere, col.* 4. *vers.* 11. *de verb. signific. per l. qui ad certum, ff. locat.*

Subdeclara, nisi cõsuetudo sit in contrarium, prout in Francia attestatur Rebuff. *in citato loco*. Et si prædicta sint vera, omnia fere instrumenta locationum certum tempus contioent.

Declaratur nono §. *exercitu*, quando nullum effectum operari posset denunciatio, puta si extra banimenta, quæ pro bono publico reuocari non possunt, Fulgos. *in l. si ideo, ff. de euictio.* Imol. *in cap. final. de empt. & vendit.*

Declaratur decimo stante iuramento Dec. & cõmuni *in l. quod, & num.* 10. *& in repet. num.* 43. *ff. si cert. pet.* Caball. *de euict.* §. 3. *num.* 46. Couar. *resol. lib.* 3. *c.* 17. *num.* 5. Aufrer. *ad Tholos.* 408. *de iuram. priuileg.* 49.

Declaratur vndecimo in denunciatione in citatorie, & sic quando ex natura contractus, quid agẽdum esset constaret. Soc. iun. *conf.* 120. *num.* 22. *vol.* 3. Bursat. *conf.* 305. *in fine, vol.* 3.

Declaratur duodecimo quando penitus re vti nõ potest, Bursat. *d. conf. num.* 15.

ADDITIO.

☞ *Declaratur decimotertio, vt denunciatio fiat, & requiratur, quando sine periculo fieri potest. Roman. in l. si filius, ff. de damn. infect. Menoch. conf.* 246. *num.* 31. *versic. Rursus respondetur.*

99 Similibus enim impedimentis subsistantibus, locator teneatur ad interesse lucri cessantis, & damni emergentis, & conductor liberatur a conductione, *l. si in lege, §. colonus, ff. locat.* ad quam Bald. *consil.* 325. *lib.* 3. Roland. *cons.* 69. *num.* 7. *lib.* 4.

100 Duo principaliter dicit dispositio *l. item quæritur, §. exercitu, ff. locat.*

Primum, quod locator tenetur si potuit denunciare, sed non denunciauit, vnde consideranda est potentia. Alterum, si potuit resistere, & quod ex non denunciatione locator damnum passus sit. Rip. *de priuil. contr. pest. num.* 23. Soc. iun. *conf.* 120. *num.* 19. *lib.* 3. Menoc. *conf.* 246. *num.* 31. ita declarando §. *exercitu.*

101 Conclusio vigesimaquarta. Altera est conclusio ex *l. si quis fundum, §. Imperator, ff. locat.* conductori fit remissio pro rata, si nõ potest vti re locata, & si mercedem soluit, tanquam indebitam repetit.

102 Declaratur hæc conclusio, vt procedat, & habeat locum, si conductor fuit impeditus facto locatoris, vel in re ipsius, quo casu sibi, non locatori nocere debet, iuxta *l. qui operas, & ibi no. & l. item quæritur, §. item cum quidam, ff. loc.* de cuius materia ponam (Deo dante) suo loco.

103 Et iste intellectus magis approbatur per Castrens. ibi, de tribus positis per glos. & est primus in ordine. Et subdit *text. in d. §. Imperator*, Mercedes vt indebitas recuperabis, & sic conductori non valenti frui reconducta facto locatoris, vel casu contingente in re locata, duo remedia competunt. Aut enim soluit mercedes, & competit recuperatio per condictionẽ indebiti, vt ibi per Accurs. quem cæteri sequuntur. Aut non soluit, & fit diminutio pro rata, pro qua vti non potuit. Addo *glos. in l.* 1. *§. si pensio, in vers. ita tamen de migrando.* Boer. *dec.* 249. *num.* 9. Becc. *conf.* 45. *num.* 21. *lib.* 1. Pedimont. *dec.* 98. *num.* 9.

Et sic corrollarie infertur ad vnum satis vtile in hac locati & conducti materia, an condictio indebiti competat conductori pro mercede indebite soluta, vel actio ex conducto, & distinguitur; aut soluit totam pensionem antequam impediatur vti re cõducta, & tunc competit actio ex conducto, si vero soluit postquam fuit impeditum vti re conducta, fortasse ex casu contingente in re locata, & tunc competit cõdictio indebiti, & sic cõciliantur, & intelligũtur duo iura inuicẽ aliquantulu pugnantia, lex enim, si quis fundũ, §. Imperator, in fine, loquitur dum conductor soluit postquam fuit impeditus vti re conducta, & competit condictio indebiti, quia iam solutus est cõtractus per casum mortis contingentem in capris. Vnde actio ex conducto competere non potuit.

Aut soluit conductor pensionem antequam impediatur vti re conducta, puta soluit totam pensionem in principio, & tunc competit actio ex conducto, & ita procedit dispositio *l. sed adde, §. si quis eum, ff. loc.* & ratio videtur, quia adhuc locatio durat, vnde cõpetit actio ex conducto, qui text. in alio casu dat cõdictionem indebiti, si pensio soluatur per errorem in quantitate, vt si soluit quindecim, putans ea deberi pro pensionem, cum decem tantum essent debita.

Et facit ad id, quod superius diximus de locatione per errorem, quia fit error in locatione in solutione pensionis, vt dictum est.

104 Conclusio vigesimaquinta. Dicebat quandoque Rota, vt per Caputaquens. *decis.* 184. *conductor, par.* 1. quod si conductor molendini sublocauit pro certa quantitate farinæ quolibet anno, si secundus conductor impediatur a primo, & velit eum recognosci, quod si detur recuperandi facultas, nullum interesse prætendi poterit, ad effectum vt competat remissio, vel restaurum.

Et sic Rota vult, quod quoties damno præterito succurri potest aliquo modo per conductorem, tunc sibi non est facienda remissio, vel restaurũ. Vnde nõ erit satis dicere, fui impeditus vti, quia datur replicatio. poteras succurrere huic impedimẽto, vel impediendo, vel recuperando, prout ex ea decisione colligitur.

ADDITIO.

☞ *Et notandum est in practica generaliter in materia impedimenti, quod si impedimentum continetur in vsu rei videtur remittere ius suum, l. excepto, C. loc. Bero. conf.* 150. *n.* 4. 30. *& duo remedia competunt impedito, Primũ est quod discedere potest a contractu, secundum quod agere potest ad interesse, & vno remedio sublato competit aliud, cum tendant ad diuersa. Surd. dec.* 94. *num.* 1.

105 Conclusio vigesimasexta. Vtilis est indagatio, qualis, & quãta debeat esse remissio propter sterilitatem, & vtique statur arbitrio iudicis. Barbat. *conf.* 21. *colu. penult.*

penult. in princ. lib. 2. Menoc. de arbitr. iudic. casu 77. tetigi superius in quæstione de sterilitate.

106 Conclusio vigesimaseptima. Fiunt quandoque instrumenta quod conductor promittit soluere pensionem, & mercedem omni exceptione, & occasione remota, suscipiendo in se omne periculum, & casus fortuitus exceptis, tēpestate, & bello, vel simili modo loquendo, quo casu duobus concurrentibus valet, & hoc secundum vtramque opinionem Doctorum, scilicet generali renunciatione, & exceptione aliquorum casuum. Ita pro constanti affirmat Grat. consil. 161. num. 15. par. 2.

107 Conclusio vigesimoctaua, Conductori pedagij, vel gabellarum, fit remissio mercedis propter relaxationem represaliarum; vel prohibitionem extractionis biadarum per bannimenta, vel similia. Franc. Marc. in facti contingentia, decis. 62. par. 1. vbi dicit, quod debet fieri aliqualis consideratio, & est casus satis frequens & a paucis excogitatus, cum a Principe, & Gubernatoribus prouinciarum, fiant strictissima bannimenta in materia annonæ.

• Facit Anan. cons. 74. col. penult. vers. In casu autem isto qui in specie respondet, quod si conductor datij salis Bononiæ fuit impeditus ex ordinationibus a Bononiensibus etiam Instit. factis, non tenetur perseuerare in ipsius datij conductione sequitur Crauet. cons. 95. num. 8. in fine. Menoch. late, cons. 27. num. 53. cons. 120. num. 19. Bero. cons. 140. lib. 1.

Amplia vt hoc casu a cōductione recedere liceat & totum damnum, & lucrum cessans a locatore cōsequi. Roland. cons. 68. num. 22. vol. 4. qui loquitur in locante datia, qui postea impediuit vsum datij per prohibitionem extractionis mercium. Bursa. loquēs in locationibus gabellarum, cons. 309. num. 6. vol. 3. casus frequens, & quotidianus propter continua bannimenta, extractionum.

108 Conclusio vigesimanona. Publico conductori alicuius fontis, fit remissio, si per aliquod temporis spatium diruatur, vel aliquo impedimento afficiatur, & hoc pro rata temporis, quo frui non potuit, l. qui insulam, §. ædiles, ff. locat. quod sanè multis durum visum fuit, ex quo communitas concedit alijs gratis, vnde illi nihil perdunt, sed ibi respondet Castr. quod satis dicitur perdere, si perdant illi, quibus gratis cōcessum est accedere, satis enim perdere dicitur, qui non implet voluntatem suam, gloss. fin. in l. penult. ff. de condict. indeb. vbi Ias. num. 3. Facit textus in §. præterea, l. vlt. Instit. de actio. sicut perdere dicitur, quando fit contra voluntatem, dato quod lucrum consequatur, glos. in l. Paulus respondit creditorem, ff. de solution. Facit l. fin. in fine, ff. de vsu & habitation. Grammatic. cons. 22. num. 6.

109 Posset ad intellectum dicti §. ædiles, dici, quod ibi per ædiles fuit facta conductio nomine publico.

Vnde vna est in se conductio. Si aliqui igitur de publico vti non possunt, publicum ipsum dicitur impeditum, cum impediantur particulares vti membra ipsius publici iam conductoris.

110 Conclusio trigesima. In pulchra facti contingentia cōsultus respondit Bartholomeus de Capua, prout apud eum ita attestantem singul. 65. expedita &c. Si quis locauit alicui vnum petium terræ, & conductor in vna parte ipsius seminauit hordeum, in alia granum, si hordeum patiatur calamitatem, & granū non, si conductor renunciat hordeum calamitosum, & protestatur quod eum nollet teneri ad terraticū, dicit locator, renuncia mihi granum quoque, & ego liberabo te a præstatione terratici, dicit ille, nolo vtique, aut totum habebit, aut totum recusabit, vt per eum in citato iam loco.

Vltra quem conclusio vera videtur aliquibus cōcurrentibus, scilicet vnitate generis, vel officij, aut pretij incommoditate separationis. Ita consulendo tenuit Signorolus, quem refert & sequitur Veron. & modo, quo supra, declarat in l. eum eiusdem sub n. 5. ff. de ædil. edic. Franc. Tigrini ad l. cum in ea, §. 1. ff. eod.

111 Conclusio trigesimaprima. Si locetur res quę casmate iā periit, solutio intelligitur fieri pro sorte principali, non pro fructibus. Cyn. & Salic. in l. 1. C. de solut. casma autē quid sit, vltra iam adducta, vide Cou. in verb. casma. Menoch. præsump. 138. num. 8. lib. 3.

112 Conclusio trigesimasecunda. Solet tamen in hac remissionis materia cautela vtilis adhiberi apponendo in instrumento locationis talia, vel similia verba. Et ideo conductor renunciat conditioni sine causa etiam iusta, & omnibus exceptionibus, per quas releuaretur a solutione pensionis, vel mercedis, & omni legum, & iuris auxilio. Spec. in tit. de locato. §. nunc aliqua, q. 138. Commendat, & ita practicare docet Alber. in l. item quæritur, §. exercitu, ff. locat. Iaso. in l. 1. col. 5. vers. limita tamen, C. de iure emphyteut. Alex. cons. 28. col. fin. lib. 1. Veron. cautel. 48. Crauet. consil. 290. in fin. Rol. cons. 86. nu. 10. vol. 3. Ancha. consil. 44. num. 14. par. 1.

Addo bene loquentes Gozadi. consil. 69. num. 20. & consil. 56. col. 3. in fin. Capic. decis. 87. & 89. Ioseph. de Ludou. conclus. 12. declarat. 8. Cott. in memorab. in verb. conductor. Roland. de lucro dot. q. 42. num. 12. Port. cons. 143. num. 18. & 144. num. 15. Franc. Bec. cons. 87. num. 17. lib. 1.

113 Declaratur, vt per hanc renunciationem non cēseatur sublatum ius retentionis, si illud solum competeret. Capic. in terminis locati & conducti, decis. 88. per tex. in l. fundus qui locatus, ff. de fun. instruct.

Declaratur secundo, vt ista cautela non procedat stante enormissima læsione multu vltra dimidiam. Mozz. in c. de locat. in verb. accidentalit. num. 58.

114 Conclusio trigesimatertia. Vidi in facto casum. Extat statutum per Italiam, & quam maxime Tuderti, quod instrumenta habeant executionem paratam, si locator agat contra conductorem ad fictū prædiatorum, an debeat retardari executio, donec sterilitas, & remissio discutitur, cum veniat ex natura contractus, vt ex prædictis colligi potest.

Non vidi hanc quæstionem apud Barzam de guarentigia, nec Gallesium in forma cameræ, & sæpius occurrit in facto.

In qua resolutione cum exceptio restauri pendeat ex natura contractus, vt debeatur restaurum credērem distinguendum prout in materia melioramentorū, aut enim requirit altiorem indaginem, & fideiussio sufficit, alias executionem impediat.

115 Vidi etiam in facto casum, an conductori petenti remissionem propter sterilitatem, locator dicere possit, nolo remittere, recedamus a contractu.

Audiui etiam a multis practicis, quod si locatio sit ad annum tantum, quod nō solet fieri pactum de remissione mercedis propter grandines, vel similia, se-

cus

sed debet suppleri ex alio fundo, vel alio modo. Si verò res locata est pósita ad taxationem, tunc supple tur in alio anno, si vnus a st præstatio, & pura, secus si plures, Sebast. Medic. de cas. par. 2. q. 10. num. 41.

130 Pariter dicendum est, quod si conductor promisit remissionem non petere, nisi in vno casu tantum in instrumento apposito, videntur exclusi alii. Cor. cons. 118. col. 2. vol. 2. Calcan. cons. 28. num. 8. Grat. cons. 61. vol. 2. & sic habes in practica duos casus. Ruin. cons. 87. in fin. vol. 1. Rim. in princ. de donat. num. 1025.

Primo ex parte locatoris, & fit extensio vel ratione similitudinis, identitatis rationis, vel simili, & ita procedat cons. Cephal. 257. vol. 1. Bursat. 81. n. 15. vol. 1.

Secundus est casus pariter, ex parte locatoris quàdo pactum remissionis derogaret iuri communi, puta si esset dictum vt fieret remissio pro damno pestis, belli, & tempestatis magno, vel paruo, cum de iure pro paruo damno non fiat remissio. Vnde non fit extensio ad similem vel maiorem rationem habentes: pulchre Iacobi. inter cons. Rimin. 649.

131 Alter est casus negatiuus ex parte cōductoris promittētis nō petere, nisi in tali casu expresso, & tunc non fit extensio, immo tenetur in casu non expresso ad integram pensionem, & ita videbitis practicari.

Et in materia remissionis indefinita æquipollet vniuersali. Vnde si promittatur remissio in casu tempestatis, intelligitur generaliter cuiuscunque tempestatis, l. si vno, ff. vbicunque. ff. loca. Cephal. cons. 229. num. 23. Sebast. Med. de reg. iur. regul. 2. nu. 72. par. 1.

132 Declaratur superius firmata cōclusio multis modis. Primo nisi casus omissus sit similis expresso, prout dixi in tit. de casib. q. 3.

133 Secundo, vt non procedat si induceretur peccatum, si casus omissus non comprehenderetur, vt locator locupletaretur cum iactura aliena. Menoch. cons. 82. num. 48.

134 Tertio, nisi mens agentis repugnet Mago. de commu. decis. Luc. 67 num. 18. vbi loquitur in casu belli expresse, & superuenit copia locustarum.

135 Quarto, nisi expressus sit gratia frequentioris vsus. Cephal. cons. 257. Bursat. cons. 81. num. 15.

136 Quinto loco addo notabilem doctrina Salic. in l. licet, in fin. C. loc. vbi si conductor recepit in se casum tempestatis, intellig. tur de tempestate, quę sterilitatē inducat, vt aliquid vltra ius cōmune operetur. Si vero, locator recipiat, intelligitur non solum de sterilitate, sed de exiguitate fructuum, quod pulchrum est.

ADDITIO.

☞ *Sed pone hic casum valde quotidianum. Promitto conductori meo, facere illam remissionem, & restaurum quod faciet vicinus meus, vel Camera cum Publicanis. Si vicinus, vel camera nullam faciet remissionem, nec ego facere debeo. Alex. cons. 3. col. & 2. l. b. 1.*

Contrarium consuluit Soc. sen. cons. 44. lib. 1 sequi videtur Costa in verbo quod, dicens esse valde frequentem, & sæpius in facto habuisse.

In puncto tamen consultationum Alex. sequitur, & defenditur a multis obiectis. Purpurat. cons. 443. 473 nu. 3. 501. col. 1. & vltima.

137 Cōtigua & valde connexa est materia impedimēti iam proxime discussis, ob id non separādo materias ad faciliorem intelligentiā prosequar per cōclusiones inchoatas in t. illam ista vtilem, & practicabilē ad l. item quæritur, §. item cum quidam, ff. loca. Impedimentum igitur quadrifariam consideratur, ex parte locatoris, ex parte conductoris, ex parte tertij, & ex casu.

138 Ex parte locatoris conclusio est. Quando conductor prohibetur vti re conducta facto locatoris iusto proueniente ex facto conductoris, puta non soluentis mercedem, vel facto locatoris iusto non prouenente facto conductoris, est materia l. æde, C. locat. ponam suo loco.

139 Secunda est conclusio ex parte locatoris. Si conductor impeditur vti re conducta ex facto locatoris iniusto, tenetur locator ad totale interesse, l. ex conducto, in princ. l. si fundus, l. & hæc distinctio, ff. loc. Ruicons. 165. num. 3. vol. 1.

Anan. cons. 74. colum. penul. vers. In casu isto. Bero. late cons. 140. lib. 1. Menoch. cons. 27. num. 53. 128. nu. 7. Crauett. cons. 95. num. 8. Aret. cons. 111. num. 4. Alex. cons. 48. num. 3. lib. 6.

ADDITIO.

☞ *Soci. cons. 127. num. 3. vol. 1. late Becc. cons. 45. nu. 19. Roland. cons. 69. vol. 4. Surd. decis. 42. num. 17.*

140 Ampliatur hæc conclusio, vt possit repetere pensiones solutas & aliam domum conducere. Bal. cons. 325. vol. 3. late Rol. cons. 19. num. 22. vol. 4. Strach. de mercat. tit. de nani, par. 3. num. 25.

Ampliatur secundo allegata conclusio, quod statim locator agere poterit, vt a pensione liberetur, & ratione lucri, quod facturus fuisset, si aliam domum conduxisset, vel in conductione permansisset suo tēpore, prout inferius dicam.

141 Ampliatur tertio, quod si dominus locator dicat, ego volo desistere, & quod libere possis vti re conducta, non auditur, nisi re integra, vel lite non contestata pro parte coloni.

142 Integra autem res est in materia locati & conducti, si est translactum modicum tempus lis non contestata, vel conductor non conduxisset aliam domum, quo casu locator auditur volens reficere hoc damnum. Ita practicasse docet Castrens. in l. si in lege, §. colonus, ff. locat. & hoc idem cum præcedenti ampliatione tenuit Alex. cons. 84. num. 2. vol. 6. Soc. sen. cons. 155. num. 4. lib. 1. Ruin. cons. 23. num. 5. cons. 85. num. 4. cons. 147. lib. 1. cons. 156. n. 4. lib. 1. Paris. cons. 40. num. 6. lib. Neuizzan. cons. 91. num. 9. Alciat. respons. 689. Menoch. in conductore vectigalium loquens cons. 27. num. 34. & 54. lib 1. cons. 55. num. 14. eod. lib. cons. 246. num. 1. lib. 3. cons. 119. num. 1. lib. 1.

143 Cautus igitur erit locator desistere, & offerre sua damna, & cautus erit conductor allegare etiam conductionem, & si perseuerasset, fuisset lucratus tot.

144 Ampliatur quarto loco, vt locator teneatur ad damnum, & interesse, etiam quod conductor consenserit appositioni sequestri super fructibus rei locatæ, & ita tenuit Rot. in vna Bononiensi locationis coram Domino Antonio Augustino, die quintodecimo Ianuarij 1552. vt per Capiuaquen. decis. 183. par. 1.

Ampliatur quinto, vt procedat etiam si conductor suscipiat in se omnes casus, omnemq; fortunam non tamen suscepisse dicitur casus illos, qui facto ipsius locatoris proueniunt. Menoch. *cons.* 27. *nu.* 33. & 54. *cons.* 55. *num.* 14. *cons.* 119. *n.* 2. & 246. *num.* 3.

Ampliatur sexto, vt non præiudicet post perseuerando in conductione. Menoch. *cons.* 120. *num.* 19. & 28. *cons.* 246. *num.* 23.

Ampliatur septimo, vt & hoc sit finita prima locatio & extincta, Alci. *respons.* 147. *n.* 5. 6.

145 Declaratur, vt tale impedimentum debeat probari per conductorem, non locatorem. Alexan. *cons.* 127. *col.* 2. *lib.* 2. *Pedemont. dec.* 50. *n.* 3.

146 Et consilio de dicto impedimento poterit migrare ante finitum tempus, & dominus tenetur ad interesse etiam lucri cessantis, Ioseph. de Lud. *concl.* 14. *illat.* 37.

147 Subdeclaratur vltra eum, & alios, vt damna, & interesse debeant legitime probari, nec sufficiat iuramentum. Caputaquens. *decis.* 183. *par.* 1.

Addo ad Rot. exornationem Bart. *in l. si quis ex argentarijs, §. penul. ff. de eden.* Federi. de Sen. *cons.* 113. Grat. *cons.* 10. *col.* 2. *lib.* 2. Seraphin. *de priuil. iurament. priuil.* 4. *num.* 71. qui casum Rotæ non vidit.

148 Et sæpius in facto occurrit. Conduxit famulum pro certo tempore, discessit dominus, conduxit alium pro maiori salario, vel pari, an poterit ab eo petere? occurret tibi sæpissime in facto.

149 Et nota impedimentum in d. l. ex conducto, quando non præstatur possessio rei locatæ, vel partis ipsius, vel non reficitur stabulum, vel pacta non seruantur, & sic habes occasionem articulandi.

150 Vidi in facto sæpius factum. Si quis locauit prædium, & dixit ei fictuarius, da mihi notulam fructuum, & locator dat, si occurrat minus vera, an sit facienda remissio pro rata, & multi etiam considerabant, vt inspici debeat si aliquo tempore fecit fructus iuxta notulam datam.

151 Addo etiam, aut conductor prohibetur vti re conducta in actu licito, & tunc locator tenetur ad interesse, & damna, aut in actu non licito, & tunc nullatenus tenetur. Eugen. *cons.* 86. *in fi.*

Et valet pactum, vt omne impedimentum sit periculo conductorum. Paris. *cons.* 38. *n.* 11. *lib.* 1.

Addo quod si operarius paratus est ad præstandā operam, sed culpa conductoris non præstat Diarium ei persoluendum est, etiam si præstare omisit ob casum fortuitum contingentem in personam conductoris, quando in alio loco reperiret. Siluestrin. in *verbo locatio. q.* 12.

Prout etiam conductor tenetur ad pensionem licet re conducta non vtatur quando dominus, quia locauit, omisit alij locare, alias non, saltem in foro conscientiæ. Siluestri, *vt supra num.* 15. Quæ omnia displicent. Nauar. *in* 7. *præcept. c.* 17. *num.* 147. & 148.

152 Ex parte tertij conclusio est. Quando conductor impeditur facto tertij iusto, cui locator potuit prouidere, & non prouidit, tenetur ad totale interesse, *l. si fundus, in fin. ff. loca.* Ruin. *consil.* 65. *num.* 3. *lib.* 1. Bero. *cons.* 140. *nu.* 13. & 14. & *cons.* 143. *nu.* 2. *lib.* 1. Franc. Becc. *cons.* 45. *num.* 20. *lib.* 1.

153 Declaratur, nisi impedimentum sit paruum, l. habitatores, *l. si in lege, §. colonus, vbi tex. clarus, ff. loca. decis. Perus.* 50. *nu.* 8. *par.* 1.

154 Subdeclaratur, vt paruum impedimentum non sit considerabile, si proueniat a casu, vel necessitate, secus si a voluntate locatoris, vel eius facto, vel culpa. *Ita* gl. in d. l. habitatores. Rip. *de priuil. pest. nu.* 26. Menoch. *cons.* 246. *n.* 23. *lib.* 3. 120. *sub num.* 15.

155 Limita secundo principaliter, quando impedimentum sit magnum, & cōductor perseueret, & nō protestetur per *l. quod si domus, l. item quæritur, §. exercitu, ff. loc.* de qua superius vidimus. Bero. *cons.* 140. *nu.* 8. & 144. *nu.* 15. *vol.* 1. Bursat. *cons.* 93. *num.* 27. *vol.* 2.

156 Protestandum igitur est impedimento proueniente, & ita boni practici vtuntur. *decis. Perus.* 50. *nu.* 10. *par.* 1. & econtra locator ne præiudicet, respondeat Port. *cons.* 31. *num.* 29. Paris. *cons.* 100. *num.* 44. *vol.* 4. Sebast. Medic. *de cas. par.* 1. *q.* 4. *nu.* 22. & in specie debet articulari, & deduci, quod locator potuisset impedimentum amouere, si voluisset.

Ita practicare docet Natt. *consil.* 449. dum ponit exemplum de damno dato a militibus, quibus locator poterat imperare.

157 Secunda est conclusio ex parte tertij. Quando cōductor impeditur facto tertij iusto, cui non potuit locator prouidere, fit remissio mercedis pro rata, *l. si fundus, l. si quis domum, ff. locat.* Bald. *in l.* 1. *oppos.* 7. *C. de senten. quæ pro eo.* Rom. *cons.* 170. Natt. *consil.* 610. *nu.* 8. *vol.* 3. vbi valde commendat *Ias. consil.* 109. *vol.* 1. *decis. Perus. vt sup. num.* 8. Rim. *consil.* 342. 419. *num.* 17. 533. *num.* 2.

158 Limita primo in impedimento paruo modo, quo superius dictum fuit.

159 Limita secundo, si tempore conductionis aderat tale impedimentum, quia sibi imputet. not. Bald. *in l. ex conducto. §.* 1. *in l. si in lege, C. locat.*

160 Limita tertio, quando potuit recedere, & euitare impedimentum *l. quod si domus, in princ. ff. loc.*

161 Limita quarto, si potuit sublocare per superius dicta.

162 Limita quinto, si onus erat valde annexum, prout in multis locis hospitari milites. Bost. reputans hoc valde notabile, *de remiss. merced. conduct. num.* 54.

163 Tertia est conclusio ex parte tertii, quando conductor impeditur facto tertii iniusto, cui locator potuit prouidere, sed non prouidit, tenetur ad totale interesse, alias fit remissio mercedis pro rata, *l. si merces, §. culpæ, l. item quæritur. §. exercitu, ff. loc.* de quibus superius vidimus, Bero. *consil.* 100. late Roland. *consil.* 69. *num.* 8. *vol.* 4.

164 Sed nunquid facienda erit remissio, si per bannimenta prohibeatur extractio bladæ, vel fiant represaliæ? vtique sic. Franc. Marc. *dec.* 62. *par.* 1. Casus frequens, & in Vmbria quotidianus.

165 Ex casu. Conclusio, primo si conductor impeditur vti re conducta casu proueniente facto locatoris fit remissio mercedis pro rata. Casu proueniente ex facto non locatoris, sed conductoris, tenetur ad integrā mercedem, *l. qui insulam, l. habitatores, §. fin. ff. loca. l. si vehenda, ff. ad l. Rhod. de iact.* valde commendat Castrens. *in l. penult. §. fi. ff. loc.* Lanfranc. *de excep. cap.* 4. *num.* 7. Capic. *dec.* 87. *num.* 8. vbi exemplificat in morte, bello, *cons.* 45. *num.* 7. vbi exemplificat in conductore bannito: nam sibi imputet.

166 Vidi in facto casum. Fuit datum laboritium patri qui habebat filium, qui postea ab eo discedit, an sit iusta causa recessus?

Ex parte conductoris conclusio *ad l.1. de migrando*. Si conductor recedat a conductione sine causa ante tempus statim conueniri potest, *l. si in lege, §. si domus, ff. locati*, quę non explicat ad quid, & dicas clarius per aliam legem ad pensionem totius temporis, *l. dominus, §. fin. ff. locati*, vbi rationem reddit, vt locatoris indemnitas seruetur.

167 Ampliatur hęc conclusio etiam si alteri locauerit, adhuc enim tenetur ad integram pensionem.

Ratio est, quia id est loco pœnæ quæ non cessat per locationem alij factam, prout interesse, Castrens. *in d. §. si domus*, dicens hoc singulare, & quotidianum, & in *l. sed addes, §. fin. ff. eod.*

168 Et sic Castren. dat conclusionem, quod est loco pœnæ agere statim facto recessu, quæ non extinguitur per sublocationem alij prout interesse.

169 Contrarium est verius, vt per *Iaf. in d. l. diem functo, num. 33.* vbi Dec. *num. 11. ff. de offic. assessor.* qui bene tenet in fine, vt fiat contributio de pensione circa sublocationem cum alia pensione, & sic erit prima declaratio.

170 Declaratur secundo materia de migrando, vt si conductor recedat, & iusta causa, teneatur pro iusto tempore, quo stetit gl. *in d. §. si pensio, & in d. §. si domus*.

171 Declaratur tertio, si pensio veniret soluenda ante tempus, detrahitur interusurium medij temporis, glos. quam ibi commendat, Castren. *in l. si in lege, §. colonus, ff. locati*, ad materiam *l. si constante, §. quoties, ff. solut. matrim.*

172 Practicando tamen notandum est, quod si conductor discessit clausostio, & labitur tempus soluendi pensionem, illud primò animaduertendum est, quod sit elapsum biennium, & quod in biennio nunquam soluerit. quo facto sunt duo casus principales concludendi ad materiam *l. cum domini, ff. loc.*

173 Primus est si locator vult tantum aperiri domum, & mobilia describi, & isto casu sufficit narratio locatoris, & eius iuramentum. *l. thesaurus, ff. ad exhibend.* Bar. *in l. 1. ff. de prætor. stipul. in l. si quis a liberis, §. si vel parens, ff. de liber. agnosc.*

174 Secundus casus est, quando locator vult domum reduci ad manus suas, vt possit alteri locare, & conductorem priuare iure suo, tunc debet fieri summaria fides iudici per testes, vel simili modo de prædictis, quo casu iudex hoc facere poterit reseruando ius conductori allegandi, contradicendi, appellandi ne absentibus fiat præiudicium, ita Bart. & Castren. *in d. l. cum domini.* Firmia. *in verbo, domus.*

175 Vnde in hoc iudex erit circumspectus, ne ex auiditate locatoris præiudicet conductoribus absentibus Alberic. *in l. extat, ff. quod metus causa.* Iacob. Menoch. *de recuper. possess. remed. 5. num. 47. decis. Perusin. 17. n. 14. par. 1.*

176 Bene verum est, quod si ante biennium oriatur suspicio, remittitur arbitrio iudicis. Iacob. Menoch. *de arbit. iudic. lib. 2. cent. 1. casu 79.*

177 Secunda sit conclusio. Si vicinus areę meæ proiecit multas immunditias, ex quibus nocuit parieti meo, tenetur actione ex locato. *l. qui domum, ff. loc.* vbi Castr. dicit esse casum notabilem, & quotidianum, si pariete corruat ex appodiatione fimi, & immunditiarum vitiis passim in facto occurrit, & subdit ibi Castrens. Aut aliquid est gestum in re locata, per quod est illatum damnum in re non locata, & competit actio locati.

Aut aliquid est gestum in re non locata, & est illatū damnum rei locatæ, & non competit actio locati.

178 Ex quibus corollarie infertur intellectus *ad l. fistula, ff. de seruit. vrban. prædiorum*, qui non dat damnum immediate ex eo, quod facit, sed præbet occasionem damni, & postea ab alio infertur, non tenetur *l. Aquilia*, sed actione ex contractu præcedente, alias actione in factum subsidiaria, *ex d. l. fistulæ*.

179 Hinc statutum de percussionibus sanguinolentis, bannimenta, motus proprij, & similes, intelliguntur si immediate proueniāt, secus si occasionaliter, & per accidens. Bal. *in l. si de interpretatione, ff. de legat.* quo nota contra istos sitibundos Potestate denegantes abolitionem ex sanguine, nec discernentes.

180 Altera sit conclusio. Conductor plurium rerum, si vna tantum vti impediatur, potest recedere ab omnibus. Imo. *conf. 39. visis, in fine*, per tex. *in l. si duos, ff. de contrah. emption.* Tiraq. *de retract. lignag. §. 23. glos. 1. n. 5.* ratio, quia est vnicus, & vnica pensione omnium simul rerum, & conductor impeditus debet notificare litem motam, & impedimenta præstita, ne remissione obtineat. Dec. *conf. 74. colum. 2.* Rimin. iun. *conf. 40. nu. 35.* Mago. *Rot. Lucan. 69. n. 12.*

ADDITIO.

☞ *Surd. decis. 295. num. 17.*

181 Operæ si non præstantur facto locatoris, tenetur ad totale interesse, si casu fit remissio mercedis, *l. adnotationis, C. de condict. ob caus.*

Hinc nota. Casu impeditus non tenetur ad pœnam aliquam, sed solum ad remissionem mercedis, gl. *in l. si vehenda, §. 1. ff. ad l. Rhod. de iact.* Angel. applicans ad casum suum inter cool. matrimon. *n. 69. conf. 13.*

182 Secunda sit conclusio. Si operæ non præstantur facto conductoris, vel casu, superueniente in personam eius, debetur tota pensio, *l. qui operas, l. sed addes, §. cum quidem ff. locat. gl. §. fin. in l. 2. C. de legat. lib. 10.* Firmia. *in verb. scriptura, in vers. fin.* in scriptore loquens Por. *in §. fin. l. num. 4. Instit. locat.* vbi Doctori ad duodenam debetur tota merces scholare mortuo infra annum, nisi alios reperiat. Sap. *in l diem functo, num 26. ff. de offic. assessor.* Alber. *in l. post litem, num. 1. in fine. ff. de procurat.* vbi procuratore reuocato sine causa integrum salarium debetur *ex d. l. qui operas*, Pedemont. *decisio, 98. num. 2.*

Ampliatur hæc conclusio etiamsi locator annum non inchoauerit, adhuc integrum debet habere salarium, Dec. *conf. 70.* Natt. *conf. 462. vol. 2.*

183 Facit pro famulis, qui debent habere salarium a die conuentionis, non transductionis, si per eos non stetit & passim occurit.

184 Limitatur primo, nisi operæ sint promissæ sub conditione expressa, quia casus non excusat, nisi cum effectu sint præstitæ, Natt. *conf. 462. vol. 2.*

185 Vltra eum declara, si principaliter impediatur conductor, secus si in consequentiam, vel per indirectum. Dec. in *l. iure ciuili, n. 3. ff. de reg. iur.*

186 Ampliatur secundo loco ordine preppostero, vt procedat etiam stante iuramento. Vnde si famulo, qui iurauit seruire, si non fecit, quia non potuit stare in loco, integrum salarium debetur, Alber. *in l. adiles, ff. de adilit. edit. per dict. l. qui operas*, Angel. *in verbo,*

familia, §. 2. circa medium, & in verbo, iuramentum, 5. numer. 19. Vbi limitat si non impleuit seruitium, quia non habuit salarium.

Ampliatur tertio materia *l. qui operas*, vt procedat etiam in expensis, & præparamentis reficiendis.

187 Vnde conductori salis, singulæ expensæ, præparamentaque sunt reficienda.

Ita tenuit Rota in vna Romana, vt per Cassador. *decis. 1. de loca.*

188 Ampliatur quarto etiam conductore recusante, vt alij locet operas suas, Castrens. *in l. sed addes, §. fin. ff. locati.*

189 Limita secundo, nisi operas suas potuerit locare vel locauerit, quo casu fit remissio in totum, vel ex computatio pro rata *l. sed addes, §. fin. ff. locati*, Angel. *in verbo, locatio, nu.* 15. Roma. *singul.* 66. late in materia Caballi. de eo, quod interest, *nu.* 18. latissime Borgnin. *decis. 26. par. 2.*

190 Vnde isti vecturales debent excõputare, si quod lucrati sunt in reditu, pariter si alio conducti non fecerunt, postea aliud conduxerũt, & hoc passim cõtingit.

Limitatur tertio, vt fiat diminutio pro rata. Vnde si operarij ex pluuia applicauerunt se alij negotio, & lucrati sunt aliquid, fit excomputatio, *gloss. in l. si quis domum, §. 1. ff. loc.* Specula. *de locat.* 5. Floria. *in leg. 4. de vsufru.* Nat. *cons. 229. volu. 2.* Bursat. *cons.* 204. *num. 12. volum. 3.*

Subdeclaratur secunda limitatio, vt possit ex causa arbitrio iudicis declaranda nolle alij locare, vt pulchre declarat Castrens. *in l. sed addes, §. final.* & sic est vnus casus, in quo versatur iudicis arbitrium.

191 Vltra alios pono consideratione dignum textum in simili *in l. 2. ff. de annu. legat.* vbi sufficit in principio esse impeditum, vt residuum temporis debeatur.

192 Illud etiam addam ad intellectum *l. qui operas*, quod promissor operis auditur offerendo pretium in præteritis, secus in futuris, ad quas cogi potest præcise, Bald. *in l. 1. §. nec libertas, C. de oper. libert.* Vnde ad factum præcise coguntur.

193 Prosequendo materiam illius, per quam non stat, venio continuatiue ad tractatum *l. diem functo, ff. lo. cat. & de offic. assess.*

194 Prima sit conclusio Officialis etiam legatus de latere, Præses Prouinciæ, decedentes ante officium inchoatum, non transmitut ad hæredes aliquod ius petendi salarium, etiam si fecerit præparamenta ad officium. Ita Bart. *in l. diem functo*, vbi Baptist. de Sancto Seuerino *in repetitio. num.* 13. Iacob. de Nigr. *num.* 19. Sebast. Sap. *nu.* 32. dicit esse communem opinionem.

195 Secunda sit conclusio. Officiali mortuo ante finitum officium debetur integrum salarium.

Est communis opinio *Ias. in l. diem functo, num.* 38. Curt. iun. *nu.* 29. Abb. *cons.* 91. Villalob. *in recollec. littera S. nu.* 6.

196 Ampliatur primo idem esse in assessore. Est communis opinio. Cur. *iun. ubi, num.* 37.

197 Amplia secundo idem esse in salario Doctoris legentis. Cur. iun. ibi communem dicit, *num.* 37. Villa. littera S. *numer.* 3. Calefat. *in l.* 1. *num.* 265. de officio eius, vbi pariter de communi. Eman. Soarez. *in suo Thesa urin verb. mortui, num.* 239. *vbi etiam de communi.*

198 Subampliatur idem si propter pestem non legeret. Natt. *consil.* 452. Pernicol. Mozz. *in tit. de loc. in verbo accidentalia, num.* 13. Laur. Chirrhon. *opi. centur.* 5. *conclus.* 85.

199 Subampliatur secundo idem esse in Doctore impedito ex infirmitate, *gloss. in leg. 1. §. diuus, ff. de varijs, & extraordinarijs cognition.* Bald. *in l. 1. q. 3. C. de suf. frag.* & hæc est communis opinio. Viua. *lib. 1. opi.* 87. circa medium, per textum notabilem *in l. cum hæredes, §. diuus, ff. de statu liber.*

200 Subampliatur tertio vltra Doctores in locis ordinarijs etiam in Doctore vocato a Principe. Alberic. *in leg. si quis stipulatus, numer. 2. ff. ex quibus causa maior.* vbi in materia locati & conducti allegat *leg. qui operas, ff. locati, & l. diuus, de var. extraordinar. cognition.*

201 Ampliatur tertio idem esse in Aduocato, Bald. *in l. 1. colum. 3. versic. sed ego dico, C. de suffrag.* Specul. *in titul. de salario, §. sequitur*, & hæc est communis opin. Curt. iun. *in d. l. diem functo, nu.* 53. Villa. *in recollect. littera A, nu. 66. & littera S, nu.* 4. Soarez. *in suo Thesaur littera S. num.* 3.

202 Ampliatur quarto idem esse in medico. Cephal. *consil. 7. lib.* 1. & hæc est communis opinio. Vincent. *lib. 1. opin.* 87. Eman. Soarez. *in ver. mortui, num.* 240. Sebast. Medi. *in tract. mors omnia soluit, par. 3. nu.* 26.

203 Ampliatur quinto in officiali ingresso ciuitatem, decedente tamẽ ante inchoatam administrationem Bar. *in l. 1. § diuus, ff. de varijs, & extraord. cognit.*

204 Ampliatur sexto in officiali nulliter electo. Alberic. *in d. l. diem functo per l. ab administratore, C. de leg.* Hinc procuratori nulliter constituto debetur salariũ. Cortes. id valde commendans *in verb. salarium 3. in fine, quod nota.*

205 Ampliatur septimo in officiali remoto ex secta, vel tiranno, & impedito ab istis exercere, nam pro eo anno debetur salarium, Bart. *in d. §. diuus, col. 4. q. 4.* dicẽs ita obseruatum Pisis & Bononiæ in personam Iacobi Gabrielis legati.

206 Ampliatur octauo in officiali, medico, famulo, & similibus, qui etiam pro suis negotijs absentauit cum licentia, nam pro eo tempore debet habere salarium Io. de Plat. *in l. 1. C. de re milit. lib.* 12. Capic. *decis.* 125. *num.* 7. Addo glos. singularem in *l. desertorem, §. si ad diem, in glos. 1. ff. de re militar.* quam singularem dixit Bart. *in leg. 1. C. de proxi. sacr. scrin. lib.* 12. inferens ex ea militi stipendiato præbendario currere præbendam, & stipendium tempore licentiæ. singularem quoque dixit Bald. *in l. si ea lege, numer. 3. C. de condit. insert. in authent. habita, colum. 5. C. ne fil. pro patr.* Bartol. *in l. iubemus, C. de erogat. milit. annon. libr.* 12. Roman. *sing.* 31. secundum antiquam impressionem. Ioan. de Prat. *in l. si quis ita, §. qui duob. ff. de condit. & demonstr.* Paris de Sindic. *in verb. salarium, in versicul. Rex concessit.* vbi laudat, quod petat licentiam, vel relinquat substitutum.

Et pondera glos. *in d. §. ad diem*, vltra alios, in verbo, indigentiæ tuæ, quod fit restrictio ad licentiam ex indigentia. Vnde negligentię in redeundo non debetur salarium, quod nota Ambasciator.

207 Ampliatur nono in officiali sine sua culpa detento Ioan. de Prat. vt supra.

Ampliatur decimo, vt dati non competat repetitio, *glo. in §. diuus, in verbo, repeti*, circa medium, & hæc est communis opinio. Imol. *in capitulo propter sterilitatem, numer.* 13. Iaso. *in l. diem functo, numer.* 36.

Dec.

Dec. *conf.* 78. *num.* 2. Guido Papa, *decis.* 112. Bologinin. notabiliter *conf.* 71. Rip. *de priuil. contract. pest. num.* 14. late Siluan. *consil.* 28. *nu.* 18. *vsque* 20. Duen. *reg.* 62. *limit.* 4.

208 Declaratur primo, vt habere debeat salarium anni mortis, non sequentium. Bal. *in l. post duos, C. de ad. uoc. diuers. iudic. in l. petitionem eod. tit.* Barrol. *in l. diem functo, col.* 3. *vers. quid de aduocato, & in §. diuus, col.* 1. *& 6. vers. vlterius.* Specular. *de salar. §. sequitur, versic. in summa.* Firmia. *in verbo, Aduocatus,* Minsinger. *cen. tur.* 3. *obseruat.* 8.

209 Subdeclaratur, si vnica est obligatio, licet plures præstationes, secus si obligatio sit menstrua. Bartol. *in d. §. diuus, col. pen.*

Et est communis opin. Iaco. de Nigris *ad d. l. diem functo, num.* 22. Bursat. *conf.* 20. *num.* 20. *vol.* 2.

210 Subdeclaratur secundo in domestico, & protecto. re, qui etiam sequentium annorum salariũ meretur, *l. pragmatica, C. de domestic. & protect. lib.* 12. quem casum dixit stupendum Corset. *in verbo, salarium* 3.

211 Limitatur secundo in officiali mortuo in itinere. Bal. *in r. t. quis Dux vel Marchio.*

212 Sublimita, nisi alium misisset in locum suum, Cor. set. vt supra, *per §. prohibemus, auth. de collat.* bonorũ igitur est cautius transmittere.

213 Sublimita secundo, vt hæredibus sint reficiendæ expensæ passæ in itinere. Corsett. vt supra *per l. si pecuniam, ff. de condict. ob causa.*

Limitatur tertio in officialibus Præsidis mortui, qui in duobus casibus non possunt petere salarium ab hæredibus præsidis mortui; primo, si poterant se locare alii, & sine causa recusauerunt; secundo si cũ effectu se locauerunt. glo. *in l. diem functo, in verb. tempore,* & hæc est communis opinio. Dec. ibi *num.* 13. Caccialup. *num.* 22.

Limitatur quarto in hæredibus famuli mortui, qui pro rata tantum debent habere salarium. Dec. *in l. diem functo, num.* 13.

Addo Franc. Marc. *decis. Delphinal.* 798. Cephal. *consil.* 70. *num.* 4. *&* 7. *& consil.* 71. *num.* 3. 4. 13. Bonacoss. *de famul. q.* 103. *in fin.*

Et sic per regulam cum limitationibus habetur materia *l. diem functo, ff. locati, & de officio assessorum.*

De locatione duobus facta.

FVIT quandoque in almo Rotæ auditorio discussum, an dispositio *l. quoties,* & eius materia procedat, & habeat locum in contractu locationis, & conductionis, vt illa præferatur, cui primo res tradita fuit. Est passus frequens, vtilis, & quotidianus, vt tradit Iason. *in dict. l. quoties, num.* 32. *limitatione* 13.

1 Pro parte negatiua primo loco facit hæc ratio scilicet, quia *l. quoties, situata est in tit. de rei vendicat.* per quod videtur denotari dispositionem illius *l.* procedere in casibus, in quibus dominium transfertur, vel ius aliquod, sed per locationem nullum ius transfertur *l. non solet, ff. locat. & visum est superius, merito &c.*

2 Iuxta hanc rationem quid dicemus in locatione ad longum tempus, & facta duobus.

3 Secundo facit *l. in operis, ff. locat.* Et hanc opinionem tenuit Ias. *in citato loco, num.* 32. Cott. *in memorabili in verb. locatio primâ.* Cephal. *consil.* 718. *n.* 37. *volum.* 5.

4 Pro parte affirmatiua facit, quia contractus locationis, & conductionis similis est emptioni, & venditioni, & iisdem iuris regulis regulatur, vt superius dictum fuit.

5 Et hanc opinionem affirmatiuam tenuit Alexan. *consil.* 133. *volum.* 5. Socin. *conf.* 28. *colum.* 1. *volum.* 4. Cacd. Alex. *in cap.* 1. *§. si facta, col. fin. si de feud. contr. fuerit,* & ita tenuit, Rot. *vt in titul. decis.* 1. *in antiquio. ribus, &* 579. *in antiquis.* Ant. Gabr. *de emptio. & vendit. conclus.* 2. *num.* 5.

Et hæc est magis communis opinio. Cephal. *con.* 718. *num.* 37. *vol.* 5. Benincas. *paupertat. speciali.* 6. *contract. num.* 4. & verior opinio, vt per Purpur. *in addit.* ad Ias. *num.* 32 *littera C.*

6 Ampliatur ista conclusio vltra alios in citatis locis, quod si quis locauerit fundum ad annos 29. seruatis solemnitatibus, & promisit transacto tempore locationem renouare, si transacto tempore locat alteri, præfertur secundus, Ang. *conf.* 189. commendat, Alex. *conf.* 68. *visis duobus, in fin. vol.* 2. *& consil.* 165. *eod. vol.* Ias. *in l. manumissiones, col. pen. in princip. ff. de iustit. & iure.*

7 Ampliatur secundo, vt per secundam locationem censeatur renunciatum primæ, maxime si est perpetua, ad materiam *l. pacta nouissima, C. de pact.* Curt. iun. *consil.* 17. *col.* 3. *vers.* 6. *sexto principaliter.* sequitur Soc. iun. *conf.* 56. *num.* 18. *vol.* 3.

8 Limitatur principaliter, vt non procedat in locatione operum personalium, prout passim contingit: puta quis promisit scribere, mensem securre duobus vni post alium, quo casu primus est præferendus *l. in operis,* vbi Bart. *ff. loc. commendat.* Bald. *in l. aduersus in fin. C. loc.*

ADDITIO.

☞ *Commendat pro singulari Io. Lup. in Rubr. de donat. inter vir. & vxor. §.* 81. *num.* 12. *fol.* 94.

9 Hinc Aduocatus, vel Procurator, vel Notarius tenetur seruire, cui primo promisit Spec. *in tit. de fideiussor. §.* 2. *vers.* 12. Io. Andr. in regula contractus, in Mercurial. commendat pro notabili Alex. *ad l. si filiusfamilias, §. fin. nu.* 26. *ff. sol. matrim.* Ripa. *in l. priuilegia, num.* 56. *ff. de priuileg.* creditorum, nisi alter habeat iustiorem causam, pulchre Vincent. Francus, *ad feud. num.* 218. Et hæc vera data scientia secundi conductoris, ita Lup *in rubr. de donat. §.* 81. *num.* 12. *fol.* 94. vbi dicit singulare.

10 Pariter famulus tenetur seruire, cui primo promisit. Bald. *in l. in operis, in* 1. *lectu in fine, ff. locat.* Bonacoss. *de famul. q.* 219. Rip. *in l. priuilegia, num.* 55. *ff. de priuileg. creditor.*

11 Limitatur secundo in locatione facta in fraudem, puta est locata res duobus: secundus conductor sua conductione non contentus accepit ad liuellum, postea emit, adhuc enim præfertur primus, si secundus in fraudem fecerit, & primo conductori competit reuocatoria in factum. Ceph. *conf.* 518. *n.* 12. *vol.* 5.

12 Limitatur tertio, & est vtilis cautela, & declaratio, vt præferatur ille, cui res locata tradita est, prout superius dictũ fuit, si ille perseuerer insistedo, & perseuerando in re conducta tradita, quia iure retentionis

se defendit ab alio conductore, secus si non perseueret in insistentia rei. Ita sentit Rot. decis. 898, in antiquis, Couar. var. resolu. lib. 2, c. 19. sub nu. 8. & prope finem capituli. Bonum igitur est facta traditione perseuerare in insistentia rei.

13 Et per prędicta patet responsio ad contraria, nam l. in operis, procedit in personalibus, vt dictum est.

14 Patet etiam, quod licet per locationem non transferatur ius, illa tamen simplex detentio admodum prodest contra alium conductorem, vt dictum fuit.

15 Et sic patet ad materiam l. quoties, C. de rei vendic. aut transfertur ex traditione ius, prout in venditione, & illud operatur ius prelationis, aut non transfertur ius, sed mera, & pura detentio, prout in locatione ad modicum tempus, & illa multum operatur contra alium conductorem, si in ea continuet & perseueret. Bonum igitur est in vtroque casu insistere, & hic etiã fauor retentionis operatur valorem suum. Fundata igitur est dispositio l. quoties in insistentia, siue sit ab aliquo iure concomitata, siue non.

16 Et iuxta præmissa vidi in facto casum, plures notarij Tudertini conduxerant apothecam pro eorum officio exercendo, Contendunt de electione loci, quid agendum? Vidi responsum esse locum ætati, vel præoccupationi, sed nunquid pro meliori loco tenebitur ad maius salarium?

17 Pariter vidi in facto. Colonus cum instrumento obligauerat se vni, postea iure medio immittitur in possessionem eorundem bonorum creditor anterior, & vult vterque sibi responderi, & vnus se fundat in obligatione præcisa sibi facta per instrumentum, alter se fundat in prioritate crediti, & vtique vidi quãdoq. decisum, vt secundo loco immissus per iudicem tanquam in iure potior, audiatur, & colonus excusetur etiam de periurio, si secundo respondeat, quia id factum a iudice ex prioritate iuris, & crediti.

18 Addo in materia vltra alios Bonacoss. in q. crim. in verbo, venditor, circa medium, vbi ad propositum statuti Ferrariensis de locante rem duobus, vt vnus præferatur, sufficit traditio per constitutum ex Dec. in regula contractus, nu. 14. ff. de reg. iur.

19 Et dispositio l. qui duobus, de fals. habet locum etiã in locante duobus. Imo. & Cuman. in l. a Diuo Pio, §. sed si emptor, vbi Ial. num. 4. ff. de re iudic. Cuma. consil. 173. Galuanus, col. 2. Aret. in pract. crimi. in verbo falsario, col. 6. Mas. in d. l. qui duobus, Ceph. consil. 712. nu. 11. vol. 5.

20 Et licet Iul. Clar. in §. falsum, versic. vendens, dicat hæc iura de consuetudine non obseruari, tamen Papiens. allegatus hoc indistincte non dicit, sed solum se restringit ad obligationes pluribus faciendas, ne impediantur negociationes.

21 Quid dicemus ad materiam l. quoties, de qua agimus, quis vendidit rem duobus, cui colonus debet respondere?

Vtique illi, cui tradita est possessio. Corn. consil. 8. volum. 2.

Ampliatur etiam, si colonus conduxit ab eo, qui non habuit priorem possessionem, vt per Cornel. in citato loco. Rui. consil. 58. nu. 22. vol. 1. interens ad intellectum l. quamuis, §. 1. ff. de acquir. possess. vt procedat, quando primus locator possidebat, secus si non possidebat, quia tunc per hunc actum fictum conductionis acquirit secundo.

22 Addo vlterius in materia locationis factæ duobus id, quod voluit Bero. q. famil. 61. per discursum illius, Si quis locauit alicui fundum in plures annos accepta ab eo pecunia pro pensionibus soluendis, si pendente tempore primæ locationis relocat alij cum pacto, vt tradat certum quid locatori annuatim, & seruet locationes primo factas soluendo primo locatori, poterit retinere tantum quantum est soluendum alij locatori, reputans id satis æquum.

Et obligatio plurium ad operas præstandas intelligitur ab omnibus, non a singulis. Bar. in l. si pluribus, in fi. princip. ff. de leg. 2.

* Quid in iurisdictionibus pænarum si sit facta locatio duobus, in primo anno est commissum delictum, in secundo fit processus, & condẽnatio, vtique & actio pœnæ spectabit ad primum. Anchar. in cap. ne præla. ti vices suas, & hæc est communis opinio. Alex. in l. diuortio, §. si fundum, nu. 10. ff. solut. mat.

Declara id verum si fructus iurisdictionis respiciebant tempus, & sic primum annum, secus si respiciebant processum aliquem in causa, tunc spectabit ad secundum, ita Alex. in citato loco, dicens hoc valde notabile. Altera fit conclusio, si condemnatio fit facta tempore primi, exactio tempore secundi, fit diuisio pro rata, cum simus in pari causa onerosa ita virtualiter, & Alex. in citato loco. Tiraq. de retract. conuentionali, §. 5. glos. 5. num. 26.

De quarto gradu accidentium.

Recusatio, Successor, Melioramenta, Collecta.

VTilis, frequens, & quotidiana est materia recusationis ad l. æde, C. locat. cap. propter sterilitatem, §. final. de locat. & passim in facto occurrit, prout experientia docet. Tangam igitur latius, prout ingenij tenuitas patietur.

Quatuor igitur sunt casus principales recusationis in hac locati & conducti materia. Tres ponit Imperator ad l. æde, C. locat. addit quartum Summus Pontifex plenius locutus in capit. propter sterilitatem, §. final. de locat. Diuidam igitur materiam in quatuor partes principales, prout quatuor sunt causæ recusationis.

Causæ recusationis quatuor.

Necessitas vsus, Refectio, Malus vsus, non soluta pensio.

De necessitate vsus.

QVÆSTIO I.

1 QVæro primo loco pro introductione materię l. æde, sic enim, non autem (edem) legendum putat Imag. An in contractu locationis, & conductionis sit locus pœnitentiæ.

Et quidem videbatur quod non, ex leg. 1. C. quando liceat ab emp. discedere, & l. sicut, C. de act. & obligat. Afflict. decis. 28. nu. 6.

2 Contrarium est verius causis superius indictis iuribus adductis, & ex l. si in lege, §. colonus, l. cum plures, l. si merces, §. si vicino, ff. locat.

Et hanc opinionem tenuit Abb. in capit. propter sterili-

sterilitatem, num. 6. de locat. Franc. Becc. conf. 45. nu. 1. & 29. lib. 1. Hiero. Gabr. conf. 75. num. 7. vol. 1.

3 Ampliatur hæc conclusio, vt multo mag s procedat in promissione de locando. Castrens. in l. in bonæ fidei, ff. de eo, quod certo loco, Natt. conf. 38. num. 14. Boer. decis. 48. num. 15. Tiber. Decian. qui id declarat respon. 4. num. 23. lib. 2. Ioseph. de Ludouic. conclu. 72. ampliat. 2.

Declaratur primo loco, vt cōductor pecuniā arræ nomine datam non amittat, si tamen in cōductione post pœnitentiam perseueret sciente, & patiente locatore, alias amittit, si sine causa pœnitet, prout in cōtractu emptionis, & vēditionis, cū pari passu ambulent, vt superius visum fuit. Pernicol. conf. 31. quia illa patientia post, domino præiudicat, prout alias vidimus de recipiente Canonem post caducitatem.

4 Et si arra consistebat in pecunia, est computanda si in specie, est restituenda. glos. Bal. & Angel. in l. 2. C. quando liceat ab empt. discedere. Bald. in l. contractus, num. 17. C. de fid. instrum.

5 Declaratur secundo, vt ex causis superius expressis liceat pœnitere, alias non, cum simus in contractu nominato l. in commodato, §. sicut, ff. commoda. sentit Ias. in l. dicem functo, num. 44. ff. de off. assess.

6 Nec obstat l. 1. C. quando licet ab empt. receder. & l. sicut, C. de action. & oblig. in contrarium adducta, quia limitatur in hoc casu, vt per Hieron. Gabr. in citato consilio, & sic habetur limitatio ad iura. Poterit igitur dicere locator, si promisi, nolo obseruare.

Vnde l. in ciuile, C. de rei vend. non habet locum in contractu locationis & conductionis, sed obseruatur, l. æde, C. locat. Caball. milleloq. 234. par. 1.

QVAESTIO II.

Quæro secundo loco principaliter ad materiā l. æde, C. loc. an ex necessitate vsus proprii possit locator etiam ante conuentum tempus expellere conductorem?

1 Primo videbatur, quod non, ex regula, quod semel, lib. 6.

2 Secundo pro hac parte text. in l. si is, a quo, in fine, ff. vt in possessio. legator ibi, neque enim oportet per singula momenta onerari eum, a quo satis petitur: Vnde recipiens fideiussorem minus idoneum, sibi imputet, cur prius se non informauit, ad quæ lege Mar. sil. de fideicom. q. 1. num. 66.

3 Tertio pro hac negatiua facit, quia semel electus reprobari non potest, cap. nulli licere, de elect. lib. 6. ad quam Doct. in l. dotem. ff. sol. matr.

4 Pro parte affirmatiua facit l. de ætate, §. ex causa, ff. de interro. act. vbi ex causa licitum est variare, & ibi colligitur illud vulgare fere prouerbium. Quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio, ad quæ in materia hac locati & conducti glo. in c. propter steri. litatem, in verbo, imminebat, de locato.

5 Secundo pro hac parte facit bonus text. in l. plane, ff. vt in poss. lega. vbi noua causa admittitur ad idem cap. cæterum, cū gl. in fin. de iureiu. nec text, in c. nulli, superius allegato nouam causam excludit, maxime verisimiliter tunc temporis ignoratam.

6 Tertio pro hac parte necessitatis vsus proprii, facit materia l. præses, C. de seruitutib. & aqua.

Et hæc est verior opinio ex iuribus apertis, & claris in d. l. æde, & in d. c. propter sterilitatem. §. fin. & ratio est secundum Cin. ibi, quam hic tertio loco allegaui, quia ordinata charitas incipit a seipso.

7 Limitatur primo loco hæc prima conclusio ex l. æde, quod liceat expellere conductorem pro necessitate vsus locatoris, vt procedat, & habet locum de necessitate superueniente post contractum, secus si imminebat tempore celebrati contractus. Ita Ang. in l. æde, Papiens. in forma libelli ad ficti præstationē, in scolio inuestit num. 17. Gomel. de contract. cap. de loca. & conduct. sub num. 6. circa med. Io. Lup. in cap. per vestras, §. 9. num. 10. de donat. inter virum, & vxorem. Rebuff. de excep. num. 673.

8 Limitatur secundo, vt necessitas debeat esse vrgens, & vere necessaria.

Vnde dicebat Ange. in citato loco. Si Pontifex veniat Tudertum, volo auferre domum, vt cariori pensione locum, non est bona ratio.

Pariter si fierent spectacula in loco domus conductæ & similia, quæ tendunt in auaritiam, non veram necessitatem. Cautus igitur erit iudex in hoc, vt sciat causam, nec decipiatur. Magon. Rota Lucan. 75. nu. 8. Nauar. in Manual. præcept. 7. c. 17. num. 193.

9 Limitatur tertio, vt necessitas sit inopinata, quæ præuideri non potuerit tempore contractus. Natt. conf. 416. vol. 2. ponens exemplum in bello post superueniente. Burs. conf. 422. lib. 4.

ADDITIO.

☞ *Claud. tamen ad Bertazzol. consil. 395. lib. 2. intrepide contrarium defendit, quando expresse renunciauit, pro vsu suo, vel propria indigentia, sed opinio Couarr. aequir videtur, & tutior.*

10 Confirmantur prædicta per bonum (ni fallor) simile de debitore fugitiuo: nam debet superuenisse suspicio post contractum, secus si eo tempore imminebat l. si creditores, ff. priuileg. cred. l. ab arbitrio, vbi not. omnes, ff. qui sa tis. cog. Cur. in l. vni. num. 4. C. de prohib. sequest. pecun. late Iacob. Menoch. de arbi. iud. lib. 2. cent. 1. cas. 87. num. 16. Ioseph. de Lud. prædictos non allegans, concl. 14. illation. 125.

11 Confirmatur secundo alio simili, vt debitor in diē vel sub conditione possit cogi ad cauendum ante tēpus ex causa post contractum superueniente, & quę eo tempore non imminebat, & hæc arbitrio iudicis, l. si fideiussor, §. satisdari, vers. si iudici sederit, ff. qui sat. cog. Vrsil. ad Afflict. decis. 108. num. 3. Ioseph. de Ludou. concl. 8. lim. 7.

12 Vidi ad hoc propositum in facto casum. Quis cōduxit apothecam ad annos decem, stetit per quinq; post iuit ad Vrbem, quia eius exercitium in patria conductionis nihil lucrabatur, locator volebat caueri pro annis sequentibus, replicat tamen cōductor. Hominem non inuenio, pro me cauent.

13 Et si percurras c. nulli, de elec. lib. 6. & similia, semper præsupponunt causam vrgentem, & inoptnatā. ibi celata de nouo latentis, & similia verba.

Vnde ad materiam l. sicut, C. de act. & oblig. in cōtractibus, & actibus a voluntate duorum dependentibus quatuor sunt casus, in quibus licita est mutatio ad propositum materię, de qua agimus.

14 Primus casus est, vbi prima volūtas præcessisset ex

errore, l. fin. §. item quæsitum, vbi Bar. not. de condi. & demonstr. melior text. in l. de ætate, §. ex causa, ff. de interrogat. action. vbi loquitur in terminis erroris.

15 Secundus est casus ad propositum materiæ locati & conducti, quando dispositio aliqua requiritur ex natura contractus, l. quæro, §. inter locatorem, ff. loc.

16 Tertius est casus, quãdo lex ex aliqua causa interpretaretur voluntatem contrahentis, & concederet remissionem, seu reuocationem, prout in donatione ex superuenientia filiorum, l. si vnquam, C. de reuoca. don. Socin. cons. 22. col. fin. vol. 4. & applicando ad casum nostrum in materia l. æde superuenientia necessitatis post contractum.

17 Quartus casus, quando superuenit aliqua causa inconsiderata, de qua a partibus nihil esset verisimiliter cogitatum, l. fin. vbi. Bal. C. de non numer. pecun. Cap. cum P, de renun. & applicando ad hunc casum necessitas inopinata superueniens post contractum locationis, & conductionis.

18 Limitatur quarto loco principaliter conclusio superius firmata, quando locator promisit etiam cum iuramento non expellere conductorem, quo casu nõ poterit expellere etiam pro vsu proprio, vt verba aliquid operentur. Angel. in d. l. æde, dans pro cautela, vt semper hoc pactum apponatur, prout regulariter in omnib. apponitur, & ita practicatur. sequitur Dec. in c. quæ in ecclesiarum, col. fin. limit. 2. de constitut. Grat. lib. 2. respons. 69. num. 20. & respons. 139. nu. 20. lib. 1. Nat. cons. 481. num. 19. Seraph. de priuil. iuramen. priuileg. 49. num. 48. qui sic simpliciter cum hac opinione pertransit.

Addo Fern. cons. 43. num. 3. Corn. cons. 103. col. fina. vol. 2. Dec. in l. post quam litis, num. 23. C. de pact. in l. fin. num. 7. ff. si cert. pet. vbi Curt. iun. num. 4. Plo. cons. 108. num. 10. inter cons. vltim. volunt. Bonacc. in tract. cautel. littera C fol. 10. Roma. cons. 423. in fine. Bursat. cons. 422. lib. 4.

19 Contrarium, & melius tenuit Arnald. de Ferron. in consuet. Burdegalen. tit. 3. §. 2. & post eum Didac. Couarr. var. resol. lib. 2. c. 15. num. 4. in fin. dicens animoso corde hanc opinionem in practica tenendam, quocunque pacto non obstante, cum dispositio l. æde, vti nedum æqua, sed ęquissima sit semper amplectenda Iacobin. Rimin. cons. 613.

20 (Bone Deus) quot casus euenire possunt ex quibus æquitas illius opinionis apparebit?

Vnum referam, infirmatur locator, vel eius chara vxor, vnicus, & dilectus filius, habet domum locatam sub meliori aeris temperie commodam ex omni genere in infirmitatibus, debet ne potius mori, & pactum operari effectum suum?

21 Dices, pactum nihil operabitur, respon. debet potius pactum nihil operari, quam quod quis indebite damnum patiatur, prout superius dixi.

22 Limitatur quinto, nisi in instrumento locationis sit apposita specialis hypotheca rei locatæ, quo casu non poterit expellere etiam pro necessarijs vsibus proprijs. Alex. post Cuman. ad l. si filiosfamilias, §. si vir. in quinquennium, num. 4. ff. solut. matr. vbi in practica hoc summopere commendat, dicens esse quotidianum, nec alibi contrarium legisse.

23 Contrarium consuluit Natt. cons. 25. vol. 1. respõdens, quod specialis hypotheca operatur quoad singularem successorem, prout suo loco dicam, nõ quoad locatorem, quominus possit ad proprios vsus, & quidem necessarios, (vt dictum est) facere: & si inspiciantur verba Alexand. truncate loquitur, nec ex eius dictis colligitur clare resolutio, & hoc quandoq; more suo in lecturis.

24 Adeo igitur efficax est proprij vsus necessitas, vt nec pacto aliquo etiam iurato, nec hypotheca etiam speciali infringatur, nec mirum cum semper ordinata charitas incipiat a se ipso.

25 Sed quid, si dicatur magis in indiuiduo, vt expellere non possit ẽt pro vsu proprio? vidi factum de hoc.

26 Quid vlterius dicemus renunciatur beneficio l. de his, C. de transl. l. plerique, de in ius vocan. l. si vnquam, C. de reuocan. don. renunciabitur ne beneficio l. æde, & per illam clausulam omni legum, & iuris auxilio? & vidi in facto instrumentum locationis hoc modo confectũ, renuncians beneficio l. æde, certiorata prius per me &c. de facultate, & dispositione l. æde.

27 Limitatur quidẽ sexto loco, nisi post superuẽtam necessitatem receperit pensionem, vel partem ipsius quia ex hoc sibi præiudicasse videtur ex his, quæ superius diximus de receptione canonis post incursam caducitatem. Ant. Gabr. de locato concl. 3. num. 9.

28 Sed si pactum nec specialis hypotheca hoc tollere põt, operabitur ne plus tacita remissio, quã expressa, & aliud longe diuersum videtur pensionem recipiendo caducitatem remittere odiosam sane, quam remittere proprij vsus necessariam indigentiam cõtra caducitatem iura clamant, pro non caducitate iura fauent, & pro necessitate proprij vsus, æquitas suadet, & leges, & iura adminiculantur.

29 Limitatur septimo, nisi domus esset adeo capax, & ampla, quod ambos commode capere posset. Bar. in d. c. propter sterilitatem, per tex. in §. fin. Instit. de loc. l. si non fortem de condic. indeb. Additio. ad summam Ang. in verbo, locatio, sub num. 13. littera A.

30 Posset huic fortasse dici, licet domus sit capax, & ampla, tamen nolo stare in communi l. sed & si discepletur, §. 1. ff. vbi pupillus educari debeat.

31 Limitatur octauo, vt causa vera sit. Vnde alteri relocando apparet de calumnia, & tenetur ad interesse. Nat. cons. 25. vol. 1.

32 Limit. Bene verum (inquit Natt.) quod fit remissio mercedis pro rata, & hoc æquum est. Et volunt ibi Bal. & Cin. & Iacobi. inter cons. Rimin. 613.

33 Cui adde vtiliter, quod conductor deceptus petere poterit, vt reinuestiatur, & dominus poterit puniri crimine stellionatus, l. 1. §. hoc dictum, ff. si mulier ventris nomine. Addit. ad Angelic. in citato loco.

34 Videbis multas malitias. Multi auferunt ex inuidia, vel odio allegantes propriam necessitatem, multi ad requisitionem alterius, multi retinent per aliquod tempus, postea locant. Bonum fortasse esset, vt saltem summarie, & cum aliquali causæ cognitione deduceretur ista necessitas per locatorem, nec ei sic facile crederem, & licet per se retineat, adhuc debet constare, si ex necessitate hoc faciat; cur enim simplici assertioni ipsius credendum est in præiudicium conductoris, qui cogitur quandoque maximo dispẽdio discedere? Circumspectus igitur erit bonus iudex in hoc inspiciendo, & obuiare malitijs locatorum, & sentit Bald. in l. æde, num. 3. ponderando verbum, probauerit, in text.

35 Limitatur nono, vt procedat in domibus & sic in

prædio,

prædio vrbano, non autem in fundo, & fim lib. Gomes. *de contrac. in c. de loc. & condu. nu 6. in fin.* ea ratione, quia id tex. clare dicit, dicendo, æde &c. secundo, quia hęc dispositio est priuilegiata, merito non debet extendi. Tertio, quia domus est loco alimentorum *l. verbo victus, de verb. signific.* sentit Bal. *in d. l. æde, col. pen. in medio.*

36 Limitatur decimo fauore scholarium, qui non possunt expelli per locatorem etiam pro proprijs necessitatibus. Rip. *in l. 1. numer. vlt. ff. solut. matrimon.* Bolognet. *in authent. habita in fine, Cod. ne filius pro patre.* Rebuff. *de priuileg. scholar. priuil.* 8. Duenn. *regul. 213. num. 1.*

37 Quid dicemus? pater Perusinus transmittit filium ad studium, ad Vrbem Bononię, vel Patauij, qui infirmatur, redit in patriam, pater licentiat scholarem conductorem ex infirmitate filij etiã alibi scholaris,

38 Pariter quid dicemus in pari casu fauorabili, vult ducere vxorem, & matrimonium cõsumare, & debet priuilegium scholasticum præualere sanitati recuperandæ, vel conseruandæ, etiam in non priuilegiatis, ad quid domos fabricamus, nisi in proprios vsus, dices, non debebas locare certe sumus in casu inopinato, & de hoc semper loquitur *hæc l. æde.*

39 Limitatur vndecimo in necessitate proueniente ex culpa locatoris, quia eum non excusat *ad l. si merces, §. culpæ, ff. locat.* de qua superius, vidimus, & in hoc aduertat bonus iudex inspiciendo causam necessitatis: Pedemont. *decis. 166. nu. 9.*

40 Limitatur duodecimo in locatione longissimi temporis, in qua non est locus expulsioni *l. æde, C. locat.* Aug. *cons. 2.*

• Limitatur decimotertio in emphyteusi in qua non est locus dispositioni *l. æde C. loc.* Ioan. And. ad Spec. *in tit. de locat. §. nunc aliqua, nu. 4.* commendat pro singulari Ial. *in l. 2. colum. 7. vers. vltra scribentes, C. de iure. emphyt.*

Limitatur decimoquarto, nisi locator renunciasset priuilegio vsus proprij. Rebuff. *de except. nu. 680. & sic l. penult. C. de pact.* procedit in materia, *l. æde*, & sic habes cautelam.

QVÆSTIO III.

1 QVæro de aliquibus exemplis proprij vsus, & necessitatis, vtique si domus per locatorem habitata corruat post cõtractũ, infirmitas patris, matris, filijve vxorem ducere exercitium lanę, vel simile inchoare m. reus in fratre locatoris. Bal. *in l. æde, num.* 13. Petr. de Vbal. *de duob. fratr. p. 8. q. 4.*

QVAESTIO IV.

QVæro an dispositio *l. æde*, procedat in conductore, puta cogitur ex causa pestis recedere, & rupta sit conductio, num teneatur ad pensionem pro futuro tempore?

1 Primo videbatur, quod non ex quo est *l. singularis*, vt superius dixi ex Couarr. & continens priuilegium stricte interpretandum ex Bal. & Gomez. superius in *præcedenti quæst. allegatis.*

2 Pro contraria parte facit regula correlatiuorum, de qua (Deo dante) suo loco dicemus.

3 Et hanc opinionem dixit veriorem Cuman. *in l. si in lege, §. si domus, ff. loc.* commendat Marsil. *sing. 615.* necessitas, dicens vtille ad ampliationem *l. æde C. loc.* Ang. *in verbo locatio, n. 14.* Boer. *decis. 149. num. 9.* Hiero. Gab. *cons. 75. nu. 2. lib. 1.* Soci. *consil. 32. volu. 4.* Didac. *var. resolu. lib. 2. c. 15. n. 6.* Ceph. *cons. 255. n. 24. lib. 2.* Rodoa. *de rebus eccl. §. 1. an prælatus, nu. 5.* Franc. Marc. *decis. 102. part. 1.* Borgn. *decis. 44. nu. 24. per l. si fundum, ff. loc.*

QVAESTIO V.

SEcundus principalis casu positus *in l. æde, & in c. propter sterilitatem, §. fin. est refectio rei locatæ.*

Iuxta hoc quæro, ad quem spectet refectio rei locatæ, ad conductorem, vel locatorem.

1 Primo videbatur ad conductorem, ex quo enim sentit commodum habitationis, & vsus, debet etiam sentire onus refectionis, *l. secundum naturam, ff. de regul. iur.*

2 Pro contraria parte facit text. *in hac l. æde*, & adeo spectat ad locatorem, vt ex causa possit conductorem expellere, vt dicit tex. & hanc opinionem tenuit gl. *in l. ex conducto, in verbo, reficitur, ff. loc.* & hic est vnus ex casibus, in quibus competit actio ex conducto, vt domus reficiatur. Idem tenet Bart. *in l. cum in plures, in prin. ff. loc.* Alex. *cons. 190. in princ. vol. 2.* Veron. *in tit. de refect. q. 10.*

3 Ampliatur hæc conclusio in molendino, qui promiserat mũdare omne nocumentum. Ripas manutenere, & clusã in bono statu in fine locationis, nã adhuc refectio spectat ad locatorem. Natt. *cons. 13. in princ. & 449.* Addo Petr. de Vbal. *de duob. fratr. p. 8. q. 29.*

4 Ampliatur secundo, vt nedum teneatur locator reficere, sed ampliare aditum, vt possit cõductor intromittere suppellectilia magna cuiuscunque generis, & conditionis *l. sed addes. §. si inquilinus arcam, ff. locat.* & econtra vult ille text. quod non debet coangustare locator, quo minus conductor in fine conductionis ea commode exportare possit.

5 Ex quo contextu habentur multa, quod conductori pro occurentijs competunt hæc inter alia remedio de damno infecto ad exhibendum, & officium iudicis.

6 Et habes in eo contextu instrumentũ, quod in domibus vtebantur antiqui arca camerata, idest adeo magna, vt habeat tres cameras secundum. Acc. ibi, vel secundum Bub. armata, & conformata.

7 Limitatur in materia molendini, aliquando quis conducit molendinum factum, & tunc refectio non spectat ad conductorem, sed ad locatorem, aliquando quis conducit ab alieno, vt possit suis sumptibus construere molendinum, & tunc tenetur reficere, & manutenere, & tempore destructionis currit pensio, quia interest locatoris, vt molendinum reperiatur in esse tum respectu pensionis, tum ratione molendini. Io. Andr. ad Specul. *in tit. de locato, §. postquam, vers. sed quæritur*, quem ita declarat Natt. *cons. 13. vol. 1.*

8 Limitatur secundo in conductore ad longum tempus, qui reficere tenetur. Nat. *in citato loco.*

Cætera ponam in tit. de expensis, & melioramentis. nam Doctores de expensis loquentes loquuntur etiam in refectione.

9 Limitatur tertio, nisi necessitas refectionis imminere tempore locationis, quia sibi imputet, vt superius

rius dixi, & tradit Bald. *in d. l. æde, nu. 13. in fi.* vbi sublimitat nisi post magis deiecta esset, Petr. de Vbal. *de duob. fratr. p. 8. q. 34. nu. 34.* Ruina enim, & periculum in dies deregitur, & magis in hieme, quam in æstate quo tempore fortasse fuit facta locatio.

10 Quid si conductor reficiat ponam in materia expensarum.

Limitatur quarto notabiliter, vt domo resarcita conductor sit reponendus ad pristinam locationem vsque ad finem suæ conductionis, gloss. singularis ab omnibus commendata *in l. si duo, §. cum inquilinus, in verbo domum, ff. vti possid.* vbi Bart. eam in practica summopere commendat reputat notabile Roma. *sing. 235.* & habes legista. Cremens. *sing. 72.* Marsil. *in rubr. de fideiuss. num. 223.* inferens in materia locationis, quod scriptor, qui locauit operas suas ad scribendum, si efficiatur rector studij, liberatur a scribendo, tamen finito officio poterit cogi ad scribendum. idem Marsil. *in l. etiam si redhibiturus, in fine, de quæst. in l. vnic. col. 6. C. de rap. virgin.* Tiraquel. *de causa cessante, parte 1. n. 16.* Alci. Parergon. *c. 10.* Iacob. Nouel. *regul. 181.*

Limitatur quinto in refectione necessaria, non vtili. Benincass. *in §. actionum, nu. 58.* Hippol. *in l. ram nu. 16. de quæstionibus.*

QVAESTIO VI.

1 POne, quod inquilinus nolit promittere domum locatam reficere, quomodo succurretur ei? per vti possidetis interdictum. *per l. si duo, §. cum inquilinus, ff. vti possid.* vbi redditur ratio in hac propositione, impediens reficere dicitur possessionem turbare. Addo Iacob. Menoch. *de retinend. possess. remed. 3. q. 29. nu. 237.*

2 Vnde secundum tempora hodierna posset accusari de turbata possessione inquilinus reficere prohibens, deducendo quod requisiuit eum, vt reficere posset, & noluit consentire.

Practicando cautela datur ab Accu. ibidem, vt locator reficere intendens declaret, & protestetur non facere animo inquilinum impediendi in sua habitatione, sed velle reficere, & refectione facta redeat inquilinus ad suam pristinam conductionem, & ita passim cautela practicatur.

QVAESTIO VII.

TErtius est casus recusationi a iure, & lege expressus male versando in re conducta, & hoc dupliciter contingere potest, in prædio rustico, & in prædio vrbano, de singulis videamus.

Quæro igitur primo loco in prædio rustico, & sic an colonus possit incidere arbores fructiferas, vel (vt

1 Cato dicit) arbores pomiferas. Et videtur quod sic, cum colonus sit loco socij (vt superius dictum fuit) & æquitas societati, velle videtur, vt sic dominus potest, possit & colonus sibi socius.

2 Secundo potest argui a speciali, *ex l. in fraudem, §. conductor, ff. de iur. fis.* vbi speciale quodammodo esse videtur in conductore fisci, vt arbores pomiferas excidere non possit.

3 Sed pro contraria opinione negatiua facit quia maritus nõ potest incidere arbores fructiferas, & incidendo dicitur deteriorasse rem, & ad totale interesse tenetur, *l. diuortio, §. fundum, ff. solut. matrimon.* & ibi notatur per omnes.

4 Secundo emphyteuta, qui & habet ius in re, non potest incidere arbores fructiferas, & incidendo cadit a iure suo. Est communis opinio attestata per Ias. *in d. §. si fundum,* Iul. Clar. *in §. emphyteusis, quæst. 26.* multo minus conductor simplex, qui multum ius non habet in re,

5 Regula igitur est negatiua. Colonus, vel conductor non potest incidere arbores pomiferas, vel fructiferas, & incidendo cadit a iure suo *l. in fraudem, §. conductor, ff. de iur. fis.* & rusticus, qui promisit laborare arbitrio boni viri potest expelli si non colit, prout iura, & statuta exposcunt, Alex. *cons. 129. lib. 2.* dicunturque arbores fructiferæ quercus, nuces, silua cędua, & aliæ, quæ de per se naturaliter sine plantatione nascuntur. Borgn. *late decis. 32, nu. 40. p. 1.*

6 Dices cum multis, ille textus non facit, quia loquitur in conductore fisci, & sic persona priuilegiata. Respondet Ias. *in d. §. si fundum, numer. 2.* quod fiscus vtitur iure priuati in casibus non expressis, vt not. *in l. 1. C. de petit. hæred. in l. item veniunt, §. in priuatorum, ff. eodem,*

7 Et sic patet responsio ad rationes superius in contrarium adductas.

Ego autem in hac locati & conducti materia, pro confirmatione huius regulæ, & conclusionis allego *in tit. de loc. & conduct.* textum *in l. si merces, §. culpæ ff. loc.* qui mihi (ni fallor) in hoc proposito videtur admodum in terminis, & hanc opinionem tenuit Alberic. *in l. 1. num. 6. de iure emphyteut.* & hæc est communis opinio teste Alex. *in d. §. si fundum, col. 1.* a qua nullus discrepat, vt per Angel. *in l. si colonus, ff. arborum furt. cæsarum.*

8 Ampliatur hæc conclusio primo, vt fortius procedat in conductore ecclesiæ, qui tenetur rem conductam meliorem reddere. Ruin. *cons. 88. vol. 1.* & patebit inferius per discursum.

9 Ampliatur secundo, vt etiam melioramenta facta per colonum non compensentur cum deterioratione facta ad effectum priuandi iure suo, & est communis opinio, vt per Pich. *in l. Titia, §. Titia, nu. 115. in fin. ff. de legat. 2.*

10 Ampliatur tertio, etiam si deterioratio sit facta in vna tantum re ex conductis. Bal. *in hac l. æde, col. pen. vol. 1.* Albert. Brun. *de augment. monet. concl. 22.* Roland. *cons. 49. nu. 15. vol. 2. & cons. 40. nu. 9. vol. 4.* Iac. Menoc. *cons. 78.* commendat Ias. *in l. si quis fundum, §. ea lege, nu. 5. de verb. oblig.* Alex. *cons. 118. col. 2. vol. 5.* Natta. *cons. 481. nu. 21. vol. 3.*

11 Considera tamen (si placet) in hoc si posset distingui, prout sæpius ad aliud propositum diximus, an sit facta locatio plurium rerum sub vna pensione in vna scriptura, vel instrumento, vel sub varij pensionibus, & scripturis.

Ampliatur quarto loco, vt conductor possit accusari de damno dato incidendo tales arbores fructiferas vt suo loco dicam.

12 Ampliatur quinto, vt in dubio arborum incisio, & quodlibet aliud damnum præsumatur datum, & factum a colono *l. si colonus, l. si partim, in fine, ff. arbo. furt.* cæsarum Alex. *cons. 117. volum. 5.* Crot. *cons. 115. vol. 1.* post Bald. *cons. 190. vol. 2.* Menoc. *cons. 130. num. 4. &*

4.& seq. vol. 1. Anguiss. cons. 99. Siluan. cons. 76. Rimi. ten. cons. 94. nu. 59. vol. 1.

13 Et hęc conclusio vera est, siue loquamur de mero iure communi, siue alio quouis modo, de iure namque communi id verum est: namque conductor tenetur non pati, vt locator seruitutem non omittat, quia ius ex hoc efficitur deterius, & tenetur, ne aliquod pus fiat deterius, vel fieri patiatur, *l. videamus, §. item prospiciendum, ff. loc. & conduct.*

14 Et sic duplex est deterioratio; vna in amissione alicuius iuris in praeiudicium locatoris, altera in corporibus consistit, & sic etiam in arboribus, & vitibus, & similibus. Hoc idem innuit tex. *l. si merces, §. conductor, ff. locat.*

15 Procedit etiam conclusio de iure, & pacto speciali; prout quando arbores in contractu locationis fuerūt enumeratae cōductori praesenti, & facta consignatio, & promisit conductor bonam rationem reddere, prout in casu. Bursat. *cons. 53. nu. 13. & sequent. volum. 1.* in quo inspicies diligentiam multorum locatorum pro conseruandis suis possessionibus, & tot laboribus in eis annuatim impensis.

16 Ampliatur sexto, haec conclusio etiam in arborib. vi ventorum, vel simili impetu euulsis; nam locatoris sunt, nec potest colonus pro se retinere modo aliquo Castrens. *in d. §. si fundum, num. 4.* vbi Alex. *nu. 5.* Vero. *de seruit. rustic. praedior. c. 22. de montibus, num. 9.* Silua, *cons. 76. num. 4.* Borgn. *de vsufruct. nu. 158.* Rota Perus. *decis. 1. par. 1.* Bero. *cons. 54. num. 10. vol. 3.* Bertach. *in verbor. arbor. vi ventorum.* Rodo. *de reb. eccl. cons. 389. §. & vt discurratur, nu. 5. & 13.* Ruin. *cons. 58. nu. 3. & cons. 59. num. 1. vol. 1.* Curt. sen. *cons. 70. sub n. 8. in quarto dubio.* Thom. Ben. *cons. 33.*

17 Ampliatur septimo, in arboribus grandibus nascētibus, & innascentibus etiam si conductor eas plantauerit Borgn. *decis. 44. nu. 82. in fine* reprehendens multos contrarium tenentes, rationemq. reddit, licet sint a colono plantatae, tamen fuit altae in terris domini.

Vnde erunt domini, qui tenetur reficere expensas colono, & nihil aliud petere poterit, vt per eum, & ibi idem tenet in arboribus siccis.

18 Ampliatur octauo, vt stante pacto de incidendo arbores caducas, tamen potest quae sunt in fructu, Bald. ad Specul. *de iur. emphyt. col. 2.* commendat Fus. *in verbo, colonus, n. 138.*

19 Ampliatur nono, vt etiam teneatur lege Aquilia Mant. hoc commendans *singul. 237.*

20 Limitatur primo loco haec conclusio, vt non procedat, quando colonus, vel conductor excideret dictas arbores ad vsum destinatum, Bal. *in d. §. fundum,* vbi bonus tex. de hoc Io. Fab. *in §. 1. Institu. locat.* Alex. *cōs. 118. vol. 5.* Cur. sen. *cons. 71. col. pen. vers. condescendo ad quartum.* Paul. a Monte Pich. *in l. Titia, §. Titia, quaest. 36. nu 93. ff. de legat. 1.* vbi hoc declarat sicut apud eum videri potest Nati. *cons. 601. num. 6. vol. 3.* Feder. Scot. *cons. 2. nu. 13.* Port. *Instit. quib. modis re contrah. obligat. §. item is, in fin.* Borgn. *de vsufruct. nu. 146. & decis. 64. nu. 51.* dictos in facto habuisse Cortonae in bobus datis ad colonicum, Petr. de Vbal. *de duob. fratribus, par. 5. q. 26. r. 29 sum.* Orlan. *& notariat. rub. instr. bonorum datorum ad laborandum in fin.* & ibi Addent. Hippol. *de equo q. 2. & commun. opin. in verb. vsurarius contractus car. 86.* Lup. *in cap. per vestras, §. 9 n. 9.* Borgn. *decis. 44. nu. 52. & decis. 3. par. 2.*

Et haec est communis opin. Michael. Graff. *de succ. ab intestata, §. legatum, q. 35.*

21 Vnde habes in facti contingentia, quod ligna solita incidi ad effectum faciendi trabes, et ligna pro ędificādo, cōstruendis sepibus impergulatis, item ad effectū ligandi, possunt incidi per colonum, conductorem, emphyteutam, maritum. Menoch. *cons. 13. lib. 1.*

22 Limitatur secundo, nisi colonus, emphyteuta, maritus, & similes alias arbores subrogauerit in locum incisarum; id enim facere potest, Bald. Alex. Ias. & alij *in d. §. si fundum,* Ang. *in l. si colonus, ff. arb. fur. caesarum,* Ias. *in auth. qui rem, col. 2. Cod. de sacrosant. eccles.* Franc. Bec. *cons. 33. nu. 54.* Siluan. *cons. 79. nu. 4. libr. 2.* Bergn. *decis. 32. sub num. 36. par. 1.*

ADDITIO.

☞ *Valasch. decis. Portugall. 50. tomo 1. vbi num. 10. vult quod licet emphyteuta locu oliueti vetustissimi, & fere inutilis subrogauerit bonā, et vtilē vineam, tamē si domi. nus directus, vult, vt iterū replātetur oliuetū, cogi poterit*

23 Pro quibus vltra eos pōdero (ni fallor) bonū textum *in d. l. in fraudem. §. conductor. ff. de iur. fisc. in verb. non substitutis alijs,* quasi etiam colonus fisci id liceat, & sic in arborib. datur substitutio, & subrogatio.

24 Declaratur vtiliter haec secunda limitatio, vt procedat, & habeat locum in arboribus admodum antiquis, aut corruptis, secus in alijs. Ita voluit Angel. *in d. l. si colonus.* Fulgos. Castren. & Alex. *in d. §. si fundum.* Tiraquell. *de retrac. conuent. §. 3. glo. 1. num. 26.* Rodoa. *de reb. eccles. non alienan. de cadunt.* ob deteriorationem verisic. & vt discurratur, *num. 13. pag. 520.* Io. Mar. Riminal. *cons. 74. nu. 16. volum. 1.* Et bene facit text. *in d. §. si in Vicarijs, & in l. aequissimum, §. 1. & l. agri, & l. vetus.*

25 Et experientia docet, quod arbores, & praecipue vites aliquantulum vetustiores producunt fructus meliores, licet iuniores producant plures in quantitate tantum.

Vnde sano modo intelligenda erit in arboribus parum fructiferis, ex nimia iam vetustate, vel in arboribus corruptis, prout passim videmus.

26 Limitatur tertio, nisi fundus ex huiusmodi incisione fieret fructuosior, quam esset ante, vt de emphyteuta voluit Veron. in allegato titul. de montibus *q. 5.* Bologn. *cons. 67.* Cor mundum. De marito in re dotali voluit idem Caepol. in citato loco, *quaest. 7. per l. diuortio, §. si vir in fundo iuncta glos. in ver. fructuosiorem, ff. solut. matrim. & l. fin. ff. de iur. dot. & l. 2. circa fi. ff. fin. regund.* Bald. *cons. 290. number. 2. volum. 2.* Fusi. *in verb. colonus.*

27 Notandum tamen est, quod vltra id, quod in hoc addunt scribentes, an emphyteuta, colonus, et similes possint mutare formam fundi, de qua late per Ias. *in l. 1. col. penul. quaest. 2. princip. C. de iure emphy.* consideranda est qualitas fundi arborum, et destinatio patrisfamilias, in multis enim fundis nascuntur ex natura vlmi, quercus, & similes, ex quarum vmbra nimia ager est minus fructuosus, radices etiam minus operantur.

Nascuntur etiam nuces, quae licet sint admodum vmbrosae, fructum tamen afferunt in tempore fuo latis vtile pro familia, sed multi domini volunt potius granum, quam nuces, nascuntur etiam pira, mala di. uersi

Digitized by Google

uersi generis, pruna. In multis etiam agris domini ex industria plantauerunt arbores vi moru, & sunt vmbrosæ, & nociuæ frumento, tamē sunt valde fructuo, sæ in frondibus, & percipitur ab eis magnus fructus, prout sciunt omnes, & ob id non est verisimile, vt dominus vellet eas incidi, & deleri, In multis etiam agris sunt plantatæ oliuarum, vel vlmorum, & vitium simul non est credendum vt velit eas singulas excidi, sed siccas inutiles, vel infructuosas ad meliorandum. Vnde ratio habenda est.

28 Limitatur quinto, vt liceat colono, emphyteutę, & similibus incidere aliquas arbores ad villę refectionē, habita aliquali discretione, & iudicio, & insuper applicare erutas, vel vi ventorum euersas, Bald. in d. §. si fundum, Paris. de reintegrat. feud. fol. 3. num. 9. dicit singulare Fusi. in verbo colonus, nu. 138. Mari. Anguissol. cons. 14. Ioseph. de Ludou. Rot. Lucan. 8. numero 9. cum modificatione, ne fundus deterior fiat, per leg. ex silua, ff. de vsufruct. & per l. arboribus, ff. eod. tit. quem Alex. in citato loco reputat ad hoc notabilem.

29 Limitatur quinto, vt emphyteuta, maritus, colonus, vsufructuarius, & similes, possint incidere siluam non cæduam, quando vsus esset alias inutilis. Alberic. per illum tex. in l. diuus, §. de vsu & habitat. Azo. in Summa eiusdem tituli. Tiraq. de retra. conuen. §. 43. glo. 1. num. 30.

30 Illud nolo omittere, quòd vidi a multis in practica dubitatum, quod prædicta vendicent sibi locum tam in conductore cum certa annua responsione, quā in colono partiario, vt voluit Speeu. & ibi Bal. in addi. in ti. de loca. §. 1. col. fi. vers. illud autem quæritur.

31 Et casum videat, in quo emphyteutę esset data plena licentia incidendi arbores cuiuscunque qualitatis, & generis quomodo hoc sit intelligendum, videto; Anchar. q. famil. 52. par. 1. & ibi emphyteuta videat, valet tamen pactum de non expellendo propter deteriorationem. Specul. de locat. in §. nunc videndum, q. 59. n. 112. Ias. in l. 2. num. 119. Cod. de iure emphyt. Rodoan. de reb. ecclesi. de cadur. ob deteriorationem, num. 22. Corbol. de iur. emphyt. cau. 13. in fin. sed nunquid conductor ad longum tempus potest mutare formam rei, vtique si resultet graue damnum, & emolumentum esset nō leue, alias nō. Borgn. de communi decis. 32. num. 40. par. 2.

32 Dantur tamen a iure contra colonum, vel conductorem arbores fructiferas incidentem, plura remedia, & pœnæ.

33 Remedium primum. Actio ex conducto, l. si merces, §. culpæ, ff. lor. & hic est alter casus, in quo competit actio ex locato.

Remedium secundum. Tenetur colonus, vel conductor succidendo arbores vtiles, & pomiferas, ex lege Aquilia, & sic colonus, vel conductor conueniri potest actione legis Aquiliæ.

34 Sciendum tamen est, quod regulariter conductor non tenetur de lege Aquilia, cum in ea non veniat leuissima culpa in omittendo. Alex. cons. 50. num. 12. vol. 2. Afflict. decis. 5. num. 8. Ferrar. cautel. 39. numer. 2. Gramm. decis. 3. nu. 15. Sadolet. in l. quod tamen, 16. ff. si cert. pet. & hæc est commun. opin. decis. Perus. 25. in fin. par. 1. Cephal. cons. 362. vol. 3. concurrit tamen & fraternizat cum qualibet actione, si quæ ex præexistenti negocio competat. Vnde cum actione locati d. §. culpæ, & l. qui insulam, §. qui mutat, & l. si vulneratus, ff. locat. l. si seruus seruum, §. Proculus, §. fin. l. quæ actione, in fin. ff. ad leg. Aquiliam.

35 Cum actione pignoratitia, l. sed etsi is, ff. ad legem Aquiliam.

Cum actione pro socio, l. sed si ex causa, §. final. ff. pro soc. & sic contra colonum partiarium.

Cum actione communi diuidendo, l. sed & si communem, ad legem Aquil. l. sed, & si non, §. venit, ff. commun. diuidund. & sic passim discurrendo, & hoc dummodo verificentur termini legis Aquiliæ ex primo, vel tertio capite, & detur damnum male faciendo, prout in casu nostro de incisione arborum, vel minus recte faciendo l. si seruus seruum, §. si fornicarius, ff. ad l. Aquil. non autem ex mora cessatione, l. si vsusfruct. §. denique, ff. de vsufruc.

36 Declaratur secundo, dummodo sequatur damnum immediate ex facto minus bene, vt male facto, vt dictum est, non autem ex causa remota, quia tūc cessat lex Aquilia, potest tamen competere alia actio ex negocio subiecto prout in terminis locati & conducti, in l. qui domum, ff. locat.

Nunquam tamen lege Aquilia quis tenetur de leuissima culpa, etiam si cum alia concurrat, nisi subiecta materia suadeat, vt dictum est. Adeo igitur bona soror est lex Aquilia, vt cum omnibus conueniat, & concordat.

37 Remedium tertium. Arborum furtim cæsarum, l. si merces, §. culpæ, ff. lor.

Remedium quartum. Quod vi aut clam, d. §. culpæ, quod remedium competit etiam colono, vel conductori ratione fructuum, l. si alias, §. notauimus, l. quēquam, & ibi not. ff. quod vi, aut clam.

38 Bene verum est, quod vna adiecta alia perimitur, si rei est persecutoria, secus si pœnalis, iuxta glos. in d. §. culpæ, si igitur locator agat ex conducto, non poterit alijs supranominatis experiri.

39 Pęna. Colonus, vel conductor incidens vt sup. arbores fructiferas, tenetur ad quadruplum facta rei ęstimatione, l. in fraudem, §. conductor, ff. de iur. fisci.

40 Æstimatio damni. Damnum autem arborum incisarum æstimatur habita ratione ad multa.

Primo ad fundi deteriorationem, quæ ex hac incisione resultat, sicut econtra fit fœcundior ex præexistente plantatione. Ruin. cons. 14. nu. 3. volum. 1. cons. 138. volum. 3.

Secundo habetur ratio fructuum non ex præsenti statu tantū, sed quantum dubius euētus perceptionib. fructuum afferre potuisset. Alber. in l. certi, in fi. ff. arb. fur. cæsarum, gl. in l. furti, in fin. ff. eod. tit. Affl. in const. Siciliæ, lib. 3. rubr. 36. de furt. nu. 5. Cast. consuet. Burgūd. de rusticis, rub. 1. §. 6. nu. 5. Bursi. cons. 70. num. 32. volu. 1. Datur etiam iuramentum in litē locatori, vt per Pio: de instit. iur. §. 53. nu. 3. & 5. Paris. cons. 87. & 184. nu. 9. vol. 4. & (Deo dante) suo loco dicam.

41 Limitatur sexto, tota præsens hæc deteriorationis materia, vt procedat, & habeat effectum tribus concurrentibus.

Primo, quod deterioratio sit facta dolo coloni, vel conductoris, vel culpa lata, vel leui, non autem leuissima.

Secundo, quod deterioratio sit in proprietate, non autem in fructibus.

Tertio, quod deterioratio sit in notabili quantitate ex iudicis arbitrio.

Vnde

Vnde incidere duas cerasias, duas, vel tres nuces, quæ faciant vmbram, non est in consideratione, nisi pro damno tantum. *Ias.* ex communi *conf.* 117. *vol.* 1. Borgn. *de vsufru.nu.* 117. Rodo. *de reb.eccl.fol.* 25. *nu.* 18. *& fol.* 511. Menoch. *de arbit. iud.lib.* 2. *cent.* 1. *casu* 78. *decis. Perus.* 22. *part.* 1.

Addo bene tractantes Roland. *conf.* 46. *vol.* 2. Villalob. *in verbo*, *emphyteuta*, 87. Laurent. Chircou. *commun. opin. cent.* 5. *concl.* 39. Clar. *in §. emphyteusis*, *q.* 26. Bero. *in c. potuit, nu.* 87. *de locati, consil.* 120. *num.* 74. *&* 130. *vol.* 1. Cephal. *conf.* 139. *num.* 15. *& seq.* late Aimo. *consuetu. Aluerniæ, tit.* 21. *art.* 16. *numer.* 8. & ita passim practicatur. Roland. *conf.* 1. *nu.* 103. *volum.* 3. Bursat. *conf.* 91. *vol.* 1.

42 Consuetud. Parisiens. *seu §.* 30. *nu.* 166. Bertaz. *conf.* 423. *& ibi apostil. lib.* 2. Becci. *conf.* 33. Borgn. *decis.* 32. *n.* 6. *p.* 2. *consilit. Argen de dot. p.* 1. *nu.* 16.

Subdeclaratur stante iuramento de non incidendo, vel (vt Tudertini dicunt) stramando aliquam arborem fructiferam sine licentia locatoris, quia iuramentum obligat præcise. Ruin. *conf.* 88. *vol.* 1. vbi indistincte loquitur, & propria auctoritate expelli posse, pulchre Thob. *conf.* 58.

Etiam si incidisset, vel framasset arbores mortuas, vel desiccatas sine licentia. Rui. *conf.* 58. *vol.* 1.

Subdeclaratur id, quod dictum est de deterioratione: si enim erit parua, agetur ad interesse. Ruin. *conf.* 58. *lib.* 1. ponens hoc pro constanti, quod colonus probare debet bene coluisse, & potest exemplificari in modica cultura, si pro vna vice non ligonizauit, vel non erauit fundum, vel formas vnica vice non fecit, fossata non mundauit, quod interesse probatur iuramento, secus si vineam per multos annos non coluit, quia expelli potest. *decis. Perus.* 22. *nu.* 21.

43 Bene verum est, quod locator deteriorationem domus aduersus secundum conductorem nou probat ex confessione primi. Feli. *conf.* 21. *nu.* 5. Cepha. *conf.* 101. *n.* 29. *vo.* 1.

44 Vidi in facto limitatum in locatione ad bonum tempus de bonis ecclesiæ quoad monachos, & regulares, id quod de iuramento dictum est ex his, quæ diximus superius de locatione ad longum tempus, & effectibus ipsius. Ita vidi in facto in locatione per Eremitas Augustinianos, vbi etiam erat pactum de habitando, & fuit allegatum non habitare, non esse damnu notabile nec in proprietate. Quid si adsit instrumentum cum stipulatione pœnali, ex not. per Dec. *conf.* 21.

45 Sed nunquid poterit colonus de silua facere vineã sine consensu domini? Bald. *in l.* 1. *col. fi.* vbi Ias. *nu.* 99. *C. de iure emphyt.* Tiraq. *de retract. lib.* 2. *§.* 3. *gl.* 1. *n.* 28. commendat Fusi. *in verb. colonus. nu.* 137.

Limitatur septimo in colonis, vel conductoribus perpetuis, qui arbores incidere possunt. Bursat. *conf.* 33. *nu.* 53. *vol.* 3.

Et consideratur etiam silua cædua, vel non cædua in materia locati & conducti, si habeat quis siluam antiquam glandiferam, quam folia tubulcis locare (Tudertini, fare bannita) licet in ea sint arbores renasci solitæ nõ dicitur cædua, quia non concurrit destinatio patrisfamilias. Alcia. *in l. siluæ, ff. de verb. sign.* vnde non in natura arborum consistit silua cædua, sed requiritur destinatio patrisfamilias, & stante pacto de non incidendo, incidere non potest, sed custodire, & si damnum inferatur, saltem denunciare. Rota nouissima 241. *p.* 2.

A D D I T I O.

☞ *Et deterioratio dicitur notabilis quando inciduntur multæ arbores fructiferæ. Surd. decis.* 286. *nu.* 9.

QVAESTIO VIII.

Respicit deteriorationem colligere fructus ante tempus, & immaturos.

Quæritur igitur, an colonus, vel conductor eos colligere possit.

1 Pro parte affirmatiua facit bonus text. *in l. penul. ff. de vsufr. lega.* ibi Neque enim maturitas naturalis hic spectanda est, sed id tempus, quo magis colono eum fructum colligere expedit.

2 Pro contraria parte facit pariter bonus tex. *in l. si merces, §. conductor. ff. loc.* ibi, ne intempestiua cultura deteriorem fundum faciat.

3 Secundo, pro hac parte facit *l. hæc distinctio. §. 1. ff. loc.* ibi consulto, fructus sequentis annis corrupisti.

4 Prima igitur conclusio sit. Colonus nummis colens, potest colligere fructus immaturos, *d. l. pen. iuncta gl. ff. de vsufruct. leg.*

5 Limitatur primo loco hæc conclusio, vt non procedat stante dolo ipsius coloni, prout *in l. & hæc distinctio, §. fundum, ff. loc.* & est casus etiam hodiernis temporibus frequens, vt cum esset exiturus, & finiturus annus, consulto fructus immaturos collegit, quo casu datur actio ea locato, vt ibi, de qua materia, cum agat de re communi, posui superius de locatione rei communis in fi. et est casus admodum frequẽs, & quotidianus.

6 Vnde vides æquitatem in hoc locationis contractu, quod non debet, neque potest conductor nimium grauare fundum inseminando vltra modum, prout superius dictum fuit, nec econtra debet anticipasse in immatura collectione fructuum in domini præiudicium in exitu sui anni. Pulchre in materia Vincent. Franc. videndus *decis.* 96. *decis. Perus.* 61. *nu.* 1. *parte* 2. Et facit hæc limitatio contra hæredes Prælati vt videntes Prælatum moriturum colligunt fructus immaturos, & reponunt in arca si fieri potest nedum in horreo timentes Bullam Iulij secundi sanctam, & æquam, de iure tamen communi competit hæredibus actio pro rata Arno. *caute* 95.

7 Secunda principalis conclusio sit. Colonus partiarius non potest colligere fructus immaturos. *Ita gl. in d. l. penult. ff. de vsufruct. legat. per l. si merces. §. conductor, ff. loc.* vbi est text. valde moralis in materia rusticali, monens colonum, vt opera rustica suo tempore faciat, nec intempestiua cultura deteriorem fundum faciat, & manutenere villas in corruptas.

8 Vnde sicut colonus tenetur in omittendo debitos sulcos, pariter tenetur nimium anticipando. Vnde est modus in rebus, sunt certi denique fines, nec relinquere multa capta viribus. Rui. *conf.* 74. *nu.* 4. *volu.* 1. Castrens. *in d. §. cum fundum*, vbi male facit seminando, totum, si pars in anno erit seminanda.

9 Limitatur hæc conclusio, si fiat tempore necessitatis, vt per Bald. quem ibi commendat. Salicet. *in l. cum pater, C. de vsufruct.*

Vnde

Vnde dum est caristia, comeduntur pruna, pyra, & mala ante tempus, & comeduntur, nedum fructus immaturi, sed radices hærbarum, & herbæ ipsæmet, prout vidi in memorabili anno 1586.

10 Limitatur secundo in fructibus proximis maturitati, vt per eorum separationem nō inferatur minor redditus, vel vtilitas. Bal. *in citato loco*.

11 Limitatur tertio, quia si fecit, vt sibi prodesset, non debet audiri, quia sic semper se exercuisset, & est ordinaria excusatio rusticorum si fecit, vt domino noceat & sibi profit, attendi tur quod plus est, *per l. Labeo, ff. de diuis. l. 2. §. tractatum, ad Trebell.*

12 Limitatur quarto specialius in oliua, cuius natura est, vt magis expediat colligere immaturam, quam maturam.

Bene verū est quod isto casu tenetur lege Aquilia, qui reddit maiorem fructum non tamen ita vtilem. gl. *in l. si seruus, §. qui olinam, ff. ad legem Aquiliam*. late Tiraq. *de retrac. conuent. §. 5. gl. 5. nu. 18.* cum sequen. Et dicebat Bal. per illum textum in allegata *l. & hæc distinctio, §. fin.* reputans hoc valde notabile, quod emptor fructuū Clusij, potest percipere omnes fructus illius anni, non tamen corrumpere fructus, cedentes in annum sequētem. Allegat *l. infortunium, ff. de vsufr. legat.*

Limitatur quinto, aut asportauit prædam, & tenetur actione furti, aut non asportauit, & tenetur lege Aquiliā, *l. si seruus, §. olinam, ff. ad legem Aquil.*

13 Subampliatur ista limitatio, vt non repetat expēsas, nec habeatur ratio, quod fructus potuissent perire grandine, vel simili casu. Io. And. & Pano. *in c. commissio, de decimis*, Decil. Franc. Marc. 552. *p. 1.*

14 Vnde non est bonum dicere, si non collegissem forsan suo tempore, perijssent grandine, vel simili casu, & est excusatio friuola.

15 Notanda tamen est ad propositum materiæ locati & conducti, de qua agimus, *l. penul. de vsufruc. legat.* quod fructus seminati per colonum sunt domini, non coloni, secus si sint in termino sati, & post terminum recollecti, & ita ibi notat Alber. commendat Iaso. *in l. si quis nec causam, §. res pignoris, nu. 2. ff. si cert. pet. at.* inferens ad limitationem illius textus, vt non dicatur committere furtum colonus, accedendo ad fundum pro recolligendis fructibus, si tamen in termino sati sint.

16 Addo tamen vnum, quod vidi millies in practica euenisse, quod colonus discedens a laboricio debet dimittere fundum in eo statu, in quo habuit.

Vnde si babuit seminatum, restituet seminatum, & si habuit non seminatum, restituet non seminatū. Federi. *cons. 1 10. in secundo dubio* Tiraq. *de retract. lib. 1. §. 5. gl. 5. nu. 7. in fin.* Petr. de Vbal. *in duobus fratrib. p. 3. q. 9. nu. 56.* Ruin. *consl. 80. nu. 1. consl. 88. nu. 4. libr. 1.* Menoc. *cons. 13. nu. 13. lib. 1. 189. nu. 4.*

Et hæc conclusio vera est, etiamsi quis promiserit restituere fundum locatū cum iuribus suis, nam debet restituere locum sicut erat non sterilem, nec iaso. sum. Rebuff. *in l. quid aliud, col. 3. vers. idem si locauerim, ff. de verb. signif.* dicens in Francia notarios, ita stipulari te, al, promis le diet tempus. *rendere la ditta possessione terre a*, nes ques res drocit 3. apertenances.

17 Bene verum est, quod considerandum est tempus cōductionis, si soluerit aliquid pluris ratione fructuū ibi existentium, aut quia erat aratus, vel seminatus, nā tunc non tenetur, & ita sic arguendū est ad parē a annos. Fusi. *in verbo conductor, nu. 175.* & prædicta sępius occuerunt in facto, & de consuetudine passim in Vmbria obseruatur, vt colonus cōsignet fundum eo modo, quo habuit, & fuit consignatum.

Et ad propositum materiæ, de qua agitur, dicit Peric. de Senis, in citato loco, quod colonus, siue conductor non debet habere commoditatem vltra tempus sui laboritij.

18 Vnde si habeo nemus, vel castaneetum septem, vel plurium annorum, ita vt infra paucos annos efficeretur bene cæduum finito tempore conductionis non poterit conductor incidere nemus, vel castaneetum, si post septē annos elapsos podere cū nemore, vel castaneeto locauerim, multi contrarium dicerent ex quo fuit in locatione compræhensum, & sic colonus non potest accedere ad fundum post conductionem finitam, & incidere siluam iam naturā, nec colligere fructus, nisi in termino satos; alias furtū committit.

Et notandum est ampliationem *l. si merces, §. con. ducto, ff. loc.* vt colonus teneatur colere fundum bene, & diligenter. Ampliatur id verum, etiam si transcendat tempus suę conductionis. Feder. de Sen. *cons. 10. in fine* commendat pro valde notabili Tiraq. *de retract. consang. §. 5. gl. 5. nu. 30.*

QVAESTIO IX.

Poterit ne colonus, (vt vulgo dicitur) *restriglia. re.* Est materia consuetudinis, & vtique nō potest. *est decis. Perus. 62. p. 2.* vbi dicit in hoc seruandam consuetudinem.

1 Addo in materia Ias. *in l. si quis causam, §. res pignoris, nu. 13. ff. si cert. pet.* vbi hoc valde commendans dicit post Salicet. quod conductores alicuius gabellæ, molendinorum, vel similium, non debent in præiudicium sequentium conductorum diminuere solutiones pedagiorum ad hoc, vt facilius omnes eorum tempore accedant.

2 Passim contingit in hoc inuidioso viuendi genere, quod multi egrederentes successorem in cōductione diminuunt pedagia rebus, prout experientia docet, nam hoc facere non debent, nec valebit consequentia, fecerūt antecessores, sed quādo, & quo tempore.

3 Pactum de restrigliando, prout a practicis audiui, intelligitur in stipulis, non in magesibus, & in terris fertilibus, aptis, & pinguib. non in alijs, nec sit in grano, sed inferioribus, & si quis faceret in duobus annis granum erit duplex sementa non restrigliare.

QVAESTIO X.

Respicit deteriorationem quandoque effodere venas auri, argenti, arenæ, calcis & similium rerum in fundo conducto.

Quæro igitur, an conductor, vel colonus possit in fundo conducto effodere venas argenti, auri, arenæ, cretæ, & similium rerum in materia, quia indifferens est, ponam aliquas conclusiones.

1 Prima sit conclusio. Conductor, seu colonus potest in re conducta inquirere venas argenti, & auri, Ang. dicens in facto consuluisse in statu Senarum, *in l. si vsufructuarius, §. fructuarius, ff. de vsufruc.* Crauet. *consil. 209. nu. 2. par. 2.*

Secun-

2 Secunda sit conclusio. Conductor, seu colonus non potest reducere ad culturam hortos hesperidum, vt vulgo dicitur *guastare giardini*. bene potest permutare vnum locum in alium. Vnde hortos peponum, cucumerum, cipollinę, & similium, ad aliam culturam reducere potest. Ita Ang. *in d. §. fructuarius*, dicens esse casum valde quotidianum, & menti tenendum.

3 Addo bene, quod colonus seu conductor non potest facere in agro, id quod non cõuenit fieri. Vt si vellet prata ad pascẽdum tãtum destinata reducere ad culturam, vel mutare vsum, vel formam agri in præiudicium domini pro annis sequentibus, namque agi poterit ad interesse *l. ei, qui partes, §. cum prædio, ff. de petit. hæredit.* vbi in practica Aret. subdit, quod purgari non potest. commendat Ronchegall. de duobus reis *l. 5. num. 28. in verbo agricultura.*

4 Tertia sit conclusio. Conductor, seu colonus potest in fundo instituere fornacem calcis, laterum, tegularum, dummodo non occupetur fundi pars ad culturam destinata. Ita Angel. vt supra, & tenetur domino dare portionem suam, præsertim de calce. *Io.* And. ad Specul. *tit. de loca. §. 1. verſ. fin.*

5 Quarta sit conclusio. Conductor, seu colonus non potest in fundo facere ea, quæ desiderant magnũ apparatum, vt molendina, vacherias, tectoria, & similia. Angel. vt supra.

6 Quinta sit conclusio. Conductor etiam inuito domino potest facere ornamenta, puta pingere, vel scalpere arma, vel insignia suæ familię. Aret. *consil* 80. *num.* 3.

7 Sexta sit conclusio. Conductor, seu colonus non potest facere balneum in domo, vel recõdũctã, sicut per vsufructuarius potest, qui habet plenius ius in re. Florian. *in leg. aquis tinum, §. item si dominus, ff. de vsufruc.* Vnde nec conductor ad longum tempus poterit, arguendo ab vsufructuario ius habente, qui tamen non potest, vt dictum est.

Ampliatur, vt nec stufam publicam, vel priuatam facere possit. Florian. ibidem.

8 Limitatur, nisi solitum esset ibi talia fieri. Veron. *de ferui. vrban. præd. c* 52. dicens ita in Alemannia obseruari, *per l. si. C. de ſudentiſſor. dicam ſuo loco.*

9 In materia piscationis refert Veron. de seruitu. rustic. prædiorum vnum, quod ipse reputat vtile, practicabile, & quotidianum, quod non est licitum conductori aperire, stulos, & omnes pisces accipere, quia cõductor debet habere fructus piscandi, & non omnes fructus accipere, quia hoc est destruere, non frui, per *l. vsufructuarium, §. in vinarijs, ff. de vsufruc. l. si merces, §. conductor, in fin. l. videamus, §. item prospicere debet. ff. locat.*

Vnde conductor non potest destruere sed debet sẽper res incorruptas seruare.

10 Vnde in facto dubitatum, an colonus possit facere aucupia vel venari, & vidi responsum quod non, inuito domino, quia venari non est in fructu. *l. venationem, ff. de vsuris.*

11 Occurrit in facto tempore hiemali palumborum siluestrium; nam multi coloni volunt facere aucupia, & nihil domino dare; nam hoc æquum non est.

12 Potest tamẽ quis venari in alieno locatore, vel cõductore inuito. Couarr. *in reg. peccatum p. 2. §. 8. verſ. 5.* ab eodem, &c.

QVAESTIO XI.

Alterum genus est deteriorationis in prædio vrbano, prout in domo, & similibus, & in hoc cõsiderandi sunt duo casus principales.

1 Primus est sine læsione rei, vt tenendo meretrices, & tunc non remittitur pensio.

Secundus casus est cum lęsione rei, vt tenendo porcos, & similia faciẽdo, & tunc agitur ad interesse. Angel. conciliando opiniones *in verb. locatio, n. 13. in fine.*

Et potest contingere ex parte locatoris, & ex parte conductoris, primo casu non expellat inuitum conductorem, sed si conductor migrare voluerit, potest locatore male versando. Bal. *in l. ade, C. locati. in 2. casu* conductor expelli poterit. Rebuff *de except. num. 685. de priuil scholar. priuil.* 20.

2 Et nota, quod si locator est vir honestus, non patitur quemquam inhonestum habitare domum suam, dato, quod a principio potuisset habere aliquam suspicionem.

3 Pariter, si domus est iuxta personas honestas, non videtur permissum, secus si sit prope lupanaria *per l. cum sup. C. de remiss. lib.* 12. & in hoc versabitur iudicis arbitrium. Addo Benin. *de act. §. actionum, numer.* 52. Dec. *in l. semper in contractib. ff. de reg. iur.* 10. Lap. *in c. per vestras, §. 21. nu. 9.* & dixi superius ad gl. *in l. non aliter, ff. de vsu, & habit.* Pulchre Veron. *de seruit. rustic. præd. de seruit. iur. pasc. col.* 13. vbi quod de vicinia expelli possunt, & procedit in qualibet re quæ inficit, Rebuf. *de except. nu.* 684. quod verum est in foro exteriori, secus in foro conscientiæ, etiam in lupanarib. & locis solitis. Nauarr. *in manu. praecep. 7. c. 17. nu.* 195. *cum nul. seq.* Rip. *de pest. p. vlt. nu.* 7. Aret. *in §. item si quis, nu. 4. instit. de vsu, & habit.* Malc. *in tit. de societ. de natur. societ. nu. 31. in fi.*)

Hinc postea infertur, quod conductori domus concessum debeatur, vt in ea exercere possit artem, & solitum exercitium. Bar. *in l. cum in plures, in princ. ff. loc. in l. triticum, in l. ita stipulatus, in fi. ff. de verb. oblig.* pulchre Rom. *consf.* 278. pulchre Natt. *consf.* 610. *volu.* 1. *facit l. plenum. §. equitũ, ff. de vsu, & habita.* Alexand. *consf.* 105. *nu.* 21. *vol.* 3.

ADDITIO.

☞ *Scifell. in l. iustitia. ff. de iust. & iur. Vincent. de Anna. sing. 338. Mant. sing. 7. Ioan. de Arno. singul. 63.*

4 Limitatur ad propositum materiæ, de qua in præsenti agimus, quod si vellet exercere exercitium prohibitum, locator habita scientia repellere debet, alias post scientiam patiendo punitur, gl. notab. *in c. 1. in verb. ad fœnus, de vsur. lib.* 6.

5 Quid dicemus in Hebræo permisso solito exercere vsuras?

6 Quid si sit solitus facere varia exercitia?

7 Et domus solita habitari, non potest eam cõductor deputare ad ludum, nec expositionem infantium, vel chertas pannorum, olera stendenda, furnum publicũ vt per Bro. *in l. aquis tinum, §. item si domus, ff. de vsufr.* Vero. *de seru. vrb. præd. cap.* 52.

Et circa deteriorationem in prædijs vrbanis non intelligitur de modica, sed notabili, arbitrio iudicis, vt per

vt per Bald. *in d. l. æde, nu.* 15. *per l. Scio, ff. de in integ. restitutione.*

8 Et per modum corollarij infertur ad materiam *l. Scio, ff. de resti. integ.* vt minima non sint in considera- tione in hac locati & conducti materia.

Vnde ex minima sterilitate non fit remissio. Vidimus superius ad l. habitatores, *ff. loca. l. si merces, §. si virino. ff. eo.* Secundo si commoditas sit magna, licitum est conductori recedere, & pro rata tãtum temporis ad pensionem tenetur. Vnde docet practicare Castr. *in d. §. si vicino*, quod si in re conducta incommodamur, si non curamus recedere, quod faciamus diminui mercedem propter incõmoditatem, alias tacendo fit præiudicium. idem Castr. *in l. qui insulam, ff. loca.* Boss. *de remiß. merced. conductorum, numer.* 107. Sebast. Med. *reg.* 5. *nu.* 173.

9 *Item* dispositio *l. æde*, non habet locum in modica deterioratione, vt dictum est.

10 Pariter conductio vno nummo facta, non valet, vt dictum est. Addo Veronens. *in l. 1. §. sed scienter, num.* 86. *de ædilit. edict.*

11 Preterea ad propositum huius *l. æde*, de qua in pre-
senti agimus, si refectio sit volũtaria, & incommodi-
12 tas parua, est in electione conductoris, vel inquilini,
vel resistere, vel agere ad interesse, gloss. quam ibi in practica dicit notabilẽ. Castr. *ad l. habitatores, ff. loca.* Rip. *de primi. contr. pest. nu.* 26. Menoc. *cons.* 246. *num.* 23. *lib.* 3. Vlterius si inquilinus non potuit paruo tempore frui, & omnia sunt integra, non tenetur locator, *l. si in legẽ, §. colonus. ff. loca.* dixi *ad l. 1. de migrando*. Et sic conductores de minimis non grauantur.

* Vnde si conductor, vel colonus incidat vnam arborem, vel non dat pecudes subrogãdo aliàs, expelli non poterit, quia modicum damnum non consideratur, sit locator patiendo per modicum tempus frui colonum, si postea patiatur, & colonus paruum fuerit passus damnum, locatio durat, & nihil diminuitur de obligatione. Iacobin. inter consil. Riminal. 666. *vol.* 4. vbi clare vult. quod potest colonus, pecudem pro pecude subrogare, damnum si quod est auferre, & sic exclamat quod non potest, pro qualibet minima læsione colonus expelli, maxime si postea perseuerat, quod facit contra Tudertinos, qui ex minima incisione arboris agunt ad caducitatem.)

Q V Æ S T I O XII.

SEd quæ maior deterioratio fieri potest per colonũ domino locatori, quam messium tempore, segetes, frumenta, & stipulas abscondere, nec ei debitã portionem reddere, prout fere coloni omnes faciunt,
1 a quibus videtur bene argumentari posse. Est colo-
nus, ergo fur, vtinam mentiar, experiẽtia docet. Vult
2 igitur mittere famulum, vel factorem, poteritne? vti-
que sic, respondit Alex. *in l. diuortio, §. fin. col. fi. ff. sol. mat.* per regulam vulgarem, *l. 2. C. quibus quarta pars naturale enim vitium est &c.* commendat Cott. in verbo fructus, circa med. benesubdens, quod oporteret, vt famulus esset Argus, & oculatissimus. Bonacoss. *de fam. q.* 140. allegat illud Matthęi c. 21. vbi interfecerũt seruos missos a domino. Iac. *fin tract. de feud. n.* 52. vbi tenet, quod locator potest opponere pęnã, ne rustici tãgant sine eo, & ita fuit iudicatũ ipso Iacobino consultore, *per l. si ita, §. dominus, ff. de vsu, & habit.*

3 Sed videanr, vt in tempore faciant; quia colonus colligit tempus immaturum, & dominos decipit, & tot, qui accedunt, dicant, quid possunt, bonum tamen est ad animi satisfactionem. Sed an dicatur deteriorare conductor, qui publice mentitur malas qualitates domus, occurrit in facto.

Q V AE S T I O XIII.

SEquitur quarta causa recusationis ab Imperatore omissa, ad *l. æde*, a Summo vero Pontifice diligentius posita, a *c. propter sterilitatem, §. si.* quæ est pensio in tempore non soluta, quæ verba multa includunt, vnum, scilicet expresse, quod est pensionem non solutam, prout verbamet clare demonstrant, alia tacite, & virtualiter, scilicet tẽpus pensionis, aliud inobseruantia, de quibus omnibus singillatim (Deo dante) videamus, apponendo ea præcise ad practicam, & lucrum vtilia, & necessaria.

1 Quæro igitur primo loco ad materiam huius decimæ tertiæ quæstionis principalis, quo tempore solui debeat pensio domus, vel alterius prædij vrbani?

2 Primo videbatur in principio anni, ex *l. si venditor §. si constat, & ibi glo. no. ff. commun. præd.* vbi videtur bonus tex. *de loc.*

3 Secundo facit *l. si seruus, §. cum seruus, ff. de stipu. serui.* vbi committitur in principio anni.

4 Pro contraria parte facit *l. sed addes, §. si quis eum, & ibi not. ff. loca.*

5 Et hæc opinio est verior, quod pensio debeatur in fine anni in mero puncto iuris, quam tenuit *glo. in l. defuncta, vbi* Alberic. *num.* 1. *ff. de vsufruct. glo. in l. diuortio, in princip. ff. sol. matr. in leg. quæro, §. inter locatorem, in leg. sed addes, §. si quis eum, ff. loc. gl. in l.* 1. *ff. de migrand.* Bart. *in hac leg. ædem.* Alex. *in l. qui hoc anno, in fi. ff. de verb. oblig.* Gigas *de pensio. q.* 93. Et est communis opinio. Benincasa. *de pauperta. q.* 8. *special.* 8.

Addo bene loquentes, & de communi pariter attestantes Odofred. *in d. l. æde, nu.* 5. Ias. *in l.* 2. *num.* 180. *C. de iure emphyteu.* Ange. *cons.* 22. *num.* 12. Io. Lup. *in r. per vestras, §.* 2. *nu.* 11. *de donatio. inter virum, & vxorem.* Anto. Gomel. *de contrac. c.* 3. *nu.* 13. Petr. de Gãb. *de offi. lega. rubrica de pensio. q.* 26. *num.* 601. *& quæst.* 23. *num.* 559. Borgn. *decis.* 44. *num.* 75. Mago. *Rot. Luca.* 69. *n.* 3. & ita Romæ antiquitus obseruatur, cum kalendis Iulij, & sic finita locatione soluebãtur. Baldui. *de pign. cap.* 6. *Martial. lib.* 12. Epigramm. O Iuliarum (inquit) dedecus Kalendarum. vidi Vatini, sarcinas tuas vidi, quas non retentas pensione pro bina portabat vxor.

6 Amplatur hæc conclusio in legato pensionis, vt videbatur in fine anni. Bartol. *in leg. habitationis, ff. de vsufruc. lega.* Foller. *in pract. cens. in verbo*, quæ quidem executio, *num.* 7.

7 Limitatur, nisi consuetudo sit in contrarium, quæ in hoc attendenda pręcipue est, vt per scribentes omnes in citatis locis Mago. *Rot. Luc.* 69. *num.* 17.

8 Addo vltra alios bonam glo. *in l. diuturna. ff. de legibus*, vbi hoc valde commendat, referens consuetudinem Bononię de duabus solutionibus.

A D D I T I O.

☞ *Rebuf. ad l. redere dic. col. 3. vers. ad hoc de verb. sign.*

Ampla-

Digitized by Google

Ampliatur hæc limitatio, vt consuetudo de soluendis pensionibus consistentibus in pecunia numerata, extendatur, & habeat locum, si pensio sit in fructibus non in pecunia, vt eodem modo in hoc regulentur. Alber. in terminis *in l. de quibus, num. 51. ff. de leg.* Et sic istæ duæ pensiones pari passu ambulant, licet ex vna sit proprie locatio, ex alia non, sed potius contractus innominatus.

Et sic consuetudo extenditur ad actum impropriũ in aliquo tamen similem.

10 Et propterea rustici non solent soluere pensiones siue in fructibus consistentes, siue in pecunia numerata, nisi fructibus maturis repositis, quos vel consignãt, vel vendunt, & experientia docet, quod statim facta frumenti, & segetum recollecta, pretia diminuuntur frumento, oleo, & alijs segetibus, quia omnes coloni, & rustici portant ad Ciuitatem, & ex copia segetum pretia vilescunt, prout a medietate mensis Iulij, vsque ad natiuitatem, & sementa iam completa, pretia augentur, quia coloni incipiunt carere frumento, cũ iam sit facta sementa.

11 Vnde si vis reperire rusticum, & colonum cum aliquali pecunia, accedas in mense Iulij post medium, & per totum mensem Augusti saltem.

12 Vnde in multis locis festiuitas Assumptionis de mense Augusti est terminus solutionum.

13 Et si dominus videt colonum retardare, datur sibi retentio in fructibus secatis, & prohibere ne asportet, vt per eum, & tradit *Ias. in leg. item quia. ff. de pactis.*

Et hæc est vna cautela pro domino obtinendo præceptum prohibitiuum, ne asportet, nec modo aliquo amoueat fructus secatos, nisi domino satisfacto.

14 Limitatur secundo, vt nata sit actio, & obligatio statim facto contractu locationis & conductionis, nõ autem datur exactio, nisi completo contractu, & sic in fine temporis, in quo patientia locatoris est plenarie consumata, vt suo loco dicam, & ita tradit Bald. aliquantulum subobscure, *in leg. æde* prope principium. Clarius Bartol. *in leg. si seruus communis, §. cum seruus, numer. 5. & 6. ff. de stipu. ser.* Clarius *Ias. in l. diuortio, numer. 38. ff. solut. matrim.* vbi facilius declarat.

15 Vnde possent conciliando tria tempora considerari. Primum est respectu actionis, & obligationis, & debetur in principio anni, quo tempore nata est actio, & obligatio. Secundum tempus dicitur per contributionem, idest iuris intellectu, & pro rata tẽporis debetur habita consideratione per intellectum in abstracto, more Logicorum, qui cum intellectu considerant coruum album. Tertium tempus est respectu erectionis, & tam in prædio rustico, quam vrbano debetur in fine anni, vt dictum est.

16 Nolo tamen præterire considerationem Imol. *in d. leg. diuortio*, distinguentis inter prædium rusticum, & vrbanum, dicit enim verum, quod in prædio rustico consideratur patientia admodum successiue, vsque ad recollectionem fructuum ex iam dictis, *ad leg. item quæritur, §. qui impleto*, sed in domo, & prædio vrbano dictam patientia præstatur, cum pro tempore præstitæ patientię non potiet pro rata pensio peti, & certe si promisi pro anno, pro dimidio tantum patior; cur pro hoc tempore pro rata non petatur pensio reseruato iure ad interesse, si quod competat ex inobseruantia?

Limitatio tertio, vt pensio debeatur in fi. anni in locatore agente, secus in conductore, quia non auditur, vt frui liceat, nisi impleto contractu pro eius parte, & sic pensione soluta. Ita conciliat Albe. *in l. defuncto. nu. 1. ff. de vsufruct.*

17 Dicitur vlterius, quod siue locatio facta sit ad vnum annum tantum, & pensio debetur in fin. anni, si verò ad plures annos, tunc distinguitur, aut tu nos sub vna enumeratione annorum, & tunc idem, vt in fine anni debeatur; aut sunt plures enumerationes, & tunc tot sunt pręstationes, quot anni. Ita post alios Cyn. *in hac leg. æde, numer. 5.* vbi dicit vnum ad excitandum saltem. Fit locatio ad centum annos sub vna enumeratione, si in fine temporis, quando hęc erunt?

18 Si igitur loco domum, vel fundum pro anni decem pro scutis centum, vel modijs 50. vnica locatio est, & pensio vnica, quæ in fine locationis debebitur, vt dictum est, & hæc est vna enumeratio annorum. Si vero loco fundum, vel domum ad annos decem pro scutis quinque pro quolibet annos plures sunt enumerationes, & consequenter plures pensiones, quę in fine cuiuslibet anni debebuntur, & hæc est enumeratio plurium annorum.

19 Locatio igitur redditur vna, vel plures, & pensio est vna, vel plures ex dinumeratione annorum, quæ fit per distinctionem.

Limitatur quarto, vt pensio debeatur tempore necessitatis, *l. nec semel, §. si in habitationem, ff. quando dies legati cedat*, & statutum disponent, vt pensio infra mensem soluatur. intelligitur nisi maius tempus a locatore habuerit. Bald. *in l. prima ff. de regu.* Caton. Castr. *consil. 91. volumine 1.*

20 Limitatur quinto in pecunia promissa sub modo ad refectionem, quia data cautione peti potest, *l. insulam, §. fin. vbi Bar. ff. locat.*

* Limitatur etiam vt pensio debeatur in fine anni, quando vnica solutio facienda est, & tempus ponitur, causa differendę solutionis, & fallit ex causa propter quam datur, ex persona cui datur, & alijs circumstantijs aliud conijcitur. Et est communis opin. Nauar. in Manual. *præcept. 7. capitul. 17. numero 198.*)

ADDITIO.

☞ *Limitatur vlterius in conductione alicuius magni operis faciendi, vt Ecclesiæ, domus, & similis, quin successiue præstanda est l. insulam. §. vltim. ff. locat. l. 1 vero §. vltim ff. mandat. dixit singulare. Roman. cons. 348. Pirrh. Engleb. in regula. In omnibus. ff. de regul. iur. Rebuff. de Priuileg. scolar. priuil. 7. numer. 11. limit. 6. in l. qui in continentibus §. perfecisse. colu. 2. vers. Quid in Fabro ff. de verb. signific.*

QVÆSTIO II.

Quæst. 13. Principal.

1 AD *leg. æde, C. loc.* Quæro secundo loco, postquam vidimus de pensionis tempore in prædio rustico, & vrbano, quo tempore soluenda sit merces operarum, & in hoc attendi debet qualitas personarum, vnde architectus, faber murarius, rusticus ad ligonizandum, si pauper est, potest demane, & in principio petere salarium. Bar. *in l. 2. C. loca.* Specu. *in tit. de salario, §. sequitur, vers. & quando, &* Io. And. Bal. *in l. diem functo, num. 6. ff. de offic. assessorum*, vbi Ioan. Bologni. *numer.* 21. Summ. Angel. *in verbo locatio, numer.* 12. Benincas. de *pauper. quæst. 8. speci. num.* 17. Ioan. Lup. *in cap. per vestras. §. 11. numer, 14. de donat. inter virum, & vxorem.*

Si vero pauper non sit, & non existat aliqua indigentia, salarium solui debet post exhibitas operas. Bartol. *in l. 1. §. diuus ff. de varijs & extraordin. cogni.* Caball. *milleloq.* 694. vbi allegat, quod multi famuli discedebant salario iam in principio soluto, & limitat, quod pro re turpi non debetur salarium, quod notandum est ad multa, pulchre Rebuff. *in l. qui in continentibus, §. perfecisse, column. 2. versic. sed quæro, ff. de verb signif.*

2 Secunda in hoc sit conclusio. Si opus locatur in pedes singulos, & tunc tot sunt locationes, quot pedes ideo pro quolibet pede iam facto, opere tamen nondum completo, merces peti poterit.

Si vero opus locatur faciendum vnica mercede, & tunc debetur pensio in fine temporis, nisi consuetudo vel impotẽtia personę, & eius paupertas aliud requirat. Bar. & Castr. *in l. qui insulam. §. ædem. ff. loca.*

3 Et bene verum est, quod si in fine anni solui debet fabro murario, vel architecto merces conuenta, si ostendat de suo remisisse, tenetur conductor in conscientia ad resarciendum. Addit. ad Angel. *in verbo, locatio, 12. littera C. in fi.*

4 Vidi anno 1586. Agasonem pauperem, qui cõduxit sa diutte euacuãdum casalenum pro scutis septem, & excoriauit duos asellos, & consumauit plures mẽses, nonne conscientia dictat, vt pauper non grauetur in tam magna impensa, licet aliter sit conuentum?

5 Pariter recentebo vnum aliud in materia famulorum, quod si iam præterijt tempus solutionis, & famulus adhibuerit omnem diligentiam, licebat furari, vsque ad debitam mercedem. Marsi. *in singul. 177. malitys.* Ioan. de Arn. *Soliloqu. 35. l.* Iaffred. *decis.* 140. Ias. *in l. 5. nu. 8. cap. de testam.* Marsil. *cons. 21. n. 14. & in pract. §. constante. nu.* 37. Silua. *nupt. lib. 3. num.* 43. Tiraqu. *de retract. consang. in præfat. num.* 71. Gomez. *Inst. de actio. in prin. num.* 54. Duen. *regu. 83. nu. 5.*

Ampliatur, vt sic seruus non teneatur reuelare se ipsum vigore monitorij ecclesiastici. Rebuf. *de famu. salar. glo. 10. nu. 10.* dicit summe not. Menoc. *de recuper. pos. remed. num.* 284.

Et hæc est communis opin. Couarru. *variar. resolu. lib. 1. c. 2. numer.* 15. Eman. Soarez. *in suo thesa.* in *verb. furtum, num.* 399. Iul. Clar. in *§. furtum. vers. excusatur.* Duenu. *reg. 88. nu. 5.* Boss. *de fur. num. 6.* Burta. *cons. 3. num. 4. lib. 1.* Petr. Galesa. *cons. 106. nu. 3. tom. 1. consil. crim.* Gram. *cons. 50. num. 5.* Pio. *de in litem iuran. §. 53. num. 8.* Illustr. Alban. ad Bart. *in Authen. sed nouo iure num. 2. C. de seru. fugit.* & in terminis locati & conducti fecerunt Iudęi Pharaoni pro eorum mercede in vasis argenteis. Cephal. *cons. crim. 26. n. 2.* & alias plenius dixi.

6 Quæ conclusio vera est vltra Couarr. & alios superius nominatos, concurrentibus aliquibus conditionibus. Prima sit conditio, vt ille nedum sit certus, immo certissimus rem sibi esse omnino debitam. Vnde licet famulo furari promissam mercedem, sed si quid plus prætendit ex labore accidentaliter aucto, non licebit ex propria authoritate hoc declarare.

7 Secunda conditio, vt diligentiam, & omnia famulus sit expertus. Aut loquimur quoad culpam, & non licebit omni adhibita diligentia furari, nisi via magis latenti, qua possibile sit fieri, & hoc si veniat defectus ex probationibus, quibus famulus caret.

Si verò loquimur quoad restitutionem, & isto casu restituere non tenetur id quod furatus est.

8 Si verò quis suum cõsequi non valet non ex defectu probationum, quia eas habet, sed quia iudex non vult iustitiam ministrare, tunc habito recursu ad maiorẽ, licet furari latenter, non palam. Dominic. Soto de iustitia, & iure, *lib. 4. q. 3. art. 3.* circa medium. his vero non seruatis, punitur famulus furans, pœna extraordinaria. Alex. *cons. 135. volu. 3.* Viui. *opin. 132. parte 2.* Montan. Leo. *in practica arbitraria. carte* 437. Tertiũ requisitum est, quod non possit haberi copia iudicis. Cepol. *cons. 26. nu. 9.* Menoc. *de præsum. lib. 5. q. 80. n. 35. de recuper. remed. 9. nu.* 191.

9 Quartum scandalum, quod fugiendum est. Vnde secuto furto intimandum est ne quis indebite patiatur damnum. Quintum restituendum illud plus si valeret late deducit Ioseph. *Rot. Lucan. 1. numero* 10. cum multis sequentibus Dominic. Soto *de iustitia, & iure libr. 5. q. 3. art. 1. in fine*, Summa Angel. *in verbo, furtum, numer.* 40. quem casum non vidi apud Menoch. in suis arbitrarijs vsque ad centuriam quartam. addo Bald. *decis.* 140.

10 Dantur autem famulo non satisfacto nonnullæ cautelę, quarum prima est. Si quod habet in manib. de domino retinere pro satisfactione sui salarij Duen. *reg. 306. lim. 7.*

11 Ampliatur secundum eum etiam si salarium sit prescriptum, quia prohibita actione non est prohibita retentio fauorabilior ea Bar. Ias. & alij, *in l. 2. §. sublata. ff. ad Trebel. l. pura, §. si. ff. de dol. & except. gl. in l. sicut, §. persecutione. C. de præscr. 30. ann.*

Salarium igitur, & laboris præmium adeo fauorabile est, vt ibi præscriptio non noceat, & retentio admodum valeat,

12 Et semper adeundus est iudex proponentis. Vnde si proponit famulus retentionem eius, iudex erit adeundus, sic econtra Bart. *in l. si societatem, §. arbitrorum, ff. pro soc.*

13 Et dicebat Berbond. de publicis concubinariis, nu. 32. quod si casu, & fortuito aliquando ancilla clerici steterit longo tempore cum eo, nulla mercede constituta, quod eo mortuo poterunt auferri bona clerici, amplians etiam si clericus in testamento id confessus fuisset, nam hoc casu non erit licita retentio, & sic limitantur prædicta.

14 Et adeo fauorabilis est causa salarii, & mercedis, vt de spoliis mortuo clerico, vel prælato satisfaciendũ sit in primis famulis, & alijs mercenarijs, & detractis

illis

istis residuum sit pro spolijs, *in d. §. præsenti, §. porro. verbo. debitum, de offic. ordinarij lib. 6.* & successor in obligatione remanet, veluti filius hæres sui patris. Panorm. *in cap. 2. de solution. & in cap. ex præsen. sentium pignoris, & expensæ*, quæ fiunt pro mercedibus, & salarijs, dicuntur necessariæ, & pro vtilitate ecclesiæ. Geminian. & Francus, *in d. §. porro*, probatur ex assertione clerici, vel prælati, vel per computa facta, & producta, & ex hoc solum dicitur apparere de vtilitate ecclesiæ. gloss. & Doctores *in cap. dudum, de electio, lib. 6.* & maxime quando concernunt remunerationem seruitorum *cap. per tuas, & cap. cæterum, de donation.*

15 Nec in hoc casu est locus dispositioni Authent. hoc ius porrectum, *C. de sacrosanct. eccl.* Franc. Marc. *decis. 436.* & sic videsquantum sint priuilegiata salaria, & mercedes, & operæ mercenariæ. Bene verum quod ex motu proprio Pauli Tertij seruitores clericorum, & Prælatorum, eo viuente, infra biennium, eo mortuo infra annum salaria petere possunt, alias præsumuntur satisfacti.

QVÆSTIO III.

Q. 13. Principal.

1 QVæro, quo tempore soluendum sit salarium officialibus Communis. Resolutio videtur, vt in principio officij ratione expensarum, sui ipsius, & familiæ, secus in assessoribus, & collateralibus, nisi secundum occurrentias, vt per Doctores *in l. diem functo*, vbi Sebastian. Sapia. *nu. 28.* dicit hanc esse magis communem opinionem.

Addo Alciat. *in l. creditori, C. de pact.* Carauitam in Ritu magnæ Curiæ, Ritu 90. Fusi. *in verbo salarium, nu. 3.* Viui. *opin. 494.* in eius Sua. *Ias. in §. tripli, in fine, de action.*

2 Contrarium tenet Nouell. *regul. 183.* in medico, & quod hic officiali, vt in fine debeatur, nisi consuetudo vel statutum loci aliter prouideat.

3 Et pensioni ratione disciplinæ inest tacita dies. Rebutt. *in l. cedere diem, vers. & hæc in pensione, de verb. signif.* Ioseph. de Ludou. *concl. 8. ampl. 4.*

QVÆSTIO XIV.

1 SEcundum, quod colligitur *ex c. propter sterilitatem, §. fin.* quod si conductor in tempore pensionem non soluat, potest a locatore expelli.

Et pro quodam dubitandi ratione videtur inutilis hæc indagatio, namque stante veritate alterius conductionis, quod pensio sit soluēda in fine termini, finito tempore non curauit conductor expelli, quia ex alio etat discessurus, cum iam tempus est finitum.

2 Dici posset quod textus intelligatur de tempore pensionis conuento, nam si conductor non soluat pensionem in tempore conuento, poterit expelli ante finitum tempus locationis propter inobseruantiam in pensione soluenda. Secundo loco videtur repugnare textus *in l. quæro, §. inter locatorem, ff. locat.* vbi biennium videtur expectandum, nec statim expelli poterit.

3 Vera tamen conclusio est, quod propter pensionem non solutam expelli poterit.

4 Ampliatur hæc conclusio, vt vera sit, & procedat etiam stante pacto de non expellendo durante cōductionis tempore, quia hoc pactum habet tacitam cōditionem, si conductor in tempore conuento pensionem soluat, *l. Iulianus, §. offerri, de actio. emptio.* & in materia locati bonus textus *in l. quæro, §. inter locatorem, ff. loc.* & ibi not. Matth. *singul. 42. in l. 1. §. fin. nu. 11. & 21. de q. Fortun.* Goza. *ad l. item quia, nu. 24. ff. de pactis.* Cur. iun. *in l. cum mota, n. 24. C. de transact.* Alex. *cons. 117. nu. 12. & 131. nu. 1. & 2. vol. 4.* Dec. *cons. 146. nu. 7.* Gozad. *cons. 39. in fine.* Corn. *cons. 171. lib. 3.* Didac. Couarr. *in rubr. de testa. p. 2. nu. 12.* & hæc est communis opinio Alex. *cons. 105. n. 17. lib. 3.* Iacob. Menoc. *de recuper. possess. remed. 5. nu. 45. & de præsumpt. lib. 3. præsump. 38. nu. 2. lib. 6. præsumpt. 10. nu. 2.* Rebuff. *de except. nu. 665.* dicens in Francia contrarium seruari, vt semper agatur ad pensionem, nisi conductor sit factus inops. Aemilia. *cons. 12. num. fi.* Magon. Rota Luca. *decis. 7. nu. 40.*

5 Subampliatur etiam si pactum sit iuratum, adhuc enim habet istam tacitam conditionem, si conductor pro eius parte adimpleat. Ang. *in verb. iuramentum, nu. 20.* Boer. *singu. vlt. nu. 7.* Alpha. *report. 254.* Caballi. *de enic. §. 3. nu. 51.*

6 Ampliatur secundo, hæc conclusio, vt possit propria authoritate expellere conductorem, Petr. de Vbald. *de duob. fratrib. part. 8. quæst. 34. in fine,* Socin. *consil. 17. nu. 12. volum. 3.* Bald. *consil. 177. nu. 3. volu. 3. & in capit. 1. de controuer. inter. dom. & vasal.* Rip. *de pest. numer. 133.* Aret. *consil. 21. column. fin. in 3. dubio.* Affl. *decis. 393. nu. 18. & 19.* Iul. Clar. *in §. emphyteusis, q. 25. vers. quæro finita.* Guid. Papæ, *decis. 48. numer. 2.* Boer. *decis. 13. num. 14.* & hæc est communis opinio, Alex. *cons. 105. num. 18. lib. 3. & cons. 117. num. 11. & cons. 130. & 131. nu. 1. & 6. lib. 4.* Ias. *in l. 2. num. 101. C. de iur. emphyt.* Matth. *in 1. volum. comm. opin. in verbo, locatio, numer. 2.* Rot. Luc. *decis. 34.* & magis communem dicit Federi. Scot. *consilio trigesimoquinto, libro 4. per hanc l. ede,* Bartol. *in l. colonus, ff loc.* Foller. *de cens. in §. nu. 8.* Et maxime stante pacto in instrumento apposito de expellendo propria authoritate ob pensionem non solutam, Cald. *decis. 3. in tit. de loc. num. 5.* Et sic habes cautelam apponendi huiusmodi pactum, & nihilominus expulsus tenebitur ad integram pensionem.

7 Subampliatur secundo, vt ista facultas expellendi propria authoritate transeat contra hæredes conductoris, in cuius vita locator non est conquestus. Becc. *cons. 9. nu. 2. lib. 1.*

8 Subampliatur tertio etiam si apposita sit pœna, nam adhuc vt supra expelli poterit, quia pœna intelligitur ad fauorem cōductoris, cui renunciare potest, gloss. *in l. secunda, C. de iur. emphyt.* & hæc est magis communis opinio, Alex. *cons. 132. vol. 4.* Matthæ. *in citato loco, nu. 3.*

9 Subampliatur quarto, vt non requiratur alia declaratoria iudicis eum modificatione data cautione ex se per locatorem de restituendo in casum succumbētiæ. Rot. Bononiens. *decis. 77.* Rot. Luc. *34.* Et hanc dicit magis communem. Borgni. *decis. quadragesima quinta, in addition. sub nu. 70.*

10 Semper tamen vidi in practica laudatum vt fiat declaratoria in hoc circa caducitatem, in reliquis capiat propria authoritate. Specul. *de locat. §. primo,*

versic. 57. pulchre videndus, Felin. *cons.* 25. *n.* 10. & per totum discursum, perbelle etiam loquitur in materia, Alex. *cons.* 13. *nu.* 4. *vol.* 4. vbi Rouescala dicit, quod licet locator, vel heres possit propria auctoritate expellere, tamen si viam iusticiariam elegit, & inutiliter repellendus ea, ex Bal. *in l.* 1. *in* 2. *notab. de except. rei iud.* maxime quando in actu nõ necessario adest fraus, per Grat. *cons.* 12. *nu.* 31. *vol.* 1.] Bursat. *cons.* 23. *nu.* 21. *vol.* 1. Alciat. *in c. perniciosam, in octauo notabili, no.* 28 *de officio ordinarij.*

11 Practica igitur est accedere ad iudicem summarie ipsius officium implorando petere ipsum inquilinum expelli, allegando pensionem non solutam in tempore, & conductori incumbat onus probandi, alias expelletur, & est iudicium summariũ ex doctrina Bart. *in l. creditores, in quinta q. C. de pignor. act.* Bursat. *cons.* 3 *in fin. vol.* 1.

12 Practicatur etiam alio modo, vt locator imploret officium iudicis, & petat concedi familiam ad euitãda scãdala, & cũ protestatione citra præiudiciũ propriæ auctoritatis. Bero. *cons.* 54. *n.* 15. *vol.* 3.

13 Et hoc parte nullatenus citata, & non obstante litis pendentia; Craue. *cons.* 751. *nu.* 15. *vol.* 5. Gomes. *de loca. & conduct. nu.* 5. Bal. *in l. ede, nu.* 4. *C. locat.* Afflict. *decis.* 326. Iaso. *in l.* 2. *in* 11. *C. de iur. emph.* Garg. *patrocib.* 110. *nu.* 18. Gomes. *ad form. cam. q. fin. nu.* 41. Achil. Personal. *de edipiscend. poss. nu.* 198. & 325. Menoch. *de recuper. possess. remed.* 8 *nu.* 99. 166. Anto. Anguissol. *cons.* 10. *nu.* 4.

14 Vidi etiam in practica aliud emplastrum, de quo Anguissol. *in citato cons.* petere post illatum vulnus cõfirmationem a iudice, & obtinere inhibitionem contra conductorem, ne molestet, & si quid prætendet, agat iure medio, ex quo habet præsumptionem contra se, Soc. *cons.* 17. *nu.* 12. *vol.* 3.

15 Prout faciunt illi, qui destructa sæpe vel muro nociuo, inhibent ne ingrediatur, & si inspicias hisce tẽporibus rigorem bannimentorum, & aliarum constitutionum, laudabis viam iudiciariam, modo quo supra quia hodie nihil possumus, & ius commune patitur paupero, & opio.

Et eris cautus, quia si via iudiciaria est semel electa non est locus pœnitentiæ. Addit. ad Bartol. *in l. æde, C. locat.*

16 Subampliatur quinto, vt procedat, etiam contra scolares in tẽpore debitam pensionem nõ soluentes, cui propria auctoritate expelli poterunt, & sic plus valet in obseruantia id hac locati, & conducti materia quam scolasticum priuilegium, Ang. *in leg. est differentia, ff. in quibus caus. pignus, vel hypotheca.* contra Ias. in *Auth. qui rem, nu.* 15. *C. de sacros. eccl.* Horat. Luc. *de priuileg. scolar. priuil. leg.* 40.

17 Cui addo, quod hęc est communis opinio Dec. in d. *Auth. qui rem nu.* 17. Franc. Becc. *cons.* 9. *p.* 1.

18 Limitatur hæc ampliatio de expulsione propria auctoritate, si statim expellat, secus si post ex interuallo, quia videtur defendere suam possessionem. Castrens. *in l. in plures. §. hæredem, in fin ff. loc.*

19 Ampliatur tertio loco principaliter dispositio l. æde, in hac expulsione propter pensionem non solutam, vt vendicet sibi locum etiam si in aliquo defecerit, & soluerit, sed non integraliter pensionem. Bald. *cons.* 200. *vulgare est lib.* 2. Alex. *cons.* 106. *coln.* 2. *vers. & post prædicta, lib.* 3. Iaso. post Castrens. & alios in *Auth. qui rem, nu.* 14. commendat pro notabili *in l.* 4. *§. Cato, col.* 22 *de verb obl. in l.* 2. *nu.* 54. *C. de iur. emphyt.* Veron. *in l. si intelligatur, §. sed sciendum, num.* 84. *ff. de ædil. edict.* Marsil. *in l. furem. nu.* 19. *de sicar.* licet Bal. contrarium renuerit *in l. æde.*

20 Declaratur hæc ampliatio si scienter omiserit soluere integram pensionem, secus si per errorem, puta calculi, vel similis Tiraq. *de retract. conuen. §. quarto, gl.* 6. *n.* 26.

21 Sæpe enim occurrit in facto, quod fiunt computa, & rationes inter locatorem, & conductorem, & errore conductori aliquid omittit, vnde in quibusdam casibus bonum erit petere calculum fieri.

22 Sed ad prædictorum cognitionem quęro, quæ dicatur integra pensio? Vtique sine aliqua diminutione glo. notabilis, & singularis *in l. decem, in verbo, tota, ff. de fideicommiss. libert.* quam singularem dixit ibi Bologni. in suis interpretationibus. Bal. *in l. precibus numer.* 8. *Cod. de impube. in Authent. sed cum testator, C. ad leg. falcid.* Guglielm. de Benedict. *in rapit. Raynu. in princip numer.* 31. *de testament.* Ang. *in §. si vero expressim. Authent. de hæred. & falc.* Alex. *cons.* 79. *volum.* 4.

Vtilis est indagatio ad multa in hac locati, & conducti materia.

23 Primo, ad materiam huius *l. æde*, vt promissor integræ mercedis expelli possit, si in minimo deficiat, & sic eris semper cautus, vt in instrumento aponatur, quod promisit tali tempore soluere integram pensionem, vel mercedem.

24 Secundo, quia promissori integre mercedis non fit remissio mercedis ex causa pestis, belli vel sterilitatis. Afflic. *decis.* 258. & sic habes cautelam ad tollendam remissionem * facit quod not. Roland. *de lucro. dot. quæst.* 38. Boer. *decisio.* 254. Menoch. *cons.* 374. *vol.* 4. vbi late.)

25 Dura aliquãtulum videtur decisio, cum licet quis promiserit integram pensionem, tamen remissio videtur non exclusa in casibus a iure permissis, cum dispositio intelligatur, rebus sic stantibus *l. si. ff. de iureiurando.*

26 Tertio, vt conductor soluere teneatur expensis nõ deductis *c. grauis, vbi not. de resti. spol.* Card. *in c. pastoralis, de decim.* Corset. *in verb. integre*, inferens quod si Papa mandat solui integras decimas, non deducuntur expensæ, dicens, ita ferrariæ iudicatum tẽpore Nicolai Quinti. Tiraq. *de retrac. consang. §.* 55. *n.* 9.

Habes igitur cautelam ad tolendam remissionem & deductionem expensarum.

27 Ampliatur quarto loco principaliter hæc conclusio de pensione non soluta, vt nedum conductor expelli possit, sed insimul, & semel cogi possit ad resolutionem pensionis in præteritum decursę *ex l. colonus* vbi Castr. reputat hoc valde singulare, & menti tenendum. *ff. loca.*

28 Dura fortasse videtur decisio illius legis, debebat enim alterutro esse contentus locator, nec grauare grauatum.

29 Bene verum est, quod ex eo contextu consolatur, vt repetat expensas vtiliter factas, meliorando vineã, & eam plantando, licet non esset conuentum. Et mirum quibusdam fuit, ex quo amisit ius conductionis, quod habeat regressum ad melioramenta. dicam *in tract. expensarum.*

Amplia.

30 Ampliatur quinto loco principaliter dispositio, & conclusio de pensione in tempore non soluta, vt procedat, & habeat locum in materia sublocationis, si secundus conductor soluit primo conductori sublocanti, sed primus non soluit principali locatori, vti præiudicari non potest. Bald. *in l. certa, C. vt in possess. lega.*

Licet contrarium tenuerit *in l. æde*, & Bar. *in l. 1. §. necessario, ff. si ventr. nomine.*

31 Et sic secundo conductori nihil proderit eius diligentia, sed agat contra sublocatem pro suo interesse.

32 Ampliatur sexto in locatione vectigalium, tributorum, gabellarum, lacus Perusini, & similium, vt ex responsione in tempore non soluta expelli possint. Bartol. *in l. vectigalia, §. non solutio, ff. de publican. & vectigal. in l. fundum. C. de iur. reipublic. libro undeci. mo, in l. quod semel, ff. de decreta. ab ordi. faciend.* Guid. Pap. *quæst. 3.*

33 Caue igitur in tempore soluere, quia agitur cum cammerarijs.

Ampliatur septimo, vt ad conductorem spectet * onus probandi soluisse in tempore. Gigas de commu. ni *de pensi. q. 76. in fi.*

34 Vnde locator habet intentionem fundatam in instrumento, nec præsumitur obseruantia in fauorem conductoris, sed eam probare debet, vt dicam *inf. de probat. quæst. 6.*

35 Ampliatur octauo, etiamsi in instrumento posita sit clausula, molestiam non inferre, quia non dicitur molestiam inferre vtendo iure contractus. Natta. *conf. 25. vol. 1.*

36 Vltra quam bene facit *in l. factum, §. non videtur. & l. nullus videtur, ff. de reg. iur.* vbi Albe. satis ad hoc propositum dicit, quod promittens non molestare intelligitur iniuste, sic & in præcepto iudicis de non molestando.

37 Secundo loco addo ad confirmationem, quod promittens in contractu molestiam non inferre, intelligitur de facto, non de iure. gl. *in l. si seruum, §. prætor, ff. de acqui. hæred.* quem singulariter notandum dixit Bal. *in l. 1. C. de his*, qui pænæ nomi. Felin. *in cap. causam, colu. 3. vers.* habetur autem de rescript. & *in cap. in præsentia, colum. 2. de proba.* Gomes. *in reg. de trienn. quæst. 45.*

Ampliatur nono, etiam si instrumento locationis esset apposita verba omnimodo libere, & omni occasione, & molestia remota. ita tex. *in d. l. quæro. §. inter locatorem* declarat Bal. reputans notatu dignu *in l. 1. nu. 13. de vsufr.* commendat Rom. *conf. 211. nu. 3.*

38 Limita tamen hanc ampliationem vltra Natta in laudato superius consilio, nisi in instrumento apposita sit clausula prædicta cum dictione, aliquam, quæ implicat, & importat tam molestiam facti, quam iuris. l. vnica, in verbo, molestiam aliquam, quæ sunt in fi. C. de nundin. quam ad hoc dixit singularem Cor. set. *in singular. suis in verbo, molestia, in fine.* facit Rebuff. *in tracta. nominatio. quæst. final. num. 3.* Afflict. *decisio. 329. nu. 4.* balb. *de præscri. in quarta parte quartæ partis principal. quæst. 29. num. 4.* Tiraq. *de retract. Lignagier. §. 35. glos. 4. num. 40.* Rol. *conf. 68. numer. 5. volum. 3.*

39 Sed si non potest stante dicta clausula modo, quo supra apposita molestare etiam de iure, poterit ne iurari suspectus via iuris tam vrgenti.

40 Ampliatur nono conclusio prædicta etiam in materia renouatæ locationis, vt in ea sit locus dispositioni *l. æde*, Aimo. *de antiqu. temp. par. 4. ver.* materia a ista singularitatis testium, *sub num. 16. fol. 270.*

41 Ampliatur decimo, vt colonus, vel conductor negans restituere rem locatam dicitur inducere spolium. Dyn. *in cap.* quia ad agendum *num. 7. de reg. iur. lib. 6.* Bald. *conf. 277. lib. 1.* Bar. *in l. si. ff. de procur.* Cyn. *in l. 2. q. 2. C. si cer. pet.*

42 Subampliatur etiam si talis contradictio facta sit in iudicio. Alexad. *consil. 90. numer. 2. lib. 6.* Crauet. *conf. 107. numer. 3.* P. o. *de in lit. iuran. §. 4. numer. 84.* Conard. *ad leg. vni. ampl. 1. num. 74. C. si de momentanea possess.*

43 Subampliatur secundo ad propositum præsentis conclusionis denegare pensionis, quod pariter negãs soluere fictum, vel pensionem dicitur spoliare. Mari. Anguiss. 141. *numer. 1. seq.* Borgn. *decis. 45. numer. 72.* vbi subdit quod ratione spolij poterit agi coram iudice ecclesiastico etiam si bona clerici essent patrimonialia, vt per eum.

44 Bene verum est, quod iudicium intentatum contra conductorem a d ipsum expellendum est petitoriũ non possessorium, ex quo in conductorem regulariter non transfertur dominium, neque possessio *l. non. solet, ff. locat.* & superius vidimus in materia locationis ad longum tempus, sed agitur de totali iure ipsius cõductoris, argumento *l. penult. ff. locat. & in Auth. qui rem C. de sacrosanct. eccle.*

45 Declaratur id esse verum, quando locator vult expellere cõductorem ex causis, de quibus in hac *l. æde*, vel simili ante finitum tempus, secus post finitum tẽpus, vel ex linea finita, nam tunc est remedium possessorium *ex l. si quis conductionis, C. loca.* de qua suo loco dicam. Et ita in facto decisum refert, Bero. q. famil. 100. *num.* 11.

Vtilitas est etiam non parua ratione cumulationis.

46 Ampliatur vndecimo, vt non excusetur colonus, vel conductor in solutione fictus, vel pensionis, si locator fuisset spoliatus, & conductor coactus a Principe Iudice, vel Communitate spoliatæ coactus fuisset alibi soluere. Bal. *in l. si de bonis, C. de iu. de lib.* allegat. Speculat. *in tit. de restitutio. spolia. §. nũc videamus, vers. porro &c.* sequitur Abb. *in c. 2. de ordine cognitionum* * & hæc est communis opinio Canonistarum. Afflict. *decis. 19. num. 7.*

47 Ampliatur duodecimo, vt conductor conuentus a locatore ad pensionem soluendam ex instrumento in forma Cammeræ non mereatur absolutionem a iuramento ad effectum retardandi solutionem pensionis, cum intendat excipere, vel reconuenire locatorem super mercede, vel salario ipsius ex causa procuratoris, vel simili, & ita tenuit Rot. vt per Cassador. decisione prima. de mutuis petitionibus, per quam in terminis locati & conducti, ita tenuit pariter Rot. in vna Romana officij coram Paleotto die vigesimo octauo Nouembris, vt per Capataquen. *decision. 5. lib. 1.* Conard. ad Aegidian. *amplia. 1. numer. 73.*

Cui adde Galles. *de for. cam. par. 4. num. 11.* *Mari. de mutuis peti. art. 9. prin. lim. 10.*

48 Et sic corollarie habetur, quod contra instrumentum in forma cammeræ non datur absolutio a iura-

Digitized by Google

mento ad effectum excipiendi, vel reconueniendi, et si exceptio, vel reconuentio contineret materiam fauorabilem, & priuilegistam, vt mercedis, & salarij.

49 Limitatur incidēter, nisi essemus in materia fauorabili, & necessaria simul, vt alimentorum in homine impotente, vt colligitur ex Cassador. in allegata decisione. Et sic vides vim, & virtutem clausulę formæ Cammeræ.

50 Quid dicemus in instrumento guarentigiato? Nullum video differentiam, iuxta tamen statuta locorū & verba ipsorum.

Limitatur primo loco principaliter hęc conclusio hoc modo distinguendo; aut locatio est facta ad longum tempus, vel modicum.

Primo casu subdistingue, aut est constituta vnica pensio pro toto tempore, & potest expelli si non soluit in tēpore conuento, cum ex vnica pensione vnica reputetur locatio. Aut pensio fuit constituta in annos singulos, tunc potest expelli si nō soluat per biennium, *d. §.* inter locatorem, de quo superius vidimus in ampliationibus. Si vero locatio est ad modicum tempus, non expectatur biennium, sed statim expelli poterit, cum tempus est elapsum. Ita Abb. *in d. c. propter sterilitatem.* Bartol. *in l. vectigalia, §. nondum solutis de vectig. in leg. filiusfamilias, de solutionib.* Bal. *in l. 1. C. si propter publicas pensitationes.* Boer. *decis.* 254. *numer.* 3.

51 Solet tamen adhiberi discretio in conductore ad modicum tempus, vt detur terminus ad disgombrandum (Tudertini dicunt) & hoc alij dicunt per quatuor menses, argumento *l. fin. C. de vsur. rei iudicatæ*, vel saltem per menses duos argumento capituli finalis de locato, vel per quadraginta dies *quod si nolit. §. fine. ff. de ædil. edic.* Addit. ad Ang. *in verbo, locatio* 13. *littera E, in medio.*

52 Illud verum est, quod conductor plurium annorum recipiendo pensionem omnium annorum anticipatam sibi præiudicat, nec est locus dispositioni *l. æde, nec capituli, propter sterilitatem, §. fin.* ita limitat Papi. *in forma libelli ad fictis præstationem, in verbo, inestimit, nn.* 9.

53 Quomodo autem consideretur annus, vel bienniū in prędio rustico, posui superius ad materiam locationis ad longum tempus, ibi videre placeat.

54 Addo vlterius, quod perceptis fructibus tenetur conductor soluere pensionem, & discedere, nec expectare, quod labatur integrum tempus, ita consuluit Bero. *consil.* 137. *numer.* 11. *&* 24. *volu.* 1. sentit Cor. *cons.* 347. *libro.* 1 Hieru. Gabr. *cons.* 63. *vol.* 1. *Rolan. consil.* 87. *volum.* 1.

55 Ampliatur idem esse in bobus datis super laboratio, ne eo finito sint statim restituendi. Borg. attestās ita in facti contingentia iudicasse. *decis.* 43. num. 60.

56 Limitatur, quod dictum est de laboritio finito, si alios fructus eo anno percipere potuisset. Rimin. *cōs.* 165. *nu.* 57. *vol.* 2.

Et hoc sæpius in facto occurrit in prædijs, quæ pro dimidio seminantur in quolibet annos.

57 Limitatur secundo loco principalis conclusio, vt locator, qui intendit pacta non seruare, debeat denūciare conductori. Bar. *nu.* 2. *C. de agric. & cens. lib.* 11. Rui. *cons.* 167. *l.* 1. *vo in terminis* Alex. de Neuo. *cons.* 25 Boss. *de remiss merced. conduc. n.* 50.

58 Et poterit agere ad interesse, & lucrum cessans. Franc. Becc. *cons.* 45. *n.* 20. facit Hieron. Gabr. *cons.* 76. idem sentit Mozz. de locato. *col. fin. nu.* 7.

59 Et si locator promisit tradere conductori prædia seminata, & conductor recipiat frumentum pro semine, sibi præiudicat, vt apponere possit prædia seminata non fuisse Bal. *cons.* 131. *vol.* 1. sequitur Crauet. *cons.* 106. *nu.* 2. *vol.* 1.

60 Vidi in facto casum, quod quis locauit domum cū pacto ne faciat seruitia tali vicino, an ex hoc, si faciat, expelli poterit.

Extra tamen præallegatos quatuor casus, vt suprá expressos, non est locus dispositioni *l. æde*, nec c. propter sterilitatem. §. fin. vt post gl. sentit ibi Cyn. *col.* 1. *nu.* 2. *in fin.* quare non fit extensio.

61 Limitatur tertio loco principalis conclusio ex intentionem Rot. quod si conductor fuit a locatore expulsus, potest pro interesse, quod prætendit ex expulsione, & pro damnis, ad quæ agere intendit, retinere pēsiones per eum debitas, & hoc mō euitare caducitatem. Paris. *cons.* 100. *num.* 35. *&* 36. *vol.* 2. vbi etiam hipothecam conductor pro interesse, quod prætendit propter expulsionem, & ita tenuit Rota in vna Bononiensi locationis coram Antonio Augustino, vt per Caputaquens. *decis.* 180. *par.* 1. vbi etiam excusat conductorem, si per errorem non soluit, ex Ias. per eū allegato.

QVÆSTIO XV.

Ad materiam l. 5. ff. locat.

QVæro pro intelligentia præsentis materiæ recusationis, an contractus locationis resolutus pro vna parte censeatur resolutus pro alia parte.

1 Primo videbatur quod nō, ex *l. si tibi*, quæ est quinta in ordine. *ff. loc.* vbi contrahentes ex post facto cōuenire possunt, vt alter teneatur, alter non.

2 Pro contraria parte facit *l. cum emptor*, de rescinden. vendi.

Secundo facit *l. si. ff. de acceptilation.*

3 Quibus in locis cauetur in contractibus correspectiuis, prout locatio, & conductio, resolutus contractus ex vna parte, tenetur resolutus pro alia parte, & hoc pro regula traditum est, cuius ratio manifesta est, quia contractus claudicare non debet, iuribus prędictis.

4 Limitatur hęc regula, & conclusio ad propositum materiæ locati & conducti, vt non procedat ex post facto, quia conuenire possunt contrahentes, vt alter teneatur, alter non, *d. leg.* si tibi habitationem. *ff. loc.* cuius fortasse ea ratio est, quia ab initio multa fieri prohibentur, quæ post facta tenent. materia lege patre furioso. *ff. de his*, qui sunt sui, vel alieni iuris.

Vnde licet ad producendum actionem requiratur ciuilis, & naturalis obligatio, tamen postquam est nata, in vna tantum sustentatur, *vt not. ad l. si vnus. §. pactus. ff. de pac.*

5 Limitatur secundo loco, quia re non integra competit exceptio.

6 Vnde si locator vel venditor iam rem tradidit, & fecit postea pactum de non petendo pretium, vel pensionem, habet nihilominus actionem, quæ postea elicitur per exceptionem pacti subsecuti.

7 Practicando igitur cautus erit locator agere, & conductor excipere de pacto postea subsecuto, deducēdo rē esse traditam, & consequēter rē nō esse integram.

8 Limitatur tertio, satis ad propositum materię locati, & conducti, & iuxta terminos ipsius, si res non erat integra, & ab vna tantum parte suberat iusta causa resolutionis contractus, pro illa parte censetur resolutus, vt in secunda solutione glo. d. l. si conuenerit ff. de pact. Vnde sterilitas est iusta causa in locatore, vnde ei tantum fit remissio.

9 Practicando igitur cautus erit conductor, & dicat, quod resolutio est facta ex parte ipsius, tantum ex ista causa, quæ non militat, nec militare potest ad fauorem locatoris.

Vnde petat ipsum cogi ad implementum contractus, & bonus iudex arbitrabitur causam non esse parem, & vni tantum fauere, nec teneatur implere.

10 Limitatur quarto, vt cessante iusta causa resolutio currat æqualiter pro vtraq. parte re, adhuc integra. Castrens. ad d. l. si conuenerit, ex not. in l. ab emptione, & l. iuris gentium, §. adeo, ff. de pact. Vnde conductor a solutione pensionis, locator a traditione rei erit liberatus.

11 Limitatur quinto, vt sublocato cōtractu censeatur sublata obligatio, vti ab eo, tanquam fundamento dependens, remanente vero contractu, sed tollitur obligatio vel solutione, vel interitu rei, vel pacto, remanet obligatio in altero extremo, in qua non reperitur causa obligationis tollendę, ita Bal. materiā declarat d. l. si sub n. 4. C. de pericul. & commod. rei vendit. dicens hoc vale notandum ad declarationem pręsentis materiæ.

12 Limitatur sexto, data paritate hincinde, sed interueniente dolo, vel culpa in vno ex contrahentibus, ille tenetur.

Vnde si dolus dederit causam contractui, tenetur vnus, alter non, & tamen qui non habet alterū obligatum succurritur ope exceptionis, si non possidet, nō autem iure actionis, si tradiderit, vt no. in l. si in emptione §. emptor. ff. de contrahen. emptio. in l. ex causa, §. 1. ff. de minor. Bartol. in leg. bonafides, ff. depos. ponens exemplum, quod si ex forma statutorum emptor, vel conductor soluit pretiū, vel pensionem, venditor, vel locator non, licet emptor, vel conductor sit liberatus a solutione pretij, vel pensionis, nō tamen est liberatus locator, vel venditor, quia quando est culpa, vel factum locatoris, vel venditoris, quia noluit soluere gabellam, vel accipere pecuniam depositam; vel est emptor tutus præscriptione ex negligentia venditoris, non censetur resolutus cōtractus ab vtraque parte, vt ibi per eum, quem summopere commēdat Bal. ad l. fin. C. de per. & commo. rei vend. de quo etiam, Bart. in l. vniuerse, C. de precib. Imper. offer. in l. cum mulier. vbi etiam Bal. ff. soluto matrimonio, Bal. in l. creditoribus, C. de seru. pignor. dat. manumissio, in l. 1. §. si filius, ff. ne quis eum. Imol. in c. cum contingat, nu. 20. de foro compet.

13 Limitatur septimo, si bannitos, vel similis ex forma statutorum, bannimentorum, vel alicuius motus proprij, contrahere non poterit, ad eorum tamen vtilitatem, sicut non potest petere pensionē, ita nec tenetur tradere rem, & tradendo poterit repetere per conditionem sine causa, cum erit exemptus a banno. Bal. ad l. fin. C. de pericul. & commod. rei vendit.

14 Limitatur octauo, vt liberatio intelligatur facta ab obligatione inducta, & contractu ante legē, secus si per legem ipsam inducatur, vel post Bar. in d. l. bona fides, quem sequitur Bar. in d. l. si. inferens in practica ad questionem de facto, quod si in aliqua ciuitate prout Aretij sint factę multę venditiones, post fiat statutum annullatiuum, & liberatorium, nunquid si pretium soluerint repetere possint, vel respectiue teneantur soluere si prætium habuerint, & concludit, quod sic, quia intelligitur facta liberatio ab omni obligatione contracta ante cōditum statutum, secus si post, vel per statutum ipsum induceretur, prout est conditio sine causa, quæ nascitur post legem ipsam, dicens hoc perpetuo notandum in practica ad declarationem prædictorum iurium.

15 Quid si locentur plures res, & contractus veniat resoluendus pro vna, an censeatur resolutus in omnibus, & Imol. cons. 39. in terminis locati & conducti, tenuit quod sic. Sequitur Plot. in l. si quando, num. 500. limit. 3. C. vnde vi. vbi ampliat etiam si locator vellet liberare bona ab illo, cuius sunt, si verisimiliter vexaret emptorem.

16 Distingue aut vna est constituta pensio, & procedat opinio Innoc. aut cuilibet est assignata sua pensio, & vna alteri non præiudicat. Lamberten. de contrac. mulier. §. fin. nu. 248. Bursat. cons. 191. nu. 16. vol. 2. Iacob. Beretta cons. 112. Crot. cons. 107. numer. 19. volum. 1. Bero. cons. 12. nu. 5. vol. 3. late Borgnin. decis. 8. part. 2.

17 Amplia hoc idem considerari circa remissionem mercedis plurius rerum, vt suo loco dicam ex Bossi. n. 11. per l. si plura. ff. de adil. edict.

QVÆSTIO XVI.

1 Sed numquid dispositio l. ade, habebit locum in hærede locatoris, vel conductoris? vtique sic. de primo Angel. consilio secundo. de secundo Firmian. in verb. hæres conductoris.

QVAESTIO XVII.

Tetigi alias, sed ad aliud propositum, si colonus reducat ad fertilitatem fundum sterilem, poterit ne expelli? vtique non, quia efficitur perpetuus, vt not. in l. si quis autem, Cod. de omni. agro deserto, lib. 11. Rom. cons. 373. & singular. eod. n. Fulg. in verb. colonus nu. 147. Vincen. Franc. de feud. de his qui feudum dare possunt, nu. 34. Bursat. cons. 28. nu. 8. lib. 1. et ad aures vbi Abb. & alij de rebus eccles. non alienand. Rui. cons. 116. num. 3. vol. 1. Castrens. cons. 142. vol. 3. Redoan. de rebus eccles. q. 1. vers. non adiebetur. Ample. Corn. cons. 181. nu. 56. vol. 2. Vasqu. controuer. illustr. c. 62. nu. 19. Becci. consil. 3. nu. 9. & 30. Ioan. de Amic. consil. 150. num. 22.

Ampliatur, vt nec possit augeri pensio, l. 1. Cod. in quibus caus. colo. lib. 11.

Ampliatur secundo, vt habeat locum in colonis nostri temporis Io. de Pla. in d. l. 1. late Rom. in l. si vero, §. de viro, sollent. 22. ff. sol. matr. Marsil. singul. 550. Imo. cons. 68. Cepoll. consil. ciuil. 3. nu. 3. Cur. sen. consil. 47. col. 2. Ruin. cons. 116. volum. 1. Angel. cons. 17. num. 39. Goza. cons. 86. nu. 22. Bero. a cap. in præsentia, num. 378. de probatio. Menoch. cons. 36. numer. 22. volum. 1.

Digitized by Google

Decis. Perus. 36. num. 11. Et hæc est receptissima opin. Marzar. *cons.* 16. *n.* 11.

Ampliatur tertio, vt tales coloni transmittant ad hæredes extraneos, etiam si habuerint in tertiam generationem, Ang. *d. cons.* 7. *nu.* 41. Gugliel. *de Benedict. in c. Raimtius, in verbo Ardeassam, num.* 983. Cassa. in consuetud. Burgund. §. 2. *nu.* 6. Rimin. iun. *cons.* 100. *in princ.* Soc. iun. *cons.* 72. *nu.* 22. *vol.* 4. Burlatt. *de magis communi cons.* 330. *nu.* 6. *vol.* 3.

Declaratur conclusio, vt procedat multis concurrentibus, primo, quod terra sterilis, & inculta locata sit, & propria côductoris impensa ad culturam redacta sit, *d. c. ad aures.* secundo, quod melior conditio tẽpore locationis reperta nõ fuerit, nec de præsenti reperiatur qui meliorem offerat, *gl. in d. c. ad aures.* Hostiens. *in Summ. nu.* 2. Rui. *cons.* 116. *nu.* 8. & 157. *nu.* 16. *vol.* 1. *tertio*, conductor melioramenta facta comitat Rui. *cons.* 117. *alias* 157. *nu.* 13. *vol.* 1. quarto, quod meloratio sit facta de licentia domini. Redoan. *de rebus eccle. rub. fin. in casibus, in quibus alienat. rei eccles. fiat sine solemnitate, vers. non adhibetur quinto*, vbi non essent renouati termini conductionis, seu refirmata nihil tempora, quo casu cessat perpetuitas. Castrens. *cons.* 142. *col.* 2. *vers. nec obstat. vol.* 1. Rui. *d. cons.* 16. *n.* 14. *vol.* 1. *sexto*, nisi esset in parte ad culturam prædium redactum, non autem totum, quia totum auferri pôt. Capic. *decis.* 105. *nu.* 5. *in fin.* Vel saltem actio auferendi competat pro parte nõ culta, nec ad culturam redacta, pulchra est decisio Castren. *cons.* 270. *nu.* 1. *vol.* 2. *in nou. & in antiq.* 326. sequitur Negus. *de pignor. in 4. memb. 5. part. principal. nu.* 19. *n.* 7. conclusio & est communis distinctio, Tiraquell. *de retrac. conuent.* §. 7. *vers.* 7. *declara.* Redoa. *de reb. eccl. rub. de melioramentis. vers. vnde in hac materia* Ioseph. Rota *Luc.* 16. *n.* 11. *part.* 1. *septimo*, vt procedat in primis cultoribus, & eorum hæredibus, non autem in aliis, sine solemnitatibus, Redo. & Capic. *in citatis locis, octauo*, vt procedat in colono partiario, cum ab initio nullum dominium transfertur. Rim. *cons.* 100. *nu.* 45. *vol.* 1. *nonn. l. cum satis, §. cum autem, C. de agric. et cens.* procedit duobus concurrentibus, quando de Colonia constat per pactum, vel scripturam, alias solus cursus temporis non sufficit. *decis. Perus.* 226. *num.* 21. non procedit in colono partiario, vel qui nõ respondet in pecunia, & sic in propria locatione, tertio, vbi de certa colonia, & temporali constat, non procedit. Paris. de reintegratio. *feud. rub. de long. feud. emphyt.* côcc. ad melior. 5. Burlat. *cons.* 330. *nu.* 14. *vol.* 3.

Vnde *l. quicumque, C. omni agr. deser. lib.* 10. de reducente ad culturam fundum sterilem, quod efficiatur perpetuus.

Limitatur primo, vt non procedat in pratis, qui non sunt fundi steriles. Card. *in clem.* 1. *de decim. per l. pratum, de verb. signif.* Cucn. *cons.* 185. *nu.* 56. & 66. *vol.* 2. Nouell. *reg.* 111. *limit.* 1. nec siue iudicantur incult. Rui. *cons.* 197. *num.* 3. *lib.* 1.

Limitatur secundo, vt procedat in fundis patrimonialibus Principis, secus priuatoris, in quibus per reductionem ad culturam, non efficitur dominus nisi lapso biennio, vel per sex menses post denunciationẽ.

Limitatur tertio, vt non procedat quando ex conuentione dantur pro certo tempore, vt reducantur ad culturam, tunc promissio hominis, facit cessare promissio. n. in legis.

Limitatur quarto, vt non procedat in agris non tributarius, prout in Italia, in qua agri non sunt tributarij. Riminal. *cons.* 100. *nu.* 45. *vol.* 1.

De euictione.

PRoxima præcedentibus est indagatio, an in contractu locationis & conductionis habeat locum euictio.

Et primo videbatur dicendum quod non quia euictio cõpetit vel rõne proprietatis, vel possessionis euictæ, vt *no. in rub. ff. de euict.* Caballi. *de euictio.* §. 3. *q.*
1 17. §. 5. *n.* 44. sed per locationem non transfertur dominium neq. possessio. *l. non solet. ff. loc. merito. &c.*
2 Pro cõtraria parte facit, quia locatio est similis emptioni, & iisdem regulis regulatur *l.* 2. *ff. loc.* & vidimus superius *p.* 2. *merito &c.*
3 Et hoc est verior opinio, *l. si quis domum*, & ibi no. *ff. loc.* Caballi. *de euict.* §. 4. *in fi.*
4 Ampliatur principaliter hæc conclusio *ex l. si quis domum, ff. loc.* vt non excusetur locator si semel rem locatam tradiderit, quia tenetur ad patientiam per factum successiuum, ita vt quandocúque molestetur conductor, teneatur locator, vt *no. in l. corruptionem. C. de vsufruc. in l.* 2. *de verb. oblig.* Cephal. *cons.* 557. & 97. *vol.* 4. & 718. *num.* 9. *vol.* 5. Marin. Frecci. *de præsent. inst. part.* 7. *q.* 5.

ADDITIO.

☞ *Ita vt non sufficiant verba posita in instrumento, dedit, & tradidit, cum requiratur patientia successiua.* Surd. *decis.* 326. *sub num.* 7.

5 Vnde actus locandi semper habet in se tractũ successiuum. Alciat. in *l.* 2. §. *et harum, n.* 49. *ff. de ver. obl.*
6 Ampliatur secundo, vt cõductor no teneatur pensione soluere, si res locata non fuit effectualiter tradita, & consignata, ita vt conductor eam detineat. Castr. *cons.* 105. *in fi. vol.* 2. Purpurat. *cons.* 484. *nu.* 10. *vol.* 2. Grauet. *cons.* 767. *nu.* 13. *vol.* 5. Nat. *cons.* 360. *nu.* 3. *cum seq. vol.* 2. Pedemont. *decis.* 5. *nu.* 8. Papiens. ad fi. cti præstationem in *gl. recusauerit. n.* 2. Rui. *cons.* 44. *n.* 4. *vol.* 4. Iul. Clar. *in* §. *emphy. q.* 8. *col.* 4. *Rot. Luc. decis.* 2. *part.* 1. *Rot. Perus. decis.* 50. *num.* 6. post Ang. *cons.* 312. Caball. *millelog. q.* 3. *p.* 1. Rimin. iun. *cons.* 109. *num.* 25. *vides & cons.* 966. *nu.* 30. *vol.* 4.
7 Ampliatur tertio, vt nõ sufficiat cõstitutũ in instrumẽto locationis appositũ. Ioseph. *Ro. Luc.* 25. *n.* 54. Ant. Gab. *de locato, concl.* 4. *n.* 12. *lib.* 3. Borgn. *decis.* 43. *n.* 64.
8 Limitatur dispositio d. *l. si quis domum* ex mente, ne, & eiusdem *l. in pertinentiis*, vt tradendo rem æque commodã liberetur, vbi Paul. Cast. reputat hoc valde notabile, & quotidianum.
9 Ex qua limitatione corollarie colliguntur duo: Primum quod in hoc locatio differt a venditione, quia venditur non liberatur tradendo rem æque idoneam sed cogitur præcise ad rem promissam, vt per gl. ibi *verb. locatorem, in fin.*
10 Et sic limitatur *l.* 2. *ff. loc.* Vnde benignior est lex locatore, quam cum venditore.

Secũdũ est limitatio *ad l.* 3. §. 1. *ff. si cer. pet.* vt aliud pro alio inuito creditore solui non possit in hoc non procedit in locatore volẽte tradere rẽ æque comoda.

Et

11 Et nota modum loquendi ipsius Iurisconsulti in *d. l. si quis domum*, primo enim locationem tam in prædio vrbano, quam rustico ponit, post in casu euictionis ponitur in fundo tantum, demum in materia rei æque commodæ loquitur in habitatione tantum.

12 Hæc sufficit, vt conductor rem habuerit, sed debet posse alteri locare si vult, & tenetur locator manutenere tectum ostium subsidium totiens opus fuerit. Corn. *cons. 12. col. 3. vol. 4.* Paris. *cons. 40. numer. 1. & 7. volu. 1.* Bello. *cons. 22. nu. 1. & 2.* Bosl. *de remis. merced. conduct. nu. 65.* *Rot. Luc. 2. nu. 6. part. 1.* Rolan. *consil. 69. nu. 22. vol. 4. cons. 83. nu. 4. eod. vol.* Gomes. *de locat. num. 20.* Rimin. *cons. 411. nu. 36. & 97. vol. 4.* Bogn. *decis. 44. nu. 50.*

13 Vnde practicando locator agens exprimat patientiam per tractum successiuum, & quod conductor habuit, & vsus est re locata. Bald. per illum textum *in l. ex conducto, ff. locat.* idem Bald. *in leg. fideiussor. §. mandasse, vers. 1. quærit. ff. de leg. 1.* Calder. *cons. 5. tit. de locat.* Pedemont. *decis. 56. num. 10.* Ias. *in §. actionum, num. 147. de actio.* Aret. *in §. sequens, col. fin. eo. titul.* pulchre Franc. Becc. *consil. 45. num. 19. lib. 1.* Soc. *consil. 125. col. 1. in fi. par. 1.* vbi quod habuit rem liberam, vacuam, & expeditam Cas. *in l. diuortio, nu. 11. ff. sol. matr.*

Sustinetur tamen libellus, licet patiẽtia non sit expressa late Iaso *in §. actionum, num. 164.* reprehendens Aret. aliter sentientem. Viui. *lib. 1. opin. 35. n. 4. & 5.* Matthesil. notab. 10. n. 2. * Et exprimere patientia de tota re, quia si in parte non præstatur, non tenetur ad pensionem. Rimin. *cons. 272. nu. 5.*

14 Limitatur secundo loco principaliter dispositio l. si quis domum, quod si locator nõ præstat patientiam successiuam, vel rem æque idoneam, si quidem locauerit rem alienam scienter, tenetur de interesse. Si vero ignoranter ad remissionem mercedis tantum. ita gl. quam ibi sequitur Castrens. *in d. l. si quis domum.*

15 Verior tamen opinio videtur, vt indifferenter ad interesse teneatur, siue ignoranter, siue scienter locauerit, sicut ille, qui vendidit rem alienam, licet ignoranter, *ex l. Titius, §. fin. ff. de act. empt. & in leg. & hæc distinctio, in fine,* vbi intelligendum est autem, si locat.

16 Nec obstat text. *in d. l. si quis fundum, in fine* allegatus in glossa, quia loquitur in eo, qui locauit fundum suũ postea de facto conductor est prohibitus sine culpa locatoris, sed in præsenti casu loquimur de locante rem alienam simpliciter. Vnde videtur esse casus diuersus.

17 Vnde circa materiam petendi interesse in hac locati, & conducti materia dicitur. Aut locator prohibet, & tenetur ad interesse lucri deperditi, *l. si fundus. 1 a pr. ff. locat.* Aret. *cons. 111. col. 2.* Paris. *cons. 38. nu. 27. libr. 2.* Ias. *cons. 109. nu. 1. lib. 1.*

18 Si tertius impedit, locator tenetur ad interesse si potuerit tollere impedimentum. Rom. *consil. 178.* Socini *cons. 88. n. 3. & cons. 125. nu. 7. lib. 1.* Seisel. *ad l. si quis mihi te, nu. 13. ff. de acquir. possess.*

19 Sed pone hic vnum, quod in facto sæpius occurrit. Dicit locator conductori, nolo restaurare anno sequenti, eritne audiendus? circa operas locatas vidimus sæpenus in materia famulorũ, sed in locatione rerũ locator non auditur. Florian. *in l. quæsitum, ff. de vsufru.* Dyn. *in l. vsumfructum cum moriar, § 1 ff. de vsufruc. leg.* Bar. *in l. si vno, § item cum quidam in fin. ff. locat.* Bal. *in l. libertis, col. 6. C. de oper. liber.* Rom. *cons. 432.*

20 Vnde in rebus conductis non datur restauratio tẽporis. Quis enim scit, quod anno sequenti conductor non egeat, & habitare possit? quis scit, vt non reperiat aliam meliorem, vel minoris pensionis, & æque commodam? competit etiam actio de dolo, si colonus accepit fundum ad seminandum pro fructu inde percipiendo, & dominus fundi non patiatur eum fructus tollere. Bar. & Ias. *in l. permisisti, §. permisisti, ff. de præsc. verb.* vbi dicunt esse casum valde quotidianum.

21 Patientiæ tamen conductori debitæ satisfit præstita ab initio contractus cautione, quod conductori licebit vti, & frui re conducta. Pedemont. *decis. 51. n. 6. per l. datum, §. iter, ff. de actio. empt.* multis comprobat Franc. Becc. *cons. 45. nu. 19. lib. 1.* Ioseph. *conclus. 14. illat. 38. in fin.*

22 Quæ patientia probanda est ex possessione præambula: Alex. *cons. 27. vol. 5.* & debet esse successiua pro toto tempore, nec sufficit pro parte temporis. Hier. Magon. *Rot. Luc. 69. nu. 5.*

23 Præsumitur autem in dubio, nisi contrarium probetur per conductorem. Zabarel. *cons. 140. col. fin. vers. sed hoc nihil.* Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsump. 86.*

ADDITIO.

☞ *Vincent. de Anna singul. 680.*

24 Et licet cessio sufficiat in incorporalibus glos. *in l. fin. C. quando fiscus, vel priuatus.* Bald. *in l. si ea lege, nu. 4. C. de vsur.* tamen in præsenti non sufficit. Pedemon. *decis. 51. num. 21.* & sic limitatur dicta gloss. Putens *decis. 281. nu. 4. lib. 2.*

25 Et conductori semper est saluum ius probandi patientiam non fuisse præstitam etiam stante statuto, quod conductor debeat præstari, si patientia nõ præstetur. Grat. ad statutum Bononiense. *cons. 83. par. 1.*

26 Id autem, quod dictum est excusari locatorem præstando interesse, vel rem aliam æque commodam, procedit re integra ante traditionem, secus post. Puls. *lit. ra P, n. 11.*

27 Et potest conductor agere in euictione etiam denunciatione non facta Ruin. *cons. 77. vers. non obstat, lib. 3.* & in hoc differt a venditione, in qua requiritur denunciatio, & agitur de euictione ex noua actione, sed in materia locati, & conducti agitur ex veteri actione ex conducto, vt per Ruin. vt supra.

28 Insuper si facta sit locatio ad decem puta, vel vlteriores annos, si cadat euictio in vltimis annis, debetur euictio in totum si ratione defectus iuris euincatur, puta quia res erat aliena.

Si vero oriatur defectus ex iure tantum post euictionem, tunc pro rata tantum. Caball. de eo, quod interest, sub nu. 32.

ADDITIO.

☞ *Et ob id instrumentum locationis præsentari non potest, tanquam nõ liquidum, cum sit vltro citroq; obligatorium. Frecc. de præsent. instrum. par. 7. q. 5.*

Quod verum est etiam si esset renunciatum exceptioni liquidationis. Frecc. in citato loco dicens sic in facti contingentia habuisse. & par. 8. q. 3. licet aliter sentiat Ant. de liquid. instrum. in addit. considerat. 2. fol. 363.

29 Receptá igitur est conclusio in hac locati, & conducti materia, de qua agimus, quod non datur actio, nisi prius secuto implemento ex parte agentis, & patentis, in qua materia adsunt duo iura principalia, & ambo in contractibus bonę fidei, & vnum loquitur in contractu emptionis, & venditionis, prout *in l. Iulianus, §. offerri, ff. de act. empt.* alterum in titulo de locato, & conducto, prout *in l. quaero, §. inter locatorem; ff. locat.* quae plenius loquitur, prout ex infra dicendus apparebit. ad idem *l. filiae licet, C. de collat.*

Et ex Doctoribus, & iuris interpretibus firmant Corn. *cons.* 106. *num.* 5. *lib.* 1. *cons.* 208. *n.* 33. *lib.* 2. *consil.* 12. *num.* 3. *lib.* 1. Bart. *cons.* 39. *nu.* 35. *& consilio* 47. *n.* 6, *&* 7. Crauet. *cons.* 151. Alex. *cons.* 49. *colu.* 2. *libr.* 2. Cephal. *cons.* 407. *num.* 18. *lib.* 3. Socin. iun. *consilio* 77. *nu.* 142. *lib.* 1. Gozzad. *consil.* 9. *num.* 26. Aret. *cons.* 14. *num.* 38. Menoch. *cons.* 1. *num.* 364. *& cons.* 55. *in princ. libr.* 1. Beron. *cons.* 15. *num.* 14. *lib.* 1. Franc. Becc. *cons.* 45. *num.* 6. *&* 38. *lib.* 1. quod consilium saepius in proposito allegatur Ceph. *cons.* 97. *nu.* 37. *lib.* 1. Paris. *cons.* 33. *num.* 57. *lib.* 1. Simon de Petris, *cons.* 97. *num.* 47. Tiber. Decian. *resp.* 102. *nu.* 9. *&* 17. *lib.* 3. *respons.* 1. *num.* 4. *eod. lib. & cons.* 60. *num.* 44. *lib.* 2. Crot. *cons.* 65. *numero* 12. *cons.* 96. *nu.* 9. Becc. *cons.* 144. *nu.* 12. *lib.* 1. *decis. Perus.* 50. *per totam.* Boec. *in terminis locati & conducti, decisio.* 249. *numer.* 9. Rol. *cons.* 57. *numer.* 17. *vol.* 1. *Grat. cons.* 52. *vol.* 1. Nat. *cons.* 360. *num.* 1. Ioseph. Rot. *Luc.* 2. *numer.* 6. Caballi. *mille.* 33. *in fine, par.* 1. Borgin. *decis.* 26. *num.* 2. *par.* 2.

30 Et in summa hęc est magis communis opin. Natta *cons.* 360. *in prin.* Rol. *cons.* 69. *vol.* 4. Burlat. *cons.* 53. *numer.* 6. *lib.* 1. *decis. Perus.* 50. *nu.* 6. *par.* 1. *Laurent. Chircon.* communi opinione *centur.* 1. *concl.* 9. Ant. Roueical. ad Alex. *cons.* 39. *vol.* 5.

31 Ampliatur primo haec conclusio, vt talis exceptio nullo vnquam tempore sublata censeatur. Burt. *cons.* 101. *nu.* 15. *lib.* 1. & regulariter in exceptionibus non solet praescribi, cum non sit in potestate rei, quando velit excipere, *l. licet C. de except. l. pure, §. fin. ff. de doli except.* Natt. *cons.* 340. *num.* 12. in terminis locati & conducti. Galles. *ad form. Camer. q.* 1. *quarta quaestionis principalis, nu.* 7. Mandos. ad Roman. *cons.* 244. *n.* 4. *Anchar. q.* 68. *nu.* 4. Vrsil. ad Afflic. *decis.* 220. *n.* 3. *& decis.* 24. idem Burlat. *cons.* 191. *n.* 3. *lib.* 2.

32 Ampliatur secundo, vt talis exceptio implementi non secuti possit opponi etiam stante iuramento *Ias. cons.* 216. *col.* 2. *lib.* 1. per cap. quemadmodum. & ibi Abb. *de iureiurandu, & in cap. peruenit, & in c. sicut, eodem titulo.* Roman. *cons.* 53. *nu.* 3. *lib.* 1.

Addo Dec. *cons.* 265. *num* 3. *in fine.* Soci. *cons.* 26. *col.* 3. *vers. ista confirmantur, lib.* 1. Rodoan. *de rebus eccles. in rub. de caducitat. ob inobseruantiam, versic. colonus, numer.* 14. *fol.* 353. Dec. *in l. cum proponas, numero* 5. *C. de transact.* Alex. *cons.* 105. *col.* 5. *volum.* 3. Bero. *cons.* 144. *col.* 4. *vol.* 1.

ADDITIO.

☞ *Menoch. consil.* 55. *num.* 9. *lib.* 1. *Mascard. concl.* 13. 87. *num.* 20.

33 Vltra quos omnes subampliatur siue ambae promissiones sint iuratae, siue ille tantum iurauerit, qui implementi exceptionem opponit Marsil. *singul.* 42.

franganti, & haec est communis opin. Rom. *cons.* 244. Iason. *in l. si duo, §. si quis iur.auerit, de iureiurando.*

34 Ampliatur secundo etiam, si non fuerit impletum in modico Natt. *consil.* 679. *nu.* 19. Cagnol. *ad leg. si quis maior, quaest.* 20. *C. de transact.* dicens hoc esse dictum singulare, & solitum quotidie in palatijs allegari. Bero. *cons.* 15. *nu.* 14. *vol.* 3. ponderando verbum, omnia, appositum in text. *§. inter locatorem,* quod nihil excludit, & sic etiam minimum. Rol. *cons.* 69. *nu.* 41. *libr.* 4.

Ex regula in vniuersum sumpta, quod propositio in vno falsa, in omnibus redditur falsa, *l. si is, qui ducenta, §. vtrum, ff. de rebus dubijs,* in terminis locati, & conducti. Bero. *cons.* 144. *col.* 2. *vol.* 1. Parpal. *in l. si quis maior, q.* 11. *C. de transactio.* Neuiz. *cons.* 50. *num.* 9. Crauet. *cons.* 151. *nu.* 10. *&* 192. *nu.* 15. Bursat. *cons.* 191. *num.* 3. Put. *decis.* 357. *par.* 3.

35 Vnde defectus in vno nummo sufficit, Ias. *in Auth. qui rem, nu.* 6. *C. de sacrosanct. eccles.* Rol. *a. cons.* 53. *num.* 29. *lib.* 1. Moder. *in l. cum proponas, Cod. de transact.* vbi Dec. *n.* 5. Curt. iun. *n.* 10. Seisel. *nu.* 3. Franc. Becc. *cons.* 45. *nu.* 10. *&* 15. *lib.* 1. Rub. *cons.* 30. *numero* 4. Menoch. *consilio* 55. *num.* 6. *libro* 1. allegant antiqui. Paul. Castr. *consiliu* 288. *col. fi. vers. nec obstat, in antiquis.* Dec. *cons.* 45. quem videas.

36 Et sic est casus, vbi minimum consideratur in fide seruanda.

Addo vlterius Alex. *cons.* 119. *in fin. libro* 1. Castren. *cons.* 176. *colum.* 1. *in fin. lib.* 2. Crauet. *consilio* 246. *nu.* 7. Simon de Petris, *cons.* 46. *num.* 3. vbi maxime hoc dicit procedere, quando implementum respicit causam finalem. Mago. *Rot. Luc.* 21. *num.* 17. vbi etiam *numero* 20. dicit, quod specifice apponi debet facit, quod superius diximus in locatione plurium rerum, si sit defectus in vna.

Subampliatur etiam si tale minimum, non respiciat substantiam contractus Bursatt. hoc valde commendans, *consilio* 109. *sub nu.* 8. *vol.* 3.

ADDITIO.

☞ *Menoc. cons.* 1. *n.* 168. *Honded. cons.* 86. *n.* 16. *lib.* 1. *Cephal. cons.* 66. *nu.* 28. *Surd. cons.* 52. *n.* 35. *lib.* 1.

37 Ampliatur quarto loco allegata conclusio etiam quod in contractu locationis apposita sit clausula, quo poena soluta, vel commissa, cōtractus firmus maneat. Bart. *in l. cum pater, §. libertis, de leg* 2. *in l. qui fidē, de transact.* Alex. *cons.* 132. *col.* 1. *vol.* 4. Corn. *cons.* 40. *col.* 2. *vol.* 2. Gozzad. *cons.* 31. *col.* 1. Natt. *consilio* 679. *num.* 16. Menoch. *consiliu* 1. *numero* 364. Felyn. *in c. peruenit col.* 2. *vers. quintus casus de iureiurandu.*

38 Ampliatur quinto etiam si non implens fuerit impeditus necessitate, vel legitimo impedimento. Abb. *in cap. sicut, l'vltimo, col.* 2. *de iureiurando.* Dec. *in l. cum proponas, in* 4. *notab. C. de transact.* Menoch. *cons.* 55. *nu.* 5. *lib.* 1.

39 Dices. *Impedimentum* excusat, fateor hoc esse verum, vt impedimentum excuset a pęna, vel mora, non tamen operatur, vt impedito actio currat, & ita ibi declarat Dec. post alios, & sic impedimentum defendit, sed non offendit, nec est aptum producere actionem.

40 Ampliatur sexto, vt opponi possit exceptio implementi non secuti etiam contra instrumentum guarentigiatum

tigiatum stante statuto, prout Tuderti, quod nulla possit opponi exceptio, quia hoc nascitur ex ventre instrumenti. Bal. *in l. ex prædijs, C. de euict. & in Authe. præsenti, C. de fideiuss.* Bar. *in l. 1. §. & parui, ff. quod vi, aut clam.* Roma. *cons. 244. col. 2. vers. & superest.* Corn. *cons. 245. col. 2. vol. 4.* Dec. *in c. ex parte, il secondo, in decima fallentia, de offic. de leg.* Crau. *cons. 127. num. 14.* Rol. *cons. 53. n. 32. vol. 1.* & in propriis terminis locati & conducti, de quibus agimus, *cons. 69. nu. 14. vol. 4. & cons. 1. num. 366. lib. 1.* Crauet. *cons. 248. col. penul. vers. non obstat.* Menoch. *cons. 55. nu. 3. cons. 1. nu. 366. lib. 1.* Franc. Becc. *cons. 45. num. 13. lib. 1.* Crauet. *cons. 351. n. 10.* Cephal. *cons. 407. n. 19. lib. 3.* Natta. *cons. 305. nu. 1. & 360. nu. 6.* Rolan. *consil. 53. lib. 1.* Ioseph. Ludouic. *Rot. Luce. 2. num. 3.* Mascard. *conclus. 890. num. 5.* Ias. *in l. si duo, §. si quis iurauerit, num. 5. de iur. iurand.*

ADDITIO.

☞ *Magon. Rota Lucan. 11. num. 3. Brunor. à Sole in compendio iuris, in verbo exceptio implementi. Nat. consil. 305. nu. 2. cons. 360. n. 5. Surd. cons. 29. n. 3. vol. 1. Carol. Crass. de exceptio. ad statutum exceptio 13. num. 8.*

41 Vnde cessabunt tot infructuosę preces, quas quotidie Tudertini porrigunt de erogatione guarentigiæ ad effectum opponendi tales exceptiones, quæ sine alio opponi, & discuti possunt.

42 Ampliatur septimo etiam ad obligationem cameralem. Antu. Massar. ad formam Cameralem, *part. 4. q. 1. num. 7.* vbi tenet etiam stante iuramento Cannar. *de execut. instrumenti q. 27.*

Addo bene loquente, Bald. *in Auth. præsente, C. de fideiussor.* Alex. *cons. 19. col. 2. vol. 1. & 195. par. 2.* Ias. *in l. cum qui, §. fin. de iureiurando.*

Ampliatur octauo, vt opponi possit contra executionem sententiæ, Bald. *in l. peremptorias. col. 3. C. sententiam rescindi non posse, in l. si traditio, C de actio. empt.* Imol. & Butr. *in cap. cum Ioannes, de fide instrumen.* Ias. *confuse tamen in §. item si quis, il secondo, nu. 88. & in §. actionum, numer. 133. de action.* qui in hoc reprehendunt a Crauet. *in cons. inferius allegando*, quod sæpe proponit, & non resoluit more solis Martij, prout in prouerbio dici solet idem tenet Corn. *consil. 79. colum. 3. in fine lib. 1.* Gemin. *cons. 149.* Dec. *consil. 119.* Castrens. *consil. 166. visis actis, col. 3. in fine, lib. 2.* ea ratione potissimum, quia hæc exceptio non impugnat directe sententiam, sed modificat. Idem tenet Crauet. *consil. 151. num. 10.* Menoch. *cons. 55. num. 4. & cons. 1. num. 367. lib. 1.*

Licet contrarium tenuerit Specul. *de executio sen ten. §. fin. vers. item quæritur*, quem secutus est Bart. *in l si duo patroni, §. item si quis iurauerit, q fin de iureiurando.* Rom. *cons. 76. ver. tertio principaliter.*

Sed prima opinio verior videtur, prout ex eis clarius apparebit.

Ampliatur nono, quod talis exceptio impediat litis ingressum, & sic litis finitæ. Castr. *in d. §. offerri, per illum tex. vers. nondum exemp.* Crauet. *consil. 127. num. 14.* late cumulans, Rolan. *consil. 14. num. 13. vol. 4.* Menoch. *consil. 55. num. 2. & consil. 1. nu. 366. & 369. lib. 1.* Burlat. *cons. 309. num. 8. vol. 3.*

43 Addo vnum satis vtile in practica vltra Doctores in supra nominatis locis, quod si dicta exceptio implementi non secuti fuerit opposita ad impediendum litis ingressum, & factis probationibus opponēs succubuerit, vel oppositæ non fuerint, quod poterit iterum opponi, & plene probari in vim peremptorij. ita notabiliter Bart. *in extrauagan. ad reprimendum, in verbo summaria, nu. 4. vers. & ex hoc dicto.* commendat admodum in practica, Angel. Are. *in §. actionū, 14.* vbi Ias. *num. 132. de action.*

44 Communis tamen obseruantia est, vt talis exceptio non impediat litis ingressum, & post litis contestationem reseruetur. Alciat. attestans de communi practica, *cons. 394. num. 9.* Asin. *in pract. §. 13. c. 9. num. 21. cum sequen.*

45 Ampliatur decimo, vt si pars omittit opponere, iudex ex se supplere poterit etiam parte non opponente *l. lecta, vers. dicebam,* & ibi Bar. *num. 6. ff. si cert. pet. in l. si vnus, §. pactus ne peteret, ff de pact. in l. cum qui ita, il primo, ff. de verb. oblig. in l. exceptionem, C. de probat.* Bald. *in l. in bonæ fidei, C. de pact. in authent. præsente, C. de fideiussoribus, in l. peremptorias, colum. 6.* sententiam rescindi non posse, *in l. ordinarij, colum. fin. C. de rei vendit.* Butr. *in cap. exceptionem de exceptionibus,* Roman. *consil. 244. num. 5.* Crauet. *consilio 151 sub num. 10.* Cephal. *cons. 407. num. 20. & 148. nu. 144. lib. 1.*

ADDITIO.

☞ *Cornazzi decis. Lucan. 160. nu. 10. Boreat. de interd. vti possidet. cap. 21. num. 28. Turett. cons. 91. nu. 30. lib. 1. Decian. cons. 1. num. 68. lib. 3. Carol. Crass. de except. ad statutum, except. 13. num. 4.*

46 Et si dicatur, nihil petenti nihil impartitur, *l. 4. §. hoc autem iudicium, ff. de dam. infect.*

Respondetur, quod duplex est exceptio. Quædam venit extrinsecus, & illa si a parte nō opponatur nō suppletur per iudicem. Quędam exceptio oritur insimul cum ipsa obligatione, & actione, cui adeo infixa est, vt simul tempore, & natura nascantur, & illa per iudicem suppleri potest, quia eo ipso quod actor proponit actionem, censetur etiam proponere cum tota causa, & sic insimul exceptionem ipsam ita Bar. *in l. lecta, col. 6. ff. si cert. pet.* & ista opinio, quod possit per iudicem suppleri, est verior, & cōmunis. *Ioseph. conclus. 14. illat. 94. ampliat. 2.*

Tremolus ad practicam Bonaccursii *rub. 1. num. 25. in fine.*

Cautius tamen agendo solet fieri interpellatio, & quidem in specie, vt impleatur, Corn. *cons. 108. nu. 7. lib. 1. & cons. 102. lib. 3.* Aret. *cons. 149. col. 3. vers. his tamen non obstantibus,* Menoch. *cons 1. nu. 371. lib. 1.*

Ampliatur vndecimo, quod ex verbis Notarii dicētis, dedit, & tradidit, non importetur vera, & actualis traditio, sed ista verba important simplicem confessionem, q. ę nihil habet commune cum vera traditione, quæ resultat ex mero facto Bal. *in l. ex prædijs, in fine, C. de euictionibus,* Alex. *cons. 119. col. 2. lib. 2.* Nat. *cons. 340. n. 6.* Mago. *Rot. Luc. 11.* vbi limitat. nisi conductor sit eadem persona, quæ vendidit, quia hac exceptionem opponere non poterit ex Plot. *de in litem iurando, §. 4. num. 57.*

47 Vnde condemnatus ad solutionem pretii, vel pē-

sionis

sionis poterit in executione opponere de re non tradita, nec hoc repugnat sententiæ. Burr. in cap. inter dilectos, *colum. 1. versic. quæro, emptor de fide instrumentorum*.

48 Ampliatur duodecimo, vt procedat in omni contractu tam nominato, quam innominato, Corn. *cons. 45. num. 2. lib. 4.* Franc. Becc. *cons. 45. numer. 12. lib. 1.* Tiber. Dec. *resp. 25.*

49 Ampliatur decimotertio, quod contra agentem ex contractu, quem non impleuit, competit exceptio doli, *l. 2. §. circa, de doli exceptio.* Corn. *cons. 291. in fine, lib. 3.* Franc. Becc. *cons. 45. n. 40. lib. 1.*

50 Ampliatur decimoquarto, quod post oppositionē factam in iudicio non licet implere, Castrens. *consil. 90. col. 6. vers. non sufficit, lib. 1.* Alex. *cons. 237. in fine, lib. 6.* Aret. *cons. 123. num. 6.* Crauet. *cons. 199. num. 36. commendat,* Marsil. *singul. 489.* Nicol. Moron. *de treg. & pac. q. 12. num. 17 part. 2.* Magon. *Rot. Luc. 61. num. 10.* Menoch. *cons. 121. num. 100.*

51 Ampliatur decimoquinto, quod dicta exceptio opponi possit tam circa substantia, quam circa accidentalia, Bar. *in hac l. quæro, §. inter locatorem, vers. & generaliter, num. 3.*

Vnde nō auditur dicens volo implere modo, Castrens. *cons. 70. num. 8. lib. 1.* Alex. *cons. 237. nu. 13. lib. 6.* Crauet. *cons. 248. col. pen. vers. non obstat*: ratio prædictorum est, quia qui non implet pro parte sua videtur contractui renunciare. Crauet. *cons. 324. nu. 14.*

52 Ampliatur decimosexto, quod implemento contractus non secuto potest pars ad primæuam actione redire. Neuizz. *cons. 40. in princip.* Burlat. *consil. 101. num. 16. lib. 1.*

53 Ampliatur decimoseptimo, vt si quis medio iuramento promiserit aliquid, & contrauenerit pacto iurato, non poterit agere ad obseruantiam contractus, *l. si quis maior, C. de transactio.* quæ habet locum in omni, & quocunque contractu, vt ibi Bar. & cæteri sentiunt, Corn. *cons. 40. col. pen. vol. 4.* Alex. *cons. 76. col. pen. vol. 5.* & ita alias tenuit Rota, vt per Cassiadorum *decis. 2.* de iureiurando late Ant. Gabr. *de transactionib. concl. 1. ampliat. 4. num. 5.*

Cui plene tractanti addo Brun. *cons. 48. vol. 2. & in tract. exclusiuo fœminarum, art. 9. q. vlt. sub num. 110.* Francisc. Becc. *cons. 45. num. 14. lib. 1.* * Tiber. Decia. *tract. crim. de periur. c. 13. num. 28.*

54 Et sic in contractu locationis, de quo agimus, est locus dispositioni *l. si quis maior, C. de transact.*

55 Ampliatur decimooctauo, quod non implens pro parte sua, videtur renunciare beneficio dicti contractus, Tiber. Dec. *respons. 60. n. 44. lib. 2.*

56 Ampliatur decimonono, quod alis exceptio transit, & opponi potest per singularem successorē. Aret. *cons. 70. col. 1.*

57 Ampliatur vigesimo in materia moræ, quod licet contrauenire, quando ab altera parte non fuerit impletum, quia stante maxime iuramento prima mora nocet, Alex. *cons. 101. sub nu. 7. lib. 2.* Crauet. *consil. 1. n. 10. cons. 202. nu. 15. cons. 248.* vers. onus autem, & iuramentum non ligat iurantem, cum iurans non impleuit pro parte sua, Menoch. *cons. 8. nu. 10. lib. 1.*

58 Vnde in mora constitui non potest ab eo, qui non adimpleuit, cap. non est in mora. *de reg. iur. lib. 6. l. lecta, vers. non in mora, ff. si cert. pet. l. si pactus,* vbi Bart. *ff. de pact. l. nulla, de reg. iur.* Cephal. *consil. 307. nu. 16. lib. 3.* Bursat. *cons. 101. num. 16. lib. 1.* Tiber. Decian. *cons. 102. num. 9. lib. 3.*

58 Addo in terminis locati & conducti, de quibus agimus, a supra nominatis non allegata, Ruin. *cons. 58. vol. 1.* vbi tenet per conductorem, qui contrauenit non posse agi ad pœnam, l. si quis maior contra locatorem secundo loco periurium admonens conductores, ne perseuerent in conductione post contrauentionem per eos prætensam, quia hoc modo remisisse censetur.

59 Et sic habetur limitatio *ad l. si quis maior, Cod. de transactionibus.*

60 Vides igitur quam vtile sit non esse sollicitum in contrauenendo, & expectare contrauentionem aduersarij, quæ sibi in multis prodest.

61 Ex quibus corollarie habetur, prout etiam superius dixi, quod in contractu locationis, & cōductionis est locus dispositioni *l. si quis maior, . de transactionibus*

Addo in terminis locati & conducti, Bero. *q. 100. nu. 1.* Caball. *de emt. §. 3. n. 51.* & hæc communis opinio, Rol. *cons. 69. nu. 35. vol. 4.* Anto. Petruti. *in lib. 1. nu. 231.* de iureiur. Menoc. *cons. 372. nu. 23. lib. 4.*

62 Commendatur tamen prima vice remissio contrauentionis etiam iuratæ, maxime stante legitimo impedimento, prout necessitatis, vel paupertatis, vel similis. Iul. Clar. *in §. emphyteusis, q. 8.*

Addo Io. de Arn. *sing. 62. comment. 64.* & ita vidi pluries succursum.

63 Illud verum est in materia iuramenti, quod iurans non locare, si locat, locatiò tenet, ex no. per Ant. Gab. *de iureiuran. concl. 1. num. 15.*

64 Ampliatur vigesimoprimo, & in terminis locati, & conducti, quod si locator ad pensionem, & offerat implementum pro parte sua, vtique repellitur, si elapso termino offerat, siue promiserit cum iuramento siue non, *l. si in lege, §. colonus, ff. locat.* ita post Ruin. tenet Hier. Gabr. *cons. 75. in fin.*

Cui addo Anch. *q. 51. nu. 27. & 28. part. 3.* additio. ad Matthel. *notab. 50.* Brun. *cons. 48. col. fin.* Rol. *cons. 31. nu. 4. vol. 1.* Felin. *cons. 25. num. 20.* Alex. *consil. 49. nu. 3. & 4. vol. 2.* Crot. *cons. 114. n. 10. vol. 1.* Roderic. Soarez *allegat. 19. num. 22.* Borgni. *de tutor. num. 218.* Purpurat. *cons. 484. nu. 21. & 22. vol. 2.* & in terminis Borgnin. *decis. 43. num. 66.*

Subampliatur dispositio §. colonus, vt procedat tam ante executionem contractus, quam post, Ruin. *cons. 65. vol. 1.*

65 Subampliatur secundo, etiam si conductoris nihil intersit, vt ibi per Paul. Castrens.

66 Declaratur dispositio §. colonus, vt procedat duobus concurrentibus.

Primum, quod res sit integra. Secundum, quod pauci dies transacti sint, vt ibi Fulgos. animaduertit, Io. Andr. in c. propter sterilitatem, *num. 2.* vbi Imol. *num. 31.* licet hæc duo quasi inuicem se confundere videantur, nam non est stricto modo quid integrum termino iam elapso.

67 Et sic in locati & conducti materia, modica mora non attenditur & *I.C.* non declarat paucos dies, Iudex tamen arbitrabitur ex præiudicio conductoris, si quod est, & integritate rei, vt ibi innuitur.

Ampliatur vigesimosecundo, vt talis exceptio nō implementi non sit aliter probanda per excipientē, licet onus probandi susceperit, & non probauerit,

& sufficit

Digitized by Google

& sufficit allegare in allegationibus iuris Mago. *Rot. Luc. 12.nu.* 10. ad Cons. Alex. 127.*lib.2.* vbi aliter senti. re videtur.

ADDITIO.

☞ *Ampliatur 23. vt debitor possit opponere talem exceptionem, etiam si promisisset soluere omni exceptione, & occasione remota. Alex. cons. 95. nu. 2. vol. 2. Castr. cons. 270. nu. 3. vol. 2. Socin. sen. cons. 51. nu. 7. volum. 1. Rolan. cons. 40. nu. 40. vol. 2. Riminal. sen. cons. 300. nu. 55. vol. 2. Pulchre Natt. cons. 25. nu. 2. cons. 123. nu. 6. Canalien. de. cis. 28. nu. 4. par. 2. dixi in tract. expens. bonorum, quaest. 14. num. 10. par. 2.*

Adde Riminal. de donatio. in princ. num. 1459.

Limitatur primo loco haec vtilis conclusio, nisi quis post contrauentionem incursam petierit sibi impleri, quia isto casu sibi praeiudicat, & tacite remittere censetur contrauentionem incursam. Salic. *in l. cum mississoria, C. de pact. inter emptor. & vendit.* Rom. *consil.* 27. *in 4. dub.* Alex. *cons.* 196. *lib.* 7. Corn. *consil.* 110. *in fin. &* 208. *in fine lib.* 1. *consil.* 40. *col.* 1. *lib.* 4. vel recepit multas solutiones, vel eas fecit sine protestatione quia apponendo in vltima nihil releuat, iuxta not. in *l. si certis annis, C. de pact.* Grat. *cons.* 64. *num.* 4. Cephal. *cons.* 665. vidi in facto in vna Amerina.

68 Subampliatur ista limitatio, vt censeatur remisisse isto casu etiam periurium. Socin. *in l.* 1. *col. penul. vers. sed a praemisso fundamento, ff. solut. matr.* Gozad. *consilio* 24. *col.* 4. *vers. imma fortius.*

69 Subdeclaratur, vt censeatur remittere periurium quoad poenam parti debitam, & quatenus concernat eius fauorem, ita declarat Crauet. *cons.* 151. *num.* 8. vbi circa praedicta miratur de Corneo, qui contrarium consuluit circa praesentem limitationem, vt per eum, *con. sil.* 179. *lib.* 2. *& cons.* 40. *col. pen. lib.* 3.

Et sic habetur intellectus *ad l. si quis maior, Cod. de transactionibus* quem casum non vidi expressum apud Ant. Gabr. *de transactiou. concl.* 1. *vt per discursum apparebit.*

70 Limitatur secundo, vt ista exceptio non possit opponi, nisi ab eo, cui implendum est. Alex. *cons.* 127. *nu.* 5. *lib.* 7. Dec. *cons.* 452. *nu.* 10. *versic. solum superest.* Menoch. *cons.* 1. *nu.* 370. *lib.* 1.

71 Vnde per tertium opponi non potest, glos. *in l. 2. ff. si ager vectigalis,* ad quam Bartol. *in l. 2. ff. de excepti.* dum agitur de exceptione de iure tertij. Bald. *ad Spec. in tit. de locato, col.* 3.

72 Limitatur tertio, quando interesse veniat ex conuentione, nam tunc regulae locus est, secus si veniat ab extra. Alex. *in l. filiae licet, num.* 3. *C. de collat.* Paris. *cons.* 33. *nu.* 64. *lib.* 1.

73 Limitatur quarto, quando non stetit per implere debentem, nam excusatur. Sim. de Pret. *cons.* 28. *nu.* 6. *&* 159. *num.* 2. per regulam *l. iure ciuili, ff. de condit. & demonstr. & ff. de reg. iur. & l. quis opera, ff. locat.*

74 Limitatur quinto in bobus datis ad laboritium. Ruin. *cons.* 58. *vol.*...

Limitatur sexto, vt exceptio implementi non secuti respectu vnius obligationis non excludat petere ex alia obligatione parte impleta. Curt. *in l. cum proponas, in verbo separatim.* Cephal. *consilio* 48. *numero* 42. *vol.* 1. Burlat. *consilio* 191. *nu.* 5. *vol.* 2.

Ex quibus corollarie infertur ad multa vtilia.

75 Primo in mutatione, si conduxi Sempronium ad opus faciendum sub certa forma cum pacto poenali, postea facta fuit noua conuentio ad alia forma, et fuit opus perfectum vigore vltimę conuentionis, non poterit agi ad poenam ex prima conuentione poenali, sublata per secundam, per textum, *in l. cum in plures, §. lex, ff. locat.* quem notabilem, & menti tenendum dixit ibi Paul. Castrens. dicens a Bal. saepius fuisse commendatum, quod non censetur fecisse contra formã contractus, si formam non seruauit de partium consensu immutatam.

76 Ampliatur dispositio *d. §. lege* vt non possit agi ad poenam ex prima conuentione promissam etiã si non fuerit seruata secunda conuentio, quia obligatio poenalis praecedens est sublata per secundam. Castren. *in l. insulam, §. 1. ff. de praescr. verb. in l. lecta, ff. si cert. pet. in l. 3. & post operis, ff. de nou. oper. nunciat.*

Secundo a forma, si quis conduxit domum faciendam sub certa forma, puta latitudinis, & longitudinis tot, si forma non seruetur, sed sit constructa pro minori, dominus in hoc casu conductori operario dicere non potest, nolo aliquid tibi dare, quia formam nõ seruasti, sed soluenda erit merces arbitrio boni viri, si aedificium factum in aliquo erat vtile ea ratione, quia bona fides, quae in locatione exuberat, (vt dictum est) non patitur, vt ille perdat labores suos, nec regula de implemento formę procedit in actibus bonae fidei, & equitatis. Brun. in tract. de forma, in tit. quando liceat a forma recedere. Alexand. *in l. placuit, C. de iudicijs,* Stracch. *de mercatur. parte vlt.*

Tertio a tempore, nam locans domum construendam infra annum cum pacto, vt si non construeret, posset alij relocare, si relocet eo pacto, prout in prima locatione, sed ad maiorem mercedem, illud plus petere poterit a primo conductore, *l. item quaeritur, §. si in lege, ff. locat.*

77 Secundus casus est, si relocaui alteri cum grauiori modo, puta primo, vt faceret tres cameras, secundo vt faceret quatuor, & cum maiori mercede, & illud plus petere non potero, *dicto §. si in lege,* quia augetur labor.

Tertius est casus, quando fecit locator met conducendo operarios singulis diebus, & expendit multo plus, tunc repetere poterit ratione morae, vt not. Castrens. *in d. §. in l. si in lege,* vbi subdit relocari posse etiam infra annum, quando certum sit primum infra annum amplius perficere non posse, & pactum de opere construendo habet diem arbitrio boni viri. An. ch. *cap.* 54. *nu.* 14. *par.* 1.

78 Quarto loco ad materiam Authent. cassa. *C. de sacrosanct. eccles.* conducens aliquem ad faciendum in certo loco, si vult mutare propositum, & ducere ad alium locum, erit audiendus, si locus sit expressus ratione frequentioris vsus, vt in Doctore conducto ad legendum Pisis, tenuit Dec. *cons.* 70. *per d. Authent. cassa.* & ibi glos. & alij Doctores notant. lex enim, vel conuentio exprimens certum locum ratione frequentioris vsus, non intelligitur excludere alios parem rationem habentes. Barbat. *cons.* 1. *colu.* 6. *vol.* 1. *cons.* 6. *col.* 8. *cons.* 19. *col.* 4. *eod. vol.* glos. & ibi Bart. *in l. si mater, §. hoc iure, ff. de except. rei iudic.* Felyn. *in capite quo. ad consultationem, col.* 6. *de re iudic.* Butr. *consilio* 10. Bar. *in l. 1. ff. ad Treb.* Alex. *in l. postulante, colu.* 1. *ff. eodem,*

Barbat.

versic. 57. pulchre videndus. Pelin. *cons*. 25. *n*. 10. & per totum discursum, perbelle etiam loquitur in materia, Alex. *cons*. 13. *nu*. 4. *vol*. 4. vbi Rouescala dicit, quod licet locator, vel heres possit propria auctoritate expellere, tamen si viam iusticiariam elegit, & inutiliter repellendus ea, ex Bal. *in l*. 1. *in 2. notab. de except. rei iud*. maxime quando in actu nõ necessario adest fraus, per Grat. *cons*. 12. *nu*. 31. *vol*. 1.] Bursat. *cons*. 23. *nu*. 11. *vol*. 1. Alciat. *in c. perniciosam, in octauo notabili*, *no*. 28 *de officio ordinarij*.

11 Practica igitur est accedare ad iudicem summarie ipsius officium implorando petere ipsum inquilinum expelli, allegando pensionem non solutam in tempore, & conductori incumbat onus probandi, alias expelletur, & est iudicium summariũ ex doctrina Bart. *in l. creditores, in quinta q. C. de pignor. act*. Bursat. *cons*. 3 *in fin. vol*. 1.

12 Practicatur etiam alio modo, vt locator imploret officium iudicis, & petat concedi familiam ad euitãda scãdala, & cũ protestatione citra prçiudiciũ propriæ auctoritatis. Bero. *cons*. 54. *n*. 15. *vol*. 3.

13 Ex hoc parte nulla tenus citata, & non obstante litis pendentia. Craue. *cons*. 751. *nu*. 15. *vol*. 5. Gomez. *de loca. & conduct. nu*. 5. Bal. *in l. æde, nu*. 4. *C. locat*. Afflict. *decis*. 326. *nu*. 10. *in l. 2. nu*. 11. *C. de iur. emph*. Garg. *patrocin*. 110. *nu*. 18. Gomes. *ad form. cam. q. fin. nu*. 41. Achil. Personal. *de adipiscend. poss. nu*. 298. & 325. Menoch. *de recuper. possess. remed*. 8 *nu*. 99. 166. Anto. Anguissol. *cons*. 10. *nu*. 4.

14 Vidi etiam in practica aliud emplastrum, de quo Anguisso. *in citata cons*. petere post illatum vulnus cõfirmationem a iudice, & obtinere inhibitionem contra conductorem, ne molestet, & si quid prætendet, agat iure medio, ex quo habet præsumptionem contra se. Soc. *cons*. 17. *nu*. 12. *vol*. 3.

15 Prout faciunt illi, qui destructa sæpe vel muro nociuo, inhibent ne ingrediatur, & si inspicias hisce tẽporibus rigorem banuimentorum, & aliarum constitutionum, laudabis viam iudiciariam, modo quo supra quia hodie nihil possumus, & ius commune patitur paupero, & opio.

Et eris cautus, quia si via iudiciaria est semel electa non est locus pœnitentiæ. Addit. ad Bartol. in *l. æde*, *C. locat*.

16 Subampliatur quinto, vt procedat, etiam contra scolares in tẽpore debitam pensionem nõ soluentes, cum propria auctoritate expelli poterunt, & sic plus valet in obseruantia id hac locati, & conducti materia quam scolasticum priuilegium. Ang. *in leg. est differentia, ff. in quibus caus. pignus, vel hypotheca*. contra Ias. *in Auth. qui rem, nu*. 15. *C. de sacros. eccl*. Horat. Luc. *de priuileg. scolar. priui. leg*. 40.

17 Cui addo, quod hęc est communis opinio Dec. *in d. Auth. qui rem nu*. 17. Franc. Becc. *cons*. 9. *p*. 1.

18 Limitatur hæc ampliatio de expulsione propria auctoritate, si statim expellat, secus si post ex interuallo, quia videtur defendere suam possessionem. Castrens. *in l. in plures, §. hæredem, in fin ff. loc*.

19 Ampliatur tertio loco principaliter dispositio l. æde, in hac expulsione propter pensionem non solutam, vt vendicet sibi locum etiam si in aliquo defecerit, & soluerit, sed non integraliter pensionem. Bald. *cons*. 200. *vulgare est. lib*. 2. Alex. *cons*. 106. *colu*. 2. *vers. & post prædicta, lib*. 3. Iaso. post Castrens. & alios *in Auth. qui rem, nu*. 16. commendat pro notabili *in l*. 4. *§. Cato, col*. 22. *de verb. obl. in l*. 2. *nu*. 54. *C. de iur. emphyt*. Veron. *in l. si intelligatur, §. sed sciendum, num*. 84. *ff. de ædil. edict*. Marsil. *in l. furem. nu*. 19. *de sicar*. licet Bal. contrarium tenuerit. *in l. æde*.

20 Declaratur hæc ampliatio si scienter omiserit soluere integram pensionem, secus si per errorem, puta calculi, vel similis Tiraq. *de retract. conuen. §. quarto, gl*. 6. *n*. 26.

21 Sæpe enim occurrit in facto, quod fiunt computa, & rationes inter locatorem, & conductorem, & errore conductori aliquid omittit, vnde in quibusdam casibus bonum erit petere calculum fieri.

22 Sed ad prædictorum cognitionem quęro, quæ dicatur integra pensio? Vtique sine aliqua diminutione glo. notabilis, & singularis *in l. decem, in verbo, tota, ff. de fideicommiss. libert*. quam singularem dixit ibi Bologni. in suis interpretationibus. Bal. *in l. precibus numer*. 8. *Cod. de impube. in Authent. sed cum testator, C. ad leg. falcid*. Guglielm. de Benedict. *in capit. Rainu. in princip. numer*. 31. *de testament*. Ang. *in §. si vero expressim. Authent. de hæred. & falc*. Alex. *cons*. 79. *volum*. 4.

Vtilis est indagatio ad multa in hac locati, & conducti materia.

23 Primo, ad materiam huius *l. æde*, vt promissor integræ mercedis expelli possit, si in minimo deficiat, & sic eris semper cautus, vt in instrumento aponatur, quod promisit tali tempore soluere integram pensionem, vel mercedem.

24 Secondo, quia promissori integre mercedis non fit remissio mercedis ex causa pestis, belli vel sterilitatis. Afflic. *decis*. 258. & sic habes cautelam ad tollendam remissionem * facit quod not. Roland. *de lucro. dot. quæst*. 38. Boer. *decisio*. 254. Menoch. *cons*. 374. *vol*. 4. vbi late.)

25 Dura aliquãtulum videtur decisio, cum licet quis promiserit integram pensionem, tamen remissio videtur non excluta in casibus a iure permissis, cum dispositio intelligatur, rebus sic stantibus *l. si. ti. de iureiurando*.

26 Tertio, vt conductor soluere teneatur expensis nõ deductis *c. granis, vbi not. de resti. spol*. Card. *in c. pastoralis, de decim*. Corset. *in verb. integre*, inferens quod si Papa mandat solui integras decimas, non deducuntur expensæ, dicens, ita ferrariæ iudicatum tẽpore Nicolai Quinti. Tiraq. *de retrac. consang. §*. 55. *n*. 9.

Habes igitur cautelam ad tolendam remissionem & deductionem expensarum.

27 Ampliatur quarto loco principaliter hæc conclusio de pensione non soluta, vt nedum conductor expelli possit, sed insimul, & semel cogi possit ad resolutionem pensionis in præteritum decursę *ex l. colonus* vbi Castr. reputat hoc valde singulare, & menti tenendum. *ff. loca*.

28 Dura fortasse videtur decisio illius legis, debebat enim alterutro esse contentus locator, nec grauare grauatum.

29 Bene verum est, quod ex eo contextu consolatur, vt repetat expensas vtiliter factas, meliorando vineã, & eam plantando, licet non esset conuentum. Et mirum quibusdam fuit, ex quo amisit ius conductionis, quod habeat regressum ad melioramenta. dicam *in tract. expensarum*.

Amplia-

30 Ampliatur quinto loco principaliter dispositio, & conclusio de pensione in tempore non soluta, vt procedat, & habeat locum in materia sublocationis, si secundus conductor soluit primo conductori sublocanti, sed primus non soluit principali locatori, vti præiudicari non potest. Bald. *in l. certa, C. vt in possess. lega.*

Licet contrarium tenuerit *in l. æde*, & Bar. *in l. 1. §. necessario, ff. si ventr. nomine.*

31 Et sic secundo conductori nihil proderit eius diligentia, sed agat contra sublocatem pro suo interesse.

32 Ampliatur sexto in locatione vectigalium, tributorum, gabellarum, lacus Perusini, & similium, vt ex responsione in tempore non soluta expelli possint. Bartol. *in l. vectigalia, §. non solutio, ff. de publican. & vectigal. in l. fundum, C. de iur. reipublic. libro vndecimo, in l. quod semel, ff. de decreta. ab ordi. faciend.* Guid. Pap. *quæst. 3.*

33 Caue igitur in tempore soluere, quia agitur cum cammeralibus.

Ampliatur septimo, vt ad conductorem spectet onus probandi soluisse in tempore. Gigas de commu. ni *de pensi. q. 76. in fi.*

34 Vnde locator habet intentionem fundatam in instrumento, nec præsumitur obseruantia in fauorem conductoris, sed eam probare debet, vt dicam *inf. de probat. quæst. 6.*

35 Ampliatur octauo, etiamsi in instrumento posita sit clausula, molestiam non inferre, quia non dicitur molestiam inferre vtendo iure contractus. Natta. *conf. 25. vol. 1.*

36 Vltra quem bene facit *in l. factum, §. non videtur. & l. nullus videtur, ff. de reg. iur.* vbi Albe. satis ad hoc propositum dicit, quod promittens non molestare intelligitur iniuste, sic & in præcepto iudicis de non molestando.

37 Secundo loco addo ad confirmationem, quod promittens in contractu molestiam non inferre, intelligitur de facto, non de iure. gl. *in l. si serum, §. prætor, ff de acqui. hæred.* quem singulariter notandum dixit Bal. *in l. 1. C. debis*, qui pænæ nomi. Felin. *in cap. causam, colu. 3. vers.* habetur autem de rescript. & *in cap. in præsentia, colum. 2. de proba.* Gomes. *in reg. de trienn. quæst. 45.*

Ampliatur nono, etiam si in instrumento locationis essēt apposita verba omnimodo libere, & omni occasione, & molestia remota. ita tex. *in d. l. quæro. §. inter locatorem* declarat Bal. reputans notatu dignū *in l. 1. nu. 13. de vsur.* commendat Rom. *conf. 211. nu. 3.*

38 Limita tamen hanc ampliationem vltra Nattam in laudato superius consilio, nisi in instrumento apposita sit clausula prædicta cum dictione, aliquam, quæ implicat, & importat tam molestiam facti, quam iuris l. vnica, in verbo, molestiam aliquam, quæ sunt in fi. C. de nundin. quam ad hoc dixit singularem Corset. *in singular. suis in verbo, molestia, in fine.* facit Rebuff. *in tracta. nominatio. quæst. final. num. 3.* Afflict. *decisio. 329. nu. 4.* Balb. *de præscri. in quarta parte quartæ partis principal. quæst. 29. num. 4.* Tiraq. *de retract. Lignagier. §. 35. glos. 4. num. 40.* Rol. *conf. 68. numer. 5. volum. 3.*

39 Sed si non potest stante dicta clausula modo, quo supra apposita molestare etiam de iure, poterit ne iura suspectus via iuris tam vrgenti.

40 Ampliatur nono conclusio prædicta etiam in materia renouatę locationis, vt in ea sit locus dispositioni *l. æde*, Aimo. *de antiqu. temp. par. 4. ver.* materia ista singularitatis testium, *sub num. 16. fol. 270.*

41 Ampliatur decimo, vt colonus, vel conductor negans restituere rem locatam dicitur inducere spoliū. Dyn. *in cap. quia ad agendum. num. 7. de reg. iur. lib. 6.* Bald. *conf. 277. lib. 1.* Bar. *in l. si. ff de pror ur.* Cyn. *in l. 2. q. 2. C. si cer. pet.*

42 Subampliatur etiam si talis contradictio facta sit in iudicio. Alexad. *consil. 90. numer. 2. lib 6.* Crauet. *conf. 107. numer. 3.* P. o. *de in lit. iuran. §. 4. numer. 84.* Conrard. *ad leg. vni. ampl. 1. num. 74. C. si de momentanea possess.*

43 Subampliatur secundo ad propositum præsentis conclusionis denegatę pensionis, quod pariter negās soluere fictum, vel pensionem dicitur spoliare. Mari. Anguiss. 141. *numer. 1. seq.* Borgn. *decis. 45. numer. 72.* vbi subdit quod ratione spolij poterit agi coram iudice ecclesiastico etiam si bona clerici essent patrimonialia, vt per eum.

44 Bene verum est, quod iudicium intentatum contra conductorem ad ipsum expellendum est petitoriū non possessorium, ex quo in conductorem regulariter non transfertur dominium, neque possessio *l. non. solet, ff locat.* & superius vidimus in materia locationis ad longum tempus, sed agitur de totali iure ipsius cōductoris, argumento *l. penult. ff. locat. & in Auth. qui rem C. de sacrosanct. eccle.*

45 Declaratur id esse verum, quando locator vult expellere cōductorem ex causis, de quibus in hac *l. æde*, vel simili ante finitum tempus, secus post finitum tēpus, vel ex linea finita, nam tunc est remedium possessorium *ex l. si quis conductionis, C. loca.* de qua suo loco dicam. Et ita in facto decisum refert. Bero. q. famil. 100. *num. 11.*

Vtilitas est etiam non parua ratione cumulationis.

46 Ampliatur vndecimo, vt non excusetur colonus, vel conductor in solutione fictus, vel pensionis, si locator fuisset spoliatus, & conductor coactus a Principe Iudice, vel Communitate spoliante coactus fuisset alibi soluere. Bal. *in l. si de bonis, C. de iu. de lib.* allegat. Speculat. *in tit. de restitutio. spolia. §. nūc videamus, vers. porro &c.* sequitur Abb. *in c. 2. de ordine cognitionum* & hęc est communis opinio Canonistarum. Afflict. *decis. 19. num. 7.*

47 Ampliatur duodecimo, vt conductor conuentus a locatore ad pensionem soluendam ex instrumento in forma Cammerę non mereatur absolutionem a iuramento ad effectum retardandi solutionem pensionis, cum intendat excipere, vel reconuenire locatorem super mercede, vel salario ipsius ex causa procuratoris, vel simili, & ita tenuit Rot. vt per Cassador. decisione prima. de mutuis petitionibus, per quam in terminis locati & conducti, *Ita tennit* pariter Rot. in vna Romana officij coram Paleotto die vigesimooctauo Nouembris, vt per Capataquen. *decision. 5. lib. 1.* Conrad. ad Aegidium. *amplia. 1. numer. 73.*

Cui adde Gallesi. *de for. cam. par. 4. num. 11. Mari. de mutuis peti. art. 9. prin. lim. 10.*

48 Et sic corollarie habetur, quod contra instrumentum in forma cammeræ non datur absolutio a iura-

mento ad effectum excipiendi, vel reconueniendi, et si exceptio, vel reconuentio contineret materiam fauorabilem, & priuilegiatam, vt mercedis, & salarij.

49 Limitatur incidẽter, nisi essemus in materia fauorabili, & necessaria simul, vt alimentorum in homine impotente, vt colligitur ex Cassador. in allegata decisione. Et sic vides vim, & virtutem clausulę formæ Cammeræ.

50 Quid dicemus in instrumento guarentigiato? Nullam video differentiam, iuxta tamen statuta locorũ & verba ipsorum.

Limitatur primo loco principaliter hęc conclusio hoc modo distinguendo: aut locatio est facta ad longum tempus, vel modicum.

Primo casu subdistingue, aut est constituta vnica pensio pro toto tempore, & potest expelli si non soluit in tẽpore conuento, cum ex vnica pensione vnica reputetur locatio. Aut pensio fuit constituta in annos singulos, tunc potest expelli si nõ soluat per biennium, *d. §.* inter locatorem, de quo superius vidimus in ampliationibus. Si vero locatio est ad modicum tempus, non expectatur biennium, sed statim expelli poterit, cum tempus est elapsum. *Ita Abb. in d. c. propter sterilitatem.* Bartol. *in l. vectigalia, §. nondum solutis de vectig. in leg. filiusfamilias, de solutionib.* Bal. *in l. 1. C. si propter publicas pensitationes.* Boer. *decis. 254. numer. 3.*

51 Solet tamen adhiberi discretio in conductore ad modicum tempus, vt detur terminus ad disgombrandum (Tudertini dicunt) & hoc alij dicunt per quatuor menses, argumento *l. fin. C. de vsur. rei iudicatæ*, vel saltem per menses duos argumento capituli finalis de locato, vel per quadraginta dies *quod si nolit. §. fin. ff. de ædil. edit.* Addit. ad Ang. *in verbo, locatio 13. littera E, in medio.*

52 Illud verum est, quod conductor plurium annorum recipiendo pensionem omnium annorum anticipatam sibi præiudicat, nec est locus dispositioni *l. æde, nec capituli, propter sterilitatem, §. fin.* ita limitat Papi. *in forma libelli ad fictis præstationem, in verbo, insistinit, nu. 9.*

53 Quomodo autem consideretur annus, vel bienniũ in prędio rustico, posui superius ad materiam locationis ad longum tempus, ibi videre placeat.

54 Addo vlterius, quod perceptis fructibus tenetur conductor soluere pensionem, & discedere, nec expectare, quod labatur integrum tempus, ita consuluit Bero. *consil. 137. numer. 11. & 24. volu. 1.* sentit Cor. *cons. 347. libro. 1.* Hiero. Gabr. *cons. 68. vol. 1.* Rolan. *consil. 87. volum. 1.*

55 Ampliatur idem esse in bobus datis super laboratio, ne eo finito sint statim restituendi. Borg. attestãs ita in facti contingentia iudicasse. *decis. 43.* num. 60.

56 Limitatur, quod dictum est de laboritio finito, si alios fructus eo anno percipere potuisset. Rimin. *cõs. 165. nu. 57. vol. 2.*

Et hoc sæpius in facto occurrit in prædijs, quæ pro dimidio seminantur in quolibet annos.

57 Limitatur secundo loco principalis conclusio, vt locator, qui intendit pacta non seruare, debeat denũciare conductori. Bar. *in l. 2. C. de agric. & cens. lib. 11.* Rui. *cons. 167. l. 1. vo in terminis* Alex. de Neuo. *cons. 25* Boss. *de remiss. merced. co aduc. n. 50.*

58 Et poterit agere ad interesse, & lucrum cessans. Franc. Bece. *cons. 45. n. 20.* facit Hieron. Gabr. *cons. 76.* idem sentit Mozz. *de locatn. col. fin. nu. 7.*

59 Et si locator promisit tradere conductori prædia seminata, & conductor recipiat frumentum pro semine, sibi præiudicat, vt apponere possit prædia seminata non fuisse Bal. *cons. 131. vol. 1,* sequitur Crauet. *cons. 106. nu. 2. vol. 1.*

60 Vidi in facto casum, quod quis locauit domum cũ pacto ne faciat seruitia tali vicino, an ex hoc, si faciat, expelli poterit.

Extra tamen præallegatos quatuor casus, vt suprã expressos, non est locus dispositioni *l. æde*, nec c. propter sterilitatem. §. fin. vt post gl. sentit ibi Cyn. *col. 1. nu. 2. in fin.* quare non fit extensio.

61 Limitatur tertio loco principalis conclusio ex intentionem Rot. quod si conductor fuit a locatore expulsus, potest pro interesse, quod prætendit ex expulsione, & pro damnis, ad quæ agere intendit, retinere pẽsiones per eum debitas, & hoc mõ euitare caducitatem. Paris. *cons. 100. num. 35. & 36. vol. 2.* vbi etiam hipothecam conductor pro interesse, quod prætendit propter expulsiostem, & ita tenuit Rota in vna Bononiensi locationis coram Antonio Augustino, vt per Caputaqueni. *decis. 180. par. 1.* vbi etiam excusat conductorem, si per errorem non soluit, ex *Ias.* per eũ allegato.

QVÆSTIO XV.

Ad materiam l. 5. ff. locat.

QVæro pro intelligentia præsentis materiæ reculationis, an contractus locationis resolutus pro vna parte censeatur resolutus pro alia parte.

1 Primo videbatur quod nõ, ex *l. si sibi,* quæ est quinta in ordine. ff. *loc.* vbi contrahentes ex post facto cõuenire possunt, vt alter teneatur, alter non.

2 Pro contraria parte facit *l. cum emptor*, de rescinden. vendi.

Secundo facit *l. si. ff. de acceptilation.*

3 Quibus in locis cauetur in contractibus correspectiuis, prout locatio, & conductio, resolutus contractus ex vna parte, tenetur resolutus pro alia parte, & hoc pro regula traditum est, cuius ratio manifesta est, quia contractus claudicare non debet, iuribus prędictis.

4 Limitatur hęc regula, & conclusio ad propositum materiæ locati & conducti, vt non procedat ex post facto, quia conuenire possunt contrahentes, vt alter teneatur, alter non, *d. leg.* si tibi habitationem. *ff. loc.* cuius fortasse ea ratio est, quia ab initio multa fieri prohibentur, quæ post facta tenent. materia *lege* patre furioso. *ff. de his*, qui sunt sui, vel alieni iuris.

Vnde licet ad producendum actionem requiratur ciuilis, & naturalis obligatio, tamen postquam est nata, in vna tantum sustentatur, *vt not. ad l. si vnus. §. pactus. ff. de pac.*

5 Limitatur secundo loco, quia re non integra competit exceptio.

6 Vnde si locator vel venditor iam rem tradidit, & fecit postea pactum de non petendo pretium, vel pensionem, habet nihilominus actionem, quæ postea elicitur per exceptionem pacti subsecuti.

Practi-

7 Praticando igitur cautus erit locator agere, & conductor excipere de pacto postea subsecuto, deducendo rem esse traditam, & consequenter rem non esse integram.

8 Limitatur tertio, satis ad propositum materiae locati, & conducti, & iuxta terminos ipsius, si res non erat integra, & ab vna tantum parte suberat iusta causa resolutionis contractus, pro illa parte censetur resolutus, vt in secunda solutione glo. *d. l. si conuenerit ff. de pact.* Vnde sterilitas est iusta causa in locatore, vnde ei tantum fit remissio.

9 Practicando igitur cautus erit conductor, & dicat, quod resolutio est facta ex parte ipsius, tantum ex iusta causa, quae non militat, nec militare potest ad fauorem locatoris.

Vnde petat ipsum cogi ad implementum contractus, & bonus iudex arbitrabitur causam non esse parem, & vni tantum fauere, nec teneatur implere.

10 Limitatur quarto, vt cessante iusta causa resolutio currat aequaliter pro vtraq. parte re, adhuc integra. Castrens. *ad d. l. si conuenerit, ex not. in l. ab emptione, & l. iuris gentium, §. adeo, ff. de pact.* Vnde conductor a solutione pensionis, locator a traditione rei erit liberatus.

11 Limitatur quinto, vt sublocato contractu censeatur sublata obligatio, vti ab eo, tanquam fundamento dependens, remanente vero contractu, sed tollitur obligatio vel solutione, vel interitu rei, vel pacto, remanet obligatio in altero extremo, in qua non reperitur causa obligationis tollendae, ita Bal. materiam declarat *d. l. si sub n. 4. C. de pericul. & commod. rei vendit* dicens hoc vale notandum ad declarationem praesentis materiae.

12 Limitatur sexto, data paritate hincinde, sed interueniente dolo, vel culpa in vno ex contrahentibus, ille tenetur.

Vnde si dolus dederit causam contractui, tenetur vnus, alter non, & tamen qui non habet alterius obligatum succurritur ope exceptionis, si non possidet, non autem iure actionis, si tradiderit, vt no. *in l. si in emptione §. emptor. ff. de contrahen. emptio. in l. ex causa, §. 1. ff. de minor.* Bar. col. *in leg. bonafides, ff. depos.* ponens exemplum, quod si ex forma statutorum emptor, vel conductor soluit pretiu, vel pensionem, venditor, vel locator non, licet emptor, vel conductor sit liberatus a solutione pretij, vel pensionis, nō tamen est liberatus locator, vel venditor, quia quando est culpa, vel factum locatoris, vel venditoris, quia noluit soluere gabellam, vel accipere pecuniam depositam, vel est emptor tutus praescriptione ex negligentia venditoris, non censetur resolutus cōtractus ab vtraque parte, vt ibi per eum, quem summopere commendat Bal. *ad l. fin. C. de per* [illegible] *rei vend.* de quo etiam, Bart. *in l. vniuersi, C. de precib. Imper. offer. in l. cum mulier.* vbi etiam Bal. *ff. soluto matrimonio*, Bal. *in l. creditoribus, ff. de seru. pignor. dat.* [illegible], *in l. 1. §. si filius, ff. ne quis eum.* Imol. *in* [illegible] *cum contingat, nu. 20. de foro compet.*

13 Limitatur septimo, si bannitus, vel similis ex forma statutorum, bannimentorum, vel alicuius motus proprij, contrahere non poterit, ad eorum tamen vtilitatem, sicut non potest petere pensionē, ita nec tenetur tradere rem, & tradendo potent repetere per condictionem sine causa, cum erit exemplus a banno. Bal. *ad l. fin. C. de pericul. & commod. rei vendita.*

14 Limitatur octauo, vt liberatio intelligatur facta ab obligatione inducta, & contractu ante legē, secus si per legem ipsam inducatur, vel post Bar. *in d. l. bona fides*, quem sequitur Bar. *in d. l. si.* inferens in practica ad quaestionem de facto, quod si in aliqua ciuitate prout Aretij sint factae multae venditiones, post fiat statutum annullatiuum, & liberatorium, nunquid si pretium soluerint repetere possint, vel respectiue teneantur soluere si praetium habuerint, & concludit, quod sic, quia intelligitur facta liberatio ab omni obligatione contracta ante editum statutum, secus si post, vel per statutum ipsum induceretur, prout est condictio sine causa, quae nascitur post legem ipsam, dicens hoc perpetuo notandum in practica ad declarationem praedictorum iurium.

15 Quid si locentur plures res, & contractus veniat resoluendus pro vna, an censeatur resolutus in omnibus, & Imol. *cons. 39.* in terminis locati & conducti, tenuit quod sic. Sequitur Plot. *in l. si quando, num. 500. limit. 3. C. vnde vi.* vbi ampliat etiam si locator vellet liberare bona ab illo, cuius sunt, si verisimiliter vexaret emptorem.

16 Distingue aut vna est constituta pensio, & procedat opinio Innoc. aut cuilibet est assignata sua pensio, & vna alteri non praeiudicat. Lamberten. *de contrac. mulier. §. fin. nu. 248.* Bursat. *cons. 191. nu. 16. vol. 2.* Iacob. Beretta *cons. 112.* Crot. *cons. 107. numer. 19. volum. 1.* Bero. *cons. 12. nu. 5. vol. 3.* late Borgnin. *decis. 8. part. 2.*

17 Ampliat hoc idem considerari circa remissionem mercedis plurius rerum, vt suo loco dicam ex Bosi. *n. 11. per l. si plura. ff. de edil. edict.*

QVAESTIO XVI.

1 SEd numquid dispositio *l. ede*, habebit locum in haerede locatoris, vel conductoris? vtique sic. de primo Angel. *in filio secundo.* de secundo Firmian. *in verb. haeres conductoris.*

QVAESTIO XVII.

TEtigi alias, sed ad aliud propositum, si colonus reducat ad fertilitatem fundum sterilem, poterit ne expelli? vtique non, quia efficitur perpetuus, vt not. *in l. si quis autem, Cod. de omni agro deserto, lib. 11.* Rom. *cons. 373. & singular. eod. n.* Bul. *in verb. colonus nu. 147.* Vincen. Franc. *de feud.* de his qui feudum dare possunt, *nu. 34.* Bursat. *cons. 28. nu. 8. lib. 1.* *c. ad aures* vbi Abb. & alij *de rebus eccles. non alienand.* Rui. *cons. 116. num. 3. vol. 1.* Castrens. *cons. 142. vol. 3.* Redoan. *de rebus eccles. q. 1. vers. non adiebetur.* Ample. Cora. *cons. 181. nu. 56. vol. 2.* Vasqui. *controuer. illustr. c. 62. nu. 19.* Beeci. *consil. 3. nu. 9. & 30.* Ioan. de Amic. *consil. 150. num. 22.*

Ampliatur, vt nec possit augeri pensio, *l. 1. Cod. in quibus caus. colo. lib. 11.*

Ampliatur secundo, vt habeat locum in colonis nostri temporis Io. de Pla. *in d. l.* late Rom. *in l. si vero, §. de viro, fallent. 22. ff. sol. matr.* Marsil. *singul. 550.* Imo. *cons. 68.* Cepoll. *consi. ciuil. 3. nu. 3.* Cur. sen. *consil. 47. col. 2.* Ruin. *cons. 116. volum. 1.* Angel. *cons. 17. num. 39.* Coza. *cons. 86. nu. 22.* Bero. *a cap. in praesentia, num. 378. de probatio.* Menoch. *cons. 36. numer. 22. volum. 1.*

Decis. Perus. 36. num. 11. Et hæc est receptissima opin. Marzar. *cons.* 16. *n.* 11.

Ampliatur tertio, vt tales coloni transmittant ad hæredes extraneos, etiam si habuerint in tertiam generationem, Ang. *d. cons.* 7. *nu.* 41. Guglie. *de Benedict. in c. Rainutius, in verba Ardeasiam, num.* 983. Cassa. in consuetud. Burgund. §. 2. *nu.* 6. Rimin. sen. *cons.* 100. *in princ.* Soc. iun. *cons.* 72. *nu.* 22. *vol.* 4. Burlatt. *de magis communi cons.* 330. *nu.* 6. *vol.* 3.

Declaratur conclusio, vt procedat multis concurrentibus, primo, quod terra sterilis, & inculta locata sit, & propria cõductoris impensa ad culturam redacta sit, *d. c. ad aures.* secundo, quod melior conditio tẽpore locationis reperta nõ fuerit, nec de præsenti reperiatur qui meliorem offerat, *gl. in d. c. ad aures.* Hostiens. *in Summ. nu.* 2. Rui. *cons.* 116. *nu.* 9. *&* 157. *nu.* 16. *vol.* 1. *tertio*, conductor melioramenta facta committat Rui. *cons.* 117. *alias* 157. *nu.* 13. *vol.* quarto, quod meliorario sit facta de licentia domini. Redoan. *de rebus eccle. rub. fin. in casibus, in quibus alienat. rei eccles.* fiat sine solemnitate; *vers. non adhibetur quinto*, vbi non essent renouati termini conductionis, seu refirmata multa tempora, quo casu cessat perpetuitas. Castrens. *cons.* 142. *col.* 2. *vers. nec obstat. vol.* 2. Rui. *d. cons.* 6. *n.* 14. *vol.* 1. *sexto*, nisi esset in parte ad culturam prædium redactum; non autem totum, quia totum auferri põt. Capic. *decis.* 105. *nu.* 3. *in fin.* Vel saltem actio auferendi competat pro parte nõ culta, nec ad culturam redacta, pulchra est decisio Castren. *cons.* 270. *nu.* 1. *vol.* 2. *in nou. & in antiq.* 326. sequitur Negus. *de pignor. in* 4. *memb.* 5. *part. principal. nu.* 39. *n.* 7 conclusio & est communis distinctio Tiraquell. *de retrac. conuent.* §. 7. *vers.* 7. *declara.* Redoa. *de reb. eccl. rub. de melioramentis, vers. xuue in hac materia.* Ioseph. Rota *Luc.* 16. *n.* 1. *part.* 1. *septimo*, vt procedat in primis cultoribus, & eorum hæredibus, non autem in alijs sine solemnitatibus, Redo. & Capic. *in citatis locis, octauo*, vt procedat in colono partiario, cum ab initio nullum dominium transfertur. Rim. *cons.* 100. *nu.* 45. *vol.* 1. *nono, l. cum satis, §. cum autem, C. de agric. et cens.* procedit duobus concurrentibus, quando de Colonia constat per pactum, vel scripturam, alias solus cursus temporis non sufficit. *decis. Perus.* 26. *num.* 21. *10.* non procedit in colono partiario, vel qui nõ respondet in pecunia, & sic in propria locatione; *11.* vbi de certa colonia, & temporali constat, non procedit. Paris. de reintegratio. *feud. rub. de long. feud. emphyt.* conce. ad melio. *n.* 5. Burlat. *cons.* 230. *nu.* 144. *vol.* 3.

Vnde *l. quicumque, C. omnis agr. deser. lib.* 10. de reducente ad culturam fundum sterilem, quod efficiatur perpetuus.

Limitatur primo, vt non procedat in pratis, qui non sunt fundi steriles. Card. *in clem.* 1. *de decim. per l. pratum, de verb. signif.* Corn. *cons.* 185. *nu.* 56. *&* 66. *vol.* 2. Nouell. *reg.* 111. *limit.* 1. nec sine iudicantur incult. Rui. *cons.* 197. *num.* 3. *lib.* 1.

Limitatur secundo, vt procedat in fundis patrimonialibus Principis, secus priuatorũ, in quibus per reductionem ad culturam, non efficitur dominus nisi lapso biennio, vel per sex menses post denunciationẽ.

Limitatur tertio, vt non procedat quando ex conuentione dantur pro certo tempore, vt reducantur ad culturam, tunc prouisio hominis, facit cessare prouisionem legis.

Limitatur quarto, vt non procedat in agris non tributarius, prout in Italia, in qua agri non sunt tributarij, Riminal. *cons.* 100. *nu.* 45. *vol.* 1.

De euictione.

PRoxima præcedentibus est indagatio, an in contractu locationis & conductionis habeat locum euictio.

Et primo videbatur dicendum quod non quia euictio cõpetit vel rõne proprietatis, vel possessionis euictæ vt no. in *rub. ff. de euict.* Caballi. *de euictio.* §. 3. *q.*
1 17. §. 5. *n.* 44. sed per locationem non transfertur dominium neq. possessio. *l. non solet. ff. loc. merito. &c.*

2 Pro cõtraria parte facit, quia locatio est similis emptioni, & ijsdem regulis regulatur *l.* 2. *ff. loc.* & vidimus superius *p.* 2. *merito &c.*

3 Et hæc est verior opinio, *l. si quis domum,* & ibi no. *ff. loc.* Caballi. *de euict.* §. 4. *in fi.*

4 Ampliatur principaliter hæc conclusio *ex l. si quis domum, ff. loc.* vt non excusetur locator si semel rem locatam tradiderit, quia tenetur ad patientiam per factum successiuum, ita vt quandocũque molestetur conductor, teneatur locator, vt no. *in l. corruptionem. C. de vsufruc. in l.* 2. *de verb. oblig.* Cephal. *cons.* 557. *&* 97. *vol.* 4. *&* 718. *num.* 9. *vol.* 5. Marin. Frecci. *de præsent. iust. part.* 7. *q.* 5.

ADDITIO.

☞ *Ita vt non sufficiant verba posita in instrumento, dedit, & tradidit, cum requiratur patientia successiua.* Sard. *decis.* 326. *sub num.* 7.

5 Vnde actus locandi semper habet in se tractũ successiuum. Alcia. *in l.* 2. *§. et harum, n.* 49. *ff. de ver. obl.*

6 Ampliatur secundo, vt cõductor nõ teneatur pensionẽ soluere, si res locata non fuit effectualiter tradita, & consignata, ita vt conductor eam detineat. Castr. *cons.* 105. *in fi. vol.* 2. Purpura. *cons.* 84. *nu.* 10. *vol.* 2. Grauet. *cons.* 767. *num.* 11. *vol.* 5. Nat. *cons.* 360. *nu.* 5. *cum seq. vol.* 2. Pedemont. *decis.* 5. *nu.* 8. Papiens. ad fisci præstationem in *gl. recusauerit, n.* 2. Rui. *cons.* 44. *n.* 4. *vol.* 4. Iul. Clar. *in §. emphy. q.* 8. *vol.* 4. *Rot. Luc. decis.* 2. *part.* 1. *Rot. Perus. decis.* 50. *num.* 6. post Ang. *cons.* 312. Caballi. *consilio. q.* 3. *p.* 1. Rimin. iun. *cons.* 94. *num.* 25. *vol.* 1. *&* *cons.* 966. *nu.* 30. *vol.* 4.

7 Ampliatur tertio, vt nõ sufficiat cõstitutũ in instrumẽto locationis appositũ, solep. *Ro. Luc.* 25. *n.* 54. Ant. Gab. *de locato, concl.* 4. *n.* 12. *lib.* 3. Borgn. *decis.* 43. *n.* 64.

8 Limitatur dispositio d. *l. si quis domum* ex intentione, & euidem *l. in fine principij*, vt tradendo rem æque commodã liberetur; vbi Paul. Cast. reputat hoc valdè notabile, & quotidianum.

9 Ex qua limitatione corollarie colliguntur duo. Primum quod in hoc locatio differt a venditione, quia venditur non liberatur tradendo rem æque idoneam sed cogitur præcise ad rem promissam, vt per gl. ibi *verb. locatorem, in fin.*

10 Et sic limitatur *l.* 2. *ff. loc.* Vnde benignior est lex locatore, quam cum venditore.

Secũdũ est limitatio *ad l.* 2. *§.* 1. *ff. si cer. pet.* vt aliud pro alio inuito creditore solui non possit na hoc non procedit in locatore volẽte tradere rẽ æque comuda.

Et

Digitized by Google

11 Et nota modum loquendi ipsius Iurisconsulti *in d. l. si quis domum*, primo enim locationem tam in prædio vrbano, quam rustico ponit, post in casu euictionis ponitur in fundo tantum, demum in materia rei æque commodæ loquitur in habitatione tantum.

12 Hæc sufficit, vt conductor rem habuerit, sed debet posse alteri locare si vult, & tenetur locator manutenere tectum ostium fenestras totiens opus fuerit. Corn. *cons. 12. col. 3. vol. 4.* Paris. *cons. 40. numer. 1. & 7. volu. 1.* Bello. *cons. 22. nu. 1. & 2.* Bosſ. *de remiſ. merced. conduct. nu. 65.* *Rot. Luc. 2. nu. 6. part. 4.* Rolan. *consil. 69. nu. 22. vol. 4. cons. 83. nu. 4. eod. vol.* Gomes. *de locat. num. 20.* Rimin. *cons. 411. nu. 36. & 97. vol. 4.* Bogn. *decis. 44. nu. 50.*

13 Vnde practicando locator agens exprimat patientiam per tractum successiuum, & quod conductor habuit, & vsus est re locata. Bald. per illum textum *in l. ex conducto, ff. locat.* idem Bald. *in leg. fideiussor. §. mandauisse, vers. 2. quæro ff. de leg. 1.* Calder. *cons. 5. tit. de locat.* Pedemont. *decis. 50. numero. 12.* Ias. *in §. actionum, num. 147. de actio.* Aret. *in §. sequens, col. fin. eo. titul.* pulchre Franc. Becc. *consil. 45. num. 19. lib. 1.* Soc. *consil. 125. col. 1. in fi. par. 1.* vbi quod habuit rem liberam, vacuam, & expeditam. Cal. *in l. diuortio, nu. 11. ff. sol. matr.*

Sustinetur tamen libellus, licet patiētia non sit expressa late Iaso. *in §. actionum, num. 164.* reprehendens Aret. aliter sentientem. Viui. *lib. 1. opin. 35. n. 4. & 5.* Matthesil. notab. 10. n. 2. Et exprimere patientia de tota re, quia si in parte non præstatur, non tenetur ad pensionem. Rimin. *cons. 272. nu. 5.*

14 Limitatur secundo loco principaliter dispositio l. si quis domum, quod si locator nō præstat patientiam successiuam, vel rem æquæ idoneam, si quidem locauerit rem alienam scienter, tenetur de interesse. Si vero ignoranter ad remissionem mercedis tantum, ita gl. quam ibi sequitur Castrens. *in d. l. si quis domum.*

15 Verior tamen opinio videtur, vt indifferenter ad interesse teneatur, siue ignoranter, siue scienter locauerit, sicut ille, qui vendidit rem alienam, licet ignoranter, *ex l. Titius, §. fin. ff. de act. empt. & in leg. & hæc distinctio, in fine,* vbi intelligendum est autem, ff. locat.

16 Nec obstat text. *in d. l. si quis fundum, in fine* allegatus in glossa, quia loquitur in eo, qui locauit fundum suū postea de facto conductor est prohibitus sine culpa locatoris, sed in præsenti casu loquimur de locante rem alienam simpliciter. Vnde videtur esse casus diuersus.

17 Vnde circa materiam petendi interesse in hac locati, & conducti materia dicitur. Aut locator prohibet, & tenetur ad interesse lucri deperditi, *l. si fundus. in pr. ff. locat.* Aret. *cons. 111. col. 2.* Paris. *cons. 38. nu. 27. libr. 2.* Ias. *cons. 109. nu. 1. lib. 1.*

18 Si tertius impedit, locator tenetur ad interesse si potuerit tollere impedimentum. Rom. *consil. 178.* Socin. *cons. 88. n. 3. & cons. 123. num. 7. lib. 1.* Sessel. *ad l. si quis ante, nu. 13. ff. de acquir. possess.*

19 Sed pone hic dubium, quod in facto sæpius occurrit. Dicit locator conductori, nolo restaurare anno sequenti, eritne audiendus? circa operas locatas vidimus superius in materia famulorum, sed in locatione rerum locator non audietur. Florian. *in l. quæsitum ff. de vsufru.* Dyn. *in l. vsumfructum cum moriar, §. 1. ff. de vsufruct. leg.* Bar. *in l. si vno, §. item cum quidam ff. locat.* Bal. *in l. libertis, col. 6. C. de oper. liber.* Roman. *cons. 432.*

20 Vnde in rebus conductis non datur restauratio tēporis. Quis enim scit, quod anno sequenti conductor non egeat, & habitare possit? quis scit, vt non reperiat aliam meliorem, vel minoris pensionis, & æque commodam? competit etiam actio de dolo, si colonus accepit fundum ad seminandum pro fructu inde percipiendo, & dominus fundi non patiatur eum fructus tollere. Bar. & Ias. *in l. permisisti, §. permisisti, ff. de præsc. verb.* vbi dicunt esse casum valde quotidianum.

21 Patientiæ tamen conductori debitæ satisfit præstita ab initio contractus cautione, quod conductori licebit vti, & frui re conducta. Pedemont. *decis. 51. n. 6. per l. datum, §. iter, ff. de actio. empt.* multis comprobat Franc. Becc. *cons. 45. nu. 19. lib. 1.* Ioseph. *conclus. 14. illat. 38. in fin.*

22 Quæ patientia probanda est ex possessione præambula: Alex. *cons. 27. vol. 5.* & debet esse successiua pro toto tempore, nec sufficit pro parte temporis. Hier. Magon. *Rot. Luc. 69. nu. 5.*

23 Præsumitur autem in dubio, nisi contrarium probetur per conductorem. Zabarel. *cons. 140. col. fin. vers. sed hoc nihil.* Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsump. 86.*

ADDITIO.

☞ *Vincent. de Anna singul. 680.*

24 Et licet cessio sufficiat in incorporalibus glos. *in l. fin. C. quando fiscus, vel priuatus.* Bald. *in l. si ex lege, nu. 4. C. de vsur.* tamen in præsenti non sufficit. Pedemon. *decis. 51. num. 21.* & sic limitatur dicta gloss. Puteus *decis. 281. nu. 4. lib. 2.*

25 Et conductori semper est saluum ius probandi patientiam non fuisse præstitam etiam stante statuto, quod conductor debeat præstari, si patientia nō præstetur. Grat. ad statutum Bononiense. *cons. 83. par. 1.*

26 Id autem, quod dictum est excusari locatorem præstando interesse, vel rem aliam æque commodam, procedit re integra ante traditionem, secus post. Bal. *in tera P, n. 11.*

27 Et potest conductor agere in euictione etiam denunciatione non facta Ruin. *cons. 77. vers. non obstat, lib. 3.* & in hoc differt a venditione, in qua requiritur denunciatio, & agitur de euictione ex noua actione, sed in materia locati, & conducti agitur ex veteri actione ex conducto, vt per Ruin. vt supra.

28 Insuper si facta sit locatio ad decem puta, vel vlteriores annos, si cadat euictio in vltimis annis, debetur euictio in totum si ratione defectus iuris euincatur, puta quia res erat aliena.

Si vero oriatur defectus ex iure tantum post euictionem, tunc pro rata tantum. Caball. de eo, quod interest, *sub nu. 130.*

ADDITIO.

☞ *Et ob id instrumentum locationis præsentari non potest, tanquam nō liquidum, cum sit vltro citroq. obligatorium. Frecc. de præsent. instrum. par. 7. q. 15.*

Quod verum est etiam posset renunciatum exceptioni liquidationis. Frecc. in citato loco dicens sic in facti contingentia habuisse. in par. 8. q. 3. licet aliter teneat Ant. de liquid. instrum. in addit. considerat. 2. fol. 363.

29 Recepta igitur est conclusio in hac locati, & conducti materia, de qua agimus, quod non datur actio, nisi prius secuto implemento ex parte agentis, & patentis, in qua materia adsunt duo iura principalia, & ambo in contractibus bonę fidei, & vnum loquitur in contractu emptionis, & venditionis, prout *in l. Iulianus, §. offerri, ff. de act. empt.* alterum in titulo de locato, & conducto, prout *in l. quaero, §. inter locatorem; ff. locat.* quae plenius loquitur, prout ex infra dicendus apparebit. ad idem *l. filia licet, C. de collat.*

Et ex Doctoribus, & iuris interpretibus firmant Corn. *cons. 106. num. 5. lib. 1. cons. 208. n. 33. lib. 2. consil. 12. num. 3. lib. 1.* Bart. *cons. 39. nu. 35. & consilio 47. n. 6, & 7.* Crauet. *cons. 151.* Alex. *cons. 49. colu. 2. libr. 2.* Cephal. *cons. 407. num. 18. lib. 3.* Socin. iun. *consilio 77. nu. 142. lib. 1.* Gozzad. *consil. 9. num. 26.* Aret. *cons. 14. num. 18.* Menoch. *cons. 1. num. 364. & cons. 55. in princ. libr. 1.* Becon. *cons. 15. num. 14. lib. 1.* Franc. Becc. *cons. 45. num. 6. & 38. lib. 1.* quod consilium saepius in proposito allegatur Ceph. *cons. 97. nu. 37. lib. 1.* Paris. *cons. 33. num. 57. lib. 1.* Simon de Petris, *cons. 97. num. 47.* Tiber. Decian. *resp. 102. nu. 9. & 17. lib. 3. respons. 11. num. 4. eod. lib. & cons. 60. num. 44. lib. 2.* Crot. *cons. 65. numero 12. cons. 96. nu. 9.* Becc. *cons. 144. nu. 12. lib. 1. decis. Perus. 50. per totam.* Bocr. *in terminis locati & conducti, decisio. 249. numer. 9.* Rol. *cons. 57. numer. 17. vol. 1.* Grat. *cons. 52. vol. 1.* Nat. *cons. 360. num. 1.* Ioseph. Rot. *Luc. 2. numer. 6.* Caballi *millc. 33. in fine, par. 1.* Borgin. *decis. 26. num. 2. par. 2.*

30 Et in summa hęc est magis communis opin. Natta *cons. 360. in prin.* Rol. *cons. 69. vol. 4.* Burlat. *cons. 53. numer. 6. lib. 1. decis. Perus. 50. nu. 6. par. 1. Laurent. Chircon.* communi opinione *centur. 1. concl. 9.* Anto. Rouescal. ad Alex. *cons. 39. vol. 5.*

31 Ampliatur primo hæc conclusio, vt talis exceptio nullo vnquam tempore sublata censeatur. Burl. *cons. 101. nu. 15. lib. 1.* & regulariter in exceptionibus non solet praescribi, cum non sit in potestate rei, quando velit excipere, *l. licet C. de except. l. pure, §. fin. ff. de doli except.* Natt. *cons. 340. num. 12.* in terminis locati & conducti. Galles. *ad form. Camer. q. 1. quarta quaestionis principalis, nu. 7.* Mandos. ad Roman. *cons. 244. n. 4. Aurbar. q. 68. nu. 4.* Vrsil. ad Affl. *decis. 220. n. 3. & decis. 24.* idem Burlat. *cons. 191. n. 3. lib. 2.*

32 Ampliatur secundo, vt talis exceptio implementi non secuti possit opponi etiam stante iuramento Ias. *cons. 216. col. 2. lib. 1.* per cap. quemadmodum. & ibi Abb. *de iureiurando, & in cap. peruenit, & in c. sicut, eodem titulo.* Roman. *cons. 53. nu. 3. lib. 1.*

Addo Dec. *cons. 265. num 3. in fine.* Soci. *cons. 26. col. 3. vers. ista confirmantur, lib. 1.* Rodoan. *de rebus eccles. in rub. de caducitat. ob inobseruantiam, versic. colonus, numer. 14. fol. 353.* Dec. *in l. cum proponas, numero 5. C. de transact.* Alex. *cons. 105. col. 5. volum. 3.* Bero. *cons. 144. col. 4. vol. 1.*

ADDITIO.

☞ *Menoch. consil. 55. num. 9. lib. 1. Muscard. concl. 13. 87. num. 20.*

33 Vltra quos omnes subampliatur siue ambæ promissiones sint iuratæ, siue ille tantum iurauerit, qui implementi exceptionem opponit Marsil. *singul. 42.* frangenti, & hæc est communis opin. Rom. *cons. 244.* Iason. *in l. si duo, §. si quis iurauerit, de iureiurando.*

34 Ampliatur secundo etiam, si non fuerit impletum in modico Natt. *consil. 679. nu. 9.* Cagnol. *ad leg. si quis maior, quaest. 20. C. de transact.* dicens hoc esse dictum singulare, & solitum quotidie in palatijs allegari. Bero. *cons. 15. nu. 14. vol. 3.* ponderando verbum, omnia, appositum in text. *§. inter locatorem,* quod nihil excludit, & sic etiam minimum. Rol. *cons. 69. nu. 41. libr. 4.*

Et regula in vniuersum sumpta, quod proposito in vno falsa, in omnibus redditur falsa, *l. si is, qui ducenta, §. vtrum, ff. de rebus dubijs,* in terminis locati, & conducti. Bero. *cons. 144. col. 2. vol. 1.* Parpal. *in l. si quis maior, q. 11. C. de transactiu.* Neuiz. *cons. 50. num. 9.* Crauet. *cons. 151. nu. 10. & 192. nu. 15.* Burlat. *cons. 191. num. 3.* Put. *decis. 357. par. 3.*

35 Vnde defectus in vno nummo sufficit, Ias. *in Auth. qui rem, nu. 6. C. de sacrosanct. eccles.* Rold. *cons. 53. num. 29. lib. 1.* Moder. *in l. cum proponas, Cod. de transact.* vbi Dec. n. 5. Curt. iun. n. 10. Seisel. *nu. 3.* Franc. Becc. *cons. 45. nu. 10. & 15. lib. 1.* Rub. *cons. 30. numero 4.* Menoch. *consilio 55. num. 6. libro 1.* allegant antiqui. Paul. Castr. *consilio 288. col. fi. vers. nec obstat, in antiquis.* Dec. *cons. 45.* quem videas.

36 Et sic est casus, vbi minimum consideratur in fide seruanda.

Addo vlterius Alex. *cons. 119. in fin. libro 1.* Castren. *cons. 176. colum. 1. in fin. lib. 2.* Crauet. *consilio 246. nu. 7.* Simon de Pretis, *cons. 46. num. 3.* vbi maxime hoc dicit procedere, quando implementum respicit causam finalem. Mago. *Rot. Luc. 21. num. 17.* vbi etiam *numero 20.* dicit, quod specifice apponi debet facit, quod superius diximus in locatione plurium rerum, si sit defectus in vna.

Subampliatur etiam si tale minimum, non respiciat substantiam contractus Bursatt. hoc valde commendans, *consilio 109. sub nu. 8. vol. 3.*

ADDITIO.

☞ *Menoc. cons. 1. n. 168. Honded. cons. 86. n. 16. lib. 1. Cephal. cons. 66. nu. 28. Surd. cons. 52. n. 35. lib. 1.*

37 Ampliatur quarto loco allegata conclusio etiam quod in contractu locationis apposita sit clausula, quo poena soluta, vel commissa, cōtractus firmus maneat. Bart. *in l. cum pater, §. libertis, de leg. 2. in l. qui fidē, de transact.* Alex. *cons. 132. col. 1. vol. 4.* Corn. *cons. 40. col. 2. vol. 2.* Gozzad. *cons. 31. col. 1.* Natt. *consilio 679. num. 16.* Menoch. *consilio 1. numero 364.* Felyn. *in c. peruenit col. 2. vers. quintus casus de iureiurando.*

38 Ampliatur quinto etiam si non implens fuerit impeditus necessitate, vel legitimo impedimento. Abb. *in cap. sicut, l. vltimo, col. 2. de iureiurando.* Dec. *in l. cum proponas, in 4. notab. C. de transact.* Menoch. *cons. 55. nu. 5. lib. 1.*

39 Dices. Impedimentum excusat, fateor hoc esse verum, vt impedimentum excuset a pęna, vel mora, non tamen operatur, vt impedito actio currat, & ita ibi declarat Dec. post alios, & sic impedimentum defendit, sed non offendit, nec est aptum producere actionem.

40 Ampliatur sexto, vt opponi possit exceptio implementi non secuti etiam contra instrumentum guarentigiatum

tigiatum

tigiatum stante statuto, prout Tuderti, quod nulla possit opponi exceptio, quia hoc nascitur ex ventre instrumenti. Bal. *in l. ex prædijs, C. de euict. & in Authe. præsenti, C. de fideiuss.* Bar. *in l. 1. §. & parui, ff. quod vi, aut clam.* Roma. *cons. 244. col. 2. vers. & superest.* Corn. *cons. 245. col. 2. vol. 4.* Dec. *in c. ex parte, il secondo, in decima fallentia, de offic. de leg.* Crau. *cons. 127. num. 14.* Rol. *cons. 53. n. 32. vol. 1.* & in propriis terminis locati & conducti, de quibus agimus, *cons. 69. nu. 14. vol. 4. & cons. 1. num. 366. lib. 1.* Crauet. *cons. 248. col. penul. vers. non obstat.* Menoch. *cons. 55. nu. 3. cons. 1. nu. 366. lib. 1.* Franc. Bece. *cons. 45. num. 13. lib. 1.* Crauet. *cons. 351. n. 10.* Cephal. *cons. 407. n. 19. lib. 3.* Natta. *cons. 305. nu. 1. & 360. nu. 6.* Rolan. *consil. 53. lib. 1.* Ioseph. Ludouic. *Rot. Luce. 2. num. 3.* Mascard. *conclus. 890. num. 5.* Ias. *in l. si duo, §. si quis iurauerit, num. 5. de iur. iurand.*

ADDITIO.

☞ *Magon. Rota Lucan. 11. num. 3. Brunor. à Sole in compendio iuris, in verbo exceptio implementi. Nat. consil. 305. nu. 2. cons. 360. n. 5. Surd. cons. 29. n. 3. vol. 1. Carol. Crass. de exceptio. ad statutum exceptio 13. num. 8.*

41 Vnde cessabunt tot infructuosę preces, quas quotidie Tudertini porrigunt de erogatione guarentigiæ ad effectum opponendi tales exceptiones, quæ sine alio opponi, & discuti possunt.

42 Ampliatur septimo etiam ad obligationem cameralem. Anto. Massar. ad formam Cameralem, *part. 4. q. 1. num. 7.* vbi tenet etiam stante iuramento Cannat. *de execut. instrumenti q. 27.*

Addo bene loquente, Bald. *in Auth. præsente, C. de fideiussor.* Alex. *cons. 19. col. 2. vol. 1. & 195. par. 2.* Ias. *in l. cum qui, §. fin. de iureiurando.*

Ampliatur octauo, vt opponi possit contra executionem sententiæ, Bald. *in l. peremptorias. col. 3. C. sententiam rescindi non posse, in l. si traditio, C de actio. empt.* Imol. & Butr. *in cap. cum Ioannes, de fide instrumen.* Ias. *confuse tamen in §. item si quis, il secondo, nu. 88. & in §. actionum, numer. 133. de action.* qui in hoc reprehendunt a Crauet. *in cons. inferius allegando*, quod sæpe proponit, & non resoluit more solis Martij, prout in prouerbio dici solet idem tenet Corn. *consil. 79. colum. 3. in fine lib. 1.* Gemin. *cons. 149.* Dec. *consil. 119.* Castrens. *consil. 166. visis actis, col. 3. in fine, lib. 2.* ea ratione potissimum, quia hæc exceptio non impugnat directe sententiam, sed modificat. Idem tenet Crauet. *consil. 151. num. 10.* Menoch. *cons. 55. num. 4. & cons. 1. num. 367. lib. 1.*

Licet contrarium tenuerit Specul. *de executio. senten. §. fin. vers. item quæritur*, quem secutus est Bart. *in l si duo patroni, §. item si quis iurauerit, q. fin. de iureiurando.* Rom. *cons. 76. ver. tertio principaliter.*

Sed prima opinio verior videtur, prout ex eis clarius apparebit.

Ampliatur nono, quod talis exceptio impediat litis ingressum, & sic litis finitæ. Castr. *in d. §. offerri,* per illum tex. *vers. nondum exemp.* Crauet. *consil. 127. num. 14.* late cumulans, Rolan. *consil. 14. num. 13. vol. 4.* Menoch. *consil. 55. num. 2. & consil. 1. nu. 366. & 369. lib. 1.* Bursat. *cons. 309. num. 8. vol. 3.*

43 Addo vnum satis vtile in practica vltra Doctores in supra nominatis locis, quod si dicta exceptio implementi non secuti fuerit opposita ad impediendum litis ingressum, & factis probationibus opponēs succubuerit, vel oppositæ non fuerint, quod poterit iterum opponi, & plene probari in vim peremptorij. ita notabiliter Bart. *in extrauagan. ad reprimendum, in verbo summaria, nu. 4. vers. & ex hoc dicto.* commendat admodum in practica, Angel. Are. *in §. actionū, 14.* vbi Ias. *num. 132. de action.*

44 Communis tamen obseruantia est, vt talis exceptio non impediat litis ingressum, & post litis contestationem reseruetur. Alciat. attestans de communi practica, *cons. 394. num. 9.* Asin. *in pract. §. 13. c. 9. num. 21. cum sequen.*

45 Ampliatur decimo, vt si pars omittit opponere, iudex ex se supplere poterit etiam parte non opponente *l. lecta, vers. dicebam,* & ibi Bar. *num. 6. ff. si cert. pet. in l. si vnus, §. pactus ne peteret, ff de pact. in l. cum qui ita, il primo, ff. de verb. oblig. in l. exceptionem, C. de probat.* Bald. *in l. in bonæ fidei, C. de pact. in authent. præsente, C. de fideiussoribus, in l. peremptorias, colum. 6. sententiam rescindi non posse, in l. ordinarij, colum. fin. C. de rei uendic.* Butr. *in cap. exceptionem de exceptionibus,* Roman. *consil. 244. num. 5.* Crauet. *consilio 151 sub num. 10.* Cephal. *cons. 407. num. 20. & 148. nu. 144. lib. 1.*

ADDITIO.

☞ *Coruazzi. decis. Lucan. 160. nu. 10. Boccat. de interd. vti possidet. cap. 21. num. 28. Tureff. cons. 91. nu. 30. lib. 1. Decian. cons. 1. num. 68. lib. 3. Carol. Crass. de except. ad statutum, except. 13. num. 4.*

46 Et si dicatur, nihil petenti nihil impartitur, *l. 4. §. hoc autem iudicium, ff. de dam. infect.*

Respondetur, quod duplex est exceptio. Quædam venit extrinsecus, & illa si a parte nō opponatur nō suppletur per iudicem. Quędam exceptio oritur insimul cum ipsa obligatione, & actione, cui adeo infixa est, vt simul tempore, & natura nascantur, & illa per iudicem suppleri potest, quia eo ipso quod actor proponit actionem, censetur etiam proponere cum tota causa, & sic insimul exceptionem ipsam ita Bar. *in l. lecta, col. 6. ff. si cert. pet.* & ista opinio, quod possit per iudicem suppleri, est verior, & cōmunis. *Ioseph. conclus. 14. illat. 94. ampliat. 2.*

Tremolus ad practicam Bonaccursii *rub. 1. num. 25. in fine.*

Cautius tamen agendo solet fieri interpellatio, & quidem in specie, vt impleatur, Corn. *cons. 408. nu. 7. lib. 1. & cons. 102. lib. 3.* Aret. *cons. 149. col. 3. vers. his tamen non obstantibus,* Menoch. *cons. 1. nu. 371. lib. 1.*

Ampliatur vndecimo, quod ex verbis Notarii dictis, dedit, & tradidit, nō importetur vera, & actualis traditio, sed ista verba importent simplicem confectionem, quę nihil habet commune cum vera traditione, quæ resultat ex mero facto Bal. *in l. ex prædijs, in fine, C. de euictionibus,* Alex. *cons. 119. col. 2. lib. 2.* Natt. *cons. 340. n. 6.* Mago. *Rot. Luc. 11.* vbi limitat. nisi conductor sit eadem persona, quæ vendidit, quia hac exceptionem opponere non poterit ex Plot. *de in litem iurando, §. 4. num. 57.*

47 Vnde condemnatus ad solutionem pretii, vel pē-

sionis

& sufficit allegare in allegationibus iuris Mago. *Rot. Luc.* 12. *nu.* 10. ad cons. Alex. 127. *lib.* 2. vbi aliter senti- re videtur.

ADDITIO.

☞ *Ampliatur 23. vt debitor possit opponere talem exce- ptionem, etiam si promisisset soluere omni exceptione, & occasione remota. Alex. conf. 95. nu. 2. vol. 2. Castr. conf. 270. nu. 3. vol. 2. Socin. sen. conf. 51. nu. 7. volum. 1. Rolan. conf. 40. nu. 40. vol. 2. Riminal. sen. conf. 300. nu. 55. vol. 2. Pulchre Natt. conf. 25. nu. 2. conf. 123. nu. 6. Canalian. de- cis. 28. nu. 4. par. 2. dixi in tract. expens. bonorum, quaest. 14. num. 10. par. 2.*

Addo Riminal. de donatio. in princ. num. 1459.

Limitatur primo loco hæc vtilis conclusio, nisi quis post contrauentionem incursam petierit sibi im- pleri, quia isto casu sibi præiudicat, & tacite remitte- re censetur contrauentionem incursam. Salic. *in l. com missoriæ, C. de pact. inter emptor. & vendit.* Rom. *consil.* 27. *in 4. dub.* Alex. *conf.* 196. *lib.* 7. Corn. *consil.* 110. *in fin.* & 208. *in fine lib.* 1. *consil.* 40. *col.* 1. *lib.* 4. vel rece- pit multas solutiones, vel eas fecit sine protestatione quia apponendo in vltima nihil releuat, iuxta not. in *l. si certis annis, C. de pact.* Grat. *conf.* 64. *num.* 4. Cephal. *conf.* 665. vidi in facto in vna Amerina.

68 Subampliatur ista limitatio, vt censeatur remisisse isto casu etiam periurium. Socin. *in l.* 1. *col. penul. vers. sed a præmisso fundamento, ff. solut. matr.* Gozad. *consilio* 24. *col.* 4. *vers. immo fortius.*

69 Subdeclaratur, vt censeatur remittere periurium quoad pœnam parti debitam, & quatenus concernat eius fauorem, ita declarat Crauet. *conf.* 151. *num.* 8. vbi circa prædicta miratur de Corneo, qui contrarium con- suluit circa præsentem limitationem, vt per eum, *con- sil.* 179. *lib.* 2. & *conf.* 40. *in l. pen. lib.* 3.

Et sic habetur intellectus *ad l. si quis maior, Cod. de transactionibus* quem casum non vidi expressum apud Ant. Gabr. *de transaction. concl.* 1. *vt per discursum ap- parebit.*

70 Limitatur secundo, vt ista exceptio non possit op- poni, nisi ab eo, cui implendum est. Alex. *conf.* 127. *nu.* 5. *lib.* 7. Dec. *conf.* 452. *nu.* 10. *versic. solum superest.* Me- noch. *conf.* 1. *nu.* 370. *lib.* 1.

71 Vnde per tertium opponi non potest, glos. *in l.* 2. *ff. si ager vectigalis*, ad quam Bartol. *in l.* 2. *ff. de excepti.* dum agitur de exceptione de iure tertij. Bald. *ad Spec. in tit. de locato, col.* 3.

72 Limitatur tertio, quando interesse veniat ex con- uentione, nam tunc regulæ locus est, secus si veniat ab extra. Alex. *in l. filiæ licet, num.* 3. *C. de collat.* Paris. *conf.* 33. *nu.* 64. *lib.* 1.

73 Limitatur quarto, quando non stetit per implere debentem, nam excusatur. Sim. de Pret. *conf.* 28. *nu.* 6. & 159. *num.* 2. per regulam *l. iure ciuili, ff. de condit. & demonstr. & ff. de reg. iur. & l. qui operas, ff. locat.*

74 Limitatur quinto in bobus datis ad laboritium. Ruin. *conf.* 58. *vol.* 1.

Limitatur sexto, vt exceptio implementi non se- cuti respectu vnius obligationis non excludat peterē ex alia obligatione parte impleta. Curt. *in l. cum propo- nas, in verbo, separatim.* Cephal. *consilio* 48. *numero* 42. *vol.* 1. Burlat. *consilio* 191. *nu.* 5. *vol.* 2.

Ex quibus corollarie infertur ad multa vtilia.

75 Primo in mutatione, si conduxi Sempronium ad opus faciendum sub certa forma cum pacto pœnali, postea facta fuit noua conuentio ad alia forma, et fuit opus perfectum vigore vltimę conuentionis, non po- terit agi ad pœnam ex prima conuentione pœnali, sublata per secundam, per textum, *in l. cum in plures, §. lex, ff. locat.* quem notabilem, & menti tenendum di- xit ibi Paul. Castrens. dicens a Bal. sæpius fuisse com- mendatum, quod non censetur fecisse contra formā contractus, si formam non seruauit de partium con- sensu immutatam.

76 Ampliatur dispositio *d. §. lege*, vt non possit agi ad pœnam ex prima conuentione promissam etiā si non fuerit seruata secunda conuentio, quia obligatio pœ- nalis præcedens est sublata per secundam. Castren. in *l. insulam, §.* 1. *ff. de præscr. verb. in l. lecta, ff. si cert. pet. in l.* 3. & *post opus, ff. de non. oper. nunciat.*

Secundo a forma, si quis conduxit domum facien- dam sub certa forma, puta latitudinis, & longitudinis tot, si forma non seruetur, sed sit constructa pro mi- nori, dominus in hoc casu conductori operario dice- re non potest, nolo aliquid tibi dare, quia formam nō seruasti, sed soluenda erit merces arbitrio boni viri, si ædificium factum in aliquo erat vtile ea ratione, quia bona fides, quæ in locatione exuberat, (vt dictum est) non patitur, vt ille perdat labores suos, nec regula de implemento formę procedit in actibus bonæ fidei, & ęquitatis. Brun. in tract. de forma, in tit. quando liceat a forma recedere. Alexand. *in l. placuit, C. de iudicijs.* Stracch. *de mercatur. parte vlt.*

Tertio a tempore, nam locans domum construen- dam infra annum cum pacto, vt si non construeret, posset alij relocare, si relocet eo pacto, prout in pri- ma locatione, sed ad maiorem mercedem, illud plus petere poterit a primo conductore, *l. item quæritur, §. si in lege, ff. locat.*

77 Secundus casus est, si relocaui alteri cum grauiori modo, puta primo, vt faceret tres cameras, secundo vt faceret quatuor, & cum maiori mercede, & illud plus petere non potero, *dicto §. si in lege*, quia augetur labor.

Tertius est casus, quando fecit locator met condu- cendo operarios singulis diebus, & expendit multo plus, tunc repetere poterit ratione moræ, vt not. Ca- stren. in *d. §. in l. si in lege*, vbi subdit relocari posse e- tiam infra annum, quando certum sit primum infra annum amplius perficere non posse, & pactum de o- pere construendo habet diem arbitrio boni viri. An. ch. *cap.* 54. *nu.* 14. *par.* 1.

78 Quarto loco ad materiam Authent. cassa. *C. de sa- crosanct. eccles.* conducens aliquem ad faciendum in certo loco, si vult mutare propositum, & ducere ad alium locum, erit audiendus, si locus sit expressus ra- tione frequentioris vsus, vt in Doctore conducto ad legendum Pisis, tenuit Dec. *conf.* 70. *per d. Authent. cassa.* & ibi glos. & alij Doctores notant. lex enim; vel cōuentio exprimens certum locum ratione frequen- tioris vsus, non intelligitur excludere alios parem ra- tionem habentes. Barbat. *conf.* 1. *colu.* 6. *vol.* 1. *conf.* 6. *col.* 8. *conf.* 19. *col.* 4. *eod. vol.* glos. & ibi Bart. *in l. si ma- ter, §. hoc iure, ff. de except. rei iudic.* Feyn. *in capite quo- ad consultationem, col.* 6. *de re iudic.* Butr. *consilio* 10. Bar. *in l.* 1. *ff. ad Treb.* Alex. *in l. postulante, colu.* 1. *ff. eodem,*

Barbat.

Batbat. in cap. translatos, colum. 7. de constitutio. in cap. ad nostram, colum. 2. de empt. & vendit. pulchre & late Andreas ab Exea, *in cap. 1. num. 148. de constitutio.*

79 Et sic corollarie habetur limitatio *ad l. 3. §. Iulianus scribit, ff. de eo*, quod certo loco, quod debitum in vno loco, alibi pęstari non debet, quia hoc verum nisi ratione frequentioris vsus aliter appareat. Bald. in *l. omnes populi, in fin. ff. de instit. & iure.*

Casus sæpius contingens, quia quis conducitur cũ intentione operandi in vno loco, postea mittitur ad alium locum.

80 Vidi etiam in facto tam in materia deteriorationis, de qua superius, quam etiam inobseruantiæ, de qua agimus, quod si adest instrumentum locationis laboritij iuramentumque appositum, & pęna, nunquid agi possit ad expulsionem stante promissione pęnæ, ex Dec. *cons. 21.*

Vidi etiam in facto, quod colonus per triennium promisit habitare, elapso anno primo locator agebat ad expulsionem, quia in primo anno non fuit habitum, replicabitur adhuc esse locum in annis sequentibus, quia implementum adhuc non est perfectum *ex cons. Becc. 45.* in responsione ad primum argumentum, sed certe pro rata temporis non habitati contrauentum videtur, sed nunquid præiudicabitur in totum in contractu bonæ fidei.

81 Quarto infertur, quod si in diuisione inter fratres veniat prædium conductum, quod alter non tenetur alteri nec de euictione, nec de supplemento aliquo. Gozzad. in terminis locati & conducti, cons. 58. ea ratione, quia fratrum intentio fuit diuidendi bona communia, sed res conducta non est communis ratione diuisionis, quæ includit ius in re, quod non est in re conducta, merito, &c.

82 Ampliatur etiam si apposita sit clausula, pleno iure, quia intelligitur ratione subiectę materiæ plenius vel minus. Alex *cons. 14. col. 2. uol. 7.* Angel. *in leg. Iulianus si hominem §. fi. ff. de rei uendic.* Vnde non operatur in patiente non apto recipere.

Ampliatur secundo si dicatur, diuidunt bona quomodocunque ad eos spectantia, vel pertinentia, quia hoc intelligitur ratione dominij, vel possessionis, vt not. *in l. secunda, C. de pactis inter emptorem, & venditorem.*

83 Et sic in conductore ad longum tempus, vbi est ius in re aliud inferri posset.

84 Et conductori si ex pacto licet post mensem a cõtractu quandocunque recedere, nisi certa seruentur promissa, intelligitur infra mensem. Salicet. *in l. commissoriæ, C. de pact. inter emptorem, & venditorem*, reputauit dictum aureum. Felin. *in c. sedes, col. 2. de rescriptis.* Marsil. *singu. 213. num. 3.*

Et in hac implementi materia, dixit in facti contingentia, Piot. *ad l. si quando. §. 4. nu. 57.* quod licet locator agens ad ficti præstationem, & sola inuestitura non habeat fundatam intentionem contra cõductorem, ex quo excipere de non reali traditione, Papie *f. in form. libell. ad fict. præstation. in verbo recusauit, num. 3. l. ad probationem, C. locati* tamen quando conductor fuit venditor rei conductæ tenetur ad pensionem, nec aliquid excipere potest, dicens esse casum vtilem, & quotidianum, prout vere est.

ADDITIO.

☞ *Et notandum est in practica, quod opponens hanc exceptionem, non tenetur aliquid probare, sed actor ipse tenetur ostendere, quod ex parte sua adimpleuit. Socin. sen. cons. 273. nu. 2. lib. 2. Gozad. cons. 94. nu. 45. Rub. cons. 30. n. 4. Menoch. cons. 1. nu. 369. Garger. Patroc. 36. n. 6. Rolan. cons. 69. n. 9. lib. 4. Rimin. iun. cons. 52. n. 11. lib. 1. Ture. cons. 60. num. 14. cons. 74. nu. 29. lib. 1. Ioan. Botta. cons. 90. nu. 6. Neuiz. cons. 50. num. 6. Paris. cons. 33. nu. 57. lib. 1. Mascard. concl. 1387. nu. 2. Natt. cons. 226. nu. 2. Magon. decis. Lucan. 15. nu. 8. 61. numer. 1. Becc. cons. 45. num. 8. Moron. de tregua, & pace, par. 2. q. 12. nu. 17. Qui omnes supra nominati concludunt esse oppositam ipso iure, nec requiratur partis oppositio.*

Sed an rescindatur contractus ob implementum non secutum? vtique non, si contractus sit nominatus, secus si contractus sit innominatus, sed debet peti implementum, vel interesse, l. sicut, C. de actio. & oblig. l. in commodato, §. sicut, ff. commodat. l. in ciuile C. de rei vendic. l. cum precibus, C. de rer. permut. Mandell. cons. 624. nu. 4. lib. 4. Dec. cons. 45. n. 1. Surd. cons. 52. nu. 36. lib. 1.

Declaratur id verum, agendo, secus excipiendo: quia excipiendo potest a contractu recedi, etiam si in minimo fuerit per actorem defectum, sentit Roland. cons. 53. num. 23. lib. 1.

Declaratur secundo in contractu innominato simpliciter facto, secus si apponatur pactum, quod contineat aliquid maius certe si contentus in pacto non impleatur, datur repetitio ex l. cum te, C. de pact. inter empt. & vendit. Secus si deductum in pactum esset vilius, ex l. ea conditione, C. de rescind. vendit.

Declaratur tertio quando cõtractus nominatus fieret pro vno, & pactum appositum pro alio, tunc quia actio descendens ex contractu, non potest informari ad deductum in pactum, habet locum repetitione, Salic. in l. petens, q. 3. C. de pact. ex l. ea lege, C. de condict. ob caus. l. cum rec, C. de donat.

Declaratur quarto quando contractus resoluitur ex parte vnius, ex dispositione legis, vel statuti: tunc alteri parti competit actio ad repetendum id, quod datum est, l. bona fides, vbi Cost. not. ff. de actio. empt. Bart. in l. ex empto, §. si is qui vinea, ff. eod. tit.

Declaratur quinto data nullitate cõtractus. Bal. in l. 1. C. de rer. permutat.

Declaratur sexto quando obseruatur promissio circa qualitatem, vel bonitatem rei, tunc datur redhibitoria ad id quod datum est, leg. quod si nolit, §. 1. ff. de ædil. edict. Bal. in l. si prædium, col. 3. C. de act. empt.

Declaratur septimo, quia in cõtractibus nominatis habet locum condictio ob turpem causam, l. final. vbi Ias. & alij de condict. ob turpem causam.

De mora.

PRoxima præcedentibus, & cum eis connexa est materia morę, vtilis, frequẽs, & quotidiana, an liceat purgare morã ad effectũ implendi pro parte implere debentis, ad materiã *l. si in lege, §. colonus, in tit. de locato & conducto*, de qua etiam superius vidimus.

Vnde non separãdo materias aliquas de mora ponam ad tractatum locati &. conducti, & hoc circa purgationem tantum.

Quare

Quare pro intellectu prædictorum ponã aliquas conclusiones, & declarationes pertinentes ad moræ materiam, quatenus eius purgationem respiciunt, & pro vtilitate præsentis materiæ locati, & conducti, materia ista satis est per Doctores, & practicando, & legendo, & tractando agitata, vt experientia docet.

1 Regula igitur est a locati, & conducti materia originem habens, quod locator, vel conductor potest moram purgare, *l. si in lege, §. colonus, versic. quod si paucis, ff. locat. l. si insulam*, quæ pariter loquitur in materia locati & conducti, *l. & si post tres, ff. si quis cautio. cap. potuit, in fi. de locato*.

2 Ratio autem regulæ ea esse videtur, quia purgatio moræ fundatur in æquitate, & bona fide *l. si seruus seruum, §. sequitur, ff. de verb. oblig.* quæ in cõtractu locationis, & conductionis admodum exuberat, vt vidimus superius *par. 1. tit. de natura locationis*.

Limitatur primo hæc regula ex intentione *d. l. si in lege, §. colonus, vers. quod si paucis, &c.*

Ad propositum materiæ locati & conducti, de qua agimus, dummodo purgetur infra modicum tempus, & paucos dies, quia mora paucorum dierum nihil ex obligatione minuit, vt ibi *I. C.* dicit.

3 Quod quidem modicum tempus arbitrio iudicis remittitur, glo. in cap. potuit, de locato, vbi Bero. *nu. 142. in fine.* Alex. *cons. 14. col. 1. lib. 2.* Bart. *in d. l. si insulam, nu. 3.* vbi Ang. *in repet. nu. 50.* Rip. *nu. 35.* Iaco. Nig. *num. 100.* Alciat. *num. 15.* Ial. *in §. in bonæ fidei, nu. 92. de action. cons. 9. in 1. additio. ad illud compl. num. 3. cons. 82. col. 1. in fine, lib. 2. idem in l. 2. num. 84. C. de iure emphyt.* Dec. *in auth. qui rem, num. 9. vers.* & quod hinc, *C. de sacros. eccl. cons. 138. num. 7. cons. 146. col. 2.* Paris. *cons. 108. num. 44. lib. 1.* Tiraq. *in l. si vnquam, in verbo omnia, vel partem, num. 31. C. de renoc. donatio.* Marsil. *in l. quæstionis, nu. 59. ff. de quæst.* late Iac. Menoch. *de arbitr. iud. lib. 2. centur. 1. casu 7. num. 13.*

4 Cui addo Paul. Castren. *in l. si debitori, num. 14. ff. de iud.* Cu[illegible] *cons. 90. in fine*, pulchre Rui. *cons. 198. col. 4. vol. 1.* Grammat. *cons. ciuil. 19. num. 2. & 107. num. 9.* nouissime Seraphin. *de priuil. iuramen. priuileg. 38. num. 11.*

5 Cui addo bonum verbum, quod hæc est communis opinio. Vi. *lib. 1. opi. 119* & est verior opinio Eman. Suarez, in suo thesauro littera M. *num. 220.* Ceph. *cons. 25. lib. 1. decis. Perus. 90. num. 2.* Iul. Clar. *in §. emphyteusis, q. 8. prope finem.* Rodoan. *de reb. eccles. q. 24. vers. sed quod emphyteuta, num. 16. fol. 499.* secundum primam impressionem, & magis communem dixit Michael. Grass. *commun. opin. lib. 1. c. 1. q. 4. & 24.* Alphons. Alpharez. *2. art. tit. 3. num. 8.* Bursatt. *consil. 26. nu. 44. lib. 1.* Summa Angelica, *in verbo, mora, nu. 2.* Viu. *opin. 26. p. 2.* Anto. Gabr. *de transactionibus, conclus. 1. num. 17.* & de solutio. *conclus. 9. num. 31.* Corbol. *de iure emphyteut. limitat. 41. num. 25.* Pedem. *71. num. 55.*

Subampliatur hoc arbitrium vltra Menoc. in citato casu, etiam si constitutio, vel conuentio diceret, vt mora quanto citius purgaretur: nam talia verba important pariter arbitrium boni viri. Clemen. causam, vbi glo. & Card. *q. 20. de elect.*

6 Hinc postea si principis constitutio emanaret, vt locator audiatur in purgatione moræ, si eam citius purgauerit, restringitur ad arbitrium boni viri.

7 Declaratur hoc arbitrium, vt debeat esse æquum & rationabile attẽtis circũstantijs, & qualitate operis, vel rei *l. continuus, §. item qui insulam, de verb. obligat.* qui textus loquitur in hac locati & conducti materia, quod conductor operis faciendi non debet esse nimium sollicitus in cõgregando omnes operarios, & fabros murarios in cõficiendo quanto citius opus, nec debet esse contentus vno tantum, sed mediã eligere viam, vt debito tempore opus perficiatur.

8 Vnde considerabit, si conductor, emphyteuta, & similes sunt diuites, vel pauperes: nam diuiti maius, pauperi minus tempus indulgetur. Ial. *in l. 2. num. 84. C. de iure emphyteut.*

Considerabit secundo qualitatem operis, vel rei. Bero. *in c. potuit, num. 142. de locatio.*

9 Considerabit tertio loco tempus; nam infra biduum moræ purgatio admittitur.

10 Pariter si intra octo. Dec. *cons. 138. num. 7.*

11 Considerabit etiam modum, si soluit in iudicio, vel extra, sponte, & sine aliqua interpellatione. Inno. in d. c. potuit. Rodoa. *de reb. eccle. q. 24. vers. sed emphyteuta, num. 16. fol. 499.*

Alias si iudex inique arbitraretur, daretur appellatio, glo. in c. super his, in verb. arbitrio, de accusat. Fel. *in c. exceptionem, col. 2. de appellationib.*

12 Puta si admitteret ad purgandam moram emphyteutam post duos menses, Anchar. *cons. 421.* Ial. *in l. 2. col. 45. C. de iure emphyt.* Dec. *cons. 138. col. fi.* Bald. *cons. 157. col. 2. lib. 2.*

Nam iudex hoc pro regula habere debet in concedendo tempus ad purgandam moram habere respectum ad totum tempus, puta emphyteutæ datur biennium, non est dandum tempus quadrimestre, quod est pars totius ad purgandam moram, Rip. *in l. si insulam, sub num. 36.*

13 Regula vero de moræ purgatione infra modicum tempus, ampliatur primo, vt procedat, & habeat locum tam in actore, quã reo. De actore ad constituendam actionem *in l. si ita quis, §. Seia cauit, de verbor. oblig.* & ibi glo. not. De reo in terminis locati & cõducti est tex. *in d. §. colonus, & in l. & si post tres, ff. si quis cautio.*

14 Ampliatur secundo siue mora sit cõmissa in omittendo, siue in faciendo, prout in emphyteuta alienãte, & post statim recuperante, vt per Crot. *in d. l. si insulam, num. 71.* & tetigi superius *par. 1. tit. de conductore ad longum tempus ad materiam l. 2. C. de iure emphyteut.*

15 Limitatur primo, vt procedat in purgatione moræ per lapsum diei in obligatione expressi iurib. superius allegatis, secus in obligatione moræ per lapsum diei a lege subintellecti, quo casu potest mora purgari vsque ad litis contestationem, *dict. l. si insulam, l. si cum dies, §. fin. ff. de arbitris*, quicquid dixerint glo. & Bar. *in d. §. Seia cauit*, & hæc est communis resolutio. Rip. *in l. si insulam, num. 30.*

16 Ratio diuersitatis esse videtur, quia dies subintellecta non est ita certa sicut expressa, cum veniat certificanda arbitrio iudicis.

Vnde si dies subintellecta sit ita certa, sicut illa ab homine expressa, tunc purgatio moræ fieri debet infra modicum tempus: *ex c. potuit*, in verbo, celeri satisfactione, *de locato*. contra illos volẽtes posse purgari moram vsque ad litis contestationem.

17 Declaratur secũdo in reo, qui potest purgare moram

Digitized by Google

ram commissam per lapsum diei a lege subintellecti, vsque ad litis contestationem, secus in actore, qui sēper debet purgare moram infra modicū tēpus *d. §. Scia canis*, nam litis contestatio non est in consideratione in præiudicium actoris, *l. non solet de reg. iur.*

18 Declaratur tertio in reo volente purgare moram commissam in negligendo, secus in faciendo, quam debet purgare infra modicum tempus, & non expectare litis contestationem *d. §. colonus*. Alex. *in d. l. si insulam, num. 9.* mora enim in faciendo est odiosior, quam in negligendo, vt not. in l. mora, *ff. sol. matrim.* Franc. Marc. *decis. 577. num. 2. par. 1.*

19 Declaratur quarto, vt non procedat in reo contumace in contestando litem, qui non potest purgare moram non minus, quam si lis non fuisset contestata, quia mora litis contestandę operatur eundem effectum, quem operatur litis contestatio *l. si eum, §. qui iniuriarum, ff. si quis cautio*, ne subterfugia, & cauillationes noceant actori, *l. contra maiores*, vbi Bal. *C. de inoffic. testament. cap. venerabilis de exception. & ibi glo. notat.*

20 Limitatur secūdo loco principaliter materia morę ex intentione *d. §. colonus*, vt sit locus pęnitentiæ re integra ibi, omnia colono in integro sunt, vel, vt Doctores loquuntur, cum ius partis in aliquo non est factum deterius.

Quare si res potest in pristinum statum reponi, locus est purgationi moræ, alias purgare non potest. Bart. *in l. & si post tres, in princip. ff. si quis caution. in d. l. si insulam, col. 1.* Innoc. *in cap. dilecti, col. 2. de arbitris.* Ias. *in l. si quis maior, col. penul. C. de transactio. cons. 9. nu. 8. vol. 1.* Curt. *de feud. par. 4. num. 50. versic. confirmatur hæc opinio.* Gozad. *cons. 66. num. 13.* Gosfred. *cons. 41. num. 8.* Ruin. *cons. 133. nu. 9. & 10. vol. 1.* & ita tenuit Rot. in vna Romana officii coram Domino Chisianensi die 30. Maii 1552. vt per Caputaquens. *decis. 230. par. 2.*

21 Exornatur autem hæc Rotæ decisio, quia illud idem tenet & approbat Anto. Alexandrin. *cons. 113.* Paris. *cons. 19. nu. 240. vol. 2.* Roman. *cons. 352. in 2. dubio* Corn. *cons. 149. col. fin. vol. 4.* Dec. *cons. 138. col. 3.* Gozad. *cons. 52. nu. 18.* Grat. *lib. 1. respons. 93. num. 55. respons. 1. nu. 49.* Corn. *cons. 40. col. 1. vol. 1.* Grammat. *cons. 19. col. 2. vol. 2.* Abb. *cons. 330. col. 2. vol. 2.* Crauet. *cons. 246. col. 2.* Anton. Gabr. *de transactio. conclus. 1. post num. 12.* Benincas. *de paupertat. special. 10. de indic. num. 3.*

22 Declaratur hęc limitatio etiam re non integra quis vellet moram purgare offerendo interesse, auditur. Doctoc. *in d. l. & post tres, & in l. si tu quis, §. Scia canis, de verb. oblig.* Corn. *cons. 37. in fine, vol. 1.*

23 Vnde applicando ad materiā locati & conducti, de qua agimus, si conductor domus videns ea frui in tēpore non posse, conductor aliā, nō est res integra.

Propterea locator nō admittitur ad purgandam moram, considerabile tamen esset quod si paucis tātum elapsis diebus conductor impatiens conduceret aliam, fortasse locator audiretur. Quid enim si post duos, vel tres dies tantum conducat? audiretur etiam locator offerendo interesse, puta pensionem alterius domus conductæ, mercedes operarum in sportando suppellectilia, & alia similia.

Limitatur tertio loco principaliter, quādo sit appositum iuramentum, quod impedit purgationem morę. Doct. *in d. l. si quis maior*, vbi Bar. *colum. 1.* Alex. *col. 2.* Ias. *col pen.* Bald. *in l. si pacto, in fin. Cod. de pact. in d. l. & si post tres.* Salic. *in l. magnam, colum. 3. C. de committen. stipulat. in l. semel mora, ff. solut. matr.* Roman. *singul. 557.* Alex. *cons. 76. col. pen. vol. 5.* Ant. Alexandrin. *cons. 30. volu. 1. cons. 40. colum. pen. vol. 4.* Ias. *in l. si insulam, nu. 35.* & ibi Ripa *nu. 90.* Alex. *cons. 158. colum. pen. vol. 2. cons. 105. col. 3. in fin. vol. 3.* Dec. *cons. 452. col. 2.* Ias. *cons. 82. vol. 1.* Guido Papæ, *consil. 31.* Rip. *in l. fin. col. 32. C. de reuocan. donat.* Iason. *in §. item si quis, col. 6. de actio.* Gomes. *in §. si quis postulauit, eodem tit.* Grat. *cons. 66. col. 6. vol. 1.* Bauer. *de vi iuramenti, colum. 4.* cum late adductis per Anto. Gabr. *de transact. concl. numer. 11.*

Addo vltra allegatos per eum bene in materia loquentes Mathesila. *notab. 50.* vbi hoc dictum valde commendat Corset. *in rubr. de iureiur. priuileg. 3.* Cardin. *in c. potest, dist. 17.* commendat pro valde quotidiano Euerard. de vi iuramenti, *numer. 42.* Guido Papæ, *decis. 123. in fine.* Franc. Marc. *decis. 577. nu. 3. part. 1.* Plot. *de in litem iuran. §. 17. num. 2.* & hæc est communis opinio Alex. *in d. l. si insulam, col. 2.* vbi Ias. *num. 35.* Rip. *num. 90.* idem attestatur Viui. *lib. 1. opin. 219.* Lauren. Chircou. *commun. opin. cent. 3. concl. 49.* Michael. Grass. *commun. opin. libr. 2. c. 1. q. 17.* Bursat. *cons. 84. sub num. 6. volum. 1.* Doctores *in d. l. si quis maior.* vbi Parpal. *num. 80.* Alciat. *num. 6.* Rimin. *num. 7.* Cagnol. *num. 152.*

24 Declaratur notabiliter hæc limitatio, vt non procedat de æquitate canonica, secundum quam iuramēto non obstante admittitur purgatio moræ. Bal. *in l. qui crimen, q. 11. Codic. qui accusare non possunt.* Ruin. *cons. 133. col. fin. volum. 1.* Ias. *in § item si quis, num. 16. de action.* Marsil. *sing. 463.* Dec. *cons. 138. col. 3.* Grammat. *decis. 95. in fin.* Gozad. *cons. 66. nu. 13.* late Gabr. *de transac. concl. 1. nu. 2.* Seraphyn *de iuramen. priuil. 48. nu. 8.* licet in se contrarium teneat.

Addo pulchre, & bene loquentes Cott. in verbo mora non obstante. Fus. in verbo, iuramento, *nu. 74. decisio Genuens. 204. nu. 4.* & hæc est communis opinio. Viui. *opin. 219. par. 1.* Loff. ed. *cons. 41. nu. 8. decis. Perus. 90. nu. 3.* Rodoan. *de reb. eccl. fol. 499. nu. 15. &* magis communem dicit Ant. Gabr. *de transact. concl. 13.* Zanetti. de differentia iuris canonici *differeut. 55. nu. 91.* Chircou. opin. commun. *cent. 8. concl. 49.* Cephal. *cons 25.* Eman. Soarez, *in suo thes. litt. M. num. 220.* Bonacoss. *de æquitate canonica, concl. 9.* Cot. in verbo, emphyteuta non soluendo, circa medium, Caputaq. *decis. 230. & 232. par. 2.* Villalob. *in verbo, purgatio, n. 1. & 2.* & est æquior opinio, & amplectēda, Grat. *cons. 121. n. 21. & 24. vol. 2.* Bursat. *cons. 253. nu. 51. vol. 3. & cons. 26. nu. 36. vol. 2.* & benigna opinio. Guido Papæ, *q. 123. decis. Perus. 90. num. 7.*

Ampliatur hæc communis resolutio etiam stante instrumento secundum ritum magnæ Curiæ. Vincent. de Anna, *sing. 349.*

52 Declaratur primo hęc limitatio, vt procedat in foro poli, & pęnitentiali, secus in foro contentioso. Alex. *in d. l. si insulam, nu. 30. ex cano. Beatus, 22. qu. 2.* Lanecliot. Dec. *in d. l. si quis maior*, vbi Parpal. *num. 23.* Firmia. *in verbo, mora purgatur, versic. 40.* Dec. *cons. 452. col. 3.* Roman. *cons. 427.* Rip. *in l. fin. col. 33. C. de reuoc. donatio.* Paris. *cons. 19. volum. 29. volum. 2.* Ruin. *cons. 20. col. 2. vol. 4.* Gozad. *cons. 57. col. penult.*

Anton.

Anton. Gabr. vt supra *n. 13.* Seraphin. *de iurament. priuileg. 48. nu. 7.*

26 Addo, quod est gl. notabilis, & singularis ab omnibus commendata, quæ dedit causam huic limitationi in cano. apud misericordem, 32, *quæst.* 1. quam ad hoc propositum dixit singularem Rom. *singul.* 449. Cagnol. *ad l. si quis, maior, num.* 152. Alciat. *ad l. 4. §. Cato, num.* 216. de verborum obligationibus, Lanfran. in praxi *in verbo testium productio, nu.* 116. vbi Cels. Vgo inuehitur contra quendam Aduocatum contrarium tenentem. Corn. *consil.* 101. *col.* 1. *&* 121. *col.* 1. *volum.* 1. Commendat Cott. in memorabil. in verbo, mora purgatur, in fine, ecclesia enim nunquam claudit gremium redeuntibus, vt in epistola, inter claras. Fus. *in verb. mora,* 39.

27 Magna sanè declaratio, & restrictio, si recte consideretur.

Declaratur secundo id, quod dictum est de æquitate canonica, vt procedat re integra, & infra modicum tempus, prout late superius dixi, & hæc fuit prius cõsideratio iuris ciuilis, vt patet *ex §. colonus*, superius allegato.

28 Limitatur quarto loco principaliter non procedere facta litis contestatione, quia tunc etiam de æquitate canonica mora purgari non potest. *Ias. cons. 9. col. 4. vol.* 1. Grammaticus, *cons. ciuil.* 19. *col. 2. n. 9.*

29 Aliqui tamen sunt casus, quibus ante litis contestationem impeditur purgatio moræ.

30 Primus infra modicum tempus, de quo superius vidimus.

Secundus re integra, & ius non sit effectum deterius, vt superius vidimus. Tertius quando est adiecta dies, & pœna, tunc non admittitur purgatio moræ, vt suo loco dicam. Quartus, & hic notabilis vbicunque a iure tollitur potestas appellandi, ibi tollitur purgatio moræ. gl. *in c. cupientes, § quod si per viginti, in verbo expectanti. de electione,* quam ibi Gemin. Francis. & alij reputant notabilem, & singularem, & sic habes regulam, & normam inspiciendo, an sit locus appellationi, vel non. Quintus, & hic pariter valde notabilis, vbi ex tempore surgit præscriptio iuris, & de iure, tunc non admittitur purgatio moræ, sed tantum exculpatio moræ prætensæ. Bal. *in c. quoniam frequenter col. 5. nu.* 14. vt lite non contestata, dicens alibi non reperiri, & sic dantur duo purgatio moræ, & exculpatio moræ. Nonnulli etiam sunt casus post litis contestationem, in quibus admittitur purgatio moræ.

Primus, quando actor petit interesse, vel pęnam, & reus offert factum, & ipsius implementum, tuc moræ purgatio non admittitur in diuersis, secus quando idem correspectiue offeratur Bart. *in l. interdum, §. fin. de verb. oblig. in l. 1. in princip. de penult. legat.* Angelic. *in d. l. & si post tres.* Salic. *in l. si pacto. quo pœnam, C. de pact.*

Secundus casus in stipulatione de iudicatum soluendo, quę includit clausulam de defendendo, quo casu admittitur purgatio morę vsque ad sententiam, *l. 3. §. fin. cum l. sequent. ff. iudicatum solui,* & hęc est communis opinio. *Iat. in d. l. si insulam, nu.* 25.

Tertius casus in fideiussore euictionis, cui tanquã laboranti morbo alieno latius subuenitur, ut purget moram etiam post sententiam, *l. fideiussor euictionis,* & ibi Bar. ff. *de doli exceptio.*

Quartus *in leg. item veniunt, §. item cum prædiximus vers. idem recte, ff. de petit. hæred.*

Quintus quando mora est contracta post litis cõtestationem; nam tunc licet purgare moram vsque ad sententiam. Castrens. *in l. 1. nu. 5. C. de iuris, & facti ignoran.* quod verum, si iuste ad iudicatum prouocauit *l. si quis solutioni,* vbi gl. *de vsuris.*

31 Limitatur quinto loco principaliter in emphyteuta ecclesiæ, secus in priuato, & ita restringitur dispositio, *cap. potuit. Ias. in l. 2. q. 29. C. de iure emphyteutic.* Dec. *cons.* 238. Gozadin. *cons. 57. col. pen.* Ant. Gabr. *de transact. conclus. 1. declar. 5. nu.* 18.

* Addo vltra eum, quod hæc est communis opinio. Ripa, *in d. l. si insulam, nu. 37. in fin.* Iul. Clar. *de iure emphyteut. quæstion. 8. in fin.* Bald. *in l. magnam, colum. 4. & 7. C. de committenda stipulatione.* Alex. *cons. 106. column. 5. lib. 3.* Cæpol. *consil. ciuil. 25. numer.* 17. Summa Angelica *in verb. emphyteusis, §.* 19. Afflict. *decis.* 174. Cabal. *milleloq.* 221. & in addit. ad Butr. *cons. 21. litera G.*

32 Datur autem emphyteutæ priuato, vt curet committi causam ex æquitate, & sola facti veritate inspecta, quo casu stante æquitate, vbi fundata est purgatio, admittitur purgatio moræ.

33 Subdeclaratur principalis limitatio post declarationem domini, quia purgatio non admittitur, & res non est amplius integra. Cæpol. *caut.* 183. Roman. *consil.* 103. Grat. *cons. 40. col. fin. vol.* 1. & posui superius de emphyteuta, & conductore ad longum tempus. Francis. Marc. *decis. 576. par.* 1.

34 Et applicando ad materiam locati & conducti de qua agimus, idem, quod de emphyteuta dici Potest de conductore ad longum tempus data paritate ipsorũ, prout suo loco diximus.

35 Limitatur sexto loco principaliter non posse purgari moram, quando tractatur de lucro, seu beneficio amittendo. Paris. *cons. 29. nu. 242. vol.* 2. Grat. *respons. 93. nu. 24. lib.* 1.

36 Limitatur septimo loco principaliter purgari non posse moram etiam de ęquitate canonica, quãdo mora est commissa in faciendo, & hæc est communis opinio. Grat. *dicto responso, n. 63. &* 78.

37 Limitatur octauo principaliter quod mora purgari non potest etiam de æquitate canonica, si adest pactum resolatiuum contractus. Alex. *in d. l. si insulam, nu.* 24. Grat. *respons. 49. n. 23. et respons. 93. n. 71. & 77. lib.* 1. Ant. Gabr. *de transact. concl. 1. nu.* 24. Seraphin. *de iurament. priuileg. 38. limit. 9. nu.* 29.

Addo, & ita tenuit Rot. in vna Viterbiẽsi pecuniaria, vt per Pute. *decis.* 63. ratio est vnica, quia ex quo post illud tempus abest consensus partium, non est in potestate nostra facere, vt contractus sine cõsensu maneat. Caputaq. *decis. 230. 231. 232. par.* 2.

38 Limitatur nono, ꝙ mora purgari non potest, quãdo facta est executio a lege; nam propter decretum legis impeditur purgatio moræ. Bart. *in d. l. si insulam, q. 3. & 4.* vbi Alex. *nu.* 33. *Ias. nu.* 31. Rip. *nu.* 82. Bar. *in l. si is cui, de leg.* 2. Corn. *cons. 16. col. 3. cons. 25. col. fin. vol. 2. cons. 40. col. fin. in princ. vol.* 4. Seraphin. *de iurament. priuil. 38. lim. 18. n.* 30.

Addo bene in materia loquentes Aret. *consilio 95. num.* 6. Alex. *cons. 133. nu.* 6. Calcan. *consil.* 16. Crauet. *cons. 146. num.* 16. Gozad. *cons. 34. &* 69. Bar. Castrens. & alij *in l. qui ob rem non defensam, ff. de condition. & demonstration.* glos. *in capit. final. de election.* vbi Bald.

colum. 2. latissime Tiraquel. *ad l. si quam, in verb. reuertatur, num.* 255. *Cod. de reuocan. donation.* Felin. *in cap. penult. num.* 8. *de iudic. in cap. gratum, num.* 3. *de offic. de legat.* & hæc est magis communis opinio, Alexand. *in citato loco.* Concord. *ad l. vnica, q.* 9. *in fine, Cod. de ingen.*

39 Ampliatur idem esse, si fiat executio ab homine, Roman. *cons.* 103. & 151. in secundo dubio, & 427. & per Dec. *in l. qui sine dolo, in fine, de regulis iuris.* Grat. *respons.* 93. *nu.* 62. & hæc est communis opinio, Alex. in citato iam loco. Caputaq. *decis.* 234. *p.* 2.

40 Executio autem tunc fieri dicitur eo ipso, quod a lege priuatur. Anchar. *in c. quam sit, de elect. lib.* 6.

Ex quibus infertur vtiliter ad multa. Primo hæres monitus a iudice, vt impleat voluntatem defuncti, nõ potest moram purgare, ad intellectum auth. hoc amplius, *C. de fideicom.*

41 Quæ vltra scribentes in citato loco ampliatur, vt hæres moram purgare non possit, & ibi pariter habetur vnum exemplum de priuatione ipso iure, si lex vtatur verbo præsentis temporis, puta excluditur.

Et applicando ad materiam locati & conducti, de qua agimus, si extet statutum in loco, vt si conductor non soluerit pensionem, intelligitur a conductione exclusus, secus si vteretur verbo futuri temporis, intelligatur. Secundo infertur intellectus *ad l. primam, ff. de penu. legat.* vt procedat quando quantitas in genere fuit relicta in legato penus, quo casu dominium quãtitatis legatæ in genere non transit ipso iure in legatarium, vt per glos. *in l.* 1. *in verb. actiones commun. de legat.* Bart. *in l.* 1. *col. fin. ff. de legat.* 2. Ideo fit purgatio moræ, quia non fit executio ipso iure a lege, secus si fuisset relicta species, ita Bart. *in d. l. & si post tres.* Sal. *in l. si pacto, quo, pœnam, C. de pact.*

42 Tertius infertur, quod hæres non conficiens inuẽtarium, *iuxta l. fin. C. de iure deliberan.* non potest moram purgare, quia fit ipso iure priuatio a lege ita Iason *in d. l. si insulam, n.* 31. post Alex. *n.* 33.

Quem casum non reperi appositum ab eruditis Monticulo, & Roland. de inuentario hæredis.

43 Pariter mater non petens tutorem filio *iuxta l.* 2. *§. confectium, ff. ad Tertul.* moram purgare non potest, quia priuatur ipso iure a lege, vt in dicto loco tangit Salic. *ad l. sciant, C. ad Tertul.* Silu. *nupt. libro* 2. *sub num.* 53. *ampliat.* 7. tangit materiam istam late Anto. Gab. *de secund. nupt. conclusion.* 9. *per totam.* qui hanc ampliationem non apposuit. Pariter Rayne. *de tutor. & cur.* nec apud eum videre potui, apposui tamen ad vtilitatem, & vt excusentur laboriosi scribentes si non omnia apponunt, quia omnium habere memoriam Angelicum est.

44 Quinto loco infertur ad vnum, quod sæpissime in facto occurrit de sindico, qui non denunciauit maleficium, nam moram purgare non poterit, si imponatur pœna, quæ trahat secum executionem ipso iure, puta quod reddatur inhabilis ad officiũ, vel quid simile, secus si alia pœna imponatur, quia tunc morã purgare poterit *Angel. in dicta l.* & si post tres, commendat Salic. *in l. si pacto* quo pœnam, *C. de pacto* Alex. post Roman. & Imol. *in dicta l. si insulam, nu.* 35. Et est casus frequens, & quotidianus tam ex forma statutorum: quam bannimentorum, & vt plurimum bannimenta in similibus imponunt graues pænas ad detegenda delicta, sed non infliguntur ipso iure.

45 Declaratur hæc limitatio vt procedat, quando lex facit executionem transferrẽdo ipso iure dominium secus, quando solum transfertur actio personalis ad petendum, tunc non impeditur purgatio moræ, *l. cum quidam, in vers. vtique,* & ibi Bar. not. *ff. de leg* 2.

46 Declaratur secundo, quando executio legis est medicinalis, vt sententia excommunicationis, quæ trahit secum executionem. c. pastoralis de appellatio. & tamen excommunicatus quandocũque audiri debet in purgatione moræ, *c.* 1. *de sentent. excom. lib.* 6.

47 Declaratur tertio vltra scribentes *ad l. si insulam,* nisi quis velit incontinenti moram purgare, quia in hoc semper auditur, nec vnquam censetur exclusa momentanea, & solita purgatio moræ. ita Bal. in rub. de his, qui pœnæ nomine, quem merito in hoc reprobat. Tiraq. *ad l. si vnquam, in verb. reuertatur, num.* 156. *C. de rescind. donat.* quia in hoc nulla erat differentia, si fiat executio a lege, siue nõ, si semper incontinenti liceret moram purgare.

48 Declaratur quarto loco pariter vltra scribentes ad l. si insulam, nisi forte solutio esset destinata in certo loco, certa die, quia tunc propter tempus modificatũ in loco datur purgatio moræ. Alex. *consil.* 41. *volum.* 4. Gozad. *cons.* 31. *num.* 24. Bossi. *de statut. verb. præscriptio gl.* 2. *nu.* 10.

49 Declaratur quinto ad propositum materiæ locati & conducti, de qua agimus, nisi lex vlterius procederet permittendo moram purgari, prout in c. potuit de locato.

50 Declaratur sexto, quando purgatio moræ post executionem factam a lege non tenderet in præiudiciũ alterius, sed morosi tantum. Ita Alex. post alios in citato loco, *nu.* 33.

Ex superius adductis, quod non licet purgare moram, si ius partis nõ sit factum deterius, quæ declaratio in hac moræ materia est admodum principalis, & sæpius repetitur a Doctoribus.

51 Applicando igitur ad hanc, de qua agimus, locati, & conducti materiam, duo hucusque sunt specialia in hac materia purgationis moræ: vnum ex parte locatoris alterum ex parte conductoris.

Primum namque est, vt licita si purgatio moræ locatore volente, qui caducitatem non curet *ex l. secunda, in verbo, volenti, C. de iure emphyteut.* Et diximus superius. Aliud, quod lex multum fauet conductori, quia primo loco perterrescit eum, & incutit timorem indicando executionẽ ipso iure, postea incontinenti cõsolatur, eum, vt valeat moram purgare infra paucos dies, & re integra *d. §. colonus, & d. c. potuit.*

52 Limitatur decimo loco principaliter materia moræ, & purgationis ipsius, vt non liceat purgare eam, si apposita sit dies, & pœna, vel alterum ex eis d. siue, disiunctiue, non copulatiue interueniat. Doct. *in d. l. si insulam,* vbi Alex. *n.* 14. *Ias. n.* 15. Rip. *n.* 37. dicunt hanc esse communem opinionem.

53 Quam etiam secutus est Roman. *consil.* 427. Grat. *respons.* 93. *nu.* 69. Ruin. *cons.* 198. *n.* 7. *vol.* 1.

54 Ampliatur hæc conclusio, siue dies sit apposita a lege, siue ab homine. Guid. Pap. *decis.* 171.

55 Ampliatur secundo, vt hoc maxime procedat, quãdo tempore datum in secundis proclamatibus, est datum ad purgandam primam moram, nam tunc non admittitur purgatio moræ. *l. sancimus, C. de fideiussor. l. scire, §. consequens, ff. de excusatione tutorum.*

Nec

57 Nec obstare videtur dictum Bart. *in l. Aemilius, ff. de minor.* q ex secundis proclamationibus, seu denunciationibus videatur recessum a mora commissa in Primis, quia Bart, reprobatur, vt per *Ias. in l. vnum, n. 16. ff. si certum petat.* late *in l. cum procurator, §. si dominus, col. 1. & 2. ff. de nou. oper. nunciat. in l. si ex legati causa, colum. 5. ff. de verb. obligationibus*, Pedemont. *decisione 71. nu. 7.*

58 Casus admodum frequens, & practicabilis; nam passim a praefectis emanant bannimenta, & fiunt ex hoc proclamata, vt assignentur frumenta infra tot dies, quibus elapsis fiunt alia bannimenta de tot alijs diebus ad porrigẽdum notulas bladi, an videatur recessum a mora primo loco commissa? Vtique nõ per supradicta.

Vidi in facto ad propositum materię locati & cõducti cum colonis, & laboratoribus terrarum, vt infra tot dies assignent frumenta recollecta in bonis conductis ne a dominis decipiantur.

59 Declaratur primo haec limitatio, vt procedat in stipulationibus praetorijs, secus in conuentionalibus, *l. & si post tres, ff. si quis caut. leg. in conuentionalibus, ff. de verb. oblig.* Bald. *in l. sancimus, in princ. C. de fideiuss.* vbi respondet *ad leg. magnam, Cod. de contrah. & committen. stipul. in l. si pacto quo paenam, col. 3. q. 2. C. de pact.*

60 Vnde citatus sub certa paena ad certam diem, potest purgare moram infra modicus tempus. Pedemont. *decis. 71. num. 58.*

61 Ampliatur etiam in termino prolixo in materia l. diffamari, C. de ingenu. vt per Bart. & Hieron. *in d. l.* Felin. *in c. pen. colum. 3. de iudic.* Angel. de Arimin. ad Angel. *de malefic.* in verbo, nec non ad querelam, *nu. 58.* late Concord. *ad d. l. diffamari, q. 9. num. 67.* quem casum clare non apposuit Ant. Gabr. *de actio. conclu. 6.* vbi materiam late profitetur.

62 Ampliatur secundo idem in termino praefixo per proclama Fel. *in r. gratum, nu. 3. & in c. ... nu. 17. de con. stit.* & tetigi superius.

63 Ampliatur tertio idem in termino praefixo ad producendum iura, instrumenta, vel exceptiones, nam licet purgare moram, si aduersarij ius non sit factum deterius. Bart. *in l. mancipiorum, de optio. legat.* Zabarel. *consi. 23.* Iacob. a S. Georg. *in l. destitisse, in fin. ff. de iudic.* pulchre Bellamer. *decis. 745.* vbi etiam notabiliter habes, quod in terminis iudicialibus ius partis fit deterius duobus modis, vt per eum, ad quem recurras.

64 Ampliatur quarto etiam si praecesserit comminatio, nam re integra, & iure non deteriorato licebit purgare moram. Bal. *in l. diffamari, col. 5. C. de ingen. & manumiss.* Marsil. *singula. 283.* Pedemontan. *decis. 71. nu. 59.*

65 Declara non procedere in comminatione cum causa. Conter. vt supra, *num. 72.*

66 Declaratur secũdo, nisi apposita sint illa verba, ex nunc, prout ex tunc, quae operantur, vt vnum tẽpus insit alteri, & praesens futuro, & econtra. Felin. *in c. licet causam. nu. 6. de probat.* Guid. Pap. *consi. 102.* Paris. *consi. 91. nu. 6.* Neguiant. *de pign. par. 2. membr. 2. nu. 6.* late Tiraq. *de retract. connent. §. 2. gl. 1. nu. 85.*

67 Vnde applicando ad materiam locati & conducti, de qua agimus, si colonus, qui forte per longum tempus, quo stetit in laboritio, iacet habere ius in re, provt tangam *in tit. de praescript.* si agatur remedio *l. diffamari*, & detur terminus, licebit moram purgare, nisi sit cum comminatione cum causa, vel nisi sit clausula ex nunc, &c.

68 Limitatur vndecimo principalis conclusio: aut loquimur in contractibus; aut in vltimis voluntatibus. Primo casu dies, & poena impedit purgationem morae, siue dies sit adiecta solutioni, siue causa multiplicandae obligationis *l. 2. in verbo, omnimodo, C. de iur. emphyteut.*

Secundo casu dies adiecta causa multiplicandae obligationis, non impedit purgationem morae, *l. 1. ff. de penul. legat.*

69 Ratio diuersitatis esse videtur, quia quando legatur aliquid annuum, tot sunt legata, quot sunt anni, *l. si Stichum, §. stipulatio, ff. de verb. obligat.* & ideo lapsus cuiuscunque anni facit nasci vnam obligationẽ, ergo non debet in mora constituere, quia idem tempus non debet inducere natiuitatem obligationis, & actionis, & in mora constituere, *l. quod dicimus, ff. de sol.* Bar. *in l. quoties in diem, ff. de verb. obligationibus.*

Sed in contractibus quando aliquid annuum promittitur a principio nata est vna obligatio pro omnibus annis *d. §. stipulatio*, & sic lapsus cuiuslibet anni non facit nasci obligationem, merito in mora constituit. Ita declarat Bar. *in l. ita stipulatus, in 2. q. principal.* vers. non est videndum, ff. de verborum obligationibus. Commendat Ias. *in d. l. si insulam, sub num. 17.*

70 Quę limitatio mihi videtur aliquantulum dubia ex primo tex. *in d. l. 1. de penul. legat.* dum loquitur de purgatione morae, loquitur in legato semel tanto, & non in singulos annos, vt ibi recte colligi potest.

Ratio etiam Bar. videtur dubia, quia finis cuiuslibet anni constituit debitorem in mora, & principium anni sequentis inducit obligationem pro anno sequenti, & sic non est idem tempus.

Et dato, quod esset idem tempus, tamen non videtur inconueniens, vt idem tempus operetur diuersos effectus respectu diuersorum legatorum, vt quantum ad vnum iam praeteritum inducat moram, quantum ad aliud obligationem inducat.

Et sic varies potest diuerso iure censeri, diuersis tamen respectibus, *ad l. eum qui aedes, ff. de vsucapio.*

Insuper tex. *in l. 1. ff. de penul. leg.* non loquitur de die, post cuius lapsum mora purgatur, prout est materia nostra, sed de die, per quam vsque ad morae purgationem paena vitatur.

71 Limitatur duodecimo, vt procedat in contractib. stricti iuris, secus in contractibus locationis, & cõductionis, & alijs bonae fidei, in quibus admittitur purgatio morae, etiamsi adiecta sit dies, & paena. Bal. *in l. cum allegas*, in sexta oppositione, C. de vsur. *per l. Lucius, versic. neque haeres, ff. de actio. emptio.* vbi Paul. Castrens. dicit in facto habuisse, & vt iudex crederet, portauit librum, & quod aduocatus partis aduersae fuit territus ex hoc dicto, tamen *in l. &* si post tres, dicit, q non potuit obtinere, & ita etiam hanc limitationem defendit Ripa in dicta *leg. si insulam, nu. 43. &* Crot. *numer. 84.* Anton. de Prat. inter consil. Alexand. *consil. 49. libro 4.* Benincas. *in §. actionum, nu. 462.*

72 Applicando igitur cum contractus locationis, & conductionis sit bonae fidei, vt iam dictum fuit, purgabit moram locator, & conductor etiam si adiecta sit dies, & pena.

73 Cõtraria tamẽ opinio est verior, & communis, vt etiam in contractu locati & conducti, & alijs bonæ fidei contractibus, quando est apposita dies, & pœna, non admittitur purgatio moræ, quam communem dixit Ias *cons.10. columna. 3. & 4 libro 3*, Iacob. de Nigr. *in d. l. si insulam, num. 130.* Benincas. *in §. actionum, nu. 463.*

74 Necobstat dispositio *l. Lucius, ff. de actio. emptio.* quia ibi non admittitur purgatio moræ respectu pœnæ, de qua agimus, sed respectu interesse. Ita ibi Iac. Butrig. quem sequuntur Seisel. & Iacob. de Nigris *in d. l. si insulam.*

75 Limitatur decimotertio, vt procedat in die certa, secus in die incerta. Bald. *in l. magnam,* in verbo certo die, *C. de contr. & commit. stipul, in leg. si pac.* quo pœnam, *C. de pact. in l. cum ancillis*, C. de incest. nupt. Alexand. *in d. l. insulam, nu. 16. vbi Ias, num. 24.* Ripa, *num. 44.*

Addo Bart. *in l. ita stipulatus, col. 18. ff. de uerb. obl.* Socin. *cons. 119. col. fin. vol. 1.* Alexand. *in l. quotiens in diem, colum. 1. ff. de verb. oblig.* Ias. *in l. vinum, col. 5. ff. si cert. pet. in leg. si stipulatus fuerim abs te, in 4. notab. ff. de verb. oblig.* Corn. *cons. 206. col. 1. volum. 2.* Dec. *cons. 2. col. 3.* Barbat. *cons. 51. colum. 1. volum. 1.* Purpur. *in l. vinum, col. 4. ff. si cert. pet.* Soc. *cons. 288. col. 15. vers. circa quartum.* Cassan. *in consuet. fol. 209.* Paris. *cons. 5. colu. 7. vol. 4.*

76 Et maxime si præcedere debeat factum creditoris. Paris. *cons. 34. col. 4. volum. 1.* Ant. Gabr. *de solu. conclus. 9. num. 32.*

77 Limitatur decimoquarto in die adiecta causa demonstrationis, cuius lapsus non constituit debitorem in mora.

Ita Ange. & cęteri *in d. l. si insulam*, per l. liber homo, *lo 2. §. decem*, vbi etiam not. Castr. *ff. de verb. obl.*

78 Declaratur, vt videatur, habere diem quantum ad pœnam. Ita ibi Ripa, *num. 35. arg. l. talis scriptura, ff. de legat. 1.*

Contraria tamen opinio humanior est, vt nec etiã, quod pœnam.

Limitatur decimoquinto, nisi adiecta sit dies tacita subintellecta, quia expressio eorum, quę tacite insunt, nihil operatur, *l. 3. ff. de leg. 1.*

79 Declara id esse verum, si exprimatur eo modo, quo inest, tunc nihil petatur, secus si alio modo ex not. *in d. l. 3. ff. de leg. 1.*

80 Limitatur decimosexto stante pacto, vt conductor prius moneatur a locatore, nam ante admonitionem non est mora, sed post monitionem videtur mora geminata, & sic non erit locus purgationi moræ ratione geminationis, prout infertus dicam.

81 Considera (si placet) quia non videtur considerabilis mora geminata, nam ante monitionem non est mora, quia non præcessit monitio inductiua moræ, post monitione vnica est mora.

82 Limitatur decimoseptimo, vt admittatur purgatio moræ, vbi est pœna, & dies tacite subintellecta, quam promissor naturaliter preuidere non poterat, secus si naturaliter præuidere poterat, quia tunc non admittitur purgatio moræ, *l. 1. vers. nisi forte, ff. de penu. legat.* de qua superius vidimus, *l. qui Romæ, §. Flauius, ff. de uerb. obl. iuncta l. si decem, cum petiero, ff. eo. tit. &* ita Bartol. *in d. l. si insulam*, in quinta, & sexta oppositione.

83 Limitatur decimooctauo hoc modo discurrendo. Quandoque in obligatione est pœna, non dies, admittitur purgatio moræ; *l. si cum dies. §. si. ff. de arbi.* Quãdoque est dies hominis, & pęna legalis, tunc admittitur purgatio morę Bar. *in d. l. si insulam, in 6. opposit. per l. si ita quis, §. Seia camt. ff. de verb. oblig.* Quandoque est dies, & pœna, quæ non committitur per lapsum diei prout est vsura, quæ pœna dicitur, *l. lecta, ff. si cer. pet.* tũc admittitur purgatio morę *d. §. Seia camt.* Quandoque est facta totalis nouatio obligationis, & solutionis, tunc admittitur, purgatio moræ *l. stipulationum, §. fin. l. ita stipulatus, la grandæ, ff. de verb. obl.* secus si vnius tantum sit facta nouatio, puta obligationis, non solutionis, *l. si penum, ff. quando dies legat. ced.* & ita discurrendo succincte colligitur ex singulis oppositionibus. Bar. *in d. l. si insulam pariter*, vbi est dies apposita ab homine, pœna vero a lege, purgatio admittitur. Guido Papa, *q. 171.*

Et hæc pauca circa illam conclusionem de purgatione moræ, quando est apposita dies, & pœna.

Prosequendo vlterius materiã purgationis moræ.

84 Limitatur vndecimo loco principaliter principalis materia purgationis morę, vt non habeat locum vbi seruari debet rigor iuris, & hinc postea infertur.

85 Si ex forma statuti, decreti, vel rescripti caueatur, vt in causis colonorum, fictabilium, & laboritiorum procedatur, & procedi debeat de stricto iure, vel de rigore, non licebit purgare moram.

Ita Angel. primo loco *in d. l. si insulam*, vbi Alex. *in 3. notab. nu. 4.* Rip. *in 1. notab. num. 13.*

Addo Papiens. *in forma libelli hæredit. ab intestat. col. 5. in verbo, dixi.* Alex. *cons. 106. & 136. volumin. 3.* Guzad. *cons. 45. col. 3. post num. 11. & cons. 59. post numero 6.*

86 Quod crederẽ verum inter laicos in terris ecclesiæ non subiectis, secus in bonis rebus, vel personis ecclesiasticis, vel inter laicos in terris ecclesiæ, & videmus summos Pontifices non confirmare vt plurimum statuta laicorum, nisi cum clausula, quatenus sint in vsu, vel iuri canonico non contraria, & ita vidi de plurib. Pontificibus in statutis Ciuitatis Tudertinæ.

87 Secundo infertur vtiliter practica ad vnum, quod non video in specie tactum, nec a Barzo. in discursu de guarentigia, nec a Gallesio de forma cameræ, & sæpius in facto occurrit, quod obligatus ex instrumẽto guarentigiæ, vel in forma cameræ cum clausulis solitis non poterit purgare moram, quia agitur via executiua de stricto iure. Vnde conductor cum instrumento guarentigiato, vel in forma cameræ nõ potest moram purgare. Ita Angel. vt supra reputãs hoc valde notandum in practica.

88 Contraria tamen opinio æquior est, Bart. *in l. si stipulatus fuero decem in mille, colum. fin. ff. de solut.* Socin. *cons. 199. col. 3. lib. 2.* Rip. *in citato loco, nu. 14. in fin.* quã communem ibi testatur Io. Annibal. *nu. 32.*

Et si tibi placeret prima rigorosa opinio, quod dices in instrumento clericorum, vel super bonis ecclesiarum? Et sic in executiuis non datur purgatio morę.

89 Tertio infertur, vt Iudæi non possint morã purgare, cum eius rigor seruandus sit vt per Angel. & Imol. *in d. l. si insulam,* Brun. *de stat. exclus. famin. artic. 6. q. 3. in fin.* Felin. *in c. 2. de iudic.* dicens ita iudicatum. Mars. *singul. 263. in fine.*

90 Contraria opinio est magis communis, vt per Ripam

Digitized by Google

pam. in dicta l. si insulam num. 90. Natt. cons. 620. late Tiraquel. de iur. primogenit. quaestione 66. num. 7. Seraphin. de priuileg. iuramen. priuileg. 84. num. 27.

91 Limitatur duodecimo loco principaliter materia purgationis morae, vt non fit permissa in mora geminata, etiam de aequitate canonica. Rom. consil. 351. in 2. dubio. Gozad. cons. 57. num. 18. Boer. cons. 22. num. 3. Rip. num. 77. Euerar. a vi geminat. num. 9. per l. traiectitia, §. de illo, de act. & oblig. Corset. in tract. Gemin. num. 58. Marsil. cons. 2. num. 61. Capic. decis. 19. num. 4. Cephal. cons. 25. num. 4. Sebast. Medic. de reg. iur. reg. 4. num. 73. par. 1.

92 Limitatur decimotertio vltra scribentes ad l. insulam, vt purgatio concedatur in bonis ecclesiae, & personis ecclesiasticis tantum. Alex. cons. 106. col. 3. vers. tertio, Gozad. cons. 57. colum. antepen. vers. quinto, cons. 66. numero 13. videtur velle Dec. cons. 138. & cons. 452. col. 3. late Iacob. de Nigris ad l. si insulam, num. 289. vbi Rip. num. 90. & haec est communis opinio. Grat. cons. 93. col. fin. lib. 1. Gozad. cons. 57. colum. 5. Cassad. decis. 2. de iureiurando, & veriorem dixit Decis. Perus. 90. num. 10.

93 Cogita, si enim Iudaeo, cur non laico, & Christiano? praeterea tempore l. si insulam, non considerabantur personae, nec bona ecclesiae, nimia sane restrictio videtur.

94 Limitatur decimoquarto principalis materia purgationis morae, vt etiam de aequitate canonica ei locus non sit stante renunciatione, quae dupliciter cōtingere, & fieri potest, vno modo generaliter, omni legum, & iuris auxilio: alio modo specialiter purgationi morae, l. sancimus, vers. nisi pactum, C. de transactio. Rip. ad l. si insulam, in fine, n. 117. Sal. in l. magnam, C. de contr. & commit. stipulat. Gozad. cons. 57. num. 19. Put. decis. 465. par. 2.

Addo ad Rotae decisionem Afflict. decis. 174. nu. 4. & 5. Dec. cons. 542. Alber. in l. item quaritur, §. exercitu. ff. locat. vbi ad propositum materiae locati & cōducti, de qua agimus, hortatur, & monet locatores; vt in instrumentis conductionum apponi faciant hanc clausulam. Omni legum, & iuris auxilio, quia magnam affert vtilitatem, & tollit remissionem mercedis, vt superius vidimus, & tollit purgationem morę, & quod ita passim seruatur in Lombardia, & quod obtinuit in collegio Bermogenti.

Hoc etiam valde notandum ponit Veron. caut. 51. regula est Capic. decis. 87. col. penul. & decis. sequent. col. 1. in fine. Roland. id valde commendans de lucro dot. q. 42. n. 12. ad quem tu locator recurras, cum vis facere instrumentum locationis. Cephal. cons. 25. nu. 45. Corbol. de iure emphyteut. num. 91. in fine limit. 31. nu. 12. Afflict. decis. 174. num. 4. nisi eidem est renunciatum. Crot. in l. si insulam, col. fin. ff. de verb. oblig. Gozad cons. 57. num. 19. vers. 8. non procedit. Ant. Gabr. de fideius. concl. 1. num. 91.

95 Declaratur tamen ex mente Rot. vt per hanc clausulam generalem. Omni legum, & iuris auxilio, non est sublata purgatio mora inducta miserationis causa ex Bald. in l. sancimus, col. 2. vers. not. pro parte derogari. C. de fid. instru. Rom. consil. 369. non est dubium, columna secunda, late Tiraqu. ad l. si vnquam, in verbo, reuertatur, num. 120. C. de reuoc. donat. vbi per verba generalia non tollitur beneficium miserationis causa indultum.

96 Subampliatur hęc declaratio etiam stante iuramento ex Tiraq. vt supra num. 127.

97 Subdeclaratur, nisi in instrumēto camerę, vel guarentigiato adessent clausulę admodum praegnantes, & maxime renunciatio specialis purgationis morae, tunc tollitur purgatio morae etiam inducta miserationis causa, & ita videtur inclinasse Rota: Put. in citato loco.

98 Et praedictis omnibus addo Bursat. consil. 84. num. 6. volum. 1.

99 Limitatur decimoquinto, vt aduersus delictum mora non purgetur, l. 1. §. si rem, ff. deposit. & maxime quando habet tractum successiuum, prout in occupatore de bonis alienis. Bar. in d. l. si insulam, q. 6. nu. 21. & ibi Rip. n. 95. Iac. Menoc. de recuper. poss. remed. 9. q. 16. n. 147. ad l. si quis in tantam, C. vnde vi. nam in eo casu admittitur purgatio morae.

100 Limitatur decimosexto, vt defectus conditionis impediat moram purgari, l. 1. cum glos. C. de instit. & substit. l. Thais, §. infra, ff. de fideicommis. libert. l. si super C. de transact.

101 Limitatur decimoseptimo, vt resolutio contractus impediat moram purgari, l. commissoria, C. de pact. inter empt. & vendit. l. traiectitia, §. de illo, de actio. & oblig. Caputaquens. decis. 230. par. 2. Put. decis. 66. parte 3.

102 Limitatur decimooctauo, stante prohibitione legis impeditur purgatio morę, prout superius tetigimus ex Auth. qui semel, C. quomodo & quando index.

103 Limitatur decimonono, quod impossibilitas impedit moram purgari, Bal. in cap. 1. quo temp. miles, & si fecit quantum potuit, excusatur. Caputaquens. decis. 230. par. 1.

104 Limitatur vigesimo, deuolutio iuris in alterum a lege facta impedit moram purgari, c. licet de supplen. negligen. praelat. t. 2. de concess. praeben.

105 Limitatur vigesimoprimo, vt mora per conductorem purgari non possit stante clausula, rato manente pacto. Afflict. decis. 174. num. 4. Fus. in verb. iuramentum, num. 74. vbi dicit, quod hęc est quęstio iuris.

106 Contraria est verior, & communis. Bar. ad l. si insulam, q. 2. cum quo est communis opinio, vt ibi Iacob. de Negris, num. 242. Io. Annibal. num. 150.

107 Quę ampliatur, vt maxime vera sit apposita clausula, vt toties, &c. Sal. in l. si pacto, quo poenam, conclus. 18. C. de pact.

108 Concilia, vt negatiua opinio procedat, si ex facto hominis vtrumque peti posset. Ita conciliat Alex. cons. 105. col. 4. lib. 3. commendat Rip. in l. si insulam, nu. 80. in fi. Corbol. de iur. emphyt. limit. 31. sub n. 16.

109 Limitatur vigesimosecundo, quando est facta declaratio, adest certum tempus ad soluendum, & iuramentum, tunc etiam de ęquitate canonica impeditur purgatio morę. Imol. in d. c. potuit. Ias. in l. 2. num. 79. C. de iure emphyteut. Rip. in d. l. si insulam, num. 38. 39. & 116. & ibi Alex. num. 43. Menoch. de arbit. iudic. casu 7. num. 31. Rodoa. de rebus eccles. q. 20. fol. 444. Cephal. cons. 25. num. 25. vol. 1. Garg. patroc. 100. num. 17. & hęc est magis vera, & communis opinio. Borg. decis. 43. num. 46.

110 Declaratur vigesimotertio, vt per oblationē mora purgetur, si quidem ante litem contestatam extraiudicium tantum, sed realem etiam sine fideiussorem ad moram purgandam, vel pęnam euadendam. Pul-

ehre Aretin. *conf.* 163. post litem verò contestatam, vel iudicialem, verbo, tantum, vel extra iudicialem, accedente depositione, vel consignatione etiam vsq; ad sententiam, & hanc communem dicit Rip. *in l. si insulam, nu.* 65. cum seq. decis. *Gennens.* 204. n. 5. late in materia Viu. *opin.* 230. Eman. Soarez littera O. n. 1.

111 Applicando igitur cautus erit conductor; aut enim est ante litem contestatam, & tunc vel in actis afferat, hæc enim semper vtilis est ante, & post litem cōtestatam, vel post, & tunc deponat, & erit securus, nā multi locatores videntes meliorem conditionē, quærunt nedum in scripto.

112 Limitatur 24. vt purgatio moræ admittatur ex clausula generali, si qua mihi iusta causa esse videbitur l. si quis Titio, ex quibus caus. maior. Rom. *in l. si insulam, col. pen. nu.* 41.

113 Ampliatur vltra scribentes *in l. si insulam*, vt in vniuersitate admittatur purgatio moræ ex illa clausula etiam post sententiā. ita in facto decisum refert. Vincent. de Anna. *sing.* 350.

114 Declaratur tamen, quòd donec competit purgatiō moræ, non datur restitutio in integrum, vt per Sfort. Oddo. *de restitutio. q.* 17. *art.* 10.

115 Donec igitur minor potest ipso iure moram purgare, in integrum restitutio non competit, declarando, vt per eundem, *q.* 82. *art.* 9.

116 Limitata 15. subsistente iusta causa, vel impedimēto, ex quo licebit moram purgare, vt posui superius in tit. de cōductore ad longum tempus ad materiam *l. 2. C. de iure emph.* ibi videre placeat, & ponit etiam Rip. in dicta l. si insulam, *nu.* 92. Rodoan. de rebus eccles. *qu.* 24. *vers.* sed quod emphyteuta, *nu.* 24. *fol.* 499. & in proprijs terminis locati, & conducti ponit Magon. Rot. Lucan 69. *nu.* 12.

117 Limitatur vigesimosexto notabiliter vltra scribentes ad l. si insulam, vt purgare non liceat moram etiā de æquitate canonica, quando semel fuit oppositum in iudicio de implemento non facto, si quis velit implere post oppositionem factam lite contestata, quia non auditur. Alexan. *conf.* 237. in fine, *lib.* 6. Castrens. *conf.* 70. *coln.* 5. in fine vers. non sufficit Regi Polonię, & *conf.* 337. *col. secunda, lib.* 2. Corn. *consil.* 221. *column. na secunda, libro primo, & consil.* 99. *colum.* 2. *lib.* 4. Bologn. ad Annan. *consil.* 5. *colum. quinta,* post medium, pulchre Crauet. *conf.* 146. *nu.* 5. quem videas.

Et propterea apposui post materiam exceptionis implementi tractatum de purgatione moræ, quia in ventre vnius includitur aliud, & vnum sæpius nascitur ab alio, prout in discursu liquidissime patet, & ex præcedenti limitatione.

118 Limitatur vigesimoseptimo, vt de æquitate canonica liceat purgare moram, etiam stante iuramento, prout superius diximus ad effectum euadendi pœnas extrinsecas, non autem licebit purgare moram ad effectum implendi, vt iungetur ex contractu. Ita notabiliter Dec. *conf.* 152. *col. pen.* cōmendat Crau. *d. conf.* 146.

Locator igitur, vel conductor, si contractum pro eius parte non impleuit, poterit purgare moram ad euadendum pœnas extrinsecas, non quod iuuari possit ex contractu locationis, & conductionis.

Addo Corn. *conf.* 12. *col. fi. lib.* 1. vbi idem tenet.

119 Preterea iuramentum vltra iam adducta impedit moram purgari in iuramento confirmatorio contractus, secus in iuramento assertorio simpliciter. Imol. in capit, cum contingat, *membro* 7. *de iureiurando.* Ias. in l. nemo potest, *coln.* 7. *de leg.* 1. valde commendat in Rip. *in l. fin. q.* 32. *sub nu.* 13. *C. de reuoc. donat.*

Sublimita dictum de iuramento cōfirmatorio duobus modis vltra scribentes in locis ordinarijs.

Primo stante pacto, vt liceat moram purgare iuramento apposito non obstante, quod pactum valet, ita pulchre Ruin. *conf.* 133. *col.* 3. *in fine, vol.* 1.

120 Et sic partes possunt limitare, modificare, & restringere vim iuramenti, quod ad multa quandoque seruire poterit.

121 Secundo sublimita in actione acquisita iam conseruanda, nàm tūc licebit moram purgare intra modicum tempus, iuramento non obstante, secus in acquirenda, quia ius in re conseruatur facilius, quā ius ad rem acquiratur. *Alex. conf.* 9. *n.* 6. *vol.* 7. Grat. *respo.* 9. *nu.* 64. *lib.* 1.

122 Limitatur, vt liceat purgare cum pariter moroso, Caputaquens. *dec.* 233. *par.* 1.

De facti alieni promissore.

CОnnexa est cum præcedentibus circa obseruantiæ, recusationis, & implementi materiā, de quibus agimus, promissio facti alieni *ad l. stipulatio ista, ff. de verb. oblig.*

Quam materiam late examinauit apud antiquos Socin. *regul.* 326. & nouissime Anton. Gabr. *de pact. conclus.* 2.

Vltra quos omnes ponam aliqua vtilia in practica, & principaliter iuxta terminos locati & conducti de quibus agimus. Tudertinus igitur cōduxit datium salis, & locator promisit, quod conducat Tudertum sine solutione alicuius datij passaggij, vel gabellæ, si locator adhibendo omnem diligentiam excusetur, & hanc quæstionem in terminis locati & conducti ad propositum promissoris facti alieni mouit Gozad. *consi.* 27. & cum sit quæstio emergens ad materiam recusationis, & implementi omissa, in hac disputatione procedam.

1 Regula igitur, & cōclusio est. Promissor facti alieni adhibendo omnem diligētiam excusatur. Ancha. *conf.* 330. *col.* 5. *vers. sed obycies.* Socin. *conf.* 215. *in fin.* & hæc est communis opinio in practica semper seruata. Ias. *in l. stipulatio ista, nu.* 10. *ff. de verb. oblig.* Bero. *conf.* 69. *col. fin. uol.* 1.

2 Ampliatur hęc conclusio etiam stante iuramento. Dec. dicens hanc communem opinionem *consil.* 313. Maran. *q.* 7. *nu.* 11. post eius tractatum.

3 Limitatur primo, nisi dictum sit cum effectu omnino, vel similia verba, quo casu excusatur faciendo possibilia. Fulg. *conf.* 233. Dec. *conf.* 325. *col.* 1. Alciat. *in l.* 4. *§. Cato, n.* 133. *de verb. obl.* Gram. *dec.* 102. *num.* 81. Rui. *conf.* 132. *col.* 2. *vol.* 1.

4 Extenditur hæc limitatio, vt per hæc verba, nulla cura, vel diligentia excuset promissorem a pęna. Rip. *in l. quod te, num.* 46. *ff. si rer. pet.* late Didac. Couar. *ad c. quamuis, par.* 2. *§.* 5. *nu.* 5. *concln.* 7. Et hæc est magis communis opinio. Eman. Soarez in eius thesaur. *littera F. num.* 9.

5 Licet alias pœna censeatur remissa adhibendo omnem diligentiam, si talia verba præcisa non sint apposita, & hęc est receptissima opin. Bal. *in §. si quis alium, Insti. de inutil. stipul.* Curt. iun. *conf.* 124. *nu.* 19.

quamuis

Digitized by Google

quamuis aliter senserit Afflict. *de cis.* 295. Gram. *q.* 2. *n.* 8. post decisiones Viu. *lib.* 1. *opin.* 255. Paris. *cons.* 110. *n.* 42. *lib.* 1. & sufficit id solum colligi ex mente contrahentium, & hæc est magis communis opinio Dec. *in l. si. §. fin. ff. si cert. petat.* Gomes. *in §. in personam, n.* 27. *Institut. de act.* Eman. Soarez. *in eius thesaur. recept. sentent. littera F, lib.* 10. vbi contra Viui. inuehens reputat quodammodo inutilem cautelam per eum positam *opin.* 255. *par.* 1. *in medio.*

5 Limitatur secundo, nisi in instrumēto promissionis sit facta promissio libere, & sine aliquo impedimento. Butr. *in c.* 1. *de offic. ord.* Abb. *in c. multa, de præb.*

Et sic quando verba sunt geminata. Fel. *in c. si can. t* 10, *de fid. instrum.* prout in materia locati, & conducti euenit in proposito casu. Gozad. vt libere, & sine aliquo impedimento conductor illi asportaret.

6 Limitatur tertio etiam vltra Anto. Gabr. & alios, nisi in obligatione fuisset specificatus aliquis casus valde difficilis, vel impossibilis, quo casu de eius mente constare videtur.

Vnde in alijs non expressis excusabitur. Gozad. in terminis locati *cons.* 27. *num.* 8. idem sentit Rip. *in l. quod te, nu.* 46. ff. *si cert. pet.* Paris. *cons.* 109. *col.* 1. *in fine, vol.* 1.

7 Limitatur quarto etiam vltra Ant. Gabr. & alios, nisi facta sit exceptio in vno casu: nam in alijs etiam difficillimis videtur se obligasse, cum exceptio firmet regulam etiam in omnibus alijs. Gozad. *d. consil.* 27. *nu.* 9. vbi fuit exceptus casus, qui proueniret dolo, vel culpa conductoris, ergo locator in omnibus alijs se obligasse videtur, vt per eum in terminis loquentem.

8 Limitatur quinto loco, & hæc declaratio fere omnes casus amplectitur, nisi ex verbis, & mente contrahentium colligi posset, quod promittens se omnino obligare voluit quomodocunque promissio non sortiretur suum plenarium effectum, etiam possibilia faciendo, prout si fieret promissio indemnitatis, vt per Socin. materiam declarantem *consil.* 288. *col.* 1. *vers.* 4. *confirmantur, vol.* 2. Dec. *in l. impossibilium, n.* 5. *ff. de regulis iuris,* vbi Cagn. *nu* 4. *& in l. semper, qui non probibet, n.* 3. *eod. tit.*

9 Vel si adijceretur clausula, alias de suo, &cęt. Dec. *in l. si. §. fin. nu.* 11. ff. *si cert. petat.* Gomes. *in §. in personā, col.* 14. *de action.*

10 Vel esset apposita clausula, renuncians, &c. Crot. *in d. §. Cato. in* 2. *lect. num.* 34. *de verb. oblig.* & ita passim practicatur, teste Cagnol. *in d. l. impossibilium, numer.* 4.

11 Practicando igitur, vt locator ample promittat, prout in casu, quod conductor faciat sine aliquo impedimento, ita vt faciendo impossibilia non excusetur, immo in omnem casum, & euentum dictus N. locator teneri voluit, ac si de suo proprio teneri, & obligari voluit, dictumque N. conductorem semper, & omni tempore indemnem conseruare, renuncians, etc. quibus sic stantibus locator omnino tenebitur.

12 Practicando etiam consideranda erit persona contrahentis: nam si est pater, qui promittat factum filij, qui ei obedire tenetur, vel locet nurus facilius admittitur excusatio, quia cogitabat disponere potuisse: Si verò est extraneus, si quidem amicus, facile excusatur si verò alius dfictus voluntatis, & cerebri adamantini, sibi imputet promissor; maxime si difficultas aderat tempore obligationis, secus si superueuerat post. ita egregie Dec. discurrit *cons.* 313.

13 Limitatur sexto de æquitate canonica, secundum quam propter impotentiam excusatur. Beluis. *inter consilia criminalia, cons.* 2. Thob. *cons.* 103. *nu.* 3. Bonacoss. *de æquit. canonic. conclus.* 85. licet Crot. aliter teneat ad dictum, §. Cato.

14 Nec requiritur interpellatio, sed debet adimpleri qua primum potest, & hæc est cōmunis opinio. Cur. iun. *cons.* 74. *nu.* 6. Ruin. *cons.* 42. *nu.* 26. *vol.* 1. *& consil.* 230. *nu.* 11. *vol.* 5.

15 Limitatur septimo, vt sit talis difficultas, quę remoueri non possit, alias, secus. Bar. *in l. qui commeatus, §. primo, ff. de re milit. in l. quibus diebus, de condit. et demōstrat.* Fel. *in c. plerumque, de rescriptis.*

16 Et applicando ad terminus locati & conducti, de quibus agimus, dicebat Ripa *in leg. quod te, numero* 47. quo ille, qui locauit animalia ad triturandum, si per se non potest accedere, transmittet animalia, nisi sit persona, quæ magis quodammodo animalia diligat, prout est porcellus oculus rustici, & multo magis bos, ab hac declaratione appellabitur, quia rusticus potius relinquet vxorem, & familiam, & adhærebit boui, & porcello suo.

17 Limitatur octauo, vt impeditus liberetur cedendo actiones, quando impediens erat talis, cui natura ipsa vel de iure, vel de facto resisti non poterat, prout in facto Principis, bannitorum, & similium Castr. *in rub. ff. de eo, per quem factum erit.*

18 Subdeclara, nisi quis verbis prægnantibus ex proprio contractu se obligaret. Gozad. *cons.* 27. *num.* 28.

19 Sed quis Principi resistet? quis furori congregatorum bannitorum?

Limitatur nono, vt difficultas excuset quoad damnum euitandum, secus quoad lucrum captandum. gl. *in l.* 4. *C. de vsufruct. legat. in leg. vxori. §.* 1. *ff. eod.*

20 Si tamen impediens impediret, vel contrauenirет viam restitutionis ex capit. læsionis promittens excusatur. Grammatic. de communi *decis.* 102. *num.* 106. Et collusio in dubio non pręsumitur, & allegauti incumbit onus probandi. *l. quod si res, §. dolo, ff. de probationib.* attenta maxime qualitate promittentis, vt per Dec. *in allegato cons.* 113.

Et prosequendo implementi materiam nonnulli sunt casus, in quibus non licet rumpere rumpenti. ad limitationem *l. cum proponas, la seconda, C. de pac.*

21 Primus est casus in promissione ad idem correspectiua, secus ad diuersa. Abb. *in capit.* 3. *de iureiurando.* Inde si ab vno partiaris minuciam, non licet alteri inferre, gl. *in l. si duo, ff. de dols.* Bal. *in l. si te,* per illum textum, *C. de iure deliberandi.*

22 Secundus est casus in tregua, quam non licet rumpere rumpenti. Felin. post alios, *in cap.* 1. *de tregua, & pace.* Ioan. Andr. *in rubr. eodem tit.* Bal. *in proœmio. Rex pacificus, col.* 2. *in cap. dudum, el secondo, de electione.* Socin. *cons.* 90. *col. fin. lib.* 2.

23 Tertius est casus: de quo etiam supra in contractibus nominatis post factam executionem, Bald. *in l. in ciuile,* per illum tex. *C. de rei vend.*

24 Et ad propositū materię locati & conducti, de qua agimus, addo id, quod in facti contingentia posuit Bero. *quæstio.* 97. quod si quis locauit rem ad decenniū puta cum pacto de non alienando per tempus quinquennij, non per hoc videtur data facultas alienandi post quinquennium, durante adhuc locatione, & in casu alienationis tenetur ad interesse lucri

cessantis, & damni emergentis, per l. si quis fundum, §. t. iuncta *l. si in lege, §. colonus, & leg. si fundus, ff. locat*, vel saltem præstare aliam habitationē æque idoneã, & dat cautelam, vt semper apponatur pœna, quia interesse difficulter probatur, ponens etiam conclusionem vtilem ad materiam locati & conducti,

15 Quod pactum factum contra naturam locationis est interpretandum secundum regulas iuris communis, & quanto minus præiudicet regulis iuris de locatione loquentibus, *l. quæro, §. inter locatorem, ff. locat*, late Alex. *cons*. 106.

16 Vnde si loco tibi domum ad decennium cum pacto de non alienãdo intra quinquennium elapso quinquennio, & sic extra tempus pacti si fiet alienatio, intelligi debet sine præiudicio conductoris, quod erit, vt teneatur locator ad interesse, & vidi quandoque in facto euenire.

. Et sic habetur limitatio ad regulam, vt prohibitũ ad tẽpus censeatur post tẽpus permissum *l. cũ prætor, ff. de iudicijs, l. si ita quis, ff. de vulgari cum similib*.

Et conductor prius contrauenients, non poterit postea opponere locatori etiamsi in instrumento, adesset clausula, Rato manente pacto, Iacob. Riminal. *consil*. 666. *volu*. 4. vbi error iuris, & iusta credulitas eximit conductorem a pœna, *l. si quis maior*. vbi solus casus in iure hinc inde dubius.

De successore.

VLtima, & quotidie practicabilis est materia *l. emptore, C. loc*. cum in dies fiant venditiones, & similia in præiudicium colonorum, ob id ponam aliqua in facto non inutilia.

QVÆSTIO I.

Ad l. emptorem, C. loc.

1 QVæro, an pupillus, vel minor teneatur stare locationi tutoris, vel curatoris. Posui superius in verbo tutor, vel curator.

QVÆSTIO II.

1 QVid in marito, vel vxore? posui superius in verbo maritus, & in verbo, vxor, & addo, quod in diuisione fructuum, & pensionum inter virum, & vxorem fit computatio a tempore, quo fundus cœpit esse dotalis, non a tempore secutæ locationis, & si fundus fuit datus plenus, locationis tempus inspicitur, vt sciamus quantum percipitur, & tempus matrimonij, vt sciamus pro quota parte anni fructua lucretur; si verò fundus vacuus in dotem datur, locationis tẽpus non inspicitur Campeg. *de dot par*. 2. *q*. 19. est materia *l. diuortio, ff. sol. matrim*.

QVÆSTIO III.

1 QVæro, an filius teneatur stare locationi factæ per patrem. Posui superius *in verb. pater*.

QVÆSTIO IV.

1 QVæro, an possessor maioratus teneatur stare eo loco, posui superius *in verb. possessor maioratus*.

QVÆSTIO V.

1 QVæro, an vsufructuarius teneatur stare locatio. ni ipsius proprietarij, vel econtra. Posui superius in materia vsusfructus.

QVÆSTIO VI.

1 QVæro, an creditor missus in possessionem ex primo, vel secundo decreto, teneatur stare colono, Posui superius in verb. ceditor, Cort. in verbo creditor missus, & in verbo, successor, & est communis opinio, quod stare teneatur. Bal. *in c. quo. ni am frequenter, vt lite non contestata*. Pedem. *decis*. 82. *n*. 6. reputat perpetuo notãdum Io. de Arno. *dialog*. 5.

ADDITIO.

☞ *Afflic. de executor. §. 4. cap. 1. nu. 17. 18.*

QVÆSTIO VII.

1 QVæro, an hæres teneatur stare colono, & sic locatio, & conductio an transeat ad hæredes ad *l. viam veritatis, C. locat*.

2 Et primo pro negatiua videbatur, quod non, *ex l. domina, C. de vsufr*.

3 Pro parte affirmatiua facit tex. in terminis, *in l. viã veritatis, C. locat*. vbi ignorat viam veritatis, qui contrarium dicit *l. cum in plures, §. hæredem, l. sed addes §. pen. ff. locat*. vbi in hoc bonus tex. Iaf. *in l. 1. num. 36. C. de iure emphyt*. Franc. Marc. *decis. Delphynal*. 627. *num*. 7. *par*. 1. Romul. *in l. filiusfam. §. diui, nu*. 184. *de legat*. 1. Cephal. *cons*. 131. *num*. 5. *cons*. 254. Sebast. *de mor. part*. 3. *num*. 5.

4 Ampliatur, siue conductio sit perpetua, siue temporalis, *vt in dict. l. viam veritatis*, & ibi in summario no. Bald.

5 Ampliatur secundo ad materiam *l. 1. C. communia de vsucapionibus*, vt possessio etiam naturalis retineatur per hæredem coloni, & finito tempore conductionis, *l. cum in plures, §. hæredem, ff. loc*. vbi Castrens. reputat valde notabile.

6 Ampliatur tertio *l. viam veritatis*, vt hæres locatoris continuet possessionem etiam non appræhensam per colonum defuncti locatoris. Bal. *in l. cum notissimi, num*. 13. *de præscr*. 30, *vel* 40. *anno*. Alex. *in l. qui vniuersas, §. quod per colonum, ff. de acq. poss*. Afflict. *decisio*. 166. *&* 325. *nu*. 3. Natt. *cons*. 538. *nu*. 8. *&* 10. Ioseph. de Ludou. *concl*. 13. *illat*. 15.

7 Extenditur hæc ampliatio, vt si mortuo locatore alius accipiat possessionem illius rei, quam colonus retinet, tamen sibi nõ acquirit, nisi colonum expellat, vel colonus dicat se possidere nomine illius, qui intrauit. Bar. *in l. 1. §. non autẽ, ff. de vi, & vi armat*. vbi Bar. dicit vnum aliud satis notabile in hac locati & conducti materia, & dicit se nescire alibi, quod possessio retenta per colonum, non perditur solo animo, quando animus perdentis, et acquirentis simul non concurrunt. Vnde aliud est, si quis vi deijciatur, vel sponte tradat, prout passim fit in contractu venditionis, & hanc glo. in practica dixit notabilem, & singularem, Bal. *ad l. cum testamentum, Cod. de iur. & facti ignorantia*.

Digitized by Google

tis, dicens se alibi nescire. Ang. valde in practica commendans, *in l. fin. in fin. C. de acq. poss.* Bal. *in c. cum venisset, de restit. spol.* Anchar. *in c. fin. de precar.* valde etiam commendat idem Bart. *in l. quod meo, nu. 1. ff. de acquir. poss.* dicens se alibi nescire.

8 Declaratur dictum de colono recognoscente, vt non procedat, si domino, vel hæredi locatoris soluisset pensionem, *l. quamuis, §. 1.* vbi Ang. *not. ff. de acquir. possess.*

9 Et si colonus ille qui secundo recognouit, responderet de fructibus, vel pensione, tunc constitueret possessorem, alias non, Innoc. *in cap. cum venissent, de restitu. in integ.*

10. Quod verum est, si primus sciret, & de hac recognitione fructuum notitiam haberet, tunc præiudicat tacendo in iuribus, & incorporalib. secus in corporalibus, in quibus dato, quod sciret alium occupare possessionem, non priuatur primus possessor, nisi suspicaretur se posse repelli, vel sit negligēs, *l. si id, quod §. fi. l. si de eo, §. 1. ff. de acquir. poss.* Et alias tangemus, an colonus præiudicet domino in sua possessione *ad l. 1. C. commun. de vsucap.*

11 Extenditur secundo dicta ampliatio, vt non solum procedat, cum colonus est in fundo nomine hæredis, sed etiam si simpliciter permaneat in fundo, dummodo alium non recognoscat, quia præsumitur titulo præambulo, *l. quadam mulier, ff. de rei vendit. l. 2. Cod. de acquir. possess.* Soci. *cons. 15.* insignis Doctor, *volum. 3.* Grat. amplians etiam *in feudo respons. 10. nu. 7. lib. 1.*

12 Sed si nomine proprio colonus possideret, iudicaretur vt prædo, & inuasor. Bard. *de tempore vtili & continuo, c. 13. nu. 4.*

13. Declaratur in hærede sciente, secus in ignorante, Benincass. *decis. 12. in fin.* ad intellectum *l. cum hæredes, ff. de acquir. possess.* & actus aliquis recognitionis puta solutio fictus, vel pensionis. Bero. *cons. 75. nu. 23. lib. 3.* Rot. *nouiss. 681. part. 1.*

Et sic discurrendo vides quantum præiudiciū afferre possit colonus, & quantum etiam prodesse possit.

14 Ampliatur quarto, siue hæres sit suus, siue extraneus Roland. *cons. 96. nu. 27. lib. 1.* Mago. *Rot. Luc. 11. nu. 5.* post Bal. *in c. litere, de dilat.*

15 Limitatur primo loco dispositio *l. viam veritatis, C. locat.* nisi locatio sit facta per locatorem ad suum beneplacitum, vel quoad ipse voluerit, quia tunc extinguitur morte locatoris. Castrens. *in l. 4. per illum tex. ff. locat. ad quam l.* Iacob Menoch. *de arbitr. libr. 1. quæst. 69. num. 18.* ponam (Deo dante) de beneplacito suo loco.

16 Limitatur secundo dispositio *l. viam veritatis, C. loc.* nisi conductio sit facta quoad vixerit Castrens. *in l. cum in plures, §. hæredes, ff. loc.*

17 Limitatur tertio dispositio *l. viam veritatis* in hærede cum beneficio *l. & inuentarij*, quia facto inuentario præsumitur extraneus. Montic. *de inuentar. hæred. nu. 42.* vbi subdit, quod dominus non prohibetur exigere pensionem actionibus competentibus, vbi etiā de hærede contrario conficiente inuentarium.

18 Limitatur quarto in hæreditate adhuc vocante mortuo conductore, nam est in electione locatoris, vel alteri locare, vel sinere stare rem sine conductore vt currat pensio *l. si vno §. fin. ff. locat.* Capic. *d. cis. 87. in fine.*

19 Et conductor moritur relicto filio pupillo, qui repudiat, & locator alteri locat, post pupillus restituitur aduersus repudiationem, non per hoc erit restitutus ad conditionem, *d. l. si vno. §. fin. cum l. seq.*

20 Limitatur quinto dispositio *d. l. viam veritatis, Cod. loc.* in locatione vsusfructus, quæ morte extinguitur nec ad hæredem transit *l. si quis domum, §. hic subiungi potest, ff. loc.* Ang. *in verbo locatio, nu. 11. & l. si domino, C. de vsufr.* de qua vidimus superius in materia vsusfructus, & sic patet responsio quæstionis. idem in præbenda. Ant. de Pad. *ad l. vnum ex familia, § si de Falcidia, n. 12. de legat. 1.* Cremens. *sing. 170.*

21 Subdeclaratur in vsufructu locato a proprietario, quæ locatio non extinguitur morte locatoris, sed cōductoris tantum. Ias. ad Por. *in fi. littera C, Insti. loc.* vbi, subdit, quod si vsufructuarius locet ad quinquennium, si termino pendente moritur locator, & conductor fecerit impensas in re locata, illas non repetit.

22 Idem vbi vsufructuarius locasset, vt dominus *l. si quis domum, §. 1. ff. loc.* de quo vidimus superius in materia vsusfructus.

23 Limitatur sexto in socio conductionis assumpto cum consensu primi locatoris, & cum clausula insolidū, & vti principalis, puta conduxi fundum ad triēnium, demum accepi in conductione consocium cum consensu primi locatoris, & sic se obligauit in solidū, nam isto casu finitur morte, quia est admixta societati. Pedem. *decis. 76.*

24 Subampliatur etiam, si de hærede sit dictū, nisi sit socius conductionis vectigaliū. Rui. *cons. 90. n. 8. vol. 1.*

Limitatur septimo, quando hæres conductoris nō reperiatur, quia tūc locator alteri locare potest. Bar. *in l. si vno, §. fin. ff. loc.*

25 Limitatur octauo in locatione facta artifici, quæ non transit ad hæredes. Alex. *cons. 108. vol. 4.* & sic quando electa est industria personæ.

26 Limitatur nono in colono, qui numinis collit, cuius conductio transit ad hæredes, secus in colono partiario, qui sapit naturam socij, et societas extinguitur morte. Bart. *in l. si merces, §. vis maior, ff. loc.* Petr. de Vbal. *de duob. fratribus, p. 11. q. 14.* posui superius *de remiss. mercedis.*

27 De consuetudine tamen aliter seruatur; Alex. *in l. si filiosam. §. fin. nu. 20. ff. sol. matrim.*

28 Limitatur decimo in hærede conductoris gabellarum, tributorum, & datiorum nisi hæres sit aptus, & idoneus, & de eo sit dictum, *l. adeo*, & ib. Bartol. *ff. pro soc.* Bald. *in rub. C. eo.* Petr. de Vbal. *de duobus fratribus 11. q. 13.* dicens valde notabile pro conductoribus gabellarum, tributorum Iacus Perusini, & similium. Rui. *cons. 90. num. 8. vol. 1.* Firmia. *in verb. gabellarum locatio sub nu. 11.* Franc. Marc. *decis. Delphin. 211. p. 1.* Menoc. *cons. 12. nu. 20. li. 1. cons. 221. lib. 2.* late Baptist. de Hieron. inter opera Mozzi, *de societat. numer. 24.* Corn. *cons. 121. nu. 7. & 122. nu. 5. lib. 1.* Pari. *cons. 82. nu. 15. 16. & 31. l. b. 1.* Tiber. Decian. *respons. 22. nu. 14. lib. 3.* pulchrè Dec. *cons. 213.* per discursum Seraph. *de iuram. priuil. 57. in fin.*

Declara, vt ad primum hæredem tantum, & non vltra Bar. *in l. adeo, ff. pro soc.* Ial. ad Port. *in §. manet, n. 3. Instit. pro soc.*)

29 Notandum est vlterius, quod finita societate super aliqua re conducta debet communicari emolumentū

proue.

Digitized by Google

prouenienș ex re communiter remanente etiam finita societate ante mortem socij, puta ex vectura equi empti a socijs, vt locaretur, non autem de emolumēto proueniente ex re non remanente communi, & aliquo gesto post mortem, & ita intelligitur text. *in actione, §. sed etiam, ff. pro soc.* prout pulchre declarat Ruin. *cons. 90. vers. non obstat, vol. 1.* commendat Pedemont. *decis. 76. sub nu. 12.* latius Rui. *cons. 216. nu. 7. vol. 1.* quem videas.

QVÆSTIO VIII.

1 QVAERO, an Prælatus, vel alios beneficiatus teneatur stare colono? Posui *in tit. de rebus ecclesiæ.*

QVÆSTIO IX.

1 QVæro, an legatarius teneatur stare colono, & videbatur quod sic, *ex l. si domus, §. fin. & l. si a substituto, §. fin. ff. de leg. 1.*

2 Contrarium est verius, & bene probatur *in l. qui fundum, ff. loc. & bonus tex. in l. nihil, §. proponitur* vbi Bart. *in summat. ff. de leg. 1. & l. nihil, & l. fructus, ff. vsufructuarius quemadmodum caueat.*

Et contraria loquuntur in iure reali, nos loquimur in iure personali.

QVAESTIO X.

1 QVæro, an fideicommissarius teneatur stare colono hæredis? quęstionem hanc primo excogitauit Reiner. de Forli relatus ab Alberico, *ad l. postulante, §. 1. ff. ad Treb.* & tenuit quod sic, quia est necessarius successor.

2 Ex quibus corollarie infertur, quod pensiones rerum locatarum veniunt in restitutione fideicommissi in contractu celebrato per defunctum, & nondum erant per hæredem perceptæ. ita Alex. *in d. l. postulante, §. 1. num. 4. ff. ad Treb.* dicens ita limitandum legem in fideicommissaria, *ff. ad Trebell.* vt fructus non veniat in restitutione fideicommissi: nam hoc non procedit in pensionibus. Mazzar. *de fideicomm. p. 3. q. 93. circ. med.*

Cui addo Ripam, & Laurentium *in d. l. in fideicommissaria, illum nu. 23. istum nu. 44.* Ang. *cons. 331. col. 1. vers. sexto fallit.* Iacob. Menoch. *de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 3. cas. 256. nu. 24.*

Cui addo Ripam *in l. Centurio, num. 30.* vbi Alciat. *num. 12. ff. de vulg. & pup.* latissime Ceph. *cons. 215. nu. 48. vol. 2.* & hæc est communis opinio Burlai. *cons. 71. num. 15. vol. 1.*

ADDITIO.

☞ *Declaratur, vt licet pertineant ad fideicommissarium si non sint exacta, non tamen intelliguntur amplius subiectæ fideicommisso, si rursus ipsi fideicōmissarius sit rogatus alteri restituere hereditatem copiose. Alba cons. 79. Mantic. lib. 7. tit. 10. nu. 35. in fin.*

QVÆSTIO XI.

1 QVæro, an conductori ad longum tempus teneatur stare singularis successor? Posui superius dum tractaui de locatione ad longum tempus, & resolutū vera esse videtur, quod sic. Guid. Pap. *q. 486. nu. 3.* Auf. ad Tolos. *q. 420.* Pyrrus Engeber. *ad l. contractus, col. 3. de reg. iur.*

QVÆSTIO XII.

1 QVæro, an venditor ex pacto de retrouendendo teneatur stare locationi factæ per emptorem pēdente termino pacti, vel durante tēpore retractus municipalis, & videbatur quod non *ex d. l. emptorem.*

2 Contrarium verius est, vt ei stare teneatur in supradictis terminis. Bald. *ad l. 1. in fin. C. de iur. fis. lib. 11.* reputauit dictum in practica singulare. Cagn. *in repe. tit. l. 2. q. 2. C. de pac. inter empt. & vendit.* & ibi etiam sequitur Franc. Zoannet. *nu. 143.* & ab hac opin. non est in practica recedendum. Alex. *ad l. si filiofam. §. fin. nu. 10. ff. solut. matr.* Tiraq. *de retrar. conuent. §. 3. gl. 1. nu. 14.* Soc. *cons. 125. lib. 1.* Neuiz. *cons. 88. nu. 10.* Bero. *cons. 102. nu. 8. vol. 1.* Rol. *cons. 49. nu. 3. vol. 2.* Goz. *in d. l. 2. q. 26.* Borgn. *decis. 16. in fin. part. 2.*

3 Ampliatur hæc conclusio, vt procedat etiam in pacto legis commissoriæ, vel adiectionis, seu additionis in diem. Guid. Pap. *q. 480 sub n. 5.*

4 Declaratur, vt procedat, quando fit facta bona fide, secus si in fraudem, puta emptor in fine suæ facultatis sciens venditorem ad redimendum præparare eam locauerit maxime in longo tempore, quod excedat terminos sui pacti, vt late deducit Tiraq. *de retrac. conuen. §. 3. gl. 1. nu. 17.* vltra Cagn. & alios moder. nos superius allegatos. Et ex prædictis infertur corollarie ad multa.

5 Corollarium primum, quod in contractu locationis, & conductionis, si quidem ad modicum tempus habet locum retractus, si autem ad longum tempus non habebit locum retractus, ea potissimum ratione, quia locatio ad longum tempus ęquiparatur emphyteusi, in qua retractus locum non habet. Angel. *in §. scire autem, authent. de non alienando.* Imol. *in c. nulli, colum. 3. de iudic. & in c. vt ildentiam, col. 1. de rebus eccl. non alienand.* Ruin. *cons. 166. quia de pluribus, numer. 6. lib. 1.* Dec. *in Authen. qui rem, C. de sacrosan. eccle.* Soci. *consilio 167. non inutilis, col. 2. versic. quibus sic declaratis, lib. 2.* late, licet aliquantulum, postea relinquat cogitandum, Tiraq. *de retract. lignagier. §. 1. num. 84. cum multis seq.*

6 Limitatur in locatione ad longum tempus, in qua soluitur pensio singulis annis, prout communiter fieri solet, sed si ita fieret, vt per toto illo longo tempore locationis conductor vnam tantum pensionem solueret, tunc esset locus retractaui, quia potius talis sic facta locatio esset venditio, quam locatio, vt sæpius alias diximus, & tradit Bar. *in l. cotem, §. qui maximos, ff. de publican. in l. 1. paulo ante finem, ff. de superficiebus late in sua disput. 4.* Publicanus, *in l. licet, q. 5. loc.* Imo. & Barbat. *in c. propter sterilitatem, eod. tit. de loc.* Alex. *cons. 3. col. 2. lib. 1. cons. 108. lib. 3.* posui pluries superius ad hoc propositum.

7 Quæ conclusio ampliatur etiā si contrahentes vtātur *verb. locatio,* adhuc enim esset venditio, si pro vniuerso vnica pensio constituatur, *l. si vno, in prin. ff. loc.* & late superius dixi de similitudine locationis.

8 Vbi etiam dixi, quod est locatio, quando in singulos annos pensio soluitur, etiam si contrahentes vsi sint verbo,

verbo, emere, vel vendere, pretio, & simil bus verbis venditionis. Addo Borgn. in repert. dec. fol. 1042.

Et locatio facta redimere volenti, resoluitur reso. iura venditione, quia ita conuentum videtur, & si redemptor soluit pensionem pro toto tempore repetere poterit pro rata. Borgn. dec. 16. sub nu. 21. par. 2.

De locatione in fraudem.

COrolarium secundum. Locatio in fraudem creditorum facta non valet.

Hinc (prout dictũ est) si emptor ex causa retractus pacti de retrouendendo, addictions in diem, & similibus de causis locet in fraudē, successor nō tenetur.

1 Locatio autem in fraudem dicitur fieri, si in materia retractus fiat in fine facultatis redimendæ, sciens venditorem pecunias præparare. Tiraquel. de retract. conuent. §. 3. glos. 1. nu. 17.

2 Secundo, alienatio prælati dicitur in fraudem, si statim repudiaturus locet ad multos annos in fraudem successoris. Bal. *in l. iubemus nulli, in princ. col. fin. C. de sacrosanc. eccl.* Grott. *cons. 414. num. 9.* Marsil. *in l. statu liber. num. 16. de quæstio.*

Addo Franc. Marc. decis. Delphin. Menoc. *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 83. nu. 83.*

ADDITIO.

☞ *Rodoan. de reb. ecclesi. q. 57. num. 30.*

3 Dicitur autem locatio in fraudem, si fiat in consanguineos, & non sit solita locari eo modo.

Vnde si fiat de bonis ecclesiæ, datur restitutio. Alex. *cons. 5. n. 7. vol. 1.* Bar. & alij, *in l. nomen, §. filio, nu. 3.* & ibi *apostil. ff. de leg. 3.* Cardin. *in cle. 1. §. fin. de reb. eccl. non alie. & in 1. §.* ne prælati vices suas. Alciat. *reg. 1. præsumpt. 19.* Rodoan. *de reb. eccl. §.* sed si locatio, *n. 20. car. 338.* vbi dicit, quod quando cessat fraus, bona possunt consanguineis locari in perpetuum, sed debet prius apparere de vtilitate ecclesiæ aliter quã per præsumptiones. Præposit. *in can. non liceat, 12. q. 11.* vbi dicit nõ stare verbis Papæ asserentis locatiē cõsanguineis ex causa, nec præsumitur vtilitas, nisi probetur. Abb. *in cap. 1. de reb. eccles.* non alienan. nisi sic solita locari. Federic. *cons. 210. col. 1.* Ferret. *cons. 48. n. 14. & 15. & 28.* vbi declarat, quando dicatur solita locari, & dicam suo loco. Marc. Anguissol. *consil. 79. num. 30. vol. 1.* Et hæc magis communis opinio, maxime si cum debitis solemnitatibus, & consanguineo contrahat. Ias. *in cap. 1. num. 14. cum seq. qui feud. dar. pos.* Curt. iun. *de feud. par. 2. q. 7. num. 3.* Rota nouiss. *18. num. 6. par. 2.*

4 Pariter locat in fraudem debitor rem, quę postea in solutum a iudice data fuit. Bald. *in cap. quoniam frequenter, §. fin.* vt lite nõn contest. Ias. reputans hoc valde notabile *ad l. diuortio, in princ. num. 35. ff. solut. matrim.* dicens in hac materia fuisse in Ciuitate Papię magnam altercationem. Commendat etiã multum Catellian. Cott. in verbo, creditor, & in verbo, successor.

5 Similiter minor tenetur stare locationi curatoris, vel tutoris, si bona fide fecerit, alias non. Cin. *in l. hac emptorem, col. 5.* & dixi alias.

6 Similiter locatio facta in fraudem fisci, non valet *l. fin. ff.* pro soc. hinc si postea se locauerit cum aliquo immuni, ad hoc vt sit immunis, adhuc tenetur ad collectas. Ferret. de gabell. *num. 524.*

ADDITIO.

☞ *Et generaliter dicitur locatio in fraudem quando supplantur successor. Ias. cons. 1. num. 1. vol. 1. Gabr. lib. 3. de iur. quæsit. non tollend. concl. 5. n. 6. & vltra cum Cin. in l. emptorem col. fin. vbi Bal. vol. 2. C. locat. qui loquitur in tutore, curatore, & prælato. Alba cons. 108. n. 7. vbi non tenetur ei stare etiã necessarius successor. Surd. dec. 326. n. 80. Et hoc procedit in successore Prælati, & alienatione facta. Card. c. 1. col. 1. qui success. feud. da. teneatur.*

QVÆSTIO XIII.

1 QVæro, an emptor fructuum teneatur stare colono. Ponam in tit. de conditione furtiua, sed breuiter pro nunc vera est conclusio, quod emptor fructuum non tenetur stare colono, ex quo non habet plenum ius in re, & non est adhuc dominus fructuum, donec a solo separentur, *l. cum in plures, §. messem, ff. loc.* Alex. dicens ita consuluisse *in d. §. si vis in quinquennium, num. 17.*

2 Facit hæc conclusio in materia censualis contractus, vbi secundum hodiernam consuetudinē emuntur fructus alicuius prędij iuxta bonum meo iudicio text. *in l. fi. §. fin. ff. de contrah. empt.* pulchre Vincent. Francus, *dec. 216.* vbi in materia in vniuersum sumpta ponit duas conclusiones.

Prima sit singularis successor non tenetur stare colono, quando prædecessor non habet plenum ius in re.

3 Secunda sit singularis successor non per viã translmissionis, sed priuationis iuris, quod erat in prædecessore suo, non tenetur stare colono, ex Soc. *cons. 12. col. 2. uol. 1.* Pedemont. *decis. 32.*

QVÆSTIO XIIII.

1 AN fiscus teneatur stare colono, & videbatur quod non, ex *l. si fundus in princ. colum. 1. cum gl. 1. ff. locat.* quem tex. dixit valde notabilem Bald. & ibi etiam *Ias. ad l. diuortio, ff. sol. mat.* Rom. *sing. 430.* Io. de Arn. *Soliloq. 88.*

2 Veritas est, quod fiscus non tenetur stare colono, quãdo fiscus est vniuersalis successor, secus si sit particularis, quo casu nõ tenetur stare colono. Cur. *ien. cons. 10. num. 1.* Ferdin. Lopez. *in l. si filiusfamil. §. diui, num. 441. ff. de legat. 1.* & hæc est communis opinio. Emanu. Soarez in suo thesau. littera C, in verbo, cõductor, *num. 212.*

3 Bene tamen fisci successor tenetur stare colono. Rom. *sing. 63.* Papien. in forma libelli fictus, in glossa, soluere. Guid. Pap. *dec. 481. limit. 4.* Corset. *in sing. in uerbo, emphyt. 3.* Marsi. *sing. 458.* Dec. *in c. 1. nu. 19. de probat.* Rip. *de pest. par. vltima, n. 20.* & hæc est communis opinio. Emanu. Soarez littera C, *num. 212.*

4 Et sic fisci priuilegium hoc casu non transfunditur, sed parum durat, & figit pedem.

5 Adde prædictis Bart. *in l. cognomentus, C. de mancip. & colonis.* Alber. *in l. defuncta, ff. de vsufru.* Ioan. Plat. *in l. si tempora, C. de fid. instrum. & iure hastæ fisc. lib. 12.*

lib. 12. & ratio est, quia in conductorem fisci transfertur ius in re, quę ratio cessat in alijs conductoribus. Ari. Pinell. in l. 1. *in part. 3. illatio.* 10. *Cod. de bon. mater.* vbi de communi.

QVÆSTIO XV.

1 PVlchra est indagatio, an filius in legitima teneatur stare colono? Primo videbatur, quod non, quia legitima debetur omni incommodo, & quauis obligatione detracta *l. omnimodo, & l. quoniam nouella, C. de inoffic. testam.*

Vnde non videretur libertas in legitima, si filius colono stare teneretur.

2 Secundo in legitima filius est voluntarius successor, ergo colono stare non tenetur, & hæc est ratio *l. emptorem.* & ibi omnes notant.

3 Contrarium est in puncto iuris verius, vt late deducit Borgn. in repert. ad suas decisiones primas in verbo, electio, circa medium, & quatenus ad filium attinet, vltra alias adducta, dicitur, quod locatio transit in filium. Bald. *in auth. si quas, sub num. 5. vers. 2. probatur, C. de sacrosan. eccl.*

4 Pariter mercedes famulorum, notariorum, nautarum, Procuratorum, & Aduocatorum, pensiones domorum, vecturæ equorum, & similia ad materiam locati & conducti præferuntur legatis, & Falcidiæ. Monticulus in §. cum autem, Instit. *l. Falcidia, in §. item si quis in fraudem, Instit. de actionib. in l. fin. num. 4. C. de iure deliberan. & in § in computatione, nouissimi in l. Papinianus, in §. 1. ff. de inoff. testam.*

5 Nec rationes in contrarium adductæ obstare videntur, quia re vera hoc non est onus, & dicit Borgn. in citato loco, quod nedum in legitima filius tenetur stare colono, sed in castrensi peculio, bonis maternis, fideicommissis, & similibus.

QVÆSTIO XVI.

1 QVæro, an depositarius teneatur stare colono? Videbatur quod non, qui est voluntarius successor. Contrarium tenuit Bogni. in citato loco, & ratio, quia non habet plenum ius in re.

QVÆSTIO XVII.

1 TEtigi superius in materia creditoris, quod creditor in pignore tenetur stare colono, ad ibi dicta me remitto.

QVÆSTIO XVIII.

1 PAriter dixi superius de iure sublocandi, quod secundus conductor particularis tenetur stare vniuersali conductori, & econtra, vt tradit Borgn. in cit. loco. Venit sępius in tacto, quod quis affictat, & locat omnia bona sua, & statim vult mutare laboratores, & colonos, et vidi multa instrumenta, in quib. domini locatores nominatim paciscuntur de non expellendo colonos.

QVÆSTIO XIX.

1 QVęro, an vsurarius teneatur stare colono, & vtrumque non, vt posui superius in titul. *de vsu & habit. ex l. si habitatio. §. si vsus fundis. ff. de vsu, & habit.* Rom. *in d. §. si vir, num.* 13. vbi Alex. *num.* 10. & posui superius in citato iam loco.

QVÆSTIO XX.

1 QVæro, an ecclesia, Monasterium, vel alius locus pius, teneatur stare colono, percurrit Tiraq... de priuil. piæ causæ, si hoc erat in priuilegium pio loco attributum, nec hoc reperi modo aliquo tactum. Et Cęphal. *cons. 25. volum. 2.* tenuit quod sic, ex quo est voluntarius successor.

2 Contrarium est verius, vt loca pia non teneantur stare colono, & hoc sit eis in priuilegium indultum. Alba. *consil. 108. in fine.* idem Cæphal. *consil. 155. num. 48. vol. 2.*

3 Bene tamen singularis successor ecclesiæ, vel monasterij tenetur stare colono, & hæc est cōmunis opinio Soarez in verbo, conductio, *num. 213.* additio ad Roman. *singul. 63.* Magon. Rot. Lucan. 1. nu. 2.

ADDITIO.

☞ *Duc n. regul. 240. nu. 9. Gran. cons. 95. num. 25. Valasc. decis. Portugal l. 40. nu. 25. attestans ita indicatum.*

QVAESTIO XXI.

1 LImitatur, vt cruce signati, milites Hierosolimitani, Sancti Stephani &c. teneantur stare colono. Io. Andr. *in cap. ad deliberandum, de iudic.* Francisc. Mare. *decis. 97. par. 2.* & passim occurrere potest.

QVAESTIO XXII.

1 QVæro, an donatarius tenetur stare colono? Pro parte affirmatiua faciunt rationes superius allegatę de legatario, *q. 9.* legatum enim donatio est, *§. legatum, Instit. de legatis.*

2 Secundo pro hac parte facere videtur hæc ratio, aut enim est donatarius omnium bonorum, & tenebitur vti loco hæredis, aut est donatarius, & idem videtur dicendum ex regula, si releuatur in re donata, grauetur saltem in hoc, vt teneatur stare colono, & seruare promissa per sibi donantem, *l. secundum naturam, de regu. iur. l. cum qui, de iureiur.*

3 Pro contraria parte facit *l. nihil proponitur, §. fin. ff. de leg. 1.* & hanc opinionem dixit veriorem Alber. *ad l. arbores, ff.* de vsufructu ponendo conclusionem satis generalem, quod nec donatarius, nec alius habēs causam lucratiuam tenetur stare colono.

Ad adducta in contrarium patet responsio ex adductis superius, *quæst. 9.*

QVAESTIO XXIII.

1 QVæro, an dispositio *l. emptorem*, habeat locum inter Hebræos, & Iudæos.

Pro parte affirmatiua facit, quia inter Hebræos, & Christianos non est facienda differentia, cum sint vtrisque communia iura. *l. Iudæi, versic. communi iure C. de Iudæis.*

2 Hinc Iudæi possunt vti exceptione pręscriptionis contra Christianos, *gl. in leg. si fino, §. 1. ff. de vsucapion.* & gau-

& gaudet priuilegijs,& immunitatib.concessis inco. lis etiam per statuta Ciuitatis.Bald.in l. spadonem,§. etiam,ff.de excusa.tutor. Alex. consil.99.lib.6. Socin. cons.62.col.4.lib.1.Bertach.de gabel.par.6.q.17.

3 Secundo pro hac parte facit, quia lex generaliter loquens non extenditur ad Iudæos.Panor.per illum tex.in c.1.de vsur.Gemin.in c.1.§.fin.eo.tit.lib.6.

4 Pro parte negatiua facit, vt in contractibus Hebræorum seruanda sit lex Mosayca, & vsus eorum. Calder. cons.10.tit. de constit.cons.30.tit. de testibus.

5 Et hæc opinio verior est, quia apud Hebræos l. emptorem non est vsu recepta, vt testatur Gozzad. consil.24. in fin. Alphan.repor.70.

6 Nec obstant rationes,quia non fit differentia,sed ex quo a iure ciuili habent, vt attendatur apud eos lex Mosaica,& vsus eorum,talis vsus ad eorum fauo. rem attenditur.

7 Nec obstat alia ratio, quia regula vera est in materia æque proportionabili,vt per Rip.in l.si insulam. num.1.ff. de verb.oblig.

8 Quid si Christianus locet Hebræo apothecam,& pendente locatione vendat, cuius iura erunt attendenda? fortasse consulendum in hoc esset Hebræis; ex quo humaniter sunt tractandi.c.Iudęi,de testibus & in materia locati & conducti.Bertr.cons.28.lib. 3.

QVÆSTIO XXIIII.

1 Locauit Archiepiscopus Archiepiscopatum,& noluit teneri, nisi in casu mortis, quid si non moriatur,sed transferatur ad nouum archiepiscopatum? Vtique non tenetur,& ille,qui subintrat, non tenetur stare colono. Vincen.de Anna. allegat.92.

QVÆSTIO XXV.

1 Sed nunquid successor teneatur ad salaria contracta per antecessorem probatis maxime extremis? Et vtique,non in debito voluntario, secus in necessario.Put. decis.43. & 44.par.2.

2 Declara secundo in salario deputato personæ quod personam non egreditur, secus si sit deputatus a dignitate,communitate,vel capitulo.Put. dec. 1.p. 3.& ita declarantur famosa consilia Federici consil. 218.in fin.Alex.consil.109.vol.6. Dec.consil.131.in fin. Soc.196.vol.4.

3 Declara tertio in aduocato, cui a successore etiã non conuentum debetur. Put. decis.11.par.3.

Positis aliquibus quæstionibus ad ornatu, & vtilitatem huius famosę, l. emptorem,C. locat. venio ad nonnullas vtiles ampliationes, & declarationes.

4 Ampliatur primo loco vltra adducta in quæstionibus præcedentibus dispositio l.emptorem.C.loca.vt procedat, & habeat locum, in successore in benefi. cio, etiam titulo inualido, vt teneatur stare colono, & sic locus sit dispositioni d. l. emptorem. Borgni.in repet.suarum decisionum,in verb.electio,col.8.

5 Ampliatur secundo,dispositio d.l.emptorem,C.loc. vt singularis successor possit expellere conductore propria auctoritate,gl.in d.l.emptorem. Affli.in c.1.n. 73.de pace turam. firman. Duenn. reg.240.ampliat.2,

6 Et sic vides,quam fauorabilis sit materia l.emptorem,C. locat. & saluabis multos a pęna turbatæ possessionis ex hoc capite.

7 Ampliatur tertio, vt secundus conductor temporaneus, vel perpetuus stare teneatur primæ locationi, etiam si secunda locatio verbis pręgnantibus facta fuisset.Ial. cons.45.vol.3.

8 Ampliatur quarto, vt successor in dignitate, vel officio teneatur stare colono. Purpur. de Principe loquens cons.424.vol.2.late Neuizzan.consi.12.inter cons. Brun. Affli.decis.2.num.2. & in constitut. officij, num.2.in 2. notab. & in constitut.cum accessiones,in 1. & 2.notab. Roderic.Soarez allegat.8.num.4.Rolan. cons.66.num. 36.vol.2. Lofred.cons.38.num.17.Alberi.in l.digna vox,ff.de legibus.

9 Declara in dignitate per successionem, secus per electionem, vel imperium. Boss. in tit. debit. & de. lin.num.6.Lofred.d.cons.38.num. 18.Rube.cons.96.n. 5.Soc.iun.cons.60.volu.3.Rimin.iun. cons.355.num. 18. & 19.vol.2.

10 Vnde officialis non est expellendus per successorem,quod male seruatur. Late Borgn. in citato loco,tamen pro solatio concedi salarium loco interesse,Vincen.Franc. decis.216.in fin.

11 Ampliatur quinto in vassallo, qui non tenetur stare colono,immo econtra. Bald. in cap.1.§. si quis, quo tempore miles.

12 Ampliatur sexto, vt proprietarius non teneatur stare vsufructuario colenti manibus proprijs, qui si fructibus pendentibus decedat,proprietarius, ad nihilum hæredi tenebitur.Cephal.cons.181.volum.2.& dixi superius.

13 Limitatur primo loco principaliter dispositio l. emptorem, C. locat. ex parte successoris, vt non procedat in successore non habente plenum ius in re, quia iste tenetur stare colono. Bal.in l. venditione,§. si quis fructus, num. 4. ff. de bon.autor. iudic. possiden. Gra.cons.95.n.12.lib. 1. Io.de Amic. cons.113.& hæc est communis opinio,Iason.ad l.diuortio,num.33.ff. solut.matr. Duen. reg.240.limit.6. Eman.in thesau. verbo,conductor, num.112.

14 Limitatur secundo loco principaliter dispositio l. emptorem,C. loca. vt non procedat in colono partiario, cui singularis successor stare tenetur ex quo est loco socij, de quo alias superius vidimus in materia remissionis mercedis, & alijs in locis, & in terminis ponit Fabi.de empt. & vend.q.6.num. 18.Pedemont. decis.82. Cephal.cons.658.num.8.vol.5.

Addo Soc.in trac. fallent.littera A. reg.29.limit.5.

ADDITIO.

☞ *Declaratur vlterius in locatione valida facta colono partiario, vt non sit in fraudem quæ si sit nulla, vel in fraudem. Emptor colono partiario stare non tenetur, licet seminauerit, & annum inchoauerit. Surd.decis.40.*

15 Declaratur hęc limitatio, vt procedat, & restringatur pro eo tantum anno,quo est inchoatum laboritium.Cepha.cons.181.in fi.dicens hanc opinionem admodum æquam.

16 Quæ declaratio procedit etiã in colonis ecclesiæ. Franc.Marc. decis.Delphina.196.par.2. dicens generaliter hanc opinionẽ habere magnam conscientiã, & loquitur in beneficio vacante per resignationem. Sum. Ange. in verbo locatio.11. & Siluest. eod. num. vbi in foro conscientię latis commendat, latissime com-

commendat in iustitia, æquitate, & cōscientia. Borgni. *decis.* 44. *a num.* 23. vsque 40. & vidi pluries in facto iudicatum, & summa cum ratione.

17 Vidi etiam pluries in facto casum, vt dominus expellatur per sententiam iudicis fructibus maturis nondum collectis: nam habebit partem vti colonus. Adde Alber. *in l. idemque, ff. pro soc.* & allegatus Frāc. Marc. *decis.* 178. *par.* 2.

18 Bene verum est, quod vendens fundum simpliciter censetur etiam vendere partem coloni. *Iaso. in l. cum filiofamilias, nu.* 180. *ff. de legat.* 1. vbi Socin. iun. *num.* 261. Bauer. *num.* 185. Vinc. de Ann. attestans ita iudicatum, *singul.* 539. Mantu. *sing.* 310.

19 Declara in venditione ignorante adesse colonū, quia tunc non videtur vendidisse partem coloni. Ita Iaf. in citato iam loco. Borgn. *decis.* 16. *num.* 14. *par.* 2. Bursat. *cons.* 240. *num.* 20. *lib.* 3.

20 Contrarium est verius, quinimmo semper præsumitur scientia in domino, si adsit, vel non adsit colonus, vti de re propria. *decis. Perus.* 83. *num.* 10. confirmata per authorem met. *decis. Lucen.* 38. *num.* 25. vbi pariter attestatur communem esse cōtra Pedemon. *decis.* 82. nisi in casu, quando aliter conuentum esset. Et mihi quoque verior videtur, vt colonus propriæ possessionis cognoscatur.

Vnde colono datur actio personalis contra dominum venditorem considera bene in allegata *dec.* 83. Ancha reprehendit Ias. qui vere loquitur in emptore, non venditore, prout presupponit.

21 Et Rom. *consil.* 309. *in fin.* velle videtur, quod inter colonum, & dominum est locietas de fructibus a solo separatis, non autē pendentibus. Adde Pedemont. nouissima 55. vbi late sequitur, immo, remota differentia scientię, & ignorantię, non videtur vendita pars coloni, maxime in loco, vbi notorium est, bona dari ad laboritium.

22 Vnde solent fieri venditiones cum reseruatione partis coloni, & isto casu si fit venditio saluo iure coloni, & dominus ad manus colat, non intelligitur excepta pars domini vti coloni, nisi emptor sciuisset nullum adesse colonum. Bart. *in l. si mercedem, §. 1. ff. de act. empt.* melius *in l. si quis legauerit, ff. de legat.* 1. Felin. *in cap. inter monasterium, col.* 2. *de re iudic.* & hęc est communis opinio teste Alex. *consil.* 28. *num.* 9. *vol.* 2. Cautus igitur erit emptor in instrumento emptionis, ne sibi præiudicet. Gabr. pariter de communi in verbo, reseruatio. Bursat. *consil.* 71. *in fi. vol.* 1. Sebast. Medic. *de reg. iur. reg.* 10. *num.* 123. *par.* 1. Firmian. in verbo reseruatio. vbi bene loquitur. Menoch. *lib.* 2. *præsu.* 44. *in princ.* Ias. *in l. non solum. §. morte, num.* 49. *de nou. oper. nunt.*

ADDITIO.

☞ *Surd. decis.* 225. *num.* 18.

23 Secus si dicat, salua parte coloni, quia tunc cum ad factum se retulerit, illam proculdubio reducet. Bal. *in d. l. si quis legauerit*, & est de mente Bar. *in d. l. si mercedem, in fin.* Fabia. *de empt. & vend. q.* 18. sextæ partis, vbi subdit notabiliter, quòd clausula, saluo iure coloni, operatur vt possit agi ad mercedem, dicens hoc in practica valde notabile, & quotidianum.

24 Limitatur tertio loco dispositio *l. emptorem, C. loc.* vt non procedat data scientia. Vnde singularis successor tenetur stare colono, quando habet notitiam locationis. Bero. *consil.* 2. *num.* 2. & 15. *volu.* 1. Bursat. *cons.* 101. *nu.* 4. *vol.* 1. Ceph. *cons.* 518. *vol.* 5. vbi loquitur in secundo conductore scienter emente ad exclusione primi. Nec agit ad interesse de euictione contra venditorē, si emptor sciebat. Gozad. *cons.* 24. *nu.* 7.

25 Limitatur quarto loco notabiliter, & hęc limitatio passim occurrit in practica, & est admodū quotidiana, vt singularis successor teneatur stare colono, quando de conductione & locatione est confectum instrumentum cum hypotheca bonorum. Ita dicit Bar. in practica perpetuo notandum, ad *d. l. emptorem*, vbi etiam Ang. ita practicare docet, & dat pro cautela colono, vel conductori, ne expellatur. Fusi. in verbo, emptor, *num.* 21. Papien. in forma libelli ad ficti pręstationem in verbo, soluerit, *sub num.* 5. *vers.* item fallit. Et ita tenuit Rota *decis.* 861. in antiquis, secundum veterem impressionem, & secundū nouam *decis.* 1. *titu. de locat.* Corset. in verbo, pactum, dicens hoc sempiterna memoria dignum, Marsi. *singul.* 321. volo te scire, & hęc communis opinio. Pedemont. *decis.* 155. *num.* 20.

Ampliatur hæc limitatio, siue hypotheca sit generalis, siue specialis, ita Bart. Bal. & Salic. *in d. l. emptorem.* idem Bar. *in l.* 1. *§. quod autem, de superfic. in l. qui fundum, ff. locat.* Bar. & Alex. *in l. si filiusfamilias, §. fin. ff. solut. matri.* Castr. *in l. si merces, §. qui fundum, ff. locat.* Rot. *antiqu. decis.* 861. Guid. Pap. *quæst.* 480. Aufrer. ad Tholosan. 420. Abb. *in cap. querelam, col. penult.* vbi Anan. *num.* 9. ne prælati vic. suas. Aret. & Alexan. *in l. qui absenti, §.* 1. *ff. de acquir. hæredit.* Ang. *consil.* 245. *num.* 6. Corn. *consil.* 6. *lib.* 4. & hæc est cōmunis opinio. Neguf. de pign. *par.* 2. *memb.* 1. *num.* 6. Ferdinan. Lopez. *in repetit. l. filiusfam. §. diui. num.* 441. ff. *de leg.* 1. Couar. *var. resolut. lib.* 2. *cap.* 15. *sub num.* 3. vers. primum, &c.

ADDITIO.

☞ *Beniuras. de actio. in princ. num.* 214.

26 Addo bene loquentes Port. *in §. si, sub num.* 6. *instit. de locat.* vbi dat hoc pro consilio de non expellendo, vt obligentur omnia bona, & hanc dicit communē, & ab ea in iudicando non esse recedendum, ac etiā in puncto iuris veriorem, Grat. *respons.* 95. *lib.* 1. vbi acerrime hanc opinionem de generali hypotheca defendere nititur. Ias. pariter de communi *in l. si ita quis, §. ea lege, num.* 32. *de verbor. oblig. in l. quoties, nu.* 29. *C. de rei vendic.* Capic. *decis.* 182. *n.* 3. Ant. Gomes. de contract. *sub nu.* 8. vers. item quero vbi pariter de communi Ioan. de Amic. *cons.* 113. Alexan. de Neuo. *cons.* 25. *num.* 2. Becci. *cons.* 8. Mozz. *de contr. tit. de loc. col. fin. num.* 16. Seraph. *de priuileg. iuram. priuileg.* 74. *num.* 4. & *priuileg.* 185. vbi de communi, & multos ex istis non allegat.

Addo Borgni. de vsufruct. *num.* 174. Menoch. *cons.* 63. *nu.* 10. *vol.* 1. Rot. Perus. *decis.* 60. *par.* 2. Rol. *consil.* 62. *num.* 19. *vol.* 2. & istud consilium passim frequentatur, Mari. Anguiss. *cons.* 216. *nu.* 26. Socin. *cons.* 121. *num.* 16. *vol.* 1. & *cons.* 259. *nu.* ... *vol.* 2. Ruin. *cons.* 180. *num.* 18. *vol.* 1. Rimin. ien. *cons.* 43. *volum.* 4. Ioseph de Ludou. *concl.* 74. *in fine.* Cell. *in tract. clausul. contract.*

in

in verbo obligauit, &c. Plo. de in litem iuran. §. 4. nu. 83. Iacob. Menoc. de retinen. possess. remed. 4. num. 38. Ias. in in d. §. dini, in 1. lectu. num. 902. & in 2. lect. nu. 122. vbi Cro. num. 10. Cagno. in l. 2. nu. 175. C. de pact. Eman. Soarez. in eius thesaur. litera A, nu. 139, & litera P, nu. 332. Paris. in consuetu. §. 30. q. 23. n. 96. Nat. de communi, cons. 426. nu. 3. vol. 1. Alpha. report. 60. Tiraq. de retract. conuen. §. 3. gl. 1. nu. 8. late de magis communi, Ioseph. de Ludou, Rot. Lucan. 38. vbi ampliat procedere etiam stante statuto de dimittendo possessionē per conductorem, prout Luc. lib. 2. c. 13. quia intelligitur secundum ius commune, dummodo conductor non habeat hypothecam in re, vt per eum, & de magis communi etiam Mago. Rot. Luc. 97. numer. 23. Eugen. cons. 58. num. 5. ita vt dici possit de hoc hodie non esse dubitandum, & practica passim obseruat.

27 Contrarium de magis communi tenet Dionys. in consuetudi. Bles. vt specialis requiratur, art. 101. fol. 296. relatus per Burs. cons. 101, nu. 2. part. 1. Seraf. de iuram. priuil. 158. Rebuff. attestans pluries in facto iudicatum, in l. alienatum, vers. 3. limitari potest, de verb. signif. Iac. Rim in cons. 6. in fin. vol. 4. vbi hoc intrepide tenet, & dicit magis communem, & ab ea in iudicando non recedendum, cons. 743. vbi licet generalis hypotheca insistere possit, tamen obl. interesse expelli poterit, secus in speciali.

28 Concilia (si tamen vera est hęc secūda opinio) vt sufficiat generalis colono, vt possit rem conductam retinere pro suo interesse, & sic procedat prima opin. Aut queritur, an alienatio sit nulla, ita vt non habeat necesse colonus probare suum interesse, & sic requiritur specialis. Feder. Lo pez. in §. dini, nu. 88. Ant. Gab. de pignor. concl. 1, num. 6.

29 Datur igitur retentio in omni casu colono, & cōsequenter expelli non poterit a singulari successore.

30 Extenditur hæc limitatio, vt generalis hypotheca per errorem omissa habeatur pro apposita. Boer. dec. 182. nu. 54. post Veron. & Ias. per eum allegatos. Tiraq. de retrac. §. 3. gl. 1. nu. 7.

Cui plene profitenti addo Bal. in l. bene a Zenone, col. 1. in fin. C. de quadrienny praescript. in l. 2. colu. pen. in p. ff. sol. matr. decis. Neapolita. 159. in nouiss. Affl. super consti. de ferijs, & salarijs, iudicum, num. 13. Nicolaus in l. generaliter, nu. 68. C. de secund. nupt. Rui. cons. 32. col. pen. vol. 5. Deci. in l. semper in stipulationibus, nu. 14. de reg. iur. Ant. Gab. de consti. concl. 3. nu. 14. posui alias ad l. excep. C. loc. par. 1.

31 Extenditur secundo, vt non audiatur offerendo fideiussorem, quando damna sunt liquida, alias fideiussio sufficeret. Goza. cons. 100. nu. 21. Pedem. decis. 77. Bursat. cons. 101. nu. 2. vol. 1. ponam in tit. de expens. si in non liquidis sufficiat fideiussor.

32 Extenditur tertio, vt hæc generalis hypotheca sufficiat etiam sine prohibitione alienationis. Viuia ex communi opin. 61. circa med p. 2.

33 Declaratur, vt isto casu emptor, vel alius singularis successor, offerat conductori suum interesse, quo casu expelli poterit. Salic. in l. emptorem, col. 2. sequitur Castrens. in l. nihil, §. fin. ti. de leg. 1. Corn. cons. 6. vol. 4. Ang. cons. 245. nu. 6. Rui. cons. 180. nu. 18. vol. 1. Et hæc est communis opin. Rol. cons. 60. num. 12. vol. 1. Viui. opin. 61. part. 2. post Neguzan. & alios vltra quem subdeclaratur, vt procedat, si colonus agat secus si excipiat, quia successor ei pręcise stare tenetur, Socin. cons. 90. col. 1. lib. 1. Cuman. cons. 170. col. fin. Anton. Anguisol. cons. 10. nu. 12. Plot. ad l. si quando, nu. 121. secundum primam impressionem. Paris. cons. 98. n. 12. vol. 4. Bero. q. 97. num. 4. cons. 136. lib. 1. Grat. cons. 94. n. 27. vol. 1. Alex. de Neuo. cons. 25. Gomes. de contrac. cap. 3. nu. 7. & 8. Borgn. in repert in verbo vsufructua. rius. Bero. cons. 2. nu. 12. Ioseph. de Ludou. Rot. Lucan. 38. sub nu. 16.

ADDITIO.

☞ Decis. Auenio. 108.

34 Addo, quod hęc est communis opin. Guid. Pep. q. 480. nu. 2. Gozza. cons. 24. nu. 9. Soci. iun. cons. 129. nu. 10. lib. 2. Cephal. cons. 552. nu. 12. & 16. vol. 4. Afin. de magis communi, §. 7. c. 38. & 39.

ADDITIO.

☞ Pulchre Valasc. decis. Portugall. 76. nu. 5. qui bene loquitur in isto casu.

35 Subdeclaratur secundo, stante iuramento, quod obligat pręcise, quo casu singularis successor tenetur locationi, nec auditur offerendo interesse.

36 Idem in pacto de non alienando cum speciali hypotheca, de quibus duobus casibus communem dicit Neguz. de pign. par. 2. nu. 2. memb. 2. Rolan. cons. 60. in 2. dubio, vol. 1. Couar. var. resolut lib. 2. c. 15. sub nu. 3. vers. vltimo est, & magis communem Turza. princ. 48. Roderi. Soar. in l. post rem iudicatam, nu. 6. de re iud. Perso. nal. cons. 41.

37 Extenditur vltra Couar. idem si adijciatur pęna Bero. q. 97. per §. non solum, Instit. verb. oblig. cons. 97. volum. 1. Thol. decis. 420. Bursat. cons. 101. nu. 2. vol. 1. Pedemon. decis. 82. & 156.

ADDITIO.

☞ Extenditur quarto etiamsi esset promissum in veritate, Bal. in capit. in literis de praesumpt. alios citat. Siluan. de feud. recognit. cap. 109. col. 2. vel sub fide sua, quia habet vim iuramenti. Borgn. in repertor. decis. part. 1. in verb. promittens sub fide.

In omnibus autem istis casibus, promittens faciendo possibile excusatur. Affl. decis. 205. per totum, Grammatic. decis. 101. num. 8. Marant. qui ita concludit. disput. 7. num. 10. 19. Seraphin. priuileg. 74. nu. 22. 31. Crot. ad l. 4. §. Cato nu. 97. de verb. oblig. late Surd. decis. 234. num. 12. vsque ad finem.

Extenditur quinto vt idem sit, si apponatur promissioni clausula sincere & libere. Paris. consil. 10. nu. 6. 39. vol. 1.

Extenditur sexto etiam in promissione sub fide quae pariter habet vim iuramenti, cap. 1. vbi Gemini. post 10. Aud. de sepultur. lib. 6. c. ad aures quod met. caus. late Ias. cons. 91. num. 7. vol. 1. Iacob. ad l. si quis maior. num. 22. vbi Parpali. nu. 40. C. de transactio. Bertrand. cons. 269. n. 5. vol. 7. Pinell. ad l. 2. p. 3. cap. 1. C. de rescind. vend. de communi. Bertran. cons. 162. col. 5. vol. 1. Ant. Gab. de transactione, concl. 1. num. 28.

38 Quod procedit, siue emptor, vel alius singularis successor sciuerit iuramentum siue non, & sic nesciuerit loca.

locationem. Nat. *cons. 426. vol. 2.* quod durum visum fuit Couar. *resol. lib. 2. c. 15.* ex quo iste singularis successor non contraxit, nec est successor vniuersalis vt factum alterius sibi nocere debeat, & Viui, in Silua, *lib. 1. opin. 127. nu. 10.*

39 Limitatur quinto loco dispositio *l. emptorem, Cod. locat.* vt licet singularis successor non tenetur stare colono, tamen locator tenetur conductori ad interesse *l. qui fundum, l. si merces, §. 1. ff. locat.* Bero. *q. 97. num. 1.* Grat. *cons. 95. num. 30. vol. 1.* Deci. *cons. 8.* Duen. *reg. 240. nu. 10.*

40 Vnde quando non adest iuramentum, solet practicari, vt emptor offerat interesse colono, & cogitur discedere non obstante hypotheca: ita est communis practica. Nat. *cons. 426. vol. 2.*

41 Ampliatur vltra alios hæc quinta limitatio, vt procedat in casu quando locatio facta sit ad certum tempus, cũ pacto, quod non possit locatur ante quinquennium alienare, nam si post quinquennium alienabit, ad interesse tenebitur, licet ad tempus prohibitum censeatur post tempus permissum, *l. si merces, §. 1. ff. loc.* Bero. *q. 97.* per totam, & diximus superius.

42 Cautus tamen in hoc erit conductor, quod si sponte relaxet possessionem singulari successori, sibi præiudicat, nec amplius agere poterit ad damna, & interesse cõtra locatorem. Ita alias tenuit Rota in vna locationis molendinorum coram Aldobrãdino, die 14. Maij 1547. vt per Paleott. *decis. 52.* Anton. Iucauerat. Burs. *cons. 10 1. nu. 4. vol. 1.*

43 Bene verum est, quod si colonus admittere noluerit singularem successorem, quod locator, qui vendidit, agat contra colonũ, & dicat se ex hoc esse spoliatum, & petat restitui. Ita docet fieri in practica Specula. *in tit. de restit. spol. §. 1. nu. 4.*

44 Addo tamen, quod conductor expelli poterit data cautione de soluendo interesse, & hæc est communis opinio. Natt. *cons. 240. nu. 3. lib. 2.*

45 Quam declara veram esse, si interesse non sit liquidum, secus si sit liquidum, prout anticipatę solutiones, & similes. Soc. *cons. 90. num. 20. lib. 4.* Gozad. *cons. 100. numer. 21. & cons. 97. in fin. lib. 1.* Beninten. *decis. 77. numer. 10.* Bursat. *in terminis, cons. 101. lib. 1.* Idem de proxime liquidando, Rot. Luc. Ioseph. Lud. *38 num. 19.*

46 Limitatur sexto dispositio *l. emptorem, C. locat.* nisi locator recepisset pensionem anticipatam totius tẽporis, quo casu singularis successor tenetur stare colono, ita vno verbo limitat practica Papien. in forma libelli ad ficti præstationem, in verbo soluerit, *nu. 5. in fi. & in gl. inuestitus, nu. 13.* Addo Ias. *in l. qui in futurum, nu. 1. ff. de pact.* Borgn. *decis. 44. nu. 8.*

47 Quæ limitatio ampliatur ad materiam *l. ædę, C. locat.* vt non sit locus recusationi *ex d. l. æde*, si pensionem recipiat, ita Bal. *in d. l. æde,* Corn. *cons. 103. colum. pen. vol. 2.* Ant. Gabr. *de locat. concl. 3. num. 7.* ex dictis superius in materia recusationis.

48 Declaratur in locatione facta de bonis ecclesiæ a Rectore ecclesiæ, & ratio est, quia in primo casu sunt obligata bona venditoris, qui erat dominus dictorum bonorum, secus in casu isto. Ang. *cons. 425. in secundo dubio. cons. 19. num. 7. volum. 1.* Gigas de pension. *quæst. 88.* Rodo. *de reb. eccl. §. sed an contractus, & §. sed an locatio.*

49 Limitatur septimo dispositio *l. emptorem. C. locat.* vt non procedat in Prælato succedente alteri Prælato priuato per sententiam, quando nec sibi, nec conductori est intimatum. Bald. *in l. iubemus, la secunda, in princ. C. de sacros. ec. eccle.* Ang. *cons. 555. in 5. dubio.* Rolan. *cons. 49. nu. 7. vol. 2.* Crot. *cons. 414. nu. 5. vol. 3.* Ias. *in l. diuortio, nu. 9. & nu. 39. ff. solut. matr.* Bal. *in c. quoniam frequenter, §. fin.* vt lite non contestata. Borgni. *decis. 45. nu. 33.*

50 Et circa ea, quę allegata sunt de anticipata solutione, addo vnum satis vtile in hac locati & cõducti materia, quod colonus, vel conductor soluens ante diem, vel tempus liberatur, siue appareat vera numeratio, siue confessio de receptis, & præiudicat etiam fisco creditori ex aliquo delicto succedenti. Boss. *in tit. de bitores,* an delinquenti soluere *a nu. 6. vsque ad finem,* & est materia frequens & quotidiana.

51 Et ibi Boss. refert vnum dictum morale Bal. collectum ex legibus de locato & conducto loquentibus, scilicet prospectus futurorum, quamuis pertineat ad sapientem virum, tamen non afficit damno non cogitantem, nisi ex præsenti debuerit cogitare. Bal. *in l. æde, col. 4. vers.* quæro de quibus vsibus, *C. loc.* allegat *l. si quis domum, §. 1. ff. loc.* de qua late vidimus in materia vsusfructus.

52 Multæ autem cautelę dantur in hac materia *l. emptorem, C. loca.* tam ex parte locatoris, quam conductoris. Cautela prima. Hippotheca bonorum, de qua iam vidimus.

Addo solum Roderic. Soarez. *in l. post rem iudicatam, nu. 8.* qui velle videtur quod generalis hypotheca simplex, & pura non facit, vt singularis successor teneatur stare colono, si offerat suum interesse, sed vt successor teneatur stare colono, requiruntur duo copulatiue, pactum de non alienando, & specialis hypotheca rei, fundans se admodum in illo facto habuisse, & consuluisse.

Addo Rom. *cons. 423. in fin.* Benincass. *in tract. caut. littera, C. versic. 5.*

53 Addo, quod istud pactum fieri debet vel in instrumento, quod fanè vtilius est, vel incontinenti, post præsente tamen conductore, eo autem absente nihil operabitur. Ita deducit Feli. *cons. 51. nu. 6.*

Casus admodum quotidianus, & frequens, quia passim contrahentes obliti paciscuntur incontinenti post instrumentum, & intrat regula, plus dictum, & minus scriptum. Et addo vlterius Bursat. *d. cons. 101. nu. 3.* vbi sentit veriorem, & stabiliorem opinionem esse, si apponatur hypotheca omnium bonorum cum aliquibus casibus prægnantibus.

54 Cautela secunda. Promisit non expellere etiam si pro vsu suo indigeret. Felyn. *cons. 43.* Nec istis casibus locator liberatur offerendo interesse secundum magis communem opinionem, Soci. *cons. 90. col. 1. lib. 4.* Guid. Pap. *decis. 480. nu. 5.*

55 Cautela tertia. Econtra, vt colonus, vel cõductor, possit cogi stare in conductione, cautela datur, vt in venditione apponatur ista verba, vẽdidit rẽ, & omne ius, omneq; actionem reale, & personalẽ, quæ cõpetit in dicta re pro dicta re, vel eius occasione, faciens eius procuratorem in rem suam, quia singularis successor agit actione sibi cessa. ita Bar. *in l. qui fundum ff. locat.* dicens in practica hoc perpetuo notandum.

56 Cautela quarta. Sed pro conductore pactum resolutiuum cum annullatione iuris agendi contra quæ-

cunque

cunque Borgnin. *in repertor. in verbo, vsufructuarius*.

Practicando tamen animaduertendum est, quod emptor antequam citat, vel faciat preceptum, de disgombrãdo conductori, informet se prius, & videat si post instrumentum locationis, facta cum hypotheca bonorum, alias si postea exhibeatur per conductorẽ condemnabitur emptor in expensis. ita in terminis practicare docet Lanfranch. *in cap. quoniam contra. in verbo expensæ, sub num. 4. vers. ecce exemplum.* vbi dicit notarium teneri ad exibendum emptori, vt habẽti interesse, ex Ang. *in l. si quis ex argentarijs, Cod. de edend.* commendat pro notabili. Borgn. *de tut. nu. 30.*)

De materia l. fin. ff. de iure fisci.

PRroxima est ad materiam *l. emptorem*, materia *l. fi. de iure fisci.* si vendatur res locata pendente locatione, in qua ad eius intellectum considero plures casus vtiles, & quotidianos.

1 Primus est casus. Vendẽdo fundo locato, in quo sũt fructus naturales pẽdentes pertinent ad emptorem, quia fructus pendentes sunt pars fundi, *l. fructus, ff. de rei vendic.* facit materia *l. emptorem*, vt singularis successor non teneatur stare colono. Aret. *cons.* 160. Papiens. in libello venditionis. *in l. fructus, nu. 3.*

2 Secundus est casus. Vendita re, quæ non facit fructus naturales, sed industriales, vt domo, naue, & similibus pensio distribuitur pro rata temporis *l. Iulianus, §. de fructibus, & ibi not. ff. de act. empt.* Tertius est casus. Vendita re, ex qua pro fructibus debetur certa annualis pensio, tunc si est ille singularis successor, qui teneatur stare colono, vt fiscus, & similes, de quibus supra, tunc transit ad eum ius coloni, tempore, quo pensio solui debet. Si vero talis successor non tenetur stare colono, tũc inspiciendum est tempus, quo fructus percipiuntur. *Bar. in l. fi. §. fi. ff. de iur. fisc.* Bald. *in l. si traditio, & in l. fructus, C. de act. & empt. l. 1. col. 4. C. de vsufru. leg.* Alex. *cons. 28. nu. 3. vol.* 1. Fab. *de Mon. de empt. & vendit. quæst. 6. princ. numer. 23. cum sequent.*

3 Ias. *in §. actionum, nu. 140. de actio. per egr. de iure fisci, lib. 6. tit. 4. nu. 35.*

4 Quartus est casus ad intellectum *l. fin. ff. de iur. fisci*, vt non procedat in bonis dotalibus locatis, vt si pendente locatione matrimonium dissoluitur, fit diuisio per contributionem, *gl. ad l. diuortio, in verbo, debebatur, ff. solu. mat.* vbi Bar. & alij hoc notant rationem redentes, quia venditio fit ex voluntate, restitutio dotis ex necessitate. Vnde magis subuenitur.

5 Quintus est casus ad materiam *l. fin. ff. de iur. fisci* si ager erat locatus colono, & fructus erant collecti, integra pensio spectat ad hæredem fructuarij: si vero fructus nondum erant collecti, diuidenda est pensio vltimi anni inter hæredes fructuarij. Ita Alber. *ad l. 1. & ad l. defuncta, col. 1. in fin. ff. de vsufru.* vbi rationem reddit vtilem in materia locati & conducti, de qua agimus. Nam quando ager est locatus, quæsitum est iam ius fructuario petendę pensionis, quod ei lex pro tempore præterito auferre noluit, ex futuro euentu mortis, quod esset iniquum, secus quando ager non est locatus, vt ibi pulchre per eum.

6 Sextus casus est ad materiam *l. fi. ff. de iur. fisci*, si emptor fundũ locauerat pro certa pensione, vel responsione cum pacto de retrouendendo, si venditor, aut cõsanguineus redimet ante tempus destinatum pensioni, vel responsioni faciendę: fructus diuiduntur pro rata temporis inter emptorem, & venditorẽ. Cuma. *in l. qui Romæ, in princ. ff. de verbo. oblig.* quem ibi secutus fuit Soci. *nu. 20.* Ias. *nu. 37.* idem Cuman. *in l. 1. ff. de iure fisci.* late Tiraq. *de retract. conuent. §. 5. gl. 3. num. 11.* Cagn. *in l. 2. nu. 45. C. de pact. inter empto. & vendit.* vbi Goza. *nu. 130.* & iterum *q. 16. nu. 158.* Didac. *var. resolut. lib. 1. c. 15. nu. 7.* attestans hanc opinionem humaniorem, æquiorem, & vtiliorem.

7 Addo ei plene profitenti bonum verbum. Et hæc magis communis opinio. Rolan. *cons. 27. num. 6. lib. 2.* Calcan. *de vsufruc. n. 244.* & secundum hanc fuit plures iudicatum. Anch. Rhegiens. *q. 13. nu. 11. p. 1. decis. Perus. 79. nu. 7. p. 1.* Vidi in facto casum. Plures fratres simul habitantes locauerunt domum communem, postea venerunt ad diuisionem, & vni contigit domus locata, vni accedit pensio de tempore præterito? patet ex relatis casibus, & adde Roman. *cons.* 10. Tiraq. *de retract. lignag. §. 1. gl. 7. nu. 42.* si fructus debeantur semel in anno, vt frumentum, & similia, cedunt emptori, nisi locatio sit biennalis, vel ad longũ tempus, si vero fructus debentur diuisim, et pensiones tunc fit diuisio pro rata. Salyc. *in d. §. de fructibus*, quem magistralem dicit Vinc. Fran. *decis.* 59. Gomes. *variar. resolu. lib. 2. c. 2. Pedemont. nouiss. 56. nu. 6.*

De collectis.

PVlchra, frequens, & quotidiana est indagatio, & plures in facto agitata, an coloni, vel conductores teneantur pro eorum parte ad collectas, & alia onera.

1 Pro parte affirmatiua facit, quia tenentur soluere decimas, *c. nobis, & c. sua nobis, vers.* & cum in cunctis de decimis.

2 Secundo, si fęnus exercent, tenentur contribuere in oneribus patrimonij, etiam si pensionem non haberent. *l. filij, §. fi. ff. ad municipa.* ergo pro fructibus lucratis pariter eis indici munera possunt, & collectæ, & similia, & hanc opinionem tenuit Luc. de Pen. *in l. fin. q. 17. C. de quibus mun.* vel præstatio nemin. liceat se excus. Capra. *de reg. iur. & trac. c. 96. num. 85.* post gl. Innoc. Federic. per eum citatos, & locatores molestari non debent pro collectis inquilinorum. Marc. *decis. 46. nu. 9.*

3 Pro parte contraria, quod domini, & locatores teneantur, facit. *tex. in §. nullus, Auth. de coll. & l. litib. in fi. & l. si penus, C. de agric. & censi. lib. 11.* vbi domini prædiorum, non coloni tenentur munera subire, & ibi no. And. de Barulo, & Io. de Plat.

Secundo munus collectarum debet imponi illis, qui possident pro suo, & iure suo faciunt suos, ex no. per Curt. sen. *cons. 36. Parpal. in l. placet, colum. 9. num. 21. C. de sacrosanct. eccles.* Alexand. *cons. 35. numero 1. volum. 4.*

4 Tertio, onus collectarum pertinet ad dominum, *d. l. si penus, in fine*.

Et hæc secunda opinio regulariter est vera, vt ad locatorem pariter, & dominum pertineat onus collectarũ, & ipse teneatur soluere collectas, & alia onera subire, non conductores, & ratio est, quia non possident, & grauantur onere annexo patronis. Rimin. *cons. 31. nu. 31. & 57.*

Et hanc opinionem tenuit Soc. *cons.119. numer.9. vol.1.* Ias. *in l. fructus, nu.14. ff. solut. matr. in l.1. num.30. & 32. C. de iur. emphy.* post Bal. ibi *col.1. vers.6.* Brun. *de stat. exclusus faemin. art.8. quaest.22. col.4. circa finem* Natt. *cons.405. nu.9.* post Lud. Bologn. *cons.54.* Laur. Silua. *cons.9. nu.17.* Nico. Bello. *cons.27. num.9.* Paris. *cons.25. num.10. vol.1.* Ioan. Maur. Sequans *in repet. l. unicae, col.103. C. de milit.* & in quo loco, & haec est communis opinio Pedem. *decis.83.* vbi bonos locus, Craue. *cons.145. nu.21.* Vincen. Franc. *decis.107. nu.1.* Rota nouissima, *in fine, part.2.*

6 Ampliatur primo haec conclusio, vt procedat tam in conductore proprio, qui (vt viam diximus) nummis colit, & respondit in tanta pecunia numerata, siue in colono partiario. Ita Pedemonta. *in citato loco,* vbi *nu.6. in fin.* bonam rationem reddit, quia pars fructuum partiarium tangens habetur locum operum, laborum, & sumptuum in cultura agrorum. igitur proprie non dicuntur fructus, & sic collecta fine subiecta fructuum esset. Fructus enim intelliguntur deductis expensis, & sumptibus factis in operibus, bobus, & agrorum cultura, & in qualibet dispositio. *lex vel* statutum intelligitur, gl. Bar. & Ang. *in l. in fundo, ff. de rei vendi. gloss. in capit. cum antea, in verbo, fructus,* & ibi Barbac. *col.2. de pigno.* Alex. Ias. & alij, *in l. fructus, ff. solut. matrim. in l. cum quaeretur, §. fin. ff. de leg.3.* Specul. *de expens. §.1. vers. expensae. igitur.* Salic. *in l. si quis sciens, C. de rei vendica.* vbi hoc procedere dicunt in malae fidei possessore, Ang. per illum text. *in l.1. C. de fruc. & lit. expens.* Fel. *in cap. cum M. nu.30. de constitu. & c. ad nostram, col.1. & 2. de iureiur.* late Tiraq. *de retract. Lignag. §.15. gl.1. num.1.* Didac. *var. resolut. lib.1. c.3. nu.3.*

7 Addo quod haec est communis opinio. Viui. *lib.1. opin.30.* Eman. Soarez. *in suo thesau. litera F, num.360.* Et propterea applicando ad casum, de quo agitur; si colonus vellet deducere ante omnia expensas, & postea diuidere fructus, ad medium, non audiretur, quia expensae, & labor computantur cum illa parte fructuum, vt dictum est ex Pedemont. *n.7.*

8 Addo bene loquentes, & satis admodum ad propositum materiae locati & conducti, de qua agimus, Io. And. ad Spec. *in tit. de locato, §. postquam, versic. quid si locaui,* Cyn *in l.1. in fin. C. pro socio,* & ibi Bald. *q.7.* & ita de consuetudine seruatur, Bart. *in d. l. fructus. nu.5.* vbi Castrens. *num.8.* dicit esse casum quotidianum, & menti tenendum, Ias. *num.12.* dicit hanc esse communem opinionem, & ita de generali consuetudine seruatur. Io. And. *in c. nobis de decim.* Corne. *cons.289. lib.1.* Dyn. *decis.252.* Franc. Marc. *decis.888. nu.5. p.1. & 895. num.2. part.1.* Iacob. Menoc. *de recuper. possess. remed.15. nu.5.6.*

9 Et hoc verum est, siue colonus colat ad medium, siue ad tertiam partem, siue alio quouis modo. Franc. Marc *decis.888. num.5. p.1.* attestans ita esse communem vsum, & consuetudinem. Ang. *in verbo, colonus. num.5.* Menoch. *lib.2. centu.3. cas.213. num.2.* dicens in facti contingentia habuisse cum Illustrissimo Cardinali tunc Alesandrino, postmodum Pio V. Pontifice Maximo in Academia Montis Regalis. Pet. de Vbal. *de duob. fratrib. p.6. q.13.* post Bar. *in l. quibus diebus, §. 1. ff. de condit. & demon.*

10 Colonus igitur siue ad medium, vel, vt vulgo dicitur, *a terzo,* vel vt Tudertini dicunt *a cinque monti,* numquam deducit impensas.

11 Hinc conductor, qui promisit tot arbores plantare quolibet anno, non potest expensas factas in illis repetere, quia intelligitur suis sumptibus, secus si promisit simpliciter meliorasse, quia expensas repetere poterit ita subtiliter Pinell. *in l.2. p.2. nu.10. C. de rescind. vendit.* sentit Alciatus *cons.60. n.5. lib.2.* Borgn. *decis.32. num.48. parte 2.*

Vnde cautus eris in verbis instrumenti.

Ampliatur secundo loco principalis conclusio, de collectis, vt statutum arctans colonos ad soluendum collectas sit iniquum. Boss. de Principe, *num.102.* Rolan. *cons.79. nu.11. vol.4.* Petr. de Vbald. *de duob. fratr. p.11. num.38.* Riminal. sen. *cons.100. num.15. vol.1.* Bal. *in l.1. q.7. C. pro soc.* Franc. Marc. *decis.211. p.2.* Afflict. In constitutio. Siciliae *libr.1. rubr.7. de decim. numer.20.* Cephal. *cons.181. vol.2.* Bertrand. *cons.250. num.4. vol.1.* Natt. *cons.243. vol.2. decis. Perusin. 106. in princip. parte 2.* Brisien. *in verbo. colonus, nu.9. & 14.* Firmian. *in eodem verbo, nu.81. & 141. & 142.* Ample Mazar. *consilio 49.* Anchar. *q. familiar.24.* Benint. eod. *decis.16.* Annibal. Montarr. ad statutum Bononiae, *lib.6. p.3.* de poena non laborant. terr. *gl.4. 10. 29.* vbi ex communi omnes expensas ad colonum pertinere agit. Buriat. *cons.330. nu.50. vol.3.*)

12 Subdeclararem, vt deductis onerib. & impensis si quid superest de parte coloni, quod proportionabiliter collectari possit. ita Pedemon. in citato loco, *ex l. alij §. fin. ff. ad municipal.* & notatus per gloss. *in l. generali, §. final. ff. de vsufruc.* Deci. *consil.167. num. secundo.* & ita obseruari intellige in multis partibus Romandiolae, & fuit etiam obseruatum in mea patria Tudertina tempore triennij collectarum, vbi in puncto iuris fuit deputatum super allegatis per Pedem. *in citato loco.*

13 Ampliatur secundo loco, vt si post contractum superueniat noua causa collectandi, vel imponendi alia onera, quod adhuc spectat ad locatorem, non conductorem, siue ad longum tempus, siue ad modicum. Ruin. *cons.77. vol.1.* Eug. loquens in colonis clericorum, vt nullatenus pro eorum rata cogi possint. *cons.96. eodem sol. nu.13. in fine.*

Ampliatur tertio, vt si soluerint detur repetitio, Rimin. *cons.100. nu.55. vol.1.* vbi etiam tenet, quod colonus soluendo collectas non acquirit ius contra dominum nisi in repetendo tantum.)

14 Limitatur primo loco, vt non procedat in oneribus mere realibus, vt in tributo, quod de fructuum corpore soluitur. Alex. *cons.4. col.2. lib.5.* Aello. *cons.27. nu.10.*

15 Subampliatur haec limitatio, vt procedat, & locum habeat, siue sit colonus partiarius, siue conductor in pecunia, nam percipiendo fructus tenetur ad onera realia, quae percipiuntur ex corpore fructuum. Affli. *lib.1. const. c.97. num.5. §. fi.* post Bart. *in l.1. C. de annonis, & tribut. lib.10.* quod valde commendat ibi Ioan de Pla. *numer.2.* Roma. *in l. imperatores, de Publican.* Castren. *cons.442. in fine. libr.1.* Ias. *cons.109. in fin. lib.1.* & haec est communis opinio. Ari. Pinell. *de bon. matern. lib.1. part.2. num.72. vers.10. ampliatur fol.187.* Eman. *in suo thesaur. littera C, nu.216.* Corse. id valde commendans. *in singu. in verbo locat.1.* Petr. Rauen. *singu. vltim.*

16 Pro qua communi opinione vltra alios mihi videtur

tur bonus text. *in l. si fine, §. Lurius de administr. tut.* vbi I.C. refert consuetudinem particulariter ciuitatis, in qua domini prædiorum, non conductores onera realia persoluebant, ex quo contextu duo colliguntur.

17 Primum, quod semota consuetudine conductor tenetur ad onera realia.

18 Considerauí quandoque, quod si essemus in conductore ad nummos, penes quem facta responsione in pecunia omnes fructus remanent, vtique hoc tolerabile est, nam si onus reale fructus respicit, & isti omnes remanent penes istum conductorem, merito iste tenebitur, & ita videtur innuere, & sentire Cor. sett. in citato iam loco. Si enim locator nullos in fructibus recipit fructus, non videtur obligatus ad onera realia: aliud videtur dicendum in partiario, qui habet ratam fructuum, vt pro rata teneatur ad onera realia, & ob id nescio, an Emanuel in citato loco non sit nimis generaliter locutus, & ita etiam sentit Alex. *cons. 35. num. 1. vol. 4.* Ias. *cons. 108. in fin. lib. 1.* Pedem. vt supra, & Bellon. *cons. 27.*

19 Limitatur secundo in decimis, quas tenentur soluere coloni, & conductores. Luc. *de pen. in l. si. quæst. 17. C. de quibus muneribus, vel præstation. liceat se excusare.* Bello. *consil. 17.* Bero. *consil. 146. num. 12. vol. 1.* Natt. *consil. 415. vol. 2.* & ita communiter obseruatur. Rolan. *consil. 79. num. 15. vol. 1.* Sotus *de iustit. & iur. lib. 4. art. 6. in fin.*

20 Ampliatur hæc limitatio, vt procedat etiam in colonis priuilegiatorum, & religiosorum, vt pro eorum parte teneatur ad decimas persoluendas, si priuilegium est personale, & non reale. Card. *in clem. 1. q. 21.* de decimis, vbi in colono censuali, & similibus. Bald. *consil. 31. col. 1. vol. 1.* Ioa. de Amic. *consil. 18. col. 2.* Federi. de Sen. *consil. 111.* Rolan. *consil. 61. num. 15. vol. 4.* Burlat. *consil. 15. num. 3. & cons. 47. num. 14.*

21 Addo Rot. *decis. 875.* in antiquis, & in nouissimis *24. part. 2.* vbi ad decimas consuetudo tamen attendenda est. Bart. *in l. litibus, nu. 14. C. de agr. & cens. nu. 10.* & vide Socin. *consil. 268.* & onus exigendi decimas a colonis pertinet ad Dominus directos. Paris. *cons. 6. in princ. vol. 4.*

ADDITIO.

☞ *Declaratur hæc ampliatio de Colonis priuilegiatorũ, vt non habeat locum, quando talis solutio nimium grauaret, vt per indirectum, teneretur ad soluendum gabellam partis Ecclesiæ, vel Ecclesia hoc modo non reperiret colonos. Ias. in l. 1. col. vlt. C. de Indic. vidnit. tollend. Cos. in memorabil. in verbo Colonus. Late vinceut. de Anna. singul. 99.*

22 Cõsueuerunt in aliquo loco coloni soluere sacramentales in loco domicilij, & prædiales in loco bonorũ, diuidendo per medium ratam decimæ debitę, & ita vidi pluries obseruari in Diœcesi Tudertina.

23 Limita in decimis papalibus, quas soluere tenentur domini, Clem. dispendium, vbi glos. de decim. & est tex. in extrauagante Bonifacij VIII. Fere. *consil. 139.* Sublimita in Cardinale, & eius conductore, qui eodem priuilegio vtitur. Vincen. Franc. *decisio. 107.* quem videas.

24 Limitatur secundo loco principaliter in impositionibus, in reficiendis viis, Pontibus, & fontibus, ad quas tenetur colonus, seu conductor. *Ias. cons. 109. nu. 3. lib. 2.*

Vnde si Summus Pontifex vellet itinerare, tenetur colonus, si moueret bellum, tenetur conductor.

25 Limitatur tertio stante conuentione, quæ seruari debet. Rube. Alex. *consil. 135.* Festas. de æstimo, & collect. *part. 2. num. 42.*

26 Limitatur quarto stante consuetudine, quę in hoc præcipue attendi debet. *Pede. decis. 83. in fin.*

Addo bene loquentes Ias. *in l. 1. num. 32. C. de iur. emphy.* Paris. *consil. 25. n. 54. & 97. vol. 4.* bonus text. *in l. litium, §. hæc de redditibus, C. de agric. & censit. lib. 11.* Alex. *consil. 52. col. 3. vol. 5.* Soc. iun. *consil. 49. n. 16. vol. 1. consil. 75. num. 16. vol. 4.* Boss. de principe, *nu. 120.*

27 Limitatur quinto in conductore ad longum tempus, qui ad tributa, & onera tenetur, & hæc est communis opinio. Alexand. *consil. 1. num. 10. vol. 4.* Silua. *consil. 47. nu. 4.* Parpal. *in l. placet nu. 48. C. de sac. sanc. eccles.* Natt. *cons. 36.* Eman. in suo thesau. littera C, *num. 200.* in verbo, conductor.

28 Declara, nisi colonus, vel conductor ad longum tempus solueret pensionem condignam, & fructibus commensurabilem. Ruin. *consil. 77. num. 6. vol. 1.* Ias. *cons. 196. col. 1. vol. 1.* Rolan. *consil. 29. volum. 4.* Natt. *cons. 409. & 446.*

29 Licet contrarium aperte teneat, *consil. 312. colum. 2.* præcedens tamẽ opinio verior videtur, quam etiã tenet Brun. de statut. exclus. fœmin. *artic. 8. num. 107.* Eman. *in suo thesau. in verbo, conductor, num. 200.* Petr. de Vbal. *de collectis, q. 2.* Por. *cons. 143. num. 2. & 144. num. 5. & 6.* Borg. *decis. 54.*

30 Subdeclara in conductore gratis possidente, & fructus percipiente, maxime circa ea, quæ respiciunt vtilitatem temporis tantum rei conductæ. Borgnin. *decis. 44. num. 58.* vbi subdit omnia allegata, & deposita in collectis, & impositionibus soluendis vendica. re sibi locum in expensis, & aliis melioramentis repetendis.

Addo Rimin. iun. *cons. 441. nu. 14. vol. 4.* Vincent. Franc. *decis. 107.* Caball. *milleloq. 524.*

Limitatur sexto in colonis priuilegiatorum, qui non excusantur, si priuilegium est personale, secus in reali. Deci. in cap. fane, *numer. 7. & 8. de priuileg.* Fel. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, *num. 99. de constitu.* Abb. *in c. ex parte, il primo de decim. consil. 9. volum. 1.* Rota Bisigneti prima de decimis. Anto. Gab. *de reg. iur. concl. 2. num. 66.*

Addo Probum ad Monachum, *in c. si laicus, nu. 25. de iure patron.* Rimin. sen. *cons. 998. numer. 11. consil. 47. num. 4. vol. 4.* Rolan. *cons. 61. num. 14. & 15. vol. 4.* Burla. *cons. 42. num. 9.* Tiber. Decian. *cons. 51. n. 4. vol. 3.* Castra. *in consuet. Burg. rubr. 4. §. 6. numer. 8.* Cammil. Bertel. *de compromis. glo. 3. num. 306.* Rip. *respons. 22. num. 4. lib. 2.* Silu. *cons. 9. & cons. 32. nu. 19.* Boss. *de Princip. num. 121.* & hæc est comm. resolu. Villalob. *in verb. ecclesia, nu. 3.* Borgn. *de vsufru. n. 163.* Duenn. *reg. 120.* Aegid. Thomasius *de muner. & collect. §. quispiam, numer. 7. 8. & 9.* Boer. *decis. 213. numer. 18.* Capra *regu. 96. num. 93.* Alc. *cons. 14.* Carauita *rit. 40. num. 20.* Rip. *de pest. num. 126.* & hæc est communissima opinio, secundum quam pluries iudicatum. Borgn. *decis. 44. num. 97.* Guid. Pap. *singul. 273.* laicus Menoch. *cons. 180. num. 8.*

Addo Paris. *conf.* 25. *num.* 10 *conf.* 69. *numer.* 6. *lib.* 1. Cephal. *conf.* 451. *num.* 184. *vol.* 4. Roland. *conf.* 61. *num.* 4. *volum.* 4. Pedemont. *decis.* 39. *num.* 19. Ruin. *conf.* 157 *num.* 9. *lib.* 3. Bertaz. *conf.* cini. 24. *nu.* 50. vbi comprehenduntur coloni futuri idem *consi.* 21. *n.* 10. Alciat. *conf.* 92. *num.* 2. *vol.* 2. Ias. *conf.* 217. *volum.* 2. Boss. *de Princip. & priuileg. nu.* 41. Burs. *conf.* 16. *nu.* 43. *vol.* 1. *& conf.* 142. *n.* 15. *vol.* 4. Et hæc est verior, & magis communis opinio, habita ratione in re da. tarum, Olas *decis.* 38. *num.* 107. Pedemon. *decis. nouiss.* 116. vbi al a. Natt. *conf.* 409. *vol.* 2. in colonus partiaris. Roland *conf.* 66. *num.* 29. *vol.* 1. licet secus in personalibus, vel mixtis Roland. *conf.* 79. *num.* 14. 15. & 61. *vol.* 4. Pedemont. 83. *num.* 8. Pet. Anguissol. *lib.* 7. *conf.* 7. *num.* 10. prout collecta habitantibus impositas soluunt Paris. *conf.* 15. *num.* 98. *vol.* 1. vel imposita terris quas detinent si nummis colunt, Mitis, *in verbo colonus, num.* 48. quod secus pro fructibus, & gabellis portarum impositis pro eis pro rata dominorum, cũ hoc ad dominum de iure, & cõsuetudine pertineat; Annibal. Monterr. ad statutum Bononię de pena nõ laborant. terras. *libr.* 2. *capit.* 23. *gloss.* in *verbo*, *gabellic.*

Et si ratam domino tangentem soluerunt, nullũ ius ex hoc acquisierunt, sed datur repetitio tantum. Bald. *in l.* 2. *C. pro soc.* Rimin. sen. *conf.* 100. *num.* 56. *vol.* 1. Roland. *conf.* 79. *num.* 10. *num.* 4. Festab. de collect. *part.* 4. *quæst.* 6. *num.* 61. Burlatt. *conf.* 330. *num.* 185. *vol.* 3.

Et si coloni sint priuilegiati respectu personæ, & bonorum, sublato personali remanet reale. *Iac.* Rimin. *conf.* 739. *vol.* 4.

Et ecclesia locans cum immunitate pro maiori pensione, debet ius immunitatis in conductorem transferre, Silua. *conf.* 9. *num.* 6. Capra. *regu.* 96. *num.* 86. Burlatt. *conf.* 442. *num.* 36. *vol.* 4.

31 Ampliatur hęc limitatio, vt non censeatur priuilegio præiudicatum, nisi spatio triginta annor. & alij concurrentibus, de quibus per Ruin. *conf.* 195. *in fi.* *vol.* 1. Cephal. *conf.* 58. *num.* 90. *volum.* 1. Euerar. *conf.* 42. Burlat. *conf.* 24. *in fin. lib.* 1.

32 Declara, vt procedat antequam fructus sint a solo separati, vt tunc coloni gaudeant priuilegio dominorum secus si post, quia sunt iam effecti mere tales habendo respectum ad colonum vti non exempluui. Anchar. in cap. quamquam de censibus. *lib.* 6. Barba. *conf.* 28. *vol.* 4. Boss. de principe, *numero* 122. Burlat. *conf.* 5. *lib.* 1.

33 Contrarium tenuit Port. *consil.* 184. prior tamen opin. verior videtur, quam etiam secutus est Rolan. *consi.* 91. *num.* 15. *vol.* 4.

34 Posset fortasse dici: aut respondet in pecunia numerata, & procedat opinio primo loco relata: aut respondet in fructibus, vel parte ipsorum, & procedat altera opinio, vt rata, & fructuum coloni gaudeant tali priuileg. Fel. *conf.* 46. *num.* 17. Borgn. de vtuir. *num.* 163. Hippol. Rimin. *conf.* 744. *vol.* 4.

Secundo dici posset, vt colonus ecclesiæ semper pro eius rata exemplus, quando ecclesia nimis grauaretur, & aliter colonus sic de facili non reperiretur. Ioan. de Amic. *conf.* 18. *num.* 3. Burla *conf.* 42. *num.* 19. *vol.* 1. Federi. de Senis, *conf.* 111. *Ial. in l.* 2. *col. vlt. C. de indicta viduit. tollend.* Cotta. *in verbo, colonus.* Vincent. de Anna, *singular.* 59. quibus in locis clare habes quod coloni ecclesiæ tenentur ad gabellas pro eorum rata, & maxime quando proportione fructũ sunt impositæ. Bursat. *conf.* 25. Pedemon. *decis.* 73.

35 Declaratur secundo materia colonorum priuilegiatorum, vt teneantur ad gabellas, onera, & alia imposita pro reficiendis vijs, pontibus, & fontibus, Fel. de sen. *conf.* 11. *num.* 9. Parpal. *in l. placet, num.* 78. *C. de sacrosanc. eccle.* Rip. *respon.* 2. *n.* 22. *vol.* 3. Bertach. *de gabell. parte* 2. *q.* 7. *num.* 17. Natt. *conf.* 49. collegiũ Taurinens. inter consilia feudal. *conf.* 4. Anchar. *in c. non minus, de immunita. ecclef.* Aegid. Thom. *de col. lect.* §. *non obstat, numer.* 24. & §. *subijciunt.* Tiber. Decian. *conf.* 14. *per totum, & num.* 19. *vol.* 1. Roland. *conf.* 2. *num.* 1. *volum.* 1. Silu. *conf.* 32. *num.* 18. Purpura. *conf.* 50. *vol.* 1. *conf.* 327. *num.* 14. & 485. *vol.* 2. Hippol. Riminal. *conf.* 2. *conf.* 4. *conf.* 10. *consil.* 25. *conf.* 35. *vol.* 1. Duenn. *reg.* 100. *num.* 16. Nicula. Festas. *de collect. part.* 5. *numer.* 15. & 19. & hæc est communis opin. Bero. *conf.* 50. *num.* 37. *volum.* 3. Pedemont. *decis.* 68. Emanu. Soarez. *in suo thesau. in verbo clericus, numer.* 15. Viui. *lib.* 2. Alphon. Aluarez. thesaur. Christian. *relig. c.* 55. *num.* 33. Vasqu. *de successi on. creat. lib.* 2. §. 21. *limit.* 7. *num.* 18. Euerar. *conf.* 42.

36 Ampliatur hæc declaratio, vt procedat etiam quoad onera, & collectas impositas, & subrogatas in locum supradictorum onerum. Castr. *conf.* 413. *vol.* 2. Festas. *in d.* 4. *par. num.* 48. cum seq. Rimin. sen. *conf.* 756. *numer.* 13. & 14. *volum.* 4. & *conf.* 98. *numero* 16. *volum.* 1.

37 Subdeclara, vt procedat tribus concurrentibus, scilicet licentia Pontificis, vel Episcopi, ex causa valde vrgenti, & necessaria, & quoad solutiones laicorum non sufficerent, & sic in subsidium, vt late consuluit collegium Taurinen. *inter conf. feudal, conf.* 4. late Tib. Decian. *conf.* 51. *nu.* 31. *vol.* 3. Borgni. *decis.* 43. *sub num.* 100.

38 Ex quibus habetur limitatio ad l. ad instructionẽ C. de sacrosan. ecclesiam respectu clericorum, quam etiam eorum colonorum.

39 Declaratur tertio stante pacto, vt cõductor asportet fructus ad domũ locatoris, quo casu gaudet priuilegio, Rolan. *conf.* 61. *vol.* 4.

40 Declaratur quarto, vt conductor clericorum non teneatur ad collectas quando sunt impositæ respectu bonorum, & nõ fructuum, & super capita, & foraggium personarum, & habitantium, quia tunc laboratores tanquam instrumenta rusticalia clericorũ, & ecclesiarum ad talia non tenentur. Et est communis opinio. Decian. *conf.* 51. *num.* 14. *vol.* 3. Borgn. *dec.* 44. *num.* 100. Anto. Anguiss. *lib.* 3. *conf.* 52. *num.* 100. Rimin. iun. *conf.* 353. *n.* 178. *vol.* 4. Cabal. *ad constitut. egid. lib.* 2. *c.* 12. *gl.* 8.

41 Declaratur quinto in muneribus, & collectis impositis personis tertiarum ecclesiæ extra casu a iure permissos, ad quas coloni ecclesiarum nullatenus tenentur. Burl. *conf.* 29. *per totum lib.* 1.

42 Declaratur sexto, nisi ex casibus priuilegii colligatur cõplecti colonos, puta si sit appositum in perpetuum, Silua. *conf.* 3. *n.* 11. Alcia. *respons.* 205. *nu.* 50. Boss. *de princ. num.* 584. vel nisi apposita sint verba geminata, puta tali, familia. Alba. *conf.* 64.

45 Et in his casibus priuilegium præsumitur personale. Bart. *in l. vlt. de consti. princ.* Alex. *consil.* 66. *col.* 1. *vol.* 1. & 109. *in fin. eod. vol.* & 76. *in princip. volum.* 6. Ias.

Digitized by Google

Ias. *conf.* 89. *col.* 2. *lib.* 3. Anton. Gab. *de reg. iur. concl.* 4. *sub nu.* 66.

44 Declaratur septimo in colonis priuilegiatorum, non omnium, sed clericorum tantum. Castrens. *in l.* 1. *C. de sac. san. eccl.* Capic. *decis.* 12.

45 Declaratur octauo, vt si colonus ecclesiæ, vel clericorum nimium grauaretur in actione collectarum quod episcopus prouidere debet. Fed. *consi.* 3. *quæstio talis est, col. pen. versicul. verumtamen. reputat singulare* Ias. *in l.* 1. *col. fi. vers.* 4. *facit, C. de indiuiduitate tollenda.* Cotta in memorabili, *in verbo, colonus.*

Vbi ponit aliud notabile dictum, quod idem sit in colonis clericorum orientalium, puta Græcorum, si non habent vxores ex Bal. *consil.* 23. *lib.* 3.

46 Et prædictis modis videtur intelligendum consil. Federi. de Sen. *consil.* 111. *numer.* 6. quod versatur in ore omnium, & ita modificat supranominati in citatis locis.

Et conductor non liberatur cedendo rei, Bald. & Ang. *in l. cum vsufructuarius, ff. de vsufruct.*

47 Sed quis erit iudex competens in exigēdo colonos priuilegiatorum? vidi in facto quæsitum.

48 Cautela tamen est, vt si coloni clericorum, vel similium cogerentur de facto soluere pro rata dominorū quod datur eis retentio de fructibus. Bal. *in l. cum duobus, §. si in coeunda, ff. pro soc.* dicens hoc valde notabile in facto contingentia.

Et ex prædictis sicut supra positis declarationibus patet responsio ad hincinde contraria.

49 Et cum iam ingressi simus materiam colonorum, qui & a domino dependent priuilegiatorum, non separādo materias, ponam aliquas vtiles conclusiones an priuilegium domino cōcessum porrigat vires suas ad famulos conductos salarium habentes, & sic iuxta terminos locati & conducti.

50 Materia vtilis est, frequēs, & quotidiana, nam qui liber immunis, & priuilegiatus esse cupit ad sui fauorem, & vtilitatem, & multi studiose compensauerunt seruitium alicuius suis priui legijs, vt in aliquo portiori possit, licet fortasse cum alio maius salarium repe- riat, ad materiam *l.* 1. *C. de epis. & cler.*

51 Regula igitur, & Conclusio sit. Priuilegium, immunitas, vel exemptio cōcessa principali extenditur ad suos famulos salarium habentes, *in l.* 1. *&* 2. *C. de episcop. & clericis.*

52 Hinc priuilegium concessum scolaribus extenditur ad famulos, & ministros. Bald. *per illum tex. in Authent. habita, C. ne filius pro parte, nu.* 5. vbi Salic *nu.* 7. Bologn. *num.* 15. Duen. *reg.* 305.

Addo Bar. *in tract. repres al. in* 6. *q.* 9. *q. princi. num.* 8. Bal. *in proœm. Digestorum, §. discipuli, circa finem, in l.* 2. *nu.* 3. *C. de episc. & cler.* Dec. *in l. lecta, nu.* 19. *ff. si cert. pet.* Silua *Nupt. lib.* 5. *num.* 55.

Idem in pedissequis, & seruitoribus. Afflict. *in rubric. de iur. protom. numero* 30. Imo. *in Clemen. vni. numer.* 9. *de reliq. & venerat. sanctorum.* Perusi. *in proœm. sexti. in principio in verbo scholaribus.* Marsil. *de rapt. virgin. num.* 11. *in fine*, & hæc est communis opinio. Summa. Armil. *in verbo, excommunicatio.* 9. Horat. Lut. *de priuileg. scolar. in rubric. de his, qui gaudent, num.* 2.

53 Extenditur ad omnes, qui gratia scolarium sunt in studio. *gloss. in capit.* 1. & ibi Abb. *numero* 9. *de foro compet.*

Ampliatur secundo dispositio *l.* 2. *C. de epis. & cler.* vt priuilegium magistrorum extendatur ad scholares. Ang. *in proœm. Digestorum, §. itaque, col.* 2. *in fin.*

54 Ampliatur tertio dispositio *l.* 2. *C. de episc. & cler.* vt priuilegium concessum pauperibus hospitalis extendatur ad ministros, qui certa mercede seruiunt hospitali. Oldrad. *consil.* 12. *dixi ad regu. cum quid, in prin. prima p. nu.* 3.

55 Ampliatur quarto, vt dispositio *l.* 2. extendatur ad Castaldos, & fauorem. Alex. *in l. lecta, n.* 7. *ff. si cer. pet.*

56 Ampliatur quinto, vt obligatus ad hospitandum aliquem, teneatur etiam ad seruitores. Abb. *in c. quæsto, in* 3. *nota. de censib.*

57 Ampliatur sexto idem in familiaribus Papæ, & Cardinalium, licet continue commensales non sint, sed partem (vt vulgo dicitur) tantum habeant, quia animus in hoc attēditur. late Gomes. *in proœm. regularum Cancellariæ. q.* 6. & ita alias tenuit Rota, vt apud Crescent. *decis.* 202. refertur per Bard. de tempore vtili, & contin. *c.* 17.

Ampliatur septimo in scriptoribus pœnitentiariæ, Bellamer. *decis.* 556.

58 Ampliatur octauo idem esse in saluo conducto, vt ad famulos extendatur. Ferret. *de fide seruan. nu.* 11. Bonacoss. *de famu. q.* 181. *dixi ad reg. cum quid p.* 1. *q.* 8. vbi an in redeundo, quid in vxore, socijs, & pro quot vicibus tangit remissiue tantum Herculan. *de caution. de non offenden. c.* 37. *nu.* 8.

59 Limitatur primo dispositio *l.* 2. *C. de episc. & cler.* vt procedat, & locum habeat, quando alias priuilegium suum effectum sortiri non posset, alias si commode effectum sortiri posset ad familiares, salariatos, & conductos non extenditur *c. pen. §. eum concedi. tur. de priuileg. lib.* 6. Bar. *in tract. represaliarum, q.* 617. Bald. *in Authent. habita, C. ne filius pro patre.* Feli. late *in c.* 2. *nu.* 2. *de for. comp. ial. ad l seriniarios, C. de millit. testa.* Dec. & Cagn. *ad l. in omnibus causis.* vbi Dec. *nu.* 9. Cagno. *nu.* 10. *de reg. iur.* Bonac. *de famu. q.* 12.

60 Illud addam quod in casu extensionis priuilegium verificatur nedum in familia præsenti, sed futura. Ioan. Andr. *in regula, qui sentit, libro* 6. Angel. *consil.* 260. *col.* 3.

61 Limitatur secundo dispositio *l.* 2. *C. de episc. & cler.* vt mortuo principali, priuilegium sit extinctum, nec in familia duret. Dominic. *consil.* 74. *per tex. in c. si eum, & c. dudum, de præben. in* 9. *in c. si cum nobis, de verb. significat. in* 6.

62 Limitatur tertio in familia clerici, non alterius priuilegiati, circa colonos tamen, vt dixi superius in materia collectarum, circa tamen famulos hæc resolutio videtur vera: aut sumus in famulo episcopi, & gaudet eis priuilegio; aut alterius clerici, & non gaudet, & hæc est communis resolutio. Abb. *in c.* 2. *num.* 6. *de for. comp.* Ioan. de Monte Sperello *ad consilio calcan.* 72. Boss. *de for. comp. num.* 127. Iul. Clar. *in §. fin. q.* 35. *vers. quæro nunquid.* Eman. Soarez. *littera C, num.* 128. Gram. *consilio ciuil.* 12. vbi famuli non episcopi, sed clericorum tenentur statuto de damnis datis. Franc. Marc. *decis.* 323 *nu.* 2. *part.* 2. Herculan. *de cautio. de non offendendo, c.* 19. *numer.* 3. attestans opinionem Capic. *decis.* 12. communiter ab omnibus teneri, & receptam esse, famulos etiam ecclesiæ, qui mercede constituta, custodiunt pascua & armenta, non sunt immunes, & hæc est communis opinio. Gram.

Ee 2 decis.

decis. 102. Bursat. *cons.* 42. *nu.* 15. Et seruitores mercenarij non gaudent priuilegio competente alteri priuilegiato, quam episcopo, vel clerico, est communis opinio. Grass. *commu. opin. c.* 10. *quæst.* 7. Bonacos. *de famul. q.* 15.

Quæ omnia deseruiunt *ad decis. Capic.* 12. & ibi adducta Et adde, quod in priuilegio fori nec famuli, nec coloni eo gaudent, exceptis famulis Episcopi. Tiber. Decia. *lib.* 4. *c.* 9. *nu.* 58. *tom.* 1.

63 Limitatur quarto dispositio *l.* 2. vbi exemptus pro se a gabellis, vel datijs, teneatur pro familia, non facta de ea speciali mentione. Bertach. *de gabell. par.* 7. *q.* 9. Franc. March. *decis. Delphi.* 423. *nu.* 3. *part.* 2. *ad l. vsurpatione, C. de vectig.*

64 Limitatur quinto in materia restitutionis in integrum, quæ ad famulos non extenditur. Sfort. ex communi *de restitut. in integr. p.* 1. *q.* 6. *art.* 9. declarando vt per eum.

65 Limitatur sexto in famulis perpetuis, secus ad tempus sentit *Ial. d. l. scriniarios, nu.* 1. sed videtur dubia ex iam deductis, quia durante seruitio priuilegium serui non debet esse inutile.

66 Limitatur septimo per Alex. *in d. l. scriniarios*, vt procedat in vniuersum, sed in quibusdam casibus a iure expensis, vt fori, repræsalarium sequitur Horat. Luc. vt sup. *n.* 4. sed non immerito. Alex. ibi a Dec. reprehenditur, quia solum hoc attenditur, an priuilegium reddatur inutile, vel non.

67 Et familiares, qui dicantur Pontificis, vel Cardinalium, vidimus supra *amplia.* 6. *de alijs*, Afflict. *in constitut. regni, lib.* 1. *rubr.* 15. *num.* 19. Felin. *in capit. insinuante, de offic. delegat.* Rebuff. *de priuileg. scolar. priuileg.* 16.

68 Limitatur octauo dispositio *d. l.* 3. vt si immunitas concessa sit conductoribus forensibus, & eorum bonis, non extenditur ad bona conducta. Cephal. *consil.* 451. *nu.* 180. *vol.* 1.

69 Limitatur nono quando quis se accommodauit famulo in fraudem. Ferre. *de gabel. nu.* 524. Bonacoss. *de famul. q.* 191.

70 Sed pulchre est quæstio, & in foro sæpius agitata, an conductoribus forensibus iudici possit aliqua collecta pro bonis mobilibus, vel ratione lucri eorum artis, & si inquilini non soluerent, an possint molestari locatores.

71 Solent magnates: & potentes alicuius Ciuitatis proponere, vt imponatur noua gabella artifianis pro lucro artis ad hoc, vt ipsi tanto minus soluant, quia talem artem non exercent.

72 Prima igitur conclusio sit. Forenses, inquilini, & alicuius artis negotiatores cogi nō possunt ad tallias, & munera ordinaria, *l. rescripto, §. finali, l. munerum, §. patrimoniorum*, ff. *de muner. & honoribus.* ratio esse videtur, quia talia munera imponuntur ratione domicilij, & sola habitatio non facit domicilium alijs non concurrentibus, *l. libertus, §. sola ratio, & §. sola domus*, ff. *ad municipal.*

73 Limitatur primo nisi Ciuitas haberet hoc ex priuilegio, *C. de incolis, & vbi quis, libro* 10. *& not. in d. § sola.*

74 Limitatur secundo, nisi ex consuetudine forenses ad id tenerentur, *l.* 1. & ibi Bart. *Cod. de auro coronar. lib.* 10.

75 Limitatur tertio in fœneratore vsuras exercente, quia tenetur ad tallias in loco, vbi exercet, etiam si domicilium non habeat, glos. *in l. filij, § fin. ff. ad municipal.* Bart. *in l. munerum, §. patrimoniorum, de muner, & honoribus.* Ioan. de Plat. *in l. indictiones, Cod. de annona, & tribu. lib.* 11. Bart. *in l.* 1. *Cod. de muner.* & in quo loco,

76 Secunda sit conclusio. Inquilini forenses tenentur ad munera patrimonialia, seu alia pro mobilibus, seu immobilibus, quæ habeant in loco impositionis, *l. eg. forma, §. si vero, de censibus*,

*I*ta quod nullus habet excusatione nedum inquilini, sed nec Pontifex, nec ecclesia secundum Bart. *in d. §. patrimoniorum, & l. iubemus nullam, C. de sac. eccl.*

77 Ampliatur ista conclusio, vt procedat etiā in mercatore habente solum pecuniam. *Io.* de Plat. *in d. l. indictiones.* Fran. Marc. *decis.* 461. *nu.* 4. *part.* 1.

78 Limitatur ista conclusio in illis, qui habent possessionem in aliquo territorio, & faciunt annuatim responsionem fructuū domino loci, vel in conductorib. ad longum tempus, vel in prædijs emphyteuticalib. & similibus, ne quis duplici onere grauetur, Bart. *in l. priuatæ. C. de excusat. muner. lib.* 10. attestans tamen de consuetudine in aliquibus locis non seruari.

79 Limitatur secūdo in inquilino, & incola paupere, qui non habet nisi artem suam, ex qua cum difficultate viuit, & suam familiam sustentat, Bal. *in Authent. de fund. C. ad Tertu. facit gl. in l. omnis, la prima, C. de annu. tribu. lib.* 10.

80 Tertia sit conclusio. Locatores domorum, & apothecarum molestari non debent propter solutionem collectarum, & taliarum, inquilinorum. Fran. Marc. late *decis. Delphi.* 461. *nu.* 1. vbi vtendo verbis compatriotis reddit rationem in his verbis, quia ipsi solum collisantur pro eorum bonis mobilib. & lucro artis.

81 Et prædictis accedat id, quod sentit Luc. de Pen. *in l. agros, C. de fund. limit. lib.* 10. *& in l. fine, C. de quibus, mun. & præstat. lib.* 10. *q.* 15. quod pro quæstu, & exercitio artis potest imponi collecta, & tallia.

Facultas extrahendi blada concessa alteris ex cōtractu, & titulo oneroso cum clausula pro se, & suis hæredibus extenditur etiam ad colonos, & cōductores, qui hoc casu nomine hæredum continentur, Bur-
* sat. ex magis communi *cons.* 258. *num.* 44. *in fine lib.* 3.

A D D I T I O.

☞ *Et tenetur conductor ad gabellam impositam, licet contractus locationis sit nullus, si fructus percepit. Macobru. cons.* 18. *nu.* 338. *Surd. decis.* 305. *nu.* 8.

De expensis.

AGgredior vtilem quotidianam, & practicabilem melioramentorum materiam.

Quæro igitur vtiliter, an colono licita sit retentio pro expensis, & melioramentis factis.

1 Primo videbatur, dicendum, quod non. *ex l. fin. C. commu. de leg. in fin.*

2 Secundo per tex. *in §. si quis vero. Auth. de non alienand. & emphyteut.*

3 Pro parte affirmatiua facit primo, *l. si colon. ff. locat.*

4 Secundo facit *l. domini, §.* 1. *ff. eod. tit.* Tertio facit *l. colonus, ff. de vi, & vi arm.* Et hæc est verior opinio ex iuribus secundo hic loco adductis, & alegatis, &

ita

Digitized by Google

ita tenet Ang. de pale. & oliu. *col.2.nu.5.* vbi & fructus, & terras retinere potest. Laur. de Pin. *conf.102.* Rodoa. *de rebus eccles. q.17.§.* sed in casu malæ alienationis, *num.31.* Rimin. *conf.633.nu.22.volum.4.* Anchar. *quæst.47.num.24.lib.3.* Natt. *consil.530.numer. 8.volum.3.* Monticul. *in §.item Seruiana, numer.17. de actio.* Gigas *de pensio.q.39.num.10.* Fitmia. *in verbo conductor potest.* Borguin. *de Vsufr.num.146. & decis. 43.num.54. & 44.nu.46.* Sebast. Medic. de compens. *par.1.q.10.num.17.*

5 Ampliatur primo dispositio *l.colonus, ff.locat.* materia expensarum, vt procedat, & habeat locum nedum in impensis necessariis, sed etiam vtilibus, *l.in rebus, §.possunt ff.commodat.* Aret. *conf.3.num.7.* Iac. Menoch. *de recuper.possess.remed.15.num.550.*

Addo Machel *patrotin. 6. num.9.* impensæ autem necessariæ eæ potissimum sunt, quas conductor, vel alius fecit, ne res conducta periret, vel deterior fieret *l. impensæ, ff. de impens. in rebus dotalib. fact.* vel vt res conducta habitari possit. Castrens. post Bart. *in l. dominus horreorum, §. 1. ff. loca.* Rodoan. *de reb. eccl. non allien. q.16. vers. colonus, num.3.* in fine, vel ex consuetudine regionis sine dedecore omitti non possunt restauratio ædificii diruti, quod ad villæ necessitatem pertinebat. Alci. *in l. impensæ, ff. de ver. sig.* vel res omnino inutilis efficeretur. Hieron. Mago. *decis.33.nu. 24.* Exempla. Facere aggeres torrenti, ponere arbores in locū demortuorum, ædificium dirutū restaurare, si ad villa, & laboritii necessitatem pertinebat.

Expensæ vtiles, quæ rem meliorem faciunt vt arbusti pastinatio, doctrina puerorum, stercoratio, nouelletum, pastinum, horreum adiectitium, & similia, Alci. in cit. loco.

Addo Castr. *conf.270.li.2.* vbi declarando materiā dicit declaratio terrarū, & prædiorum, expensæ arādi, & seminandi, & similes nō sunt reficiendæ. Similiter plantatio arborum, quædam non durat vltra tēpus conductionis, & non repetitur: quædam respicit perpetuam vtilitatem, & in hoc subdistinguitur, aut sunt arbores non fruct ferę ad pulchritudinem tantam, & tunc non repetuntur: si vero ad perpetuā vtilitatem, vt oliuetum, arbustum (plantatas Tudertini vocant) & istæ expensæ debentur quando expensa plantationis fit magna, secus si parua, prout salicum & populorum, etiam positarum pro vitium sustentatione, prout inferius dicam declarando materiam.

6 Ampliatur secundo in conductore, qui expellitur de re conducta sua culpa, puta ob pensionem non solutam, cui conceditur deductio, & retentio melioramentorum necessariorum, vel vtilium, *l.dominus horreorum, §. primo, vbi Bartol. & clarius in l. colonus, ff.locati.* Et no. ad hoc propositum duo iura, quorum vnum declarat aliud namque *l.colonus, ff.de vi, & vi armata,* generaliter, & sub nube loquens in fine dicit, quod conductori eiecto competit retentio ex iusta, & rationabili causa, quam ibi legislator aliter non ponit, sed ibi ponit finem luę decisionis in l. autem colonus, ff. locati, id in specie deducit in terminis pēsionis non solutæ, & sic clarius locutus est Scæuola, quam Marcellus.

7 Et hanc ampliationem tenet etiam, Alcia. *respon. 20.nu.8.* Bero. *consil.73.* Roland. *conf.28. & 29. col.1.* Riminald. *conf.212.num.30. vol.2. decis. Perus.34.num. 8. volum.1.* Francis. *decis.19. num.7.* Rot. *nouiss.279.* *num.11.part.2.* Bero. *in c.potuit, nu.149. de loca.* Paris. *conf.79.num.16.vol.3.* Riminal. sen. *conf.100.num.11.* Floria. *num.19.* Fo. de Amic. *conf.98.num.11.* Menoc. *recuper. remed.15. quæst.39.num.551.* Bursat. *conf.330. sub num.52. vol.3.*

8 Contrarium tenet Duen. *reg.237.* Menoch. *consil. 64.num.92.lib.1.* Achill. Personal. *de petit. hære. num. 685.* Ioseph de Ludouic. *conclus.11. versic. emphyteuta igitur.*

9 Prima tamen opinio ad colonum restricta verior videtur ex *l.colonus, ff.locat.* ibi, eiectum pensionum debitarum nomine.

Subampliatur hæc ampliatio etiam in conducto. re ad longum tempus, Ias. *in authen. qui rem, num.9. C. de sacros. eccles.* valde commendat *in l.2. num.28. C. de iure emphyten.* Ruin. *consil. 157.num.28. volu.1.* Alciat. *respons.20. in fine.* Aret. *consil.111. in 2. dubio,* vbi subliminat, an superari possunt ex tunc, tunc dominus pati debet conductorem colere, etiam si recuset pensionem soluere, *per l. sed addes, §. sed si inquilinus, ff. locati.*

10 Declaratur hæc conclusio, & ampliatio in emphyteuta sua culpa eiecto, qui perdit melioramenta, Bald. *in l. Senatus. Marcellus, ff. de legat.1.* & est communis opinio, Dec. *consil.518.num.1. & sequen. & in Authen. qui rem, num.14. C. de sacrosanct. eccles.* Et ita de consuetudine seruatur. Bald. *in l. fin. §. fina. C. com. mu. de legat.* Cuman. *conf.57.num.5.* Iul. Clar. *in §. emphyteusis, q.45.*

Addo Ias. *in l.2. num 27. C. de iure emphyt.* Cagnol. *in l. si quis maior, num.53. C. de sacrosanct. eccles.* Bero. *in c.potuit, num.146. de locat.* Eman. Soarez. *in verb. emphyteuta, num.18.* vbi de communi Benincas. *de pauper. in 8. special. contr. num.3.*

11 Declaratur secundo in locatione ad longum tempus ad vitam conducentis tantum, ita vt eius persona non egrediatur, vel ad decennium tantum, alias similis esset emphyteutæ, qui melioramenta perdit, vt dictum est. Ita conciliat opiniones Ari. Pinell. *ad l.2. cap.3. num.8. C. de restin. vendi.* dicens hanc opinionem sibi videri admodum æquam, & rationabilem, & est noua opinio.

12 Ampliatur tertio, vt ius retentionis ex causa melioramentorum transeat ad quoscunque hæredes siue suos, siue extraneos. Bal. *in l. pen. C. de solut.* Ange. *in l. Senatus, §. Marcellus, ff de leg.1.* Bart. *in l.1. §. pen. ff. de superficiebus.* Bald. iterum *in l.2. C. de rei vendi. in c. 1. §. vasallus in tit. hic finitur lex Corrad.* vbi est bona glo. & ibi feudistę, *in l.2. C. de iur. emphyt. in Authen. excipitur, C. de bon. quæ liber.* Specul. *in tit. de locat. §. nunc aliqua, versic.131.* & hæc est verissima, & magis communis opinio. Bero. *q.19. in fin. verb.* vbi inuehitur contra prælatos Ecclesiarum rapacissimos, (vt ipse appellat) qui colonos; & emphyteutas suis laboribus defraudant, & ob id dicit hanc doctrinam esse scitu valde necessariam.

Allegat Bar. *in l. quicunque, C. de omni agro deser lib.10.* Barba. *in cap. ad audientiam, de rebus eccles. non. alienan.* communem quoque dicit Michal. Graff. *commun. opinio. lib.1. cap.16. quæst.2.* Bursat. *consil. 60. num.31. vol.1.*

Ampliatur quarto loco principaliter, vt transeat etiam ad singularem successorem. Bart. *in l. si ter tius, §. prius, ff. de aqua plu. arcen.* Angel. *consil. 259.*

Castrensi. *consil.* 270. viso puncto *col.* 4. circa medium *Aimo. consil.* 148 nob lis Antonia. *num.* 1. Rom. an. *singul.* 177. Alexan. ac Bart. *in l. qui exceptionem, §. qui pars, ff. de condict. indebi.* Rip. *in l. vbi pure, § fina. ff. ad Trebell.* Neguzant. *de pignor. parte quinta, membro quarto.* Tiraq. *de retrat. conuen.* §. 7. *glo.* 2. *num.* 15. & hæc est magis communis opinio. Boer. *decis.* 44. *num.* 19. circa medium.

Et pro textualibus est text. singularis, *in l. in hoc iudicio, §. primo, ff. de comm. diuid.*

13 Extenditur hæc ampliatio, vt transeat in singularem successorem etiam sine cessione Bal. *in l.* 3. *q.* 2. *C. quod met. causa*: ratio, quia retentio sapit defensionem, quę transit sine cessione, Dyn. *in l. fluminum, §. additur, ff. de dam. infe.* Boer. *decis.* 44. *num.* 19. vbi valde commendat, & laudat.

14 Ampliatur quinto loco principaliter, vt talis exceptio retentionis ex causa melioramentorum opponi possit in executione sententiæ, ex quo eam non impugnet. Barto. *in l. in fundo, colum fin.* vbi Alber. *colu.* 2. *versic.* sed quid exceptio expensarum, *ff. de rei uendica.* idem Bart. *in l. Proculus, de dolo exception.* Specul. *de execut. senten. §. postremo, versic. quid si bona fide.* Bertrand. *consil.* 15. *vol.* 1. Ial. *in l.* ... *col.* 3. *versic.* 2. *inferunt, C. de iur.* & facti ignorantia, *in l. si in armis, ff. de cond. inde.* Boer. *dec.* 43. *num.* 9.

15 Extenditur hæc ampliatio, vt opponi possit in executione sententiæ latæ contra colonum in celeri remedio, *l. si quis conductionis, C. locat.* Pontan. *de spol. lib.* 3. *c.* 5. *num.* 137.

16 Extenditur secundo etiam si peteretur executio ex instrumento in forma cammeræ, quæ strictissima est Gallet. ad form. Cammer. *par.* 4. *q.* 2. *in fi.* Card. *de temp. vtils, & continuo. c.* 13. *num.* 5.

17 Extenditur idem fortasse dici posse de instrumento guarentigiato, prout communiter per Italiam fieri solet, nam licet compensatio non admittatur stante iuramento. Affl. ct. *decis.* 381. *num.* 3. & hæc est communis opinio. Sebast. Medic. *de compen. par.* 1. *q.* 47. retentio tamen fauorabilior est exclusa compensatione Cu. *consil.* 61. *in fi vol.* 3.

18 Declaratur tamen hęc ampliatio, vt procedat ad impediendum executionem, dato quod melioramenta essent liquida, & clara, alias data fideiussione per locatorem, vel quemcunque alium de reficiendo in casu liquidationis, interim executio non retardatur. Ale. *consil.* 24. *nu.* 9. *vol.* 1. Barba. *consil.* 39. *num.* 18. *vol.* 2. Rolan. *consil.* 38. *num.* 3. *vol.* 1. ozzad. *consil.* 100. *num.* 21. Menoch. *de recup. pos. reme.* 15. *num.* 568. Benin. *decis.* 77. Borg. *dec.* 28. *num.* 41. *par.* 2.

Addo plane prosentientibus, quod hæc est magis communis opinio Borg. *dec.* 44. *n.* 66. secundum quã fuit pluries iudicatum. Borgnin. *dec.* 28. *nu.* 5. & 6.

19 Casus iste in materia melioramentorum frequentissimus est, & multi iudicando simpliciter transiuerunt cum decis. Beninten. quæ a multis practicatur, ob id discurrere intendo aliqua vtilia addendo, & est articulus disputabilis, & perplexus. Mago. Rot. Floren. 81. *num.* 8.

20 Opinionem igitur Beninten. & aliorum tenuit, (licet etiam magis communis sit, vt dictum est) sacrum Rotæ Auditorium in vna Parmensi vallium ex not. *in l.* 4. *§. præter ait, ff. de re iudic.* Neguzan. *de pignor. memb.* 4. *part.* 5. *numer.* 10. Castrensi. *consil.* 322. in antiquis. Bero. *in c.* 1. *nu.* 3 ... *de restitut. in integrum*, Alciat. *respons.* 63 *in fine li.* 3. Pute. *decis.* 37 1. *lib.* 2. Apostill. ad Bertazzol. *consil.* 514. *versicul. & expensæ.* Tiber. Decia. *consil.* 29. *num.* 19. *volu.* 2. Alexa. *consil.* 63. *num.* 14. *vol.* 1. Simon. *de pret. de interpretat. vltim. volunt. lib.* 2. *solution.* 5. *nu.* 11. Marzarius de fideicom. *q.* 66. *p.* 3. Borgn. *decis.* 2. *num.* 2. *p.* 2. Rebuf. *ad l. impensæ consi.* 7. *de verb. signis.*

21 Contrariũ tamen alias tenuit sacrum Rotæ Auditorum in vna Terracinensi paludum coram Episcopo Chissanensi, die 27. Maij 1558. contra Cardinalem Bellaium, quod dummodo de melioramentis constet, licet de eorum quantitate non appareat, datur retentio conductori, vel colono etiam si ei offeratur cautio de soluẽdo facta liquidatione, ita refert Galles. ad form. camer. *par.* 2. *nu.* 12. attestans in Rota ita iudicatum in vna causa magna, & magni momenti, & quod Rota illud solum attendit, vt constet de melioramentis in genere, & solum restat probare illorum valorem, & liquidationem, & quod etiam, si locator, vel similis offerat cautionem bancheriam, vel in forma depositi adhuc conductor, vel alius audiatur in sua fauorabili priuilegiata retentione ex Capic. *decis.* 17. Ruin. *consil.* 83. *col.* ... *lib.* 1. Menoc. *de recuper. possess. remed.* 15 *q.* 36. *sub num.* 569. idem in Rota sust. attestatur Ca ... de temp. vtils, & continuo, *c.* 18. *nu.* 5. Bursat. *consil.* 60. *num.* 31. *vol.* 1. Et sic tam Rota Romana, quam Bononiensis, & Neapolitana in hoc casu variasse videntur.

22 Possent fortasse sic cõciliari, & hæc distinctio colligi videtur ex mente omnium, si recte eorum verba inspexeris. Aut exceptio melioramentorum requirit altiorem indaginem, & tunc non impeditur executio præstita cautione. Aut non requirit altiorem indaginem, sed potest incontinenti, vel infra breuem terminum liquidari, & tunc iudex habet statuere terminum breuem ad ea liquidanda, & interim in executione supersedere. Contard. *ad l. vnic.* 9. 24. *n.* 24. *C. de mom. possess.* vbi subdit, an exceptio requirat altiorẽ indaginẽ, vel non, statur arbitrio iudicis. Ioseph. de Ludou. *Rot. Lucan.* 38. *num.* 19. vbi videas.

23 Ampliatur hęc distinctio, ut procedat siue simus in facto, puta in melioramentis, siue in damno puta in refectione expensarum, quę liquidę non sint. Ita Cõtard. ad l. vnic. *q.* 24. *nu.* 20. attestans plures ita vidisse in Rota iudicatum.

24 Ampliatur secundo hæc distinctio, vt procedat siue sententia sit pura, simplex, & absoluta, siue conditionalis, & qualificata, prout in casu Capi. & consilij Castr. puta computatis prius, uel solutis prius melioramentis, semper enim inspiciendum est, an liquidatio requirat altiorem indaginem, uel non, & an possit infra breuem terminum liquidari, uel non, & hoc solum semper attenditur. Ita per discursum longum colligitur ex Contard. in iam citato loco, & videtur satis notandum per verba cõditionalia prædicta importata per ablatiuos absolutos adiuncta dictione, prius. Subdit etiam, quod quando constat bona esse meliorata, & maior pars melioramentorum erat liquidanda, quod ex mente Rotæ datur retentio.

25 Ampliatur tertio id, quod dictum est de sententia, quod si non constat per sententiam, tamen in eadem instantia possunt liquidari per euidentiam facti, uel alias retardatur executio, nec admittitur fideiussio. Ita

Ita vltra allegata per Contard. Crauet. *consil.* 408. *nu.* 2. & 3. *vol.* 3. Cuman. in ritibus Curiæ Siciliæ *cap.* 24. Rot. L. can. *decis.* 38. *nu.* 19. *par.* 1. Borgn. valde commendans, *decis.* 44. *nu.* 66. & 67.

ADDITIO.

☞ *Ampliatur quarto vt detur retentio pro melioramentis factis post litem motam, & re quodammodo effecta litigiosa, & sic concurrente mala fide præsumpta. Magon. Rota Lucan.* 81. *num.* 11. & 12.

26 Declaratur autem membrum de fideiussione in paupere, & in diuite, & potente, vel idoneo. Tiraq. *de retract. lignag.* §. 1. *gl.* 19.

27 Practicando igitur cautus erit prudens iudex, primo inspicere, an constet melioramenta esse facta: si non constat, non retardatur executio; si constat, sed non sunt liquida, videat qualitatem personæ si est pauper, vel idoneus: si idoneus, aut liquidatio requirit altiorem indaginem, & admittat cautionem, alias non retardet executionem. In sacro autem Concilio Neapolitano hodie ita seruatur, aut melioramenta apponuntur post sententiam, vel ante, primo casu admittitur fideiussor, secundo casu non. *Ita* attestatur Vincen. Franc. *decis.* 112. *in fin.*

28 Cautela tamen datur, vt locator ante tempus instet, si qua prætenduntur melioramenta deduci, & liquidari, instando terminum præfigi iuxta terminos l. diffamari. Mazzar. de fideicommiss. *q.* 66. *par.* 3. Côtard. ad Aegidia. *q.* 24. *nu.* 19. & in terminis locati, & conducti *decis.* 32. *nu.* 3. *par.* 2.

29 Ampliatur sexto, vt exceptio retentionis melioramentorum possit opponi etiam contra res conformes, & illarum executionem retardare. *Ita* in Rota iudicatum attestatur Gallel. ad form. Camer. *part.* 4. *quæst.* 2. *num.* 12.

30 Ampliatur septimo, quia talis exceptio adeo fauorabilis est, vt impediat in primis, & ante omnia attẽtata reuocari, vltra Menoch. late profitentem *in* 15. *remed. recuper. possess.* Lancell. *de attentat. par.* 3. *cap.* 24. *quæst.* 79. *num.* 10.

Ampliatur octauo etiam si sit malæ fidei possess. *glos. in cap. granis de restitut. spoliat. in l. si a domino, §. fructus. ff. de petit. hæredi.* & ita tenuit Rota in vna Tiburtina melioramentorum coram Episcopo Montisfalconensis Lunæ 14. Nouemb. 1552. vt per Pute. *decis.* 344. *par.* 1.

31 Crederem fortasse verum in melioramentis omnino necessarijs, quæ alias dominus fuisset facturus, & sine quibus iam in reficiendo, quam de nouo faciendo res esset peritura, vel omnino inutilis efficeretur, ne quis locupletetur cum iactura aliena. Bello. *conf.* 65. *num.* 12. Menoch. *de recuperan. possess. remed.* 15. *numer.* 537.

Addo bene loquentes Boer. *decis.* 44. *nu.* 7. Rodoa. *de rebus eccl. q.* 17. *numer.* 5. Mago. *Rot. Luca.* 33. *nu.* 24. per textum *in l. g. domus, de leg.* 1. *in* §. *cæterum*, Instit. *de rerum diuisione.*

Ampliatur nono, vt habeat tacitam hypothecã, & præferatur alijs creditoribus. Rip. *in l. vbi pure, §. qui in distrahendis, ff. ad Trebel. per l. interdum. ff. in quib. caus. pignus.*

Addo Negusan. *de pign. par.* 7. *membr.* 3. *numer.* 14. & *par.* 2. *memb.* 4. *num.* 133. Monticul. *in* §. *item Seruiana, nu.* 43. *de act.* Menoch. *de recuper. poss. remed.* 2. *n.* 8. Piot. secundum primam impressionem, *n.* 874. & dixi in verbo, creditor.

32 Ampliatur decimo loco in melioramentis, non ab ipso colono, conductoreve factis, sed ab alio amico contemplatione ipsius: nam & illa deducit, & retentio competit. Paris. *in consuet. tit.* 1. *gl.* 1. *num.* 5. & *nu.* 87. *ampliat.* 4. *ex tex. in l. diem rui, ff. mand.* & *l. sed & si plures, §. in arrogato, ff. de vulg. & pup.*

33 Vnde factum ab amico contemplatione mei dicitur a me factum, late *Iason in d. §. in arrogato.* Rol. *conf.* 10. *nu.* 9. *lib.* 1. Zas. *sing. intellect. lib.* 2. *cap.* 9.

34 Non igitur est bona consequentia, tu non fecisti, quia replicatur, fecit Sempronius amicus contẽplatione mei sui amici, & beneuoli.

35 Ampliatur vndecimo etiam si melioramẽta perierint: nam adhuc & illa peti possunt, & retentio competit. Bart. *in l. in fundo, num.* 6. *ff. de rei vendic.* Tiraquel. *de retract. conuent.* §. 7. *gl.* 1. *num.* 10. *in fin.* Rui. *conf.* 14. *nu.* 3. *lib.* 1. & *conf.* 117. *vol.* 1. *libr.* 3. Boer. *decis.* 44. Rol. *conf.* 28. *n.* 18. *lib.* 1. *ex not. in l. domos, ff. de legat.* 1.

36 Ampliatur duodecimo etiã si perierit, res, vel fundus, in quo facta sunt melioramenta, ita omnes in citato loco *d. l. domos*, vbi Ias. & cæteri. Iac. Menoc. *de recuper. poss. remed.* 5. *num.* 512. *ex l. qui exceptione, §. si pars, ff. de condict. indeb.* ex quo non datur isto casu rei iam peremptæ, sed competit actio ad expetenda, prout in dictis iuribus continetur.

37 Ampliatur decimotertio etiam si sit facta protestatio, ne res, vel fundus melioretur, quia reficere non intendit. Mazzar. *de fideicom. par.* 3. *q.* 66.

38 Ampliatur decimoquarto, vt nedum colono, sed & marito datur repetitio expensarum in dote factarum, *iuxta l. vnic. §. sed nec ob impensas, Cod. de rei vxor. act. in l. quod dicitur, de impens. in reb. dotal. factis.* Afflic. *decis.* 359.

Et si maritus non reperiat colonum nisi faciat molendinum, tenetur facere, & erit impensa necessaria. Angel. *in l.* 1. §. 1. *ff. de impens. in rebus dot. fact.* commẽdat Alex. ad Bar. *in l. impensa litera B. ff. eod. tit.*

39 Ampliatur decimoquinto in melioramentis factis in bonis fideicommisso suppositis, & faciens hoc sciuisset, nam deducit melioramenta necessaria, vt superius dixi ex Bello. *conf.* 65. *nu.* 12. Iac. Menoc. *de recup. poss. remed.* 15. *nu.* 507.

Addo Soc. *conf.* 82. *in fin. volum.* 4. Hier. Gabr. *conf.* 121. *nu.* 56. *vol.* 1.

40 Ampliatur decimosexto in melioramentis factis in re feudali, vt late deducit Clar. *in §. feudum, q.* 88. Viui. in Silua. *lib.* 2. *opin.* 495. ad quos remisisse sufficiat, cum non sit præsentis indagationis de feudo tractare. Vnde innuisse sufficiat eorum priuilegia in feudo locum habere.

41 Limitatur primo loco, vt procedat quoad modicas expensas, *l. omnimodo, ff. de impens. in reb. dotal. factis.* Castrens. *conf.* 268. *libr.* 2. Ias. *in l. diuortio, numero* 9. *ff. solut. matr.*

Vnde conductor molendini, non tenetur ad illius refectionem si magna impensa requiratur, nec ad pẽsionem, Bar. *in l. rotem, §. qui maximos, ff. de Publican. q.* 7. Bal. *in l. licet, q.* 4. *C. locat.* Ias. *in l. quominus, q.* 24. *de flumin. nu.* 149.

42 Limitatur secũdo non procedere quoad maximas, & ex-

& excessiuas impensas, ita vt non possit eas dominus commode soluere, nam tunc nec necessario, nec vtiliter factum videtur. Bal.*cons.*116.*colum.*2.*vol.*2. Dec.*cons.*142.*colu.*3.*sub nu.*5.*per l.si seruos, ff.de pignor. act.* Tiraq.*de retrac.conuent.*§.7.*gl.*1.*nu.*5. Borgnin.*decis.*44.*nu.*71.

43 Extenditur hæc limitatio etiam ad maritum. Cravet.*cons.*3.*nu.*19.

44 Limitatur tertio, nisi aliter conuentum sit. Bald.*in l.iubemus, §.sane, C.de sacrosanct.eccles.* Ias.*in l* 2.*nu.*28.*C.de iure emphyt.* Paris.*cons.*33.*nu.*55.*vol.*1.*cons.*28.*nu.*1.*volum.*3. Curt.*cons.*165. Rui.*cons.*24.*nu.*10.*& consil.*161.*nu.*28.*vol.*1. vbi quando ab initio donata fuerunt melioramenta facienda.

45 Limitatur quarto loco consideranda varias species melioramentorum, & expensarum, prout in principio tetigi, quibus addendo, dico ex mente Pau. Castr. *cons.*270.*lib.*2. vbi declarando materiam dicit, quod disboscatio terrarum, quæ pertinet ad culturam fundi, non est reficienda, licet pertineat ad perpetuam vtilitatem, si sunt potius ad amœnitatem, quia lucro fundi cedunt. Si verò ex eis percipeetur vtilitas, vt oliuetum, & arbustum, & similia, (Tudertini plantatas vocant) tunc debentur, nec habet locum a beasio *l. si fundi.ff.de rei vendic.*

46 Quando expensa plantationis esset magna, secus si parua, prout in plantatione salicum, & populorum etiam positarum pro vitium sustentatione, vt ibi late per eum, quem sequitur Rol.*cons.*28 *nu.*23.*lib.*1. Fran. Mare.*decis.*460.*in fin.par.*1. Cephal.*cons.*181.*n.*1.*vol.*2. late Menoch.*cons.*64. Burs.*cons.*11.*num.*38.*vol.*1.*decis.Perus.*26.*par.*1.

47 Verum Rui.*cons.*14.*num.*3.*lib.*1. reprehendit Castr. in salicibus, & oppijs, quę seruantur in terris infructuosis, prout in arena Tiberis, & reddunt fertiliores, & meliorant multum. Sequitur Rol. *consil.*83. *vol.*4. *decis.Perus.*58.*par.*1.

Addo Ioseph de Lud.*concl.*12.*vers.isti,&c.* vbi post longam verborum seriem, & discursum, dicit, quod emphyteuta, vel conductor ad longum tempus repetit sua melioramenta finito tempore conductionis, & non prius, nec interim excusatur sub spe melioramentorum repetendorum a caducitate, si canonem non soluat. Et si transcendat tempus conductionis, fit restitutio pro rata, puta in conductione sex annorum, in fossatis, arginibus, palis, & similibus sunt expensi puta vigintiquinque, conductio durauit per quatuor annos, conductori restituuntur octo, & sic de singulis. Castrens.*in l.domos, num.*6.*de leg.*1. Bero.*decis.*44.*num.*34. Anch.*q.*47.*num.*11.*lib.*3. Nat.*cons.*449.*nu.*8.*libr.*2. Plot.*cons.*65. Menoch.*cons.*64.*nu.*17.*vol.*1.

48 Et si expensæ non durent vltra tempus conductionis, non restituuntur etiam si essent magnæ, sed solum restituitur illud, quod est expressum arbitrio ipsius locatoris. Rol.*cons.*28.*nu.*14.*&* 18.*cons.*30.*nu.*6. *libro* 1. Rui.*cons.*14.*nu.*3.*lib.*1. Borgn. autem *decis.*44.*nu.*57. distinguit aliter, nam in domib. & quoad necessaria earum conductor repetit expensas, etiam si respiciant perpetuam vtilitatem dicens ita obseruari per totum mundum in domibus, in alijs distinguit aut rei seruandæ causa, aut fructuum colligendorum.

Primo casu repetit integras expensas.

Secundo casu non quia ad conductorem spectant, Franc. Mare.*decis.*161.*par.*1.

Cui addo Boer.*q.*44.*nu.*13. Afflic. *decis.*252. *colu.*4. Tiraq.*de retract.conuent.* §.15.*gl.*1. *num.*19. *fallent.*5. Menoch.*de arb.ind.cas.*215. dicens fuisse interrogatum a Cardinale tunc Alexandrino postea Pio Quinto Pontifice Maximo in Academia Montis Regalis.

49 Addo, quod expensæ, & melioramenta dicuntur magna, si transcendant tempus conductionis; parua, si non transcendant, & ex hoc fit iudicium. Rol. *cons.*83.*nu.*9.*vol.*4. Ruin.*cons.*14.*nu.*3.*volum.*1. Rodoan.*de reb.eccles.fol.*418.*nu.*5. Feder. Scot. *cons.*5.*lib.*1. *decis.Perus.*58.*nu.*7.*par.*1.

50 Dicit vlterius Bero.*cons.*89.*num.*35. *volu.*1. quod melioramenta, vel expensę dicuntur ad perpetuam vtilitatem, quando qualitas rei est mutata, & bonitas aucta, vt in domo repleta pro habitatione coloni, vbi est impensa necessaria. Boer.q.44. Burs. *cons.*85. *num.*432. Rot. *Mago.*81.*nu.*25.

51 Vel dicuntur ad perpetuam vtilitatem, si fiant ad decennium more conductis ad longum tempus, qui ad decennium dicitur, vt superius vidimus, & ita tenet *decis.Perus.*24.*nu.*11.*par.*1.

52 Limitatur quinto loco in conductore, vel inquilino ad modicum, vel breue tempus, qui non tenetur expendere etiam modice in his, quæ vltra tempus suę conductionis sunt duratura. Alber.*in l.hactenus, nu.*5.*ff.de vsufruc.* Bald.*in l.*2.*nu.*5. vbi Ias.*num.*25.*&* 27.*C.de iur.emphyt.* Bart.*in l.cotem, §.qui maximos, num.*12.*de publ.* Alex.*cons.*4.*nu.*7.*vol.*5. citant tex.*in l ædiles.ff.de via publica,* quam corrupte allegat, Bald.*in d.leg.*1. Alex.*in l.diuortio, §.impendia, ff.sol.matr.* Ari. Pinel. reputans hoc verissimum, *ad l.*1.*par.*2.*num.*72.*fol.*191.*C.de bon.mater.*

53 Limitatur sexto loco, hoc modo declarando: aut totus fundus est melioratus, & in toto licita est retentio: aut tantum pars fundi est meliorata, & in illa tantum durat retentio. Negus.*de pignor.par.*5.*membr.*4.*num.*20. quem ita declarat Ioseph. *Rot. Lucan.*7.*num.*12. attestans hanc esse communem opinionem, Bursat.*consil.*350.*num.*86.*&* 87.*volum.*3. Tiraq.*de retract.conuen.*§.7.*gl.*1.*num.*11. Rodoan.*de reb.eccl.*§.*vnde nu.*421. Borgn.*decis.*28.*nu.*5.*par.*1.*& decis.*32.*numero* 28.*parte* 2. est bona glos. *in l.plane, §. deducat, ff. de petit. hæred.*

54 Limitatur septimo in melioramentis, & impensis factis est conuentione inter partes inita, quæ non repetuntur, & consequenter non dabitur priuilegium retentionis, *l.fundi partem, ff.de contrahend.empt.* Affl. *in cap.*1.*§.si vassallus, n.*12. *in tit.hic finitur lex* Corrad. Paris.*in consuetud.§.*1.*glos.*5.*nu.*26.*&* 96. ex Ias. quem citat Pinel.*ad leg.*2.*par.*2.*cap.*3.*num.*10.*de rescindend. vend.*

55 Obligatus igitur meliorare fundum ex pacto, non detrahit melioramenta, nec sibi competit retentio.

56 Limitatur octauo, vt stetur arbitrio iudicis, quæ melioramenta sint reficienda, vel non, Menoc.*de arb. ind.casu* 258.

57 Limitatur nono, nisi res peruenisset ad manus meliorantis cum vitio, quia tunc cessat omnino omnis retentio Bard.*de temp.vtil.& continuo, c.*18.*nu.*5.*per c.fin.de ord.cog.& l.*1.*§.diliguntur, ff.quor.leg.*

Vitium, defectusque tollit fauorem retentionis in quoscunque successores.

58 Limitatur decimo in scriptore, qui conductus ad scribendum non potest retinere exemplar datum ad scriben-

scribendum, sed bene quinternos, iuxta ea, quæ superius dis imus de eo in verbo scriptor.

Quibus addo Rodoan. *de reb. eccles. fol.* 144. *nu.* 24. Dyn. *singul.* 146. Firmian. *in verb.* Aretin. *in §. literæ, nu.* 1. *Instit. de rerum diuis.* Soc. *in sartore reg.* 431. *limit.* 2. *litera R*.

59 Ampliatur hęc limitatio in quocunque alio prout in marescalco, conductore valisiæ, qui aliquid expendit pro gabella, tutore, & similibus glos. & ibi Ias. *in l. si non fortem, §. si libertus, ff. de cond. indeb.* Bald. & alii, in l. sub prætextu, C. de transact. Ias. in §. item Seruiana, *nu.* 72. *de act*.

60 Vtilis est indagatio, frequens, & quotidiana, & passim in palatiis occurrit; nam Compaginarius communitatis retinet animalia pro expensis præstitis, & quærit preferri aliis, prout tangam in materia de inuectis, & illatis.

61 Similiter Commentariensis, carcerum custos liberato carcerato quoad processum retinet eundem pro sua mercede, & impensis, et hoc eis licitum est saltem de stilo, & consuetudine, vt dicit Guid. Pap. *dec.* 448. quem sequitur Cassan. in consuet. Burgun. *fol.* 90. *nu.* 34. Pract. Iodoc. c. 17. n. 17. Iul. Clar. in §. fi. q. 91. in fi. & passim obseruatur.

Positis aliquibus ampliationibus, & limitationibus in hac vtili materia expensarum, & melioramentorum, quæ passim in facto occurrit pro ornamento materiæ, & vtilitate ipsius, venio ad aliquas vtiles, & practicabiles quæstiones.

QVAESTIO I.

Melioramentorum.

OCcurrit in facto annis proxime elapsis in quodam Doctore, qui pro publicis negociis transmissus fuit ad sanctissimum Principem, in manibus cuius fuerunt portatæ multę scripturæ publicæ eo modo conueniuntur hæredes ab officialibus communitatis ad eas restituendas, qui replicat, quod intendunt eas retinere pro salario, & mercede debita eorũ auctori, fuit dubitatum, quid iuris, fuit etiã alias in facto in ciuitate Pergami in persona cuiusdam iudicis, qui volebat retinere processus coram eo factos pro sua mercede, prout refert Albe. in facto eueniſſe *in l. si non fortem, §. si centum, ff. de condict. indeb.*

1 Et licita videbatur retentio iudici, & doctori ad exemplum scriptoris, qui pro sua mercede potest retinere quinternos, prout superius dictum fuit.

2 Secundo facit tex. in procuratore loquens, *in l. quæ omnia, in fin ff. de procurato.* & ibi not. Bartol. *Castren. & alij.*

3 Contrarium est verius in his, vt, nec iudex, nec aduocatus, nec procurator possint retinere processus pro salario, & mercede, vt per Alber. & post eũ Fulg. *in d. §. si centum*, & ratio videtur esse, qui instrumenta non dantur illis loco pignoris, sed vt videant, examinent, & producant respectiue, *l. si procuratorem, ff. man.* pulchre Boer. videndus *dec.* 15. *num.* 2. attestans ita iudicatum in Curia Burdegalensi.

4 Limitatur hæc resolutio, vt procedat solum quãdo quis vellet vti retentione respectu prętensæ mercedis, secus si pro sumptibus in causa factis, quia isto casu potest, *l. qui proprio, §. litis impendia*, & ibi glos. & Doctores, de procurat. Capic. *decis.* 11. Menoch. *de recuper. poss. remed.* 11. *num.* 14.

5 Et ita procedat text. in contrarium adductus in l. quæ omnia, *in fine, ff. de procur.* vt per Boer. *in citato loco.*

6 Et sic vides, quod quandoque expensa actualis, & realis potior est, quam merces, & præmium laboris, quod licet appelletur honor arium, tamen pro eo nõ cõpetit retentio, prout pro sumptibus realiter factis.

7 Et occurrit præsenti proposito casu, quod in Ciuitate Tuderti erat numerus duodecim, in quo erant multi Doctores, & conuenerunt ad inuicẽ, quod euenient e casu eundi extra territorium, quod iretur pro puris expensis nullo recepto salario, modo Doctor vnus de numero fuit transmissus ad Vrbem, & stetit per menses duodecim, nec vnquam rediit, an non obstante conuentione habebit salarium? fuit dictum quod data diuturnitate tot mensium continua in Doctore solito lucrari, quod ex quadam æquitate iustum aliquod salarium debetur.

8 Sed quid econtra, erit ne licita retentio de mercede retinenda? Vidi in facto casum, Mulio agit contra Dominum ad salarium cõuentum, replicat Dominus, nolo dare donec non reddas rationem de vecturis annuatim factis, replicat mulio, mos est mulionũ in qualibet vice domino rationem dare, & ita passim obseruatur. nec debet vti retentione salarij.

9 Et per modum corollarij colligitur in hac vtili materia melioramentorum, & retentionis, tam in allegatis in sexta limitatione, quam in vltima, & in discursu huius quæstionis, quod competit retentio in re, vbi facta sunt melioramenta, non in aliis, nec in re, si persona est meliorata, puta aduocando, vel iudicando, & sic non exeunt iustos fines suos.

10 Sartor igitur potest pro mercede retinere vestẽ, Bald. *in l. si. notab.* 2. *C. commod.* quæ mercedes ad summum est ducatum vnum, Bart. *in l. fortissimis*, Ias. *in §. tripli, nu.* 54. *de act.* & marescalcus equum pro mercede etiam modica, Corset. de minim. *nu.* 90. Sebast. Medic. *reg.* 4. *num* 92.

QVÆSTIO II.

QVæro in practica vtiliter, quę sint necessaria in iustificatione melioramentorum, & plura requiruntur practicando.

1 Subiectum. Primo constare debet melioramenta esse facta, nam non entium nullę sunt partes, *l. eius qui, ff. si cer. pet.* Cephal. *cons.* 213. *num.* 3. *lib.* 2.

2 Persona. Secundo probari, & apparere debet personã, quæ tanta melioramenta fecisse asserit, siue sit dominus, siue possessor, siue colonus, Castrens. *consil.* 268. *vers. venio ad num, vol.* 2. in nouis, & *consil.* 270. *sub num.* 4. *eo. vol.* Rodoan. *de reb. eccl. §. conductores, num.* 2. Soc. iun. *cons.* 62. *numer.* 3. *volum.* 1. Borgnin. *decis.* 28. *num.* 3.

3 Consideratur etiam qualitas personæ locatoris: vnde locator pauper debet protestari conductori diuiti de magna impensa sub pœna amissionis, & non solutionis, Marzar. *de fideicom. par.* 3. *q.* 66. *in fine.* Feder. Scot. *consil.* 8. *lib.* 1. Purpur. *cons.* 17. *nu.* 12. *volum.* 1. Borgni. *decis.* 42. *num.* 49. *par.* 2.

4 Qualitas personæ probanda, seu mauis considerãda est licet enim, prout in ampliationibus dictum est

bonæ,

bonę, & malæ fidei possessor melioramenta reducat, tamen bonæ fidei possessor deducit necessaria, ac etia vtilia, malæ fide possessor necessaria tantum, *l. qua ratione, in princ. ff. de acquir. rer. dom.* Tiraq. *de retrac. connent. §. 7. glos. 1. num. 2. & 4.* Boer. *decis. 44.* Bello. *cons. 65. nu. 13.* Loriot. *in l. fructus, ff. de reg. iur.*

5 Qualitas melioramentoru. Si enim facta sunt melioramenta, vel expensæ causa fructuum colligendorum, vel conseruandorum, non deducuntur, sed cum fructibus compensantur, vt dictum est, si ad perpetuā vtilitatem, vel non prout etiam dictum est.

Circa tamen vtilia melioramenta considerandum
6 est, si sunt quæ per ferruminationem appellantur, vt cum ex eadem materia reficiunt prout arbores plātatæ, ager stercoratus, & similes, & tunc in conductore ad longum tempus dic, vt supra.

7 Considerantur etiam melioramenta si sunt voluptuaria, vt ad ornatum tantum, prout etiam superius diximus, quæ non deducuntur, sed ablatio permittitur, nisi dominus illas alias esset facturus, & sic dominus offerat colono, vel conductori, vel alij possessori bonæ fidei æstimationem illorum debet ei colonus, vel conductor vendere, immo cogitur potius vendere domino, quam alij. Si vero sit malæ fidei possessor, talia melioramenta sic voluptuaria non detrahet, nisi facilis sit separatio, Bar. *in l. fundo, n. 10. ff. de rei ven.* Alciat. *in l. impensa, nu. 9. de verb. signif.* Mascar. de probat. in vero. melioramenta, *num. 9.*

Addo quod hæc est communis opinio cum Bartol. *Rota Perus. 24. num. 21.* vbi etiam dicit ad propositum locati, & conducti, de quo agimus, quod colonus, & conductor semper præsumitur in bona fide. Vnde regulatur secundum naturam possessoris bonæ fidei.

Addo vlterius, quod dictum, Bald. *in l. in fundo in ne, de rei vend. nolentis*, quod si conductor vellet melioramenta voluptuaria radere, & dominus offerat æstimationem, quod cogitur recipere, quod hoc dictū vltra Mascard. in citato loco valde cōmendat. Mars. *sing. 40.* vbi loquitur etiam si aliter conuentum fuerit. Arch d. Person. *de pet. hær. num. 676.* fallit in fructibus a solo separatis. Caballi. *milleloq. 1. nu. 8.*

Reperio tamen hoc dictum alio modo separatum,
10 hoc procedere in ædificijs compatibus, non in alijs. Rodoan. *de rebus eccles. quæstion. 17.* in verbo, colonus, in fine.

Vnde dicebat Castr. *in l. sed ædiles. §. si inquilini, ff.*
11 *lor.* quod conductor potest asportare fenestras, specularia, gabiones de columbaria, & similia si non vult dominus soluere. Ancha. *q. 47. lib. 3.* Borgni. *decis. 44. nu. 56.* & maximę in malæ fidei possessore, cui in vtilibus non datur retentio, sed abrasio sine lęsione prioris status Mago. *Rot. Luc. 33. nu. 47.*

12 Considerantur enim vltra Mascard. in citato loco melioramenta ciuilia, vt seruitutes, iurisdictiones, & alia iura incorporalia per colonum, vel alium possessorem bonæ fidei empta, vel alio modo acquisita, & pro istis etiam datur retentio, donec soluatur per dominum, vel eius hęredem, Guid. Pap. *quæst. 169.* Bero. *q. 66. in fin.*

13 Qualitas personæ domini. Dantur etiam, vt dictū est superius, melioramēta per plumbationem, & hoc procedit in ædificijs, vt ea construere, & similia, & tunc colonus, vel alius bonæ fidej possessor deducit. si dominus directus, & locator alias erat facturus; sed si non erat facturus, impendens deducit, si dominus, vel locator esset diues, sed si esset pauper permittitur tali melioranti auferre. Ita Bart. *in d. l. in fundo, nu. 7.* Boer. *dec. 44. nu. 3. & 8.* Alciat. *in d. l. impensæ, in verbo, vtiles.* Crauet. *cons. 2. nu. 19.* Tiraq. *de retract. connent. §. 7. gloss. 1. num. 5.* Capic. *decis. 93. nu. 9.* Boss. *de princip. num. 31.* versic. scias aliam, & hæc est communis opinio. Menoch. *in citato remed. numer. 517. decis. Perus. 24. sub num 14.*

14 Ex quibus habebit pro constanti, quod illa conclusio, quod dominus locator offerendo pretium auditur, procedit generaliter tam in melioramentis per plumbationem, quam ferruminationem, quibus omnibus addo Ruin. *consil. 161. numer. 31.* vbi hoc valde commendat.

15 Considerandum etiam est, quod licet fiat differentia in aliquibus & sit bonę, vel malæ fidei possessor, in hoc tamen iura conueniunt, vt in expensis factis gratia fructuum colligendorum cum fructibus compensentur, & hæc est communis opinio, vt per Rol. *cons. 28. numer. 20. lib. 1.* Alciat. *in dict. leg. impensæ, in fine principij, ex l. 3. in fine, de impens. in rebus dotal. factis, & in l. diuortio, §. impendia, ff. solut. matrim. & in l. fructus. iuncta glos. in verb. impensarum, cod. titul. glo. in §. certe illud, in verb. ædificauerit, Instit. de rerum diuisione.*

16 Dantur etiam alia melioramenta vtilia per se facta, & quæ per se stare possunt, vt fundus emptus prope fundum conductum gratia maioris commoditatis *iuxta l. prædia, § baiena, ff. de legat. 3.* Bero. *quæst. 96. num. 4.* & ista possunt auferri, vt per decis. *Perus. 24. num. 17.*

17 Ex quibus omnibus infertur per modum corollarij conclusio, quod bonæ fidei possessor, prout est cōductor, & alij similes, non compensabit fructus cum melioramentis si ex re sua perceperit. Bald. *in l. emptor prope finem, C. de rei vendicat.* Castrens. *consil. 94. col. 2. lib. 2.* Alex. *in leg. insulæ. §. fructus, numer. 6. vers. vlt. ff. sol. matr.* Curt. iun. *cons. 6. num. 27.* Paris. *cons. 33. num. 53. lib. 1.*

18 Hinc si emphyteuta, vel conductor ad longum tēpus fecerit melioramenta de fructibus rei emphyteuticę non compensabit cum fructibus. Paris. *cons. 55. nu. 23. lib. 3.*

Et de prædictis omnibus scribit Soc. iun. *cons. 150. numer. 31. lib. 1.* Negusant. *de pignor. in 4. memb. 5. par. principal. nu. 12.* & hæc est magis communis opinio. Achill. Personal. *de petit. hæredit. nu. 6. 88.* licet ipse aliter disputando teneat.

19 Vt igitur melioramenta sint cum fructibus compensanda per colonum, emphyteutam, & alios bonę fidei possessores, duo principaliter attendenda. Primum, quod non sint ex re sua. Secundum quod detrahatur pretium operarum. *Boer. decis. 44. num. 23. ver. sic. & ideo.*

Sicut in alijs, & ad propositum materię locati & conducti, de qua agimus, bonę fidei possessor deducit salaria pręstita proxenetis, & bannitoribus in subhastandis bonis hæreditarijs. *Boer.* vt sup. *num. 26.*

20 Quantitas. Prosequendo vlterius materiam iustificationis melioramentorum practicando duo copulatiua requiruntur probanda. Primum est, quantum sit impensum. Secundum, quod tantum res sit meliorata, & *in tot. glos. in leg. fundo, ff. de rei vendic.* Abb. in

c. 1.

Digitized by Google

cap.1.n.4. de restit.in integrum, in c, quod quibusdam, nu. 9. de fideiussor. in c. ad nostram, in 3. notab. de rebus eccles. non alienan. Felin. *in c, cum causa col. pen. vers. sumptus, de re iudic.*

21 Articulando igitur cautus erit deducẽdo hæc duo, & quam maxime, quod ex hoc res est effecta pretiosior in tot, prout non erat prius. Negusan. de pignor. ita dicens *in 4. memb. 5. par. num.* 11. commendat Mascar. in verb. melioramenta, *n.* 12.

Cui plene profitenti addo bene loquentes Cagn. *in l. 2. n. 175. C. de pact. inter empt. & vendit.* Neuizan. *cõs. 78. nu. 46.* Natt. *cons. 601. nu. 3.* & hæc est vera, & cõmunis opinio. *decis. Perus. 24. nu. 8. lib. 1.*

Et addo (ni fallor) in terminis locati, & conducti, de quibus agimus, bonum text. *in l. colonus, ff. locat.* ibi, & propter earum fructum denis aureis amplius is ager locari solitus est &c. Pute. *decis. 774. par. 2.*

22 Tempus. Melioramenta ęstimanda sunt ex tempore, vt attendatur tempus restitutionis rei, nõ tempus, quo facta sunt melioramenta. Bart. Ang. & Castrens. *in l. domos, ff. de legat. 1.* vbi *Ias.* attestatur hanc esse cõmunem opinionem. Alberic. *ad d. l. in fundo,* Cornel. *consilio 158. colum. 1. volum. 3.* Ruin. *cons. 28. in fine, libro 1. & cons. 117. num. 1. lib. 3. & 165. nu. 6. lib. 6.* Capic. *decis. 93. in fi.* Boer. *decis. 44. nu. 12.* Roland. *cons. 28. n. 14. vol. 1. & cons. 30. num. 6.* Mascard. de probat. in verb. melioramenta, *nu.* 19.

Addo bene loquentes Grat. *consilio 9. num. 14. consil. 132. nu. 14. & 15. vol. 2.* Curt. iun *cons. 44. in fine,* Paris. *cons. 16. numero 85. lib. 2.* Natt. *cons. 13. in fin. volum. 2.* Iul. Clar. de communi, in §. emphyteusis, 988. *vers. sed quæro.* Viui. de communi in Silua, *lib. 2. opin 405. num. 3, decis. Perus. 24. nu. 25. par. 1.* vbi de communi, *& decis. 117. numero 76. par. 2.* Vincen. Franc. *decisione 109. nu. 2.* Marza. *de fideicommiss. q. 65. parte 3.* Mago. *Rot. Florent. 44. num. 27.** Boer. *decis. 44. numero 12.* Bero. *cons. 79. num. 60. lib. 2. & 176. numero 83. vol. 1.* Ceph. *consil. 188. num. 37.*

Et fieri debet per peritos etiam si nihil probatum fuerint Cagnol. *in l. vnic. nu. 143. C. de sentent. quæ pro eo* vbi Rebuff. in verbo subtilitatem, num. 15. vbi loquitur de huiusmodi electione peritorum. Bertazol. *cons. ciuil. 79. n. 15.*

A D D I T I O.

☞ *Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsump. 32. n. 5. Zanes. ad l. 2. nu. 125. C. de pact. inter empt. & vend.*

23 Limitatur hæc conclusio ad propositum materiæ locati & cõducti, de qua agimus, vt procedat quando ille, qui facit melioramenta, possidebat nomine alieno, & non pro suo, & non erat dominus directus, alias secus, quia omne tempus attenditur, & ita declaratur, *in l. domos, ff. de legat. 1.* & ita declarat Menoc. *in d. remed. 15. num. 565. per discursum*, & fuit opinio Pauli Castrens. *cons. 270. nu. 3. vol. 2.* Roland. *consil. 28. nu. 18. versic. non obstat cons. 30. numero 6. vol. 1.* Rui. *cons. 24. nu. 3. vol. 1. Rot. Perus. decisione 58. nu. 14. & 15.* sentit etiam Cortet. *cons. 72. num. 12. volum. 5.* & ita in facti contingentia iudicatum attestatur Borgnin. *decis. 44. nu. 63.* Natt. *cons. 353. n. 2. vol. 2.* & idem Borgn. *decis. 16. nu. 33. par. 2.*

24 Sicut in materia fideicommissaria melioramentorum ad incommodum grauati tempus restitutionis considerandum est ad commodum illius tempus impensæ factæ. Marzar. *de fideicommiss. quæst. 65. & cons. 10.* Bursat. *cons. 71. nu. 23. vol. 1.* vbi etiam subdit, quod in æstimandis meliorationibus erit habenda ratio nõ modo sumptuum, sed laborum personæ. Bartol. *cons. 79. n. 61. vol. 2.* Addo etiam vltra Mascard. quod in dubio pręsumitur tantum expensum, quanti nunc valet, quæ res æstimatur, & dicenti contrarium incumbit onus probandi, vt per Crauett. *consil. 408. nu. 2. & 3. vol. 3.*

25 Secundo loco alia est circumstantia, vt ædificia debeant æstimari vt rudera & materia, quæ ex diruto ædificio vendi potest, & hęc est magis communis opinio, de qua per Bero. *q. 96. post numero 4. vers. si vero fundum, qui re,* nam in fundo loquitur, & fuit etiam opinio *Ias. in l. fin. nu. 29. C. de iur. emphyt.*

29 Contrarium tenet Bald. *in cap. 1. §. si vassallus, nu. 4. in tit. hic finitur lex Corradi,* attestans ita de consuetudine seruari. idem dicit in Authen. accipitur, *post nu. 2. C. de bon. quæ liber.* Paris. *in consuetud. feudal. §. 1. glos. 5. numero 98. Ias. in l. 1. §. si hæres percept. nu. 10. ff. ad Trebell.* & hæc est æquior opinio, a qua in iudicando non recedendum. Iul. Clar. in *§. feudum, q. 83. vers. sed quæro.* Mascar. *de probation. in verbo, melioramenta, numero 21.* Viui. in Silua commun. opin. *lib. 5. opin. 495. numero 5.* Menoc. *cons. 64. numero 30. vol. 1.* Aimo. Parmen. de alue. *libro 1. c. 7. nu. 5.*

27 Hinc postea infertur ad vsum, quod sæpius in facto contingit, si sunt facta melioramenta valoris puta centum, & per cursum temporis sunt attrita, ita vt tempore restitutionis non æstimentur nisi quinquaginta, ea quinquaginta tantum debentur in præiudicium meliorantis, & expendentis, ita not. *Ias.* post alios, *in d. l. domos, in 3. notab.* Commendat Negusant. in citato loco, *conclus. 6. numero* 16. dicens hunc casum sępius in facto euenisse. Aechill. Perion. *de petit. hæred. nu. 677.*

28 Ampliatur hæc conclusio ad fauorem locatoris vltra Mascard. Personal. & nonnullos alios, quod si fundus, vel ædificium est melioratum in centum puta, & re vera nõ sunt impensa, nisi quinquaginta, hæc quinquaginta, quæ reuera sunt expensa, debētur, non centum, que demonstrant facta melioramenta, & sic vno contextu fauetur locatori, & veritati. glos. *in dicta l. in fundo,* Abb. *in cap. 1. num. 4. de restitut. in integrum,* Negusant. in cit. loco, *nu. 10.* Viui. in Silua, *opin. 177. lib. 2. decis. Perus. 58. lib. 1.*

29 In alio etiam consideratur tempus in materiã meliloramentorum. quia siue vtilia sint, siue necessaria, non potest conductor alio tempore cogi, nisi in fine, & discessu a locatione. Menoch. *cons. 64. nu. 18. vol. 1.* Mascard. *de probat. conclus. 317. lib. 2.* Anton. Gomes. *de vltim. voluntat. cap. 12. num. 40.* famosum consilio Castrens. 270. apud antiquos, & nouos passim allegatum Borgn. *decis. 32. nu. 12. par. 2.* sed in fine locationis debet ea ostendere, quę, & quanta sint, & in quot fundus sit melioratus, alias non essent reficiendæ, etiamsi per prius essent liquidatæ, late Bursat. *cons. 54. vol. 3. et 331. numero 95. eod. vol.* Aemilian. *consilio 103. numero 5.* late Plot. *cons. 100. num. 3.* facit Ruin. *consilio 204. n. 12. vol. 7.* & melioramẽta facta, & liquidata si corruunt absque dolo, & culpa conductoris, debent a locatore solui, secus si dolo, vel culpa corruerint, lata, vel leui.

Menoch.

Menoch. *consil. 64. num 5. volum. 1.* Ancharan. Rheginens. *quæst. 47. num. 11. lib. 3.* & si melioramenta casu aliquo fortuito perierint, rudera, & reliquiæ sunt locatoris, non conductoris. Bertazol. *consil. 79. num. 24. volum. 4.* Cur. iun. *conf. 165. num. 14. vol. 2.* & melioramenta semel facta durare præsumuntur, & contrarium alleganti incumbit onus probandi. Borgnin. *decis. 32. num. 18. part. 2.* & possunt tempore discessus per conductorem tolli, vel abradi, & arbores alias ad meliorandum positæ incidi impune, dummodo, non reddat rem deteriorem prioris status, in quo erat ante plantationem, & meliorationem, & locator non fuerit in contrariũ protestans. Beu. *consil. 33. nu. 47.* apostil. ad Bertazol. *consil. 423. littera A, volum. 2.* Curt. iun. *consil. 165. num. 11.* & in bonis ecclesiæ non valet, si in promissione, vel sententia est dictum, quod locationis tempore finito non possit conductor expelli, sed intelligatur renouata locatio ad tantundem, & deinde successiue, donec melioramenta fuerint integraliter soluta *decis. 43. & 46. parte 1. & 32. numero 29. parte 1.* & debet agi contra locatorem, non contra nouum conductorem rerum possessorem. Anton. Cioffi. *consil. 29. numer. 10. volum. 2.* Pernicol. *consil. 46. numer. 2.* Federic. Scot. *cons. 8. numer. 2. & 3. lib. 2.*

30 Et ex prædictis videtur commode inferri posse ad materiam *l. æde*. Aut conductor vult incidere arbores naturaliter sine plantatione natas, & dicitur deteriorare, declarando, prout dixi. Aut proprias a se plantatas, & potest modo, quo supra d xi, & vidit in facto. Et si dictum sit quod finita locatione bona reuertantur ad ecclesiam vna cum omnibus melioramentis, intelligitur de factis ante locationem, nõ post, quia illa repeti possent. Ferrant. Gargi. patrocin. 30. quod sæpe occurrit.

31 Qualitas. Præterea non solum probanda sunt melioramenta, sed etiam deterioratio, quando euenisset casus, vt is, qui meliorationes prætendit, rem deteriorasset ante facta melioramenta, tunc enim ad hoc vt attendantur melioramenta, debet etiam haberi ratio deteriorationis, & eius æstimatio fieri, vt compensentur, & quod superest, sit melioratio. Bar. *in l. si negocia, ff. de neg. gest.* Cur. iun. *cons. 165 nu. 14. lib. 2.*

32 Modus; Primo melioramenta per eo onũ, vel conductorem probabuntur per testes deponentes de eorum valore, & quod tantum possent vendi homini scienti, & intelligenti conditionem, & qualitatẽ rei, prout æstimatio regulariter probatur, Innol. Alex. & alij, *in l. prætia rerum, ff. ad l. Falcid.* Iaf. in *l. 1. §. si hæres percepto fundo, nu. 9. ff. ad Trebell.* & in terminis Curt. iun. *cons. 165. num. 18.* late Fel. n. *in cap. cum causa, il secundo, de testibus*.

33 Nec quilibet testis est idoneus, nec faber, nec mecanicus in genere, sed architectus, & clare deponit textus, *in §. quia verò, Authent. de non alienan. & ibi gl. in verbo, mechanicis*, nec sufficit, quod dicant se peritos nec sufficit, quod sint fabri, vel magistri, sed oportet, quod sint architecti, & in ea arte periti, & hæc qualitas probari, & articulari debet, vt declarat Anchar. Rhegiens. *quæst. 46. num. 1. part. 1.* subdens, quod videmus plures fabricatores, paucos verò architectos, & tot (vulgo dicunt) ingenierios, & ista qualitas est probanda in terminis. Aretin. *consil. 83. colum. penult.*

34 Ita vt si duo sint, quorum vnus sit simpliciter lignarius, & alter architectus, essent duo testes diuersi generis, & exercitij, & non probarent, Cur. iun. *consil. 165. nu. 10.*

35 Pariter, si vnus ex testibus fuit architectus, in illo facto tanquam de proprio interesse non auditur. Anchar. in facti contingentia in citato loco. Cautus igitur procurator instruat chartulum de qualitate testiũ, quod sint architecti, & quidem omnes, probatur, & articuletur ista qualitas, nec sint testes de facto proprio.

36 Posset fortasse in discursu quandoque dici, quod textus, in quo se fundant scribẽtes. *in d. §. quod autem*, loquitur in bonis ecclesiasticis, in quibus iura cautius procedunt, vt detur electio in probando de præcise architectis, non per hoc vti a quodam iure speciali ad facta laicorum.

37 Et ad hunc intellectum confirmandum multa me mouent. Primum id, quod not. Bar. in summario, qui appellat hunc modum æstimandi subtiliter factum, & excogitatum extraordinario quodammodo, & sic non debet trahi in consequentiam.

38 Secundum est circunstantiæ, quæ ibi requiruntur. Primum assistentia Episcopi, Oeconomorum, & presbiterorum, quæ solemnitates in omnibus æstimationibus cessant, merito arguunt casum affectatum.

39 Tertium ibi præsupponit in Ciuitate esse deputatos n Communi tales homines, prout etiam in multis locis sunt æstimatores communis, non mirum si fortasse ita ibi proceditur, & si percurratur totus ille verborum contextus, semper videtur procedere cum admodum exquisita diligentia, ponderando singula verba.

40 Secundo loco potest fieri æstimatio a iudice ex officio iuxta doctrinam Bartol. *in l. si quod ex Pamphila, ff de legat. 2.* quem sequitur Socin. iun. *consilio 62. num. 8. vol. 1.*

41 Tertio melioramenta probantur per inspectionẽ *iuxta l. si ruptione, ff. finium regundorum*, & isti duo vltimi modi deseruire possunt in quolibet genere melioramentorum tam in prædijs rusticis, quam vrbanis. Et addo Put. *decis. 474. lib. 2.* qui loquendo generaliter in quolibet genere melioramentorum petitos eligi mandat, ac subtilitate omissa, qui iudicent quantum impendi potuerint.

42 Ego vltra Mascard. in citato loco, Menoch. plene prosequentem, & alios addo, quod si in genere constat expensas fuisse factas, si earum quantitas non est specifice probata, statur iuramento. Dec. *in cap. 1. col. 20. limitat. 6. de probat. in cap. 2. column. 1. versicul. 7. eodem titulo in l. certi conditio, §. quoniam, numero 7. ff. si cert. petat. in l. in actionibus, numero 13. de in litem iurando, in leg. fin. numero 24. Codic. de edendo, & consilio 146 columna 6.* Cepol. *cons. 208.* Marsil. *in l. 1. §. item Cornelio, numer. 6. de quæstion. & singular. 689.* Nat. *consil. 102. num. 2.*

43 Maxime si cum iuramento concurrant aliquæ cõiecturę Bart. *in d. l. admonendi, col. 7.* vbi Ias. *nu. 202. & 204.* Cephal. *cons. 589. vol. 4.*

44 Et expensæ modicæ, & paruę probantur iuramento Boer. *decis. 34. nu. 25.*

45 Et confessio rectoris non probat melioramenta, nec expensas necessarias in præiudicium ecclesiæ, vel successoris. Bald. in *l. iubemus, circa finem princip, Cod. de sacrosanct. eccles.* Rodoan. *de rebus eccles. cant 335.*

numero

numero 23. Abb. in capit. final. de præscription. vbi Felin. nu. 11. versicul. generaliter autem. Ru. consil. 90. volumine quinto, Ceauett. consil. 483. numero quarto, & 6. volumine 3. idem Ruin. consil. 157. num. 7. volum. 1. Roman. consil. 45. Rot. decis. 41. in antiq. & decision. 3. in titul. de confessis innouatis. Felin. in repertor. in verbo, confessio prælati quando noceat. Rebuff. in compend. rerum ecclesiasticarum, num. 75. Socin. consil. 15. col. 2. volumine primo, Ancharan. quæst. 52. numero. 10. parte 2. Port. consil. 161. lib. 1. Borgni. decis. 44. numer. 58. in fin. decis. 41. num. 152. & 357.

46 Et talia melioramenta non sunt per pauperem reficienda decis. Perus. 58. num. 13. nec sunt habenda in consideratione in compensando vbertatem cum sterilitate. Burlat. consil. nu. 36. lib. 1.

47 Et circa modum ipsorum melioramentorum valet pactum factum cum conductore, vt non possint fieri, nisi vsque ad tantam summam Cagnol. in leg. secunda, quæstio. 49. C. de pact. inter empt. & vendit. quod bene notandum dixit pro inuestituris. Borgni. decis. 16. numero 33. parte secunda, & sæpe occurrere potest.

48 Et circa liquidationem, si testes sunt varij, & alij deponunt in magna, alij in parua, attenditur in quo sunt concordes, & si alij in magna, alij in mediocri, alij in parua, attenditur medium. Caputaquen. decis. 161. par. 2. & 296. par. 3.

Nec valet consequentia, ego possideo melioramenta, ergo feci, nisi aliter probetur, vel ostendatur cessio iurium. Caltren. consil. 27. numero. 4. parte secunda, in nouiss. & 141. numero 2. Rodoan. de rebus eccles. rubr. de melioramentis in reb. eccles. fact. Menoch. de recu. per. possess. remed. 13. numer. 567. Burslatt. consil. 330. num. 36. volum. 3.

QVÆSTIO III.

1 QVæstio est notabilis, in qua in facti contingentia Bartol. consuluit an colonus, vel conductor teneatur mundare fossata suis expensis, & videbatur, quod non, nisi sit conuentum l. si in lege, §. si domus tuncta, glo. in verbo, efficerent, ff. locat.

2 Pro contraria parte facit, quia talia cedunt venditioni l. præd. a marita, § fina. ff. de fundo instructo, late Fabian. de emption. & vendition. quæst. 6. principal. numero 15. ergo cedent etiam locationi, cum tiidem regulis regulentur.

3 Prima igitur conclusio est. Attendenda est consuetudo in huiusmodi casu, & secundum eam regulandum est, vt constat ex infrascriptis allegationibus, & authoritatibus.

4 Secunda sit conclusio. Conductor, vel colonus non tenetur mundare fossata, si tendant ad perpetuam vtilitatem, & sic vltra tempus conductionis, secus si talis purgatio non transcenderet tempus purgatio. nis. Bartol. in l. penultima, ff. de impens. in rebus dotal. factis, dicens in facti contingentia ita consuluisse. Roland. consil. 82. numero 24. libro primo. decis. Perus. 58. numero 8.

Addo vltra eum Castrens. in leg. si in lege, §. si domus, numero tertio, ff. locat. Veronen. de seruit rustic. prædior. titul. de refectione quæstion. 10. Bald. in leg. 1. nu. 5. vbi Iason. nu. 25. C. de iur. emphyteut. Alex. consil. 4. numer. 7. lib. 5. & hæc est communis opinio. Eman. in suo thesau. in verbo, conductor, num. 208.

5 Ampliatur hæc conclusio, siue fossata sint propria fundi conducti, siue communia cum vicinis, vt per Perr. de Vbald. de duobus fratribus, parte 6. quæstio. 12. in fine. vbi tenet idem in fossato vicini, si habeatur aditus.

6 Et conductor ad longum tempus tenetur facere fossata, & aggeres durante tempore suæ conductionis. Additio ad summa Angel. in verbo colonus.

Conductor obligatus ad meliorandum, si non meliorat, tenetur ad damna & interesse. Bero. consil. 26. numero 6. libro primo, Rota nouissima 241. numero 2. parte 3.

QVÆSTIO IIII.

1 QVAERO, an conductor teneatur ad refectionem putei viciniæ, cloacæ, strangulando viæ ante portam, & similia. Et videbatur quod sic, cum respiciat temporalem vtilitatem, nec fortasse transcendat tempus suæ conductionis, ex his, quæ superius diximus.

2 Pro contraria parte facit l. si merces, §. si vicino, ff. locat.

3 Secundo pro hac parte facit l. ex conducto, in princip. ibi, si villa reficiatur, ff. eod.

4 Et hæc opinio est verior, & si aliquid pro supradictis causis expendat conductor, computatur in pensionem. Alexand. consil. 4. volum. 5. Ias. post Specular. in Authent. qui rem, numer. 9. Cod. de sacrosanct. eccles. Salicet. in l. an summa, C. de pignor. Afflict. in titul. quæ sint regalia, in verbo, via publicæ. Firmau. in uerbo, conductor num. Eman. in suo thesaur. in uerb. conductor, numer. 108. Ant. Pinell. ad leg. 1. parte secunda, sub numero 72. versicu. ad limitationem. C. de bonis matern. Plot. consil. 65. Rimin. iun. consilio 72. numer. 13. volumine 2. Marc. decis. 460. numer. 6. par. 1. Vero. de Via colum. 34.

5 Ampliatur vltra eos etiam si inconsulto locatore aliquid expedat pro prædictis, nam semper datur vel excomputatio in pensionem, vel repetitio. Afflict. in citato loco Natt. consil. 43. & 449. Rolan. consil. 83. vol. 4. Guid. Pap. q. 444. num. 3.

6 Ampliatur secudo, vt toties locator teneatur, quoties opus fuerit, etiam si durante locatione tantum essent duraturæ. late Borgni. decis. 44. num. 50.

7 Et per modum corollarii infertur, quod conductor molendini, si egeat refectione, non tenetur, & restaurando repetere potest, glos. in allegata superius leg. ex conducto, in verbo, reficitur, & in leg. ædiles, ubi Bartol. ff. de via publica, & in l. prædia, §. ante penult. ff. de fund. instruct. & in l. penult. ff. de impensis in rebus dotalib. factis in leg. cotem, §. qui maximos, ff. de publica. q. 2. Specular. in titul. de locato, §. postquam, uersic. sed quæritur, Bald. in leg. licet, quæstion. 4. C. locat. Ias. in leg. quo minus, q. 49 de fluminibus.

8 Et si conductor promisit reaptare, de prima tantum vice intelligitur Bald. in leg. licet, num. 6. C. locat. per textum notabilem in leg. fideicommissa, §. si quis decem, de legat. 3. Alexand. consil. 90. columna, prima uers. bene facit, lib. 2. Clarius consil. 16. numer. 8. lib. 4. Bertach. de gabell. parte 2. quæst. 25. Felin. in cap. 2. colum. 2. de treg. & pace. Ias. in leg. diuortio, §. quod in anno, colum. uersicul. quartodecimo facit, ff. solut. matrimo.

in

in leg. in duobus, §. si ei qui, columna 2. vers. nono facit, de iureiurando. Dec, *consil.* 512. *numer.* 9. Curt.iun. *consil.* 178. *numer.* 26. Socin.iun. *consil.* 25. *colum.* 2. *lib.* 2. Tiraquel. *ad §. hoc sermone, in princip. regula. numer.* 100. Antonio. Gabr. *de leg. conclus.* 2. *numer.* 14. Addo vltra eum quod reputauit quæstionem notabilem. Cremens. *singul.* 146. valde commendat Cotta in memorab. *in verbo, rescriptum impetratum, vers. bene facit.* Fidac. segura, *in leg. si ex legati, num.* 175. *de verborum obligat.* Anton. Trigo, reputat singulare *notab.* 20. Sebast. Med. *de regul.* 4. *num.* 67. *littera M. & num.* 95. *littera D.*

9 Limita, si promisit reaptare, & manutenere, nam semper tenetur. Bald. *in d. l. licet, num.* 7. sequitur Ias. *in repetit. l. quominus, nu.* 152. *de flumin.*

10 Limitatur secundo in conductore molendini in flumine periculoso, vt de facili periculum futurum scire potuerit, nam si calmate pereat, non tenetur ad pensionem, ex quo calma est de substantia rei. Bald. *in d. l. licet, num.* 5. & Ias. vt supra, *num.* 20. Pancirol. *consil.* 147. *numer.* 12. inferens per hoc laudum iniquum, si quis condemnatur ad rem, quæ non est.

11 Et in materia fluminum promittens manutenere pontem, vel molendinum, seruare sepem, vel reparulum, non tenetur de casu fortuito, nisi expresse sit dictum. Bal. *cons.* 100. *&* 115. *vol.* 4. Fulg. *cons.* 193. *col.* 1. & *col. fin.* commendat in terminis locati & conducti, Bursi. *de remis. merced. condu. sub nu.* 58.

12 Reassumendo igitur vtiliter iura, & leges hinc inde allegatas conductor recte aget ex conducto cōtra locatorem, ne lumina obscurentur, vel si non restauret, vel reficiat fenestras nimium corruptas *d. l. si merces, §. si vicino*, de qua superius vidimus, vbi etiam expresse I. C. sentit, quod quando inhabitatio incommodatur, licet inquilino recedere pariter aget ex locato si non tradatur possessio totius rei, vel partis ipsius, vel non reficiatur villa, vel stabulum, vel similis locus *d. l. ex conducto, in princ.*

13 Bene verum est, quod si conductor vtatur re conducta ad vsum destinatum, & tanquam bonus paterfamilias, si res deterioretur, vel consumetur, non tenetur ad pretium ipsius, sed ad simplicem mercedem, & pensionem solutam, ne cogatur pro eadem resoluere dupliciter, scilicet pretium, & pensionem. Natt. *cons.* 611. *num.* 6. *vol.* 3. Federic. Scott. *cons.* 2. *numer.* 13. *lib.* 1. Borgon. *decis.* 44. *numer.* 10.

Et non separando materia, circa concernentia laborum, & expensarum ponam aliquas alias vtiles, & practicabiles conclusiones.

14 Conclusio igitur est. Locans operas suas debet operari suis sumptibus, & expensis. Bartol. *in l. si non sortem, §. libertus, numer.* 32. *ff. de condict. indeb.* vbi Ias. *numer.* 32. dicit hanc esse communem opinionem. pulchre sibi *in cap.* 1. *numer.* 8. *de vnil. oblat.* vbi bonus locus videndus.

15 Ampliatur ista conclusio, vt si operarius locans operas suas non habet instrumenta, debet ea prouidere sumptibus proprijs, Bald. *in l.* 1. *C. de verbor. signific.* Imol. *in leg. stipulationes non diuiduntur, columna* 2. *ff. de verbor. obligatio.* Natt. *in colono loquens, consilio,* 243. *volum.* 2. Fittian. *in verbo, obligatus, sub numer.* 70.

16 Limitatur, vt si instrumentum frangatur, fiat sumptibus domini, *leg.* 2. *§. si conseruatis. ff. ad leg. Rhod. de iact.* Bald. *in l. quoniam liberi, C. de testamen.*

17 Limitatur secundo, nisi vitio rei, vel materiæ, aūt artificis contingat. iuxta *l. item quæritur, §. si gemma. ff. locat.* de qua late superius vidimus de imperitia artificis.

18 Limitatur tertio hoc modo declarando, vt in accessore, & similibus teneatur ad pullos, & similia domestica, non tamen ad medicos, & medicinas. Bart. *in l. legatis, ff. de alimen. & cibar. lega.* Cin. *in leg. quod in vxorem, in fine, C. de neg. gest.*

19 De famulo posui loco suo. Altera est conclusio. Locato fundo veniunt instrumenta fundi, *l. sed addes, §. illud, vbi* Castrens. *not. ff. locat.* Bartol. *in leg.* 2. *in fine, C. de verbor. significat.* & est casus valde quotidianus, & practicabilis, vt dicit Angel. *in leg. sed & si quis, §. proprietatis, in fine. ff. de vsufruct.* monens locatorem, vt in locatione vel amoueat, vel excipiat boues aratorios, torcularia, & similia. Idem valde commendat *in l. item si fundi, §. aucuptorum, ff. de vsufr.*

20 Ampliatur hæc conclusio, vt in locatione vectigaium, & datiorum veniat cappanna, domus, & apotheca. Bald. *in l.* 2. *C. de verb. signific.* Ferret. *de gabel. nu.* 405. Berth. *de gabell. q.* 2. *numer.* 65. Bursatt. *consil.* 190. *num.* 25. *vol.* 2.

21 Limitatur, vt in omnibus supradictis casibus attendenda sit consuetudo, & hæc obseruanda. Petr. de Vbal. *par.* 11. *q.* 9.

Addo Bal. *in l. liberti, C. de oper. liber. per l. si prius, § placuit, ff. de acqu. plu. arcen.* summa Angel. *in verbo, consuetudo, numer.* 14. commendat Girard. *singular.* 14. *numer.* 14.

22 Pariter dici potest, vt habens mandatum ad locandum potest habere fidem de pensione, & dixi ad regucum quid, *par.* 2. Stracch. *de mercatur. in titul. de mandat. num.* 23. & licet Roman. *singular.* 23. & *consil.* 461. aliter sentiat, responde tamen, vt per eum, *numer.* 24. Mozz. *in tit. de mandat. col.* 4. *num.* 17.

23 Addo prædictis omnibus, quod scriptor scribit suo atramento. Milis in verbo, scriptor, & dixi superius, & conducens officialem tenetur ad victum in eundo & redeundo pro famulis, & equis. Angelic. *in dict. §. libertus.*

De Paleis, Oliuis, Glandibus.

1 Circa tamen sementas, quæ ad expensas, & melioramenta pertinent, prima conclusio sit, colonus debet ponere semen de suo proprio. *Bald. in l.* 2. *q.* 7. *C. pro soc. singular.* 85. per textum *in l. ex conducto, ff. si vis. vers. ne* supra damnum amissi seminis, *ff. locat.* Abb. *in capitul. tua nobis. in* 2. *notab. de decim.* Pet. de Vbal. *de duobus fratribus, par.* 11. *quæst.* 9. Pulchre Nat. *cons.* 243. *vol.* 2.

2 Ampliatur, vt procedat tam in colono partiario, quam in eo, qui nummis colit, *vt no. in l. si vno, §. vbicunque, ff. locat.* Franc. Marc. *decis.* 888. *numero* 12. *parte prima.*

3 Secunda sit conclusio. Paleæ veniunt appellatione fructuum, *leg. si vsufructuarius messem. versicul. stipula. ff. quemadmodum vsufructus amittatur, leg. fin. §. fin. Cod. de seruit. & aqua.* Aret. *in §. is quem, in fin.* Instit. *de rerum diuision.* Roman. *singular.* 505. *palea. Bero. in capit. grauis, de restitut. spoliat.* Guid. Pap. *singul.* 503. Franc. Marc. *decis.* 198. *parte.* 2. Vincent. Franc. *decis.* 108.

Crau.

Crau. *consil.* 21. *vol.* 1. Alphan. *reportat.* 386. Vincen. de Anna. *allega.* 94. *num.* 4. vbi ſpelta, lupini, caui, milium, & ſimilia ſunt fructus.

ADDITIO.

☞ *Et ob id paleis ſoluitur decima, prout de alijs fructibus. Crauett. conſil. 21. Caſſan. in conſuetud. Burgund. rubr. 4. §. 17. verſicul. & fuit, Anna atteſtans ita iudicatum, ſingul.* 142.

4 Circa tamẽ paleas ita obſeruari ſolet, quod ſi colonus inuenit paleas tempore, & in principio cõductionis, & aluit ex eis boues, & fimum proiecit in fundo, & tunc debet relinquere domino paleas vltimi anni in recompenſationem primi, quia debet colonus relinquere fundum eo modo, & in eo ſtatu, & conditione, in qua inuenit, *l. ſi merces, §. conductor, l. videamus, §. proſpicere, ff. locat.* Si vero non inuenit, ſed portauit, & lætamen proiecit, nec relinquere debet per ſupradictam rationem, & ſi fimum, vendidit, prout multi coloni faciũt, vel portauit ad proprias poſſeſſiones, & paleæ debent reſtitui domino in totum, & ſi colonus non colat vnum podere integrum, ſed fundum particularem tantum, & lætamen non proiecit, debent diuidi paleæ quolibet anno ſicut alij fructus. Si vero lætamẽ proiecit ex paleis communibus colligendis, compenſatio fieri debet arbitrio boni viri. Petr. de Vbald. de duobus fratribus: Ioſeph. *deciſ. Peruſ.* 14. vbi conſuetudo in hoc attendenda eſt.

Circa vero oliuas conſiderantur quatuor tẽpora.

5 Primum tempus eſt, quando fit locatio ſtatim, & immediate recollecto, & ſecato frumento, prout de menſe Auguſti, vel Septembris, prout plurimum obſeruatur, & oliua eo tempore pendeat, & ſit nata, & alita cura antecedentis coloni, ad ipſum ſpectabit, & colligendo legitime facit, & nouus colonus percipiet in vltimo anno ſui laboritij, & ſi fortaſſe percipiat in primo relinquet in diſceſſu, cum colonus relinquere debeat agrum, & laboritium modo, quo reperit, vt dictum eſt.

6 Secundum tempus eſt, quando locatio factã eſſet oliuis iam perceptis, puta de menſe Nouembris, Decembris, & Februarij vſque ad menſem Martij, & ſic antequam fundus poſt collectum frumentum incipiat coli, & coltiuari, & tunc pro vna cultura frumenti, quę durat fere biennio, habebit colonus duos fructus oliuarum, tum quia oliua bis in eo tempore fructus producit, tum quia fundum relinquere debet eo modo, quo inuenit, vt pluries dictum fuit. Tertiũ tempus conſideratur, quando locatio facta fuit poſtquã fundus incipit coli, vel a domino, vel ab antiquo colono videlicet de menſe Martij, vſq; Septembris, & antequam ſeminetur frumentum. vel bladum, & poſtea fit locatio nouo colono, qui granum in terra culta, vel maieſata proiecit, & tunc oliua dicti anni debet diuidi pro rata, habita conſideratione temporis, & menſuræ ipſius.

7 Et ſimiliter ſi locatio facta fuit nouo colono de mẽſe Octobris antequam fundus ſit ſeminatus, poſtquam eſt cultus, & maieſatus, & tunc cum dicta oliua non pendeat niſi vno menſe, vel circa, pro rata dicti menſis, & ſic pro vna parte, & rata anni fiet diuiſio inter antiquum, & nouum colonum, & ſic duodecimam partem habebit in circa.

8 Quartum tempus eſt, quando locatio facta eſt de menſe Octobris ſeminato tamẽ iam grano, & oliuis pendentibus, & tunc ſine dubio non ſpectant ad nouum colonum, ſed antiquum, qui laborem, & omnẽ induſtriã poſuit. Ita ſentire videtur, & practicare docet poſt alios antiquos Angel. in ſuo opuſculo de paleis, & oliuis. Petr. de Vbal. *duob. fratribus p.* 11. *q.* 9.

9 Ampliantur hæc omnia, vt non ſolum procedant in oliuis, ſed glandibus, & arundinibus, vt per Petrũ de Vbal. in citato loco. Addo Federic. de Senis, *conſ.* 110. Bart. *q.* 2. quidam conduxit, Tiraq. *de retract. conuent. §. 5. glo. 5. num.* 17.

10 Limitantur modo, vt prædicta procedant, quando oliuę, glãdes, & ſimiles ſunt in fundo, qui colitur pro frumento, cuius cultura durat biennio. Si autem anno tantũ duraret, prout eſt vinea, in qua adſunt aliquæ arbores oliuarum, tunc clarum eſt, quod ſicut vna cultura vineę eſt annualis, & anno quolibet percipitur vindemia, & diuiditur, ita diuidi debẽt oliuę, glandes, & arundines. Idem dicendum eſt in fundis, in quibus cultura eſt annalis, vulgo in *maremma*.

11 Si autem oliuæ eſſent in fundis, & ſiluis, quæ non coluntur, vulgo *ſodi*, quibus vtimur pro paſtura, vel in extremis partibus vinearum, tunc colonus debet habere dimidiam partem oliuarum, ſicut aliorum fructuum, quia lucrum, & damnum debet cum domino diuidi, *l. cum duobus, §. in coeunda, ff. pro ſoc. l. ſi merces, §. vis maior, ff. locat. l. diuortio, §. quod in ſemente, ff. ſolut. matrim.*

12 Notandum eſt etiam, quod ſi colonus non reſtituit domino terras ſeminatas, vel male ſeminatas, tunc ad intereſſe tenetur, & licet in locatione fuerit appoſitum pactum, vt liceat domino retinere ſemina, nõ per hoc excluditur, quin agi poſſit ad intereſſe. Ruin. *conſ.* 88. *nu.* 5. *volum.* 1. quod eſt bene notandum.

13 Fructibus excuſſis, & iam ex humana induſtria ſecatis auulſis, & ad humanam perfectionem in eſſe deductis, oritur contentio inter dominum, & colonũ quis debeat aſportare partem domini, & vtique regulariter locator, vel dominus accedere debet ad domum coloni, vel conductoris pro parte ſua. Abb. *in c. ſignificante, nu. 9. de pignor.* vbi Barbat. *num.* 8. Alex. & Iaſ. *in l. cum filius, §. fin. ff. de verb. oblig.* Aret. *in §. præterea, num. 35. de action.* Duenn. *regul.* 161.

14 Limitatur, niſi ambo ſint eiuſdem fori, quia colonus, vel conductor accedere debet ad domum locatoris cum penſione, vel fructibus. Bald. *in l. acceptã, num. 22. C. de vſur. q. 12. in l. fin. nu. 7. C. de condi. inſer.* Petr. de Vbal. *de duobus fratrib. part. 6. q.* 14. Firmia. *in verbo debitor.* Cotta in verbo, emphyteuta non ſoluendo, *verſ. an debitor.* valde commendat Ioan. de Arno, *problem.* 46. Ioan. Tigro. *ſing.* 125. Cappell. Tholoſ. *quæſt.* 76. Iaſ. *in l. fructus, num. 14. ff. ſolut. matrimon.* Roland. *conſil. 87. num. 17. vol. 1. deciſ. Genuenſ. 144. num.* 3.

15 Quibus adde bonum verbum, quod ita obſeruat conſuetudo. Bartol. *in l. in illa, ff. de conſt. pecun.* Ampliatur hęc concluſio ad propoſitum materiæ eſpẽſarum, de qua agimus, vt debeat portare, & accedere ſuis ſumptibus. Angel. *in d. l. in illa*, vbi reputat valde notabile in practica.

Digitized by Google

16 Dicuntur eiusdem fori, si sunt eiusdem ciuitatis, loci, vel comitatus. *Ias. in l. secunda, numero 92. C. de iur. emphyt.*

17 Limitatur notabiliter, vt colonus consignando famulo liberetur. Bald. *in l. si mulier, ff. de vsufructu*, sæpius in facto occurrit, & tetigi superius *in tit. de procurat. part. 1.*

18 Et si oriatur contentio inter dominum, & colonum, seu conductorem circa solutiones, conductor ostendendo tres vltimas solutiones præsumitur retro semper soluisse, ad materiam *l. quicunque, C. de apoc. public. libro decimo*, quæ & in colono, & conductore procedit dictum Angel. *in §. scire autem, Authent. de non alienand.* quod summopere commendat Ias. *in l. secunda, columna 6. C. de iur. emphyteutic.* Anchar. hoc singulare appellans in capitulo potuit, columna penultima, versiculo vnum tamen singulariter, de locato. vbi Imol. *columna 33. versiculo* dicit tamen: Petrus *consilio 18. numer. 3. volum. 4.* Calcan. *consilio 45. in fin.* Anton. Gabr. *de præsumpt. conclus. 21. num 4.*

19 Addo bene loquentes Cassane. in consuetud. Burgund. *fol. 381.* Capell. Tholol. *decis. 225.* singulare, & notandum ponit Trigo. *singular. 325.* Cremensi. *singular. 78.* & hæc est communis opinio ex vltra allegatis Bald *in cap. litteras in fine, de dilation.* Decian. *in l. si certis annis, numero quinto*, vbi Alciat. *in verb. annis, C. de pact.* Alexand. Ias. & alij, *in l. 1. C. de fideicommissis*, Alexand. *consil. 105. numero secundo, libro 3.* Curt. iun. *consil. 96. numero 5.* Gugliel. *in capit.* Raynutius, *in verb. absque liberis, numero 185. de testamentis*, Franc. Lucan. de fisco, *parte 1. numero 9. libro 2.* Duenn. *regul. 54.* Anton. Gomes. *de contract. capit. 3. numero 13.* Viu. *lib. 3. opin. quæst. 2.* & in silua, *opin. 236.* Eman. in suo thesaur. littera P. *num. 89.* Caball. *milleloq. 226. parte 1.* Firmian. *in verbo, solutio.* Ias. *in l. 2. numero 135. C. de iur. emphyteut.* & itecum Firmian. in verbo, obligatus ad annum, in fine. Euerard. a vi geminationis, *numero 16.* Rot. *decis. 304.* in nouiss. Corboli. *de iur. emphyt. limitat. 37.* in fine, & hæc est communis opinio. Gabr. *consil. 121. num. 4. libro secundo*, Menoch. *de præsumpt. libro 3. præsumpt. 139. numero septimo*, Bonacoss. *de præsumpt. in verbo, soluisse.*

Amplia ur, vt procedat in tribus oblationibus. Dec. *consil. 650.* in fine, quid enim si locator nollit recipere pensionem, & diligens conductor offerat, vel legitime deponat, cur non excusabitur? contrarium in deposito tenet Crau. *consil. 313.*

20 Ampliatur secundo etiam si debitum sit iuratum. Grat. *consil. 121. col. 2. vol. 2.*

Ampliatur tertio siue solutiones sint annuales, siue semestres, siue quinquennales, eadem enim est dispositio. Bald. *in d. l. quicunque, versic. item quæro.* Sequitur Alexand. *consil. 107. col. 2. vol. 3.* Ias. *in l. diuortio. §. qui in anno, versiculo, tertio infertur, ff. soluto matrimon.*

Quicquid alias dixerit Alex. *consil. 105. col. 2. lib. 3.* quem sequi videtur Herculan. de negatiua probanda, *numero 40.*

21 Ampliatur, vt procedat etiam si colonus, vel conductor postquam docuit de tribus vltimis solutionibus, cessauerit in futurum soluere, non per hoc non tollitur præsumptio annorum præcedentium tres vltimas solutiones. Bald. *in d. l. quicunque, versic. item quæro.*

22 Ampliatur quinto etiam si in libro, vbi descriptæ sunt illæ tres vltimæ solutiones, non appareat aliquod scriptum de solutionibus anterioris temporis, Bald. *in d. l. quicunque, versic. quæro exactor.* Contrarium fortasse melius Crauet. *consil. 313. colum. 9. versic. 9. dicta lex.* Franc. *decis. 157. num. 2.*

23 Declara in debitore solito annotare, vt per Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 139. numero 19.* cogita.

Ampliatur sexto, quando lata fuisse sententia absolutoria ad fauorem conductoris ex cessatione triū annorum præteritorum, nam adhuc manet sententia. Bald. *in d. l. quicunque, numero 14.* Pute. *de feudi re. integrat. c. 197.*

24 Ampliatur septimo, vt dispositio l. quicunque, procedat etiam in sola obligatione soluendi facta per conductorem. Dec. *consil. 650. numero 15.* Padill. *in l. 1. numero 14. C. de fideicommiss. ampliat. 16.* Et licet dubitauerit Menoch. in allegato loco *num. 22.* tamen ad excusandum dicetur probasse si se obligauerit, maxime in guarentigiato, vel alias executiuo instrumento, quod habeter executionem paratam, prout alias suo loco dicam.

25 Ampliatur octauo etiam si lex, vel statutum requireret probationem instrumentalem, nam adhuc sufficit conductori, probare solutionem trium vltimorum annorum. Bald. *in d. l. quicunque, num. 1.* Padill. *in d. l. 1. num. 10.* Gugliel. *in cap. Raynutius, in verbo, si absque liberis, il secundo, num. 186.* ex Ias. *in l. 1. num. 10. C. de testament. militat. & l. sciendum, numero 75. de verb. obligationibus.*

ADDITIO.

☞ *Ampliatur nono idem in Ecclesiasticis, vt tres anni requirantur, ita contra Hostiens. tenet Ioan. Andreas in tit. de locat. §. nunc aliqua, vers. 27. num. 38. Ias. ad l. secunda, num. 135. C. de iur. emphyt. Duen. regul. 54. in secunda limitat. & hæc communis opinio. Padill. ad l. si probauerit, num. 9. C. de fideicommiss. Mascard. conclus. 603. num. 18. vbi pariter de commun.*

26 Limitatur primo loco dispositio l. quicunque, quando solutio illorum trium annorum esset facta quolibet de per se vnaquæque singulo anno semestri, vel simili, secus si simul, & semel soluisset in vno anno pro tribus annis, quia tunc regula non procedit. Cin. & ibi Bald. *in l. secunda, numero secundo, C. de dotis promissione.* Angel. *in dict. l. quicunque, numero tertio.* Iacob. de Sancto Georgio, *in l. non est necesse, numero tertio, ff. de probat.* Duen. *regul. 54. numero 1. limitat. 1.* vbi reputat eam singularem. Anton. Gabr. *de præsumptio, conclus. 11. numero 13.* Addo Ias. *in l. 1. numer. 33. ff. de officio eius.* Petr. Raucon. *singular. 218.* Put. *de feud. reintegr. capit. 61. numero 10.* Ias. *in l. 2. numero 133. Cod. de iur. emphyteut.* Laocellot. Decian. *in l. Iacoleius, ff. de annu. legat.* Cremens. *singular. 79.* Tholol. *quæstio. 235.* Trigo. *singular. 125.* Balb. *de præscript. part. 3. princip. versic. quinto limitat.* Ias. *in l. si certis annis, num. 4. C. de pact. & in l. 1. num. 33.* de offic. eius. Cotta, *in verbo, solutio.*

Limi-

Limitatur vltra Gabriel.& Duenn. in citatis locis plene profitentes, vt dispositio illius legis procedat, & habeat locum, quando produceretur solutio trium cohærentium sibi annorum. Ita dicit litera *in dict. leg. quicunque*, idest, quod illi tres anni coniunguntur præsenti conuentioni, & tempori, & fictitiæ solutiones debent esse vltimæ, & finales, alias non esset locus dispositioni dictæ legis, ita reprobata opinione glos. declarat late Aimo. *consilio 313. columna prima, numero primo, in fine*, licet contrarium sentire videatur, Herculand. *de negation. probaud. capite quis teneatur probare negatiuum, numero 40.* Alaie nton. Padill. *in leg. si probaueris, numero 9. Codic. de fideicommiss.* bene Vincent. Franc. *decisione 137.* vbi in materia habes, quando conductores soluerunt pro domino, & debitore.

28 Limitatur etiam vltra Anton. Gabriel. & Duenn. vt dicta lex non procedat, vbicunque per antecedentes annos apparerent solutiones disgregatæ. sentit Bal. *in l. secunda, C. de non numerata pecunia*. Herculanus, vt supra, *numero quadragesimo*, vel esset facta promissio de soluendo singulis annis, quo casu non procedit dispositio *leg. quicunque*. Cremens. *dicens singular. notat. 80.* Marcard. *dicens singular. conclus. 603. numero 2.*

29 Limitatur etiam vltra eos, quod ex hoc solum insurgit magna præsumptio ad fauorem coloni, vel conductoris, vel similium personarum, sed hoc solum nõ sufficit, sed relinquitur arbitrio iudicis ex circumstãtiis. Pulchre Fuller. *in practic. censur. versicul. quæ quidem executio, numero septuagesimosecundo*, ea ratio, quia speciale est *in dicta l. quicunque*, propter magis exactam solemnitatem, quæ est in apocis publicis. Vnde ne confidas, produxi tres vltimas solutiones, ergo sum in tuto, quia iudex ex circumstantiis omnia iudicabit, & poterit per conductorem probari contrarium, vel exhibitionem libri, in quo solent describi solutiones, vt practicare docet Herculan. in citato loco.

30 Limitatur etiam vltra eos, maxime ad intellectum *dict. l. quicunque*. Quatuor enim sunt, quæ principaliter concurrunt ad materiam dictæ legis. Primum est deuotio, & legalitas in soluendo integraliter virilem suam tributariæ functionis. Secundum, continuatio per tres distinctas solutiones, & quidem vltimas, quod est Tertium, Quartum silentium creditorum per illos tres annos continuos. Paris *in consuetudin. §. 62. numero 45.* Padill. *in l. 1. numero 9. Codic. de fideicom.*

31 Limitatur etiam, vt procedat, quando tres vltimę solutiones probarentur apocis, secus si testibus Padil. *in leg. primu, numero decimoseptimo, C. de fideicommiss.* Paris. *in consuetudin. titulo secundo, §. 62. numero 49.* dicentes testes habere aliquam præsumptionem. Limitatur septimo, nisi locator recepisset cum protestationem iurium suorum saluum fore. Crauet. *consilio 313. versic. 8.*

32 Limitatur octauo, vt non procedat a depositione. Crauet. in citato loco.

Limitatur nono, vt non procedat cõtra Tertium. Corra. in verbo solutio, in fine.

33 Bene verum est, quod coloni exigunt a dominis quietationes generales, quæ non extenduntur semper ad granum, vel alias res mutuatas, sed considerari debent duo casus principales. Primus est, si in loquendo fuit tractatum de pecuniis, & aliis rebus mutuatis, & tunc quietatio extenditur iuxta doctrinam Bald. *in leg. pactum, quæstion decimasexta. Cod. de pact.* Alter casus est, quando fuit tractatum de pensionib. vel rebus laboritii tantum, & tunc quietatio extendit vires suas ad specificata, & connexa illis, non ad pecunias, vel res mutuatas. Natt. in term. nis 564 vbi dicit hoc colligi ex proœmio instrumenti, quod arguit causam finalem iuxta doctrinam Bal. *in l. fin. ff. de hæred. instituend.*

34 Caueant igitur quomodo loquantur, ne effuso sermone in promptum incidant periculum.

35 Nec præsumitur conductor satisfecisse, licet penes se reperiatur instrumentum ex quo contractus locationis est vltro citroque obligatorius, quod remanere potest penes vnumquemque ex contrahentib. Rui. *consil. 215. nu. 15. vol. 1.*

36 Et his habetur limitatur ad regulam, *l. Labeo, ff. de pact.* vt non procedat in cõtractu vltro citroque obligatorio.

37 Concordato autem Domino locatore solet oriri contentio inter ipsosmet colonos in diuidendo portionem fructuum recollectorum in bonis conductis ad laboritium. Tria igitur principaliter consideranda, sunt, operæ boum, operæ personarum, impensę in seminc, messoribus, & similibus.

38 Primo igitur detrahitur omnis impensa facta ab ipsorum personis. Secundo detrahuntur operæ boũ, & si boues sunt æqualiter communes, communicantur, & residuum diuiditur hoc modo, si vnus habet filios grandes, qui multum operati sunt, tunc in diuisione debet haberi ratio operarum istorum filiorum, & fiet diuisio in capita, non autem in stirpes. Bald. *in l. si patronus, numero decimosexto, Codic. commun. vtriusque iudicis, in lege prima, Codic. pro soc.* Aret. *in 3. final. numero decimoquinto de action.* Iason. *in §. sequens, numero quadragesimoseptimo, eod. titul.* Petr. de Vbald. *de duobus fratribus parte quarta numero duodecimo, versiculo quod facit pro rusticis*; & hæc est communis opinio. Alexandr. *consilio septuagesimoseptimo, columna tertia, volumine quinto*. Tiber. Decian. *responsio. trigesimonono, numero quadragesimoseptimo, libro vndecimo.* Cephal. *consilio 69. numero 7. 8. & 9. libr. primo.*

39 Ampliatur hæc conclusio, vt procedat nedum in rusticis conductoribus laboritiorum, sed in molendinariis, & omnibus aliis similibus, late Ioseph. de Lud. *concl. 53. vers. & si vnus ex fociis, car. 127.*

40 Si vero filii sunt impuberes, recipient aliquid arbitrio boni viri, Petr. de Vbald. *de duobus fratribus, par. 4. num. 14.*

41 Et si vnus non habet filios, vel habet vtiles, & alter habet multos filios, sed inutiles, tunc facienda est aliqua restauratio non habenti filios. Bald. *in l. si paterno, C. de negor. gest.* vbi Castre. nel. limitat, nisi ille qui habebat filios haberet curã administrationis domus & familiæ, quo casu hoc sufficere dicit attestans hũc casum esse inter rusticos, & colonos valde quotidianum, & practicabilem. Commendat admodum Aret. *in §. actionum, numero 40. de action.* Iaf. *in l. vt nemini, numero 5 Cod. de solut.* valde admodum admirans, quod Alexand. in hoc quotidiano casu aliquid non scripserit.

42 Sed vide eum *consil.96.volum.secundo.* Ioan. Lup. *in capit. per vestras,§.2.numero 5*, Simon de Pret. *de interpretation. vltimarum voluntatum. libro 2. solutione 11. num.34* Zannettin. *ad l.secunda,C.de pact.inter emptor. & venditor.numero* 138. Petr. Anguiss. *consilio 43.lib.6.* Hieron. Gabr. *consilio 121.num.58.* Cephal. *consilio 182.nu.6.vol.2.* Antonio Gomez. *de testament.cap.5.* late videndus ad facilitatem Borgn. *decis.11.numero 8.* vbi quid in fœminis.

43 Quem casum apposui quotidianum, nec vidi positum a Ioseph. plene, & bene proficiente in allegata *conclusio.13.*

44 Addo etiam, quod si sunt duo, & vnus coluit terras cōductas ad laboritium, alter locauit operas suas pro famulo, prout multi rustici sæpe sic conueniunt, tunc facienda est communicatio fructuum, si ipse communicabit salarium, alias non, & est æqua decisio. Petr. de Vbal. *de duobus fratrib.par.4.numero 16.*

45 Nō prosequor vlterius, quia pertinet ad materiam societatis, solum hoc posui vt adderem practicabilem casum Pauli Castrensis de quo superius diximus, quē nō video a multis positum, & a primatibus iuris professoribus valde commendatur.

46 Pariter vltra adducta per Ioseph. in citata conclusione. Addo Cott. in memorabil. in verbo, statuto Mediolani, versic. acced., vbi in materia locati loquens, quod respectu laborum est facienda diuisio in capita respectu expensæ in stirpes, dicit etiam, quod in diuisione fructuum habetur primo ratio operarum factarum: secundo personarum dictorum fratrum: tertio de semine posito, & sic de semine videtur ratio diuersa, vt per eum.

47 Pariter allegatis per eum, adde Crauet. *cons.159. maxime num.10.*



D. VIN-

Digitized by Google

D. VINCENTII CAROCII I. C.

Locati, & Conducti Tractatus.

PARS QVINTA.

De quinto gradu accidentium locat. & conduct. De inuectis & illatis.

Vsura. Interesse. Inutile. Præscriptio. Impossibilitas.



AGGREDIOR Diuina fauente gratia quintam partem huius vtilis, & practicabilis materiæ locati & conducti, & pariter quintum gradum accidentium in hoc celebri contractu locationis, & conductionis.

Et quoniam in proxime præcedentibus tractauimus materiam expensarum, & melioramentorum, pro quibus, (vt dictum est) ex tacita legis dispositione retentio competit, prosequar materia alterius retentionis ex tacita legis inducta obligatione, *ad l. certi iuris, C. loc.* quæ materia est vna de principalibus in hac locati & conducti materia, ponendo aliquas vtiles quæst. de quarum causa, & origine, Balduin. *de pign. c. 6. dec. Perus. 84.*

QVÆSTIO I.

De Inuectis.

QVæro primo loco, an inuecta, & illata per colonum partiarium sint tacite obligata domino fundi, & sic an dispositio l. certi iuris, procedat, & extendatur ad colonum partiarium.

1 Primo videbatur dicendum quod non, quia verba legis sunt proprie intelligenda, *l. 1. §. si is,* qui nauem, *ff. de exercitor.* sed partiarius non est proprie colonus, vt alias dictum fuit in materia remissionis mercedis, merito &c.

2 Secundo facit, quia inter colonum, & dominum contrahitur societas, *l. si merces, §. vis maior, ff. locat.* sed non reperitur iure cautum, vt inuecta per sociũ sint tacite obligata, merito &c.

3 Et hanc partem tenuit Iacob. de Aret. *in d. §. item Seruiana,* relatus per Nicol. de Neapol. ibidem. Bald. *ad Spec. tit. de locato. §. postquam in fin. Abb. loc. propter, nu. 8. de locato.* Roma. *in l. si filio, §. fin. ff. solu. matrim.* Firmian. *in verbo, bona inuecta.*

4 Pro contraria parte facit, quia lex generaliter loquens generaliter debet intelligi, *l. de pretio, ff. de Publician. l. 1. §. generaliter, ff. de legat. præstand.*

5 Sed lex cita certi iuris generaliter, & simpliciter loquitur de colono, ergo debet generaliter intelligi, tam de eo, qui nummis colit, quam de partiario.

6 Accedat, quod coloni nomen generale est, vt dixi superius *par. 1. tit. de diuision. loca. & est gl. in rub. C. de agric. & censit. lib. 11.*

7 Secundo pro hac parte facit, vbi militat eadem ratio, militare debet eadem iuris dispositio, *l. illud, ad l. Aquil.* Sicut igitur bona conductoris nummis colentis inuecta sunt obligata, ad effectum, vt pensio soluatur, pariter eadem ratio militare debet in partiario, vt debitum fictum locatori persoluat.

8 Et hanc partem tenuit originaliter. *glos. in §. item Seruiana,* in verbo, quis, de actio. vbi Aret. *num. 12.* dicit hoc notabile, & singulare. *Ias. num.* 15. Hoc idem tenent Doct. *in l. certi iuris,* vbi Cin. *nu. 7. q. 7.* Bal. *nu. 6. q. 3.* Ang. *n. 5. vers. deinde quæritur.* Florta. *in l. 2. n. 7. ff. loc.* Alex. *cons. 32. num. 3. li. 1.* Soc. *reg. 192. fallent. vlt.* Barba. *in rub. de locato,* & hæc est vera, & cõmunis opinio, de qua testatur Gomes. *in d. §. item Seruiana, nu. 9. vers. sed breuiter,* & idem ibi Zas. *nu. 14.* Bello. *n. 16. vers. & cum gl.* Iac. Menoch. *de adipisc. possess. remed. 3. q. 1. c. nu. 83.* Padill. *ad l. naturalis, §. at cũ do, nu. 2.* Bursat. *cons. 330. nu. 44. vol. 3.* vbi de communi.

Ampliatur hæc conclusio, vt habeat locum etiam in eo colono, qui disboscat nemora, & loca siluestria & inculta. Ang. *in citato loco,* dicens hoc bene notandum. Ad contraria patebit respõsio ex discursu aliarum quæstionum sequentium.

QVAESTIO II.

QVæro secundo loco principaliter ad repetitionem *l. certi iuris, C. loc.* an eius dispositio procedat et in colono, qui respondet annuatim nõ nũmis, vel ad mediũ, prout partiarius, sed in certa quãtitate fructuũ, puta saccos decẽ frumẽti pro quolibet anno.

1 Et videbatur quod non, ex *l. item quia, ff. de pact.* quę in locationibus loquitur, qualis non est species, de qua agitur.

2 Secũdo datur hoc signũ, vt inuecta sint tacite obligata, quãdo oritur actio ex locato, vt habetur *in l. 2. ff. in quibus, caus. pign. tacit. contrah.* sed in casu, de quo agitur, oritur actio præscriptis verbis, *l. 1. §. si quis seruum, ff. depositi,* & diximus alias superius, merito, &c.

3 Et hanc opinionem tenuit Aemil. Ferret. *in l. item quia, ff. de pact. num. 3.*

4 Pro contraria parte *facit l. si gratuitam, quæ est l. Pomponius, la seconda, ff. in quibus caus. pign. tacit. contrahatur,* vt I. C. non facit differentiam, an quis conduxerit nummis, vel certa specie, sed solum an constituta mercede, vel gratuito, ergo &c.

5 Et hanc opinionem sensit Bald. *in d. l. tertij iuris. nu.6.* ibi, vel alia repromissa, clarius hoc tenet Rom. *singul.236.* in fin. Ias. *in l. item quia, num.2. versic. 3.* limita, de pact. Neguzan. *de pignor. in 4. memb. secun. dæ partis, numero 138. ampliat. 3.* Iacob. Menoch. *de adipiscend. possess. remed. 3. num. 88.* & hæc opinio est verior, & communis. Addent. ad Roma. in iam dicta *singular.236.*

6 Et ex prædictis infertur per modum corrollarij quod appellatione coloni simpliciter a lege, vel statuto prolati venit, & quidem proprie tam colonus, qui nummis colit, quam partiarius, qui certa annuali specie respondet. Ita tenent in citatis locis, & quã maxime Bello. *num.17,* vbi etiam in exorbitantibus. Immo & is qui nemora colit ex Angel. vt supra immo & is, qui gratis colit ex Menoc. vt supra, *num.89.*

Infertur secundo, vt colonus partiarius sit socius, & hoc respectu fructuum, non contractus, & est societas cooperta velamine contractus locationis, vnde transit ad hæredes (vt dictum est) & habet locum tacita hypotheca, quæ in societate non procedit, ita ex Bal. Ias. & cæteris colligitur, & posui *in titu. de remission. mercedis.*

7 Et sic habes nouam speciem societatis velatam ab alio contractu. Aut ergo loquitur de colono, & generaliter intelligitur: aut de conductore, & est ille, qui nummis colit. Et nota, quod tacita hypotheca locum habet conductore non existente soluendo, alias non. Rip. *respon.209. num.7.* in nouiter additis, vbi etiam dicit aliud, quod si locator patiatur tacite inuecta asportari, sibi præiudicat.

QVÆSTIO III.

QVæro tertio loco, an inuecta, & illata per secundum conductorem, sint tacite obligata pro pensione fundi vel rei locatam.

1 Primo videbatur dicendum, quod sic, ex *l. solutum, §. solutam, vers. videtur autem, ff. de pignor. action.*

2 Pro contraria parte facit *l. si in lege. §. si colonus, ff. locat.* quę iura inuicem pugnare videntur.

3 Duo sunt casus principales. Primus in prędio vrbano, & hoc casu affirmatiue concludendum est, vt inuecta per secundum conductorem sint tacite obligata. Bart. *in d. §. solutam, num.3.* vbi Castrens. *nu.4.* & *in l. sed si lege, §. colonus, ff. locat.* commendat Roma. *singular.391.* inuecta, & *396.* vnus vestrum. Socin. *regul.192. fallent. vlt.* Gomes. *in § item Seruiana, nu.15.* vbi Zas. *num.17.* al. *num.34.* Bel. *o. num.27. Institut. de actio.* Neguzan. *de pignor. part.2. membr 4 num.135.* Franc. Baldui. *in cod. tractat. de pignor. cap.6. colum.2. versic.* sed & cum omn. Fran. Conar. *lib.4. comment. iur. ciuil. cap.16. num.7.*

4 Declaratur hæc prima conclusio, vt intelligantur inuecta obligata pro ea summa, qua conduxit secundus conductor, non in vniuersam pensionem, puta locauit quis Sempronio totam domũ, & iste sublocauit alteri parte tantum ipsius domus pro hac rata iste secundus tenetur primo domino locatori. Ita declarat ipsemet I.C. *in d. § solutam, §. plane in eam, &c.* & ibi legislator ponit friuola, quæ dicuntur parua, tenuis, & vilis suppellex hominis pauperis, & vilis, Senec. *lib. 3. controuers.* Ego illos in friuola inuitaui mea. Iuuenalis *Satir. 5.* denotans paupertatem Regũ Romanorum. Et ne te teneam, Romanorum omnia Regum friuola.

Et verba friuola, quæ minus sunt fine subnixa.

5 Et considerando verba I. C. *in d. loco,* vult potius quod ratione pauperis suppellectilis non videatur facta tacita obligatio, nisi pro summa rei conductæ, quem quia non conduxit totum, prout primus conductor ibi credibile &c.

6 Facit in facti contingentia pro illis, qui conducunt palatia habentia subtus apothecas, qui locant eas varijs artificibus, prout Romæ passim videtur.

7 Declaratur secundo loco notabiliter vltra Neguz. Menoch. & alios ad materiam, *l. æde, C. locat.* vt si secundus conductor soluit primo, & primus non soluit domino primo locatori, tamen iste secundus expelli non poterit, cum licite, & iuste habitet virtute contractus. Ita per prædicta iura tenuit Bald. *in d. l. æde, col. 3.* per prędicta iura commendat Anton. Gomes. *in rap. de locat. sub nu 12.*

8 Declaratur tertio vltra prænominatos, quod tenetur bene iste secundus hypothecaria oblig. pro inuectis, & illatis, tamen non posset conueniri actione personali a primo locatore domino ad pensionem persoluendam, vt habetur *ex not. in d. §. solutam,* per longum discursum gl. & Doctorum.

9 Vnde, si secundus conductor vellet amouere bona illata, posset impedire dominus ratione tacitæ hypothecæ, ne amoueat, non tamen posset eum conuenire ad pensionem soluendam.

10 Subdeclarantur prædicta, quod si secundus conductor soluat pensionem primo etiam ante tempus, est liberatus a primo, & a secundo. *ita no. in d. §. solutam.* Et ibi sunt duæ obligationes personales, & duæ hypothecariæ; vna personalis est inter Dominum, & primum conductorem; altera personalis est inter primum conductorem sublocantem. Secundo vna hypothecaria est de bonis primi conductoris, altera est de bonis secundi conductoris causata mediante obligatione primi, virtute legis, & sic datur pignus pignoris.

11 Et sic respondetur facile, quod in secundo datur hypothecaria sine personali, quæ vti accessoria stare non potest, quia (vt dictum est) est tacite acquisita mediante personali primi conductoris, & locatoris respectiue.

12 Et sic discurrendo vides, quantum sit priuilegiata materia pensionis persoluendæ, vt si locatio transeat ad mille manus successiue, omnia bona obligantur, & cumulatiue causatur pignus pignoris ex præsumpta legis voluntate coniunguntur simul duæ personales, & potest si vult secundus conductor soluere primo domino etiam ante tempus, soluendo etiam secundo, primo non soluenti expelli non poterit.

13 Hilari igitur fronte, vultu, & animo faueamus huic celebri, vtili, & fructuoso contractui locationis, & conductionis, vbi bona fides exuberat, & in pleno accidentium mari natando exultat, vbi dolus repellitur, timor inanis est, & æquitas plane operatur.

14 Secundus casus est, an inuecta, & illata in fundum, & prędium rusticum sint tacite obligata domino primo locatori ad materiam *l. certi iuris, & l. si in lege, §. si colonus, ff. locat.*

Digitized by Google

15 Et vtique inuecta, & illata in prædium rusticum per secundum conductorem non sunt tacite obligata pro pensione fundi primo locatori. Roman. *sing. 391.* dum allegat. *§. si colonus*, dicens hoc perpetuo notandum idem tenent Franc. Conan. *lib. 4. comment. iuris ciuil. cap. 16. n. 7.* Ludou. Cheranda s. *lib. 3. verisimil. iur. c. 15. ex tex. in d. §. si colonus*, qui loquitur in fundo, & prædio rustico.

16 Contraria opinio est verior, & magis communis, teste Menoch. *remedio 3. adipiscend. possess. q. 11. numer. 99.* ex textu *in d. §. solutam*, qui indefinite loquitur in vtroque prędio rustico, & vrbano. Mozz. *de contract. in tit. de pignor. & hypothec. versic. venio ad alium, numer. 25.*

17 Et hac secunda conclusione, & casu restat discutienda vna generalis proposito in hac materia de inuectis, & illatis, an illata in prædium rusticum sunt tacite obligata, nō habendo respectum, an simus in primo conductore, vel secundo. ex Roman. in citato singulari, nulla præsuppositа differentia primi, vel secūdi conductoris, sed solum an sit prędium rusticum, vel vrbanum, vt per eum.

18 In qua materia cum aliquali ordine procedendo, prima sit conclusio. Fructus, qui nascuntur in fundo, & prædio rustico, sunt tacite obligati pro pensione fundi, *l. in prædijs, ff. in quibus caus. pignus, tacit. contr. l. si in lege, §. si colonus, ff. locat.* quæ duo iura clare, & aperte hoc firmant.

19 Ampliatur hæc conclusio, vt procedat etiam si nulla conuentio de hoc facta sit, prout in dictis iuribus habetur. Balduin. *de pignor. c. 6.*

20 Ampliatur secundo, vt nedum sint obligati, donec sunt in fundo ante separationem, sed postquam sunt separati, cū dominus possit prohibere colono, ne asportet, immo eos sequestrare, & retinere loco pignoris, donec pensio soluatur. Bald. *in l. æde, colum. 1. C. locati l. 2. C. de rerum permut.* gl. *in l. si seruus. §. locati, ff. de furt.*

21 Ampliatur tertio in quolibet genere, & qualitate fructuum, ex quo textu *ind. l. in prædijs generaliter*, & & indefinite loquitur ponendo maxime verbum, nascuntur, quouis igitur modo nascantur, obligati sunt.

22 Secunda sit conclusio. Inuecta per colonum in prędium rusticum sunt obligata accedente volūtate domini locatoris, & sic cum hac qualitate, prout clare habetur *in d. l. certi iuris*, in prima parte, ibi voluntate dominorum.

23 Prima fuit opinio, vt hæc verba intelligantur, si adest scientia domini, & ita tenet Bartol. *in d. §. solutam*, sequitur Ias. *in d. §. item Seruiana, nu. 32.* Fortun. Garz. *ad l. item quia, par. 1. nu. 18. de pact.* Socin. *reg. 192.* Stephan. Forcatul. Neciomant. *iur. ciuil. dialog. 17. num. 13.* Alphan. *report. 858.* & hæc est communis opinio teste Bello. *in d. §. item Seruiana, numero 38. in fine*, nam voluntate fieri non videtur, quod ignoratur, *l. non videtur, ff. de liberal. caus.* Marc. *decis. Delphin. 501. num. 18. par. 1.*

24 Ampliatur, vt idem sit in fructibus tam naturalib. quam industrialibus, vt domini scientia requiratur. ita contra Ias. tenet Negusant. *de pign. in 4. membr. 2. partis, sub nu. 148.*

25 Limitatur, si fructus extant, alias eorum precium non censetur tacite obligatum. Bartol. *in l. 1. ff. de distract. pignor.* cum in iure particulari in hypothecaria precium non succedit loco rei, & Negusant. vt supra, *num. 149.* & hæc est communis opinio, vt per Menoc. *in citato loco, sub num. 124.* qui non immerito Ias. defendit ab impugnationibus Negusantij in præallegata ampliatione, vt in fructibus scientia domini requiratur ad exemplum inuectorum, & illatorum, cum il. li naturaliter in fundo nascantur, isti per accidens de loco ad locum asportentur, merito scientia requiritur.

26 Secundo est opinio circa interpretationem illorū verborum Franc. Conan. Egna. Baron. Duarem, & Hugonis Donnelli, in compendio *de pignorat. tart. mibi 153.* vt illa verba voluntate Dominorum, de quibus *in l. certi iuris*, intelligantur, volente, & pacifcente domino, vt illa pignori essent, quæ sunt in fundum inducta, puta quod ila, & illa inducerentur in prædium rusticum, & consequenter sic inducta pignori essent.

27 Quæ opinio mihi videtur admodum applaudere tum verbis legis, tum proprietati metverborum, nam si quod fiat inter aliquos pactum, vel conuentio de aliqua re peragenda, hoc proprie velle, & hæc eorum voluntas esse dicitur, vt probatur, *in l. 2. ff. de pact. in l. si quando, ff. de legat. 1.* & facit bonus textus *in l. Lucius, ff. de donat.* vbi per illa verba, voluntate mea, inducitur non simplex scientia, sed contractus precarij, qui non transit ad hæredes.

28 Præterea, quid facit ista scientia, de qua in præcedenti opinione, pone quod vidi a multis inferri, quę non placeant, quid operabitur scientia in puris terminis ipsius? Pręterea quid facit ad inducendam obligationem de inuectis, & illatis, si sciat, & nihil aliud dicat? Pręterea quę obligatio inter ignorantes non cōtrahitur, ea inter scientes contraheretur, & nihil aliud conuenisse apparebit.

29 Quod autem *in l. certi iuris* dicitur, quando ædes locantur, non est necessaria domini scientia, & licet ponatur aduersatiua, non infertur ex ea, & cum ędes non locantur, sed fundus, scientia requiratur. Sed ita dictum est, vt ex comparatione maiorum si id, quod minus est, non requiritur, multo minus id requiri quod maius est, intelligamus. Quasi ille (ni fallor) sit sensus, tantum abesse, vt voluntas domini necessaria sit quando ædes locantur, vt nec requiratur scientio, quę multo minus est.

30 In summa inuecta, & illata in fundum intelliguntur obligata duplici modo: expresse, si id nominatim conueniat tacite, cum id agitur, vt res colonus in fundum inducat per tacitam consequentiam.

31 Redeundo igitur ad inuecta per secundum conductorem, an sint tacite obligata primo locatori domino, dantur duæ declarationes, & intellectus. Primus est Bar. *in d. §. solutam*, vt sint obligata primo locatori si sciuerit alias non. Secundus est Bart. *in dict. §. colonus*, quod aut sunt expresse obligata secundo conductori, & tunc non tenentur primo locatori, aut non sunt expresse obligata, & tunc tacite a lege obligantur, & ratio videtur, quia prouisio hominis cessare facit prouisionem legis *leg. fin. ff. de pact. conuent.* & hanc secundam opinionem commendat Bello. *in §. Seruiana, num. 27. & 28.*

32 Et ex prędictis virtualiter colligitur, an colonus coloni mei, sit colonus meus, & tetigi *par. 2. in verbo, conductor, ad l. ne rei, C. locat.*

Ff 4 QVÆ-

QVÆSTIO IIII.

1 QVæro, an fruc[illegible]s sint tacite obligati pro pensione, & an om[illegible] cuiuscunque quantitatis fructus & [illegible] extantibus an pretium ipsorum patet ex prædictis.

QVAESTIO V.

1 QVæro, an inuecta in prædium rusticum sint tacite obligata, & an requiratur scientia domini, vel voluntas, & quomodo hoc intelligatur; constat ex prædictis.

QVAESTIO VI.

QVæro (Omisso partu ancillę, qui non est in vsu) iuncta sunt in domum, & stabulum locatum multa animalia, inter quæ aderat vacca prægnans, quę peperit, & conductor vendidit partum, an adhuc penes extraneum duret obligatio ad fauorem locatoris.

1 Pro parte negatiua facere videtur textus *in l. Paulus, §. 1 in fine, ff. de pign.* qui velle videtur, vt ita demũ cedat, si apud debitorem editus sit.

2 Pro contraria parte facit *l. 1. ff. de Saluian. interd.*

3 Et hęc est vera opinio ad idem *l. grege. in princ. ff. de pignor.* vbi non solum partus editus, sed alia in demortuorum locum subrogata, quod de facili occurrere potest.

4 Et conciliando dicit gl. *in d. l. 1.* & ibi Bar. *in 1. oppos. ff. de Saluian. interdict.* quod *l. Paulus, §. 1. procedit cum ancilla concepit,* ac etiam peperit apud extraneũ, textus verò *in leg. 1 de Saluiano*, cum concepit ancilla apud debitorem. sequitur Firmian. *de gabell. parte 8 principal. membr. 1. numer. 7. & in repertor. in verbo partus.*

QVAESTIO VII.

1 ET per modum illationis infertur, vt obligatio, quæ resultat ex inuectis, & illatis per conductorem vel colonum, transeunt et a[illegible] in tertium possedorẽ qui postea conueniri possit vtili Saluiano interdicto, non autem directo. Signorol. *cons. 4. num. 7.* Marant. in Specul. *par. 4. dist. 7. nu. 1 1.* Negusar. *de pignor. part. 2. membr. 4. nu. 133.* Baldus *in §. interdictum, Instit. de interdict. & in commentar. de pignor. c. 14. col. 2.* Sarment. *de reddit. eccles. par. 3. c. 2. nu. 19.* & hæc est vera, & cõmunis opinio teste Menoc. *de adipisc. possess. remed. 3. q. 7. & remed. 14. nu. 39.*

2 Et multo magis transibit ad hæredem coloni, vel conductoris, *ex l. 2. C. de precar.* cum defunctus & hæres vna sint persona, iuribus satis vulgaribus.

QVÆSTIO VIII.

QVæro, an bona minorum illata in prædium conductum sint tacite obligata pro pensione.

In qua opinione duo sunt casus principales considerandi.

1 Primus est casus, cum minor in domo conducta infert mobilia, quę seruando seruari non possunt, & tũc dicta bona sunt tacite obligata locatori absque aliquo iudicis decreto, quod in tali casu non requitur *l. 1. ff. de rebus eorum, l. lex, quæ tutores, ff. de administr. tut.*

2 Limita hoc verum esse in adulto, secus in pupillo, in quo requiritur tutoris authoritas, gl. *in l. item quia, ff. de pact.* Bal. *in l. 1. in fine, ff. de rebus eorum.*

3 Secundus casus est, cum per minorem inferuntur bona, quæ seruãdo seruari possunt, & in hoc duę sunt contrariæ opiniones, quarum prima est affirmatiua, quod censeantur tacite obligata.

4 Pro qua opinione facit, quia lex generaliter, & indistincte loquens, comprahendit etiam casus priuilegiatos, *l. in fraudem. §. finali, ff. de militat. testament.* Tiraq. *de retract. consanguin. §. 1. glos. 14. num. 96.* sed iura disponentia quod illata in domum conductam, sint tacite obligata pro pensione, generaliter, & indistincte loquuntur, merito comprahendent priuilegiatum casum minorum.

5 Secundo pro hac opinione facit *l. si sine hærede, §. Lucius, ff. de administrat. tutor.* vbi legalis obligatio non est minoribus interdicta.

6 Et hanc opinionem tenuit Iacob. de Aret. & Alberic. *in l. sed hic, ff. de rebus eorum.* Bal. Angelus, Castren. & Ias. *in l. item quia, ff. de pact.* Bal. Angel. Rom. Alex. & Ias. *in l. si constante. ff. solut. matrim.* Bald. *in l. certi iuris, q. 8. C. locat.* Ioan. Andr. Ad specul. *in tit. de donat. inter virum, & vxorem, §. fin. vers. quid si mulier.* Negusant. *de pignor. in 4. membr. par. 2. nu. 154. limit. 9.* & hęc est communis opinio, teste Bald. *in l. vnic. §. & vt*
7 *plenius, C. de rei vxor. actione.*

8 Ampliatur hęc opinio, vt procedat etiam si inuecta, & illata sint absque tutoris authoritate. Scribentes *in §. item Seruiana, de action.* vbi Ias. *numero 57.* Gomes. *num. 25.* Bello. *numer. 31.* & hęc est communis opinio. Fernan. *in suo thesaur. in verbo conductio, numero 217.*

9 Altera fuit opinio negatiua, quod minorum bona inducta, & illata in domum conductam non sint tacita obligata pro pensione.

10 Pro qua opinione facit hęc vrgens ratio *ex Authen. dos data, Cod. de donat.* ante nuptias, vbi constitutum est eo ipso, quod dos data est, etiam donatio propter nuptias constituta dicitur, nullo interueniente hominis facto, tamen si minor dotem reciperet, nõ diceretur constituisse donationem ante nuptias, cum illa a minore sub curatoris decreto constitui non possit, *l. prædia, C. de præd. minor.* ergo idem dicendum est in hoc casu nempe obligationem tacitam nõ causari sine curatoris decreto, & si regulariter bona hęc illata tacite obligata censeantur.

11 Et hanc opinionem tenuit Accurs. *in l. item quia, in verbo, illata, ff. de pact. in l. finali, C. de legitimis tutor.* Bartol. Fulgos. & Salicet. *in dicta l. item quia,* vbi Aemil. Ferret. *numero 6.* Salicet. *in hac leg. certi iuris,* Imol. *in l. si constante, ff soluto matrimonio.* Bald. *in l. prima. §. final. ff. de rebus eorum.* Ioan. Andre. ad Specular. *in titulo de locat. §. postquam sub numer. 27.* Amanel. *de clar. aquis singular. 209.* Iodoc. Damhouder. *patrocin. Forens. tit. de minorum, & curator. munerib. capit. 7. numero 60.* & hæc est communis opinio. Iason. *in dict. §. item Seruiana, numero 58.* & ita in practica tenendum testatur Ioan. Picard. *in d. leg. certi iuris.* Iacob. Menoch. *de adipiscend. possession. remed. 3. numero 81.* Octau. Simoncelli. *de decret. libro 2. titul. quinto inspectiua. 2. cas. 2. sub numero 12.* Addo quod hæc opi-

n.o

nio est verissima, & ab eo in iudicando non est recedendum. Viui. *lib. 2. opin. 62. in fin.*

12 Negatiua igitur conclusio est, minoris bona inuecta, & illata in domum conductam non sunt tacite obligata pro pensione domus, quæ quidem verissima est, communiter recepta, nec ab ea in iudicando recedendum prout ex supradictis apparet.

13 Limitatur primo in bonis, quę seruando seruari non possunt ex his, quæ diximus in primo casu huius quęstionis.

14 Limitatur secundo in scholaribus, quorum bona etiam minorum sunt tacite obligata pro pensione domus. Faber. *in §. item Seruiana, numer. 7.* de action. Octaui. Simoncell. *in citato loco, num. 21.*

15 Addo quod ita de consuetudine seruatur Romæ, Perusii, & vbique locorum. *decis. Perus. 65. numer. 17. parte 2.*

15 Subdeclaratur ista limitatio, vt nõ sit generaliter vera, & non procedat in libris, & aliis, sine quibus scholaris commode stare non potest; libri enim scholaribus, clerico breuiarium, & arma militi non sunt auferenda. *Ias.* Aret. & alii, *in d. §. item Seruiana.*

16 Et licet Dominus Simoncellus prudenter se scholarem profitens, qui docte doctorum more scripsit, dicat in citato loco, quod stãte hac subdeclaratione limitatio parum deseruiret, cum vt plurimum scholares non habeant nisi libros, & similia, sine quibus commode stare nõ possunt, sicut nec colono instrumenta rusticalia. Firmian. in verb. instrumenta ru-
17 sticalia, declarando potuit infra: respondetur tamẽ sumendo ab Alciat. *in l. Nepos proculo, in verbo dignitate, ff. de verbor. significat.* quod auferri possunt ea, quæ ad mollitiem tendunt, vt tapetia, & similia, & aliquod vestimenti genus extraordinarium, quo quandoque scholares vani, & iuuenes vtuntur; hoc enim solum attenditur, quod auctoritatis est apud graues, & seueros viros.

18 Secundo modo respondetur ad obiecta per Dominum Simoncellum, quod si scholaris, vel alius cõductor non habet nisi libros, vel alia bona priuilegiata, quod isto casu ne actus sit inutilis, talia reseruata, & priuilegiata venient, & de hoc est textus in hac locati & conducti materia, *in l. si fundus locatus, ff. de fund. instruct.* instrumentoque legato, vbi non venit instrumentum coloni, si sint alia instrumenta, alias venit. Reputat singulare Bal. *ad l. liberti, in fine, Cod. de oper. libert.* Alexand. *in l. si constante, numero 26. & 28. ff. soluto matrimonio,* & valde etiam commendat addit. ad Bartol. *in l. cum tabernam, littera E, circa medium, ff. de pignor. action.* Petrasan. *singular. 35.* Roman. *singular. 437.* Marsil. de fideiuss. *numero 194. & singulari 314. & cons. 21. num. 49.* Negusant. *de pignor. part. 2. membr. 2. numer. 37. & 41.* Felin. *in cap. ex parte, colum. 3. de constitut.* Calcan. *cons. 39. numero 11.* Cagnol. *in repetit. l. fin. numer. 103. C. de pact.* Alciat. *in l. alienatum, Cod. de verbor. significat.* Mat. thesil *notab. 136.* Plot. de in litem iurand. *§. 43. num. 11.* Boer. in terminis *decisio. 204. num. 38.* Gomes. *in §. item Seruiana, col. 8.* Ias. *in l. 1. C. de verb. signific.* Anton. Gabr. *de verb. significat. conclus. 12. nu. 32.* Menoc. *de adipiscend. possess. remed. 3. num. 140.* Aquent. *in tit. qui feud. dar. poss. col. 2.* Cagnol. post Lancellot. *ad l. 1. num. 35. ff. de regulis iuris.*

A D D I T I O.

☞ *Pulchre Ias. in l. qui Romæ, §. duo fratres, nu. 63. ff. de verb. oblig. inferens notabiliter, secundum eum, quod si filia renuntiauit bonis paternis, & de his nihil reperiatur, intelligitur de maternis, ne cessio reddatur inutilis, dicens perpetuo notandum. Sebast. Medic. de reg. iur. 10. num. 75.*

19 Et ex prædictis infertur limitatio ad l. obligatione generali, ff. de pig. vt non procedat nisi quando obligans non haberet alia, quam quę non esset in specie concessurus. Petras. *singular. 35.*

20 Secundo infertur ampliatio *ad regul. l. si quando, ff. de legat. 1. & cap. si Papa, de priuileg. lib. 6.* vt verba debeant aliquid operari.

21 Ampliatur enim, quod procedat, etiam in casu, vbi non esset nisi res priuilegiata, quam quis non esset in specie concessurus.

A D D I T I O.

☞ *Satis celebris & notatu dignus reputatur apud Doctores textus in l. fundus qui locatur, de quo superius vidimus, & per eũ inferunt ad varias singulares decisiones. Et inter alias vtiles, & practicabiles. Quod licet verba præsentis temporis non trahuntur ad futura, Bal. in l. vlt. col. 4. vers. recipiamus ergo, C. de codicill. tamen hoc singulariter limitatur, ne dispositio reddatur superflua, & idem si testator legat mihi credita sua, intelligitur solum de puris, si talia subessent, sed si solum habet & conditionalia, ad ea dispositio extenditur ne legatũ sit superfluum ita singulariter Bal. in l. ita scripsissem, in primis, verbis, ff. de leg. 2. per textum quem dicit singularem in d. l. fundus qui locatus, quod dictum reputat aureum, Fel. in c. 1. col. 6. vers. longũ esset, de rescript. & per hoc limitat ibi notabile dictũ Bal. dicentis quod si testator mandat executoribus suis, vt restituant vsuras, & male ablata, & testator post testamentum adhuc fœnus exercuit, nam adhoc non extenditur mandatũ executorũ, sed de vsuris incursis ante testamentum, secus si ante testamentũ nullas vsuras exercuerat, quia ne dispositio reddatur elusoria, extendetur hoc casu ad vsuras postea cõmissas per d. l. fundus qui locatus, quam valde celebrem appellat. Pariter fratre renunciante fideicommisso debito, intelligitur de puro & non de conditionali per leg. si ita scripsisset, ff de legat. 2. tamen hoc limitatur, nisi esset aliud fideicommissum quam conditionale, quia tunc ne verba sint superflua ad illud refertur. Ias. ad l. qui Romæ, §. duo fratres, n. 61. ff. de verb. obli. Similiter si testator legat vxori ornamentum suum muliebre, venit ornamentũ propriũ ipsius testatoris per illud pro nomen suum, tamen si hoc non habeat, intelligitur de ornamento, quocunque modo ad ipsum testatorẽ spectante, qui erat eo casu negotiator. Ita gl. notabilis in l. pediculis, item cũ quæreretur in verbo non deberi, ff. de aur. & argent. legat. Tertio, filia cedens omnia iura quæ habet in bonis patris, si nulla habebat iura paterna, intelligitur de maternis, & ad ea extenditur, ne renunciatio sit inutilis. Bal. in l. liberti libertæque, col. penult. in prin. C. de oper. liber. quæ decisio mihi videtur valde notabilis tũ quia sæpe in facto occurrit tũ quia sumus in renunciationibus, quæ vt plurium sunt odiosæ, & strictè interpretandæ. Sic etiã testator mãdans satisfieri omnibus ab eo habere debentibus nõ intelligitur*

sensisse

sensisse de legitime præscriptis, l. si is cui, §. flamus, ff. de solutio. l. legatū, ff. de liberatio. legat. Si tamen non habebat alios creditores quā illos, contra quos legitime præscripserat. Tunc de illis præsumitur sensisse Bal. in l. quibus diebus, §. dominus seruo, ff. de condit. et demonst. dixi decis. 56. casuum frequentium ibi videre placeat. Hinc etiam si in primo testamento adest clausula derogatoria, in secundo requiritur specialis derogatoria, vt tollat primum. Tamen hoc non procedit quando vnicum tantum præcessit testamentum, quia cum verba testatoris, cessans, irritans, & annullans, posita in secundo testamento, referri nō possint nisi ad illud vnicum præcedens, talia verba habebunt specialem derogationem per hanc legem fundus qui locatus, & l. 2. ff. de liber. & posth. Bart. in l. si quis in princ. col. 3. vers. sed quero, ff. de leg. 1. Commendat pro singulari Alex. cons. 134. col. 3. lib. 1. singulare quoque hoc referens dixit Cost. in memorab. suis in verbo verba prolata. Hæc tamen Bar. opinio communiter reprobatur. Iaf. ad l. sanci, mus, nu. 14. vers. fallit. C. de testam. Rim. cons. 5. nu. 9. lib. 2. late alios referens. Iul. Clar. in §. testamentum. q. 99. col. 2. vers. & hæc quidem dicens contra Bart. esse magis communem opinionem, & ita passim practicatur contra Bart. opinionem. Tobias, cons. 22. nu. 2. & ita indicandum Crass §. testamentum q. 89. num. 5. & alibi varijs in locis celebratur ista quæ procedit, quando constat disponentem non habere nisi rem vila, alias secus Crau. consilio 112. num. 2. 5.

22 Limitatur tertio in minore mercatore, cuius bona inuecta, & illata sunt tacite hypotheca pro pensione domus, & apothecæ. *decis. Perus. 65. nu. 18.*

23 Limitatur quarto quando nihil est minori imputandum in conductione, puta, quia conduxit domum alias per eius patrem conductam, vel prosecutus est conductionem a patre incohatam. *decis. Perus. vt supra, in fine.*

24 Limitatur quinto, quando minor conduxisset domum suo gradui condecentem, quia hoc casu eius bona inuecta intelliguntur tacite obligata, cum videatur egisse, vt quilibet diligens paterfamilias. Opinio Petr. de Bellapertica *in hac l. certi iuris*, relata per Iaf. *in d. l. item quia, nu. 20.* & hæc est æqua opinio. Ioan. Sichard. *ad l. certi iuris, nu. 11.*

25 Verum D. Simoncell. eam impugnat, & hac præcipue ratione, quia bona minorū absque decreto obligari non possunt, etiam quod vtiliter gestum sit. late per eum *in tractat. de decret. libro 3. titul. 8. inspectan. 17. num. 125.* asserens hanc esse magis communem opinionem.

26 Tamen videtur posse responderi in casu nostro, namque principaliter allegata per eum loquuntur in expressa alienatione, sed si minor vtitur pro suis necessitatibus re, & domo mea, cur ego non debeo esse securus pensione mea? non enim hoc casus proprie distractio dici potest, sed quędam retentio permittitur, ne minor locupletetur cum iactura aliena.

27 Dicit insuper Simoncell. *in citato loco*, quod non sufficit vtilitas, sed debet esse vrgentia æris alieni. Dicitur, quod si minor vtitur re mea, non vrget isto casu æs alienum, vt satisfiat mihi de pensione mihi debita.

28 Limitatur texto, si creditor dictorum bonorum possessionem haberet, nam posset ea retinere pro ea quantitate qua minor vtilitatem habuit. Faber, *in §. item Seruiana, nu. 7. de action.*

29 Vltimo circa hanc minorum materiam, quia superius fuit dictum, quod lex generaliter loquens cōprahendit etiam casum priuilegiatum, nisi in eo casu reperiatur specialiter priuilegiatus, licet variæ sint opiniones, tamen verior videtur, & magis communis hæc opinio affirmatiua, vt comprahendat casum priuilegiatum. Ari. Pinell. in Authent. nisi triennale, *colum. 4. in fin. Cod. de bon. matern. in rubr. Cod. de rescin. dend. vend. p. 2. c. 1. num. 15.* Viui. *lib. 1. opin. 121.* Strach. *de mercat. par. pag. 476. numer. 5.* Eman. Soarez. *in suis Thesaur. litttera G, nu. 14.* dicens insuper hanc opinionem esse optimam, & multum rationabilem Cucc. *de morator. præscript. nu. 77.*

30 Limitando, vt procedat in materia fauorabili vel indifferenti, secus in odiosa, ita conciliari possunt opiniones, cum multi teneantur de contraria negatiua communi, vt Neguf. *de pigno. p. 8. memb. 1. nu. 24.* Luc. Petral. *in pract. titul. de execut. instrument. dotal. num. 16.* Herculan. *de vrgat. proband.* n Corn. *consil. 139. vol. 7.* Menoc. *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 38. nu. 39.* Rimin. *cons. 3. nu. 6.* An. Gab. de magis communi, *concl. 1. de legit. & stat. nu. 9. in fine*, & ita colligitur ex Neuiz. *cons. 77. nu. 16.* Tiraq. *de retract. Lignagier. §. primo, gl. 14. n. 9.* cum multis sequentibus. Et his infertur, quod si clericus conducat domum, & mobilia inferat, quod censentur tacite hypotheca pro pensione domus conductæ.

31 Infertur etiam quod si mulier domum conduxit, & in ea intulit aliqua bona dotalia, quod erunt tacite obligata pro pensione domus.

QVAESTIO IX.

QVæro an inuecta, & illata sint tacite obligata pro deterioratione?

1 Et videbatur dicendum quod non, cum hoc principaliter pro pensione inductum videatur, *vt no. passim, & in l. certi iuris.*

2 In contrarium est textus clarus *in l. 2. ff. in quibus cauf. pign. tacit. contrahatur*, per quem ita tenuit Bar. *in l. solutam, §. solutam in fine, ff. de pignor.* Negusan. *de pignor. in 2. memb. quartæ partis, nu 129.* Baldus *in eius dem commentar. c. 6. col. 3. vers. sed obseruandum.* Iacob. Menoch. *de adipisc. possess. remed. 3. q. 22. nu. 102.*

3 Addo quod hæc est communis opinio. Bello. *in §. item Seruiana, nu. 20.* Rimin. *cons. 299. nu. 18.*

Ampliatur hæc communis conclusio, vt procedat & habeat locum etiam contra secundum conductorem, qui gratis a primo conduxisset, nam illius bona sunt tacite hypothecata pro deterioratione. *gl. in l. Pomponius, la secunda, ff. in quibus cauf. pignus, vel hypothec. tacit. contrahatur*, quam ab impugnationibus Iaf. *ad l. item quia nu. 1. limit. 2.* defendit Neguf. *de pignor. nu. 137. & 138.*

4 Et sic datur in hac locati & conducti materia conductor gratuitus, & sine pensione, & supportat multa onera veri conductoris, prout tenetur pro deterioratione, & similia *ad l. si gratuitam, ff. in quibus cauf. pignor. tacit. contrahatur.*

5 Limitatur hæc conclusio vt procedat si deterioratio contigerit culpa inquilini, alias non tenetur, & ita hoc casu competit actio etiam ex locato, ita habetur *d. l. 2. ibi, si culpa.*

6 Limitatur secundo iuxta tenorem verborum, *d. l. in inqui.*

Digitized by Google

inquilino loquenti, vt habeat locum in prædio urbano, secus videtur in prædio rustico, sed in hoc cogitare possumus.

QVÆSTIO X.

Decima est quæstio, nec prout ego viderim, pertractata ab erudito Menoch. *in pleno remed. adipiscend. possession.* 3. an si soluta pensione, pro qua inuecta erant tacite obligata, possit ea postea pro alio debito retinere.

1 Et videbatur quod non, cum ista tacita legalis hypotheca fit ad consulendum locatori in eius pensione vel fictu, prout iura omnia præsupponere videntur. Quare cum erit pensioni satisfactum non videbatur licere rem pro alio diuerso debito retinere cũ hæc non fuerit principalis contrahentium intentio, vnde &c.

2 Contrarium est verius ad ampliationem *l. certi iuris*, vt pro alio etiam debito pensione soluta retineri possint. Bart. *in l. solutam, §. solutam, in fine ff. de pign.* quem dicit de iure veriorem, Neguf. *de pignor. in 4. membr. secundæ partis, nu. 129.*

3 Subdeclara, vt licita sit dicta retentio quando fuit, vel est pro alio debito obligata alijs, non liceret retinere, cum non esset tradita ad hunc finem, vel retinere vellet ratione expensarum, vel melioramentorũ, prout superius dictum fuit *in tit. de expensis iuxta distinctionem. Doct. in l. 1. C. etiam ob chyrogra. in l. 1. Cod. commodat. in l. si non inducta, C. in quib. cauf. pign. tacite contrahatur.*

4 Et per hoc patet aliqualis responsio ad contrariam rationem

Fauorabilissima igitur est pensionis materia, & obligationis per eam inductæ, vt semper saluet ius in reliquis, & consulat indemnitatibus creditorum, dando rationem pro alijs creditis præexistentibus.

QVÆSTIO XI.

Quæro de pulcha (ni fallor) quęstione. Locator prouidit de speciali hypotheca, an per hoc censeatur renunciasse hypothecæ generali de inuectis, & illatis.

1 Primo videbatur quod sic, quia prouisio hominis facit cessare prouisionem legis *in l. fi. C. de pac. conuen. l. & habes, §. cum quis, ff. de precar.* & hanc opinionem tenuit. Dyn. *in d. §. item Seruiana*. Cin. *in l. certi iuris in sexta quæstione*, & ibi Salicet. q. 5. Alberic. *in l. item quia, ff. de pact.*

2 Pro contraria parte facit tex. *in l. item quia, ff de pact.* ibi etiam si nihil nominatim conuenerit ponderando dictionem etiam, quæ implicatiua est.

3 Et hanc opinionem per hanc ponderationem tenuit Faber *in §. item Seruiana, col. 2. de actio.* Ias. *in d. l. itemquia in secundo notabili, nu. 4. de pact.*

4 Ex quibus patet intellectus & declaratio *ad l. fin. C. de pact. conuent.* prouisio enim hominis facit cessare prouisionem legis quando prouisio legis fit de iure speciali, secus si de iure communi, prout in casu, de quo agitur. ita Bar. *in l. si cum dotem, col. 1. in fi. ff. solu. matr.* Bal. *in l. 1. col. 3. C. commun. de leg.* late Ant. Gab. *de reg. iur. concl. 8. nu. 4.*

5 Limitatur secundo, vt prouisio hominis faciat cessare prouisionem legis, quando ambæ proueniunt ab eodem fonte, secus si a diuersis fontibus. Bal. ad propositum materiæ locati & conducti, *in l. certi iuris, in fi. C. loc.* Aret. *in §. item Seruiana, colum. 2. in fin. Instit. de action.* limitatur tertio, vt prouisio hominis non tollat prouisionem legis, quando prouisio hominis non ita plene succuerit prout prouisio legis. ita ad propositũ locati Are. *in §. item Seruiana, col. 20. de action.*

6 Quas apposui, quia oriuntur a locati, & conducti materia, & quam maxime de inuectis & illatis, de quibus agimus.

QVAESTIO XII.

Quæro, an inuecta, & illata in porticum domus conductæ sint tacite obligata.

1 Et dicendum si videbatur, quod non, quia porticus proprie non venit appellatione domus, sed per quandam extensionem. *l. cætera, §. hoc Senatus*, vbi Ias. *num. 6. ff de leg. 3.*

2 Pro contraria parte facit, quia illata, & inuecta cõiuncta domui censentur illata in domum ipsam. *l. eo iure, §. 1. ff. in quib. caus. pign. vel hypothec. contrahatur.* sed porticus dicitur coniunctus domui, vt ea legata veniat, & porticus, *d. l. cætera, § hoc Senatus, merito & cat.*

3 Et hanc opinionem vt veriorem amplexus est Negusant. *de pignor. in 4. membr. 3. part. nu. 139.* Menoch. *de adipiscend. possession. remed. 3. q. 21. nu. 146.* vbi post Negusant. tenet, quod locata domo censeatur etiam locatus porticus.

4 Et sic patet responsio ad contraria, quod licet appellatione domus non veniat porticus de propria significatione, tamẽ cum hoc fieri possit per extensionem illam, in porticum dicuntur illata in domum, & consequenter tacite obligata pro pensione domus.

QVAESTIO XIII.

1 Quæro, an illata in nauem conductam sint tacite obligata pro pensione, vel naulo. Et videbatur quod non, cum nauis videatur inter mobilia reputata. *l. 1. §. illud vtique, & §. si quis de naui, ff. de vi, & vi armata.*

2 Pro contraria parte facit, quinimmo secundum veriorem opinionẽ nauis inter immobilia enumeratur *l. pen. §. fi. ff. de his, qui deiec. vel. effude. §. naui, ff. de emct.* vbi domus, & nauis equiparatur.

Et hanc opinionem tenuit Bald. *in l. certi iuris, num. 7. C. loca.* Negusant. *de pign. in 4. memb. 2. partis, nu. 40.* Menoch. *de adipisc. remed. 3. q. 23. nu. 150.*

3 Limitatur hæc conclusio, vt non procedat quoad nauem, quæ non est nautę tacite obligata pro operibus in ea præstitis. ita Strach de mercatu *in tit. de naue, p. 3. vers. fin. per totum.*

Et postquam ingressi sumus nauium materiam, materias non separando, ponam aliquas vtiles conclusiones in materia nauli.

4 Prima est. Si nauta promisit aliquem in naui portare ad vecturam consequendam, sufficit in destinato loco exponat, & cum in mari fuerit, præsumitur eo sciente, & volente fuisse, argumento *l. neque natales, C. de probat.*

5 Secunda conclusio est. Si nauta promisit portare

res

res inanimatas,quæ tamen ab alio, sciente nauta delatæ fuerunt,vectura debetur, modo quo supra, *ex l. 2, C. de acquir. possess.*

6 Tertia est conclusio. Quando merces fuerunt positæ in naui ignorante nauta, tunc virtute contractus nulla debetur vectura,sed ex æquitate tantum,iuxta doctrinam Bar. *in l. si in area, ff. de condict. indeb.*

7 Quarta est conclusio. In dubio quando non constat an sciente,vel ignorante fuerint merces appositæ, & isto casu vectura debetur, Socin, *in l. 2. ff. de conditio. & demonstrat.* sequitur Ruin. *cons. 121. numer. 7. libr. 4.* Strach. *in tit. de nauibus, par. 3. nu. 23.*

QVAESTIO XIIII.

1 QVæstio hæc pendet a præcedentibus, an inuecta, & illata in molendinum sint tacite obligata pro pensione, & cum sit similis præcedentibus, omissa disputatione vera est conclusio siue velis prędium rusticum,siue vrbanum. Bal. *in l. certi iuris nu. 7. in fine, C. locat.* Negulant. *de pignor. in citato loco, numero 144.*

2 Vnum non omittam,quod Iason. *in leg. quo minus, num. 126. ff. de flumin.* ponit molendinum inter mobilis,commendat Menoch. *de recuperand. possess. remed. 1. num. 44.*

QVÆSTIO XV.

QVæro, an res semel inuectæ,& illatæ remaneãt pro pensione obligatæ, licet postea aliquo modo amoueantur. Quæstio ista pendet ab illa,quod res transit cum onere suo, de qua superius vidimus, ob id ponam aliquos casus.

1 Primus est. Inuecta, & illata sunt tacite obligata, & licet postea amoueantur, non præiudicat hypothecę semel acquisitæ ad fauorem locatoris. Bald. *in d. l. certi iuris, in fin.* Aret. *in §. item Seruiana, column. 1. de actio.* Negul. *vt sup. num. 143.*

2 Secundus casus. Locatori incumbit onus probandi talia bona esse inuecta, & illata. Bartol. Bald. & alij, *in l. si non inducta, C. in quibus casibus pigno. tacit. contrahuntur.*

Vnde si oriatur contentio inter locatorem,& conductorem,an hoc vel illud fuerit illatum,locator hoc allegans probare tenetur.

3 Tertius est casus. Inuecta, & illata sunt tacite obligata,si sint illata,vt perpetuo remaneant. Alex *in l. si constante, quæst. 3. q. prins. ff. solut. matrimon.* Bald. *in §. item Seruiana, nu. 30. de act.*

4 Perpetuo autem exponitur,id est locatione durante, glo. *in d. l. si.* non inducta, reputat hanc declarationem egregiam, & notabilem. Menoch. de arbit. iu. *dic. cent. 5. casu 441.*

5 Cui ego addo bonum tex. *in l. debitor*, cum ibi *no. tat. ff. de pign.* Albert. *in l. qui saltum, ff. de legat. 3.* Iason. *in leg. 1. C. de verb. signif.* Tiraquell. *in verbo, instrumentum rusticale.*

6 Hinc postea res alienæ inuectæ, & illatæ in prædium conductum non sunt tacite hypothecatæ pro pensione, sicut enim res aliena non potest expresse obligari pro pensione, pariter nec tacite, *l. neque pignus, ff. de reg. iur.* Bart. *in l. 1. §. 1. ff. de pign.*

7 Declaratur, vt non procedat si bona fide intulit. Bal. *in l. certi iuris, numer. 10. C. loc.* sequitur Menoch. *de adip isc. poss. remed. 3. q. 14. nu. 108.*

8 Declaratur secundo, quod si conductor mala fide intulit in domum conductam rem alienam, non est contracta legalis, & tacita hypotheca, siue intulerit domino sciente, siue domino ignorante, & hæc est vera, & communis opinio. Bald. *in hac l. certi iuris, numero 100.* vbi Salic. *quæst. 2.* Afflict. *decis. 184.* Afin. *ad l. at si quis, §. si colonus, in fin. ff. de relig. & sumpt. funer.* Iason. *in §. item Seruiana, num. 45.* vbi Gomes. *numer. 24. de actio.* sentientes insuper domini patientiam, & taciturnitatem, nihil in hoc casu operari ad hypothecam inducendam.

9 Subdeclaratur id, quod dictum est de scientia, vt non præiudicet nisi cum scientia dolus concurrat, quo casu res inuecta censetur tacite obligata, accedente dolo domini rei illatæ. Ita Bald. & Afflict. *in citatis locis ex l. si fine, ff. ad Vellcian.* & hæc opinio est magis æqua, & in practica tenenda. Viui. *in verbo, co. loni, num. 40. lib. 1. commun. opinionum*, secundum primam impressionem.

10 Practica igitur est, vt locator in suis articulis deducat, quod dominus rei illatæ, sciuit, & consensit illi inuectioni eo animo, & mente, vt toto, & integro cõductionis tempore ibi sint, quam practicam docuerunt, Salic. & Afflict. *in citatis locis.*

11 Possessio igitur conductoris de rebus inuectis, & illatis debet esse iusta, quę ex mala fide non causatur, *l. improba, C. de acquir. possess.* & domini rei illatę taciturnitas non operatur bonam fidem, & consequẽter nec hypothecam, nisi concomitante dolo.

12 Addo vltra Menoch. quod si conductor induxisset rem, pro qua competeret Publiciana, vtique censebitur obligata *l. si ubi eo, ff. de pign.* Aret. *in §. item Seruiana, col. 2.* vbi dicit firmissime tenendum.

13 Infertur secundo, de rebus venalibus inductis in rem conductam, considerando aliquos casus.

14 Primus est. Res venalis inducta in fundum rusticũ non est tacite obligata pro pensione, quia non fuit inducta, vt ibi perpetuo maneat, idest locatione durante Menoch. *in d. remed. 3. q. 126.* multi enim reponunt ibi, postea asportant ad ciuitatem, vbi commode venduntur.

15 Secundus casus est. In prędio vrbano, in quo vna cum Gomes. ponam regulam affirmatiuam, venalia esse tacite obligata pro pensione domus. ita Gomes. *in d. §. item Seruiana, nu. 23.* vbi Zas. *num. 20. ex leg. cum tabernam, ff. de pign. actio.*

16 Ampliatur hæc conclusio, vt indifferenter procedat, siue quis conduxerit domum ad effectum principaliter negociandi, qui casus clarus est, vt per Conanum, *lib. 4. commen. iur. ciui. c. 16. nu. 8.*

17 Siue conduxerit quis domum animo cum familia habitandi, & fructus reponendi, & partem ex eis vẽdendi, prout multi diuites, & opulenti faciunt, vt per Conan. *in citato iam loco.*

18 Siue conduxerit quis domum animo habitandi, & occasionem nactus transuehendi venalia de eo loco ad prędium destinatum, licet Iacob. Menoch. *in allegato remed. 3. num. 127.* aliter sentiat, namque negari non potest, quin hęc domus non deseruiat negociationi, cum tanquam portus recipiat res animo alio asportandi, & sic est quoddam membrum perficiendę negociationis.

Limi-

9 Limitatur vno notabili modo dispositio *l. cum tabernam, ff. de pign. act.* vt procedat in mercibus, quæ reperiuntur tempore contractæ obligationis. Bal. *in l. vbi adhuc, nu.* 18. *C. de iur. dot.* Neguzan. *de pignor. p.* 2. *membr.* 2. *nu.* 23.

ADDITIO.

☞ *Stracch. valde commendans de mercatur. tit. de mercato vers. Reliquum. nu.* 8.

20 Declaratur hæc limitatio, nisi illatione, & inuectione facta a conductore merces illas locator apud se recipiat, & includat, & eas deinde locator alienet, tunc illa alienatio non impedit locatoris hypothecam, ob quam eam a tertio auocare poterit. Baldus *in commen. de pignor. cap.* 6. *colum.* 3. *versicul. si tamen locator, ex l. penul. ff. in quibus casibus pign. tacit. contrahatur*, licet Cuman. in citato iam loco aliter sentire videatur.

21 Et pro aliquali allegatorum cognitione dicitur, apud antiquos legislatores erant in vsu quædam nomina denotantia locum ad merces negotiãdas, vt taberna, horreum, area, taberna enim licet sit habitatio, quæ tabulis clauditur, vsus tamen posteriorum obtinuit, vt tabernam simpliciter dicamus, in qua merces venduntur, Alcia. *in l. tabernam, de verb. signif.* vnde tabernæ Cauponię. *in l. tabernæ, de fundo instructo* taberna ferraria, *in l. taberna, leg.* 2. taberna caseria. *in l. lecuti, ff. si seruitus vendicetur.*

22 Horreum, de quo sępe mentio habetur in titulo de locato & conducto, *in l. cum in plures, §. locator horrei, ff. loc.* Repositorium est nedum grani, sed vini, & aliarum rerum, *d. l. tabernam, de fundo instructo*, & quam maxime in horreis mercimonia, & negotiationes exercebantur, *l. sed & si de institor. actione*, & reponebantur res pretiosissimæ, *l.* 1. *de off. praef. vigil. l. in ratione, §. diligenter, ff. ad leg. Falcid.* & horreum, vulgo, Magazzenum. Alciat. *in l. non solum, §. morte, numer.* 58. *ff. de nou. oper. nunc.* Conan. *lib.* 4. *commen. iu. c.* 10. *nu.* 7. Gouean. *lib.* 2. *var. lect. c.* 23. Facit, *l. clauibus ff. de contrah. empt.*

23 Area pariter locus quandoque est, vbi merces remanent, & habet locum in materia de inuectis, & illatis, *l.* 3. *ff. in quib. cauf. pign.*

Infertur tertio, vt pecunia illata nõ sit tacite obligata pro pensione. Bello. *in d. §. Seruiana, nu.* 30. ex quo non circumscribitur loco, *per l. si fideicommissi, §. tractatum. de iudic.*

24 Limitatur hæc conclusio, vt vendicet sibi locum in pecunia illata ad expendendum pro quotidianis necessitatibus, secus si si. illata in domum conductam forte ad conseruandum, quia isto casu est tacite obligata sicut alia suppellectilia. Gomez. *in d. §. itẽ Seruiana, nu.* 20. vbi Zas. *num.* 22. Crot. *in l. si constante, lectu.* 1. *nu.* 96. & *in repet. nu.* 140. Tiraq. *de retrac. consang. §.* 1. *gl.* 7. *num.* 104. Boer. *decis.* 209. Roland. *de lucro dotis, q.* 91. *nu.* 12. vbi late explicat.

25 Vnde bene vtilis itur iudicis arbitrium, prædicta omnia mature considerando.

26 Limitatur secundo in pecunia recondita in prædium rusticum loco peculij, vel cuiusdam suppellectilis, *iuxta l. si chorus, §. his verbis, ff. de leg.* 3. quo casu non censetur tacite obligata pro pensione, prout de pecunia huiusmodi, ad intellectum *§. his verbis.* Pulchre declarat Coras. *lib.* 1. *miscell. c.* 13. Duaren. *lib.* 2. *anniuers. q. c.* 30.

27 Infertur vlterius vtiliter, vt vestimenta quotidiana non veniant in hac tacita legali hypotheca. Bal. *in hac l. certi iuris, numer.* 9. Neguzant. *de pign. memb.* 4. *memb.* 2. *nu.* 151. ea ratione, quia vestimenta quotidiana non veniunt in expressa hypotheca, *l. obligatione generali, ff. de pignor.* a fortiori, nec in tacita, & ex hac ratione idem tenuit *in §. item Seruiana.* vbi Fabec. *nu.* 2. Are. *nu.* 1. Zas. *nu.* 22. Bello. *num.* 30. Afflict. *decis.* 84. circa finem, vbi de veste data sartori, quod non est tacite obligata.

28 Limita quando adessent alia bona, vt satisfiat legali hypothecę, alias hęc venient in subsidium iuxta ea, quæ diximus superius *de liberis scholar. q.* 8.

29 Infertur quinto, vt instrumenta, chirographa, libri apothecę, & alia nomina debitorum inuecta, & illata non sunt tacite obligata pro pensione, cum non circumscribantur loco, nec sint inuecta, vt perpetuo sint, sed per accidens, donec creditum exigatur. Pet. Cyn. & Sal. *in hac l. certi iuris, q.* 4. *facit l. Caius, de leg.* 2. *l. si mihi Mæuia, §. fin. de leg.* 3. declarat Soc. *consil.* 101. *col.* 2. *lib.* 1. Tiraq. *ad l. si vnquã, in verb. bona, nu.* 13. *C. de reuocan. donat.* & hæc est communis opin. Bello. *in d. §. item Seruiana, numero* 30. quicquid ibi contradicat Zas. *num.* 19.

30 Prudenter igitur lex, (vt vides) procedat, saluat enim libros, vestimenta, pecunias, nomina debitorum, & similia.

31 Et vides duas propositiones, ad quas scribentes passim in hac materia recurrunt decidendo prima, an veniat in generali hypotheca *ad l. oblig. ff. de pign.* secunda an sint inuecta perpetuo, idest locatione durante.

QVAESTIO XVI.

Quæro, an inuecta per famulum in domum domini sint tacite hypothecata pro seruitio famuli.

1 Videbatur quod sic, quia dominus videtur locator *vt not. in l.* 2. *ff. locat.* dixi superius *p.* 1. *quæst. locationis diffinitio.*

2 Secundo, quia iste famulus videtur inquilinus, *no. in l.* 3. *ff. de vsu, & habit.*

3 Pro contraria parte facit, quia non reperitur lege cautum, nisi in conducente agrum, vel domum.

4 Et hanc opinionem tenuit Bal. *in hac l. certi iuris, nu.* 6. Neguzant. *de pign. memb.* 4. *p.* 2. *nu.* 151. Iac. Menoc. *de adipiscend. possess. remed.* 3. *q.* 21. *nu.* 145.

5 Addo Scodobium *in Authen. habita, pag.* 43. & *in actuario littera A*, Bonacoss. *de famu. q.* 108.

QVÆSTIO XVII.

1 Qvid stante reconductione præsumpta ex dispositione *l. item quæritur, §. qui impleto, ff. loc.* posui superius ad materiam *d. §. qui impleto*, & conclusi quod sic, tanquam consequens ad reconductionem, ex Ruin. *consilio* 78. *libr.* 1. Afflict. *decis.* 365. Cruet. *consil.* 87. *nu.* 9. Iacob. Menoch. *de adipisc. poss. rem. d.* 3. *q.* 26. *nu.* 157.

QVAE.

QVAESTIO XVIII.

1 POne quod accessi ad hospitium, & vna tantum nocte permansi an illata sint tacite obligata, videbatur quod non cum sit actus momentaneus, qui non solet haberi in cõsideratione, l. quicquid calore, de *reg. iur.* & tetigi alias superius.

2 Contrarium est verius. Bald. *in d. l. tertij iuris, nu.* 5. commendat Rauenn. *singul.* 71. Alex. *in l. diuortio, §. quod in anno, circa fin. ff. sol. matr.*

QVÆSTIO XIX.

1 QVid quando adest fideiussor, idem per prædicta dicendum videtur, ex quo est accessoriũ ad principalem obligationem, Contrarium firmat Soc. *reg.* 192. *Fallen.* 4. *ex l. Pomponius, §. fin. in fin. ff. in quibus caus. pignus*. Et instrumentum habet executionem paratam in inuectis, & illatis, Afin. *de execut. §.* 1. *c.* 21.

QVAESTIO XX.

QVæro, an boues aratorij inducti sint tacite obligati. videbatur quod sic, cum lege non reperiatur prohibitum, nec tale priuilegium eis cõcessum, & hoc firmat Specula. *in tit. de primo, & secundo decreto, §. restat videre, vers. satias autem.*

1 Contrarium firmat Bald. *ad l. si non inducta, ff. in quib. cau. facit l. executores, C. quæ res pignor. obligar. poss. ad minus l. materiam aliqua vtilia ponam*, cum infelices coloni pro varijs debitis assidue vexentur in præiudicium laboritij, & culturæ.

2 Conclusio igitur est negatiua. Boues aratorij, & alia instrumenta rusticalia agricolis, & præsertim colonis auferri non possunt, dicta *l. executores*. Ias. *in l.* 1. *num.* 2. *ff. de ferijs*. Nouell. *regu.* 197. *num.* 4. Vnde non veniũt in generali obligatione sicut nec in speciali Ripa *in l. obligatione, num.* 57. *ff. de pignoret. de peste, par.* 3. *in* 6. *remed. vers. item boues.*

3 Ampliatur, vt liceat propria auctoritate reauferre, & recuperare. *Ias. consil.* 20. *lib.* 3. & est practicabile ex doctrina Bart. *in l. si alius, §. bellissime, ff. quod vi, aut clam.* quod si quis per vim subripuerit animalia tua, quæ facilius pereunt, vel vinea, quæ si remanerent incultæ, facilius destruerentur, quod permittitur propria auctoritate recuperare, quamuis in alijs rebus non sic permitteretur, quę non sic de facili pereunt.

4 Facit hæc doctrina ad instruendos iudices, vt dum quandoque animalia capiuntur, & dantur campanarijs communitatis, vt proni sint data cautione in forma depositi liberare a manibus campanarij, pernes quem de facili deteriorantur.

5 Ampliantur secundo, vt vendito fundo nõ veniant boues, nec instrumenta rusticalia. Papiens. *in forma libelli*, in causa venditionis, in verbo fructibus, *num.* 3. Fabian. *de emptio. q.* 1. *num.* 68. Rolan. *consil.* 54. *nu.* 33. *vol.* 3. Anchar. *q.* 79. *num.* 2. *part.* 1. Borgnin. *decis.* 44. *num.* 19. Federic. Scott. *respons.* 4. *num.* 18. *vol.* 1.

6 Limitatur primo *l. executores*, vt procedat, quando adsint alia bona, quę capi possint, alias secus, quia & talia capi poterunt, *gl. in d. l. executores*, quam ibi sequitur Ange. Rip. de pest, *num.* 221. *vers. item boues.* Plot. *de in litem iuran §.* 43. *in fi.* & secundum primam impressionem, *num.* 712.

7 Vltra quem idem tenet Marsil. *de fideiuss. num.* 201. inferens ex hoc limitationem glos. singularem, in l. nepos Proculo, *ff. de verb. signif.* volentem arma militibus, clerico breuiarium, & scholari libros non esse auferendos, quia non procedit, si alia bona nõ habeat, dicens hoc in practica valde notabile. Specu. *de execu. senten. §. sequitur, in fine.* Maran. *de ordin. iud. par.* 6. *actu* 3. *num.* 46. Hora. Luc. *de priuil. schola. priu.* 32. Duenn. *reg.* 275. *limit.* 5. Gomes. *in §. item Seruiana, num.* 30. Afin. *in pract. §.* 3. *num.* 33.

8 Contrarium tenent Pet. Cin. & Alber. *in d. l. executores*, Negusan. *de pign. par.* 2. *membr.* 3. *num.* 49. Iacob. Menoch. *de arb. iud. lib.* 2. *cent.* 4. *cas.* 278. *num.* 10. ea ratione, quia militat eadem ratione agricultura impediatur. Rebuff. *de priuile. scola. priu.* 13.

9 Conciliantur opiniones a Ripa *de remed. præser. pestis, num.* 221. vt prima opinio procedat quando prædium non esset rustici, & ipse haberet solum boues, & instrumenta, prout in Italia, & comitatu Tudertino, alias procedat secunda opinio.

10 Quæ distinctio non videtur iure probata, & semper militat eadem ratio impedimenti culturæ. Quid si sponte ab agricola, vel colono offeratur? adhuc est locus dispositioni *d. l. executores*, quia hoc non est inductum, nisi in beneficium publicum agriculturæ, cui colonus præiudicare non potest, *vt no. d. l. executores*.

11 Quid si non sumus in prædijs tributarijs, vtique idem, quia militat eadem ratio, & hæc est communis opin. Rip. *de rem. præseru. pest. nu.* 22.

12 Et procedit in quolibet pignore tam ciuili, quam prætorio. Negus. *vt sup. num.* 49.

13 Limitatur secundo loco *l. executores*, vt non procedat quando boues capiuntur, vt alia bona colãtur, & ex hoc videtur deserí agricultura. Ita in specie, non in genere, cum alia bona colantur. Plot. *in dicto §.* 43. quem mordet Menoch. *in d. cas. nu.* 14. quia hoc casu de facili fieret fraus: dicendo vt ad aliam culturam redigeretur.

14 Sed certe isti fraudi de facili bonus iudex occurrere potest obligando emptorem, vel creditorem ad hoc faciendum.

15 Limitatur tertio ex Menoch. vt supra, quando instrumenta rusticalia sint ad hoc destinata, sed nondũ in vsu posita.

16 Cui aliquantulum repugnare videtur regula destinationis, de qua dixi *ad regu. cum quid, part.* 2. *ampliatio.* 2. Ant. Gabr. *de præsumpt. concl.* 12. maxime in fauorabilibus, prout in casu nostro.

17 Practicando tamen hoc casu datur iuramentum in litem, tam ob deteriorationem bestiarum, quam ob tempus amissum, & damnum culturę. Alex. *consil.* 103. *vol.* 1. Plot. *de in litem, §.* 53. *num.* 12.

18 Limitatur quarto, quia tales leges hodie non sunt in visu, vt per Salicet. *in d. l. executores*. Negusa. *vt sup. num.* 49. & passim vides in hisce calamitosis temporibus nedum boues, sed colonos, capi, & vxores in domo in plateis, nec est locus securitati.

19 Et idem attestatur Florentiæ non obseruari in debitis publicis. Afin. *in pract. §.* 31. *limita.* 33.

ADDI-

ADDITIO.

☞ *Regia Cancellaria concedit ad culturam, datat autione de non macellando. Vincent. de Anna. singular. 66.*

QVÆSTIO XXI.

Pulchra est quæstio, nec a Negusa. (prout ego vi. derim) pertractata, an locator pro inuectis, & illatis præferetur anterioribus creditoribus, & eã vidi sæpius in facto euenire in colonis, qui in laboritio cõtrahunt multa debita, & locator vellet præferri.

1 Pro parte negatiua facit vulgaris regula. Prior in tempore, potior in iure.

2 Prima igitur conclusio sit. Quando conductoris bona sunt in instrumento obligata pro pensione, vel fictu, censentur a principio affecta, vel obligata, adeo quod locator præfertur quibuscunq. alijs creditoribus posterioribus in bonis, & fructibus, quia il. la obligatio retrotrahitur a die contractus, & obligationis pro tempore futuro. Alex. de Neuo. *consil. 95. nu. 7.* Ferrant. Cargia. *patroc. 64. n. 7.* Roder. Soarez. *in l. post rem iudicatam in declarat. regni, limit. 7. n. 4.* Dini *cons. 4.* Cepha. *cons. 157. num. 47. vol. 2.* Her. de Monte *q. 24.* Borgnin. *de vsufru n. 71. & decis. 28. nu. 12. & decis. 44. num. 46.* Tiber. Dec. *cons. 109. nu. 23. vol. 2.* Ioan. Guti. *Alleg. 4.* Bologne. *39.* Alcia. *respon. 15. lib. 5.* commendat Borgn. *decis. 27. num. 23. par. 2.*

3 Ampliatur vltra alios, vt præferatur etiam mulieri in dote posteriori habente expressam etiam si post instrumentũ mulieris fiat instrumentum calculi inter locatorem, & conductorem, quia hoc refertur ad primum. Bell. *cons. 87. num. 16.* vbi in facto consuluit,

4 Secunda est conclusio. Si domus locator ad habitandũ tantum, & tunc non præfertur: aut ad conseruandum, vt horreum, apotheca, & similia, & tunc præfertur. Bar. *in l. interdum, num. 2. ff. qui potiores in pign. habeantur.* Ial. *in l. item quia, num. 2. ff. de pact. in §. item Seruiana, num. 60. de actio, decisio. Perusi. 84. p. 2.*

Addo Firmia. in verbo, creditor, Stracch. *de mercat. tit. de naui, num. 30.*

5 Tertia sit conclusio. Mutuanti in refectionem domus est tacite obligata siue domino, siue conductori operi mutuata sit, *l. 1. ff. in quib. caus.*

6 Vidi in facto casum. Colonus fecit maiesas, postea ex impotentia seminandi discessit: dominus suis sumptibus seminauit, si appareant creditores prætendentes interesse in maiesis, tamen dominus præfertur ratione damni, & ita vidi iudicatum.

7 Quarta sit conclusio. Impensa funeris in morte coloni præfertur pensioni inuectis, & illatis. *l. at si quis, §. si colonus, ff. de relig. & sump. fun.*

Et in dubio instrumentum continens salarium, & mercedem Doctoren præsumitur prius factum. Ial. *in l. 3. ampliat. 3. num. 3. ff. sol. matr.*

ADDITIO.

☞ *Cremens. singul. 35.*

QVÆSTIO XXII.

Quæro, an locator dicatur possidere inuecta, & illata.

1 Pro parte affirmatiua facit *l. 1. §. si iusserim, ff. de acquiren. possess.*

2 Secundo pro hac parte facit, quia lex dicit, quod possidentur loco pignoris, *l. 2. ff. in quibus caus. pign. tacit. contrahatur.* ergo possidet *l. qui pignoris, ff. de acquir. possess.*

3 Tertio pro hac parte facit. Actio Serui ana competit pro inuectis, & illatis quasi iure pignoris, sed creditor possidet pignus, *§. Seruiana institutio. de actio, merito, &c.*

4 Et hanc opinionem affirmatiuam tenuit Azzo glossator *in l. solutam, §. solutam, ff. de pign. act.* Cin. *in l. certi iuris, q. 2. C. loca.* post longum discursum, ibi, concludamus autem, &c.

5 Pro contraria parte facit, quod ex quo non vidit, ne scit. non dicitur possidere, *l. 3. §. Nerua. filius. ff. de acquir. possess.* Secundo pro hac parte facit, quia deficit animus.

6 Et hanc opinionem tenuit Bar. *in d. §. solutam, nu. 7. in l. inquilino, nu. 3. ff. de dam. infect.* Bal. & Salic. *in d. l. certi iuris,* Sarmen. *de reddit. eccles. cap. 2. num. 19.* Menoch. dicens hanc veriorem opinionem *in 3. remed. adipiscen. possess. q. 5. num. 51. in fine.*

7 Referendo omnium opiniones limitatur primo, vt possidere dicatur post appræhensionem, non antea antea, *ex l. est differentia, ff. in quibus caus. pign. tacite contrahatur.*

8 Et *in d. l. notatur*, quod quando pensio non soluitur, licet appræhendere, & includere in cammera: vnde cautus eris.

9 Limitatur secundo, & hæc fuit opinio Petri de Bellaperti. qui a Cin. *in hac l. certi iuris*, appellatur verus legum indagator, aut fumus in prædio rustico aut vrbano, primo casu non possidet nisi corporaliter apprehenderit, cum pro illis competat Siluianũ, quod est adipiscendę possessionis: secundo casu sic, si ne aliqua inclusione *ex d. §. solutam.*

10 Limitatur tertio (& fuit opinio Bar. *in d. §. solutã. num. 6.*) quod vere non possidet, nec ficte ita vt competat aliquod interdictum recuperandæ, vel retinẽdę, sed tantum quod potest conueniri pignoratitia non patitur inquilinum res suas extrahere.

11 Limitatur quarto ex mente eiusdem Bart. in iam citato loco, sub *nu. 7.* quod post inclusionem locator possidet si res viderit, & tetigerit, alias non, ex *l. 3. § Nerua filius, ff. de acqu. poss.*

12 Limitatur quinto, vt pro inuectis, & illatis ius exequendi est limitatum, donec bona sunt in domo, & sic si extrahantur, ius exequendi amplius non cõpetit. Bart. *in l. creditores, col. 10. C. de solution.* Roder. Soarez. *in l. post rem iudicatam, notab. 9. num. 4.*

13 Collige ergo ex prędictis, quod locator potest propria auctoritate includere inuecta, & illata si petio in tempore non soluatur, & post inclusionem efficitur possessor, si res viderit, & tetigerit, & si pensione soluta conductor impediatur extrahere competit sibi pignoratitia, & directum Saluianum competit pro rebus coloni, vtile pro rebus inquilini, *vt no. in l. 1. ff. & C. de Saluiano interdicto.*

14 Et ex discursu in hac materia *l. certi iuris*, consequenter constat vnum ex remedijs, quod locatori competit, quod est Saluianum interdictum: vbicunque enim concluditur inuecta esse obligata, infertur quod datur Siluianum interdictum, prout videri potest,

test, & est facile, & frequentissimum remedium, vt practica quotidie docet.

QVAESTIO XXIII.

1 QVAERO, est conuentum cum colono, vt inuecta sint obligata, donec merces soluatur, si dedi fideiussori rem, erit ne resolutum ius pignoris; Videbatur quod non, ex *l. item quaeritur. §. 1. ff. quibus modis pign. soluatur.* Contrarium videtur ex *l. final. ff. eodem.*

2 Conciliando dicitur; aut dixi donec fuerit solutum, vel alias satisfactum. Primo casu non liberatur pignus. Secundo casu sic. *ita gl. in d. l. fi.*

QVÆSTIO XXIV.

1 QVæro moritur inquilinus, an inuecta poterūt pro funere expendi. Vtique sic, tex. clarus *leg. at si quis, ff. de religios. & sumpt. fun.* & vidi quandoque in facto euenire.

Sed an pro salario medicorum, & alijs expensis, & medicinis, vtique idem. Vinc. Franc. *decis. 51. nu. 6. q. 25.* Quid in nominibus debitorum inuectis. Vtique, nec censentur tacite obligati, Bal. *in l. Caius, ff. de le. 2. eo. tit. de inuectis. q. 65. ponatur.*

An locator poterit propria auctoritate includere, & serrare inuecta. Vtiq: *sic. l. vtique, ff. de damn. infect. in l. licet, ff. in quib. casibus pign. tacit. contrahatur.*

Ampliatur etiam, si essent in domo tanquam alienatę, & traditę. Bar. in *l. creditores, sub n. 24. C. de pign.* vbi ius est limitatum donec sunt in domo, ex hac propria auctoritate.

De vsuris.

SAEPISSIME contractus redduntur fictitij, simulati, & illiciti ex contractu locationis eisdem interto, sæpissimeq. contractus met ipsius locationis, & conductionis redditur vsurarius, & suspectus ex pactis minus licitis: serpit enim vsura per contractus more morbi falsi, vel adulti, propterea ad propositum tantum, materiæ locati, & conducti, de qua agimus, ponam aliqua vtiles, & practicabiles quæstiones.

ADDITIO.

☞ *Mago Rot. Florent. 92. nu. 16.*

QVÆSTIO I.

PRACTICABILIS est quæstio *ad l. sicut, §. final. ff. loca.* vendo fundum pro certo conuento precio soluendo intra tot annos, & interim loco sub pensione, licebitne?

1 Et prima facie videbatur vsura; nam ea quo erat re vendita, & habita fides de pretio, & tradita, est translatum dominium in emptorem, *l. traditionibus. C. de pact. §. per traditionem. Instit. de rerum diuisione.* ideo de re sua pensionem soluere non tenetur, & si solueret, esset vsura.

2 Et ex hac ratione hanc partem tenuit Vero. caute. 125. reputans hanc cautelam satis periculosam. Deci. *cons. 199.* Rim. in *cons. 450. numer. 13.* Rebuff. *de excep. num. 66. in fine.*)

3 Contrarium tenet Castrens. *in l. sicut, §. fin. ff. locat.* subdens quod istæ vsuræ sunt licitæ, & subintrant loco vsurarum propter moram pretij non soluti, iuxta *leg. curabit, C. de act. empt.* Clarius hoc idem explicat, & confirmat Alex. *cons. 125. vol. 5.* sequitur, & notabilem casum dicit Decis. *cons. 312. colum. 2. num. 4. & cons. 440. col. 1.* Rip. *respon. 22. num. 13. & tit. de oblationibus, libr. 2.* late Anton. Rouescal. *in scol. ad* Alex. *super hoc consil.*

Addu ab eo non allegatos, & pulchre in materia loquentes Anto. Gabr. *de emptio. & vendit. conclus. 4. num. 25. & 26.*

ADDITIO.

☞ *Mago. Rota. Florent. 92. num. 15. 16.*

4 Cui pariter addo Craue. *cons. 189. nu. 8.* Socin. iun. *cons. 66. lib. 2.* Nat. *cons. 494. & cons. 304.* Pari. *cons. 41. numer. 8. & 9. lib. 1.* Grat. *cons. 78. libr. 1.* Gozzadin. *cons. 55. lib. 1.* Bero. *consil. 187. numer. 7. & 22. libro 1.* Alpha. *reporta. 18 1. in verbo, interesse.* Bursat. *cons. 11. numer. 14. lib. 1.* & hæc est communis opin. Ioseph. de Ludoui. *conclus. 56.* Franc. Marc. *decis. 891. nu. 3. par. 1.* Riminal. *cons. 87. libr. 1. & 319. numer. 19. lib. 2.* Magon. Rot. Luc. *31. numer. 9.* concludens vlterius licere apponere pactum, vt elapso termino, & pretio nō soluto, vendere liceat mercede nullatenus ex computata. Ploi. *de in lit. iur. §. 4. numer. 60.* Fabian. *de empt. & vend. q. 7. princip. sub numer. 14. vers. sequitur tertium;* & hęc opinio est verior, & magis communis Soc. iun. *cons. 60. nu. 7. lib. 2.* Couarr. *var. resol. lib. 3. c. 4. illat. 6.* Io. Lup. *de vsur. ad l. curabit, §. 7. numer. 145.* Anchar. *q. 33. par. 2.*

ADDITIO.

☞ *Mago. Rota Florentin. 92. nu. 15.*

5 Ampliatur hæc conclusio vltra supranominatos, vt procedat etiam de iure canonico. Abb. *cons. 66. lib. 1.* & vocatur locatio ad franchisiam. Ias. ad Port. *in §. fin. littera F. Inst. loca.*

6 Ampliatur secundo, vt nec pensio computetur in sortem. ita Castrē. *in d. l. sicut, §. fi.* cōtra Bar. & alios.

Ampliatur tertio, licet ex fundo nihil percipiatur, adsit tamen facultas percipiendi. Socin. *consil. 103. & 109. lib. 1.* Cagnol. *ad d. leg. curabit, num. 60.* Ioseph. de Ludo. *in allegata conclus.* vbi docet in practica, quod in dubio præsumitur pro taxa, & conuentione facta, & allegant incumbit onus probandi, non quod taxa sit illicita, quia in hoc non audiretur, sed bene quod sit excessiua, nec retardabitur executio instrumenti per exceptionem, quod taxa sit excessiua, sed tenetur soluere, postea probare. late in materia Rui. *cons. 73. volum. 1.* Couar. *varia. resolut. lib. 3. capitul. 4.* Lupus de *vsur. §. 7.* qui omnes plures casus considerant in materia vsuræ compensatoriæ. Vnum tamen apposui, qui loquitur ad propositum, & in terminis locati, de quo agimus.

Ias. in leg. si testamentum, numer. 34. C. de testament. cons. 170. vol. 2. Dec. *cons. 399. numer. 8. 448. numer. 23.*

Socin.

Socin.iun.*consil.77.num.47.lib.*1.Curt.iun.*cons.*137.*num.9.*Crauet.*cons.*38.*num.*5.862.*num.6.969.nu.14.* Tiber.Dec.*respons.32.nu.64.respons.67.nu.15.lib.3.*

7 Et non separando materias ad intelligentiam *d.l. sicuti, §.fina.* & materię locati & conducti, dicitur, quod in casu *d l.§.fi.*re perempta, vel propter sterilitatem nulla fit remissio mercedis, ex quo per venditionem est translatum dominium, & sic periculum est emptoris, vt ibi glos. & Docto. animaduertunt. Et Mozz.*de loca.& conduct.in verbo,accidentalia,nu.*38. & sic pręualet, & est maioris potentiæ contractus venditionis includens, quam contractus locationis inclusus, & idem est emptor dominus, & conductor, & in hoc casu ad inuicem cōpatiuntur. Boss. *de remiss.merce.condu.num.*102. vbi dicit hoc esse stupendum, & admirabile dictum.

Declara secundum aliquos, aut vēditio est perfecta, & cōuentio non valet, aut sumus in sola promissione de vendendo, & valet, quia periculum est penes venditorem. Siluest. *in verbo vsura,2.q.11.in fin.*

Declara secundo translato dominio non valet, secus eo non translato. Abb.*cons.66.vol.1.*Soc. *cons.176.in fi.*Dec.*cons.119.col.fi.*Ruin.*cons.73.col.2.vol.1.* Vnde solet paciści, vt interim dominium non intelligatur translatum.

Declaratur tertio, quando est data dilatio ad soluendum, quo casu conuentio valet, secus si sit dictū, vt soluatur singulis annis, quousq; pretium soluatur, quia hoc prohibitum est. Socin.*cons.176.in fine.vol.*1.Paris.*cons.60.num.21.volum.*1.Et conueniri potest, vt venditor percipiat fructus post terminum solutioni appositum. Archiepiscop.Florent.*in 2.p.summ. tit.1.c.7.§.21.*

ADDITIO.

☞ *Declaratur quarto dummodo promissio fiat nomine fi. ctus, & non interesse.Dec.cons.119.Sub nomine 12. Ma. scard.conclus.933.num.33.*

QVÆSTIO II.

1 Pone quod quis locauerit alicui rē suam per annos quinque pro certa mercede, postmodum rē ipsam vendiderit, & licet in instrumento fateatur se recepisse precium, re vera tamen non accepit, cum emptor in alio instrumento confessus fuerit se pretium debere venditori, quod soluere promisit ad quinque annos, & interim pensionem locationis prius conuentæ soluere, an tunc venditor licite mercedem recipiet?

2 Abb.*cons.5.lib.1.*credebat venditorem in casu isto debere computare mercedem illam per quinque annos sibi solutam in sortem precij, quasi per venditorem dominium fuisset translatum in emptorē, quod secus fuit Soc. *cons.130.num.1.lib.4.*

3 Contrarium est verius, & licite isto casu mercedē recipit, nec in premium compensat, vt late deducit Couarr.*var.resol.lib.3.c.4.illatio.11.*vbi falsum asserat Abb. consilium, & responsum, nec modo vllo substineri posse sequitur Lup.*in tracta.de vsur.§.7.nu.*150.Et prædictis consonat Nauar.*de vsu.no.17.n.59.* vbi tenet licere venditori, donec preciu soluatur accipere aliquid loco interesse, declarādo, vt ibi per eū.

QVÆSTIO III.

1 Quid econtra? Et præsumitur vsurarius contractus si bona locantur pro multo minori pensione, quam valerent. Bald.*cons.311.colum.2.libro 5.* Veron.*de simula.contrac.præsump.17.& 16.*Crauett. *consil.56.numer.11.*Mascard. de proba. conclusione 442.*n.*1.

ADDITIO.

☞ *Crauc.consil.156.num.12. Cephal.cons.198.num.23. lib.2.decis. Auenion.129 num.8.*

2 Addo Pinell.*de rescin.vendi.l.2.par.2.c.4.num.23.* Bertaz.*cons.229.num.11.lib.1.*Rube.*cons.20.*Apostil. ad Affli.*decis.20.* Gem.*cons.16.*Borgn.*decis.1.num. 75.83.decis.2.num.320.decis.31.num.56.part 2.*

3 Præsumptio secunda locationis contractus præsumitur etiam simulatus, quando interuenit læsio, seu deceptio. Veron.*de simulat.contract. in principio vers. tertio casu, &c.*

Vnde si emi a te fundum centum, eumque tibi locaui iusto pretio, & feci pactum de redimendo quandocunque pro maiori pretio, quam fuerit emptus, dicitur simulatio.Veron.*præsump.*4.idem si plus exigatur prout *in præsump.quin.* late in materia Menoc. *de præsump.lib.3.præsump.22.num.8.cum seq.*

4 Præsumptio tertia locationis contractus præsumitur simulatus, si contingat læsio in aliqua expensa, quæ spectaret ad ipsum emptorē pariter & locatorem, & ipse vult quod illa expensa spectet ad primū venditorem, cōductoremq; puta quod quandocunque conductor retroemere voluerit, teneatur soluere omnes expensas, vel cartarum, vel instrumentorum, vel similes, vt per Veron.*præsump.6.* & alia plura exempla ponuntur late per Borgn.*dec. 32.num.57.* cum multis seq. Abb. *consil.76. colum.2. vers.4. præsump.lib.2.* Alexand.*consil.54.num.2.lib. 6.* Tiraq. *de retract. conuentio.§.6.glos.2.in fin.* Paris. *cons.55.num.56.lib.1.* Bertran. *cons.186. in fine 287. in fin.lib.2.*Bero.*cons.165.n.14.169.n.7.lib.1.* Natt. *cons.298.num.13.lib 1.* Iaco. Menoch. *de præsump.lib. 3.præsumpt.122.num.57.*

Et varia in hoc a scribentibus, citantur exempla. Primo, quando conuentum est, quod quandocunque venditor reemeret, teneatur soluere omnes expēsas instrumentorum inter se factorum cum tamen ipse primus emptor teneatur pro instrumento suæ emptionis, & venditor pro instrumento suæ reemptionis solum pro impensa instrumentorum vt per Alberi.*in l.eos,in fine,C.de vsur.in l.dissoluta.C.de condict. ex lege,* qui testatur vsu receptum vt is, qui acquirit soluat impensam instrumentorum.

Secundū exemplū, si emptor paciscatur, q̄ venditor, reemēdo soluat omnes gabellarū impensas etiā partē emptoris, iuxta *l. dēt,* Vbi Veron. *de ædil.edict.*

Tertium exemplum, vt venditor soluat omnia laudemia etiam partem emptoris.

Declaratur hęc, hic exempli, & similib. nisi fuisset numeratum plus iusto pretio venditori ad effectum prædictū, vnde cautela est, vt in instrumento id asseratur de partium consensu ob id, vt venditor soluere prædictas impensas.Meno.*in citato loco, num.59.*

Subdeclara, nisi in regione sic communiter paciscí

Gg consue-

consueuerit. Rui. *cons.* 16. *nu.* 11. vers. præterea in casu nostro, *lib.* 4.

Quartu in practica exemplum, & persona emptoris locat, scilicet, ex Cepoll. *citato loco, numer.* 39. *vers. de secundo*, emi a te fundum centum, valoris centum quinquaginta, cum pacto de reuendendo eodem pretio non vero, ac iusto. Soci. *cons.* 143. *in fine, lib.* 1. Anchar. *cons.* 257. *nu.* 2. Hiero. Gab. *cons.* 74. *num.* 5. *lib.* 1. Io. Lup. *in l.* 2. *par.* 2. *§.* 1. *nu.* 43. *C. de pact. inter empt. & vendit.*

Quintum exemplum si fiat conuentio, quod si venditor non redimat pretium infra certum tempus conuentum, & emptor suppleat venditori centum aureos. Bald. *cons.* 322. *col* 2. *lib.* 3.

Quod solum non sufficit, nisi alijs concurrentibus, vel læsio sit magna. Hieron. Gabr. *in allegato consil. num.* 24.)

Et læsio in materia locati & conducti, circa fictũ potest multis modis contingere, vt per Veron. *præsumpt.* 3.

5 Præsumptio quarta; locationis contractus præsumitur simulatus, illicitus, & vsurarius, si fiat pactum contra naturam contractus, *l. qui testamentum, & leg. qui tacitum, cum ibi no. de probat.*

Et in hoc quoque casu multa referri possent exempla. Primum est, si conductor det subuentionem, & mutuet locatori, quia hoc non est solitum, nisi maiori tempore solito, & minori pensione bona locentur. Geminin. *cons.* 16. Petr. de Vbal. *de duobus fratr. par.* 4. *num.* 8. Alex. *in l.* .... *§. mutuum, nu.* 20. *ff. si cert. pet.*

Secundum, quod conductor possit facere qualcunq. expensas, & melioramenta, & quod teneatur locator statim illa liquidata solo iuramento conductoris soluere, & excomputare singulo anno in fictu ad rationem, & computum solutionis, quia melioramenta sunt soluenda in fine non quolibet anno, & prout valebunt tempore restitutionis, prout diximus in materia melioramentorum.

Tertium exemplum, si fiat pactum, quod locator ponat omnia semina pro primo anno, & postea conductor in fine habeat relaxare, deinde, quod semina posita per ipsum conductorem in fine conductionis, quæ excedunt semina data per locatorem, dictus locator teneatur, antequam recuperet possessionem restituere conductori, aut illa soluere ad electione conductoris: Borgni. appellans pactum diabolicum. *decis.* 32. *nu.* 60. *par.* 2.

Quartum, quando fiat pactum, vt in casu belli, pestis, & ruinæ teneatur locator facere restaurum in eo quod vere passus non fuerit, habita ratione ad ratam fictum omnia dispositione iuris communis, & ante finem locationis, quod illicitum est. Bella. *cons.* 45. *nu.* 10. Roma. *singul.* 389. redditus. Paril. *cons.* 38. *num.* 12. *vol.* 1. Neuizz. *cons.* 90.

Quintum, quod finita locatione, debeat soluisse omnia melioramenta, & pecunias datas mutuo, alias quod possit retinere dicta bona, donec soluantur hæc omnia, & quod fructus sint loco damni, & interesse, contra *c. consuluit, de vsur.* *Pedem.* 137. *n.* 6. 7. Ceh. Hug. *cons.* 104. *nu.* 3. late Mascard. concl. 443.

Sextum exemplum quando fictus, & responsio soluitur in vestibus, & similibus modis insolitis, prout superius diximus.)

Subdeclara, nisi in regione sic communiter pacisci

6 Præsumptio quinta. Clausulę insolitæ arguunt cõtractum locationis illicitum, sicut quemlibet aliũ contractum, qualis ille sit, *vt not. l. si quis sub conditione, ff. de condit. institut. in l. emptione, Cod. plus valet quod agitur.* Guid. Pap. *quæst.* 340. *& cons.* 31. *numer.* 9. Bald. *in cap. quia verisimile, de præsumpt. & consil.* 75. *&* 241. *lib.* 2. Castr. *cons.* 337. *col.* 3. *vol.* 1. Cur. sen. *cons.* 73. *num.* 33. Veron. *de simula. contract. præsump.* 9. Ias. *in l. testamentum, C. de testam. num.* 7. Afflict. *de iur. protomi. col.* 5. *vers. nisi quis dicat.* Alex. *cons.* 38 *col.* 2. *nu.* 8. *vers. nec obstat, si dicatur, lib.* 5. vbi Parisi. apostillantes dicũt, vbi abundantior cautela, ibi euidentior fraus, ex Bald. *in c. ex litteris, col.* 2. *in fine. de consuetu. & cons.* 487. *apparet. lib.* 1. Petcantiane. *sing.* 77. Aluis. de Alber. *sing.* 143. Ann. *in pract. §.* 19. *cap.* 3 *lim.* 18. Fe. in. *in c. ex parte, in verbo stilus, de rescrip.* Ias. *in l. Stichus, §. idem quæsiuit, ff. de condict. indeb.* Alexand. *ad Bart. in l. Iulianus, §. offerri, ff. de condic. inde.* Vant. *de nullit. & defe. citationis, num.* 78. Cotta *in verbo clausula insolita* Ant. Rouescal. *ad* Alex. *consil.* 28. *in verbo clausulæ insolitæ, lib.* 5. Menoch. *de arbit. iudi. cas.* 225. *numre.* 18. Sebast. Medic. *de reg. iur part.* 2. *numer.* 101. *littera V.*

Ias. *in l. si testamentum, num.* 3. 4. *Cod. de testamen.* Curt. *consil.* 170. *num.* 1. *vol.* 2. Dec. *consil.* 399. *num.* 8. 448. *num.* 23. Socin. iun. *consil.* 77. *num.* 47. *lib.* 1. Cur. iun. *consil.* 137. *num.* 9. Crauett. *consil.* 38. *num.* 5. *consil.* 56. *num.* 19. Soc. sen. *consil.* 215. Fel. *in c.* 2. *de rescript.* Barbac. *cons.* 16. *col.* 3. *lib.* 2. Bursat. *cons.* 66. *numer.* 16. Mascard. *conclu.* 1004. *num.* 64.

Addo bene loquentes Aret. *consil.* 16. *num.* 6. Neui. 33. *cons.* 8. *num.* 63. Alciat. *respon.* 462. *num.* 10. Crauet. *consil.* 862. *num.* 6. 969. *nu.* 14. Tiber. Decian. *respons.* 32. *num* 64. *respons.* 67. *num.* 15. *lib.* 3. Menoch. *consil.* 1. *num.* 338. *vbi num.* 331. declarat quæ dicantur clausulę insolitę. Natt. *consil.* 398. *nu.* 12. Tiraq. de retract. conuentio. in præfatio. *num.* 71. late Menoch. *de præsumpt, lib.* 2. *præsumpt.* 122. *num.* 64. cum seq. vbi in terminis locati & conducti, affert exemplum, puta si dicatur, quandocumque conductor dabit, aut soluat fictus rerum venditarum teneatur locator facere instrumentum venditionis, Veron. *de simulat. contract. vers. octaua conclusio, num.* 47. quę præsumptio sola non est sufficiens, sed iunctis alijs. Hier. Gab *consi.* 74. *num.* 25. *vers.* 2. casu, affert ad propositum materiæ locati & conducti. Verone. aliud exemplum, *num.* 48. quando actum est, vt pro domo locata venditori pręstetur vinum, vel oleum, vel quid simile nam, est pensio insolita in domibus vinum, vel oleum. Afflict. *in c.* 1. *nu.* 43. *de feud. dat.* in vicem legis commissor. late etiam repetit. Menoch. *lib.* 5 *præsumpt.* 3. *num* 103. dixi ad Regul. *cum, quid, limit.* 8. *num.* 29. *par.* 1.

7 Sicut clausulæ intricatæ. Decian. *consil* 105. *num.* 22. *volum.* 2. Crauet. *consil* 491. *num.* 14 *vol.* 3. Rolan. *cons.* 40. *num.* 34. *vol.* 2. Stm. de Pret. *consil.* 138. *nu.* 20. Neu 22. *consil.* 8. *num.* 63. Franc. Becc. *cons.* 72. *nu.* 26. Ioan. de Amic. *cons.* 107. Borgn. *decis.* 2. *n.* 22. *& decis.* 13. *num.* 19. *part.* 2.

8 Pręsumptio sexta diligentia insolita arguit simulatione. Dec. *consil.* 448. *num.* 23. multoque magis arguitur suspicio, si fiant instrumenta separata. Corn. *cons.* 41. *col.* 2. *lib.* 3.

9 Præsumptio septima. Arguitur simulatio si locator noluit contractum posse dissolui, nisi post certum tempus.

tempus. Veron.*præsumpt.* 10. sicut econtra, quod teneatur retrouendere vsque ad certum tempus, vt per eundem præsumpt. vndecima.

Bal.*consil.*488.*lib.*1.Castrens.*consil.* 109.*versi. sunt etiam alia.lib.*2. Abb.*consil.* 76.*num.*2.*libro* 1. Alexand. *consil.* 109.*in fine,lib.*4.Guid.Pap.*q.* 576.Ias.*consil.* 150. *num.* 1.*lib.*4.Tiraq.*de retract.conuention.*§.4.*gl.*2. *num.* 69.Crauet.*consilio* 156.*num.* 5.Cagnol.*in l.*2.*num.*6. *C. de pact.inter emptor.& vendit.* Neuizz.*consil.*88.*nu.*4. Didae.*lib.*3.*var.resolution.cap.*8.Lup.*in l.*2.*par.*2.*numer.*4.qui alios recenset Decian. *respons.*2.*nu.*17.*libr.* 2. & 205.*nu.*21.*eod.lib.*Hieron.Gabr.*cons.*74.*n.*5.appellans coniecturam verissimam.

Declara hanc coniecturam solam non sufficere, sed iunctis alijs sufficere ad probandum Cepoll. in citato loco,*numer.*50.qui sic intelligit Bald.*in capit.*1.*de feud.dat.in vicem legis commissor.*Soc.*consil.*248. *col.*4. *versic.*4.*lib.*2.Ias.*cons.* 153.*lib.*4.Crauet.*cons.* 156.*nu.*5. Angel.*in verbo vsura,*1.*numer.*57.Corrad. *de contract. quæst.*83.*concl.*8. Tiraq.*de retract.connext.*§.1.*gl.*2. *nu.* 7.Parisien.*de vsur.nu.*352.*in fine.*Cagnol.*in d.l.*2.*num.* 60.vbi Lup.*in* 2.*par.nu.*40.*vers.intelligas tamen.* Decian.*d.cons.*2.*nu.*131. qui late explicat Gabr. *cons.*74. *nu.*6 *lib.*1.

Pariter est præsumptio illicitus contractus,vt emptor teneatur reuendere venditori, vsque ad certum tēpus,quo elapso sit in ipsius facultate, quod emptor remaneat liuellarius perpetuus. Hostiens.*in summ.de vsur.*§.*fin.nu.*20.

Licet valeat pactū licere redimere venditori post tempus,vel conditionem si vellet. Cepol.in citatō loco,*nu.* 51.*versic.adde* post Bal.)

10 Præsumptio octaua. Simulatio etiam est si quis venderet fundum alicui,qui postea locaret in perpetuū. & esset appositum pactum de retrouendendo, vsque ad certum tempus,quia videtur,quod venditor,idemque conductor non habuerit animum vendendi, ex quo sperat vsque ad illud tempus retroemere, late Vero. præsump.12.& hoc quando locatio facta esset leuiori pensione,quam alijs esset solitum. Pinel.post Nauar. *de rescind. vend.l.*2.*par.*3.*c.*4.*nu.*22. Tiraq.*de constit.p.* 3.*limit.*9.*nu.*3.& 10.

In hac tamen præsumptione locationis, in perpetuum cum pacto de retrouendendo, vsque ad tale tēpus,vel in perpetuum cōsiderari possunt aliqui casus ex mente Veron.*n.*54.*versi.circa quod.*

Primus est, quando agitur de præsumendo contra venditorem, hoc in casu maior præsumptio oritur, quando pactum de retrouendendo est in perpetuum, quia signum est voluisse potius pignorare quam vendere,ex quo voluit concessam esse redimendi facultatem in perpetuum,si enim esset pactum vsque ad tale tēpus,saltem significaret se post illud tempus habuisse animum vendendi,dominiumque abdicandi.

Secundus est casus de præsumendo contra emptorem,qui facit pactum de reuendendo,perpetuo,sic tamen volente ipso venditore,qui nolebat aliter vendere,hoc casu nulla est præsumptio contra emptorem, vt per Veron.in citato loco, *num.*54.& 55. quia credendum est emptorem minus libenter sic pepigisse, cum verisimilius sit, eum potius voluisse promittere ad certum tempus,ne res staret semper in suspenso, & experientia docet in istis pactis de redimendo in perpetuum,res deteriorantur,quia nulla fit impensa, vel melioratio libenti animo timore istius perpetuitatis prout fit in bonis ecclesię,quę semper sunt campanię apertæ,domus ventorum,& solis amicissimæ.

Tertius est casus, quando agitur de præsumendo contra emptorem,qui fecit pactum de reuendendo, perpetuo,sic rogante venditore, qui voluit quod pactum esset perpetuum, vel saltem ad certum tempus, & ipsi emptori placuerit,promittere perpetuo,hoc in casu dicendum est nullam esse præsumptionem contra emptorem,cum potius sit gratia,et liberalitas quę fit venditori, Veron.qui supra,*num.*55.*versic.aut venditor.*

Quartus est casus, quando agitur de pręsumendo contra emptorem, qui fecit pactum de reuendendo perpetuo,venditori,qui non magis sibi promittit perpetuo, quam ad certum tempus reuendi, & ipse emptor ob amicitiam,quæ cum venditore intercedebat, sic promisit perpetuo vendere,hoc casu dicendum est nullam esse malam præsumptionem contra emptorem,ita Cepoll.*num.*55.versic.ratione,de qua in præcedenti.

Quintus est casus, quando agitur de pręsumendo contra emptorem, qui fecit pactum de reuendendo, perpetuo ipsi venditori, non roganti, nec cogitanti, sed quia ita emptor voluit, hoc casu præsumptio est contra emptorem, quod noluerit emere, sed pignori dare,ita Cepoll. *in citato loco, nu.*55. *vers. aut emptor facit pactum*, vbi *num.*56.*ex sententia* B. Bernardini concludit,melius esse quod fiat pactum,de vendendo ad tempus certum, quam perpetuo, & tempus certū sit septennium. Menoch.*de præsump.lib.*3. *præsumpt.* 122.*nu.*76.)

11 Præsumptio nona. Altera verisimilis præsumptio est,emptor pariter, & locator non curauit informationem recipere de qualitate,et valore rei emptę,sed solum attendit,ve venditor conduceret,& hoc solum curauit.Vero.*præsumpt.*8.solent enim diligentes emptores benè informare de qualitate, & valore rei emptę,ne suum iactare videantur. Gemin.*consil.* 17. Borgn.*decis.*32.*num.*6.*part.*2.ibi admodum damnat locationem pro minori pensione, quam ab alijs reperiatur.

Declara,vt sit leuis coniectura,nisi in loco sit solitum locare pro iusta pēsione,cum in multis locis hoc non attendatur,& sibi imputet locator, prout Verbę ne obseruari testatur Cepol.in citato loco Afflict.*de feud. dat.in vicem legis commissor.c.*1.*nu.*41.

12 Præsumptio decima. Si contractus locationis & conduct. non fiat clam,& in occulto. Qui enim male agit odit lucem.Cano.periculosum,18.*q.*2.*glos.in cap. consuluit,de off.delegat.*Bart.*in l.post contractum,versic. quartus casus*,& ibi per alios Doct.*ff.de donat.* not.in l. *ab Anastasio ibi. non occulte, C.mandat. in l.dote, Cod. de donat.* Hinc dixit notabiliter Bald.*in l.fraus,ff.de le-*

13 *gibus*,quod instrumentum præsumitur, simulatum, si diu steterit occultum,quod est valde frequēs,& notandum,& habuit a Iacob.de Arct. *in l.filiaff.sol.martrim.*Mascar.*de probat.conclus.*297.Cotta.*in verbo palam.*

14 Præsumptio vndecima; Si fiat contractus locationis in loco solito fieri contractus fictitios, & simulatos,vel a persona solita huiusmodi contractus facere, vel vsuras exercere. De primo rōne loci,patet ex reg. *l.quod si nolit,*§.*qui assidua, ff. de ædil. edict.& leg.sem.*

per in stipulationibus, *ff.de regul.iur.* & superius alias vidimus. De secundo ratione personæ, *l.non omnes*, *§.a barbaris*, *ff.de re milit.regul.simel malus*, *libr.6.*Crau. *consil.73.nu.*38.Seraphin.*de priuileg.iur.priuileg.1.nu.*38.Mascard.*concl.*445.

Addo Castrens.*cons.*109.*col.*1. *vers.sufficienter*, *libro* 2.Cagnol.*in l.2.no.*50. *C.de pact.inter emptor. & vendit.vers.partem autem contrariam.*Natt.*consil.*198.*num.*20.*libro* 1. Crauet.*consil.*73.Menoch.*de præsumpt.lib.*1.*præsumpt.*15.*lib.*3.*præsompt.*122.*nu.*100.)

15 Solitus autem delinquere dicitur quibus, vel ter fecit, vt superius diximus in princ.dum de consuetudine attendenda posuimus, & not. *in l.3.C.de episcop.audientia*.

16 Et iuxta prædicta dicebat glos. *in l.cum allegas*, *C.de vsuris*, quod si in contractu celebrato per vsuraciũ apponatur pęna insolita, licet non appareat de vsuraria prauitate, tamen contractus pręsumitur vsurarius in tantum, quod non admittatur probatio in cõtrarium, quam glossam dixit singularem, *Bald.consilio* 114.*lib.*3.Alexan. *in l.diuortio*, *in princ. versic.videmus in simılib.ff.solut.matrım.*And.Sicuc. *in rubr.de fide instrument.col.*33.*ver.sed an possit*, & erit prima ampliatio.

17 Quod in practiea non seruatur. Roman. *in l.si duo. col.2.ff.de acquir.hæred.*Cott.*in memorab.in verb.clausula insolita*.

18 Ampliatur secundo loco tam id, quod dictum est *præsum.*11.quam etiam id, quod dictum est præsumpt.10.de celebrante contractum locationis, & conductionis clam, & occulte, vt ex hoc non succuratur rustico, mulieri, & militi, & similibus succurri solitis. Bar.*in l.1.in 1.& 2.lect.C.de interdic.matrim.*Tiraq.*de retract.conuent.in præfat.nu.*14.Mascar.*de prob.conclus.*415.*nu.*4.

19 Addo ab eo non allegatos, & bene in materia loquentes Roman.*sing.*722.*regul.est.* Fel.*in c.quoniam*, *colum.pen.vers.quinta conclusio*, *de constitut.& in c.quoniam.num.*12.*de simonia*.Abb.*in cap.cum ex iniuncto*, *de hæreticis*, *num.*5.Plot.*de in lit.iurand.§.*4.Menoc.*de arbitr.iudic.lib.*2.*centur.*2.*c.*194.*num.*17.Lupus *in allegato §.hæresis*, *fol.*10.*& in repetit.cap.per vestras*, *§.*18.*num.*25.Gomez.*in §.maleficijs*, *numer.*21.vbi falsu numero 20.*de act.*Paul.Ghirlan.*in tractat. de hæreticis*, *quæst.*14.Villand.contra hæreticam prauitatem, *quæst.*9. Didac.Segur.*in l.1.§.si vir*, *num.*116.*ff.de acquirend.possess.* & de his est tex *in l.fin.ff.de rit.nupt.*ad cuius intellectu conferunt tales allegationes, & Bellon.*consilio* 32.*numer.*10.Magon.*decis.*25.*nu.*23. Seraphin. *de priuileg.iurament.priuileg.*4.*numero* 16. vbi de testamento, matrimonio, & similibus clandestinis actis, & clam, & occulte quando aliquid ꝑri dicatur ponit las. *in l.clã ff.de acquir.possess.& in rubr.ff.quod vi, aut clam.*Deci. *in l.quo tutela*, *ff.de regul.iur.* Firm. *in verbo*, *clam*, nec dicitur clam fieri, cum testes, vel instrumenta conficiuntur. Cur.iun.*cons.*64.*nu.*2.*&* 3.Ruin.*cons.*14.*num.*10.*lib.*2.

20 Quod declara verũ esse, si postea publicentur, alias nec testes, nec instrumenta faciunt actum palam. *Ita* declarat Ruin.*cons.*128.*n.*5.*lib.*4.*cons.*51.*num.*15.*cons.*149.*n.*7.*lib.*5.

21 Nec clam dicitur fieri, quod fit scientibus vicinis Ioan.Lup.*in c per vestras*, *nu.*21. in 3. notabil. Aret. *in l.in ciuili*, *C.de sor.*Didac.*in epito. de spon.cap.*6.*sub nu.*

22 10.& cessare facit clandestinitatem, cum statim in loco oritur publica vox, & fama. Item ęqualitas generis & nobilitatis, & tractatus præcedentes, vt late deducit Caputaquens. *decis.*204. *par.*2. Item titulus Aret. vt supra.

23 Subampliatur hęc ampliatio ad propositum materiæ locati & conducti, de qua agimus, vt laboratores conducti in alieno ad laborandum non excusantur, si faciant clam, & de nocte, vt dicam suo loco, tradit Plot.*de in litem iurand.§.*49.*numero* 27.*limitatione sexta*.

24 Declaratur hæc ampliatio de actu clandestino, vt non procedat si ex aliqua causa aliquid occulte fiat, prout vt plurimum fit ad tollendum impedimenta, quę præparantur, prout in matrimonijs sępe occurrit, & sic causa escusat a clãdestinitate. Veron.*de simulation. contract. præsumptione vigesima.* Crauet.*consil.*205.

25 Vidi in facto in materia locati & conducti, quod fuit facta locatio in occulto in cammera, ne quis grauaretur a potentiori ad locandum, forte pro minori pensione, & minus digno.

26 Et quod dictum est, vt rustici, & similes non excusentur in occultis fallit si qualitas facti, vel rustici aliter suadeat, & sic de iudicis arbitri remittitur. Menoc. in citato loco.

27 Ampliatur tertio pręsumptio de solito fœnerari, vt intelligantur, & verificetur etiam in eo, qui vtitur mediatore solito fœnerari, & inducere contrahentes ad faciendum contractus illicitos, & vsurarios. Vero. *de simu.contract.præsump.*21. monens ne vtamur similibus instrumentis.

Addo Affl.*in tit.de feud.dat.* in vicem legis commissor. Cardin. *in clemen.grandi. de vsur.* nam qualitas facti ex persona facientis præsumitur. Canon.absit 11. *quæst.* 3.cano.ea vindicta 23.*quæst.*4. gl.in canon. *flagellium*, 5.*quæst.*5.

28 Vnde actus per interpositam personam regulariter pręsumitur suspectus, *l.pupillus*, *§.sed et si per interpositam*, *ff.de auctor.tut.*

29 Ampliatur quarto idem si vtatur notario solito conficere instrumenta vsuraria, & illicita, licet contrahentes non essent soliti contractus illicitos facere. gioss. *in l.Iulianus*, *C.de probat.* vt faciunt superius adducta.

30 Et sic videmus quantum operetur bonum nomen, quod non sufficit in se si conuersemur cum improbis.

31 Limitatur primo si quis fundum vendar alteri nõ vsurario, nec solito facere vsuras, vel contractus illicitos, & ab eodem conducat cum pacto de retrouendendo, sed vsurarius postea emit ab illo emptore omne ius suum, quia talis contractus est licitus ratione principij liciti, quod attenditur. Laudens. *in clement.grandi*, & ibi Zabarel.*in §.cæterum*, *quæstion.*6. *de vsuris*.

32 Sublimitatur nisi de fraude quoquo modo doceret, vel constare posset. Mascar.*de probat.conclus.*445.*sub numer.*12.

33 Limitatur secundo, vt ista præsumptio quod sit solitus fœnerari, non sufficit, sed concurrere debẽt aliæ coniecturæ. Bald.*in leg.emptione*, *Cod.plus valere quod agitur*, *& in leg.interpositas*, *numero* 7.*Codic.de transac.* & tradunt pro regula iuris interpretes, quod multę sunt coniecturę reddentes contractum suspectum,

vt pacti

vt pacti de retrouendendo, & similes, sed nulla sola per se potens est, sed coniuncta cum alijs. Castrens. consil.66.nu.2.vol.2. nec sufficit in practica deducere solitum in genere, sed debet deueniri in indiuiduo ad contractum.de quo agitur. Ang.in l.ficut, §.superuacuam, ff.quibus modis pignus. Veron.de simula.contrac.præsump.23.nu.75. Anch.q.47. inferens, quod isto casu licita est sequestratio fructuum.

34 Considerandum est vlterius in præsenti materia, quod diligenter inspiciendum est, aut contractus locationis est factus ex interuallo, post vēditionem, vel incontinenti, & si partes venditionis tēpore egerunt tacite, vel expresse, vt fieret instrumentū locationis, vt late deducit Veron.de simula. contrac.in prin.

35 Cui addo, quod si incontinenti coram eodem notario, & testibus, vel paucos dies post relocat, est contractus illicitus. Anch.in cap.illos vos, de pignor. Abb. conf.17.col.1.in fin.versic. sed hæc lib.2. Rolan.consil.40.numer.24.31.& 32.libro 2. Natt.consilio 198.numero 10. Bero.consil.170.numero 1.libr.1. Menoch.de arbi. indic. caf.39. item si relocat colono venditoris, cum intuitu domini facit. Ioseph.de Lud.conf.51.col.11.in prin.& sæpius fiunt istæ palliationes, vt practicando videbis.

36 Et vltra Veron.(vt supra) adde, quod licet venditio cum pretio soluendo intra tale tempus, & interim sic locatio valeat, & teneat, vt superius dictum est ex l.ficut, §.fin.ff. locat. tamen declaratur vltra superius allagatos, nisi affictus esset ita modicus, vt vēditor releuaretur in illo, in quo grauatur contra naturam contractus.

37 Secundo huiusmodi contractus redditur illicitus, quando venditor non posset, quando vellet ab huiusmodi conductione liberari, tertio esset illicitus si vellet, vt se obligaret ad conducendum. Angel.in verbo, vsura, il primo, nu.68.

38 Præsumptio duodecima. Si cum pacto de retrouendendo concurrat immoderatus redditus, & pensio, nā ex his duobus arguitur contractus simulatus. Alexan. conf.54.col.2.lib.6. Rol.conf.40.n.25.lib.2. Tiber.Decian.resp.105.nu.16.vers.item probatur, lib.2.

39 Præsumptio decimatertia. Contractus præsumitur illicitus, & vsurarius, quando pensio imponitur non habito respectu ad valorem rei, vel perceptionem fructuum. sed constituta fuit pro mercede pecuniæ exbursatę. Anch.conf.257.col.fin.versic.item pro duobus. Bal.conf.312.lib.5.& conf.322.col.2.versicul. præterea fuit pactum, lib.3. Anan.consil.58.columna 2.versic.iuuat istum partem. Rolan.consil.40. num.28.& 29.lib.2. Crauet.conf.156.nu.12.in fin. Natt.consil.198.
40 nu.14.vbi etiam nu.6. dicit, quod pensio iusta dicitur, quæ collecta in annis viginti continet rei æstimationem, & sic ad rationem quinque pro centenario. idē Nat.conf.497. Tiber.Decian.conf.105.num.26.lib.2. Bursa.ex communi conf.84.n.19.lib.1. posui superius, part.1.tit.de natura locationis ad materiam rescindendæ locationis.

Declara id verum, quando constabat maiorem pensionum percipi potuisse, alias secus, Rota nouissi.116.sub nu.4.p.2.

Declara secundo, vt hæc sola non sufficiat. Hiero. Gab.conf.74.num.18.lib 1. Menoch. de præsump.lib.3. præsump.122.nu.51.in fin.

41 Nec in hoc casu attendendum est, quod emptor sit mercator, & solitus negociari, ac superlucrari etiam vltra decem pro quolibet centenario, quia non debet attendi dictum lucrum, sed dicit summa quinque pro quolibet centenario; vel id, quod vere pro fructu reddit res vendita, cum emens fundum non dicatur mercari, Bart.in l.legatis quæst.pen.ff.de leg.3. Craue. consil.6.nu.3.

Consideratur etiam læsio, & detegit simulationē contractus in quantitate pensionis, & fictus, quę pendenti tempore reuendendi præstari debet a venditore emptori, & hoc contingit multis modis, & quam maxime quando excedit summam iusti pretij, habito respectu ad quātitatem pecuniæ solutę, & ad fructus qui percipiuntur, vel percipi possunt ex re locata, puta, emi a Titio, fundum centum, quem eidem relocaui pro pensione scutorum sex, hæc læsio respectu pecuniæ, cum redditus scutorum centum sint quinq. est etiam læsio respectu fructuum percipiendorum, cum tot fructus non percipiantur ex fundo, vt redditus 20.annorum æquent sortem, atque ita minus percipiatur, quam quinque in singulis annis, cum tamē lege sancitum sit, vt viginti anni sors æquetur, §. quia vero leonis. Authent. de non alienand. Et hanc coniecturam vltra Veronens. probauit Ba.conf.322.col.2.vers.item facit pactum, lib.3. Abb.conf.76.col.1.vers. Secundo interuenit, volum.1. Tiraq.de retract.consang.§.1.gl.7.numer.75. Roland.conf.40.num.25.libro 2. Tiber.Decian.conf.105.num.16.vers.item probatur, volum.2.

42 Et per modum Corollarij infertur ex prædictis, quod res tantum valet, quantum nedum vendi, sed quantum locari potest, l.fundus, in princ.ff.de rebus eorum, l.si fundum, ff.de legat.1. Bald.in l. ficut, ver. vnum scias, Cod.de actio.emptio.l.2.versi.domus vero, & ibi Io.de Plat.in 3.notab.C.de præd.nauicular.lib.10. l.si fundum per fideicommissum, & ibi Ias.in 1.notab. ff. de legat 1.

43 Hinc in excipiendo quantum quis facere potest, attenditur ratio fructuum, & reddituum, & non valor rei, l.qui bonis, ff.de cess.bonor. quam singularem dixit. & mirabilem ibi Bar. commendat etiam pro notabili, Ioan.And. in c.cum causa.in gl.2.de iureiurando; & in c. si pluribus. & ibi Ancharanus in 2.notab. de præb.in sexto.

44 Pariter Turris, Castellum, domus prætiosæ, & similes reputantur steriles, quia prætium non respondet fructui, & æstimari debent non ex sumptibus, & valore rei; sed ex reddítu. Io.de Pla.in d.l.secunda. Ias. in §.sed si quis. numero 21. Institut. de actio. in l.si constante, n.150.ff.sol.matr. Tiraq.de retract. conuentio.§.7.gl.1.nu.9.

45 Et prædium æstimatur non ex magnitudine, sed fructu. Pinell.in l.2.p.3.c.4.nu.28. C.de rescind. vend. late in materia Bursac.conf.84.nu.17.lib.1.

Cui plene profitenti addo bene in materia loquentes, Bald.in c. cum causam, il secundo, num.5. de testibus, vbi valor probatur per redditus, & per instrumenta locationum. Addi. ad Alex. in l.pretia rerum. ff. ad l. Falcid. & alia addit. ad Veron. de simulat. contract. præsumpt.3. in fin. Papiens. in forma libelli venditionis, in verb.pro pretio, columna secunda. Fusi. in singu.in verbo.domus pretiosa, numero 109. decis. Perus.65.num.11.part.2. que allegat etiam Boer.decis.19.

46 Pariter emptio fructuum est illicita quando tempus,& quantitas per locationem fit certa, siue locatio sit in specie siue in quātitate. Hier.Gab.*cons*.77.

47 Præsumptio decimaquarta. Contractus vsurarius præsumitur quando fit locatio post venditionem, & emptor non curauit accipere possessionem rei emptæ, sed semper remansit penes venditorem, qui soluit datia, & collectas. Bald. *cons*.311.*col*.2.*nu*.10.*lib*.5. Paris. late id prosequens, *cons*.54. *num*.77. *& cons*.58.*num*.56.*lib*.1.*cons*.41.*num*.82.*lib*.3. Roland. *consil*.40.*num*.33.*vsque* 36.*lib*.2. Natt. *cons*.198.*nu*.13. facit *l.sicut*,§.*superuacuum*,*ff.quibus mod.pign.vel hypot. soluitur*. vbi si venditor remanet in possessione, contractus præsumitur simulatus,

Declaratur enim, vt non procedat, si remaneat in possessione ex noua causa. Et maxime conductionis, Bal. in terminis locati & conducti, *in l*. 1. *num*.3. *& 4.C.de dona.ante nup*. Roma. *cons*.304.*num*.4.*in fin*. Rota *nouissima, decis*.116.*num*.12.*part*.1. facit Tiraq. *de constit.part*.3.*limitat*.9, *num*.4.*cum seq*. Rota *vnic. de donatio. in nouiss*.

Et sic titulus conductionis, quando excusat,& iustam causam præbet,

Declara etiam præsumptionem, quando instrumentum continet verba, quod realiter fuit tradita possessio, & tamen constat traditam non fuisse. Bal. *in l.illud,in fin.C.de sacrosan.eccles*. Castrens. *cons*.331.*lib*.1. Crot. *cons*.141.*in fi*. Mascar. *cons*.439.

Præsumptio decimaquinta, Quando emptor, non statim locet venditori, sed tertio, qui postea, sublocat venditori, Matth.Brun. *cons*.91. Iacob. Henrich. Oltramont. *cons*.44.*num*.3. Mascar. *conclus*.442.*num*.2. Borgn. *decis*.42. *num*.74.

QVAESTIO IIII.

QVæro, de frequenti casu *ad l*.3.§.*fin.ff. commod*. Multi commodant pecunias argentariis, nummulariis,& bancheriis, non vt expendant,& in vsum conuertant, sed ad pompam, & ostentationem, vt ditiores appareant, Vidi etiam in facto pluries quis duxit vxorem, commodantur argenta, tapezzariæ,

1 & his similia, vt ditior appareat hominibus, & maxime consanguineis suæ sponsæ, quæ ostentatio cito euanescit ad exemplū illius corniculæ, a qua fuerunt repetitæ pulchriores pennæ ab aliis auibus cōmodantibus.

2 Similiter sæpius in facto occurrit, empturus castellum, fortilitium, vel solemne prædium, facit in banco notarij ostentationem de magno cumulo, & aceruo mille, & pluris argenti,& auri, quæ omnia fuerunt commodata ad ostentationem, sed peracto contractu pecunia redit ad verum dominum in his igitur, & similibus casibus licebitne commodanti recipere mercedem, vel recognitionem aliquam?

3 Duæ in hoc articulo sunt contrariæ scribentium sententiæ. Prima fuit negatiua,& recipiendo fit illicitus actus,& vsura, mouetur ea ratione, quia commodatum debet esse gratuitum, *l*.1.*ff. commodat*.

4 Secundo dum loquimur de pecunia commodata ad ostentationem, pecunia in te est infructuosa, *l.curabit, C. de act. empt*. merito nullum lucrum parere potest, vel debet. Et hanc opinionem tenuit Archid. *in Cano. si fæneraueris*, 14.*q*.3. relatiue quodammodo sequitur Alex. *consil*.80.*nu*.8. *vol*.3. Paris. *de contract.q*.87.*num*.666.

ADDITIO.

☞ *Laurent.de Rodulph.de vsur.q*.32.*num*.47.

5 Contrarium tamen sententiam tenuit glo. in cap. conquestus, in fine, de vsuris, ea ratione, quia recipit de re propria ex qua dominium non est translatum, Abb. *in rub.eod.tit.n*.3. Bal. *in l.si nauis,in* 1.*sect.ff.de rei vend*. Castr. *in d.l*.3.§.*fi. vbi n*.3. dicit esse communem opinionem Theologorum. Rom. *cons*.500.*n*.4. Dec. *in l*.1.*in prin.in* 2 *lectur.ff.si cer.pet*. vbi Purpur. §.1.*col*.9. Scot. *in quarto senten. dist*.15. Sot. *de iust.& iur.li*.6.*q*.1.*art*.1.*col*.2.*in fine*, vbi ad propositum materiæ, de qua agimus, appellat locationem pecuniæ, & hæc est magis communis opinio Legistarum, & Canonistarum,& Theologorum, a qua temerarium est recedere. Ioan.Lup. *de vsur*.§.6.*num*.132.

6 Addo Alphons. Altarezz. in Speculo summorum Pontificum, *c*.6. Recte tamen considerando verior videtur prima opinio, id omne illicitum esse, namq; aut talis contractus est commodatum, aut locatio, aut depositum. Siquidem dicamus esse commodatum, illud gratuitum esse debet, *l.si tibi inspiciendam, ff de præscrip. verb.no. in cap*.1. *de commodato*. Vnde si aliquid recipiatur, erit contra naturam ipsius contractus, merito illicitum reputabitur. Si vero dicamus locationem, & conductionem esse prout Sotus in citato loco aperte fatetur, quomodo ea in pecunia consistet, quæ infructuosa est vt superius vidimus, Vnde dicebat Archidiacon. *in citato loco*, si pecunia locari posset, sicut equus, & domus, licite aliquid recipi posset, non esset vsura, sed quia id esse non potest, merito vsura iudicabitur. Aut dicimus depositum esse, & in eo illicite aliquid recipitur, nisi in duobus casibus, quorum primus est *in l.Lucius, & in l.Publia,& in l.quintus, ff.deposit*. Alter si depositarius conuertisset in vsus suos, *ex l.diem*,§. *qui pecunia, ff.de depos.* & in neutro sumus ex istis casibus, merito concludendum videtur in præsenti casu nihil licite recipi posse.

7 Et sequendo communes traditiones colligitur ex decisione præsentis quæstionis, quod locatio de pecunia quandoque consistit, licet in se infructuosa sit, vt diximus,

Illud addam, quod sicut diximus in principio huius quęstionis, quia ad ostentationem, & pompam dantur tapezzarię, vasa argentea, & similia, in quibus locatio consistere potest in his,& similibus facilior erit resolutio, vt aliquid licite recipiatur.

Et notatur *in d.l*.3.§.*fina.cum l.sequenti. ff.commodat*. quod etiam apud antiquos iuris consultos grata erat ostentatio,& pompa, nec curabant, vt ditiores apparerent de pecuniis ad pōpam receptis aliquod interesse soluere,& licet Bar. ibi legat, dantis, tamē verior lectio videtur, ditis, idest, ditioris, prout considerauit Alciat. *lib*.4. *dispunctionum*, *c*.15.

QVÆSTIO V.

1 QVæro quid in deposito, de quo superius mentionem fecimus. Omissa in hoc pro nunc disputa-

disputatione in materia depositi duo sunt casus principales; vnus ex parte dantis, alius ex parte depositarij recipientis. Primo casu depositarius recipiet mercedem pro deposito custodiendo, & in eo consistit locatio & conductio, prout alias diximus. Et id maxime videmus in depositarijs cammeralibus, & communitatum, qui pro eorum mercede, labore, & salario recipiunt tot pro centenario, & ita passim fieri videmus. Secundus est casus econtra, an valeat conuentio vt depositarius soluat tot, & vtique non. Concludit Alex. in terminis, *conf.* 80. *volum.* 3. Addo in materia Sum. Ange. *in verbo, vsura, nu.* 55. vbi considerando, aliquos casus dicit, quod si depositum est in specie, litate recipitur per deponentem, si pecunia, idem pariter dicendum, si deponens non habeat animum fœnerandi, & depositarius sponte, & liberaliter dabat, vel credebat se obligatum, & deponens erat in bona fide, vt ibi late per eum.

4 Addo pariter Domin. Soto, *de iust. & iur. lib.* 6. *q.* 3. *articul.* 1. *colum.* 4. circa medium, vbi reprobat pactum de aliquid præcise dando per depositarium, id enim vsura est. sed si mercator depositarius gratus esse velit erga deponentem, potest, & debet hoc ex se facere, ad effectum, vt alia vice in depositarium eligat, & sic prohibetur pactio, permittitur spontanea remuneratio.

QVÆSTIO VI.

1 QVæro de creditore, qui in pignus recepit domũ quam habitauit, vel fortasse locauit, an pensio sit computanda in sortem, idem de illis, qui recipiunt possessiones in pignus, & fructus percipiunt, an in sortem computare debeant. De hoc posui superius *in verbo, creditor.*

QVÆSTIO VII.

De Collaticis Boum.

1 FRequentissima est collaticorum materia, & rustici sæpius illaqueantur a ciuibus per varias nundinas, boues studiose ementibus, qui postea in patria multa collatica faciunt, & Deus scit cordium scrutator cum quanta conscientia hoc faciant. considerandi igitur sunt in proposito plures casus, & omnes frequentes.

2 Quandoque traduntur alicui rustico boues simpliciter, cum hoc, vt det pro collatico quartingos, vel minas tot grani, & nihil vlterius est conuentum neq. de lucro, neq. de damno, tunc licitus est contractus, & est locatio, & conductio, & periculum est locatoris. Petr. de Vbal. *de duob. fratribus, par.* 5. *q.* 26. *nu.* 29. *col.* 3. *vers.* 1. *casu.*

3 Secundus casus est, & hic pariter licitus, & magis clarus, quã præcedens. Emi boues a Sempronio pro certo iusto tamen pretio, & ei postea incontinenti do ad collaticum pro tot quartingis grani pro quolibet anno, cum pacto, quod si boues locati pereant culpa conductoris, damnum sit ipsius; si casu, vel diuino iudicio, periculum sit locatoris, dummodo conductor restituat carnem, & corium, pulchre Craue. *conf.* 145. fere per totum illud consilium. Nauarr. in Manual.

4 *confessor. sub.* 7. *præcept. c.* 17. *num.* 260. Lup. *ad capit. nauiganti, §.* 1. *nu.* 27. Ex quo cons. Crauett. per modum corollarij nonnulla colliguntur vtilia in hac locati & conducti materia.

5 Primum est, quod licitus est contractus locationis qui fit incontinenti post venditionem, per ea, quæ superius diximus in venditionibus, & addendo tradit Alex. *conf.* 121. *vol.* 5. Soc. *conf.* 88. *colum.* 3. post medium, & *conf.* 103. *col.* 2. *lib.* 4. Quod verum concurrente iusto pretio in venditione præcedenti. Bal. *conf.* 466. *col.* 2. *lib.* 3. *ex l. si fundus, §. fina. ff. de pignor.* & *l.* 2. *C. de rescindend. vendit.*

Addo Ias. *in l.* 1. *§. fuit quæsitum, col.* 3. ad Trebell.

6 Secundum est, quod iusta pensio, vel merces dicitur illa, quæ in annos viginti ascendit ad iustum pretiũ, vt vidimus superius, *part.* 1. *de natura locationis, & in hoc tit. de vsuris, præsump.* 12. *q.* 3.

7 Limitatur autem id esse verum in pensione immobilium, secus in vecturis equorum, collatici boum, & similibus, quia in vno, (vt ita dicam) anno possunt adæquare pretium iustum, considerando deteriorationes, & alia pericula ipsorũ animalium, vt ibi pulchre per eum, quod notabile est pro dantibus ad collaticum aliis pactis legitime seruatis.

8 Tertius casus est, & hic quandoque licitus, quando collatica fiunt iure societatis, nulla facta cõuentione de certa responsione annuali, vel potius semestri prout præcedentibus casibus, sed omnia communicantur ad instar societatis, & tunc licita est, si partes licite fiant, nec sit quodammodo societas leonina, vt late deducit Petr. de Vbal. *de duob. fratribus, par.* 5. *q.* 26. *num.* 29. vbi valde notat hanc collaticorum materiam in practica frequentissimam, dicens in hæc verba, quod totus mundus versatur.

9 Quartus casus est, & hic illicitus, vsurarius, & reprobatus, quando fit pactum inter locatorem, & conductorem ad collaticũ, quod æstimantur a principio boues, & finita locatione si valent minus, prout communiter contingit, quod damnum, & deterioratio per medium diuidantur, nam soluitur fictus pro deterioratione illa, & interim necesse habet soluere in fine locationis, vt late deducit Laurent. de Rodulphis *in tract. de vsuris, q.* 23. quem simpliciter refert, Anan. *in c. fin. col.* 27. *de vsuris.* Archiepisc. Florent. *in summa, p.* 2. *c.* 7. *num.* 44. vbi late in hoc se extendit. Io. Lup. *in c. per vestras, §.* 11. *num.* 10.

10 Pone enim quod boues valent tempore contractus florenos 30. & in fine temporis deteriorati sunt in quinque, & quod sextarium vnius frumenti valeat ad medietatem vnius floreni. tradens autem habendo nunc boues habet saluum capitale, quoniam valor boum remanent florenorum vigintiquinque, quibus additis aliis quinque, quæ habentur de dictis sextariis restat numerus triginta florenorum, & sic saluum est, capitale, immo est simpliciter in lucro, & rusticus in damno. Summa Roland. *de arte notariat. in rubric. instrumentorum boum dat.* ad collaticum, & ibi addentes, Borgni. *decis.* 44. *num.* 52.

11 Quintus casus est, si quis det alicui terras ad laboritium pro tribus, vel quatuor annis, dat insuper par boum, vt quolibet anno soluat tot quartingos grani, etiam si boues in primo anno pereant, & in fine anni debeat rusticus boues restituere, nam iste contractus est illicitus, quia vult capitale saluum fore, & habere lucrum ex bobus.

Digitized by Google

11 Et multi domini videntes, quod si traderent boues eorum periculo, quod laboratores male tractarēt ipsos boues, fingunt mutuum cum eis de certę pecuniæ quantitate pro dictis bobus emendis, & alijs necessitatibus laboritij, qui laboratores, & coloni emūt boues suo periculo, ex pacto tamen non tenentur domino restituere dictam pecuniam, donec labatur tēpus locationis conductionis, vel societatis, puta trienniū, vel quinquennium, nam iste contractus pariter illicitus est, vt late deducit Lup. *in citato loco*, licet Anchar. *in regula, peccati vena*, aliter sentiat.

12 Sextus casus est, sed hic licitus. locaui Sempronio boues æstimatos scutis duodecim, & vbi consuetum est pro duobus bobus dari duodecim sextaria frumēti, det ipse octo, ita tamen, quod stet ad periculum tertiæ partis boum, iste contractus licitus, ex quo attento consueto collaticorum lucratur quatuor quolibet anno. Archiepiscop. *in sum. par. 2. capit. 7. §. 43.* Ioan. Lup. *in capit. per vestras, §. 12. sub num. versic. Item dicendum.*

13 Septimus casus est, dant alii boues, vel oues, vel alia animalia in locidam, vt quolibet anno recipiant certam pensionem, adiecto pacto, quod si moriantur, vel aliquo pacto pereant, reponantur alię eiusdem qualitatis, & bonitatis, ita quod capitale sit semper saluū, nam talis contractus illicitus est. Card. *in capit. fin. de vsur.* Anchar. *in cap. 1. eod. titul. libr. 6.* Laurent. *de vsur. par. 2. q. 23.* Archiepisc. *in summ. par. 2. c. 7. §. 40.* Corras. *de contract. q. 91. versic. secundum corollarium.* Io. Lup. vt *sup. num. 9.* attestans in facti contingentia annullare se esse plures huiusmodi contractus, & appellantur boues sine cornibus, vt dicit Cardin. *in citato loco.* Gab. *in 4 dist. 15. q. 2. colum. 25. in princi.* Montal. *in 5 particul. tit. 8. summ.* Angelic. *in verbo, societas, 2. §. 2.* Multæ tamen sunt præsumptiones, quę reddunt huiusmodi collatica illicita.

14 Prima est responsio excessiua, Bero. *conf. 166. nu. 8. col. 1.* Tiber. Decian. *respons. 2. num. 174. vol. 1. & conf. 32. nu. 68. vol. 2.* & consideratur animal pōst tres annos vsque ad decem, & sic ad quinque pro contenario. Borgni. *decis. 3. contract. nu. 2.*

15 Secunda præsumptio est, portare collaticum ad domum locatoris expensis conductoris. Lup. in tract. de vsur. sub *titul. 12. §. 1. number. 46. C. de pact. inter empt. & vendit.* Soc. iun. *conf. 136. col. 1. vol. 2.* Crot. *conf. 114. num. 10. vol. 1.* Simon. de Pretis, *conf. 19. nu. 3.* Natt. *conf. 970. vol. 4.*

16 Tertia pręsumptio est, probare mortē infra quindecim dies, prout fit in omnibus istis instrumentis. Doct. in *l. qui insulam, vbi gl. ordinar. ff. locat.* Cornc. *conf. 108. vol. 1.* Marsil. *singular. 393. num. 2.* An. Trigo. *singular. 57.* Laur. Silua. *consil. 29.* Tibe. Decian. *conf. 8. nu. 12. vol. 5.*

17 Quarta pręsumptio est, conuentio de prouidendo alium bouem per locatorem in locum mortui infra mensem, & interim soluatur affictus, & quod tempore infirmitatis pręstet medicamenta. Borgni *dict. dec. 3. sub num. 8.*

18 Quinta præsumptio sit, dare boues æstimatos, & si augeatur valor, diuidatur; si diminuatur, pariter diminutio sit communis, & sit in electione locatoris recipere boues, vel ęstimationem, prout superius dixi.

19 Sexta pręsumptio est, & hęc generalis multa complectens, si pacta, & conuentiones tendant ad fauorē locatoris ad saluandum capitale sine damno locatoris, & similia, nam hęc, & sim lia arguunt contractum illicitum, & vsurarium, & ex discursu in huius quæstionibus facto apparet. Natt. *conf. 71. nu. 10. vers. placet mihi, vol. 4.* Crauet. *conf. 491. num. 21. vol. 3.* Neuiz. *conf. 8. nu. 63.* Rimi. *conf. 91. nu. 10.*

20 Econtra pactum de bene custodiendo, & gubernado boues est licitum. idem de certa quantitate frumēti habito respectu ad valorem boum, & frumenti asportandi sump ibus locatoris, licitum est.

21 Item quod teneatur intimare disdictam infra certum tempus, & quod de morte, vel alio casu conductor non teneatur, sed debeat probare non culpam, pariter licitum est. Item in casu infirmitatis pactum de ea manifestanda infra tot dies, & morte secuta nō deueniri ad excoriationem, nisi facto partito.

Et quod teneatur reficere expensas infirmitatis, & morte secuta nō teneatur de aliquo fictu a die mortis.

22 Et quod teneatur prouidere morte secuta de alio boue sumptibus locatoris, nec possit conductor eum repudiare sine legitima causa. Et de expensis fictus simplici iuramento cōductoris, vt late discurrit Borgni. *in allegat. decis. 3. de contract. in fin.*

QVÆSTIO IV.

De pecunia super laboritio.

Quæro de illis, qui mutuant pecunias laboratorib. & colonis in laboritio, an hoc sit licitum?

1 Et videbatur huiusmodi contractum esse illicitū, quia ex hoc magis grauantur. Veritas esse videtur, quod contractus non est illicitus, si istud concurrat, quod alias satisfacit ipsi rustico de operibus positis ad colendum possessiones, prout iustum est, secus si subtraheret aliquid propter mutuum, quia tūc esset vsura. Ioan. Calder. *in cap. final. de vsur.* Petr. de Vbal. *de duob. fratrib. par. 4. quæst. 3. number. 8.* Angelic. *in verb.*

2 *vsura. numer. 5.* vbi dicunt idem dicendum in eo, qui mutuat, vt vadat ad suas apothecam, furnum, vel molendinum, vel ad scolas. & dicit Angelic. in dicto loco, quod iperare concursum es simili mutuo non est vsura. Addo Bald. *in leg. rogasti, §. si tibi, ff. si cert. petat.* quod si in possessione mea non inuenio laboratorem, nisi mutuem ei centum, si mutuo vt operetur, non sum vsurarius, quoniam ad illas operas tenetur ex contractu locationis, non autem ex mutuo, vnde non præstat mihi lucrum, sed exhibet verum debitum argu. l. fundi partem, ff. de contrahen. emptio. de qua alias diximus.

3 Et sic patet non bene sensisse Petr. de Vbald. in citato loco volentem faciendam restitutionem, quia errat, vt dicit Addit. ad Angeli. *littera B.* vbi etiam adducit aliud simile ad propositum materię locati & conducti, de qua agimus, si dominus conducat colonum ad certum tempus pro certo pretio, & pretium tradat antequam colonus incipiat operari, postmodum colonus non vult operari nisi dominus mutuet certam pecuniæ quantitatem, mutuando non est vsurarius, vt ibi per eum.

Addo Ioan. Lup. *in cap. per vestras, in final. verb.* late Burlattue, *conf. 402. vol. 2.*

Sed consideramus in practica quid facerent domini in terris sterilibus, vel parū fructuosis, in quibus difficillime

difficillime reperiuntur coloni, esto quod nondum fiat mutuum, sed mutuetur semen, & boues tradatur. Vnde daretur magna pars hominum vsuraria si hoc esset, vt recte considerauit Angelic. in citato loco, in fine, vbi allegat Sanctum Bernardinum.

QVÆSTIO IX.

1 QVid in locante rem, quam æstimat cum pacto quod qualitercunque perdatur, vel deterioretur, vult pretium rei suæ recuperare cum aliquo lucro, eritne contractus licitus? de materia ęstimationis tetigi latè superius. Vnde breuiter talis contractus est illicitus. Bart. *in l. si de certo, §. nunc videndũ, il primo, ff. commodat.* Angelic. *in verbo vsura, n. 73.* vbi ad restitutionem tenetur, si quid accipitur.

QVAESTIO X.

1 FRequẽter est casus *in l. apud Lubcouem, §. item Labeonem, ff. de præscrip. verb.* si vendo mulos vt experiaris, & interim mercedem soluas.

QVÆSTIO XI.

QVæro quot requirantur, vt emptor & locator dicatur vsurarius?

1 Et duo tantum sufficere videntur, scilicet modicitas pretij, & pactum de retrouendendo, textus videtur expressus *in cap. ad nostram, de empt. & vendit.* & hanc opinionem tenuit Abb. *n. 9.* & 10. post Butr. & Aret. per eum allegatos, gl. *in cap. conquæstus, in fine, de vsur.* Veron. *de simulat. contract. præsumpt.* 10. Abb. *cons. 76. volum. 1.* Alex. *cons. 46. volum. 3.* dicens hanc esse communem opinionem, Afflict. *decis. 65. & 369.* late alios cumulans. Parif. *cons. 54. num. 62. & cons. 55. n. 29. & 30. vol. 1.* dicens hanc esse magis communem opinionem. Boer. *decis.* 102. *num.* 2. Crauet. latissime, *cons.* 156. *num.* 4. & 7. dicens in facti contingentia ita iudicatum. Pedemont. *dec. 42. num. 1.*

2 Addo Alexand. ad Bart. *in l. emptione, C. plus valet,* quod agitur: dicens hanc esse communem opinionẽ, secundum quam obtinuit sępius in facto cum peritis viris, *& cons. 54. num. 8. lib. 6.* Riminal. pariter de communi *& consil. 218. num. 108.* lib. 2. Guid. Pap. *cons.* 180. Corn. *consil. 336. uol. 1.* attestans in practica passim seruari. Barbac. *cons. 51. vol. 1.* Dec. *cons.* 167. Viui. *in verbo, vendere, & in verbo, contractus.* Eman. Soarez. *in eius thesaur. receptat. sentent. in verbo venditionis contractus, nu.* 20. & & Florentiæ est res iudicata, quę facit de albo nigrum. Io. Lup. *in l. 2. Cod. de pact. inter emptor. et vendit. §. 1. sub num. 26.* & hæc est verior pro salute animę, & in conscientia. Ferrat. *cantel.* 17. late Gramm. *decis. 76. numer.* 30. Roland. *consil. 40. libr. 2.* Cassad. attestans pluries in auditorio iudicatum *decision. 1. de vsur.*

3 De magis communi Mich. de Grass. commun. opinion. *q. 8. in fine*, vbi etiam in conscientia tutiorem dicit Mascard. *de probat. concl. 447. num.* 6.

Addo, quod hanc magis communem dicit Bursat. *cons. 117. nu. 13. lib. 1.* Natt. *cons. 198. num. 18. & seq.* late hoc idem attestans Mandos. ad Ruman. 423. *num.* 12. Tiber. Decian. *consilio 105 num. 28. vers. non obstat tertium, lib. 2.* Franc. Becc. *consil. 57. num. 47.* dicens ita in practica seruari. Beron. *cons. 165. nu. 2. & 24. lib. 1.* Anton. Rouesceal. ad Alexan. *cons. 120. lib. 4.* vbi de magis communi, & 109. *in fin. eod. lib.* & veram opinionem dixit Gramm. *decis. 76.* Foller. *in pract. cens. in verbo iustæ gratiæ, n. 3.* Et hanc receptissimam dicit Menoc *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 122. num. 30.*

4 Contraria verò est opinio, vt duo non sufficiant, sed requiratur etiam tertium, quod sit solitus fœnerari, & hanc tenuit Archid. *in can. quia plerique 14. q. 3.* Salic. *in l. emptore, C. plus valet, quod agitur.* Bald. *in c. 1. de feud. dat. in vicem legis commissor.* Castren. *in l. rogasti, §. si tibi, ff. si cer. petat.* & hæc est communis opinio. Dec. *consil. 167. & 308.* Anchar. *cons. 257. num. 12.* Ias. *cons. 150. nu. 1. vol. 4. & cons. 21. nu. 4. vol. 1.* Boer. *decis.* 102. *nu.* 5. dicens hanc opinionẽ esse veriorem, & magis communem. Tiraq. *de retractat. lib. 2. præfat. nu.* 5. dicens pro hac parte esse auctores maiori numero. Alex *cons. 109. col. fin. lib. 2.* Soci. *cons. 248. col. pen. libro* 2. dicens contrariam opinionem, vt duo tantum sufficiant, iure non probari. Rol. *cons. 40. & 42. lib. 2. num.* 19. Gozzad. *in repetit. leg. 2. quæst. 3. conclus. 5. Codic. de pact. inter emptor. et venditor.* vbi Cagnol. *in secunda lectur. nu.* 52. dicit veriorem, & magis communem, & semper in practica seruatam. Bero. *consil. 166. nu. 3. et 169. nu. 31. lib. 1.* Mascard. *de probat. conclus. 447. num. 1. per totum.*

Addo bene in materia loquentes Boer. *cons. 12. nu.* 8. 9. Soc. iun. *cons. 50. num. 2. vol. 1.* Alexand. de Neuo. *cons. 95. nu.* 22. Bero. *cons. 166. n. 3. cons. 169. num. 18. & 22. vol. 1.* Gozzad. *in d. l. 2. q. 3.* vbi Cagnol. *num. 50. & 51.* Neuiz. *cons.* 83. Natt. *cons. 586. nu. 2. volum. 3.* Riminald. *cons. 318. in fine, volum. 2.* Nouell. *regula 153.* Cephal. *cons. 290. nu. 30. & 77.* Pedemont. *decis.* 42. Ant. Gabr. *de præsumpt. concl. 6. nu.* 12. Menoch. *de arbitrar. iudic. cas. 217. nu. 3.* Burs. *cons. 117. num.* 12. vbi de magis communi. Roland. *cons. 96. num. 12. lib. 2. & cons. 58. nu. 10. vol. 4.* Ioseph. de Ludouic. *concl. 51. col. 5. versic. contrariam opinionem.* Hippol. Bonacoss. *in commun. opin. criminal. in verbo, contractus.* Hieron. Gabriel. de magis communi, *cons. 74. num. 2.* Ias. pariter de magis communi, *cons. 151. vol. 4.* licet Ruin. *cons. 16. num. 11. vol. 4.* dicet contrariam magis communem, & eam in practica seruari Cott. *in verbo, pactum.* late in suo discursu Zannet. *ad l. 2. nu. 48. cum sequent. C. de pact. inter empt. & vendit.* post tract. Feder. de Mont. *de empt. & vendit.* & ita tenuit Ruta in vna Chisianensi, die 20. Iun. 1552. vt per Campeg. *decis. 334. part. 3.* Minsigner. de magis communi. *obseruat. 62. cent. 3.* Hiero. Mago. *Rot. Lucan. 77. nu. 12.* Coral. *lib. 3.* Miscel. *c. 9. nu. 7.* Borg. late de magis communi, *decis. 13. nu. 17. par. 2.* vbi pariter siue pactum sit interpositum in contrarium, siue ex interuallo, siue in eodem instrumento, siue in alio. Marc. decil. Delphin. 484. *n. 28. p. 1.* Vincent. de Ann. *allegat. 83. sub nu. 3.*

Parergon.

ET quis non lugeat calamitatem horum temporũ, & infęlicissimam legum professorum vitam, videndo, & legendo in aliqua decisione communes, immo magis communes hincinde attestatas, & practicę vsus hinc inde approbatus nedum ob vno tantũ Doctore, sed a pluribus, & non minimis, sed primæ scolę professoribus, immo ab eodemmet grauissimo scr-

ptore

ptore sibimet repugnanti, & cõtrario, & si casus occurrat, quod agatur causa corã iudice debili, minusque practico, & per aduocatũ minus realem, & ad sui clientis fauorem exhibet Doctorem de cõmuni attestantem, quę postea per magis cõmunem subsecutã fuit reuocata, quid faciet infęlix aduersarius bonũ ius in causa habens, nisi aduocatũ habeat satis expertum, & vt ita dicam valde librosum? Vę qui modernos odio habetis, & displicet habere numerosam librariam, nonne habere vnum modernum de magis communi vltimo loco attestantem poterit parere victoriam de multis mille scutis, quem honorem, & vtilitatem comparabit? Econtra defectus alicuius recentioris scriptores, quod damnum minus iuste cõparabit? Omitte alios Doctores, respice sacrum Rotæ Auditorium, quot opiniones tẽpore Cassadori, & similium vigebant, quę hodie non sunt vsu receptę prout nouissimi decisionum collectores aperte attestantur quid igitur reijcis modernos, cur odio habes tot recentiorum labores? nonne hodie vides legum professionem admodum illustratam, & facilitatam, vt quilibet etiam minimus iudex aliquid ex ea hauriat? quid igitur excandescitis imprecantes per Principes moderationem? vbi conscientia tot laborum? vbi conscientia tantæ vtilitatis, & facilitatis? si hoc vis, confusionem certe magnam imprecaris studeas igitur, labores, cede nimijs, & continuis voluptatibus, ama virtutem, & omnia fęliciter euenient ad laudem Dei, & immaculatæ Virginis.

5 Redeundo igitur ad principalem conclusionem limitatur primo loco, vt solitus fœnerari non dicatur ex vnico, vel vino actu, sed qui per triennium vsuras exercuit. Bald. *in l. rogasti, §. si tibi, col. pen. ff. si cer. pet.* Roland. *cons. 96. num. 43. vol. 2.* Mascard. de probat. *conclus. 428. num. 12.* Burtat. *cons. 153 num. 39. lib. 2.* Borgni. de contract. *decis. 1. num. 18.*

6 Limitatur secundo, vt ista tria requisita bene interuenire debeant in contractu venditionis, locationis, & similibus, secus in contractu mutui, quo casu duo tantum sufficiunt. Bal. *in l. cum alleges, num. 6. C. de vsur.* Dec. *in l. rogasti, §. si tibi, num. 4.* vb Purpur. *num. 67. ff. si cert. pet.* late Menoch. *cons. 19. n. 38. lib. 2.*

7 Limitatur tertio, quod loco alterius coniecturæ vltra pactum de retrouendendo sufficialia æquipollens coniectura. Laure. de Rodulphis *in tract. de vsuris, part. 2. q. 60.* Barbac. *cons. 51. col. 3. & 6. lib. 1.* Tiber. Dec. *cons. 105. num. 28. vers praeterea, lib. 2.*

8 Limitatur quarto, nisi ex tractatibus præcedentibus, vel subsequentibus iudex cognoscere ex testibus, vel alio modo, quod nolebat pignori succurrere, quo casu ex vnica tantum pręsumptione iuncta cum pacto de retrouendendo contractus reputabitur illicitus, & vsurarius Hier. Gabr. *cons. 74. num. 5.*

9 Limitatur quinto stante statuto, decreto, vel rescripto, vt causa cognoscatur sola facti veritate inspecta, quo casu iudex non tenetur sequi tria supra nominata requisita, sed leuiores probationes sufficiunt. Crauet. *consil. 73. num. 23.* Gramm. *decis. 76. nu. 33. & 34* Menoch. *consil. 19. num. 7. in fi. lib. 2.* latissime Franc. Becci. *consil. 52. num. 89. & 90.*

10 Limitatur sexto quando pactum de retrouendendo apponitur incontinenti tempore celebrati contractus, & instrumenti, secus si post ex interuallo. Corn. *cons. 133. col. 2. vol. 1.* Boer. *decis. 183. n. 5.* Iacob. Nouell. *regul. 155. limit. 1.* & ita etiam in terminis locati & conducti tenuit Alex. *consil. 28. col. 2. versic. & quamuis, lib. 5.*

11 Cuiusmet sententiæ, & opinionis vltra apostillantes, & scholiantes ad eum fuit Panorm. *cons. 69. vers. tertio me mouet, lib. 2.* Castrens. *consil. 322. col. 2. lib. 2.* vbi loquitur de huiusmodi pacto facto eodem die, & sequent. Corne. *cons. 241. col. 3. vers. nec videtur, lib. 4.* Bertand. *cons. 109. col. fil. lib. 4.* Veron. *cent. 212. pactum pignoris, & de simu. contrac. præsumpt. 1. colum. 8.* & tetigi superius hoc in loco, *quæst. 3.* Rip. *in l. nemo potest, num. 73. ff. de leg. 1.* Tiraquel. *de retract. conuen. in præfatio. num. 6.* & hęc est communis opinio. Pedemonta, *decis. 42. num. 10.*

12 Declaratur id verum esse in longo temporis spatio, secus in breui ex Alex. *cons. 119. & 120. volum. 4.* Crauet. *cons. 44. num. 2. & 156. col. fin. sub num. 17.* vbi tenet, quod si apponatur per tredecim dies post, non esse ex interuallo, & id omne pendere a iudicis arbitrio. idem *consil. 136.* Afflict. *decis. 20.* Dec. *consil. 167. & 308.* Boer. *decis. 102. & consil. 12.* Gramma. *decis. 76.* & ita fuit obtentum in vna Romana spoliorum, vt per Caputaquen. *decis. 163. in fin. par. 3.*

13 Declarant secundo quando tale pacto fiat in alio instrumento, quo casu arguit maiorem suspicionem simulationis, quasi clam, & latenter sit factum. Ioan. Andr. in c. ad nostram, de empt. & vend. Bal. *cons. 322. col. fin. lib. 3.* Fulgo. *consil. 184.* Alexan. *consil. 46. lib. 3. repetit. consil. 54. lib. 6.* Socin. *cons. 148. lib. 2.* Ias. *cons. 153. col. 1. lib. 3.* Rui. *consil. 16. num. 10. lib. 4.* Bertran. *consil. 182. nu. 1. dubia lib. 1.* tangit Corn. *cons. 41. col. 2. lib. 3.* faciunt quę dixi superius, *q. 3. de actu clam facto.* Et posset fortasse dici ex prædictis, quod contractus dicatur magis simulatus ex pacto ex interuallo apposito, quia cauti contrahentes videntes suspicionem oriri ex huiusmodi pacto incontinenti apposito adhibent multas machinationes, figmenta; & cautelas, & studiose ex interuallo paciscuntur. vnde admodum versabitur iudicis arbitrium.

* Et in hac materia pacti de retrouendendo cõsiderandi sunt nonnulli casus quandoq; apponitur ex interuallo, & tunc contractus non pręsumitur fęneratitius, etiã si lęsio iusti pretij interuenisset pro qua daretur remedium rescissionis tantum. Cæpoll. *de simulat. contract. num. 4.* Alex. *consil. 28. col. 2. lib. 3.* Caguol. *in l. 2. num. 130. C. de pact. Inter empt. & vendit.*

Declara nisi alię coniecturæ concurrant, vt sit solitus fęnerari, & similia. Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 122. sub num. 15.* quandoque pactum est appositum incontinenti, tamen nulla fraus, vel lęsio intercessit, tunc contractus non præsumitur fęneratitius. Cepoll. *in citato loco, num. 8.*

Ampliatur siue pactum sit collectum in arbitrium venditoris, vel emptoris. Didac. *lib. 3. var. resolut. cap. 9. in princip.*

Limita, vt in voluntate venditoris emptor lucretur fructus, secus, in voluntate emptoris. Menoch. *de magis communi, d. præsumpt. n. 17.* Quandoq; pactũ est appositum incontinenti, & interuenit fraus, vel vere, vel ficte, tacite, vel expresse, & adest lęsio hinc cõtractus præsumitur simulatus. Cepol. *n. 12.* in citato loco ficte quando sit conuentũ, vt licet instrumẽtum loquatur de vẽditione esset pignus: ficte per dispositionem statuti præsumptiua quando ex coniecturis

ctu ris hoc colligitur. Cepoll. *in citato loco, numer.* 12.

14 Limitatur septimo, vt tria requirantur, quando nō datur immoderatus excessus modicitatis pretij, quia tunc illa tria coniunctim requiruntur, secus si cōstet, & probetur de enormi læsionem in dimidiū iusti pretij, vel circa, quia tunc ad probandum contractum simulatum duo sufficit deducere, scilicet paruitatem pretij, & pactum de retrouendendo, licet non adsit tertium, quod est consuetudo fœnerandi, vel alia præsumptio. Corn. *cons.* 346. *vol.* 1. Castrens. *cons.* 306. *nu.* 5. *vol.* 2. Bal. *cons.* 311. *lib.* 5. Calcan. *cons.* 26. Gramm. *decis.* 76. *an.* 15. Crauet. *cons.* 156. *nu.* 12. ponens exemplum, vt si vendatur res quingentorum producentis.

15 Declaratur hæc septima limitatio, vt debeat fieri æstimatio, & considerari valor rei habēdo respectum ad qualitatem diminutiuam pacti de retrouendendo, & non prout simpliciter res per se considerata valet, vel valere potest. Abb. *in cap.* ad nostram, *col.* 2. & ibi Anto. Burg. *col.* 12. *vers.* modo veniamus, &c. de emp. & venditio. late Tiraqu. *de retract. conuen. in præfat. num.* 20. vbi multos congerit Mascard. *de proba. conclus.* 447. *num.* 10.

16 Addo bene in materia loquentes, & ab eo non allegatos Bero. *cons.* 166. *nu.* 6. *&* 169. *nu.* 14. *vol.* 1. Alex. de Neuo. *cons.* 55. *num.* 22. Didac. variar. resol. *lib.* 3. *c.* 10. Caballi. de vsur. *q.* 35. *num.* 267. *& q.* 5. *nu.* 116. *in fi.* Bursat. *cons.* 117. *nu.* 15. & hæc est communis opinio. Ioseph. de Ludou. *concl.* 51. *col.* 9. *circam medium, vers. sed dubium facit, &c.*

17 Subdeclaratur, vt ista diminutio debeat esse in tertia, vel quarta parte. Abb. *in d. cap. ad nostram. vbi* latissime Barba. Rolan. *cons.* 96. *num.* 38. *lib.* 2. *consil.* 58. *nu.* 12. *lib.* 4. Bursa. *d. cons.* 117. *num.* 15. vel in libris decē, vel ad minus in duodecim. Borgnin. *decis.* 1. de contract. *nu.* 33.

18 Subdeclaratur id, quod dictum est de pacto de retrouendendo, vt procedat in pacto libero ipsi venditori, vt sit in facultate ipsius statim redimendi cum voluerit, secus si non possit post aliquod tempus, tūc propter pactum de retrouendendo non censetur rem minoris valere. Anton. de Burgos. *in d. cap. ad nostra, col.* 13. reputans hoc in practica notandum, & quod multi in hoc errant, & decipiuntur.

19 Subdeclaratur secundo, vt non procedat in pacto seculi, vt pulchre deducit Soci. iun. *cons.* 104. *numer.* 7. *lib.* 3. Ari. Pinell. *ad l.* 2. *par.* 3. *capit.* 4. *num.* 23. *C. de rescinden. vendit.* Borgni. *decis.* 1. de contract. *numer.* 29. quem videas in hoc.

20 Circa tamen læsionem, qualis, quantaque esse debeat, variæ fuerunt Doctorum opiniones, & sententiæ. Prima fuit opinio, quod sufficiat læsio in tertia parte. Abb. *in cap.* 1. *de restitut. in integrum.* Cepol. & Paris. de quibus nouissime per Tiber. Decia. *consil.* 105. *num.* 16. *lib.* 2. vbi dicit probari istam medietatem ex redditibus, qui non debent excedere quinque pro centenario.

21 Secunda fuit opinio, quod sufficiat læsio in quarta parte. Socin. iun. *cons.* 104. *lib.* 3. Roland. *cons.* 96. *nu.* 4. *libro* 2.

22 Tertia fuit opinio, vt sufficiat læsio in octaua parte. Afflict. *decis.* 40. *num.* 19.

23 Quarta fuit opinio precium debere esse immoderatum, nisi alia concurrant. Cagn. *in l.* 2. *num.* 6. *ver. secunda limitatio, C. de pact. inter empt. & vend.*

24 Quinta fuit opinio circa simulationem stari arbitrio iudicis considerando præsumptiones concurrentes. Menoch. post multos per eum allegatos *cas.* 217. *&* 247.

Addo, quod hæc est communis opinio. Pantal. de Crem. *in repe. l.* 2. *num.* 172. *C. de rescin. vendi.* vbi dicit magis communem. Hier. Gabr. *cons.* 74. *nu.* 7. Ioseph de Lud. *conclu.* 51. *col.* 10. *in princ.*

25 Limitatur octauo, s. vt tria, de quibus supra, concurrere debeant, tamen ex hoc nō est firmandus pes in his tribus præcise si aliæ similes, vel maiorem, aut parem rationem habentes concurrant etiam stante paruitate locationis. Felin. *in cap. si cautio, col.* 1. *de fide instrumentorum,* Rodulph. *de vsur. q.* 60. pulchre Grat. *cons.* 11. *nu.* 15. *vers. & licet, lib.* 2. Port. *cons.* 1. *nu.* 3. late Borg. *decis.* 1. *de contra. nu.* 10. *&* 11. Cagno. *in d. l.* 2. *nu.* 65. Hieron. Gabr. *cons.* 74. *nu.* 21.

26 Et valor probatur ex redditibus, & locationibus factis, prout tetigi superius *præsum.* 13. *in verb. illatio.*

27 Quomodo autem probetur simulatio, sufficiunt indicia, & præsumptiones. Rimi. iun. *cons.* 62. *nu.* 13. *lib.* 2. Ioseph. Ludo. *conclus.* 51. *col.* 11. *& per l. non omnes, §. a barbaris, ff. de re milita.*

Addo Laur. de Rodulph. *in tract. de vsur. q.* 60. vbi dicit, quod hodie præsumptiones iuris sint difficillimæ probationis, sufficit quælibet coniectura etiam æquipollens ad arguendum contractum simulatum. Borgn. *decis.* 1. *de contrac. num.* 11.

28 Verum Rota, vt per Caputaquens. *dec.* 163. *par.* 3. contrarium sentit, quod requirantur probationes efficaciores, lucidæ, expressæ, & iuris, non hominis: ex Alex. *cons.* 28. *col* 3. *lib.* 5. Dec. *cons.* 463. *col.* 2.

Lucidæ ex Castrens. *cons.* 261. *libr.* 2. Expressæ ex Bal. *consil.* 456. *col.* 1. *lib.* 1. iuris non hominis, ex Crauet. *cons.* 47. *num.* 2.

29 Nisi forte dicas, quod Rota loquitur in casu suo, in quo aderant contra simulatione præsumptiones fauorabiles, validiores, puta publicum instrumentum, & iudeis decretum, quo casu non mirum si validiores probationes, seu præsumptiones in contrarium requirantur, & ita conciliari possent opiniones.

30 Et pro prima opinione addo Socin. *cons.* 83. *vol.* 3. Paris. *cons.* 53. *nu.* 8. *vol.* . *& cons.* 86. *nu.* 21. *vol.* 3. pulchre Corn. *cons.* 187. *in fin. vol.* 3. *& consil.* 135. *col. pen. vol.* 1. in quibus locis concludunt per coniecturas, & indicia probari, & idem Corne. *cons.* 63. *col.* 3. *versic.* tertio respondetur, *volu.* 1. vbi per testes minus idoneos, immo & per iuramentum. Ducad. *de arte testand. in titu. de his, qui non habent testamen. factio. caut.* 14. *post num.* 4. Ioan. Lup. *ad l.* 2. *§.* 1. *num.* 51. *C. de pact. inter empt. & venditorem.*

31 Et (vt alias dictum est) debet deduci in specie, nec in genere sufficit. Castren. *cons.* 59. *vol.* 2. Alex. *consil.* 111. *vol.* 3. Boer. *cons.* 11. *num.* 8.

32 Limitatur nono principalis cōclusio, vt non procedat, si in contractu ipso venditionis, vel locationis fuerit apposita clausula, quod renunciauerunt exceptioni simulationis, apparentiæ contractus, & non sic actorum, quia licet illa tria concurrant, tamen ista verba declarant verba contrahentium, se nolle istum contractum esse fictitium, vel alias simulatū. Vero. *de simulat. contract. præsump.* 26. *col.* 4. circa medium, vbi loquitur, & exemplificat in contractu locationis & conductionis, *num.* 84.

Et

33 Et hoc maxime verum est, si huiusmodi renunciatio fiat ex interuallo. Bart. *in l. nemo potest, columna 2. nu. 16. vers. quaero, an renunciatio, ff. de leg. 1. per l. 2. C. quod met. cau.* Gozzad. *cons. 69. col. 3. vers. tertio, &c.* Roland. *cons. 93. nu. 6. lib. 1.* & ante eos volunt. Imol. *in l. Scius, & Augerius,* & ibi Alex. *col. pen. in fi. ff. ad l. Falcid.*

34 Declaratur presens limitatio, vt non sit vera, quando in contractu fuerint expressa haec vel similia verba, s. vere, & non in fraudem vsurarũ, quo casu actus redditur magis suspectus, Tiraq. ita intelligendus, si bene perpendantur adducta per eum, *de retrac. conuen. in praefa. n. 19. de feud dat. in vic. legis commissoriae, nu. 264.* post Bart. *alleg.* Io. Lup. *de vsu. ad l. 2. C. de pact. inter empt. & vend. §. 1. nu. 39.*

35 Declaratur secundo, nisi contractus, qui apposita est renunciatio, vere, vel apparenter per aliquas coniecturas, vel indicia apparerent nullus, vel simulatus, quo casu sicut contractus principalis est nullus, pariter, & renunciatio in eo apposita, vti sequela ipsius. Afflict. in citato loco *nu. 168. limit. 3.* referens Fulg. ita consuluisse, & licet ipse non teneat, fuit de mente Bart. in citato loco. Zabarell. & Imo. *in d. cap. ad nostram.* Bart. *in l. fin. §. idem quaesiuit, ff. de condit. indeb.* Veron. *praesump. 6. nu. 84.* Et sic videntur conciliari posse multorum opiniones.

36 Limitatur decimo, quando in instrumento, et contractu sint apposita verba, quę omnia & singula &c. licet enim haec tria requisita concurrant, tamen non poterit radargui simulatus. Mascard. ex communi *de proba. concl. 447. nu. 38.*

Cui addo Seraphin. *de priuileg. iuramenti, priuil. 59.* vbi longa serie discurrit, nec displiceat videre quę posui *ad reg. cum quid, p. 4. limit. 8.*

37 Limitatur vndecimo, vt illa tria requisita non requirãtur in feudalibus, vbi sola paruitas pretij reddit contractum foeneratitium, si fiat ab inferiori ad principem, secus si ab ipsomet principe, in quo gratia praesumitur, non simulatio. Afflic. super secunda feudi, *tit. qualiter olim feudum donari posset, §. donari, n. 30.*

38 Limitatur duodecimo, quod multa in proposito excusat, consuetudo loci. Tiraq. *de retrac. ad finem tituli, nu. 30.* Crauet. *cons. 6. nu. 103. & cons. 145. nu. 8.* Gra. *cons. 49. nu. 12. vol. 2.* Bursat. *cons. 204. nu. 25. vol. 2.* qualitas personae, & vitae, & bona fama ipsius, prout persona conscientiata, vel ecclesiastica. Socin. *cons. 247. num. 1. in fine, lib. 2.* Crauet. *cons. 48. in fine, & 145. in fine,* vbi tollit omnem maculam. Dec. *consil. 309. nu. 7.* Ial. *cons. 453. col. 4.* Rol. *cons. 40. num. 9. cons. 96. nu. 2. lib. 2.* Neuiz. *cons. 87. nu. 25. in fin.* Alcia. *respons. 40. lib. 1.* post Alberic. *in l. iubemus nulli, la secunda, num. 16. C. de sacrosanct. eccles.* Natt. *cons. 498. numer. 26. & 525. nu. 45. & 556. nu. 3.* Seraphin. *de iuram. priuil. 132. num. 20.*

39 Et nota, quod praefati loquuntur de duobus requisitis tantum concurrentibus pacto de retrouendo, & modicitate pretij.

40 Secundo non procedit, nisi euidenter appareat de probabili laesione, quia cum simus in claris, quid prodest probare bonam famam, si effectus sunt mali? pariter quid potest bona qualitas personę nomine tantum non opere, immo magis redarguenda est.

41 Excusat etiam incertitudo, *cap. nauiganti. de vsuris, C. in l. si pater, C. de inoff. testament.* Vnde emptio fructuum ad vitam valet, quia potest statim mori. Caballin. *de vsur. in prin. nu. 5.* Dec. *cons. 3.* Mandos. *ad Roma. cons. 427. nu. 10.*

42 Qualitas vsurae recompensatoriae non est prohibita. Caballi. vt supra, & quando vere non constat de praua contrahentium intentione. Rodulph. *de vsur. q. 3. p. 2.* Bero. *cons. 168. n. 12. vol. 1.* Bursa. *cons. 204. vol. 2.* secus si aliquo modo constaret de aliqua praua intentione, prout si conueniretur, vt deberetur pensio etiam post mortem animalium. Speculator *in tit. de locato, §. iam nunc videndum. versic. ecce locaui.* Bart. *in l. minorum, C. in quibus causis,* Alex. *in l. vinum num. 14. si cer. pet.* & haec est communis opinio Pancirol. *cons. 147. num. 6.* vbi reprehendit arbitros, qui condemnauerunt ad pensionem bouis iam mortui post mortem animalis.

43 Pariter Inducitur suspicio vsuraria, si locatio fiat pro certa quantitate frumenti, vel vini, sicut pro pecunia in emptione fructuum. Hieron. Gabr. *cons. 76. nu. 9. lib. 1.*

Notandum tamen est, quod licet Doct. exemplificent in his tribus superius nominatis, tamen hoc non est restrictiue, sed gratia exempli, vnde sufficit vna ex tribus, concurrentibus alijs per Doctores approbatis. Rol. *cons. 40. nu. 23. vol. 2.* Borgni. *decis. 32. nu. 66. parte 2.*

QVAESTIO XII.

1 NVnquid exceptio vsurarum impedit executionem iurati, & guarentigiati instrumenti locationis & conductionis, vel alterius contractus? Vtique non stante iuramento, quod praecise obligat ad implementum. Bero. In termini locati & conducti, *q. 77. nu. 5. per c. debitores, de iureiur.*

Cui addo quod haec est magis communis opin. Ias. *cons. 9. col. 6. vers. istud idem deduco, vol. 1. cons. 41. col. 2. vers. praeterea Ioann. vol. 3.* Alex. *cons. 37. col. 6. vol. 2.* Ant. Gab. *de iureiurando, conclus. 8.*

ADDITIO.

☞ *Angel. in l. 4. §. condemnatum de re iudic. Alex. consil. 83. in fine, vol. 5. Seraph. de iuram. priuileg. 77. nu. 28. & haec est communis opinio, vt dixi decis. 66. num. 7. casuum frequentium.*

2 Limita, nisi pars excipiens fuerit absoluta a iuramento parte citata. Menoc. *cons. 24. nu. 11. lib. 1.* Ioseph de Lud. *cons. 23. in fin.*

3 Aduertendum tamen est in actu practico, quod multi tenuerunt requiri citationem in isto casu prout de magis communi testatur Marsil. *in l. de vnoquoque, nu. 193. de re iud.* Eman. hoc commendans *in thesaur. recept. sentent. litera I. n. 327.*

4 Contrarium de consuetudine seruatur ad effectum docendi de iuribus suis. Aleiat. *in cap. cum contingat, nu. 124 de iureiur.* Cur. iun. *cons. 152.*

5 Declaratur si petatur iudicibus maioribus, secus si a iudicibus ordinarijs. Bertran. *consil. 226. col. 5. vol. 3.* Ant. Gab. *de citatio. concl. 1. nu. 67.*

Addo Didac. *var. resolution. libr. 1. cap. 4. num. 1.* vbi per discursum tenet, & magis est communis, quod non requiratur citatio ad effectum excipiendi simpliciter

citer, nisi intentetur vlterius ad annullationem, vel rescissionem contractus, & sic sumus in casu, vbi sit adhibenda causæ cognitio.

Cui addo Nouell.*regu*. 50.*limit*. 2. Io. Rubell. *lib*. 1. Forens.institut.*cap*. 30. Didac.*var.resolutio.lib*. 1. *cap*. 4.*num*. 5.*in fine*.

ADDITIO.

☞ *Alex.cons.83.in fine, vol. 5. Seraph. de iuram. priui. leg. 77. num. 28. posui late materiam in decis. casuum frequentium, casu 133. vbi videre placeat.*

6 Solent in practica coram iudice habitationis fieri protestationes, vt nihil transeat nisi eo legitime citato.

7 Limitatur secundo, quãdo pars patitur probari super vsuris. Gramm.*decis*. 45.*nu*. 5. Paris.*cons*. 45.*nu*. 9. *lib*. 1. illud nõ omittam, quod ponit Tassara de erroribus Notariorum c. 15. quod Notarij cõficientes instrumenta simulata, modis, quibus supra, efficiuntur infames, nec possunt amplius instrumenta conficere.

ADDITIO.

☞ *Limitatur tertio in vsuris iam præteritis pro quibus relaxatur executio, iuramento hoc operante, secus pro futuris. Bar. in l. 1. §. & parui, ff. vi aut clam. Bal. in l. 1. C. de condict. indeb. Nenız. cons. 59. nu. 17. Grat. cons. 11. nu. 35. libr. 2. nisi fuisset obtenta absolutio a iuramento quo casu limitatio non procedit ex iam dictis.*

Tres tamen in proposito dantur cautelæ.

prima vt Iudex coram quo causa pendet, cogat creditorem ad relaxandum iuramentum debitori, Natt. cons. 497. lib. 3.

Secunda est vt debitor deponat cum fideiussione vt cõsignentur in casu succumbentiæ in exceptione vsurarum, Capic. decis. 175. nu. 2. Marant. disput. 5. Roland. cons. 88. numer. 14. vol. 3.

Tertia est vt creditor caueat in forma depositi de restituendo in casu succumbentiæ. Affl. decis. 356 numer. 6. Ioseph. Rot. Luca. 17. nu. 26. Vesti. lib. 8. cap. 3. numer. 14. Caualcan. decis. 50. in fine. Misign. cent. 1. obseru. 48.

QVAESTIO XII.

1 ADeo odiosa est vsurariorum vita, vt noceat etiã alijs nedum eis, vnde serniens vsurario consequitur mercedem in licitis, secus in illicitis, & quando sciebat dominum esse vsurarium, & sibi imputet. Archiepisc. *in summa*, §. 1. *titul*. 9. *part*. 2. de cooperatione vsuræ. Bonacoll. de famul. *q*. 218.

2 Secunda est conclusio. Locans domum vsurario punitur pęna, de qua *in cap*. 1. *de vsur. lib*. 6.

3 Ampliatur, vt procedat etiam in locante Iudæis. Dec. *in l*. 1. *nu*. 14. *C. de eden*.

4 Ampliatur idem in locante lenonibus. Alber. *in l. ancillarum, ff. de petit. hæred.*

5 Limitatur vt procedat, & habeat locum si scienter locauerit, secus si ignoranter, quę probabilis ignorantia eum excusat, vt ibi per glo. *in verb. fœnus*.

6 Limitatur secundo attento fine si locauerit ad habitandum tantum, non fęnus exercendum, vel aliam honestam mercantiam, dum modo colore quæsito fęnus non exercendo, puta vendẽdo merces illi, qui pecuniam quærit, & merces statim recuperat pro minori pretio, nam tunc esset locus dispositioni *d. cap*. 1. ibi per Franc. *super glos. in verbo, fœnus*, dicens hoc admodum notabile.

7 Vnde ponit ibi Franc. vnum satis notabile in hac locati & cõducti materia, de qua alias diximus; quod locans alicui domum, vel apothecam, censetur locasse, vt exerceat artem solitam. Vnde fabrum malleantem non posset expellere, & sic de singulis discurrendo, de quo alias diximus.

QVÆSTIO XIV.

1 QVæro vsque ad quantam summam possit taxari pensio, sictus, vel interesse in contractibus licitis, & vtique vsque ad octo pro centenario. Alex. *cons*. 31. *nu*. 5. *vol*. 6. Nat. *cons*. 586. *nu*. 10. *vol*. 3. Crauet. *cons*. 594. *nu*. 10. *vol*. 4. Rota Genuens. *decis*. 194. *num*. 3. Lup. *de vsur. commen*. 1. §. 4. *num*. 91. *commen*. 1. §. 4. *nu*. 116. Caballi. *de vsur. nu*. 527. *q*. 87. late Alex. de Neuo *cons*. 95. *nu*. 15. & 16. Borgon. *decis*. 2. *num*. 11. & *decis*. 13. *num*. 38. *par*. 2. vbi in alimentis dotalibus, etiam, prout & Tridentini pass. n vtuntur.

QVÆSTIO XV.

SI an pensio promissa cum iuramento in contractu illicito peti possit, & vtique sic, iuxta ea, quę dixi ad regulam, cum quid, *par*. 4. *limitat*. 8. & placuit Borgon. *decis*. 13. *num*. 49.

QVÆSTIO XVI.

QVid si aliquis mutuat pecuniam mercatori, pro mercibus emendis, & mercator stipulatur assecurationem, cui a mutuante promittitur sub certa mercede, an sit vsura? Vtique non, quia hic sunt duo contractus, vnus mutui, & hic absolutus, alter assecurationis, & pro hoc licet recipere mercedem ratione suscepti periculi. Abb. *in cap. nauiganti, nu*. 14. vbi Io. Lup. §. 1. *num*. 29. *de vsur*.

QVAESTIO XVII.

SEd nunquid mutuo dans, nihil animo recipiendi vltra sortem, possit licite stipulari aliquod seruitium facti vltra sortem, puta quod quis patrocinetur, intercedat, instruat, vel scribat, & Bald. dicebat *in l. rogasti*. §. *si tibi, ff. si cert. pet*. Vsurarium nõ esse si quis det mutuo rustico mille vt colat agrum iusta mercede, alioquin non mutuaturus, ipse enim nihil vltra sortem recipit cum iustam operarum mercedem soluat. Anton. in summa *par*. 2 *tit. de vsur*. §. 7. *capit*. 10. sequitur *Io. Lup. in c. per vestras*, §. *fin. nu*. 39. *de donat. inter virum, & vxorem*.

Pariter nullum vsuræ vitium committit, si quis alteri mutuo det centum, vt accedat ad eius molendinum, iusta soluta mercede, vel iret ad scholas. Adria. *super* 4. *de restitut* 10. *col*. 22. *vers*. Sed dubium videtur, *in fine*. Bal. in 4. *dist*. 15. *q*. 2. *art*. 3. *in princ*. Ioa. a Medin. *q*. 25. *artic*. 1. & *q*. 29. vbi asserit id, quod in naturalem æquitatem debetur posse in pactum deduci.

Pariter

Pariter non videtur vsura, si quis mutuo det alicui centum, vt sibi deberet locare domum suam iusta mercede, Socin. *in l. si quis, nu.* 12. *ff. si cer. pet.*

3 Contrarium in prædictis casibus verius esse videtur, eo quia libertas tollitur, quæ extimari debet arbitrio boni viri, reprobantur ergo per Bart. *in §. si tibi*, Guid. Pap. de contract. illicit. *nu.* 14. Lauren. de vsur. *par.* 2. *q.* 25. *vsque ad* 43. Caietan. *super* 2. 2. *q.* 78. *art.* 2. melius, in summa, vers. vsura exterior, *nu.* 8. diuus Anton. *d. c.* 7. *§.* 8. *vsque* 11. Corrad. *de contract. q.* 36. Io. de Med. *de contract. & restit. capit. de vsur. restituend.* Corsett. *in singul. in verbo Doctor.* 1. Arno. *probl.* 19. Et hanc dicit communem opinionem Siluestrin. *ver.* bo vsura, q. 7. Couar. *lib.* 3. *var. resol. c.* 2. *nu.* 5. Soi. *de iust. & iur. q.* 1. *art.* 2. *col.* 3. *art.* 1. *col.* 2. Nauarr. in Manual. *sub* 7. *præcept. c.* 17. *n.* 220. *in cap. si fæneraueris*, 14. *q.* 3. *nu.* 1. Lup. *ad cap. nauiganti. §.* 1. *nu.* 42.

De interesse.

Vidimus multis in locis de interesse in hac locati & conducti materia, prout suo loco, damni emergentis, & lucri cessantis, interesse offensi, & similibus, attingamus aliqua alia in materia damni, & interesse, nec poterit materia explicari per quæstiones, ponam tamen aliquas vtiles conclusiones.

Conclusio prima *ad leg. sed addes, §.* 1. *ff. loca.* si locatur res inanimata, vt dolia, vasa, & similia, & tenetur locator ad interesse, nisi probabiliter eius conditionē ignorare potest, *l. sed addes, §.* 1. vbi Castr. & alij, *ff. loc.* ad cuius intellectum notandum, quod ibi non loquitur restrictiue in vasis, & dolijs, sed procedit in similibus, vbi militare potest similis ratio, sed quia iste locando tacite asserere videtur se esse huius exercitij, & negociationis, vnde in venditore laterum, & similiū militat dispositio *d. l.* vt per Caballin. de eo, quod interest, sub *num.* 51. *cum seq. facit l. tenetur, §. sed si vas, ff. de act. empt.* Bonifac. de Vituli. *in tract. malef. in titul. de pen. falsarum mensur. nu.* 4. vbi etiam de falso tenetur. Practic. Iodoc. *c.* 123. *nu.* 9.

Si vero locatur res animata, ignorans tenetur quatenus, vt damnum emendet, vel seruum pro noxa dimittat, *l. pen. ff. commo.* Bar. *in l. vni. num.* 19. vbi Deci. *in fin. C. sent.* quæ pro eo, quod interest.

De retentione pro noxa.

Vnde si colonus in bonis sui laboritij reperiat boues damnum dantes, licebit retinere donec cognoscatur cuius sit animal, & non vl. ra. Bal. *in l. ac. C. de seru. fugit: per leg. cap.* 5. *ff. de adult.* Specul. *in titul. de actio. vers. sic. inuenio pecudem.* Io. Andr. *in cap. si læse. rit, de iniur.* Flor. *in l. quintus, ff. ad l. Aquil.* Ang. *in leg.*

1 *fatis, ff. de incend. rui. naufrag.* Gandin. *in tract. malefic. rubr. de pænal. colum.* 3. Capic. *decis.* 45. Papiens. inform. inquisitionis *in verb. contractando, num.* 4. Petr. de Leinand. *in tract. de Doctor. par.* 4. *q.* 81. & hæc est communis opin. Alex. *in leg. hoc amplius, §. de his ff. de dam. infect.* Alcia. *in leg. silua, §. pastua. ff. de verb. signif.*

2 Et facta recognitione licebit retinere solum pro alimētis præstitis, quibus persolutis tenetur restituere, & agere ad damnum, si dominus sit soluendo. Alciat. *regul.* 1. *præsump.* 50. Ptol. *de in lit. iur. num.* 874.

secundum primam impressionem, & secundum nouam. *§.* 53. *nu.* 6. Bonac. *in q. crimi. in tit. de dam. dat. vers.* si quis bouem.

3 Pariter damnum datum in messibus, vel arboribus non æstimabitur, prout si esset maturum, nec arbor sicut erat magna, sed quantum potuisset vendi ille duobus euentus præceptionis frumenti, vel arboris, Cin. *in l. fin. C. ad l. Aquil.* Alber. *in l. propter spem. ff. ad leg. Aquil. & in tract. statu. par.* 2. *q.* 78. Bal. in terminis locati & conducti, *cons.* 182. locata, *nu.* 4. vers. non enim. Crauet. *cons.* 40. quod male seruatur per rapaces officiales. Menoch. *de arbitr. iudic. cas.* 149. *nu.* 21.

De locatione operis.

Si autem locatur opus si operatur in singulos dies, non tenetur de periculo, nec de vitio operis, *l. ea lege, §. locaui, ff. locat.* quam ad hoc singularem dixit Bar. *singul.* 122. qui locauit. Roman. *sing.* 31. & *consil.* 297. Clemens. *singul.* 81. vbi rationem reddit, quia videtur dietim approbatus, & sibi imputet quare non licentiauit. Petr. de Vbald. de duobus fratribus, *par.* 8. *q.* 37. *num.* 38. *circa med.*

4 Si vero locatur opus faciendum, si pars operis corruit, id fit periculo locatoris, vnde eius expensis reficci debet, & habere integrum tempus. Bar. *in l. maritus, vbi locus suus, ff. locat.*

5 Aut locat operas suas ad vnum opus construendū vnica locatione, & tunc ruina contingens vitio soli, vel casu fortuito, adscribitur domino ædificij, *l. final.* vbi Bar. *ff. de verbor. oblig.* si verò dolo, lata culpa, vel leui locantis, adscribitur constructori, per *l. si vt certo, §. nunc videndum, ff. commod.*

6 Idem si locauerat opus faciendum, & pensio in singulos dies præstita fuerit, *ad §. locaui.* & ibi per Bart. si verò contingat leuissima culpa, ei non adscribitur, nisi expresse omne futurum periculum susceperit, tunc enim tenetur de leuissima culpa, nō casu fortuito, *l. opus* quod auersione, *ff. loca.* vbi etiam donec approbetur, vel mensuretur, tenetur conductor de leuissima culpa, nisi steterit per locatorem. Petr. de Vbal. vt supra. Castrens. *in d. l. opus*, vbi subdit, quod si erat in forma debita, periculum est locatoris, alias si non erat in forma debita, periculum est cōductoris. Et tenetur conductor perficere opus, nec liberatur faciēdo partem. Paris. *cons.* 37. *vol.* 1. vbi ad materiam *l. opus*, Borgni. loquens in casu quotidiano, *decis.* 26. *par.* 2.

De in litem iurando, &c.

Vnde pro damnis, & interesse datur iuramentū in litem inter alia remedia.

7 Prima igitur conclusio est ex parte locatoris. locatori competit iuramentum in litem contra conductorem non restituentem rem locatam, & eius iuramento probabuntur damna, expensę, & interesse, glo. & Castr. *in l. si cui, §. fin. ff. loca.* Plo. *de in lit. iuran. §.* 4. *nu.* 84. Menoch. *de arb. iud. cas.* 207. *nu.* 22. Pedemont. *decis.* 96. Addi. ad Dec. *cons.* 146. Ioseph. de Lud. *roncelu.* 56 *col.* 13. vers. & nota.

8 Datur etiam contra conductorem non restituentem rem conductam remedium *l. non ab re, C. loca.* vt suo loco dicam.

Iuratur

9 Iuratur etiam in litem in hac locati, & conducti materia si tutor, vel curator alienauerunt, & locauerunt bona minorum sine debitis solemnitatibus a iure requisitis. Dec. *cons.* 178. *col.* 2. *vers.* & casu. Anc. *cons.* 316 *vol.* 1. Ruin. *cons.* 29. *in fin. vol.* 5. Soc. *cons.* 46. *vol.* 1. *&* 2. 13. *col.* 2. *vol.* 2.

10 Ampliatur idem esse in Prælato, vel Rectore ecclesiæ locante sine debita solemnitate. Plot. de in litem *iur.* §. 5. *num.* 4. vbi idem in Rectore, hospitalis, & sindico communitatum.

11 Altera sit conclusio. Statutum, vel lex disponens standum esse iuramento damnum passi, non procedit in fauorem conductoris pro fructibus in solo pendentibus damnificatis, vel ablatis, poterit tamen conductor agere contra dominum, vt agat contra damnificantem, vt quod fuerit consecutus sibi restituat, vel actionem cedat, & ex iure cesso agere contra damnificantem. Castr. *in l. cum in plures*, §. *messem*, *ff. locat. & in rub. de nou. ope. nuoc, in fin.* 10. de Amic. *cons.* 75. Plot. *de in lit. iur.* §. 52. *num.* 21.

12 Quarta sit conclusio iuramenti in litem in materia locati & conducti. Iuramentum in litem non defertur contra alieno nomine laborantes. Corn. *consil.* 206. *num.* 5. *vol.* 2. Ioseph de Ludouic. *concl.* 19. *vers.* 4.

De locatione inutili.

NNtabilis est questio: facta est locatio de bonis ecclesiæ vltra tempus permissum, valebit ne saltem vsque ad tempus permissum.

1 Primo videbatur dicendum restringi, & valere ad tempus permissum vlteriori tempore reiecto ex §. neque illud, Authe. *de non alienan.* vbi pactum de extendendo in tertiam generationẽ reijcitur, & remanet concessio valida vsque ad generationẽ soli am.

2 Secundo pro hac parte facit, quia in separabilibus vtile per inutile non vitiatur, prout summis, & tempore, de quo agitur, vt nota. in regula, vtile *lib.* 6.

3 Tertio facit, quia tot censentur concessiones, quot generationes. Bart. *in l. mortis causa capitur*, *ff. de do. nat. causa mort.* Alex. *in l. si mihi, & Titio*, *ff. de verborum obligat.*

Et hanc opinionem tenuit Bald. in Authe. si quas ruinas, *num.* 2. *C. de sacros. eccles.* Castrens. *in Auth. qui rem*, *num.* 4. *C. eod. tit.* Imol. *in cap. ex parte*, *colum. pen. feud.* & hæc est cõmunis opinio teste *Ias.* *in d. Auth. qui rem*, *n.* 10. & in praxi seruãda. Aret. *in l.* 1. §. *si mihi*, *col.* 6. *ff. de verb. oblig.* Tiraq. *de retract. par. fin. num.* 144. Soarez in suo thesaur. *littera C. num.* 195.

4 Contraria est opinio, vt hæc locatio in totũ vitietur, & facit pro hac opinione textus in extrauagãti, ambitiosę, ibi, locationẽ aliter factam nullius omnino roboris, põderando inter alia dictionem omnino.

5 Secundo pro hac parte facit bonus textus *in clement.* 1. *de rebus eccles. non alienand.* ibi. Recipienti ius aliquod non acquiri, negatiua siquidem cum dictione, aliquod in qualibet minima parte verificatur, *glos.* & ibi Card. *in clementin.* 1. *de foro compet.* Felin. *in cap. pastoralis, de offic. delegat.* Iaso. *in authent. ex causa*, *col.* 4. *C. de liber. præterit.*

6 Et hanc opinionem tenuit Bart. *in d. Authent. qui rem*, & ibi Ias. & idem Ias. *in l.* 2. *nu.* 170. *C. de iur. emphyteut.* Lap. *allegat.* 80. Imol. *in l. quod dicitur*, *ff. de verb. oblig.* Alex. *cons.* 17. *lib.* 4. Afflict. *decis.* 107. Socin. *in l.* 1. §. *sed mihi*, *ff. de verb. oblig.* vbi Aret. dicit hanc opinionem forte veriorem, & hæc est communis opinio. Rol. *cons.* 84. *nu.* 29. *vol.* 1. Mich. Grass. *commun. opin. concl.* 32. Vincent. Anna. *singul.* 327. Borgnin. *in repert. in verb.* locatio bonorum ecclesiæ.

7 Et sic hinc inde communes, & hanc secundũ magis communem dicit Didac. *var. resolut. lib.* 2. *ca.* 16. *num.* 6. *vers. sed præmissa.* Bal. Mannos. ad Lap. *alleg.* 12. Eugen. *cons.* 24. Rot. *nouiss.* 709. *num.* 6. *part.* 2.

Limitatur hæc magis communis opinio secundũ aliquorum opinionem conciliare volentium ambas opiniones, vt procedat, & habeat locum in contractu emphyteutico solito fieri in tertiam generationem, & fiat in quartam, quo casu non vitiatur in totum, sed valebit vsque ad tertiam, secundum quam valere potest, & ratio punctualis esse videtur, de qua pro vna parte ex Bart. diximus, vt tot dicantur concessiones, quot generationes, secus in locatione ad longum tempus, vt per Paris. in consuetud. *tit.* 1. §. 41. *q.* 10. & licet de hoc dubitet Couarr. in citato loco. sequitur eum Caball. *in milleloq.* 162. *par.* 1. post alios, quos allegat.

8 Limitatur secundo Bald. opinio, nisi ex probabilibus coniecturis appareat locatorem, aut conductorem pro minori tempore non locaturum, nec respectiue conducturum. Bar. *cons.* 159. *col.* 3. Fel. *in c. cum super, de offic. delegat.* bonus textus in simili, *in l. Iulianus*, §. *si quis colludente*, *ff. de act. empt.* & notant Alex. Soc. & Alciat. *in d.* §. *sed mihi.*

Limitatur tertio nisi vnica pensio pro toto tempore soluatur, quo casu locatio est in totum nulla. Bald. *cons.* 475. *lib.* 1. sequitur Tiraquel. *de retract. lib.* 1. §. 23. *glo.* 2. *num.* 10.

Limitatur quarto, si fiat locatio de re ecclesię ad vitam, quo casu est in totum nulla. Couarr. *in citato loco*, *vers. eadem ratione prope num.* 6.

Et sic conciliantur opiniones, cętera vide *in tit. locationis bonorum ecclesiæ.*

Pariter locatio est in totum nulla, si fiat de rebus ecclesiæ permissis puta temporalibus, & prohibitis puta spiritualibus, sub vnica pensione, Rota nouissima 709. *part.* 1.

De præscriptione.

PRæscriptionis materia vtilissima est in hac locati materia, nec potest per quæstiones diuidi, ponam tamen per aliquas cõclusiones forte nõ inutilis.

1 Prima sit conclusio, conductor, vel colonus recognoscens aliquem in dominum, nullo vnquam tempore præscribit nisi prius possessionem domini interuertat non admittendo dominum venientem. Cin. Bart. & alij, *in l. male agitur*, *C. de præscrip.* 30. *vel* 40. *ann. in Authent. perpetua*, *C. de sacros. eccles.* Castr. *in l. neque*, *C. de vsufruct.*

2 Amplia etiam in parte fructuum; puta si colonus nolit dare domino parte aliquam herbarum, quia nunquam dedit. *decis.* Perus. 106. *par.* 2.

Ampliatur secundo, siue finitus in prima conductione expressa, siue in reconductione tacita, *ex* §. *qui impleto.* Rot. *nouiss.* 727. *num.* 3. *par.* 2.

3 Limita nisi concurrat præscriptio longissimi temporis immemorabilis, quæ causat titulum. Roland. *cons.* 53. *nu.* 28. *&* 29. *lib.* 2.

Et

Et sic hæc prima conclusio procedit in colono negante aliquid domin ,quia per tempus longissimum nunquam reperitur dedisse.

4 Secunda sit conclusio pariter negatiua. colonus, vel conductor non soluens pensionē per annos triginta & vltra præscribit aduersus pensionem præteritam non futuram. Papiens. *in form. libelli ad fict. præstation. in verbo, soluit, nu. 4.*

5 Amplia secundum eum id esse si per dictum tempus soluerit in alia moneta, vel specie, quam conuenta, *per c. olim, de censibus.*

6 Tertia sit conclusio, sed affirmatiua, quando locatio est facta ad modicum tempus, & conductor per annos triginta soluit pensionem, vel responsionem præscribit actioni ex locato, vt iste conductor efficiatur perpetuus, nec tenetur discedere a conductione. Bar. Bal. & alij, *in l. cum notissimi, & in l. omnes, Cod. de præscript. 30. vel 40. annorum, in l. 2. C. de iur. emphyt.* & hæc est communis opinio. Bero. *in cap. dilecti filij, nu. 24. de arbitr.* Balb. *de præscript. p. 3. q. 10. nu. 34.* Viui. *opinio q. 3. parte* 1. Alciat. de magis communi, *in l. si certis annis, nu. 9. C. de pact.* Aimo. *cons.* 150. *num.* 10. Tiraq. *de præscript. §. 1. gloss. 4 vers.* 13. Gozad. *cons. 9. nu.* 7. Vasq. q. Illustr. *cap.* 62. Bero. *q.* 14. Afflic. *decis.* 365. *nu.* 13. Mazzar. post alios, *cons.* 15. Mago. de communi *Rot. Florent. 2. sub nu. 4.*

• Pariter si dominus steterit per annos 30. quod pensionem non petijsset, quæ tamen non fuit denegata, vel possessio interuersa, non præiudicat. Bertaz. *cons. ciuil. 17. nu.* 20. vbi in dubio non præsumitur interuersio possessionis, nisi probetur.

Et in eodem *num.* 6. 10. de Amic. *cons.* 150. *num.* 20. Afflic. *decis.* 365. *nu.* 13. Bero. *q.* 14. Menoc. *de recuper. remed. 10. nu.* 118. dicens ab hac opinione in iudicando non esse recedendum. Marza. *cons.* 16. Cassa. in consuet. Burgund. *rubr. de Mar. mor. rub. 9. nu.* 25.

7 Limita, & in hoc omnes non aduertunt, nisi responsio fuisset difformis. Ang. *in l. male agitur, Cod. de præscrip. 30. vel 40. annorum*, Crauet. *cons.* 807. & hæc est communis opinio. Ruin. *cons. 61. nu. 5. vol. 1.*

• Et hæc vera, & communis opinio. Vasq. contra Illustr. *cap. 63. num.* 1. Tiraq. *de præscrip. §. 1. glos. 4. versic.* 16.

Nec ostendere nouam causam, vel mutatam. Rui. *cons. 75. num. 4. vol. 1.* Crauet. *de antiquit. tempor. part. 4. nu.* 223.

8 Vides igitur candide lector, quod liberalitas est quandoque damnosa, cum si ex vrbanitate refirmes bona locata per annos 30. nec aduertas ad responsionem difformem, quod fit præiudicium locatori in iure personali.

9 Et ex hac tertia conclusione infertur limitatio ad multa iura in materia locati, nam lex, ne cui, nō procedit in conductore 30. annorum.

10 Ex quo perpetuus effectus est ita vt expelli non possit, pariter nec procedat, *l. æde C. locat.*

11 Limitatur secundo, vt procedat quando locatio in sui principio concepta esset ad modicum tempus, deinde in prosequendo facta esset continuatio per annos 30. secus si ab initio esset facta locatio ad longum tempus 30. vel 40. annorum, quia ex hoc non est quæsitum ius perpetuitatis conductori. *in d. l. male agitur, & in l. competit, C. eod. tit.* Rui. *cons. 75. & 151. nu. 21. & 22. cons. 116. nu. 5. vol. 1.* quem probat, & sequitur Anch. *q. fami. 24. nu. 11. p. 1.* Rimin. sen. *cons. 100. num. 24. & 27. vol. 1.* Craue. *de antiq. temp. p. 4. nu.* 122. Bero. *q. 14. nu. 1. in fin.* Soc. iun. *cons. 63. nu. 20. vol. 2.* Burlat. *ample. cons. 330. nu.* 146.

12 Sed cogita vnum. Doctores ponunt duo extrema. Primum est modicum tempus, quo casu conclusio procedit, aliud extremum est lōgissimum tempus annorum 30. vel 40. quid dicemus non in longissimo tēpore, quod absordet totam præscriptionem, sed in longo, puta annorum decem vel simili?

13 Quod si fiat continuatio per annos triginta, vel vltra, inchoando potest decennium?

14 Limitatur tertio, nisi de initio causæ, & tituli etiā inualidi, & illegitimi appareat, & vbi probatur ex diuersa causa, & inualida colonos, & cōductores posse disse. Ruin. *cons. 70. & cons. 61. & cons. 56. nu. 15. vol. 1.* Anchar. *q. 24. p. 1.* Burlat. *cons. 23. nu. 8. vol. 1.* Rim. iun. *cons. 100. nu. 27. vol. 1.*

15 Limitatur quarto in venditore conducente ab emptore, cui vendidit necessitate ductus pro paruo precio, & postea reconduxit ab eodem, late Craue. *de antiq. temp. vers. materia ista.* vbi por longum discursum arguitur contra Bald. opinionem, tandem soluat hoc modo prædicto, videns durum vt colonus me inuito habeat rem meam, referens quendam famulū domui inueteratum, qui respondit cuidam hoc modo. *Io visto prima di te qui.* prout faciunt etiam filijs familias iuuenibus, commendat. Soc. iun. *cons. 63. nu. 13. 56. nu. 14. vol. 2.* Vrsill. ad Afil. *decis. 365. nu.* 15.

16 Limitatur quinto, vt prædicta procedant iure ciuili inspecto, secundum quod currit longissimi temporis prescriptio cum mala fide, secus de æquitate canonica. Balb. *in tractat. præscription. in 4. parte quartæ principalis, q. 11. sub nu.* 3. Ant. Gabr. *de præscript. conclus.* 1.

17 Addo Crauet. *de antiq. temp. p. 4. num.* 248. & hæc est communis opinio. Villalob. *in verbo præscripto, nu.* 205. Couarr. *in regul. possessor. §. 8. nu. 3. & 4. gloss. 9. num.* 2. Cephal. *cons. 102. nu. 10. cons. 40. nu.* 25. Burlat. *cons. 23. num. 21. vol. 1.* & hæc opinio est magis vera, magis realis, & magis communis, pręcipue in bonis ecclesiæ, quia post tempus pręsumitur continuasse de anno in annum, etiam per mille annos. Rim. iun. *cons. 257. nu. 42. vol. 1.* Bald. *cons. 116. vol. 1.* Mari. Anguissol. *cons. 71. nu. 20. vol. 1.* latissime Borgnin. *decis. 44. nu. 80. decis. 45. nu. 86. & in reper. in verbo conductor, & emphyteuta.*

18 Addo Bero. *cons. 116. numer. 7. & 8. volum. 1.* Socin. iun. *cons. 9. num. 16. & sequen. vol. 3. cons. 63. volum. 2.* vbi loquitur in locatione ad beneplacitum, & transitoria ad hæredes. Rodoan. *de rebus eccles. fol. 500. numero* 26. Iat. *in l. 2. numer. 127. C. de iur. emphyt.* Viui. de magis communi *opinio. 273. part.* 1. Menoc. *cons. 291. nu. 35. libr.* 3. concludens legem Venetam in hoc non procedere.

• De communi Cephal. *cons. 40. num. 15. volum.* 1. Rimin. *d. cons.* 100. Rimin. iun. *cons. 29. num. 81. volum.* 3. Socin. iun. *cons. 63. nu. 14. vol.* 2. Burlat. *cons. 330. nu. 150. volum.* 3.

19 Amphatur præsens conclusio, quod si fiat locatio de nouennio in nouennium, cum pacto quod non possit expelli donec melioramenta non fuerint soluta, si perseuerauerit conductor in conductione per annos quadraginta, & vltra soluendo pensionem in-

intelligitur

Digitized by Google

telligitur reconductio ad tempus, & non in perpetuum virtute dictæ inuestituræ ob meliorامenta nō soluta. Riminald.iun.*conf.*257.*num.*39.*volum.*3. Soc. iun.*consil.*9.*num.*16.*volumin.*3. Bero. *consil.* 116. *nu.*7. & 8.*vol.*1.

20 Vnde solutis melioramentis, licet nouennium sit inceptum, & non finitum, debet finiri nouennium. Borgn.*decis.*44.*n.*95.

Addo Cagnol.*in l.*2.*nu.*146.*C.de pact.inter emptor.* & *vendit.*

21 Limitatur sexto in colente nummis, secus in pār. tiario. Ruin.*conf.*151.*nu.*14.*lib.*4.

Vnde aut responsio est præcisa quolibet anno, vt in nummis, vel in specie vini, olei, & similibus, & conclusio procedit, aut responsio fit de fructibus colligendis, & cum fit partiarius dispositio non procedit, & ita procedat doctrina Bald. & Ang. *in d.l.male agitur*, Riminal.*conf.*100.*num.*43.*volum.*1. Aneh.de communi,*q.*24.*nu.*14. Marzar. *conf.*16. *num.*1. Ioseph. *decis. Perus.* 106.*nu.*27.*par.*2. de communi Balb. *de præscrip.par.*4. *quantæ partis principalis*,*q.*13. Villalob.*n.*262. Cephal. *conf.*255.*nu.*8. *vol.*2.

22 Quarta fit conclusio: colonus si domino ignorante vendidit fundum conductum, cuius emptor soluit domino pensionem per annos 30. præscribit emptor, ex quo habet titulum, & bonam fidem, sed dominus restituitur ex clausula generali (si qua mihi iusta causa.) Specul.*de præscript.col.*3.*vers. quid si colonus*.

23 Quinta sit conclusio, locatio facta nomine meo, & a me ratificata impedit præscriptionem, & quatenus sit incboata interrumpit. Bal.*conf.*13.*n.*4.*volum.*1. vbi si soror mea locauit possessiones communes, nomine meo, exceptio præscriptionis 30. annorum per sororē opponi nō potest, quia perinde est ac si mandato meo locasset, quod præsumitur ex ratificatione, quę retrotrahitur ante præscriptionem. Bonif.*de statutar. præscriptione gl.*21.*nu.*40.

24 Sexta sit conclusio; Colonus, vel conductor vendens, transfert ius præscribendi in emptorem bonæ fidei. Speculat.*de præscript.* §.1. *glos.in l.nemo, in verbo dominij*, *C.de acquir.rer.possession.* Sicul. *in cap.cum non liceat*, *col.*2. *de præscription.* Firmian. *in verbo emptor.*

25 Limitatur in materia *l.secundæ*, *C. ne rei dominicæ*, vel templorum, quam singularem, & notabilem dixit Bar. *in l.*2.§.*quod autem, il secondo, de superficiebus*, Aret. *conf.*55.

Si in instrumento locationis adest clausula, quæ omnia &c. Vel omni legū & iuris auxilio, præscriptio allegari non potest. Angel. & Imol. *in l.*1. *ff.de vsucap.* Rim.*conf.*151.*nu.*7.*lib.*1. Ceph.*conf.*40. *nu.*12. & 13.*lib.*1. item si constat, quod coloni steterint, et mera liberalitate præscriptionem allegare non poterunt, & perpetuitatem Coloniæ. Bursat.*conf.*330.*num.*253. *vol.*3. & in dubio contra colonos, contra præscriptionem. Vrsil.ad Afflict.365.*nu.*15.

Et conductor perpetuus sibi præiudicat per conductionem temporalem postea factam Curt.iun.*conf.*17. Corn.*conf.*181.*num.*56.*vol.*2. Soc.iun.*conf.*56. *nu.*16. & 17.*vol.*2. Rimin.iun.*conf.* 100. *nu.*47.*vol.*1. Bursat. *conf.*330.*nu.*80.*vol.*3.

Et conducens rem alienam ab alio, qui postea vēdat, ille conductor & postea emptor præscribit Cast. *in l.alienum seruum*, *Cod.de fur.*

Et Afflictus possunt peti vsque ad 30. ann. Guid. de Suzar.*de iur.emphyt.num.*22. Balb. *de præscript.parte* 4. *q.*4.*princ.* Ioseph. *Rot.Lucan.*25.*num.*25. vbi habes ad statutum Lucense, vt fictus probetur iuramento, nam intelligitur, si iuretur cui fuerint soluti, & a quo fuerit acceptatum.

De impossibilitate.

1 IMpossibilitas vitiat contractum locationis, & conductionis, textus in terminis *in l. non solum ff. de action.& obligat.* et ratio videtur satis in promptu, quia contrahentes scienter sub conditione impossibili non videntur habere animum se obligandi, vt expresse dicit textus *in d.l.non solum*, & *in l.stat.liber.* §.1.*de stat.liber.*

2 Ampliatur hęc conclusio, vt adeo sit vera, vt nec etiam oriatur naturalis obligatio. ita dicit glo. notabilis *in regul.nemo,lib.*6. per textum in verbo, nulla, in regula impossibilium, *ff.de reg.iur.*

3 Ampliatur secundo dispositio *d. l. nemo*, vt nec fideiussor obligetur, cum enim vt dictum est deficiat naturalis obligatio, merito nec fideiussoria, *l.fideiussor obligari*, *ff.de fideiussor*.

4 Ampliatur tertio *d.l.nemo*. siue impossibilitas uersetur circa substantiam contractus, siue circa conditionem adiectam illi contractui semper enim vitiat. Aret.*in* §.*impossibilis.instit.de inutil.stipulat.nu.*4. Bal. *in l.*1.*opposit.*10.*C.de his,qui pœnæ nomine*, Castrensf.*in l.*3.§.*si ita*,*ff.de eo*, quod certo loco, *in l.insulam*,§.1.*ff.loc.in l.si mihi & tibi*,§.*si quis seruos*, & ibi Imo. Alex. & Soc.*ff.de leg.*1. Cagn.*ad d.l.impossibilium*, Benincas. *in* §.*actio.nu.*460.*de action.*

5 Ampliatur quarto, vt nec oriatur iudicis officium. Bar.*in l.si sub impossibili*,*ff.de fideiussor.*

Ampliatur, quinto, vt non firmetur iuramento, *c. breui*, & ibi Butr.*de iureiurando*, Ant.de Petrut.*in l.*1. *num.*203.*ff.de iureiurando.*

6 Limitatur primo dispositio *l.nemo*, vt non procedat in impossibilitate circa accidens, quia non vitiat cōtractum bonæ fidei, vel sapientes eorum naturam, sed vitiatur, vt per Benincass. *in* §. *actionum*, *nu.*460. *in fine*.

7 Limitatur secundo *d. l. nemo*, vt procedat quando conditio est impossibilis, de natura, vel de iure, cui lex resistit, tunc vitiat contractum locationis, & similes, secus si non sit conditio impossibilis, natura, vel de iure, cum non sit contra bonos mores, quia tunc debet adimpleri de facto, vt pęna euitetur. Bar. *in l.quidam cum filium*, vbi Alex.Iat. & allij *ff.de verb. obligat.in l. vbi pactum*, *col.fin.C.de trāsact.in l.*1.*col.*3. *de condit.in. stitutionum.*

8 Limitatur tertio dispositio *l. nemo*, vt licet conditio impossibilis vitiet contractum bonæ fidei, impediendo ex eo nasci obligationem, non tamen impedit oriri conditionem ob causam, quæ non tendit ad perficiendum cōtractum, sed soluendum, *l.si militem*, & ibi Bar.*C. de condict. ob caus.in l.*2. *de condit.institutionum.*

9 Limitatur quarto dispositio *l. nemo*, in modo impossibili, qui non vitiat contractum, *gloss.notab.in l. cum donationis*, *in gloss. magna*, *in fine*, vbi Iason eam summopere commendat, *C. de transact.* singularem quoque dixit in practica Angel. & post eum Ias. *in l.*

Hh impossi.

Digitized by Google

impossibilis, nu. 3. de verb. oblig. in l. certi conditio, §. quoniam, n. 5. ff. si cert. petat. ratio videtur in promptu, quia in actu conditionali obligatio non oritur ante conditionis euentum, l. cedere diem, ff. de verbor. signif. secus est in modo, cuius euentus non expectatur ad perfectionem contractus, & ortum obligationis.

10 Limitatur quinto dispositio l. nemo, & hanc declarationem habent contractus bonæ fidei a locatione conductione, vt licet impossibilitas vitiet contractus bonæ fidei modo, quo supra, non tamen vitiat angustia, vel difficultas temporis, l. insulam, §. operis, ff. loc. vbi Castrens. dicit, quod ille textus ad hoc semper allegatur.

11 Vnde in contractu locationis, & conductionis promissi opus factum ad talem diem, & tempus reuera est valde angustum, & breue, vtique arbitrio iudicis supplebitur tempus necessarium, & antequam illud transeat, non committitur pœna promissa, si opus nō fuit completum, vt ibi Castren. animaduertit, & hunc textum dixit singularem Afflic. in c. 1. nu. 2 t. vers. item breuitas temporis, quibus ex causis feudum amittatur. Iacob. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. centur. 3. cas. 221. monens iudicem, vt adhibito peritorum iudicio, tempus congruum, et necessarium operis conductori statuat, & tribuat.

Addo Bal. in l. continuus, §. illud, & ibi etiam Fulg.

12 ff. de verb. oblig. ex doctrina Bart. per illum textum, in l. sed & si quis, ff. si quis caution.

Ampliatur hæc declaratio, vt difficultas nō solum

13 non vitiet contractum bonæ fidei, sed nec actus habētes se ad instar bonæ fidei, prout est testamentum, l. si mihi & tibi, §. si quis seruos, vbi not. ff. de legat. 1.

14 Bene tamen vitiat contractum stricti iuris, vt l. 2. §. si quis ita, ff. de eo, quod certo loco.

Si ergo in instrumento locationis fuit dictum quod deberet perficere infra annum, & illud non est possibile, quia saltem sex menses vltra requirebantur illi sex menses prorogabuntur, nec committitur pœna antequam sint elapsi decem, octo menses, sed si tunc opus non est expletum, bene committitur pœna.

15 Ampliatur in prorogatione hominis, vnde si conductor, vel locator pro mittat aliquid sub pœna infra certum tempus, & postea de partium consensu prorogetur terminus, nec de pœna aliquid fuerit dictum, si in termino prorogato non constet de implemento, pœna dicitur commissa, licet de ea in ea prorogatione nihil fuerit dictum arguendo a prorogatione legis ad prorogationem hominis, vt per Castr. in d. §. operis.

16 Addo in hoc materia impossibilitatis, quod si ex dilatione præterit tantum temporis, vt impossibile sit in residuo impleri posse, quod ante diem ag ... poterit, Io. And. ad Specu. §. 1. vers. probatoriæ Imol. in l. in illa, col. ff. de verb. oblig. Cagnol. in regul. impossibilium, n. 2. in fine. Et nota vnum in hac materia impossibilium ad propositum locati & conducti, & de quo agimus, textum in l. si quis fundum, in princ. ff. locat. vbi valet excepto casus fortuiti, cui mens humana prouidere non potuit, & sic actus impossibilis soluet, vt pulchre p... Sal. ad l. 1. C. commodat. vel per Rip. de pest. fol. 8. nu. 48. Et est materia ista frequens, & quotidiana, & multi sub spe aliqua conducunt in breuiori tempore, qua ... si necessarium, & postea exitus non succedit, multa pro mittuntur, quæ minus feliciter eueniunt.

17 Et locans operas ad opus aliquod faciendum intelligitur, vt perficiat, nō vt inchoet tantū, l. rei, §. opere, ff. de verb. signific. vbi Alciat. declarat in opere certam formam habente, secus in alijs certam formā non habentibus, vt paries, fouea, maceries, nam etsi solum incepta sit dicitur opus perfectum, secus si certi termini vel mensura addita proponantur, vt ibi per eum.

De sexto gradu accidentium.

Verborum significatio, Obligatio, Arbitrium, Consuetudo, Precarium, Ius Protomiseos, Ius Patronatus, Cessio, Difformitas.

QVAESTIO I.

1 QVæro, vend di tibi fundum, vel domum, vel rem aliam, cum pacto his verbis concepto, ne exeat manus conductoris, nunquid locare poteris? Et videtur dicendum, quod non, cum verbum, manus, large sumatur nedum pro translatione dominij, sed pro vsu simplici, & dummodo quouis modo ponatur extra manus, l. 1. ff. deposit. l. apud antiquos, post pr. & de furt. l. 1. & 2. ff. de vsu, & habit.

2 Et hanc opinionem tenuit Cin. & post eum Alber. Bald. & Salic. in l. fin. C. de reb. alien. non alienand. Bald. in l. 2. C. de fideicommiss.

3 Pro contraria parte facit, quia vere proprie manus intelligitur pro dominio, l. manumissiones, ff. de iust. & iure, & per locationem non transfertur dominium, neque possessio, l. rg. non solet, ff. locat. merito, & c.

Et hanc opinionem tenuit Bald. in l. voluntas, C. de fideicommiss. Ioan. And. in rap. 1. de immunit. eccles. in 6. Et hæc est communis opinio, teste Ias. in d. l. manumissiones, nu. 6. Petr. Girard. Oppiz. in §. dini, nu. 25. ibi, limitatur de nouo.

4 Limita in locatione ad longum tempus, per quam dominium transfertur, prout dixi superius de locatione ad longum tempus.

5 Limita secundo si fiat locatio in potentiorem, a quo non sit verisimilis recuperatio. Fulgol. in d. l. manumissiones, argum. l. qui habebat, in princ. ff. de legat. 3. faciunt quæ diximus superius de colono rixoso, ad l. ne cui, C. locat.

6 Res igitur locata est in manu locantis. Et postquam incidit sermo de manu, & eius significatione, vnum obiter dicam ad propositum materiæ locati, & conducti, de qua agimus ad intellectum leg. mulieris, ff. de verb. signific. vbi in manus pretio, idest artis significat, mercedem, quæ artis nomine debetur architecto. Virgilius. Artificumque manus inter se operumque labores, miratur. Iul. Solin. & ędes manus Dędali ostendebant.

7 Vnde manu precium dicitur in hac locati & conducti materia, vbi non tam materiæ ratio, quam manus, & artis ducitur, ad l. 30. §. 3. ff. locat.

QVÆSTIO II.

QVæro, in contractu locationis, & conductionis, verba quomodo sint intelligenda?

1 Et videbatur large, ex c. cum dilectus, in fine, de donat. vbi in contractibus larga fit interpretatio.

2 Contrarium verius videtur vt verba sint stricte interpretanda, hinc dicebat Bald. In l. emptorem, in fine, C. locat.

C.locat.quod si in vna tenuta adest,& includitur vna planities diuersi nominis locata tali tenuta non veniet illa planities diuersi nominis licet includatur. sequitur Aimo.cons.202. num.20.

3 Et hoc procedit precipue in locationibus gabellarum,datiorum,pedagiorum, in quibus fit admodū stricta interpretatio. Vnde datio simpliciter locato, non venit superindictum.Ferrat.de gabell. nu. 405. similiter locato datio vnius loci non venit alterius loci. Bursat.cons.190.num.23.vol.2.

4 Pariter locatio facta cum clausula in circa declarabitur de modico arbitrio boni viri. Alex. cons.29. num.5.vol.5.& cons.82.& cons.vlt. nu.8.eod. vol.pulchre Paris. cons.104.num.35. vol.1. Strach. de mercatur.in titu.de naui.par.3.num.13. vbi loquitur in terminis locati & conducti,si locaui nauim, & dixi esse capacitatis amphorarum mille in circa.Iac.Menoc. de arbitr. iud. cas.86.

5 Materia in practica satis frequens,maxime in depositionibus testium, vbi sæpius loquuntur per verba in circa.

6 Similiter locato castro,vel villa cum territorio,& terreno non comprehendūtur loca siluestria ad culturam penitus inhabilia, nec fontes, nec riui aquarum, nisi quatenus faciant ad culturam agri, idem locator de residuo disponere poterit. Bart. per illum textum, in l.1.C.de mancip.& colon.par. commendat Roma.singular.225. si locatur.

7 Restringitur hoc dictum vltra ibi apostillantes,vt verificetur in locatione,vel emphyteusi,secus in aliis concessionibus. Veron. de seruit.rustic. præd.1. de flumine,vers.si dominus alterius.

8 Limitatur secundo, vt veniant nemora, & siluę, quę per conductorem possunt extirpari, & cędi, & ad culturam redigi, & vinea plantari,& alia vtilia, Barbac.cons.54.col.1.lib.4. & cons.57.col.2.eod. volu. Menoch. cons.13.

9 Et locato fundo nulla facta expressione fructuum intelligitur de nascentibus in fundo conducto,& secundum qualitatem ipsius.Bart.in l.dominus prædiorum,C.de agricol. & censit. lib.11.

10 Bene verum est,quod si locatur fundus nulla facta mentione de arboribus,quod habebit etiam partem conductor in fructibus arborum.Ioan.Andr.ad Specula.in tit.de locato,§.1.vers.fit.quid si colonus, reputat in practica singulare. Ias. in l. quicquid astringendæ, col.3.circa medium,ff.de verb. obligat. Roma. pariter hoc valde commendans,consil.150.Tiraq. de retract.tit.5.§.4.glos.1.q.2.reputat egregium dictum ad l. si vnquam,in princip.sub num.55. Campeg. de dot. q.81. part.2.Barbac.in l.cum acutissimi, colu.22.C. de fideicommiss. vbi appellat dictum elegans, & aureum. idem Ias.in l.1.nu.33.ff solut. matrimo.in l. 1. in fine. Cod.de iur.emphyteut.in l.1.colum.3.ff.de legibus. Fel. in cap.coram dilecto, circa medium, de officio delegat. Angel.in l.certi,ff.de rust.præd.Firman. in verb. fructus arborum.

11 Bene verum est,quod si conductor promisit plantare vineam,& non plantauit,an cadat a contractu, vel teneatur ad interesse,est quęstio,& practicabilis,& Bal.indistincte tenuit quod caderet a iure suo,in l.fin.§.fin.C.commun.de lega.commendat Iaso.in l.1.in 4.notab.C.de iur. emphyt.

12 Limitatur hoc esse verum si pactum de plantādo vineam principaliter dedit causam contractui, secus si veniret accessorie, quia tunc tenetur solum ad interesse. Cott. in memorab. in verbo locaui vineam. vnde erit diligenter animaduertendum, quia multi statim agunt ad caducitatē ex capi.non implementi. Marsil. sing.582.Et est casus admodū frequens;multi enim conducūt laboritia, & promittunt dare medietatem fructuum locatori, & insuper promittunt aliquid aliud,puta plantare vineam, vel tot arbores quolibet anno, vel fabricare casam, vel quid simile, nam si tale pactū conductor non obseruat, non pōt agi ad caducitatem,sed debet attendi,quod principaliter fuerit appositum gratia alterius, vt dictum est.

13 Ampliantur prædicta omnia, etiam si conductio facta esset verbis generalibus,& pręgnantibus, vnde locatio facta cum pacto,vt liceat conductori recedere post mensem quandocunque voluerit,intelligitur, & restringitur nisi post mensem fecerit actum conductor,per quem videatur ab illa conductione recessisse,puta si petierit sibi adimpleri promissa.ita singulariter dixit Salic.in l.commissoriæ, in fine, C. de pact. inter emptor. & venditor. commendat Felin. in cap. sedes,col.12.de rescriptis.Marsil.sing.213.viam.

QVAESTIO III.

1 QVæro verba contractus locationis, & conductionis contra quem sint interpretanda.Et vtique contra locatorem, qui potuit legem apertius dicere,l. veteribus,ff.de pact.l.Labeo scripsit, ff.de contrahend.emp.l.quicquid astringendæ, ff.de verb.oblig. Bal. cons.160.par.1.Corn.cons.116.in princ.Gozad.consil. 74.num.13.Dec.in terminis,in l.fœmina,sub num.113. versic.postremo,ff.de reg. iur.

2 Declarando,aut locator se fundat in verbis, & contra eum fit interpretatio,aut cōductor se fundat in verbis,& contra eum fit interpretatio. De primo Roman.cons.95.num.2.vbi Mandos.Corn. cons.95.n. 5.vol.4. Parit.cons.64.num.5.vol.1. Bursat. cons.104. num.13.volum.1. Pute.decis.166.lib.1.vbi in pacto de restituendo possessionem vacuam in fine conductionis,nisi aliud in medio superuenerit.

3 De secundo Ias.in terminis cons.45.colum.1.in fine vol.3. Hinc dixit Pile. q. 9. quod si colonus promisit dare locatori partem omnium fructuum, lapicidinis exceptis, quod si ex lapidibus in laboritio existentibus calcem faciat,quod de ea partem dare non debet quia transiuit in aliam speciem ex industria,& labore conductoris,commendat Io.Andr.ad Specul.in tit. de locat. §.1. vers.quid si colonus,vbi idem dicit in vua, lana, lino, & similibus. Ias. valde commendat, in l. veteribus, ff. de pact.

4 Limita in casu l.insulam,ff.qui pot.in pig.habeantur, vbi est casus in materia locati & conducti, & præfertur venditor in pignore super pensione, & ratio est,quia erat conuentio clam super principali, & sic super accessorijs.

QVAESTIO IIII.

1 QVæro,an dispositio glo.in l. tale pactum,§ fi.ff. de pact.procedat in contractu locationis & conductionis,vtique sic. Ruin.cons.74.num.11.vol.1.

2 Limita vt non procedat,quando aliquid in totum

est omissum per inclusionem alterius, sed quando venit ad aliud expressum. Bald. *in l. 1. circa finem, C. de his, quibus vt indign.*

3 Limita secundo, vt procedat in extensione facienda de casu ad casum, secus de persona ad personam, Ruin. *d. consl.* 474.

Quas declarationes apposui in materia locati & conducti, & vltra alios ad declarationem practicabilis glos. *in d. l. tale pactum, §. final.* quam multi plene profitentur.

QVÆSTIO V.

Tempus.

FACTA est locatio de triennio, vel alio tempore quomodo intelligatur an de vtili, vel continuo?

1 Videbatur de vtili, vt fiat interpretatio contra locatorem, qui potuit legem apertius dicere, prout superius vidimus.

2 Pro contraria parte facit, quia tempus in dubio intelligitur continuum, non vtile. Riminald. *consil.* 10. *num.* 24. *vol.* 1. Bard. *de temp. vtil. & continuo, c. 3. num.* 9. *c.* 8. *nu.* 1. *cap.* 18. *num.* 18.

Et hanc partem tenuit in terminis. Bald. *in l. si cum hermes, C. locat.* sequitur Alex. *in l. scire debemus, num.* 4. *in l. si procuratori, num.* 6. *l. stipulatio ista, §. final. nu.* 5. *ff. de verb. obligat.* Rout. *de statut. Vrb. præscrip. gl.* 2. *numer.* 22.

3 Circa vero tempus, intra quod opus fieri debet vide infra quæstione sequenti.

QVÆSTIO VI.

1 FActa est locatio non designato loco, nec tempore ad opus puta faciendum, quomodo hoc intelligendum erit? vtiq. circa locum declarandum per conductorem, & circa tempus arbitrio boni viri, Bal. *in l. liberti, nu.* 1. *C. de oper. libert.* Bart. *in l. continuus, §. qui insulam, ff. de verb. oblig.* vbi dicit, quod si non inchoatur, potest agi ad interesse, faciunt ad prædicta not. per Ial *in l. in bonæ fidei, ff. de eo, quod certo loco.*

2 Occurrit sæpius in facto, quod multi conducunt laboratores ad construendum domum simpliciter tempore aliquo non apposito, oritur contentio, recurrendum est ad arbitrium boni viri, & iudicis.

QVÆSTIO VII.

1 SIcut nascitur dissensus inter locatorem, & conductorem ex incertitudine loci, & temporis, ita ex incertitudine pensionis non certificatæ, vnde si sunt discordes in quantitate, recurritur ad arbitrium iudicis. Cin. *in l. ne cui, in fine, C. locat.* sequitur Papienl. *in forma libelli ad fisti præstationem, in verbo, florenos, in princip.* Afflict. *in capit.* 1. *numer.* 21. *versicul. item bonitas temporis,* ex quibus cauf. feud. amitt. per *l. insulam, §. in operis. ff. locat.* Iacob. Menoch. *de arbitr. iudic. cas.* 221.

2 Et locatio semper intelligitur in dubio facta iuxta proportionem pensionis, & solitum in similibus fieri, & in vicinis locis, licet tenimentum sit magnum, quia fit restrictio ad porportionem pensionis. Hiern. *in c.* 1. *§. quia tamen de controuers. inter masc. & fœmin.* Hiero. de Mont. *in tract. fini. regund. c.* 90. *num.* 12. *per l. exceptio, C. locat.* de qua materia superius vidimus, *par.* 1. *tit. de substantia locationis.*

3 Vnde ex Hern. colligitur in citato loco, quod non est bona exceptio dicere, apparet per instrumentum de locatione puta totius tenimenti, ergo totum tenimentum est locatum, quia poterit replicari, parui refert de locatione prægnanti totius prædij, vel tenimenti, si pensio est respectiue modica, quia ad eam fieri debet porportio.

4 Colligitur etiam ex eodem, quod in fictibus constituendis, & persoluendis attenduntur loca vicina si. milia. Late Menoch. *consil.* 13. *lib.* 1. vbi in locatione veniunt posita in confinibus, & pretium rei venditæ in locatione compræsensa, & verisimilitudo, & consuetudo attenditur.

Pariter dicebat Bal. *ad l. emptorem, C. locat.* iuxta fine, quod in Comitatu Bittonij est quædam planities, quæ vocatur planum Bottonij, & sub ea, est planities, quæ vocatur planum Sancti Crispolti, si dominus locat planum Bitonij, non videtur & hoc locare planum Sancti Crispolti, licet sub locato contineatur, quia illud specialiter denominabatur, iuxta not. *in leg. quæsitum, §. final. ff. de fund. instruct.* dixit elegans dictum Dec. *consl.* 146. *col.* 6. *in princ.*

Limita nisi vno nomine locari consueuisset, commendat pro notabili Rimin. *cons.* 252. *num.* 5. Casus frequens in fundis, qui sub vno podere habent speciale nomen.

Limitatur secundo, quod vnica locatio non coccludat nisi pretium, vel pensio sit correspondens habito respectu vtriusque, vt considerat Menoch. *consil.* 337. *num.* 27. *lib.* 4. post Bart. *in l. & conuentionē, ff. de pact.* Ial. *consl.* 84. *col.* 2. *vers. & quantitate, lib.* 2. Socin. iun. *cons.* 43. *nu.* 2. *&* 8. *lib.* 2.

Nec duæ possessiones dicuntur vnitæ, vt vna lega ta veniat altera, si vni colono locatæ sint. Alex. *consil.* 169. *num.* 9. *lib.* 5. Cephal. *consil.* 144. *numer.* 18. *libr. secundo.*

5 Et si pensio fuit collata in tertium, & conductor diu steterit in feudo, & fortasse per tempus conuentū, & tertius non potest, vel non vult arbitrari, recurritur pariter ad arbitrium boni viri, prout dixi alias ad materiam *l. si merces, ff. locat.*

QVÆSTIO VIII.

1 NOtabilis est casus secundum Bart. ibi *in leg. ea lege, ff. locat.* Quod si fuit factum pactum inter locatorem, & conductorem, quod si fundus non colatur, possit locari alij, & quāto minus locatur, reficiat primus conductor, quid si locauerit plus?

2 Videbatur dicendum pariter deberi primo conductori, sicut enim sentit onus in diminutione si minus locatur, pariter deberet sentire commodum, & emolumentum, si plus locatur, *leg. secundum naturam, ff. de regulis iuris, regul.* qui sentit, *libr.* 6. *§. illud, Institut. pro soc.*

3 Contrarium determinat Iurisconf. cuius ratio videtur esse, quod tale pactum fuit appositum pro locatore, & ad eius fauorem, merito non debet in eius damnum retorqueri, & vt aduersarius econuerso.

4 Et per prædicta pater intellectus *ad §. illud. insti. tit. pro soc.* vltra scribentes in locis ordinariis, primo enim

enim ille textus loquitur in conuentione pro ambobus appolita, sicut pro vno tantû, secundo ibi in cõtractu societatis, qui habet vim fraternitatis r. *verum, ff. pro soc.* Tertio ibi loquitur in correlatiuis, quia damnum, & lucrum sunt correlatiua *l. si non fuerit, ff. pro socio.* Quarto ibi, nullus contrahentium culpa interueuerit, in casu verò huius legis fuit facta conuentio ob culpam conductoris, merito in eius fauorem reflecti nõ debet, arg. l. siue hæreditaria, *§. si quis negocia, ff. de neg. gest.* & hoc modo euitantur multa contraria inspiciendo in eius fauorem, vel culpam si sit quid principaliter introductum.

5 Et ad prædicta facit in simili in materia relocationis id, quod habetur in l. itẽ quæritur, *§. in lege, ff. loca.* vbi si locaui tibi domum construendam pro centum infra annum, cum pacto, quod si non construeres, possem alii relocare, & si cõtingat me plus locare, quod tenearis ad illud plus, & quia non construebas, locaui alteri pro centum, & decem plus, ita demum teneris ad illud plus si locaui in eadem forma, vel leuiori, secus si pro grauiori, vt si locassem tibi vt faceres tres cameras, ille vero, vt faceret quatuor, nã propter hûc excessum videor dare illud plus, nõ propter moram, ideo nocere nõ debet, nec possum locare, nisi transacto anno, & si est transactum tantû têporis, vt certû sit non posse fieri, poterit fieri locatio ante tempus, *vt not. in l. hoc iure, ff. de verbor. oblig.*

6 Pariter si non locaui, sed ego met opus feci conducendo operarios de die in diem, putare potero quod plus expendero, non virtute pacti, sed ratione moræ, vt ibi per Castrens. Et quod dictum est de pacto opposito in fauorem locatoris, quod non debet in eius dãnum retorqueri. idem est in dispositione legali, *l. non eo minus, C. depositi.*

7 Et ad propositũ materię locati & cõducti, de qua agimus, infertur, quod si cõductori faciẽda est remissio propter sterilitatem, vt suo loco diximus, non sic ecõtra duplicanda est pensio conductori propter fertilitatem, & hoc siue proueniat diligẽtia, & industria coloni, siue casu, & fortuna, siue augmentum sit magnum, siue modicum, vt contra glo. & Bart. tenet Castrens. *in l. si merces, §. vis maior, nu. 6. ff. locat.*

QVÆSTIO IX.

Quæro, facta est locatio ad lõgum tempus pro se, & successoribus, an veniant filiæ fœminæ,

1 Et videbatur dicendum quod sic, quia masculinum concipit fœminium, *leg. qui duos, & l. seruis de lega. 3. l. 1. ff. de verb. signific.* late Anton. Gabr. *de verbor. significat. conclus. 6.* & hæc est communis opinio. Curt. iun. *cons. 153. & 163. num. 3.* Secundo facit, quia verbum, successor, generale esse videtur, vt late deducit Soci. *cons. 245. col. 6. vol. 2.*

2 Contrarium est verius, vt masculi tãtum comprehendantur, vt late deducit Bald. *in rapit. 1. quib. mod. feud.* constitui possit, dicens hoc perpetuo notandum. commendat Ruin. *cons. 160. nu. 4. lib. 1.* Alex. sentit *in l. quædam, §. nihil interest, num. 7. ff. de edendo.* Soc. iun. *cons. 227. numer. 3. lib. 2.* Hieron. Magon. Rota Lucan. *decis. 14. nu. 20.*

3 Et licet masculinum concipiat fœmininum, vt ex communi dictum est, tamen fallit in contractibus, in quibus masculinum non concipit fœmininum, & hæc est communis opinio, Eman. in suo thesaur. litera M, *nu. 78.* & magis communem dicit Ant. Gabr. in citato loco, *num. 49. in fine.* Nec obstat consilium Socini in contrarium allegatum, quia loquitur in diuersis terminis, prout videri potest.

Successor igitur simpliciter prolatus in masculo tantum in contractibus verificatur, & hæc addi possent ad ea, quæ ponit Iul. Clar. *in §. emphyteutis, quæstio 32.* vbi ponit an fœminæ veniant in emphyteusi, & quærit de appellatione hæredum, vel filiorum omittens si fiat stipulatio per verbum, successoribus, quod satis frequens est.

QVÆSTIO X.

Quæro an sub appellatione fructuum compræhendãtur mercedes magistrorum, & fabrorũ, vecturæ nauium, & bestiarum, & pensiones domorũ.

1 Primo videbatur, quod non, per textum *in leg. mercede. ff. de petit. hæredit.* vbi mercedes colonis acceptæ vecturæ nauium, & iumentorum non sunt fructus, sed loco fructuum, ergo non sunt proprie fructus.

2 Secundo per textum *in l. prædiorum. ff. de vsuris,* vbi pensiones accipiuntur pro fructibus, & sic non sunt vere, & proprie fructus.

3 Tertio facit *l. vsura, ff. de verb. signif.*

4 Pro contraria parte facit *l. si nauis, ff. de rei vendicat.* vbi fructus appellantur, & tanquam fructus debẽtur, pro resolutione ponam aliquas conclusiones. casus, & effectus, ex quibus patebit veritas præsentis indagationis.

5 Prima igitur conclusio sit a proprietate verborũ. Mercedes, pensiones, & vecturę non sunt proprie fructus, sed bene loco fructuum habẽtur. ita probant iura pro prima parte superius adducta, *not. glo. in l. vsuræ, ff. de vsur. in leg. 1. §. fructus, C. de annon. & tribut. lib. 11.* Butr. & ibi Imol. *in c. cum dilectus, de consuetudine.* Afflict. *decis. 44. nu. 7.* late Tiraquel. *de retract. lignagier. §. 15. gl. 1. 27.*

6 Vnde non venient in statuto faciente mentionem de fructibus. *in l. diuortio, nu. 32.* vbi Iul. *nu. 9. ff. solut. matrim.*

7 Secunda sit conclusio *ad not. in leg. 1. C. de annon. & tribut. lib. 11. locator,* qui recipit annuales pensiones, quę sunt loco fructuum, tenetur ad onera, & tributa, *vt not. in d. l. 1.* per Luc. de Penna qui hoc deducit, & dixi suo loco.

8 Tertia conclusio sit, petens in libello fructus, comprehendit etiam pensiones. Bal. *in l. traditio, in fin. C. de pact.* Machel. *patrocin. 15. num. 12.*

9 Quarta sit cõclusio, pensiones, vecturæ, & mercedes a multis appellantur fructus industriales. Coras. *lib. 5.* Miscellaneorum *cap. 9.* reprehendens illos, qui inepto nomine ciuiles appellant. Didac. *lib. 1. variar. resolut. cap. 3. num. 6.* Copus de fructibus, *lib. 1. c. 3. nu. 2.* Menoch. *de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 3. cas. 201. num. 25.* a multis ciuiles. Bartol. *in l. ex diuerso, num. 1. ff. de rei vendic.* Castrens. *in leg. si nauis, num. 1. ff. eodem.* Bero. *in c. grauis, num. 9. de restit. spoliat.* Varonius, *lib. 2.* declarat. *41. nu. 10.* Loriat. de fructibus axiomate 16. Menoch. *de recuperand possess. remed. 15.* sub *num. 623.* alij mistos appellant vt per Abb. *in d. c. grauis, numer. 4.* alij ad similitudinem naturalium. Alexand. *cons. 142. num. 7. lib. 5.* Afflict. *decis. 44. nu. 7.* Roucelal. ad Alex.

cons.181. in verbo pensiones libro 5. Marc, decis.1420. Menoch. de præsumpt. lib.4. præsumpt. 101. nu.72.

10 Quinta sit conclusio mulier relicta vsufructuaria omnium bonorum percipiet pensiones, & vecturas, & si nondum tempus solutionis aduenit transmittit ad hæredes, si vero aduenit, debentur proprietario, si partim venit, partim non, fit distributio pro rata. Castren. cons.214. vol.2. Alex. cons.15. num.3. vol.2. Borg. de vsufruct. mulier. nu.243. & hæc est communis opinio. Paris. cons.40. num.7. volum.1. Boer. decis.23. num.3. Tiraq. de retract. conuent. §.5. glos.4. numero 1. Machel. patroc. 16. Didac. var. resolut. cap.15. num.12. Addo Alex. cons.28. col.1. lib.1. Cuman. consil.92. colum.3. Io. Cephal. cons.612. num.34. Franc. Marc. decis.178. Purpur. cons.207.

11 Ampliatur hæc conclusio, vt procedat etiam in patre legitimo administratore. Bald. in l. cum oportet, col. pen. C. de bon. quæ liber. in l.1. C. de vsufruct.

Ampliatur in redditibus gabellarum locatarum. Bal. in citato iam loco.

12 Ampliatur secundo, vt nedum pensiones percipere possit, rerum locatorum a defuncto, sed ipsamet vsufructuaria locare possit, cum locare dicatur in fructu, Bar. per illum tex. in l. cum in plures, ff. locat.

13 Ampliatur tertio, vt habitare possit, cum habitare sit fructus, l. is, qui bona, §. si antiphana, ff. de pign. l. apud Iulianum, §.1. ff. de leg.1. Papiens. in forma libelli in actione reali, in verb. simul cum fructibus, nu.9.

14 Hinc filius locando bona olim sui patris dicitur adire hæreditatem. Marant. in leg. is potest, numero 81. ff. de acquirend. hæreditat. & id vidi pluries articulatum, & deductum contra filium conuentum vti hæredem patris.

Secus in extraneo hærede instituto, qui locando, vel fructus percipiendo non dicitur adire nisi cõcurrat animus adeundi, puta quod domus non habet necesse locari, vel ager coli nam cessante necessitate inducitur aditio, alias non. Menoc. de præsumpt. libro 4. præsum.101. num.76. ita interpretando, §. final. instit. de hæred. qual. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. libro 2. titul.10. n.19.20. Et locatione inducitur aditio in persona, quæ libere contrahere possit, alias secus, puta in muliere prohibita contrahere a statuto sine certa forma. Bulga. in l.1. q.17. Cod. qui admit. vbi Zacear. numer.76. Rimin. iun. numer.298. Socin. consil.92. num.31. libr.3.

15 Sexta sit conclusio, pensiones domorum, quarum dies nondum venit, inter immobilia computantur, & sub appellatione immobilium continentur. Speculat. in tit. de fruct. & interesse, §.1. versic. sed pone. Florian. in l. si fur, de vsufructu. Bald. in cap.1. in fine de pace tenenda. Soci. consil.100. colu.2. libro 1. Caball. milleloq. 518. par.2.

16 Vnde confiscatis bonis immobilibus venient pensiones domorum tanquam immobiles sint. Gramm. cons.52. in fin.

17 Similiter pensiones nondum exactæ ex bonis locaris pertinent ad successorem, non hæredem presbyteri mortui, nec ad resignantem, si resignauit, vt late deducit Borgn. decis.44. nu.4. extendens constitutionem Iulij Tertij, siue beneficium vacet per mortem, siue per resignationem.

Cui addo Zabarell. consil.79. Ancharan. cons.116. Port. cons.104. & 161.

18 Pariter fit diuisio inter emptorem, & venditorem pro rata, & dicuntur fructus de die in diem. Bald. in l. filiusfamilias, §. apud Marcellum, ff. de legat.1. Salic. in l. Iulianus, §. fructibus, ff. de legat.1. ad quem textum semper recurrimus. Didac. variar. resolut. lib.1. cap.15. versicul. sed præsupposito. Gigas de pension. quæstion.53. pulchre in facti contingentia Vincent. Franc. videndus decis.79.

19 Septima sit conclusio ex l. apud Iulianum, §.1. ff. de legat.1. heres ex mora tenetur ad pensiones domorum, vecturas iumentorum, naulum nauium, & alios fructus perceptos, & qui percipi potuerunt ex re legata ipsi legatario.

20 Et non mediocris difficultas est, quomodo intelligantur illa verba, & qui percipi potuerunt, & verior opinio esse videtur hoc modo distinguendo, aut actor vult se referre ad illud, quod percipi potuisset singulariter, & tunc habebitur relatio ad personam actoris, d. l. apud Iulianum, §.1. & l. si nauis, §. fin. ff. de rei vendic. aut vult se referre ad illud, quod communiter percipi potuisset, & tunc non est differentia ad cuius personã fiat relatio, siue actoris, siue rei, quia communis æstimatio attenditur, ita Bero. in l. domum, C. de rei vendic. quem sequuntur Castrens. Alexand. & Ias. in d. l. apud Iulianum, §.1. Barbat. consilio 80. colum.12. circa medium, lib.3. Ruin. consilio 161. numero 19. in fine, libro 4. & hęc est vera, & communis opinio. Boer. decisione 268. qui num.4. pariter attestatur in palatijs, & practica passim obseruari ad fructus, quos ipse actor communiter ab alijs percipere potuisset. Menoch. de recuperand. possess. remed.1. q.37. num.370. vbi etiam in practica manet, quod in hoc casu, dum attenditur singulare interesse iuxta primum membrum huius distinctionis relatum, non stat in simplici affectione animi, iuxta l. pretia rerum, ff. ad l. Falcidiam, sed actor vere probare debet, quod si fuisset in possessione, percipisset tot fructus.

21 Addo quod hanc dicit communem in l. apud Iulianum, §... vbi Alexand. nu.4. ff. de legat.1. Dec. in l. generaliter, col. fin. sub numero 5. ff. de regul. iur. Didac. in regul. peccatum, parte 2. §.6. in fine, vbi in foro conscientię verissimam dicit.

22 Et fructus fuisse perceptos probatur simplici iuramento actoris, vel rei, qui legalior erit, & melius nouerit veritatem, glos. singular. in Authent. de nupt. §. vnde sancimus, in verbo, & si quidem, & in verbo iureiurando, quam singularem dixit Bald. in capite grauis, vers. & nota, de restitut. spoliat. Ias. in d. §. fructus, colum.2. Boer. in allegata decis. in fine, & hoc est vnum priuilegium ipsius iuramenti, Et not. Bart. in d. §. fructus, in materia pensionum ad propositum materiæ locati & conducti, quod vt plurimum communiter quilibet tot percipit ex locationibus domorum, licet quandoque nascatur varietas.

23 Octaua sit conclusio ad materiam l. domum, C. de rei vendicat. quæ de pensionibus rerum locatarum loquitur, spoliator, & alius malæ fidei possessor restituendus est ad pensiones domorum, & alios fructus perceptos, & percipiendos, d. l. domum. Bero. in capit. grauis, num.60. de restitut. spoliator. Rip. in leg. naturaliter, §. nihil commune, numer.50. de restitut. spoliat. Cur. iun. cons.41. in fine. Paris. cons.1. numer.147. libr.1. Boss. in titul. de pluribus violent. num.32. Plot. de in litem iurando, num.372. secundum antiquam impressionem,

Digitized by Google

sionem, & §. 47. num. 1. secundum nouam. Tiraquell. de retract. lignagier. §. 15. glos. 1. nu. 28. & hæc est communem opinio. Vtut. lib. 1. in verb. spoliatus.

24 Limitant Domini de Rota, nisi spolians habeat aliquam rationabilem causam, vel colorem quare ita fecit, quia tunc non fit condemnatio ad fructus, qui percipi potuerunt. Rot. decis. 596. in antiquis, attestans passim in Rotę auditorio obseruari. Bisignet. de restitut. spoliat. c. 11. an conditio.

25 Pariter decreuerunt domini, quod occupare domum vacuam sine violentia, spoliator fructus non consequeretur. Rot. de restitut. spoliat. decis. 10. & 14. in nouis.

26 Similiter habens fundum pignoratum a domino tenebitur de fructibus, quos ipse debitor percipere potuisset, quia nullam habet iustam causam a Domino inducente, l. 2. C. de pignorat. action. quam singularem ibi dixit Bald. & notabilem dixit Alex. ad Bart. in d. l. domum.

27 Limitatur alio notabili modo in practica, vt spoliator, vel alius malæ fidei possessor non teneatur ad fructus, qui percipi potuerunt ex re meliorata in ferenda ratione melioramentorum, l. caterum, versic. improbe tamen. ff. de rei vendicat. vbi Angel in practica dicit diligentissime notandum, quod malę fidei possessor verus, aut præsumptus non tenetur ad fructus, qui percipi potuerunt ex re possessa meliori facta industria, & artificio possessoris, dicens admodum vtile pro malæ fidei possessoribus, qui vineas plantauerunt suo sumptu, vel ædificia construxerunt; non enim tenebuntur ad fructus, quos ex vineis, & ædificijs vberiores percipi potuerunt, dicens esse casum quotidianum, & valde practicabilem. idem tenet Bal. in l. traditio, quæst. 10. C. de act. empt. Salicet. in leg. ratio. §. 1. ff. eod. Roman, dicens hoc perpetuo notandum, & ita iudiciose singular. 337. malæ fidei. Bero. in capit. 1. numer. 24. de vsur. Didac. var. resolutio. lib. 1. capit. 8. num. 24.

28 Finge quod domum admodum mediocris fit solita locari pro sex, fuit per malę fidei possessorem aucta de cameris, & stantijs, vt plus locari valeat, & iam locata sit, vtique melioramentorum ratio habenda est.

29 Et multo magis de fructibus percipiendis tenetur spoliator, vel alius malæ fidei possessor si occupasset rem minoris etiam cum titulo, quia titulus non excusabit a fructibus percipiendis, casus est notabilis in l. patri, §. prędium, ff. de minor. quem singularem, & alibi non reperiri, dixit Cremenl. singul. 35. tu scis, Roma. sing. 534. tu scis, & conf. 434. in præsenti in 3. dub. late Ias. in l. apud Iulianum, §. 1. in 3 notab. ff. de leg. 1. Bero. in cap. grauis, num. 34. de restit. spoliat.

30 Nona fit conclusio ad l. si nauis, §. fi. ff. de rei vendi. de hoc diximus in pręcedentibus.

31 Decima fit conclusio ad l. mercedes, ff. de petit. hæredit. quod conuentus iudicio petitionis hæreditatis tenetur ad omnes fructus, & quam maxime ad mercedes, pensiones, & vecturas d. l. mercedes, & sic etiam in iudicio petitionis hæreditatis consideratur materia locati & conducti.

32 Vndecima fit conclusio ad l. cum autem, §. cum redhibetur, ff. de ædil. edict. in redhibitoria veniunt mercedes a conductore serui prętij, vel quę prestari potuissent.

33 Duodecima fit conclusio ad leg. prædiorum, ff. de vsur. vbi in bonę fi'e' iudicijs, sicut veniunt fructus ex nota, pariter, & pensiones domorum.

34 Decimatertia fit conclusio, & casus, in quo habetur ratio mercedem, l. idem Iulianum, §. 1. ff. de actio. empt. in §. certe, Institut. de rerum diuis. vbi possi lens fundum alienum, in quo bona fide ædificauit, detrahit mercedes fabrorum, & alias expensas.

35 Pariter iste bonæ fidei possessor facit suos fructus pro cultura, & cura, vt in §. si quis a non domino. Instit. de rerum diuision. & sic in hoc etiam casu habetur ratio locati & conducti.

36 Decimaquarta fit conclusio, & casus, in quo habetur ratio locati & conducti, ad l. ratio, §. 1. & ibi not. Barto. ff. de act. empt. vbi malæ fidei possessor, tenetur ad restitutionem fructuum, licet eos perceperit propter eius industriam, & sollicitudinem, deducta huius sollicitudinis iusta mercede, quod in foro conscientiæ quomodo procedat, declarat Didac. in regul. peccatum par. 2. §. 6. col. pen.

37 Decimaquinta fit conclusio. In restitutione fructuum detrahuntur seruitia, l. fundum qui, ff. famil. hercisun. vbi l. C. ponit regulam generalem in nullo casu hoc impediri posse. ad dem, l. fructus, ff. solut. matrimo. Pute. decis. 314. parte secunda, vbi etiam vult, quod condemnatus ad restitutionem fructuum perceptorum tenetur ad fructus, adhuc penes colonos existentes.

38 Decimasexta fit conclusio. In diuisione bonorum communium habetur ratio materiæ locati, & conducti, vt mercedes calculaterum, æstimatorum, & agrimensorum fiant communibus expensis, etiam altera parte contradicente, l. 4. §. fin. regund. quam ibi dicunt singularem, Bald. Alberic. & Florian. Azo. in summa eius. titul. Cassan. in consuetud. Burgund. tit. des iustices, §. 6. in verb. per lauis, num. 4. Salic. in l. 4. C. eod. tit. Felin. in cap. quia iudicante, col. 1. de præscrip. Fab. in §. quædam, col. penult. de act. Boer. attestans ita iudicatum, decis. 51. in fin.

39 Decimaseptima fit conclusio. Errans in iure facit suas pensiones, & similes fructus. Felin. in capit. de quarta, num. 19. limitat. 2. de præscript. Bal. in l. Celsus, num. 9. eod. tit. Curt. sen. cons. 71. col. 6. Curt. iun. consil. 28. num. 6.

40 Limita quando talis errans esset effectus locupletior, quia tunc ad restitutionem tenetur, Felin. in d. c. de quarta, num. 31. vers. secunda restitutio, Menoch. in 15. rem. med. remed. recuper. possess. num. 633.

41 Limitatur secundo, vt non procedat in errore, cui ius resisteret, Bartol. in l. sed, & si lege, §. scire, numero 4. ff. de petit. hæreditat. Bald. in l. Celsus, num. 9. de præscriptio. Alex. consil. 83. in fine, vol. 2. & consil. 21. col. fin. vol. 4.

42 Limitatur tertio, vt non procedat, quando is possessor sciret, propter suum demeritum aliquando esse possessione priuandum, tunc istos fructus non facit suos, etiam si in iure, vel in facto errauerit. ita notabiliter Angel. in l. prædonis, ff. de petit. hæredit. vbi Castrens. hoc dictum summopere commendat contra prælatos canonice institutos, qui propter eorum demerita sciunt se debere priuari tanquam indignos, nam licet habeant dominium prælaturæ, & faciunt fructus suos, tamen si postea priuantur, tenentur ad restitutionem fructuum, commendat. Marsil. singul. 268. dicens millies in facto occurrere.

Hh 4 Quando

43 Quando vero dicatur lex resistere, vel non assistere, ponit Bal. in *l. non dubium, C. de leg. & leg. cum lex, ff. de fideiuss.* & quando dicatur aliquid contra, vel præter legem, ponit Alex, in *l. stipulatio ista, §. alteri, ff. de verb. obligat.*

44 Limitatur tertio post litem contestatam. & multo magis post sententiam, Roma. *cons. 154.* Plot. *de in litem iuran. §. 14. numer. 4.* vbi dicit dare contra iustum iuramentum in litem.

45 Notadum insuper est quod error est difficilis probationis, vnde probatur indicijs, præsumptionibus, & circumstantijs, Innoc, *in c. ad nostram, de rebus eccles. non alienand.* Castrens. *in l. admonendi in fine, de iureiurando.* Mascard, *de probat, concl. 639.*

46 Cui addo, quod dictum notabilis, & legalis personæ excusat, & probat iustam causam credendi, glos, ab omnibus commendata, *in leg. Titio fundus, in glos. magna in fine, ff. de condit. & demonstrat.* quam ibi Bart. & Castrens. summopere commendant, puta si audiuit a patre suo, vel ab alio homine fide digno. Bal. in practica hoc summopere commedans, *in l. iudicia, C. de rei vendicat,* Angel. *in l. si q bonæ fidei. ff eod. tit.* Alex. *in l. 1, num. 4 ff. de eo per quem factum erit,* Iaso. *in l. certum, nu. 8. ff. si cert. petat.* Casador. *de regul. cancellar. decis. 10. nu. 1. in fine,* & hæc est communis opin. Ant. Gabr. *de malefic. conclus. 7. num. 38.*

Et error iuris probatur iuramento in persona fide digna. *Bald. in leg. si contra, C. si ignor. rem minor.* Cuiacii. *cons. 71. sub num. 15.*

47 Limita, nisi illa persona conuersata sit cum viris literatis, quia non debet admitti ad hoc iuramentum, præsertim, si talis persona in se sit sagax, & diligens, Gramm. *decis. 79. nu. 7.* Addo vlterius, quod si frater ex sua aduocatione fundum acquisiuit, communicando fructus, non per hoc videtur cômunicasse proprietatem, Salic. *in l. si patruus, C. commun. vtriusque iudic.* Petr. de Vbal. *de duob. fratr. b. part. 3. num. 31.* Alexand. *consil. 24. in fine lib. 1. & cons. 48. column. 2. libr. 2.* late Ioseph. de Ludouic. *conclus. 53. colum. 37. circa medium.*

48 Illud non omittam, quod si vis relinquat vxori fructus omnium bonorum, quod in tali legato non veniat id, quod ex exemplatione prothocollorum percipitur, quia non dicitur proprie fructus, sed redditus. Bart. *in l. diuortio, §. si vir, ff. solut. matrim.* commendat, Boer. *decis. 24.* dans cautelam secundum Angel. *in rubric. de vsur.* quod si vis, quod vxor tua habeat omnia ista, sis cautus dicere, relinquo vxori fructus, vsumfructum, redditum, & prouentum omnium, & singulorum bonorum meorum, per textum *in capit. grandi, de supplen. negligent. prælat. in verbo redditibus, & prouentibus.*

49 Vnde plura sunt in proposito nomina, quæ se habent vt excedentia, & excessa.

50 Fructus, qui quandoque dicuntur id omne, quod ad vsum hominis paratum est, *l. in fructu. ff. de vsufruct. legat.* Papiens. *in forma libelli in action. reali, in verbo simu. cum fructibus, num. 7.*

51 Redditus, quod nomen generalius est, nam quicquid est in fructu, est in redditu, nô e côtra, vnde partus ancillæ est in redditu, non in fructu, *l. in pecudum §. partus, ff de vsur. §. in pecudum.* Institut. de rerum diuisione, *glos. notab. in capitul. generali, in verbo redditus de electio. lib. 6,* vbi Franci. dicit valde notandũ in materia statutorum, immo comprehendit verbum redditus omnia iura, & vtilitates, quę percipi possũt. Cardin. in *Clement. 1. de excess. prælat.* Alciat. *in l. frugem, ff. de verbor. signif.*

52 Conueniunt autem in aliquibus, quia fructus intelliguntur deductis expensis, prout alias diximus redditus similiter deductis expensis, & omni alio onere, Felin, *in capit. ad aures, colum. penult. quæstion. final. de rescript,* pariter siue legantur fructus fundi, siue redditus, legatum morte finitur, vt nota. Alberic. *in leg. fundi Trebatiani, ff. de vsufruct. legat.* vbi etiam, Bartol. dicit vnum ad propositum materiæ locati & côducti, de qua agimus, & pariter ad interpretationem verbi, fructus, quod si legatur fructus fundi, si fundus consueuerit locari ad quantitatem, illa qualitas censetur legata, & si pecunia, pecunia cẽsetur legata, nec soluitur pecunia pro fructibus, nisi post consumptionem deueniatur ad æstimationem, & legatis fructibus fundi, intelligitur deducta parte coloni, quod non est in venditione, prout alias dixi, & sic verbum fructus adaptatur ad solitam responsionem, siue in pecunia, siue in quantitate hoc fiat, & intelligitur detracta parte coloni,

53 Prouentus idem est, quod redditus. Spileg. in lexico, in verbo, prouentus.

54 Obuentiones, quo nomine comprehendantur omnia, quæ ex facto hominis proueniunt, vt oblationes, funeraria, sigillum, parui, & magni redditus. & similia, *capitul. vbi maius, §. prouisiones, de elect. libr. 6.* Clemen. statutum, eodem *titul. l. obuenire, ff. de verb. significatio. glos.* in *l. 1. §. exercitorem, ff. de exercitor.* bonus textus *in capitul. præsenti, §. porro, de offic. de legat.* & differunt a fructu, quia proprie fructus percipiunt ex re, vt frumentum ex prædio. obuentiones propter rem, vt pensiones ex domo locata, prout exẽplificat Alberic. *in leg.* vsufructu legato, *in princi. ff. de vsufruct.*

55 Emolumentum generalissimum nomen est pro omni vtilitate, ex re locata prouenientes, *l. 1. Cod. qui admitt. eap.* 1. de testibus, *libro 6.* late Boer. *decis. 224. num 6.* vbi dicit similia verba apponi solere in locationibus bonorum, & ponit Fulgos. *consil. 162.* & propterea hic apposui,

56 Solent etiam apponi in fine similium verborum alia verba pręgnantia iuxta qualitatem factorum puta quandoque, & omnia alia iura, prærogatiuas, & præeminentias, vt per Boer. *in citato loco.* Fit etiã locatio fructuum in materia resignationis, de qua per Caputaq. *decis. 43. p. 3.* vbi quando obstat resignantis,

QVÆSTIO XII.

De Beneplacito.

VTilis, quotidiana, & practicabilis est indagatio nedum in contractu locationis & conductionis, sed in omni alio contractu de beneplacito, ob id ponam conclusiones aliquas.

1 Prima igitur conclusio sit, locatio facta ad certum tempus, deinde ad beneplacitum intelligitur ad tantundem, & non vltra. Afflict. *in cap. 1. col. 1. quibus mod. feud. constit.* ponit post Bal. *cons. 101. nobiles, col. fin. ver. venio ad tertium, lib. 3.*

Nisi dictum sit toties &c. vbi per eum, & per So-

cin.

cin. consilio inferius allegando, Bursat. *consil. 331. nu. 146. lib. 3.*

2 Secunda sit conclusio, conductio morte finitur, si facta sit ad beneplacitum, *l. 4. ff. loc.* Ang. *cons. 27. col. 9.* Gozzad. *consil. 22. nu. 7.* Marsil. *in l. fi. nu. 41. ff. de q.* Corn. *cons. 235. & 92. vol. 2.* post Bart. *in l. centesimis, ff. de verb. oblig. & in l. & quia, ff. de iurisd. omni. iud.* Geminia. *in c. si delegatus, de offic. deleg. lib. 6.* Sebast. Medic. *in tract. mors omnia soluit, concl. 16.*

3 Addo Socin. iun. *cons. 63. vol. 2.* Didac. *vari. resolut. lib. 3. cap. 15. num. 2.* & hæc est verior, & magis communis opinio, vt per Dec. *in l. 3. prope finem, ff. de reg. iur.* Ias. *in l. non solum, §. morte, numer. 2. ff. de non. oper. nunciat.* Curt. *consil. 235.* Guid. Pap. *decis. 119.* Alex. *cons. 128. lib. 6.* Rimin. iun. *cons. 241. num. 9. vol. 3. 234. num. 164. vol. 2.*

4 Limitatur, vt non procedat in morte ciuili, quæ in hoc non æquiparatur morti naturali. Bero. *q. familiar. 103. num. 5.*

5 Limita secundo, vt procedat, quando simpliciter fuit appositum beneplacitum, secus si etiam alia verba sint apposita, puta cum reuocatione, vel disdicta tot mensium. Socin. *consil. 77. versic.* aliquando apponitur, *vol. 3.* Iacob. de S. Georgio, *in l. more maiorū, ff. de iurisdict. omnium iudicum.* Castrac. *de Societat. offic. c. 55. num. 13.* & ad renouatione sufficit renouatio vnius tantum, idem. *c. 56. num. 6.*

6 Limitatur tertio, quando beneplacitum refertur ad personam propriam, secus si ad officium, vel dignitatem, postea a beneplacito *di essi Illustrissimi cōduttori.* Verba Decij in terminis locati & conducti, *cons. 108. sub num. 5.* Felin. *in c. ex literis, vers. 2. casus, de constitutio.* Ruin. *cons. 104. num. 2. lib. 5.* late Iacob. Menoch. *de arbitr. indic. q. 69. num. 7.*

7 Addo quod si non sit secuta mors, sed finitum officium, vel dignitas concedentis, vtique beneplacitū dicitur reuocatum, & finitum, Bal. *notabiliter in c. si gratiose, de rescrip. per textum in l. Lutius, la prima, ff. de fideicommiss. libertat.* Feder. de Sen. *cons. 251.*

8 Quod est in practica notandum, nedum in materia locati, & conducti, sed ad fauorem iuuenum, qui præstant istas fideiussiones de repræsentando ad beneplacitum D. Gubernatoris, nam finito officio expirauit.

9 Quid si concessio facta sit nomine proprio conducentis, & dignitatis quid erit attendendum. Ioan. And. in d. c. si gratiose, dicit attendendam esse dignitatem. idem tenet Hostiens. in cap. quoniam. Abb. *de offic. de legat.* Bart. *in l. more,* tenet inspiciendum quid præcedat, *per l. si seruus communis Titij, §. fin. vbi late,* Bart. *ff. de stipul. seruorum.*

10 Videbatur fortasse distingui posse, aut verba proferuntur appellatiue, aut disiunctiue, tunc transit ad hæredes in materia sui natura transitoria, prout est locatio, & conductio, alias attenditur quid præcedat in scriptura, si disiunctiue, tunc finito officio expirat vt per Dominic. *in d. c. si gratiose,* licet ibi aliquantulum dubitet *in fin. verbis.*

11 Quid si quis habeat dignitatem nomine alieno, prout Vicarius Episcopi, vtique concessio finito officio expirat, & hæc communis opinio. Imol. *in d. ca. quoniam* Abbas, Ias. *ad l. more, num. 69. ff. de iurisd. omni. iudic.* reprehendens alios aliter tenentes.

12 Quid si fuerit dictum, loco quoad reuocauero, nūquid per mortem dicetur facta reuocatio, & hæc est communis opinio, Didac. *in d. c. 15. nu.* Eman. *in suo thesaur. litera V. num. 64.*

13 Quid si locatio, vel concessio sit facta ad beneplacitū, poterit ne indistincte reuocari? vtiq; sine causa legitima non poterit, Capic. *decis. 116.* vnde Potestas beneplacitū positus nō deberet sine causa reuocare.

14 Et semper talis locatio, vel concessio intelligitur arbitrio boni viri, & hæc reputatur notabilis limitatio, Bald. *in l. meminisse de offic. proconsulis, & legati.* Franc. *in c. si delegatus, col. 3. de offic. deleg. lib. 6.* Bald. *in l. fin. §. 1. num. 4. C. commun. de legat,* cum multis per Iason, *l. si sic legatum, num. 4. in fine de leg. 1.*

15 Addo Ruin. *consil. 171. num. 6. lib. 1.* Felin. *in c. 1. col. antepenul.* vbi etiam Andr. ab Exea, *nu. 391. constitutionibus,* vbi limitat, nisi attento communi vsu loquendi illius loci talia verba ad beneplacitum liberum importarent, & non boni viri arbitrium, prout apud Gallos ita intelligendo decis. Guid. Pap. *decis. 475. &* Corn. *cons. 156. col. penultim lib. 3.* Menoch. *de arbitr. indic. q. 8. num. 10.*

16 Altera sit conclusio locati, vel conductio ad beneplacitum ab initio est pura, & perfecta non conditionalis, licet postea resoluatur, ita contra Bartol. tenent scribentes, *in l. centesimis, §. final.* vbi Alex. Ias. & alij, *ff. de verb. oblig.* & hæc est vera, & magis cō-

71 munis opinio contra Bart. teste Dec. *cons. 108. nu. 5.*

18 Quarta sit conclusio, officialis ad beneplacitum principis reputatur perpetuus, Alex. *in l. principalibus, in fine, ff. si cert. petat.* & ibi late Ias. Bart. *in l. de pupillo, §. si quis ipsi pratori, q. 3. ff. de nou. oper. nunciat.* Cin. & Bal. *in l. quisquis, C. si cert. petat.* Bal. *in l. solent in fine, q. 4. de offic. proconsulis,* & hoc propter dubium Ias. *in l sufficit. in notab. 2. ff. de condict. indebit. & in l. Stichum,* aut Pamphilum, *§. stipulatio, column. 2. ff. de verb. obligat.* Paris. de Put. *in tract. sindicat. in verbo contrahere, num. 7.* Cassan. *in consuetud. Burgund. rubric. 1. §. 6. nu. 82.* Pedemon. *decis. 144. n. 13.* Caballi. *milleloq. 217. num. 3.* Tiraquell. *de retract. convent. §. 2. glos. 1. num. 74.*

Et per hoc in facti contingentia occurrit, an officiales in Ciuitatibus, & locis sedis Apostolicæ subiectis, habeat iurisdictionem, sede vacanti, de qua nullum verbum. Extra, ne sed vacante, & est casus frequens vtilis & quotidianus, & vtiq; eorum iurisdictio viua est & nullo modo expirat, quādo in patentibus literis, sit clausula ad beneplacitum nostrum; cum in hoc versetur publicus fauor, & vtilitas, loquendo de iudicibus ordinarijs, Bal. *in l. meminisse,* prope finem, *col. 4. de offic. procons.* & legati vbi requiritur reuocatio successoris Principis concedenti, & textu *in §. fin. per hoc, auth. de quæstor.* sequitur Francus *in c. si delegatus, de offic. del. lib. 6.* Paris. de Put. *in tract. sindic. in verbo officialis vers. si Princips c. hoc valde commendans in practica, dec. 16. nu. 2.* Vant. *de null. iuris. deleg. num. 104.* vbi respondet *ad c. si gratiosa,* quia ibi cessat fauor publicus, Menoc. *de arbit. q. 69. num. 8.*

Vltra quem ampliatur, etiam si Princeps locutus sit in plurali, puta ad beneplacitum nostrum, et non apponendo successorum, siue in singulari, quoad te reuocauero. Ias. ex communi, *in l. cautissimis, §. si ita stipulatus, n. 14. de verb. oblig.* & magis communem dicit Socin. *consil. 78. versic. 5. & vlt. lib. 3.* & ratio est quia licet voluntas morte finiatur, textus in materia

locati

ff. loc. non tamen inducitur reuocatio, l. locati §, C. mand. pulchre. Ruy. videndus cons. 115. 5. & 7. lib. 1. Masc. conclu. 188.

Quinta sit conclusio, si conductor, vel alius debitor promisit soluere ad beneplacitum locatoris, vel alterius creditoris non potest incontinenti exigi, sed dari debeat aliquod temporis spatium, Bar. in l. si pœnam, ff. de verb. obligat glo. in l. penult. C. commodat. Panorm. in c. 2. in fine, de precario, & hæc est vera, & communis opinio. Rip. in l. ita stipulatus, num. 70. ff. de verborum obligatio.

Amplia idem in venditore, & irregulari, quia potuit habitare vel locare. Nig. de pign. in 2. memb. 3. p. sub num. 19.

20 Casus frequens, & quotidianus pro instrumentis, quæ tota die fiunt, quam maxime in ciuitate Tudertii, de pecuniis in mercatura, societatibus, & traficis, vbi apponuntur, illa verba, pro sex mensibus, deinde ad beneplacitum.

21 Sublimita nisi superueniret aliquis casus inopinatus, puta quod princeps velit a me rot. Rebuff. in l. cedere diem, versic. limitatur quando, ff. de verborum significat. Iosephus de Ludouic. conclusio. octaua, ampliatione prima.

QVAESTIO XIII.

QVæro, reperitur instrumentum emptionis extensum, post instrumentum locationis abbreuiatum cum clausula (& cætera) quomodo hoc intelligatur, vtique intelliguntur repetitæ clausulæ communes ad vtrumque instrumentum ex quo isti contractus sunt inter se similes, l. 2. ff. loca. & alias superius vidimus, & ita tenet Bart. in l. Gallus, §. idem credendum, num. 3. in fine, ff de liber. & posthu. Ruin. cons. 78. num. 5. vol. 1.

QVÆSTIO XIV.

1 QVæro, quomodo differant inter se contractus locationis, & instrumentum locationis, & conductionis, est enim instrumentum scriptura Notarij de conuentione pactium, contractus vero est ipsa conuentio. Bart. in locatione exemplificans in l. si quis legatum, colum. 2. versic. aduerte, ti. de fals. Alex. consil. 122. col. 2. in principio, volum. 1. Bald. in l. finali. Cod. de fals. caus. & consil. 44. in princip. libro primo. Butr. & Panor. in rubric. de fide instrumentorum. Ancchar. in cap. primo, quæst. 20. de constitutionibus. Firmia. de gabell. in 6. par. principal. quæstion. 2. & iterum in 3. part. octauæ partis principalis, quæstio. 25. Socin. consil. 32. col. 2. versic. quibus non obstat, lib. 3. & cons. 2. in principio eod. vol. Alex. cons. 170. col. 2. nu. 3. lib. 2. & in rubr. ff. de nou. oper. nunciat. colu. 4. Iason. in l. si seruum, §. cum qui chirographum, ff. de locat. 1. Dec. cons. 169. col. 2. versic. non obstat. Galiel. ad form. cammer. part. 1. q. 3. num. 1.

Vnde renuncians instrumento non intelligitur renunciare contractui in eo apposito, sed tantum probationi ipsius instrumenti, vt voluit Bal. in l. Labeo, §. sed si quis, ff de pact. per l. 3. C. de fide instrument. sequitur Dec. in cap. cum venerabilis, num. 17. de exception. cons. 17. col. fin. cons. 169. ex ea in cap. 1. num. 160. de constitutionibus.

3 Poterit igitur isto casu probare contractum, vel conuentionem in instrumento appositam, vel contractum renuncians alio modo, dummodo non per ipsummet instrumentum, cuius probationi renunciauit. Boni. de statut. vrb. præscrip. glos. 5. num. 8.

4 Vitiato, annullatoque instrumento locationis, vel alterius contractus non vitiatur, annullatur que contractus, si de eo alias apparet. Imol. Alex. Ias. & alij in l. si seruum, §. cum qui, ff. de legat. 1. Fulgol. in l. huiusmodi, §. si ita, de legat. 1.

5 Et statutum annullans instrumentum non habet locum in contractu, cum sint diuersa. Alex. cons. 170. vol. 2. in principio vol. 7. Socin. cons. 92. colum. 6. versic. primum probatur vol. 3. Felin. in c. raptinum, col. 15. de rescript. late Roland. consil. 43. num. 14. vol. 3. Extra in c. 1. num. 160. de constitutionibus, & inspicitur tempus contractus, non instrumenti. Alex. cons. 122. par. 2. Firmi. in verb. instrumentum, nu. 10. Non econuerso vitiato contractu vitiatur instrumentum, quod magis mirum est. Signorol. cons. 145. col. 1. licet contrarium tenet. Bal. in l. fi. C. de litigiosis.

6 Limitantur prædicta omnia stante consuetudine loci, in quo vnum pro alio accipitur, & vsurpatur, vt late deducit Tiraquell. de retract. Lignager. §. 2. glo. 1. num. quinto.

ADDITIO.

☞ *Limitatur secundo, quod statutum loquens de instrumento extenditur ad contractum si aliunde probari non potest. puta si dicatur instrumentum vsurarium, nam hoc casu fit extensio ad contractum, ex quo detegitur vsura, ita tenuit Rota coram Marsican. ad dec. 16. de constitutio. Et sic infertur alia limitatio quod in materia et odiosa, & correctoria fit extensio de instrumento ad contractum in his quæ concernunt periculum animæ prout in vsura. Archid. c. 1. in verb. Quocunque, de statu Religios. lib. 6. Butr. in c. inter monasterium col. 1. de re iud. Abb. in c. ex tenore qui filij sint legitim. Boni. de statu præscriptio. gl. 5. n. 10.*

QVÆSTIO XV.

QVæro insuper an appellatione bonorum veniat actio ex locato, & ex conducto, & sic de aliis discurri potest.

1 Primo videtur quod non, ex c. 2. versic. contra nator, de schismaticis, lib. 6.

2 Secundo per textum in Clementin. 1. de iureiurando, quibus in locis iura, & actiones ponuntur tanquam diuersa a bonis. Et hanc partem tenuit Bellamer. decis. 169. num. 7. Papien. in actio. hypothec. in verbo, sub eadem, num. 3.

3 Pro contraria parte affirmatiua facit l. nomen, Cod. quæ res pignor. obligari possit, vbi in obligatione bonorum veniunt iura, & actionis.

4 Secundo pro hac parte facit, l. bonorum, § fin. ff. de verbor. significatio, vbi in bonis annumeratur quod est in actionibus.

5 Et hæc opinio est verior, vt simpliciter loquendo absque aliqua adiectione veniant iura, & actiones, & in specie actio ex locato, & actio ex conducto, vt late deducit, Tiraq. in l. si vnquam in verbo bona sub num. 7. C. de reuocan. donat. & hæc est communis opinio. Ant. Gabi. de verb. significat. concl. 7. num. 3.

Addo

Digitized by Google

6 Addo in termi nis loquentem in actione locati & conducti, Aleiat. *in l. bonorum, in verbo, actionem, ff. de verb. signific.*

7 Limitatur hæc conclusio, nisi apponatur illa adiectio mobilia, & immobilia, quia tunc non veniunt * iura, & actiones, & hęc est magis communis opinio. Alex. *in l. a Diuo Pio, §. 1. ff. de re iudic.* late Ant. Gabr. *de verb. signific. concl. 7.* vbi hoc membrum multis modis declarat,

8 Addo Couarruu. in c. relatum, il secundo de testamentis, Cott. *in memorab. in verbo nomina debitorum,* Tiraq. *de retract. lignagier. §. 1. gl. 7.* vbi latissime. *Et in confiscatione mobilium, & immobilium non veniunt iura & actiones, & hæc est communis opinio, Ari. Pinell. *de bon. matr. in prin. nu. 26.* Iul. Clar. *in §. fin. q. 78. vers. successiue quæro.* Prosp. Farinac. *q. 25. n. 109.* vbi pariter de communi,

ADDITIO.

☞ *Declaratur hæc prima limitatio nisi necessitas legis aliud suadeat vel natura rei aliud requirat. Roman. ad l. si constante §. vltim. ff. solut. matrimo. Imol. in c. nullis. De rebus Eccles. non alienand. Card. consil. 66. & 72. Alex. consil. 264. lib. 6. Corn. consil. 229. in fin. lib. 4. Soc. consil. 151. in fine, consil. 109. lib. 4.*

Declaratur secundo, nisi communis vsus loquendi aliud suadeat, nam ille principaliter attenditur. Oldr. consil. 319. fil. in proœm. Decretal. col. 3.

Declaratur tertio vt consideranda sit materia, nam fauores ampliantur, odia restringuntur. Pet. Perch. de testament. Coniug. lib. 5. c. 3. sub nu. 5.

9 Limitatur secundo, si dicatur, bona sua, vel mea, cum illis pronominibus possessiuis, nam tunc non veniunt iura, neque actiones, vt not. Bar. Bal. & alij *in l. ff. de stat. hominum, in l. fin. vers. item in dono, Cod. de edict. Diui.* Adrian. toll. Arct. *in §. fin. de iure naturali, gentium, & ciuili,* Ias. *in l. Gallus, §. videndum, ff. de liber. & posthumis.*

10 Contrarium per illum textum tenet Aleiat. *in leg. morum, ff. de verb. signif.* & hanc opinionem dixit veriorem post multos quos allegat. Andr. Tiraq. *in l. si vnquam, in verbo, bona, sub num. 8. in fine Cod. de reuocan. donat.* vbi siue dicat bona sua indefinite, siue vniuersaliter omnia bona sua. Rebuff. *in l. rei, column. 7. vers. 3. res & r. ff. de verbo. sign. in l. bonorum, versic. 9. & c.* Est communis opinio, Gugnl. *in c. Raynutius, in verbo cætera bona, nu. 15. de testament.* Gomes. *in §. omnium, nu. 22. de act.* Pinell. *de bonis matr. in rubr. parte 1. numer. 7.* E uan. *litera B, num. 37.* Benincasa *de act. §. 1. sub nu. 151.*)

11 Sublimitatur nisi apponantur verba designantia locum, quia iura, & actiones non circunscribuntur loco, *l. fideicommissum §. tractatum, ff. de iudic. leg. Catus in princip. ff. de legat. 2. l. vxorem §. legauerat, ff. de leg. 3. l. cum de lanioni §. fi. ff. de fund. instruct. & instrument. lega. l. si mihi, §. 1. ff. de leg. 1.* Bal. *in l. 1. ff. de stat. homin. consil. 232. in fi. lib. 2.* Card. Florent. *consil. 51.* vbi reputat notabilem textum in d. *l. Catus.* late Corn. *consil. 49. lib. 3.* Soc. *consil. 101. lib. 1. repetit. consil. 175. col. 2. lib. 2.* Ias. *consil. 3. lib. 3.*

12 Vnde donans omnia bona vbique existentia, vel quę Tuderti habeo, non veniunt nomina debitorum, iura, & actiones, Tiraquel. *ad l. si vnquam, in verbo, bona, nu. 9. C. de reuocand. donat.* latius *de retract. lignager, §. 1. gl. 7. num. 11. in fine,* & hæc est communis opinio, Alciat. *in l. fin. num. 80. C. de pact.* Eman. *in suo thesaur. litte. A, nu. 61.*

14 Limitatur secundo, vt appellatio bonorum simpliciter facta sine aliquo adiuncto comprehendat iura, & actiones, vt non sit vere, & proprie, sed ficte & per legis interpretationē. Vnde non procedet in statuto, vel simili materia, vbi verba proprie, et stricte sunt interpretanda, pariter nec in materia exorbitanti, vel odiosa. Dec. & Cagnol. *ad l. qui actionem, ff. de regul. iur.* Alc. *in l. Labeo, in l. actionem, ff. de ver. sign.* Pute. *decis. 1. c. p. 1.*

14 Habui in facti contingentia in verbis instrumenti, & an in eo verba in dubio sint proprie, & stricte intelligenda,

15 Sed nunquid actio competens ad pensionem, vel affictum erit connumeranda mobilis, vt mobilium appellatione veniat, vel immobilis, vt immobilium appellatione comprehendatur in donationibus, obligationibus, & similibus.

16 Et multorum fuit opinio, mobilem reputari *ex leg. sciendum, §. item qui, in verbo cum vero, ff. qui satisd. cogantur.*

17 Verum alij aliter distinguunt. aut intentatur actio personali, & inter mobilia reputatur, si vero actio realis respectu rei immobilis, vt tributum, decimæ, affictus, & similia. & tunc immobilis reputatur. Albert. *in Auth. hoc ius porrectum, col. 5. vers. alij distinguunt C. de sacrosanct. eccles. & in l. si. in princip. ff. de don.* dum hanc vltimo loco recenset *per l. libertos, §. Lucius, ff. de annu. l. iuncta l. si. §. si. ff. de contrah. empt.*

18 Quare verior est opinio, vt actio ad fictum, mercedem, vel pensionem ex re locata, vel ad rem locatam non connumeretur nec inter mobilia, nec inter immobilia, sed tertia separatam de per se speciem distinctam constituat, & faciat, & hæc est communis opinio, Alex. *in l. 1. nu 9. ff de vulg. & pup.* Crauet. *consil. 213. in fin.* Guid. Pap. *q. 291.* Bero. *in c. tam nulli, nu. 73. de rebus eccles. non alien.* late Ari. Pinell. *in 1. par. rub. C. de bon. matern. nu. 24.* E uan. Soarez. *in suo thesaur. recept. sent. in verbo, actio, nu. 61.*

19 Addo, quod hanc dixit magis communem, & etiā veriorem, cui etiam ipse adhæret post multa relata de retrac. Lignaier. *§. 1. gl. 7. nu. 17.* Ant. Gabr. *de verb. signif. concl. 7. in prin.*

20 Quæ vera est, & procedit etiam si apponatur verbum, quarumcunque, vt voluit Paris. *consil. 25. col. pen. vol. 2.*

21 Si tamen de mente contrahentium testatoris, legis, vel statuti omnino esset facienda applicatio, tunc attenditur ad quid detur an sit mobile, & illa reputabitur mobilis, si ad immobile, & illa reputabitur immobilis, Alcia. post Bal. *in l. monentium, ff. de verb. sign.* Aufrer. ad Tholos. *decis. 315.* cum late per Tiraq. *in citato loco sub nu. 15.*

22 Aut igitur locator agit ad pensionem, vel operarius ad mercedem debitam, & actio tunc mobilis reputabitur, cum intentetur ad rem mobilem, prout merces pensio, & similia; aut intentatur ad rem per conductorem, puta quod sibi consignetur res per locatorem sibi locata, & tunc cum sit ad rem immobilem, reputabitur immobilis.

QVAE.

Digitized by Google

impossibilis, *nu. 3. de verb. oblig. in l. certi conditio, §. quoniam, n. 5. ff. si cert. petat.* ratio videtur in promptu, quia in actu conditionali obligatio non oritur ante conditionis euentum, *l. cedere diem, ff. de verbor. signif.* secus est in modo, cuius euentus non expectatur ad perfectionem contractus, & ortum obligationis.

10 Limitatur quinto dispositio *l. nemo*, & hanc declarationem habent contractus bonæ fidei a locatione conductione, vt licet impossibilitas vitiet contractus bonæ fidei modo, quo supra, non tamen vitiat angustia, vel difficultas temporis, *l. insulam, §. operis, ff. loc.* vbi Castrens. dicit, quod ille textus ad hoc semper allegatur.

11 Vnde in contractu locationis, & conductionis promissi opus factum ad talem diem, & tempus reuera est valde angustum, & breue, vtique arbitrio iudicis supplebitur tempus necessarium, & antequam illud transeat, non committitur pœna promissa, si opus nō fuit completum, vt ibi Castren. an maduertit, & hunc textum dixit singularem Afflic. *in c. 1. nu. 21. vers.* item breuitas temporis, quibus ex causis feudum amittatur. Iacob. Menoch. *de arbitr. iudic. lib. 2. centur. 3. cas. 221.* monens iudicem, vt adhibito peritorum iudicio, tempus congruum, et necessarium operis conductori statuat, & tribuat.

Addo Bal. *in l. continuus, §. illud*, & ibi etiam Fulg.
12 *ff. de verb. oblig.* ex doctrina Bart. per illum textum, in *l. sed & si quis, ff. si quis caution.*

Ampliatur hæc declaratio, vt difficultas nō solum
13 non vitiet contractum bonæ fidei, sed nec actus habētes se ad instar bonæ fidei, prout est testamentum, *l. si mihi & tibi, §. si quis seruos, vbi not. ff. de legat. 1.*

14 Bene tamen vitiat contractum stricti iuris, *vt l. 2. §. si quis ita, ff. de eo, quod certo loco.*

Si ergo in instrumento locationis fuit dictum quod deberet perficere intra annum, & illud non est possibile, quia saltem sex menses vltra requirebantur illi sex menses prorogantur, nec committitur pœna antequam sint elapsi decem, octo menses, sed si tunc opus non est expletum, bene committitur pœna.

15 Ampliatur in prorogatione hominis, vnde si conductor, vel locator promittat aliquid sub pœna infra certum tempus, & postea de partium contensu prorogetur terminus, nec de pœna aliquid fuerit dictum, si in termino prorogationo non constet de implemento, pœna dicitur commissa, licet de ea in ea prorogatione nihil fuerit dictum arguendo a prorugatione legis ad prorogationem hominis, vt per Castr. *in d. §. operis.*

16 Addo in hoc materia impossibilitatis, quod si ex dilatione præterit tantum temporis, vt impossibile sit in residuo impleri posse, quod ante diem agi poterit. Io. And. *ad Specu. §. 1. vers. probatoriæ.* Imol. *in l. in illa, col. ff. de verb. oblig.* Cagnol. *in regul. impossibilium, n. 2. in princ.* Et nota vnum in hac materia impossibilium ad propositum locati & conducti, & de quo agimus, textum *in l. si quis fundum, in princ. ff. locat.* vbi valet excepto casus fortuiti, cui mens humana prouidere non potuit, & sic actus impossibilis, solue, vt pulchre per Sal. *ad l. 1. C. commodat.* vel per Rip. *de pest. fol. 8. nu. 48.* Et est materia ista frequens, & quotidiana, & multi sub spe aliqua conducunt in breuiori tempore, quam si necessarium, & postea exitus non succedit, multa promittuntur, quæ minus feliciter eueniunt.

17 Et locans operas ad opus aliquod faciendum intelligitur, vt perficiat, nō vt inchoet tantū, *l. rei, §. opere, ff. de verb. signific.* vbi Alciat. declarat in opere certam formam habente, secus in alijs certam formā non habentibus, vt paries, fouea, maceries, nam etsi sulum incepta sit dicitur opus perfectum, secus si certi termini vel mensura addita proponantur, vt ibi per eum.

De sexto gradu accidentium.

Verborum significatio, Obligatio, Arbitrium, Consuetudo, Precarium, Ius Protomiseos, Ius Patronatus, Cessio, Difformitas.

QVAESTIO I.

1 QVæro, vendidi tibi fundum, vel domum, vel rem aliam, cum pacto his verbis concepto, ne exeat manus conductoris, nunquid locare poterit? Et videtur dicendum, quod non, cum verbum, manus, large sumatur nedum pro translatione dominij, sed pro vsu simplici, & dummodo quouis modo ponatur extra manus, *l. 1. ff. deposit. l. apud antiquos, post pr. & de furt. l. 1. & 2. ff. de vsu, & habit.*

2 Et hanc opinionem tenuit Cin. & post eum Alber. Bald. & Salic. *in l. fin. C. de reb. alien. non alienand.* Bald. *in l. 2. C. de fideicommiss.*

3 Pro contraria parte facit, quia vere proprie manus intelligitur pro dominio, *l. manumissiones, ff. de inst. & iure*, & per locationem non transfertur dominium, neque possessio, *leg. non solet, ff. locat. merito, &c.*

Et hanc opinionem tenuit Bald. *in l. voluntas, C. de fideicommiss.* Ioan. And. *in cap. 1. de immunit. eccles. in 6.* Et hæc est communis opinio, teste Ias. *in d. l. manumissiones, nu. 6.* Petr. Girard. Oppiz. *in §. diui, nu. 25.* ibi, limitatur de nouo.

4 Limita in locatione ad longum tempus, per quam dominium transfertur, prout dixi superius de locatione ad longum tempus.

5 Limita secundo si fiat locatio in potentiorem, a quo non sit verisimilis recuperatio. Fulgol. *in d. l. manumissiones, argum. l. qui habebat, in princ. ff. de legat. 3.* faciunt quæ diximus superius de coluno tixoso, *ad l. ne cui, C. locat.*

6 Res igitur locata est in manu locantis. Et postquam incidit sermo de manu, & eius significatione, vnum obiter dicam ad propositum materiæ locati, & conducti, de qua agimus ad intellectum *leg. mulieris, ff. de verb. signific.* vbi in manus pretio, idest artis significat mercedem, quæ artis nomine debetur architecto. Virgilius. Artificumque manus inter se operumque labores, miratur. Iul. Solin. & ędes manus Dędali ostendebant.

7 Vnde manu precium dicitur in hac locati & conducti materia, vbi non tam materiæ ratio, quam manus, & artis ducitur, *ad l. 30. §. 3. ff. locat.*

QVAESTIO II.

QVæro, in contractu locationis, & conductionis, verba quomodo sint intelligenda?

1 Et videbatur large, *ex c. cum dilectus, in fine, de donat.* vbi in contractibus larga sit interpretatio.

2 Contrarium verius videtur vt verba sint stricte interpretanda, hinc dicebat Bald. *in l. emptorem, in fine, C. locat.*

c.loc.st.quod si in vna tenuta adest,& includitur vna planities diuersi nominis locata tali tenuta non veniet illa planities diuersi nominis licet includatur. sequitur Aimo.cons.202. num.20.

3 Et hoc procedit pręcipue in locationibus gabellarum,datiorum,pedagiorum, in quibus fit admodũ stricta interpretatio. Vnde datio simpliciter locato, non venit superindictum.Ferrat.de gabell. nu. 405. similiter locato datio vnius loci non venit alterius loci. Bursat.cons.190.num.23.vol.2.

4 Pariter locatio facta cum clausula in circa declarabitur de modico arbitrio boni viri. Alex. cons.29. num.5.vol.5.& cons.82.& cons.vlt.nu.8.eod. vol.pulchre Paris.cons.104.num.35. vol.1. Strach. de mercatur.in titu.de naui.par.3.num. 13. vbi loquitur in terminis locati & conducti,si locaui nauim, & dixi esse capacitatis amphorarum mille in circa.Iac.Menoc. de arbitr. iud.cas.86.

5 Materia in practica satis frequens,maxime in depositionibus testium, vbi sæpius loquuntur per verba in circa.

6 Similiter locato castro,vel villa cum territorio,& terreno non comprehendũtur loca siluestria ad culturam penitus inhabilia, nec fontes, nec riui aquarum, nisi quatenus faciunt ad culturam agri, idem locator de residuo disponere poterit. Bart. per illum textum, in l. 1.C.de mancip.& colon.par. commendat Roma. singular.225. si locatur.

7 Restringitur hoc dictum vltra ibi apostillantes,vt verificetur in locatione,vel emphyteusi,secus in aliis concessionibus. Veron. de seruit.rustic. præd.c. de flumine,vers.si dominus alterius.

8 Limitatur secundo, vt veniant nemora, & siluę, quę per conductorem possunt extirpari, & cędi, & ad culturam redigi, & vinea plantari,& alia vtilia, Barbac.cons.54.col.1.lib.4. & cons.57.col.2.eod. volu. Menoch. cons.13.

9 Et locato fundo nulla facta expressione fructuum intelligitur de nascentibus in fundo conducto,& secundum qualitatem ipsius.Bart.in l.dominus prædiorum,C.de agricol.& censit. lib. 11.

10 Bene verum est,quod si locatur fundus nulla facta mentione de arboribus,quod habebit etiam partem conductor in fructibus arborum.Ioan. Andr.ad Specula.in tit.de locato,§.1. versic. quid si colonus, reputat in practica singulare. Ias. in l. quicquid astringendæ, col.3.circa medium,ff.de verb. obligat. Roma. pariter hoc valde commendans,consil. 150. Tiraq. de retract. titu.5.§.4.glos.1.q.2.reputat egregium dictum ad l. si vnquam,in princip. sub num.55. Campeg. de dot. q.81. part.2.Barbac.in l.cum acutissimis, colu.22.C. de fideicommiss. vbi appellat dictum elegans, & aureum. idem Ias.in l.1.nu.33. ff solut. matrimo.in l. 1. in fine. Cod.de iur. emphyteut.in l.a.colum.3.ff.de legibus. Fel. in cap .coram dilecto, circa medium, de officio delegat. Angel.in l.certi,ff.de rust.præd.Firmian. in verb. fructus arborum.

11 Bene verum est,quod si conductor promisit plantare vineam,& non plantauit,an cadat a contractu, vel teneatur ad interesse,notabilis est quęstio,& practicabilis, & Bal.indistincte tenuit quod caderet a iure suo,in l.fin.§.fin.C.commun.de lega.commendat Iaso.in l.1.in 4.notab.C.de iur. emphyt.

12 Limitatur hoc esse verum si pactum de plantãdo vineam principaliter dedit causam contractui, secus si veniret accessorie, quia tunc tenetur solum ad interesse. Cott. in memorab. in verbo locaui vineam. vnde erit diligenter animaduertendum, quia multi statim agunt ad caducitatẽ ex capi.non implementi. Marsil. sing.582. Et est casus admodũ frequens,multi enim conducunt laboritia, & promittunt dare medietatem fructuum locatori, & insuper promittunt aliquid aliud,puta plantare vineam, vel tot arbores quolibet anno, vel fabricare casam, vel quid simile, nam si tale pactũ conductor non obseruat, non põt agi ad caducitatem,sed debet attendi,quod principaliter fuerit appositum gratia alterius, vt dictum est.

13 Ampliantur prædicta omnia, etiam si conductio facta esset verbis generalibus,& pregnantibus, vnde locatio facta cum pacto,vt liceat conductori recedere post mensem quandocunque voluerit,intelligitur, & restringitur nisi post mensem fecerit actum cõductor,per quem videatur ab illa conductione recessisse,puta si petierit sibi adimpleri promissa.ita singulariter dixit Salic.in l.commissoriæ, in fine, C. de pact. inter emptor. & venditor. commendat Felin. in cap. sedes,col. 12.de rescriptis.Marsil.sing.213.viam.

QVAESTIO III.

1 QVæro verba contractus locationis, & conductionis contra quem sint interpretanda.Et vtique contra locatorem, qui potuit legem apertius dicere,l. veteribus,ff.de pact.l. Labeo scripsit, ff.de contrahend.emp.l.quicquid astringendæ, ff.de verb.oblig. Bal. cons. 160.par.1.Corn.cons.116.in princ.Gozad.consil. 74.num.13.Dec.in terminis,in l.fœmina,sub num.113. versic.postremo,ff.de reg.iur.

2 Declarando,aut locator se fundat in verbis, & contra eum fit interpretatio,aut cõductor se fundat in verbis,& contra eum fit interpretatio. De primo Roman.cons.95.num.2.vbi Mandos.Corn. cons.95.n. 5.vol.4. Paris.cons.64.num.5.vol. 1. Bursat. cons.104. num.13.volum.1.Pute.decis.166.lib.1.vbi in pacto de restituendo possessionem vacuam in fine conductionis,nisi aliud in medio superuenerit.

3 De secundo Ias.in terminis cons.45.volum.1.in fine vol.3. Hinc dixit Pile. q. 9. quod si colonus promisit dare locatori partem omnium fructuum, lapicidinis exceptis, quod si ex lapidibus in la boritio existentibus calcem faciat,quod de ea partem dare non debet quia transiuit in aliam speciem ex industria,& labore conductoris,commendat Io.Andr.ad Specul.in tit. de locat. §.1. versi.quid si colonus,vbi idem dicit in vua, lana, lino, & similibus. Ias. valde commendat, in l. veteribus, ff. de pact.

4 Limita in casu l.insulam,ff.qui pot.in pig.habeantur, vbi est casus in materia locati & conducti, & præfertur venditor in pignore super pensione, & ratio est,quia erat conuentio clam super principali, & sic super accessoriis.

QVAESTIO IIII.

1 QVæro,an dispositio glo.in l. tale pactum,§ fi.ff. de pact.procedat in contractu locationis & conductionis,vtique sic. Ruin.cons.74.num.11.vol.1.

2 Limita vt non procedat,quando aliquid in totum est

est omissum per inclusionem alterius, sed quando venit ad aliud expressum. Bald. in l. 1. circa finem, C. de his, quibus vt indign.

3 Limita secundo, vt procedat in extensione facienda de casu ad casum, secus de persona ad personam. Ruin. d. cons. 474.

Quas declarationes apposui in materia locati & conducti, & vltra alios ad declarationem practicabilis glos. in d. l. tale pactum, §. final. quam multi plene profitentur.

QVÆSTIO V.

Tempus.

FACTA est locatio de triennio, vel alio tempore quomodo intelligatur an de vtili, vel continuo?

1 Videbatur de vtili, vt fiat interpretatio contra locatorem, qui potuit legem apertius dicere, prout superius vidimus.

2 Pro contraria parte facit, quia tempus in dubio intelligitur continuum, non vtile. Riminald. consil. 10. num. 24. vol. 1. Bard. de temp. vtil. & continuo, c. 3. num. 9. c. 8. nu. 1. cap. 18. num. 18.

Et hanc partem tenuit in terminis. Bald. in l. si cum hermes, C. locat. sequitur Alex. in l. si rite debemus, num. 4. in l. si procuratori, num. 6. l. stipulatio ista, §. final. nu. 5. ff. de verb. oblig. Rout. de statut. Vrb. præscrip. gl. 2. numer. 22.

3 Circa vero tempus, intra quod opus fieri debet vide infra quæstione sequenti.

QVÆSTIO VI.

1 FActa est locatio non designato loco, nec tempore ad opus puta faciendum, quomodo hoc intelligendum erit? vtiq. circa locum declarandum per conductorem, & circa tempus arbitrio boni viri, Bal. in l. liberti, nu. 11. C. de oper. libert. Bart. in l. continuus, §. qui insulam, ff. de verb. oblig. vbi dicit, quod si non inchoatur, potest agi ad interesse, faciunt ad prædicta not. per Ial in l. in bonæ fidei, ff. de eo, quod certo loco.

2 Occurrit sæpius in facto, quod multi conducunt laboratores ad construendum domum simpliciter tempore aliquo non apposito. oritur contentio, recurrendum est ad arbitrium boni viri, & iudicis.

QVÆSTIO VII.

1 SIcut nascitur dissensus inter locatorem, & conductorem ex incertitudine loci, & temporis, ita ex incertitudine pensionis non certificatæ, vnde si sunt discordes in quantitate, recurritur ad arbitrium iudicis. Cum in l. ut cui, in fine, C. locat. sequitur Papien. in forma libelli ad filii præstationem, in verbo, florenos, in princip. Afflict. in capit. 1. numer. 21. versicul. item bonitas temporis, ex quibus caus. feud. amitt. per l. insulam, §. in operis. ff. locat. Iacob. Menoch. de arbitr. iudic. cas. 221.

2 Et locatio semper intelligitur in dubio facta iusta proportionem pensionis, & solitum in similibus fieri, & in vicinis locis, licet tenimentum sit magnum, quia fit restrictio ad porportionem pensionis. Hern. in r. c. §. quia tamen de controuers. inter masc. & foemin. Hiero. de Mont. in tract. fini. regund. c. 90. num. 12. per l. ex tepto, C. locat. de qua materia superius vidimus, par. 1. tit. de substantia locationis.

3 Vnde ex Hern. colligitur in citato loco, quod non est bona exceptio dicere, apparet per instrumentum de locatione puta totius tenimenti, ergo totum tenimentum est locatum, quia poterit replicari, parui refert de locatione prægnanti totius prædii, vel tenimenti, si pensio est respectiue modica, quia ad eam fieri debet porportio.

4 Colligitur etiam ex eodem, quod in fictibus constituendis, & persoluendis attenduntur loca vicina similia. Late Menoch. consil. 13. lib. 1. vbi in locatione veniunt posita in confinibus, & pretium rei venditæ in locatione comprænsa, & verisimilitudo, & consuetudo attenditur.

Pariter dicebat Bal. ad l. emptorem, C. locat. iuxta finē, quod in Comitatu Bittonii est quædam planities, quę vocatur planum Bossonii, & sub ea, est planities, quæ vocatur planum Sancti Crispolti, si dominus locat planum B ttonii, non videtur & hoc locare planum Sancti Crispolti, licet sub locato continearur, quia illud specialiter denominabatur, iuxta not. in leg. quæsitum, §. final. ff. de fund. instruct. dixit elegans dictum Dec. cons. 146. col. 6. in princ.

Limita nisi vno nomine locari consueuisset, commendat pro notabili Rimin. cons. 252. num. 5. Casus frequens in fundis, qui sub vno podere habent specia le nomen.

Limitatur secundo, quod vnica locatio non concludat nisi pretium, vel pensio sit correspondens habito respectu vtriusque, vt considerat Menoch. consil. 337. num. 27. lib. 4. post Bart. in l. & conuentione, ff. de pact. Ial. cons. 84. col. 2. vers. & quantitate, lib. 2. Socin. iun. cons. 43. nu. 2. & 8. lib. 2.

Nec duæ possessiones dicuntur vnitæ, vt vna lega venia altera, si vni colono locatæ sint. Alex. consil. 169. num. 9. lib. 5. Cephal. consil. 144. numer. 18. libr. secundo.

5 Et si pensio fuit collata in tertium, & conductor dum fecit in feudo, & fortasse per tempus conuentū, & tertius non potest, vel non vult arbitrari, recurritur pariter ad arbitrium boni viri, prout dixi alias ad materiam l. si merces, ff. locat.

QVÆSTIO VIII.

1 NOtabilis est casus secundum Bart. ibi in leg. ea lege, ff. locat. Quod si fuit factum pactum inter locatorem, & conductorem, quod si fundus non colatur, possit locari alij, & quāto minus locatur, reficiat primus conductor, quid si locauerit plus?

2 Videbatur dicendum pariter deberi primo conductori, sicut enim sentit onus in diminutione si minus locatur, pariter deberet sentire commodum, & emolumentum, si plus locatur, leg. secundum naturam, ff. de regulis iur. c. regul. qui sentit, libr. 6. §. illud, Instit. pro soc.

3 Contrarium determinat Iurisconf. cuius ratio videtur esse, quod tale pactum fuit appositum pro locatore, & ad eius fauorem, merito non debet in eius damnum retorqueri, & vti aduersarius econuerio.

4 Et per prædicta patet intellectus ad §. illud. Instit. pro soc. vltra scribentes in locis ordinariis, primo enim

enim ille textus loquitur in conuentione pro ambobus apposita, sicut pro vno tantũ, secundo ibi in cõtractu societatis, qui habet vim fraternitatis *l. verum, ff. pro soc.* Tertio ibi loquitur in correlatiuis, quia damnum, & lucrum sunt correlatiua *l. si non fuerit, ff. pro socio*. Quarto ibi, nullus contrahentium culpa interuenerit, in casu verò huius legis fuit facta conuentio ob culpam conductoris, merito in eius fauorem reflecti nõ debet, arg. l. siue hæreditaria, *§. si quis negotia, ff. de neg. gest.* & hoc modo euitantur multa contraria inspiciendo in eius fauorem, vel culpam si fit quid principaliter introductum.

5 Et ad prædicta facit in simili in materia relocationis id, quod habetur in l. itẽ quæritur, *§. in lege, ff. loca.* vbi si locaui tibi domum construendam pro cẽtum infra annum, cum pacto, quod si non construeres, possem alii relocare, & si cõtingat me plus locare, quod tenearis ad illud plus, & quia non construebas, locaui alteri pro centum, & decem plus, ita demum teneris ad illud plus si locaui in eadem forma, vel leuiori, secus si pro grauiori, vt si locassem tibi vt faceres tres cameras, ille vero, vt faceret quatuor, nã propter hũc excessum videor dare illud plus, nõ propter moram, ideo nocere nõ debet, nec possum locare, nisi transacto anno, & si est transactum tantũ tẽporis, vt certũ sit non posse fieri, poterit fieri locatio ante tempus, *vt not. in l. hoc iure, ff. de verbor. oblig.*

6 Pariter si non locaui, sed ego met opus feci conducendo operarios de die in diem, putare potero quod plus expendero, non virtute pacti, sed ratione moræ, vt ibi per Castrens. Et quod dictum est de pacto opposito in fauorem locatoris, quod non debet in eius dãnum retorqueri. idem est in dispositione legali, *l. non eo minus, C. depositi.*

7 Et ad propositũ materię locati & cõducti, de qua agimus, infertur, quod si cõductori faciẽda est remissio propter sterilitatem, vt suo loco diximus, non sic ecõtra duplicanda est pensio conductori propter fertilitatem, & hoc siue proueniat diligẽtia, & industria coloni, siue casu, & fortuna, siue augmentum sit magnum, siue modicum, vt contra glo. & Bart. tenet Castrens. *in l. si merces, §. vis maior, nu. 6. ff. locat.*

QVÆSTIO IX.

QVæro, facta est locatio ad lõgum tempus pro se, & successoribus, an veniant filiæ fęminæ,

1 Et videbatur dicendum quod sic, quia masculinum concipit fęmininum, *leg. qui duos, & l. seruis de lega. 3. l. 1. ff. de verb. signific.* late Anton. Gabr. *de verbor. significat. conclus. 6.* & hæc est communis opinio. Curt. iun. *cons. 153. & 163. num. 3.* Secundo facit, quia verbum, successor, generale esse videtur, vt late deducit Soci. *cons. 245. col. 6. vol. 2.*

2 Contrarium est verius, vt masculi tãtum compręhendantur, vt late deducit Bald. *in capit. 1. quib. mod. feud.* constitui possit, dicens hoc perpetuo notandum. commendat Ruin. *cons. 160. nu. 4. lib. 1.* Alex. sentit *in l. quædam, §. nihil interest, num. 7. ff. de edendo.* Soc. iun. *cons. 227. numer. 3. lib. 2.* Hieron. Magon. Rota *Lucan. decis. 14. nu. 20.*

3 Et licet masculinum concipiat fœmininum, vt ex communi dictum est, tamen fallit in contractibus, in quibus masculinum non concipit fœmininum, & hæc est communis opinio, Eman. in suo thesaur. littera M, *nu. 78.* & magis communem dicit Ant. Gabr. in citato loco, *num. 49. in fine*. Nec obstat consilium Socini in contrarium allegatum, quia loquitur in diuersis terminis, prout videri potest.

Successor igitur simpliciter prolatus in masculo tantum in contractibus verificatur, & hæc addi possent ad ea, quæ ponit Iul. Clar. *in §. emphyteusis, quæstio 32.* vbi ponit an fęminæ veniant in emphyteusi, & quærit de appellatione hæredum, vel filiorum omittens si fiat stipulatio per verbum, successoribus, quod satis frequens est.

QVAESTIO X.

QVæro an sub appellatione fructuum compræhendãtur mercedes magistrorum, & fabrorũ, vecturæ nauium, & bestiarum, & pensiones domorũ.

1 Primo videbatur, quod non, per textum *in leg. mercede, ff. de petit. hæredit.* vbi mercedes colonis acceptæ vecturæ nauium, & iumentorum non sunt fructus, sed loco fructuum, ergo non sunt proprie fructus.

2 Secundo per textum *in l. prædiorum, ff. de vsuris*, vbi pensiones accipiuntur pro fructibus, & sic non sunt vere, & proprie fructus.

3 Tertio facit *l. vsura, ff. de verb. signif.*

4 Pro contraria parte facit *l. si nauis, ff. de rei vendicat.* vbi fructus appellantur, & tanquam fructus debẽtur; pro resolutione ponam aliquas conclusiones. casus, & effectus, ex quibus patebit veritas præsentis indagationis.

5 Prima igitur conclusio sit a proprietate verborũ. Mercedes, pensiones, & vecturę non sunt proprie fructus, sed bene loco fructuum habẽtur. ita probant iura pro prima parte superius adducta, *not. glo. in l. vsura, ff. de vsur. in leg. 1. §. fructus, C. de annon. & tribut. lib. 11.* Butr. & ibi Imol. *in c. cum dilectus, de consuetudine.* Afflict. *decis. 44. nu. 7.* late Tiraquel. *de retract. linaggier. §. 15. gl. 1. 27.*

6 Vnde non venient in statuto faciente mentionem de fructibus. *in l. diuortio, nu. 32.* vbi Lit. *nu. 9. ff. solut. matrim.*

7 Secunda sit conclusio *ad not. in leg. 1. C. de annon. & tribut. lib. 11. locator*, qui recipit annuales pensiones, quę sunt loco fructuum, tenetur ad onera, & tributa, *vt not. in d. l. 1.* per Luc. de Penna qui hoc deducit, & dixi suo loco.

8 Tertia conclusio sit, petens in libello fructus, comprehendit etiam pensiones. Bal. *in l. traditio, in fin. C. de pact.* Machel. *patrocin. 15. num. 12.*

9 Quarta sit cõclusio, pensiones, vecturæ, & mercedes a multis appellantur fructus industriales. Coras. *lib. 5.* Miscellaneorum *cap. 9.* repræhendens illos, qui inepto nomine ciuiles appellant. Didac. *lib. 1. variar. resolut. cap. 3. num. 6.* Copus de fructibus, *lib. 1. c. 3. nu. 2.* Menoch. *de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 3. cas. 201. num. 25.* a multis ciuiles. Bartol. *in l. ex diuerso, num. 1. ff. de rei vendic.* Castrens. *in leg. si nauis, num. 1. ff. eodem.* Bero. *in c. grauis, nu. 9. de restit. spoliat.* Varonius, *lib. 2. declarat. 41. nu. 10.* Loriat. de fructibus axiomate 16. Menoch. *de recuperand. possess. remed. 15.* sub *num. 623. alij* mistos appellant vt per Abb. *in d. c. grauis, numer. 4.* alij ad similitudinem naturalium. Alexand. *cons. 142. num. 7. lib. 5.* Afflict. *decis. 44. nu. 7.* Rouescal. ad Alex.

conf. 181. *in verbo pensionis libro* 5. Marc. *decif*. 1420. Menoch. *de præsumpt. lib*. 4. *præsumpt*. 101. *nu*. 72.

30 Quinta fit conclusio mulier relicta vsufructuaria omnium bonorum percipiet pensiones, & vecturas, & si nondum tempus solutionis aduenit transmittit ad hæredes, si vero aduenit, debentur proprietario, si partim venit, partim non, fit distributio pro rata. Ca. stren. *conf*. 214. *vol*. 2. Alex. *conf*. 15. *num*. 3. *vol*. 2. Borg. *de vsufruct. mulier. nu*. 243. & hæc est communis opinio. Parif. *conf*. 40. *num*. 7. *volum*. 1. Boer. *decif*. 23. *num*. 3. Tiraq. *de retract. convent*. §. 5. *glos*. 4. *numero* 1. Mascbel. *patroc*. 16. Didac. *var. resolut. cap*. 15. *num*. 12. Addo Alex. *conf*. 28. *col*. 1. *lib*. 1. Cuman. *consil*. 92. *colum*. 3. 10. Cephal. *conf*. 612. *num*. 34. Franc. Marc. *decif*. 178. Purpur. *conf*. 207.

31 Ampliatur hæc conclusio, vt procedat etiam in patre legitimo administratore. Bald. *in l. cum oportet, col. pen. C. de bon. quæ liber. in l*. 1. *C. de vsufruct*.

Ampliatur in redditibus gabellarum locatarum. Bal. in citato iam loco.

32 Ampliatur secundo, vt nedum pensiones percipere possit, rerum locatorum a defuncto, sed ipsamet vsufructuaria locare possit, cum locare dicatur in fructu, Bac. per illum tex. *in l. cum in plures, ff. locat*.

33 Ampliatur tertio, vt habitare possit, cum habitare sit fructus, *l. is, qui bona, §. si antiphana, ff. de pign. l. apud Iulianum, §*. 1. *ff. de leg*. 1. Papiens. *in forma libelli in actione reali, in verb. simul cum fructibus, nu*. 9.

34 Hinc filius locando bona olim sui patris dicitur ad re hereditatem. Marant. *in leg. is potest, numero* 81. *ff. de acquirend. hæreditat*. & id vidi pluries articulatum, & deductum contra filium conuentum vti hæredem patris.

Secus in extraneo hærede instituto, qui locando, vel fructus percipiendo non dicitur adire nisi côcurrat animus adeundi, pura quod domus non habet necesse locari, vel ager coli nam cessante necessitate inducitur aditio, alias non. Menoc. *de præsumpt. libro* 4. *præsum*. 101. *num*. 76. *ita interpretando, §. final. instit. de hæred. qual*. Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. libro* 2. *titul*. 10. *n*. 19. 20. Et locatione inducitur aditio in persona, quæ libere contrahere possit, alias secus, puta in muliere prohibita contrahere a statuto sine certa forma. Bulga. *in l*. 1. *q*. 17. *Cod. qui admit*. vbi Zaccar. *numer*. 76. Rimin. iun. *numer*. 298. Socin. *consil*. 92. *num*. 31. *libr*. 3.

35 Sexta fit conclusio, pensiones domorum, quarum dies nondum venit, inter immobilia computantur, & sub appellatione immobilium continentur. Speculat. *in tit. de fruct. & interesse, §*. 1. *versic. sed pone*. Florian. *in l. si fur, de vsufructu*. Bald. *in cap*. 1. *in fine de pace tenenda*. Soci. *consil*. 100. *coln*. 2. *libro* 1. Caball. *milleloq*. 518. *par*. 2.

36 Vnde confiscatis bonis immobilibus venient pensiones domorum tanquam immobiles sint. Gramm. *conf*. 52. *in fin*.

37 Similiter pensiones nondum exactæ ex bonis locatis pertinent ad successorem, non hæredem presbyteri mortui, nec ad resignantem, si resignauit, vt late deducit Borgn. *decif*. 44. *nu*. 4. extendens constitutionem Iulij Tertij, siue beneficium vacet per mortem, siue per resignationem.

Cui addo Zabarell. *consil*. 79. Ancharan. *conf*. 116. Port. *conf*. 104. & 161.

18 Pariter fit diuisio inter emptorem, & venditorem pro rata, & dicuntur fructus de die in diem. Bald. *in l. filiusfamilias, §. apud Marcellum, ff. de legat*. 1. Salic. *in l. Iulianus, §. fructibus, ff. de legat*. 1. ad quem textum semper recurrimus. Di dac. *variar. resolut. lib*. 1. *cap*. 15. *versicul. sed præsupposito*. Gigas *de pension. quæstion*. 53. pulchre in facti contingentia Vincent. Franc. videndus *decif*. 79.

19 Septima fit conclusio *ex l. apud ulia num, §*. 1. *ff. de legat*. 1. hæres ex mora tenetur ad pensiones domorum, vecturas iumentorum, naulum nauium, & alios fructus perceptos, & qui percipi potuerunt ex relegata ipsi legatario.

20 Et non mediocris difficultas est, quomodo intelligantur illa verba, & qui percipi potuerunt, & verior opinio esse videtur hoc modo distinguendo, aut actor vult se referre ad illud, quod percipi potuisset singulariter, & tûc habebitur relatio ad personam actoris, *d. l. apud Iulianum, §*. 1. *& l. si nauis, §. fin. ff. de rei vendic*. aut vult se referre ad illud, quod communiter percipi potuisset, & tunc non est differentia ad cuius personã fiat relatio, siue actoris, siue rei, quia communis æstimatio attenditur. ita Bero. *in l. domum, C. de rei vendic*. quem sequuntur Castrens. Alexand. & Iaf. *in d. l. apud Iulianum, §*. 1. Barbat. *consilio* 80. *colum*. 12. *circa medium, lib*. 3. Ruin. *consilio* 161. *numero* 19. *in fine, libro* 4. & hæc est vera, & communis opinio. Boer. *decisione* 268. *qui num*. 4. pariter attestatur in palatijs, & practica passim obseruari ad fructus, quos ipse actor communiter ab alijs percipere potuisset. Menoch. *de recuperand. possess. remed*. 1. *q*. 37. *num*. 370. vbi etiam in practica manet, quod in hoc casu, dum attenditur singulare interesse iuxta primum membrum huius distinctionis relatum, non stat in simplici affectione animi, *iuxta l. pretia rerum, ff. ad l. Falcidiam*, sed actor vere probare debet, quod si fuisset in possessione, percipisset tot fructus.

21 Addo quod hanc dicit communem *in l. apud Iulianum, §*. vbi Alexand. *nu*. 4. *ff. de legat*. 1. Dec. *in l. generaliter, col. fin. sub numero* 5. *ff. de regul. iur*. Didac. *in regul. peccatum, parte* 2. *§*. 6. *in fine*, vbi in foro conscientiæ verissimam dicit.

22 Et fructus fuisse perceptos probatur simplici iuramento actoris, vel rei, qui legalior erit, & melius nouerit veritatem, *glos. singular. in Authent. de nupt. §. vnde sancimus, in verbo, & si quidem, & in verbo iureiurando*, quam singularem dixit Bald. *in capite grauis, vers. & nota, de restitut. spoliat*. Iaf. *in d. §. fructus, colum*. 2. Boer. *in allegata decis. in fine*, & hoc est vnum priuilegium ipsius iuramenti, Et not. Bart. *in d. §. fructus*, in materia pensionum ad propositum materiæ locati & conducti, quod vt plurimum communiter quilibet tot percipit ex locationibus domorum, licet quando, que nascatur varietas.

23 Octaua fit conclusio ad materiam l. domum, C. de *rei vendicat*. quæ de pensionibus rerum locatarum loquitur, spoliator, & alius malæ fidei possessor restituendus est ad pensiones domorum, & alios fructus perceptos, & percipiendos, *d. l. domum*. Bero. in capit. *grauis, num*. 60. *de restitut. spoliator*. Rip. *in leg. naturaliter, §. nihil commune, numer*. 50. *de restitut. spoliat*. Cur. iun. *conf*. 41. *in fine*. Parif. *conf*. 1. *numer*. 147. *libr*. 1. Boll. *in titul. de pluribus violent. num*. 32. Plot. *de in litem iurando, num*. 372. secundum antiquam impressionem,

Digitized by Google

sionem, & §.47.num.1. secundum nouam. Tiraquell. *de retract. lignagier. §.15. glos. 1. nu. 28.* & hæc est communem opinio. Viui. *lib. 1. in verb. spoliatus.*

24 Limitant Domini de Rota, nisi spolians babeat aliquam rationabilem causam, vel colorem quare ita fecit, quia tunc non fit condemnatio ad fructus, qui percipi potuerunt. Rot. *decis.* 596. in antiquis, attestans passim in Rotę auditorio obseruari. Bisignet. *de restitut. spoliat. c. 11. an conditio.*

25 Pariter decreuerunt domini, quod occupare domum vacuam sine violentia, spoliator fructus non consequeretur. Rot. *de restitut. spoliat. decis.* 10. & 14. *in nouis.*

26 Similiter habens fundum pignoratum a domino tenebitur de fructibus, quos ipse debitor percipere potuisset, quia nullam habet iustam causam a Domino inducente, *l. 2. C. de pignorat. action.* quam singularem ibi dixit Bald. & notabilem dixit Alex. ad Bart. *in d. l. domum.*

27 Limitatur alio notabili modo in practica, vt spoliator, vel alius malæ fidei possessor non teneatur ad fructus, qui percipi potuerunt ex re meliorata in ferenda ratione melioramentorum, *l. cæterum, versic. improbe tamen. ff. de rei vendicat.* vbi Angel in practica dicit diligentissime notandum, quod malę fidei possessor verus, aut præsumptus non tenetur ad fructus, qui percipi potuerunt ex re possessa meliori facta industria, & artificio possessoris, dicens admodum vtile pro malæ fidei possessoribus, qui vineas plantauerunt suo sumptu, vel ædificia construxerunt; non enim tenebuntur ad fructus, quos ex vineis, & ædificijs vberiores percipi potuerunt, dicens esse casum quotidianum, & valde practicabilem. idem tenet Bal. *in l. traditio, quæst. 10. C. de act. empt.* Salicet. *in leg. ratio. §. 1. ff. eod.* Roman. dicens hoc perpetuo notandū, & ita iudiciose *singular. 337. malæ fidei.* Bero. *in capit. 1. numer. 24. de vsur.* Didac. *var. resolutio. libr. 1. capit. 8. num. 24.*

28 Finge quod domum admodum mediocris sit solita locari pro sex, fuit per malę fidei possessorem aucta de cameris, & stantiis, vt plus locari valeat, & iam locata sit, vtique melioramentorum ratio habenda est.

29 Et multo magis de fructibus percipiendis tenetur spoliator, vel alius malæ fidei possessor si occupasset rem minoris etiam cum titulo, quia titulus non excusabit a fructibus percipiendis, casus est notabilis *in l. patri, §. prędium, ff. de minor* quem singularem, & alibi non repecisse, dixit Crement. *singul. 35. tu scis,* Roma. *sing. 534. tu scis, & cons. 434. in præsenti in 3. dub.* late Iaf. *in l. apud Iulianum, §. 1. in 3 notab. ff. de leg. 1.* Bero. *in cap. grauis, num. 34. de restit. spoliat.*

30 Nona sit conclusio *ad l. si nauis, §. fi. ff. de rei vendi.* de hoc diximus in pręcedentibus.

31 Decima sit conclusio *ad l. mercedes, ff. de petit. hæredit.* quod conuentus iudicio petitionis hæreditatis tenetur ad omnes fructus, & quam maxime ad mercedes, pensiones, & vecturas *d. l. mercedes,* & sic etiam in iudicio petitionis hæreditatis consideratur materia locati & conducti.

32 Vndecima sit conclusio *ad l. cum autem, §. cum redhibetur, ff. de ædil. edict.* in redhibitoria veniunt mercedes a conductore serui pręstitę, vel quę pręstari potuissent.

33 Duodecima sit conclusio *ad leg. prædiorum, ff. de vsur.* vbi in bonę fide iudicijs, sicut veniunt fructus ex nota, pariter, & pensiones domorum.

34 Decimatertia sit conclusio, & casus, in quo habetur ratio mercedem, *l. idem Iulianum, §. 1. ff. de actio. empt. in §. certe, Instit. de rerum diuis.* vbi possidens fundum alienum, in quo bona fide ædificauit, detrahit mercedes fabrorum, & alias expensas.

35 Pariter iste bonæ fidei possessor facit suos fructus pro cultura, & cura, *vt in §. si quis a non domino. Instit. de rerum diuision.* & sic in hoc etiam casu habetur ratio locati & conducti.

36 Decimaquarta sit conclusio, & casus, in quo habetur ratio locati & conducti, *ad l. ratio, §. 1. & ibi not.* Bacto. *ff. de act. empr.* vbi malæ fidei possessor, tenetur ad restitutionem fructuum, licet eos perceperit propter eius industriam, & sollicitudinem, deducta huius sollicitudinis iusta mercede, quod in foro conscientiæ quomodo procedat, declarat Didac. *in regul. peccatum par. 2. §. 6. col. pen.*

37 Decimaquinta sit conclusio. In restitutione fructuum detrahuntur seruitia, *l. fundum qui, ff. famil. herciscun.* vbi I. C. ponit regulam generalem in nullo casu hoc impediri posse. ad idem, *l. fructus, ff. solut. matrimo.* Pute. *decis. 314. parte secunda,* vbi etiam vult, quod condemnatus ad restitutionem fructuum perceptorum tenetur ad fructus, adhuc penes colonos existentes.

38 Decimasexta sit conclusio. In diuisione bonorum communium habetur ratio materiæ locati, & cōducti, vt mercedes calculatorum, æstimatorum, & agrimensorum fiant communibus expensis, etiam altera parte contradicente, *l. 4. ff. fin. regund.* quam ibi dicunt singularem, Bald. Alberic. & Florian. Azo. *in summa eius. titul.* Cassan. *in consuetud.* Burgund. *tit. des iustices, §. 6. in verb. per lauis, num* 4. Salic. *in l. 4. C. eod. tit.* Felin. *in cap. quia iudicante, col. 1. de præscrip.* Fab. *in §. quædam, col. penult. de act.* Boer. attestans ita iudicatum, *decis. 51. in fin.*

39 Decimaseptima sit conclusio. Errans in iurę facit suas pensiones, & similes fructus. Felin. *in capit. de quarta, num. 19. limitat. 2. de præscript.* Bal. *in l. Celsus, num. 9. eod. tit.* Curt. sen. *cons. 71. col. 6.* Curt. iun. *consil. 28. num. 6.*

40 Limita quando talis errans esset effectus locupletior, quia tunc ad restitutionem tenetur, Felin. *in d. c. de quarta, num. 31. vers. secunda restitutio.* Menoch. *in 15. r. med. remed. recuper. possess. num. 633.*

41 Limitatur secundo, vt non procedat in errore, cui ius resisteret, Bartol. *in l. sed, & si lege, §. scire, numero 4. ff. de petit. hæreditat* Bald. *in l. Celsus, num. 9. de præscriptio.* Alex. *consil. 83. in fine, vol. 2. & consil. 21. col. fin. vol. 4.*

42 Limitatur tertio, vt non procedat, quando is possessor sciret, propter suum demeritum aliquando esse possessione priuandum, tunc istos fructus non facit suos, etiam si in iure, vel in facto errauerit, ita notabiliter Angel. *in l. prædonis, ff. de petit. hæredit.* vbi Castrens. hoc dictum summopere commendat contra prælatos canonice institutos, qui propter eorum demerita sciunt se debere priuari tanquam indignos, nam licet habeant dominium prælaturæ, & faciunt fructus suos, tamen si postea priuantur, tenentur ad restitutionem fructuum, commendat. Marsil. *singul.* 268. dicens millies in facto occurrere.

43 Quando vero dicatur lex resistere, vel non assistere, ponit Bal. *in l. non dubium, C. de leg. & leg. cum lex, ff. de fideiuss.* & quando dicatur aliquid contra, vel præter legem, ponit Alex. *in l. stipulatio ista, §. alteri, ff. de verb. obligat.*

44 Limitatur tertio post litem contestatam, & multo magis post sententiam, Roma. *cons.* 154. Plot. *de in litem iuran. §. 14. numer. 3.* vbi dicit dare contra iustum iuramentum in litem.

45 Notandum insuper est quod error est difficilis probationis, vnde probatur indicijs, præsumptionibus, & circumstantijs, Innoc. *in c. ad nostram, de rebus eccles. non aliena.* Castrens. *in l. admonendi in fine, de iureiurando.* Mascard. *de probat. concl.* 639.

46 Cui addo, quod dictum notabilis, & legalis personæ excusat, & probat iustam causam credendi, glos. ab omnibus commendata, *in leg. Titio fundus, in glos. magna in fine, ff. de condit. & demonstrat.* quam ibi Bart. & Castrens. summopere commendant, puta si audiuit a patre suo, vel ab alio homine fide digno. Bal. in practica hoc summopere commedans, *in l. indicia, C. de rei vendicat.* Angel. *in l. si a bonæ fidei. ff. eod. tit.* Alex. *in l. 1. num. 3. ff. de eo per quem factum erit.* Iaso. *in l. certum, nu. 8. ff. si cert. petat.* Cassador. *de regul. cancellar. decis. 19. nu. 1. in fine,* & hæc est communis opin. Ant. Gabr. *de malefic. conclus. 7. num. 38.*

Et error iuris probatur iuramento in persona fide digna. *Bald. in leg. si contra, C. si ignor. rem minor.* Cuiten. *cons. 71. sub num. 15.*

47 Limita, nisi illa persona conuersata sit cum viris literatis, quia non debet admitti ad hoc iuramentum, præsertim, si talis persona in se sit sagax, & diligens, Gramm. *decis. 79. nu. 7.* Addo vlterius, quod si frater ex sua aduocatione fundum acquisiuit, communicando fructus, non per hoc videtur cõmunicasse proprietatem, Salic. *in l. si patruus, C. commun.* vtriusque iudic. Petr. de Vbal. *de duob. fratrib. part. 3. num. 31.* Alexand. *consil. 24. in fine lib. 1. & cons. 48. colum. 2. libr. 2.* late Ioseph. de Ludouic. *conclus. 53. colum. 37. circa medium.*

48 Illud non omittam, quod si vir relinquat vxori fructus omnium bonorum, quod in tali legato non veniat id, quod ex exemplatione prothocollorum percipitur, quia non dicitur proprie fructus, sed redditus. Bart. *in l. diuortio, §. si vir, ff. solut. matrim.* commendat. Boer. *decis.* 24. dans cautelam secundum Angel. *in rubric. de vsur.* quod si vis, quod vxor tua habeat omnia ista, sis cautus dicere, relinquo vxori fructus, vsumfructum, redditum, & prouentum omnium, & singulorum bonorum meorum, per textum *in capit. grandi, de supplen. negligent. prælat. in verbo redditibus, & prouentibus.*

49 Vnde plura sunt in proposito nomina, quæ se habent vt excedentia, & excessa.

50 Fructus, qui quandoque dicuntur id omne, quod ad vsum hominis paratum est, *l. in fructu. ff. de vsufruct. legat.* Papiens. *in forma libelli in action. reali, in verbo simu. cum fructibus, num. 7.*

51 Redditus, quod nomen generalius est, namque quicquid est in fructu, est in redditu, nõ e cõtra, vnde partus ancillę est in redditu, non in fructu, *l. in pecudum §. partus, ff. de vsur. §. in pecudum.* Institut. de rerum diuisione, *glos. notab. in capitul. generali, in verbo redditus de electio. lib. 6.* vbi Franci. dicit valde notandũ in materia statutorum, immo comprehendit verbum redditus omnia iura, & vtilitates, quę percipi possũt. Cardin *in Clement. 1. de excess. prælat.* Alciat. *in l. frugem, ff. de verbor. signif.*

52 Conueniunt autem in aliquibus, quia fructus intelliguntur deductis expensis, prout alias diximus redditus similiter deductis expensis, & omni alio onere, Felin. *in capit. ad aures, colum. penult. quæstion. final. de rescript.* pariter siue legantur fructus fundi, siue redditus, legatum morte finitur, vt nota. Alberic. *in leg. fundi Trebatiani, ff. de vsufruct. legat.* vbi etiam, Bartol. dicit vnum ad propositum materiæ locati & cõducti, de qua agimus, & pariter ad interpretationem verbi, fructus, quod si legatur fructus fundi, si fundus consueuerit locari ad quantitatem, illa qualitas censetur legata, & si pecunia, pecunia cẽsetur legata, nec soluitur pecunia pro fructibus, nisi post consumptionem deueniatur ad æstimationem, & legatis fructibus fundi, intelligitur deducta parte coloni, quod non est in venditione, prout alias dixi, & sic verbum fructus adaptatur ad solitam responsionem, siue in pecunia, siue in quantitate hoc fiat, & intelligitur detracta parte coloni.

53 Prouentus idem est, quod redditus. Spileg. in lexico, in verbo, prouentus.

54 Obuentiones, quo nomine comprehendantur omnia, quæ ex facto hominis proueniunt, vt oblationes, funeraria, sigillum, parui, & magni redditus, & similia, *capitul. vbi maius, §. prouisiones, de elect. libr. 6.* Clemen. statutum, eodem *titul. l. obuenire, ff. de verb. significatio. glos. in l. 1. §. exercitorem, ff. de exercitor. bonus textus in capitul. præsenti, §. porro, de offic. delegat.* & differunt a fructu, quia proprie fructus percipiunt ex re, vt frumentum ex prædio. obuentiones propter rem, vt pensiones ex domo locata, prout exẽplificat Alberic. *in leg. vsufructu legato, in princi. ff. de vsufruct.*

55 Emolumentum generalissimum nomen est pro omni vtilitate, ex re locata proueniente, *l. 1. Cod. qui admitt. cap. 1. de restibus, libro 6.* late Boer. *decis. 224. num 6.* vbi dicit similia verba apponi solere in locationibus bonorum, & ponit Fulgos. *consil.* 162. & propterea hic apposui.

56 Solent etiam apponi in fine similium verborum alia verba pregnantia iuxta qualitatem factorum puta quandoque, & omnia alia iura, prærogatiuas, & præeminentias, vt per Boer. *in citato loco.* Fit etiã locatio fructuum in materia resignationis, de qua per Caputaq. *decis. 43. p. 3.* vbi quando obstat resignanti.

QVÆSTIO XII.

De Beneplacito.

VTilis, quotidiana, & practicabilis est indagatio nedum in contractu locationis & conductionis, sed in omni alio contractu de beneplacito, ob id ponam conclusiones aliquas.

1 Prima igitur conclusio sit, locatio facta ad certum tempus, deinde ad beneplacitum intelligitur ad tantundem, & non vltra. Afflict. *in cap. 1. col. 1. quibus mod. feud. constit.* positis post *Bal. cons. 301. nobiles, col. fin. versic. venio ad tertium, lib. 3.*

Nisi dictum sit toties &c. vbi per eum, & per Socin.

cin.confilio inferius allegando, Burfat. *consil.331.nu.146.lib.3.*

2 Secunda fit conclufio, conductio morte finitur, fi facta fit ad beneplacitum, *l.4.ff.loc.* Ang. *conf.27.col.9.* Gozzad. *confil.22.nu.7.* Marfil. *in l.fi.nu.41.ff.de q.* Corn. *conf.235.& 92.vol.2.* poft Bart. *in l centefimis, ff. de verb.oblig. & in l.& quia, ff.de iurifd.omni.iud,* Geminia. *in c.fi delegatus, de offic.deleg.lib.6.* Sebaft. Medic. *in tract. mors omnia foluit, concl.16.*

3 Addo Socin.iun. *conf.63.vol.2.* Didac. *vari.refolut. lib.3.cap.15.num.2.* & hæc eft verior, & magis communis opinio, vt per Dec. *in l.3. prope finem, ff.de re. gul.iur.* Iaf. *in l.non folum, §.morte, numer.2.ff. de nou. oper. nunciat.* Curt. *confil.235.* Guid. Pap. *decif.119.* Alex. *conf.128.lib.6.* Rimin.iun. *conf.241.num.9. vol.3.234.num.164.vol.2.*

4 Limitatur, vt non procedat in morte ciuili, quæ in hoc non æquiparatur morti naturali. Bero. *q. familiar. 103. num.5.*

5 Limita fecundo, vt procedat, quando fimpliciter fuit appofitum beneplacitum, fecus fi etiam alia verba fint appofita, puta cum reuocatione, vel difdicta tot menfium. Socin. *confil.77. verfic. aliquando apponitur, vol.3.* Iacob.de S.Georgio, *in l.more maioru, ff.de iurifdict.omnium iudicum.* Caftrac. *de Societat. of. fic.c.55.num.13.* & ad renouatione fufficit renouatio vnius tantum, idem. *c.56.num.6.*

6 Limitatur tertio, quando beneplacitum refertur ad perfonam propriam, fecus fi ad officium, vel dignitatem, poftea a beneplacito *di efsi illuftrifsimi conduttori.* Verba Decij in terminis locati & conducti, *conf.108.fub num.5.* Felin. *in c.ex literis, verf.2.cafus, de conftitutio.* Ruin. *conf.104.num.2.lib.5.* late Iacob. Menoch. *de arbitr.iudic.q.69.num.7.*

7 Addo quod fi non fit fecuta mors, fed finitum officium, vel dignitas concedentis, vtique beneplacitū dicitur reuocatum, & finitum, Bal. *notabiliter in c. fi gratiofe, de refcrip. per textum in l.Lucius, l.s prima, ff. de fideicommiff.libertat.* Feder.de Sen. *conf.251.*

8 Quod eft in practica notandum, nedum in materia locati, & conducti, fed ad fauorem iuuenum, qui præftant iftas fideiuffiones de repræfentando ad beneplacitum D.Gubernatoris, nam finito officio expirauit.

9 Quid fi conceffio facta fit nomine proprio conducentis, & dignitatis quid erit attendendum. Ioan. And. in d.c.fi gratiofe, dicit attendendam effe dignitatem. idem tenet Hoftienf. in cap.quoniam. Abb. *de offic.de legat.* Bart. *in l.more,* tenet infpiciendum quid præcedat, *per l.fi feruus communis Titij, §.fin. vbi late,* Bart. *ff.de ftipul.feruorum.*

10 Videbatur fortaffe diftingui poffe, aut verba proferuntur appellatiue, aut difiunctiue, tunc tranfit ad hæredes in materia fui natura tranfitoria, prout eft locatio, & conductio, alias attenditur quid præcedat in fcriptura, fi difiunctiue, tunc finito officio expirat vt per Dominic. *in d.c.fi gratiofe,* licet ibi aliquantulum dubitet *in fin. verbis.*

11 Quid fi quis habeat dignitatem nomine alieno, prout Vicarius Epifcopi, vtique conceffio finito officio expirat, & hæc communis opinio. Imol. *in d.ca. quoniam* Abbas, Iaf. *ad l.more, num.69.ff.de iurifd.omni. iudic.* reprehendens alios aliter tenentes.

12 Quid fi fuerit dictum, loco quoad reuocauero, nūquid per mortem dicetur facta reuocatio? vtique nō & hæc eft communis opinio, Didac. *in d.c.15.num.6.* Eman. *in fuo thefaur.litera V. num.64.*

13 Quid fi locatio, vel conceffio fit facta ad beneplacitū, poterit ne indiftinctè reuocari? vtiq; fine caufa legitima non poterit, Capic. *decif.116.* vnde Poteftas beneplacitū pofitus nō deberet fine caufa reuocare.

14 Et femper talis locatio, vel conceffio intelligitur arbitrio boni viri, & hæc reputatur notabilis limitatio, Bald. *in l.meminiffe de offic.proconfulis, & legati.* Franc. *in c.fi delegatus, col.3. de offic.deleg.lib.6.* Bald. *in l.fin.§.1.num.4.C.commun.de legat.* cum multis per Iafon, *l.fi fic legatum, num.4.in fine de leg.1.*

15 Addo Ruin. *confil.171.num.6.lib.1.* Felin. *in c.1.col. antepenul.* vbi etiam Andr.ab Exea, *nu.391.conftitutionibus,* vbi limitat, nifi attento communi vfu lo. quendi illius loci talia verba ad beneplacitum libe. rum importarent, & non boni viri arbitrium, prout apud Gallos ita intelligendo decif. Guid. Pap. *decif. 475.& Corn.conf.156.col.penultim lib.3.* Menoch. *de arbitr. indic.q.8.num.10.*

16 Altera fit conclufio locati, vel conductio ad beneplacitum ab initio eft pura, & perfecta non conditionalis, licet poftea refoluatur, ita contra Bartol. tenent fcribentes, *in l.centefimis, §.final.* vbi Alex. Iaf. & alij, *ff.de verb. oblig.* & hæc eft vera, & magis cō-

17 munis opinio contra Bart. tefte Dec. *conf.108.nu.5.*

18 Quarta fit conclufio, officialis ad beneplacitum Principis reputatur perpetuus, Alex. *in l. principalibus, in fine, ff.fi cert.petat.* & ibi late Iaf. Bart. *in l.de pupillo, §.fi quis ipfi pratori, q.3.ff.de non. oper.nunciat.* Cin. & Bal. *in l.quifquis, C.fi cert.petat.* Bal. *in l.folent in fine, q.4.de offic.proconfulis,* & hoc propter dubium Iaf. *in l.fufficit.in notab.2.ff. de condict. indebit. & in l. Stichum,* aut Pamphilum, *§.ftipulatio, column.2. ff.de verb. obligat.* Parif. de Put. *in tract. findicat. in verbo contrabere, num.7.* Caffan. *in confuetud. Burgund. rubric.1.§.6.nu.82.* Pedemon. *decif.144.n.13.* Caballi. *milleloq.217.num.3.* Tiraquell. *de retract.conuent.§.2. glof.1. num.74.*

Et per hoc in facti contingentia occurrit, an officiales in Ciuitatibus, & locis fedis Apoftolicæ fubiectis, habeat iurifdictionem, fede vacante, de qua nullum verbum. Extra, ne fed vacante, & eft cafus frequens vtilis & quotidianus, & vtiq; eorum iurifdictio viua eft & nullo modo expirat, quādo in patentibus literis, fit claufula ad beneplacitum noftrum; cum in hoc verfetur publicus fauor, & vtilitas, loquendo de iudicibus ordinarijs, Bal. *in l.meminiffe,* prope finem, *col.4.de offic.procon.* & legati vbi requiritur reuocatio fucceffors Principis concedenti, & textu *in §. fuper hoc, auth.de quæftor.* fequitur Francus *in c. fi delegatus de offic.del. lib.6.* Parif. de Put. *in tract. findic. in verbo officialis verf. fi Princeps c. hoc valde commendans in practica, dec.16.nu.2.* Vant. *de null. iurif. deleg. num.104.* vbi refpondet *ad c.fi gratiofa,* quia ibi ceffat fauor publicus, Menoc. *de arbit.q.69.num.8.*

Vltra quem ampliatur, etiam fi Princeps locutus fit in plurali, puta ad beneplacitum noftrum, et non apponendo fucceflorum, fiue in fingulari, quoad te reuocauero, Iaf. *ex communi, in l.cautifsimis, §.fi ita ftipulatus, n.14.de verb. oblig.* & magis communem dicit Socin. *confil.78. verfic.5.& vlt.lib.3.* & ratio eft quia licet voluntas morte finiatur, textus in materia

locati

locati *in l.4.ff.loc.* non tamen inducitur reuocatio, *l. mandatum, C.mand.* pulchre. Ruy. videndus *conf.*115. *num.*5.*&* 7.*lib.*1. Masc. *conclu.*188.

19 Quinta fit conclusio, si cōductor, vel alius debitor promisit soluere ad beneplacitum locatoris, vel alterius creditoris non potest incontinenti exigi, sed dari debeat aliquod temporis spatium, Bar. *in l.si pænam, ff. de verb. obligat glo. in l. penult. C. commodat.* Panorm. *in c.2. in fine, de precario*, & hæc est vera, & communis opinio. Rip. *in l. ita stipulatus, num.*70. *ff. de verborum obligatio.*

Amplia idem in venditore, & irregulari, quia potuit habitare vel locare. Nig. *de pign. in 2. memb. 3. p. sub num.*19.

20 Casus frequens, & quotidianus pro instrumentis, quæ tota die fiunt, quam maxime in ciuitate Tudertī, de pecunijs in mercatura, societatibus, & traficis, vbi apponuntur, illa verba, pro sex mensibus, deinde ad beneplacitum.

21 Sublimita nisi superueniret aliquis casus inopinatus, puta quod princeps velit a me tot. Rebuff. *in l. cedere diem, versic. limitatur quando, ff. de verborum significat.* Iosephus de Ludouic. *conclusio. octaua, ampliatione prima.*

QVÆSTIO XIII.

QVæro, reperitur instrumentum emptionis extensum, post instrumentum locationis abreuiatum cum clausula (& cætera) quomodo hoc intelligatur, vt ique intelligantur repetitæ clausulæ communes ad vtcumque instrumentum ex quo isti contractus sunt inter se similes, *l.2. ff. loca.* & alias superius vidimus, & ita tenet Bart. *in l. Gallus, §. idem credendum, num.*7. *in fine, ff de liber. & posthu.* Ruin. *conf.*78. *num.*5. *vol.*1.

QVÆSTIO XIV.

1 QVæro, quomodo differant inter se contractus locationis, & instrumentum locationis, & conductionis, est enim instrumentum scriptura Notarij de conuentione partium, contractus vero est ipsa conuentio. Bart. *in locatione exemplificans in l. si quis legatum, colum.*2. *versicul. aduerte*, ff. *de fals.* Alex. *consil.*122. *col.*2. *in principio, volum.*1. Bald. *in l. finali, Cod. de fals. cauf. & consil.*44. *in princip. libro primo.* Butr. & Panor. *in rubric. de fide instrumentorum.* Anchar. *in cap. primo, quæst.*20. *de constitutionibus.* Firmia. *de gabell. in 6. par. princ. pal. quæstion.*2. & itecum *in 3. part. octauæ partis principalis, quæstio.*25. Socin. *consil.*32. *col.*2. *versic. quibus non obstat, lib.*3. *& consil.*2. *in principio cod. vol.* Alex. *conf.*170. *col.*2. *nu.*3. *lib.*2. *& in rubr. ff. de non. oper. nunciat. colu.*4. Iason. *in l. si seruum, §. cum qui chirographum*, ff. *de locat.* 1. Dec. *conf.*169. *col.*2. *versic. non obstat.* Galiet. *ad form. camer. part.*1. *q.*3. *num.*1.

Vnde renuncians instrumento non intelligitur renunciare contractui in eo apposito, sed tantum probationi ipsius instrumenti, vt voluit Bal. *in l. Labeo, §. sed si quis, ff. de pact. per l.*3. *C. de fide instrument.* sequitur Dec. *in cap. cum venerabilis, num.*17. *de exception. conf.*17. *col. fin. conf.*169. *ex ea in cap.*1. *num.*160. *de constitutionibus.*

3 Poterit igitur isto casu probare cōtractum, vel cōuentionem in instrumento appositam, vel contractū renuncians alio modo, dummodo non per ipsummet instrumentum, cuius probationi renunciauit. Boni. *de statut. vrb. præscrip. glos.*5. *num.*8.

4 Vitiato, annullatoque instrumento locationis, vel alterius contractus non vitiatur, annullaturque contractus, si de eo alias appacet. Imol. Alex. Ias. & alij in *l. si seruum, §. cum qui, ff. de legat.* 1. Fulgo. *in l. huiusmodi, §. si ita, de legat.* 1.

5 Et statutum annullans instrumentum non habet locum in contractu, cum sint diuersa. Alex. *conf.*170. *vol.*2. *in principio vol.*7. Socin. *conf.*92. *colum.*6. *versic. primum probatur vol.*3. Felin. *in c. capitulum, col.*15. *de rescript.* late Roland. *consil.*43. *num.*14. *vol.*3. Extra *in c.*1. *num.*160. *de constitutionibus*, & inspicitur tempus contractus, non instrumenti. Alex. *conf.*122. *par.*2. Firmi. *in verb. instrumentum, nu.*10. Non econuerso vitiato contractu vitiatur instrumētum, quod magis mirum est. Signorol. *conf.*145. *col.*1. licet contrarium tenet. Bal. *in l. fi. C. de litigiosis.*

6 Limitantur prædicta omnia stante consuetudine loci, in quo vnum pro alio accipitur, & vsurpatur, vt late deducit Tiraquell. *de retract. Lignager. §.*2. *glo.*1. *num. quinto.*

ADDITIO.

☞ *Limitatur secundo, quod statutum loquens de instrumēto extenditur ad contractum si aliunde probari non potest. puta si dicatur instrumentum vsurarium, nam hoc casu fit extensio ad contractum, ex quo detegitur vsura, ita tenuit Rota coram Marsican. ad dec.*16. *de constitutio.*

*Et sic infertur alia limitatio quod in materia est odiosa, & correctoria fit extensio de instrumento ad cōtractū in his quæ concernunt periculū animæ prout in vsura. Archid. r. t. ia verb. Quocunque de statu Religiof. lib.*6. *Butr. in c. inter monasterium col.*1. *de re iud. Abb. in c. ex tenore qui filij sint legitim. Boni. de statu præscriptio. gl.*5. *n.*10.

QVÆSTIO XV.

QVæro insuper an appellatione bonorum veniat actio ex locato, & ex conducto, & sic de alijs discurri potest.

1 Primo videbatur quod non, *ex c.*2. *versic. contra natos, de scismaticis, lib.*6.

2 Secundo per textum in Clementin. 1. de iureiurando, quibus in locis iura, & actiones ponuntur tanquā diuersa a bonis. Et hanc partem tenuit Bellamer. *decis.*169. *num.*7. Papien. *in actio. hypothec. in verbo, sub eadem, num.*3.

3 Pro contraria parte affirmatiua facit *l. nomen, Cod. quæ res pignor. obligari possit*, vbi in obligatione bonorum veniunt iura, & actionis.

4 Secundo pro hac parte facit, *l. bonorum, § fin. ff. de verbor. significatio*, vbi in bonis annumeratur quod est in actionibus.

5 Et hæc opinio est verior, vt simpliciter loquendo absque aliqua adiectione veniant iura, & actiones, & in specie actio ex locato, & actio ex conducto, vt late deducit, Tiraq. *in l. si vnquam in verbo bona sub num.*7. *C. de reuocan. donat.* & hæc est communis opinio. Ang. Gabr. *de verb. significat. concl.*7. *num.*3.

Addo

6 Addo in terminis loquentem in actione locati & conducti, Alciat. *in l. bonorum, in verbo, actionem, ff. de verb. signific.*

7 Limitatur hæc conclusio, nisi apponatur illa adiectio mobilia, & immobilia, quia tunc non veniunt
* iura, & actiones, & hęc est magis communis opinio. Alex. *in l. a Diuo Pio, §. 1. ff. de re iudic.* late Ant. Gabr. *de verb. signifir. concl. 7.* vbi hoc membrum multis modis declarat.

8 Addo Couarruu. in c. relatum, il secundo de testamentis, Cott. *in memorab. in verbo nomina debitorum,* Tiraq. *de retract. lignagier. §. 1. gl. 7.* vbi latissime. *Et in confiscatione mobilium, & immobilium non veniunt iura & actiones, & hæc est communis opinio, Ari. Pinell. *de bon. matr. in priu. nu. 26.* Iul. Clar. *in §. fin. q. 78. vers. successiue quæro.* Prol. Farinac. *q. 25. n. 109.* vbi pariter de communi.

A D D I T I O.

☞ *Declaratur hæc prima limitatio nisi necessitas legis aliud suadeat vel natura rei aliud requirat. Roman. ad l. si constante §. vltim. ff. solut. matrimo. Imol in c. nullis. De rebus Eccles. non alienand. Card. cons. 66. & 72. Alex. cons. 264. lib. 6. Corn. cons. 229. in fin. lib. 4. Soc. cons. 151. in fine, cons. 109. lib. 4.*

Declaratur secundo, nisi communis vsus loquendi aliud suadeat, nam ille principaliter attenditur. Oldr. consil. 319. fil. in procem. Decretal. col. 3.

Declaratur tertio vt consideranda sit materia, nam fauores ampliantur, odia restringuntur. Pet. Pecch. de testament. Coniug. lib. 5. c. 3. sub nu. 5.

9 Limitatur secundo, si dicatur, bona sua, vel mea, cum illis pronominibus possessiuis, nam tunc non veniunt iura, neque actiones, vt not. Bar. Bal. & alij *in l. ff. de stat. hominum, in l. fin. vers. item in dono, Cod. de edict. Diui.* Adrian. toll. Aret. *in §. fin. de iure naturali. gentium, & ciuili,* Ias. *in l. Gallus. §. videndum, ff. de liber. & posthumis.*

10 Contrarium per illum textum tenet Alciat. *in leg. moram, ff. de verb. signif.* & hanc opinionem dixit veriorem post multos quos allegat. Andr. Tiraq. *in l. si vnquam, in verbo, bona, sub num. 8. in fine Cod. de reuocan. donat.* vbi siue dicat bona sua indefinite, siue vniuersaliter omnia bona sua. Rebuff. *in l. res, column. 7. vers. 3. res &c. ff. de verbo. sign. in l. bonorum, versic. 9. &c.* Est communis opinio. Gugnl. *in c. Raynutius, in verbo cæter a bona, nu. 15. de testament.* Gomes. *in §. omnium, nu. 22. de act.* Pinell. *de bonis matr. in rubr. parte 1. numer. 7.* Euan. *litera B, num. 37.* Benincasi. *de act. §. 1. sub nu. 151.)*

11 Sublimita nisi apponantur verba designantia locum, quia iura, & actiones non circunscribuntur loco, *l. fideicomissum §. tractatum, ff. de iudic. leg. Caius in princip. ff. de legat. 2. l. vxorem §. legauerat, ff. de leg. 3. l. cum de lanionis §. fi. ff. de fund. instruct. & instrument. lega. l. si mihi, §. 1. ff. de leg. 1.* Bal. *in l. 1. ff. de stat. homin. cons. 232. in fi. lib. 2.* Card. Florent. *cons. 51.* vbi reputat notabilem textum *in d. l. Caius.* late Corn. *cons. 49. lib. 3.* Soc. *cons. 101. lib. 1. repetit. cons. 175. col. 2. lib. 2.* Ias. *cons. 3. lib. 3.*

12 Vnde donans omnia bona vbique existentia, vel quę Tuderti habeo, non veniunt nomina debitorum, iura, & actiones, Tiraquel. *ad l. si vnquam, in verbo, bona, nu. 9. C. de reuocand. donat.* latius *de retract. lignager, §. 1. gl. 7. num. 11. in fine,* & hæc est communis opinio, Alciat. *in l. fin. num. 80. C. de pact.* Eman. *in suo thesaur, litte. A, nu. 61.*

14 Limitatur secundo, vt appellatio bonorum simpliciter facta sine aliquo adiuncto comprehendat iura, & actiones, vt non sit vere, & proprie, sed ficte & per legis interpretationē. Vnde non procedet in statuto, vel simili materia, vbi verba proprie, et stricte sunt interpretanda. pariter nec in materia exorbitanti, vel odiosa. Dec. & Cagnol. *ad l. qui actionem, ff. de regul. iur.* Alc. *in l. Labeo. in l. actionem, ff. de ver. sign.* Pute. *decis. 11. p. 1.*

14 Habui in facti contingentia in verbis instrumenti, & an in eo verba in dubio sint proprie, & stricte intelligenda.

15 Sed nunquid actio competens ad pensionem, vel affictum erit connumeranda mobilis, vt mobilium appellatione veniat, vel immobilis, vt immobilium appellatione comprehendatur in donationibus, obligationibus, & similibus.

16 Et multorum fuit opinio, mobilem reputari *ex leg. sciendum, §. item qui, in verbo cum vero, ff. qui satisdat. cogantur.*

17 Verum alij aliter distinguunt. aut intentatur actio personali, & inter mobilia reputatur, si vero actio realis respectu rei immobilis, vt tributum, decimæ, affictus, & similia. & tunc immobilis reputatur. Albert. *in Auth. hoc ius porrectum, col. 5. vers. alij distinguunt C. de sacros. eccles. & in l. fi. in princip. ff. de don.* dum hanc vltimo loco recenset *per l. libertos, §. Lucius, ff. de annu. l. iuncta l. fi. §. fi. ff. de contrah. empt.*

18 Quare verior est opinio, vt actio ad fictum, mercedem, vel pensionem ex re locata, vel ad rem locatam non connumeretur nec inter mobilia, nec inter immobilia, sed tertia separatam de per se speciem distinctam constituat, & faciat, & hæc est communis opinio, Alex. *in l. 1. nu 9. ff de vulg. & pup.* Ceauet. *cons. 213. in fin.* Guid. Pap. *q. 291.* Bero. *in c. tam nulli, nu. 73. de rebus eccles. non alien.* late Ari. Pinell. *in 1. par. rub. C. de bon. matern. nu. 24.* Eman. Soarez. *in suo thesaur. recept. sent. in verbo, actio, nu. 61.*

19 Addo, quod hanc dixit magis communem, & etiā veriorem, cui etiam ipse adhæret post multa relata de retrac. Lignaier. *§. 1. gl. 7. nu. 17.* Ant. Gabr. *de verb. signif. concl. 7. in prin.*

20 Quæ vera est, & procedit etiam si apponatur verbum, quarumcunque, vt voluit Parif. *cons. 25. col. pen. vol. 2.*

21 Si tamen de mente contrahentium testatoris, legis, vel statuti omnino esset facienda applicatio, tunc attenditur ad quid detur an sit mobile, & illa reputabitur mobilis, si ad immobile, & illa reputabitur immobilis, Alcia. post Bal. *in l. mouentium, ff. de verb. sign.* Aufrer. ad Tholos. *decis. 315.* cum late per Tiraq. *in citato loco sub nu. 15.*

22 Aut igitur locator agit ad pensionem, vel operarius ad mercedem debitam, & actio tunc mobilis reputabitur, cum intentetur ad rem mobilem, prout merces pensio, & similia; aut intentatur ad rem per conductorem, puta quod sibi consignetur res per locatorem sibi locata, & tunc cum sit ad rem immobilem, reputabitur immobilis.

QVAE.

Digitized by Google

QVAESTIO XVI.

QVæro, de practicabili quæstione, est concessa alicui moratoria pro quibuscunque debitis persoluendis, habebit ne locum in vecturis, mercedibus, & pensionibus? Et videbatur dicendum quod sic, ex eius generalitate *l. Iulianus, ff. de legat. 3.*

2 Contrarium est verius. Boer. *decis. 296. nu. 6.*

3 Ampliatur, vt nec sequestrari possint ex Authent. *sed iam cautum, C. deposit.* Cucch. *de morator. præscript. num. 100.*

QVAESTIO XVII.

1 QVæro, si Castrensi credimus, de casu valde notabili in materia significationis verborũ hoc tractatu locati & conducti, côduxit quis siluam custodiendam certa mercede conuẽta, & promisit locatori non facere aliquod damnum, nec fineret vel permittere, quod aliquid damni fiat, quomodo hoc pactum erit intelligendum? Vtique tenetur conductor prohibere quẽ faciẽtem si potest, & etiã curare debet, ne ipso ignorante aliquid fiat. *l. si in l. in princ.* quã ibi Bar. & Castr. dicunt valde singularem, *ff. loc.*

2 Et secundum Accurs. ibi duplex ratio esse videtur, nam licet verba contra proferentem sint interpretãda. *l. Labeo, ff. de contrahend. emption. l. veteribus, ff. de pact.* vt diximus superius, tamen hoc fallit ratione officij suscepti, secundo non procedit quando verba nihil penitus operarentur, si pro conductore intelligerentur: vnde vt aliquid operentur, ad hæc omnia côductor astrictus videtur.

3 Et sic habentur corollarie multæ declarationes *ad l. veteribus, ff. de pact. vltra scribentes ad d. legem.*

Limitatur enim primo iuxta terminos locati, & conducti, vt non procedat si sollicitudo suscepti officij aliter suadeat.

4 Limitatur secundo, vt non procedat si verba nihil alias operarentur.

5 Limitatur tertio, si proprietas verborum aliud suadet, vt per Bar. *in d. l. si in lege,* & hæc omnia ad propositum materiæ locati, & conducti, de qua agimus.

QVAESTIO XVIII.

PVlchra, ni fallor, est quæstio, an qui possessiones conducit, & locat, possit dici mercator?

1 Et videbatur dicendum, quod sic ex quo cum alijs contrahunt, *l. legatis,* vbi non, *ff. de leg. 3.*

2 Pro contraria parte facit, quia hic quęstuariã negociationem non facit, ergo non est mercator *leg. si cum illico, ff. de institor.*

3 Secundo pro hac parte facit, quia mercis appellatio, a qua mercator dicitur, ad res mobiles tantum refertur, *l. mercis, ff. de verb. signif.*

4 Et hanc opinionem tenuit Bar. *in l. legatis, nu. 2. ff. de leg tertio,* dicens hoc notandum ad statuta disponentia, vt credatur libris mercatorum. Sequitur Alexan. *ad l. diuortio, nu. 16. ff. sol. matr.* Cravet. *conf. 9. num. 111. & 115.* Bertach. *de gabell. par. 7. nu. 48.* Stracch. *de mercatur. in prin. nu. 48.* allegat textũ *in Cano, eycitur, 88. distinct.*

5 Addo Alciatum per illum textum ad legem mercis, *ff. de verbor. signific.* Bene tamen secundum Bar. *in d. l.* legatis locatores roncinorum dici possunt mercatores, vel negociatores.

QVAESTIO XIX.

STatuto cauetur, quod conductor alienando, vel tradendo non priuat dominum possessione, an hoc statuto possessorium iuris municipalis dicatur iuris, vel facti.

1 Et vtique ex coniunctione iuris communis, & iuris municipalis resultat merum possessorium facti. Bald. *conf. 330. num. 8. lib. 1.* sequitur Contard. *de momentanea possessione, limit. 15. nu. 8.*

ADDITIO.

☞ *In l. statu libero, §. Stichum, ff. de statu liber. datur pen. sio prima, secunda, & tertia, idest primus terminus, secundus tertius.*

Sed nunquid locata domo veniunt ibi posita ad vsum temporalem? Vtique non, sicut nec in venditione. Decis. Maceratens.

QVAESTIO XX.

QVæro ad materiam *l. plerique, ff. de in ius vocand.* an ea procedat in conductore habitante domum conductam?

1 Et vtique sic respondit Bartol. Alberic. Castrens. & Ial. *ad l. plerique, ff. de in ius vocand.* Maria. *in trac. citatiart. 11. q. 2.* Castrens. *conf. 91. colu. 1. et 211. p. 1.* Dec. *in reg. nemo, ff. de reg. iur.* Ferrat. *cautel. 22.* Ant. Gabr. *de malefic. conclus. 10. nu. 2.*

2 Addo Firm. in verbo, domus, *versic. 1.* & hęc est communis opinio siue sit conducta ad modicum tempus, siue ad longum. Bonacoss. *quæstion. criminal. in verbo, cap. 1.*

3 Ampliatur secundo in ciue, qui pro maiori parte temporis habitat in Comitatu, sed habet domum côductam in ciuitate pro suis occurrentijs, nam & in ea dum stat, tutus esse debet. Dec. *in d. l. nemo.*

4 Ampliatur idem in insultu, vt prohibito insultu ad domum alicuius verificetur in domo côducta. Bar. *ad l. lex Cornelia, §. si tamen, nu. 4. de iniur.* per textum *in l. 1. §. domum, ff. de aleat.*

5 Quod facit pro bannimentis prohibentis insultum ad domum alicuius.

6 Ampliatur quarto idem esse in citatione facta ad domum conductam. Alex. *in l. 4. §. prætor ait, nu. 4. ff. de damn. infect.* post Bar. *in l. lex Cornelia, § si tamen n. 5. & in l. item apud Labeonem, §. conuitium, ff. de iniur.* Dec. *conf. 460. col. fin.* Vant. *de nullitati, & defect. citationis, nu. 87.*

Ampliatur quinto idem in statuto *de lucr. dot.* vt procedat in domo conducta. Roland. *de lucr. dot. q. 65. in fine.*

7 Limitatur stante statuto, vel bannimento, vt domus, in qua sit barattaria, destruatur, nam non procedit in domo conducta, si dominus locator ignorauit, sed puniatur inquilinus. Ang. *de eden. §. si quis, in sua,* per illum textum. *& l. t. C. de fals. monet.* Cast. *conf. 42.* Firmiar. *in verbo, domus, & in verb. ludus.* Bonac. *in q. crimin. in verbo barattaria, in fine.*

8 Limitatur quam maxime dispositio *leg. plerique,* vt non

non procedat in viatore existente in hospitio, vt per *Iaf. in d. l. plerique, limitat. 2.* Castreos. *consil. 21 1. vol. 2.* Bald. *ad l. sed & si, ff. de in ius vocand.* & notandum est quod habitantium appellatione comprehendun- tur conductores, & coloni pensionem soluentes, non gratis habitantes, *l. si mercedem, §. si habitatoribus, ff. de action. emption.* & ibi Bart. notat, & dicit esse ca- sum singularem, & peregrinum. Roman. *singular. a 7. si emptor.* Iaf. dicens singulare *in l. item quia, num. 2. ff. de pact.* Couarru. *var. resol. lib. 1. c. 15. num. 5.* inferens

10 ex hoc in practica in materia locati & côducti, quod licet venditor pacificatur non molestare habitatores, non per hoc prohiberetur petere mercedes, & pensio- nes. Et subdit ibi Castren. esse casum valde quotidia- num, quod si quis teneretur prouidere habitatoribus intelligitur de habentibus causam onerosam, non lu- crosam, nisi ex coniecturis aliud appareat, & hoc transit ad hæredem, & singularem successorem, nisi subiecta materia aliud suadeat, *per l. prima, §. habitare ff. de his, qui deiecer.* qui contrarium sentire videtur.

11 Addo prædictis id, quod notat Pedemont. *decis. 71. num. 19.* quod hospites, qui ab hospite recipiuntur, & nihil pro domo dant, sed tantum pro alimentis, & lecto, magis dicuntur detineri in domo, quam ipsi te- nere ex conducto, vel precario ex Felin. & alijs per eum allegatis.

QVÆSTIO XXI.

NOtabilis, vtilis, & practicabilis est quæstio ss. Guid. Pap. credimus inferius allegando, pro- misi dare operarijs meis in vineam côductis id, quod dabunt alij, vel id, quod dabo alijs, & hoc est difor- me & varium, quid agendum?

1 Videbatur media via eligenda, *ex l. Nesennius, ff. de negoc. gest.* vbi in materia rusticali fit diuisio per medium.

2 Et hanc partem tenuit Boer. *q. 129. nu. 22.* Iacob. Nouell. *regul. 183. in fi.*

3 Et hæc opinio confirmabilis videtur ex *l. semper in stipulationibus, ff. de regul. iur.* vbi si quando mini- mum attenditur in contractibus, id est in subsidium, sed præfertur verisimilius, quod est, vt pro labore, & tempore fiat solutio, merito, &c.

4 Pro contraria parte facit regula, in obscuris, *lib. 6.* quę procedit etiam in contractibus, *l. inter stipulantê, §. si stipulante. l. si stipulatus fuero decem, ff. de ver. oblig. l. si fideiussor, la seconda, ff. mandat.*

5 Et hanc partem tenuit Din. per illum textum, *in leg. qui concubinam, §. cum ita, il primo, ff. de legat. 3.* Guid. Pap. *q. 252.* dicens esse casum notabilem, & quotidianum, & passim occurrere, & ita pluries in palatijs iudicale commendat pro singulari Firmia. *in verbo laborator, vers. 6.* Iaf. ad Port. *de instit. & iur. in princ. littera C.* Dec. *conf. 423. vol. 3.* Crauet. *de antiq. tempor. parte 4. vers. materia ista. num. 114.* Natt. *conf. 229. in 2. dub. vol. 1.* Borgnin. *decis. 3. num. 46. port. 2.*

6 Ex quibus habetur ampliatio ad regulam, in ob- scuris, *lib. 6.* & similes in materia loquentes, vt pro- cedat etiam in causa salarij fauorabili, & pia, tamen minimum debebitur.

7 Sed pone in materia operarum, quod operarius operetur de nocte, debetne côsequi mercedem? quę- stionem hanc cum delectatione mouit Ang. *in l. sti- pulationes commodissimum, ff. de verb. oblig.* & tenuit quod non; per glibi, cum opera diurna melior sit, *l. 1. C. de oper. libert.* idem tenuit Bar. *in l. si non fortem. §. libertus, nu. 14. ff. de pact. libert.* interpretans, quod ope- ra est diurnum officium. Bald. *in l. 1. C. de oper. liber.* Alex. *in l. si mora, in fin. num. 12. ff. de ferijs.*

8 Ampliatur vltra superius allegatos, quod operarius conductus operari debet primis horis diei, non vltimis, quia vesperi non ita prompti sumus, sicut mane. Alciat. *in l. 2. ver. cuiusque, ff. de verb. signif.*

9 Inferens notabiliter in hac materia locati & con- ducti, quod quia meridie ad occasum opus faciet, di- midiam operam præstitisse dicetur, nec diurnę mer- cedis dimidium consequetur. Econtra qui a mane vsque meridiem adoperatus est, iure optimo dimidiā mercedis consequetur.

10 Dicens ex humanioribus litteris, & scriptoribus, quod Romani in primis horis diei rebus ferijs vaca- bant, residuum verò palestræ, toro, conuiuijs, & io- cis tribuebant. Merito igitur ibi *I. C.* appellat maio- rem partem diei esse primarum horarum septem.

11 Addo Mantu. singul. 454. Tenetur autem opera- rius operari singulis diebus, ita vt vitæ necessaria prouideri possint exceptis tamen festiuis insignibus, in quibus operari non debet, nisi sit operarius in se- minandis, vel Doctor aliquis, vel præceptor, qui etiā festiuis diebus docere potest, vt late deducit Luc. de Penn. *in l. 1. C. de agrico. & censi. lib. 11.*

12 Addo, quod operarius plus cæteris laborans præ- fertur alijs. Spec. *de citation. §. 5. vers. porrò,* & quod habetur in Euangelio Matthæi, illud fuit militiæ di- ctum, *vt per glo. de iur. natural. in princip. in instit.*

QVAESTIO XXII.

1 QVæro, conductor gabellæ promisit soluere par- ticipantibus, quomodo hoc erit intelligendū? vtique dum exigit gabellas. Ang. *in l. cum mulier, ff. solut. matr.* commendat pro singular. Vincent. Anna. *sing. 6.*

QVÆSTIO XXIII.

1 QVæro ad materiam *l. sed addes, §. 1. ff. loca.* quid importent illa verba ibi, Quod si Regulis olea prematur, vbi glossator regulas pro ta- bulis accipit, quod falsum est, regulas enim eo loco quallum, seu vas vimineum, quod torculari impositū prohibet ne feces in lacum cū oleo defluant Budę. etiam fiscum dici putat. Tudertum fisculi vocat. Ca- stellan. Cotta, *in verbo, regula, Columel. lib. 12. c. 52. his verbis.* Deinde suspensa mola oleā frangito, eamq; vel in regulis, vel in nouo fisco adijcito, subiectamq; prælio sic premito, ne vasa intorqueas, sed taotū ip- sius præli pondere quantulumcunq; exprimi patiaris.

Vtuntur etiam multa loca simili instrumento in vindemijs, dum vua in canalibus premitur, apponi- tur enim ad os vas vimineum ligno intertexto, vt re- tineantur vuæ compressæ de canalibus exeuntes, & simplex liquor musti in dolium cadat.

QVÆSTIO XXIV.

1 QVæri posset ingeniose admodum, cur diuersi- mode sint situatæ rubricæ in materia locati & conducti,

conducti, namque in libris digestorum ponitur per verba in correcto, & genitiui casus, vt locati & cõducti, in Codice vero ponitur per Ablatiuos, vt locato & conducto, pro ut & in libris Decretalium, at in libris institutionum per alia verba in abstracto, prout de locatione & conductiones.

QVAESTIO XXV.

1 Ponitur in lege Publia, *§. fin. ff. deposit.* trophima, idest merces nutricum. Alciat. *lib. 1. dispunction. c. 18.* Anton. Augustin. *emendat. iuris ciuilis lib. 4. c. 16.* Hotoma. *in commentar. in verb. trophima.* Iacob. Menoch. *de arbitr. iudicum, lib. 1. cent. 1. cas. 93. num. 17.* Spieg. *in lexic. iuris, in verbo, plus, minusue,* vnde vides quod deponebantur hę mercedes.

QVÆSTIO XXVI.

1 Legitur *in l. 5. ff. de verb. signifi. hoc modo.* O. L. O. C. opere locato, opere conducto, addi solet effecto probatoque, opus enim vere dici non potest nisi consumatum, & perfectum sit, prout alias diximus.

QVÆSTIO XXVII.

1 Decisio legitur, *in l. item quæritur, ff. loca.* veniculi enim est genus duarum rotarum, quo vtebantur Romani celerius iter facturi. Cicero pro Roscio: decem horis nocturnis sex & quinquaginta millia passuum decisijs peruolauit, & Philippica 2. in decisio celeriter ad vrbem aduectus. Corat. *li. 3. miscel. lan. c. 20. num. 17.*

QVÆSTIO XXVIII.

1 An in locatione veniant arbores postea natæ, vtique sic, quia fundus dicitur locatus, nõ fructus, singulare dictum ab omnibus. *Pile. q. 56.* Corset. *in sing. in verb. frequentia.* Gerard. *sing. 92.* Rolan. *cõs. 39. n. 6. vol. 3.* Summa Ange. *in verbo, conductor.* Petr. Rauenn. *sing. 613.* Marsil. *sing. 582. n. 2.* Lau. Silu. *cons. 76. n. 2. lib. 1.* Bergni. *dec. 32. sub n. 40. p. 2.* Paris. *de reintegran. cons. 90. vol. 4.* Vincen. *de Ann. allega. 94. n. 3.*

QVAESTIO XXIX.

Quæro *ad l. licitatio, alias locatio, ff. de public. & vectigal.*

Circa quem textum multi dicunt legendum locatio, vt per Alciat. *lib. 1. dispunctio. c. 12.* & ita dicitur legi in pandectis Florentinis. Item ibi, *§. 1.* ad conducendum, alij legunt ad cognoscendum, sed ad cõducendum, est melior lectio, & sensus, & qui dicunt ad cognoscendum, dicunt hoc modo, neminem inuitũ teneri cognoscere vectigal. videlicet, vt illud conducere cogatur, ibi reliquatores vectigalium ad intuẽdum, communis lectio ad intuendum, alij legunt ad retinendum conductionem, & hic quoque est bonus sensus. reliquatores sunt reliquorum debitores, idest summæ restantis: galli des arricregas, *l. creditor, §. Valerius, ff. de solutio.* ibi cum superioris annis sit reliquator, idest debitor reliquorum anni præcedentis, *l. cum post, ff. de adminis. tutor.*

QVAESTIO XXX.

Quæro, aliquis conduxit gabellam a Communitate, quę immunis est pro rebus a se emptis an possit cogere ciuitatem ad soluendum gabellam, vtique non, quia in generali sermone non venit persona loquentis, *l. inquisitio, C. de accusatio.* bene facit *l. qui mercedem. §. fin. §. de act. empt.* vbi si venditor in venditione pactus est excipi de habitatione non intelligitur contra ipsum venditorem de qua alias diximus. Et in hoc puncto de gabella tenuit Bal. *in l. si emptor. C. de hæred. vel actio. vendi.* Bart. *in l. licitatio, §. fiscus, ff. de public.* Afflict. *dec. 339. num. 8.* Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 44. num. 11.* Casus frequens vtilis, & quotidianus, quia nemo censetur disponere contra se ipsum.

Ampliatur, quia sæpe occurrit in materia locati & conducti, nedum in sermone generali, sed vniuersali, puta quis promisit, aliquid facere, vel pręstare cõtra omnes, & quascunque personas, tamen nõ pręsumitur contra se ipsum, ita cõmunem esse sententiã testatur Cagn. *in l. frater a fratre, n. 98. de condit. indeb.* vbi promittens accõmodare turrim contra quẽcũq. nõ intelligitur cõtra se ipsum Alc. *reg. 3. præsump. 52*

Ampliatur secundo, vt habeat locum ad fauorem consanguineorum, vt sicut quis non præsumitur facere contra se, ita nec cõtra suos. Tiraq. *de pen. cons. 51. n. 79.* Cagn. *in d. l. frater n. 106.* vbi multos recenset.

Addo Ruin. *cons. 42. num. 16. lib. 4.* Alex. *in l. qui accusare, num. 13. C. de edend.* Sed bone Deus experientia est in contrarium.

Amplatur tertio, etiam si conducens, vel promittens efficiatur inimicus illius cui cõceditur, vel promittitur *Pila. q. 24.*

Declaratur primo, vt non habeat locum in dispositione legis, cum enim promittit id ad quod est astrictus, eius etiam persona continetur. Bal. *in d. l. frater a fratre, col. 2. in vlt. nota.* vbi Cagnol. dicit opinionem istam verum. *numero* 109. licet non sit hæc propria limitatio.

Declaratur secundo, quando in sermone non posset compræhendi alia persona, quam loquentis. Bar. *in l. si quis legauerit, ff. de legat. 1.* Alexand. ad Bartol. *in d. l. qui mercedem, §. 1.* Marsil. *in l. 1. §. si seruus, ff. de questio.*

Declaratur tertio, nisi subiecta materia aliud suadeat, vel militet eadem ratio, vel nisi & coniecturis appareat voluisse comprænhendi personam loquentis vel nisi materia sit fauorabilis. Corn. *consil. 14. in 2. dubio, lib. 3.* Crauet. *cons. 274. num. 12. de secundo casu.* Bart. *in l. Paulus, in fine, ff. de pigno.* Cagno. *ad l. frater a fratre, num. 112. de tertio casu.* Cagno. *ibi, num. 115. de quarto* Goza. *cons. 76. num. 14.* Crauet. *cons. 274. nu. 12.* & sic habes regulam, *l. inquisitio, C. de accu.* declaratam ex materia locati & conducti.

QVAESTIO XXXI.

Quæro, est facta locatio hinc ad nouem annos quomodo intelligatur, vtique ex eo die censetur facta, & computatur de momento ad momentũ Alex. *cons. 75. col. 2. vol. 2.* commendat Rebuff. *in l. 1. col. 4. de verb. signif.*

De

De obligatione.

QVæro primo loco, in hac obligationis materia, si quis locat rem vnam duobus, intelligaturne in solidum, vel pro virili, *ad l. si diuisa, C. locat.*

1 Primo videbatur dicendum, quod talis obligatio sit in solidum, *argumento, §. plures, Instit. de fideiussor.* vbi plures fideiussores in dubio intelliguntur obligati in solidum.

2 Pro contraria parte facit, quod si plures sunt condemnati, quilibet intelligitur pro virili, *l. 1. & 2. C. si plures vna & eadem sententia, l. Paulus, in fin. ff. de re iudic.*

3 Secundo pro hac parte facit, *l. si plures, ff. de dam. infecto,* vbi si plures cauere debent de damno infecto, intelligitur pro virili.

4 Et hæc opinio est verior *per l. si diuisa, C. loca.*

5 Limita ex intentione *d. l.* nisi inter partes aliter sit conuentum, quia tunc ex conuentione quilibet in solidum tenetur, *l. item quæritur, vers. duo,* vbi Castrens. *ff. locati.*

6 Limita secundo, nisi ratio contractus aliter suadeat, vt si sit societas inter plures, quorum vnus, vel plures pro vsu societatis conduxerunt apothecam, si sit inæqualitas partium in socijs, eatenus quisque obligatur, quatenus habet maiorem, vel minorem partem in societate, ita declarat Bald. *consil. 397. libr. 3.* secundum nouam impressionem.

7 Declara id esse verum quoad reos ipsos inter se, secus quoad locatorem, quia pro æqualibus partibus astringi posset, Bal. *in l. 1. q. 13. C. pro socio.* Angeli. *in tract. socie. 1. q. 10. principal.* Petr. de Vbal. *in 3. q. 6. q.* principalis, Ronchegal. *de duobus reis, l. 9. nu. 12.*, cum sequenti. Addo Sum. Angelic. *in verbo, societas 2 num. 13.*

8 Limitatur tertio, non locator habens plures conductores in solidum obligatos, agendo contra vnũ, pro sua, parte vel eam simpliciter, recipiendo sibi præiudicat in obligatione solidi? Vero caute., penult. Cotta id valde commendans in verbo, creditor habens, vbi in fine attestatur in facti contingentia habuisse in pluribus conductoribus monens insuper, vt recipiendo partem protestetur saluo iure solidi; est materia, *l. creditores, C. de past.*

9 Quid dicemus in conductoribus gabellarum, & datiorum? in dubio intelliguntur ad partem virilem precij obligati, ad quam sunt conueniendi, nisi aliter actum sit, vel nisi aliqui sint inopes *auth. hoc ita, & ibi not.* Bar. *C. de duobus reis,* vel nisi renunciatum sit beneficio de duobus reis. Ronchegall. *ad l. tertiam, §. vbi duo, ff. de duobus reis.* vel nisi a pluribus in diuersis separatisque orationibus sit a singulis eadem summa promissa. Angel. *consi. 286.* Bertachin. *de gabell. par. 4. q. 14 decis.* Geuuen. *14. num. 25.*

10 Et notabile est illud Angeli consilium ex quo in practica habemus duplicem viam procedendi: vnam secundum rigorem iuris, aliam secundum æquitatem quod consilium, & practicam, valde cõmendat, Ronchegal. *l. de duob. reis, l. 9. num. 214. & l. reos, §. cum tabulis, num. 21. de duobus reis.*

11 Addo prædictis, Bart. *in l. licitatio, §. socij, ff. de publicanis,* vbi plures conductores gabellarum obligantur in solidum, si contrahunt, & diuidant societatem de cõsensu locatis, valde cautus erit locator ne cõsetiat.

12 Sed pone vnum, quod de facili euenire potest duo conduxerant domum insimul, postea vnus discedit, & alter habitat totam domum, tenebitur ne ad integram pensionem ille qui remansit? vtiq; sic. *Io.* And ad Spec. *in tit. de iud. par. 4. §. sequitur in addit. magna,* Angeli. *in l. duo. fratres, ff. de acquiren. hæreditat.* Ias. *in l. 1. C. qui testament. facere possunt,* Alex. *id l. serui electione, §. Labeo, num. 11. de legat. 1.* & hæc est magis communis opinio. Port. *in §. fin. num. 4. Insti. locati,* vbi sublimitat, nisi recesserunt propter rixam aliquorum, nec esset secuta reconciliatio, & sæpe in facto occurrit, quia communio parit dissensiones, vt dixi in titul. de re communi.

13 *Illud,* verum est, quod si locaui domũ meam duobus in solidum, si domus comburatur, & fuerit habitata ab vno tantum, tamen adhuc ambo conductores in solidum tenentur, Petr. de Vbal. *de duob. fratr. part. 8. q. 17. num. 18.*

14 Dices. Vnus ex quo non habitauit, non fuit in culpa, & sic ad nihilum teneri debet. Respondetur, quod culpa præsumitur, parum diligentem socium admittendo, *l. socius, ff. pro socio.*

15 Sed nunquid vno contrauenicate omnes teneantur? vtique sic, vt dictum est, & tradit Afflict. *dec. 154. num. 5.* Ronchegal *l. de duobus reis, l. nona, nu. 137.*

Addo Cephal. *cons. 9. num. 7.* Burlat. *consil. 33 num. 12. lib.*

16 Econtra etiam si duo locant eandem rem, intelligitur quilibet pro virili. Alex. *cons. 76. col. 1. vers. modo me conuerto. lib. 7. per l. reos, §. cum tabulis, ff. de duobus reis,* ex quo infert ad pulchram facti speciem, super qua versatur illud consilium. Et per modum corolarij ex discursu præsentis quæstionis infertur, quod societas coitur super contractu locationis & conductionis, *l. coiri, ff. pro soc.* & intelligitur super fructibus, & redditibus Gozza. *cons. 58. num. 5.*

17 Sed nunquid poterit peti cessio actionum, & in hoc est distinguendum: aut loquimur in conductore in solidum obligato, & fit cessio facta solutione hoc modo distinguendo; aut fuit exactus propter culpam propriam, & ad nihilum fit cessio, *l. quod quis, de reg. iur. l. si plures, ff. de admin. tutorum.* aut propter culpam communem, & tunc fit cessio pro parte, *l. 1. ff. de duobus reis.* & si pensio fuit, puta in quadraginta, fit cessio contra quemlibet in solidum & correis pro triginta, sic enim competebat creditori actio, & ille, creditur, repræsentat personam creditoris sola sua parte deducta, *l. ab omnibus, in princip. ff. de leg. 1. C. de duobus reis.*

18 Si vero loquimur in conductore non in solidum obligato, sed pro virili tantum, & fiat cessio, dummodo procedat de voluntate vtriusque, alias nõ cogitur creditor cedere, vt not. *in l. nulla, C. de solution.*

19 Et si cessio non sit facta, & vnus soluerit, competit soluenti vtilis actio pro socio, vt not. *per glos. in d. l. si diuisa, C. loca. per l. perceptione, C. de his, qui deiecer. vel effuder.* nec habent conductores beneficium epistolæ Diui Adriani; sed solum de duobus reis, vt ibi per Cinum, & Angelum.

QVAESTIO II.

PRosequendo materiam obligationis in hac locati & conducti materia, conductor solum pensionem

nem

nem ante tempus, petit caueri de ea restituenda, si locator non fuisset passus commode vti posse re cōducti, eritne locator obligatus?

1 Videbatur quod non, imputet enim sibi conductor qui tam præcipitanter soluit, cum abstinere potuisset. regula, damnu. ff. lib. 6.

2 Contrarium est verius. Bal. *in l. fin. C. de indicta vi. duit. toll.* & est verior opinio. Marsil. *singul. 596.*

QVÆSTIO III.

1 QVæro, locauit quis fundum, pendente conditione oritur, eritne obligatus interim respondere ex fructibus? vtique non, siue lis sit inter dominum & colonum, siue inter plures de dominio fundi sed liberatur præstando cautionem de soluendo cui de iure. Bart. *in l. litibus, num. 14. C. de agricol. & censi. lib. 11.* & sæpius occurrit, Bald. *in l. Lutius, §. Titia, ff. fam. ercis.* Boer. *q. 106.*

QVÆSTIO IV.

1 QVæro breuiter, an locator teneatur exhibere, & tradere instrumenta locationum conductori. Vtique sic, & non exhibendo tenetur ad interesse. Ias. *conf. 109. vol. 1.*

Et sic habetur ampliatio *ad l. Titius, ff. de act. empt.* vt procedat, & habeat locum etiam in contractu locationis & conductionis.

QVÆSTIO V.

1 QVæro ad materiam *l. Diuus, ff. de tutor. & curator.* datis ab his, an procedat in contractu locationis & conductionis, vt operarius sit extra locū quærendus, & certe sic, si in loco, de quo agitur, non reperiatur. Bart. *in l. continuus, §. qui insulam, in fine, ff. de verb. oblig.*

2 Limitatur, si locus sit valde remotus. Alexand. *in l. si seruum Stichum, ff. de verb. oblig.* Imo. *in c. 1. de plus petitionibus.*

ADDITIO.

☞ *Ampliatur idem si non remotus, sed vicinus, non tamē Intus. Lamberteng. de contr. mulierum. gl. 1. nu. 206. & alleganti copiam incumbit onus probandi, nisi locus sit insignis, in quo copia præsumitur. Tiraq. de retract. §. 2. gl. 7. §. 4. in fine glosæ. & licet Lamberteng. in citato loco num. 208. in fine restringere videatur ad doctores, & medicos, & non viles exercitij, tamen experientia docet in vrbe Romæ reperiri multos fabros murarios, lignaminis, & similes, & quotidie lucrari.*

Declaratur vt quis dicatur locus remotus, vel vicinus, statur arbitrio iudicis. Tiraq. ad l. si vnquam in verbo omnia, n. 4. & 31. C. de reuocand. donatio. Menoch. dicens receptissimum de arbitr. Casu 222. num. 26. Et debet index facere differentiam, inter locum remotum, & valde remotū. Alex. ad l. 4. §. si tam vicinum. ff. de damn. infect. Corn. conf. 29. col. 2. lib. 3.

Declaratur etiam, vt si in loco sint periti, & in loco vicino peritiores non tenetur mittere pro peritioribus, sed sufficiunt periti in loco, de quo agitur, vt per Aretin. in d. §. qui insulare in primo notabili.

3 Et hoc notandum est defensam illorum, qui tenentur adhibere medicum, aduocatum, procuratorem, & sæpius in facto occurrit.

4 Pariter Episcopi tenentur benefacere suis diocesanis, & illos ad beneficia loci ordinare, nec sine causa eos priuare.

5 Et circa medium quærendum. Bart. *in l. si seruum, §. Stichum, ff. de verb. obligat. in l. si ab hostibus, §. fina. ff. solut. matrim.* tenere videtur, quod non sit extra locum quærendus, si non sit multum remotus, prout notant omnes in citatis locis, & Firmia. *in verbo, medicus, num. 39. in fin.*

Limitatur secundo, vt teneatur mittere in loci vicina, quando abundaret facultatibus, & expensa non esset admodum difficilis. Castren. *in l. si ab hostibus, §. si vir, ff. sol. matr.* Alex. *conf. 123. col. 2. vol. 7.*

Sublimita, quando non esset tutum mittere ad loca conuicina, puta quia essent banniti, prout hisce calamitosis temporibus. Roland. *de Lucro dot. q. 65. in fine*, vbi dicit in practica, quod alleganti adesse in locis vicinis incumbit onus probandi.

6 Quid dicemus econtra? Aduocatus promisit patrocinium præstare in vno loco, vel medicus medicinā exercere in vno loco, an possit cogi in alio. Quæstio hæc fuit Paduæ disputata in rustico, qui promisit custodire castrum, quod postea fuit destructum, & alio in loco ędificatum, an eo teneatur ire ad custodiam? & pro aduocato, quod non teneatur alibi patrocinari, facit *l. sancimus, in fine, C. de adnaca. diuers. iudicii.* secundo facit *l. 1. ff. de eo, quod certo loca*, vbi qui non tenetur soluere in alio loco.

7 Pro contraria parte facit, quia libertus tenetur se qui patronum in præstatione operarum quocunque vadat, *l. nisi, ff. de oper. libert.*

8 Secundo facit pro hac parte regula, subrogati.

Veritas videtur, quod ex causa tenetur Medicus, Aduocatus; & similes alio accedere, sicut & custos castro diruto, & in loco vicino reędificato, & hanc partem tenuit Albert. *in l. si vsufructus ciuitati, ff. quibus modis vsusfructus amittatur*, per illum tex. vnde si locus destruatur, & superueniant bellū, pestis, & alia legitima impedimenta, cogetur conductus alibi operari.

QVÆSTIO VI.

De Fideiussoribus.

IN hac locati & conducti materia, de qua agimus, duæ sunt leges, & constitutiones de fideiussoria obligatione loquentes, quarum vna est *l. sicut Hermes, C. locati* altera *l. quæro, in princ. ff. eodem tit. loca.* & tractant de diuersis speciebus, & materijs.

1 Prima igitur conclusio sit *ad l. sicut Hermes, C. locat.* fideiussor conductoris non tenetur de tempore, vel prorogato, vel renouato *d. l. si cum Hermes, l. item quæritur, §. qui impleto, ff. loca.* ad cuius materiam posui, an in renouatione tacita ipsius locationis iuxta terminos dicti *§. qui impleto*, intelligatur repetita obligatio fideiussoria. Speculat. *de fideiuss. §. 1. versic. illud autem.* Dec. *in cap. constitutus, de appellationibus.* Bart. & Alberic. *in l. Lucius, la seconda, §. Paulus, ff. de administrat. tutor. in l. sed, & si manente, numer. 3. de precar.* Bald. *in l. tam mandatori, col. 2. C. de non numer. pecunia.* Tiraquell. *ad l. boues, §. hoc sermone,* in

in princ. numer. 131 *de verb. signif.* Marsil. *singular.* 313. Dec. *conf.* 107. *num.* 2. Boss. *de remissio. merced. conduct. numer.* 46. Rui. *conf.* 66. *num.* 3. *volum.* 1. Alex. *consil.* 111. *&* 28. *volum.* 2. Franc. Marc. *decis. Delphinal.* 538. *&* 539. *par.* 2. *amplè*. Bero. *conf.* 144. *per totum, vol.* 1. Crot. *conf.* 112. *vol.* 1. Grat. *conf.* 126. *in princ.* Menoc. *conf.* 246. *num.* 3. *lib.* 3.

Addo, quod hæc est communis opinio. *Ias. in leg. centum Capua in fine, ff. de eo, quod certo loco.* Bursat. *conf.* 193. *numer.* 6. *vol.* 2. reputat notabile, Felin. *in c.* 1. *num.* 6. *de iureiurando*. Paris. *de sindic. in verbo fideiussor.* Sebast. Medic. *reg.* 4. *num.* 38.)

ADDITIO.

☞ *De magis communi Bertrand. conf.* 188. *col.* 1. *& seq. volu.* 1. *Rota decis.* 331. *ad finem in nouis & 860. in antiquis. Mascard. conclus.* Nouatio. *nu.* 12.

Ampliatur hęc conclusio *ex d. leg. si cum Hermes, C. loca.* vt procedat & habeat locum etiam post ius quæsitum. Roland. in terminis loquens, *consil.* 69. *in fine, vol.* 4.

3 Ampliatur secundo loco notabiliter dispositio *l. si cum Hermes, C. locat.* vt procedat etiam si in principio dictum sit, vt tempus prorogari possit. textus notabilis *in l. Labeo, §. hæc autem clausula, cum §. sequenti, ff. de arbitris.* quem ad hoc dixit notabilem Castrens. *in l.* 4. *in fine, de damn. infect.* Ticaquel. *de retract. conuent.* §. 1. *glos.* 7. *num.* 32. *in fin.*

4 Ampliatur tertio, vt non censeatur facta renouatio fideiussoris per renouationem contractus fideiussore pręsente, & tacente. Baebac. *conf.* 31. *volum.* 1. Simon. de Pretis, *conf.* 533. *lib.* 1. Martianesius *conf.* 37. *nu.* 15. *lib.* 1. Crot. *conf.* 167. *lib.* 14. Borgni. *decis.* 31. *num.* 16. *& decis.* 5. *num.* 33. *p.* 2. Anchar. *q.* 42. *num.* 10. *lib.* 4. Alciat. *respons.* 5. *lib.* 2. *nu.* 8.

5 Limitatur primo loco si *leg. cum Hermes, C. loca.* ita primo loco distinguendo, aut fideiussor se obligauit ad tempus, & dixit, ego nolo teneri, nisi vsque ad tale tempus, & tunc non tenetur de prorogatione; aut obligauit se purè ad debitum, sine aliqua temporis præfinitione, & tunc prorogato termino nō est liberatus fideiussor. Stracc. *de decoct. par.* 5. *in princ.* vbi de communi. *ial. l. si vnus, §. si cum reo, ff. de pact.* late de magis communi. Pedem. *Dec.* 135. *part.* 2. Gabr. *de fideiuss. conclus.* 3. *nu.* 4. *&* 7.)

6 Et quod de tempore dictum est in obligatione appositio, idem dicendum est de rebus, nam si fideiussor obligauit se simpliciter, rem illam existentem in prima obligatione, & facta permutatione de alia resoluenda inter creditorem, & debitorem, fideiussor non tenetur, secus si se simpliciter obligauit creditori satisfacere, quia etiā facta permutatione tenetur, ex quo adest eadem ratio, & hæc est communis opin. Marsil. *de fideiussor. sub num.* 89. Aufrer. ad Tholosan. *decis.* 181. Rebuff. *in concordant. tit. de prorogati, & dilation. versic secundo dicitur.* Anto. Gabr. *de fideiussor. conclus.* 3. *nu.* 7.

7 Cautus igitur eris, cum pro alio fideiussor intercedis, vt inspicias diligenter verba in instrumento apposita, & caueas a verbis generalibus, vel simpliciter prolatis, quę in omnē casum in dubio applicari possent, quotidie enim docet experiētia, vt fideiussores de eorum beneficio pęnam etiam amarā reportent, & multi non curant cuius conditionis, & qualitatis sit principalis debitor, siue conductor ille sit, siue alterius generis debitor, dummodo fideiussorem habeant idoneum, & sępe fideiussores conueniūtur, & soluunt, nec est locus in diuersorio ad recuperationem pro sua indemnitate.

8 Limitatur secundo loco, aut terminus obligationis prorogatur, vel terminus solutionis. Primo casu liberatur fideiussor si fiat prorogatio eo inscio, & ignorante. Secundo casu non liberatur fideiussor. Ias. ita declarans *in l.* 1. *numer.* 17. *C. de iudic.* Bertrand. *conf.* 188. *vol.* 1.

9 Limitatur tertio, vt censeatur liberatus de eo, quod venit post, tamen remanet obligatus de gestis tempore quo erat fideiussor, *leg. si fideiussor, ff. de fideiussor. gloss. final. in l. si cum Hermes, C. locati.* Alexan. *consil.* 72. *volum.* 2. Simon. de Pret. *consil.* 186. *numer.* 3. *libr.* 1. Ancar. *quæst.* 67. *numer.* 2. *par.* 1. Borgni. *decis.* 31. *numero* 15.

Vnde nec ad pænam, nec ad interesse post factum tenetur, Gabr. *lib.* 3. *de fideiuss. concl.* 3. *num.* 4.

ADDITIO.

☞ *Declara in prorogatione totius temporis, secus in parte temporis, quia inuito fideiussore facta censetur, cum obligatio sit indiuisibilis. Herculan. de cautio. de non offend. cap.* 47. *nu.* 21.

10 Secunda principalis conclusio sit in fideiussore in hac locati & conducti materia, quod in contractu locationis & conductionis, non dicitur altera obligatio quoad fideiussorem ex deputatione solita, & consueta. Corn. *conf.* 181. *nu.* 2. *&* 6. *vol.* 3. Bero. *conf.* 140. *nu.* 20. *&* 21. *vol.* 1. Bursat. loquens in conductore vectigalium, *conf.* 193. *nu.* 48. *vol.* 2.

11 Limita, nisi alteratio facta sit fideiussore sciente, & non cōtradicente. Franc. Marc. decis. Delphina. 536. & 539. *par.* 1. & hæc est vera, & communis opinio. Viu. *lib.* 1. *cōmun. opin. in verb. fideiussor, opi.* 3. Boer. *decis.* 314. Eman. *in suo thesaur. in verbo, fideiussor, num.* 146. Ant. Gomes. *variar. resol. c.* 13. *nu.* 20.

Addo Papiens. in forma libelli contra plures reos debendi, *in verbo, solutioni, in fin.*

12 Tertia sit conclusio *ad l. quæro, in princip. ff. loca.* ad cuius materiam ponam aliquas vtiles conclusiones. Et licet sit materia fideiussoria, video tamē a Marsilio prætermissam, in suo compendio de fideiussoribus, vtilis tamen est, & practicabilis.

13 Prima igitur sit conclusio ad materia *l. quæro, ff. locat.* fideiussor pro conductore ad socium duntaxat obligatus, non tenetur ad vsuras, nec interesse, *leg. fideiussores magistratuum, §.* 1. *ff. de fideiussor.* qui textus loquitur in terminis, in materia locati & conducti, de qua agimus.

14 Et ponit textus differentiam fideiubere pro cōductore ad centum, puta pro pēsione debita, & fideiubere in omnem conductionem, vnde verba sunt diligēter consideranda, vt se restringant ad præcisam solutionem annuę pensionis, sed si simpliciter in calce instrumēti diceretur, in forma pro quo &c. diceretur in vniuersam conductionem, & teneretur ad omnia dāna, vsuras, & interesse, vt ibi textus præsupponit.

15 Et obiter, & incidenter ad propositum tamen materiæ locati & conducti, colligitur ex eomet contextu, quod locator prætendens vsuras, & interesse contra bona conductoris, potest in ea immitti, & primo satisfieri de vsuris pretensis, & deinde pro sorte principali, & pro residuo, si quod deerit, agere ad supplementum contra fideiussores.

Aliud ibi colligit Paul. Castrens. quod si fiscus locat, & recipit fideiussores, & confiscat ex delicto bona debitoris, liberantur fideiussores.

16 Secunda sit conclusio. Fideiussor, qui suam obligationem restrinxit ad partem tantum, non tenetur in plus, *l. fideiussor sortis, ff. de fideiussoribus*.

17 Tertia sit cōclusio. Fideiussor pro vsuris nō tenetur ad sortem, *l. solutum, §. si in sortem. ff. de pignorat. action. l. penul. ff. vt legatorum nomine caueatur*.

18 Quarta sit conclusio. In bonæ fidei contractibus, prout locatio & conductio, fideiussor tenetur ad vsuras, & alias accessiones prouenientes ex natura contractus, & hoc præcipue in quatuor casibus; si intercedat in omnem casum, si fideiubeat iudicatum solui, si sit fideiussor indemnitatis, & hæc tria colliguntur ex *leg. quæro, in princ. ff. locat.* quartus est casus, si simpliciter fideiubeat. Hęc fuit opinio Ioannis, *in d. l. quæro, in glos. magna*, cuius opinio communiter tenetur, vt per Ias. *in l. centum Capuæ, col. 6. in fi. ff. de eo*, quod certo loco, *l. fideiussor, & ibi glos. &* Bald. *C. de fideiuss.* Roma. *cons. 507. in casu*, Negusant. *de pignor. par. 2. membr. 4. num. 47. & 55.* Borgon. *decis. 5. de contract. num. 8. 36. & 47.*

Addo Alberic. & Castrens. *in leg. si quis pro eo, §. si nummos, ff. de fideiussoribus*, Floria. *in l. ait lex, nu. 2. ff. ad l. Aquil.* Boer. *decis. 314. num. 4.*

19 Quinta sit conclusio *ex l. centùm Capuæ, & ibi no. ff. de eo*, quod certo loco, fideiussor nō tenetur ad aliud interesse ratione loci, vel simili, siue intercedat ante, vel post moram, nisi in iudicio fuerit actum, vt ibi not. Castrens. Ias. & alij scribentes.

20 Iuxta prędicta infertur vnum in hac locati & conducti materia satis frequens, & vtile; quod colono incumbit onus probandi fundum bene coluisse, & locatori sufficit exhibere instrumētum locationis, in quo promisit colere arbitrio boni viri, & hoc sufficiet pro eius intentione. Alex. *cons. 60. & melius cons. 78. vol. 4.* Bero. *cons. 150. vol. 1.* Burt. *cons. 167. num. 31. volu. 2.* Decii. Perus. *num. 24. p. 1.* vbi colonus probat vineas bene coluisse.

21 Ampliatur hæc decisio ad propositum materiæ, de qua agimus, vt si fideiussor pro colono interesserit, & ipse teneatur ad interesse & damna per locatorē liquidanda, vt tradit late Benintend. *decis. 16. per totum.* Magon. Rot. Floren. 101. tango infra de probationibus *q. 17. par. 7.*

22 Ampliatur secundo materias non separando, vt idem sit in probando solutionem pensionis, in tempore fecisse. Roland. *cons. 87. nu. 3. volu. 1.* Borgon. *decis. 44. nu. 44. in fin.*

Addo Specul. *in titul. de locat. § nunc aliqua, versicul. 31.* Ias. *in l. 2. colum. 45. versic. in ea glossa*, & ibi Cyn. & Alberi. *num. 7. C. de iu. emphy.* Anton. Gabr. *de probat. conclu. 6. nu. 21.*

23 Addo, quod hæc est communis opin. Rodoa. etiam in emphyteuta loquens *de rebus eccle. q. 20. nu. 24. fol. 446.* Gigas *de pension. q. 76. in fin.* Iul. Clar. *in §. emphy*tensis, *quæstione 10. in final.*

24 Sexta sit conclusio. Fideiussor conductoris nedum tenetur pro pensione domus, sed pro deterioratione, massaritijs, supellectilibus, & eorum deterioratione, glo. singularis *in l. admissi, §. fideiussores, in verbo dotis, ff. de fideiussor.* quam singularem dixit Roma. *singul. 550. an fideiussor*, & *in l. fideiussor. § fin. ff. qui satisd. cogan.* Marsil. *de fideiussor. q. 8. in fine, num. 96.* dicens esse casum valde notandum, & sæpe in palatijs occurrere. Addo Veronens. *cautel. 127. ille qui.*

25 Septima sit conclusio. Statutum disponens, prout Mediolani, & multis alijs in locis, quod coloni, notabiles, & similes personę, carcerari possunt, non habet locum in eorum fideiussoribus, etiam si cōstituerent se principales debitores, ex quo fideiussores, nec tacite, nec expresse possunt se obligare ad pęnam corporalem, nec ad carceres, qualitercunque fuerint fideiussores, etiam si fideiusserint de soluendo, vel pręsentando, vel se principales debitores constituerint. Anch. Io. de Imo. Abb. & alij *in rubr. de fideius.* Alex. *in l. si quis, & in l. 4.* vbi Bar. & Alt. *ff. de cust. reor.* Bal. *in l. 1. C. de fideiussor. dot. dent. & in l. pen. C. de pac.* Felin. *in cap. contingit, de sent. excom.* Aret. *in l. si quis, post, ff. de testib.* Aret. *in tract. malefi.* in verbo, fideiussit, Firmian. in verbo, fideiussor.

26 Limitatur ad propositum materiæ, *l. quæro, ff. loc.* de qua in præsentiarum agimus, in fideiussore de iudicatum soluendo; vel in omnem casum, quia contra talem fideiussorem iurari potest in litem ex dolo, cōtumacia, fuga, vel alia fraude principali, & ex tali iuramento fideiussor tenebitur ad pęnā pecuniariam, sortem principalē, interesse, damna, & expensas, probanda, & declaranda solo iuramento, non autem teneretur ad pęnam corporalem, vel carceres. Boss. *in tit. de plur. rapin. & violent. attestans*, ita iudicatum ex doctrina, Bar. *in l. quæro, in princ. ff. loc.* Rot. *de in litem iurand. §. 49. num. 19.*

27 Et sic corollarie habetur ampliatio *ad l. quæro, & ibi no. ff. loc.* vt procedat etiam in allegato casu.

28 Octaua est conclusio *ad l. si a colono, ff. de fideiuss.* Stipulatio annua in fideiussore coloni, & ideo fideiussor tenetur pro singulis pensionibus cuiuscunque anni, ad quam Bar. *in l. si seruus communis, §. fin. ff. de stipulat. seruor.*

29 De fideiussore etiam famuli promittente etiam de culpa, an teneatur de furto & dolo, Bart. quod sic *in l. quod Nerua, num. 9. ff. depositi.*

QVÆSTIO II.

De fideiussoribus.

PVlchra est quæstio, an fideiussor pro fideiussione possit licite recipere mercedem aliquam.

1 Et multis visum fuit, quod sic, ex *l. hoc iure §. Labeo. ff. de donat. secundo per l. si remunerandi, §. marcs, ff. mandat.*

Et hanc opinionem tenuit Decian. *consil. 7. num. 1.* Sum. Angel. *in verbo, fideiussor, in fi.* vbi ratione periculi, & laborum licitu esse ait etiam in foro cōscientię (moderate tamen) & erit iste contractus innominatus. Laurent. de Rodulph. *in tract. de vsur. p. 3. q. 3.* cum quo transit Diuus Antoninus, *par. 2. tit. 1. c. 7. §. 44.* & alij superius relati *in verb. fideiussor*, vbi hanc

mate-

materiam ratione personarum tetigit. Firm. *in verb. fideiussor quot modis, vers.* 1.

2 Verum hic sub materia fideiussoris aliquantulum insistendo videtur per aliquem discursum dici posse turpiter accipere fideiussorem, sed datum conduci, & repeti posse.

3 Si enim creditor pro officio mutui nihil honeste accipere potest, multo minus fideiussor, nam creditor dat pecunias suas, & eis se per temporis spatium priuat in non mediocri fortasse sui, & familiæ præiudicium, & aliquid accipiendo, vsura est, iuxta illud, mutuum dantes &c. fideiussor verò verbis tantum contentus est nihil patrimonii a se obligando. Nec obstare videtur, tex. *in l. hoc iure, §. 1. & l. si remunerandi, §. Maurus,* quoniam non approbat ibi I.C. has mercedes, nec ad hunc finem loquitur, sed solum ad finem ostendendi, quod non cadunt in donationem. An autem alio modo valeat, hoc ibi non deciditur, sed ad subiectam materiam recurrendum est.

4 Et si fideiussor superius periculo solutionis se exponit, conseruatur passim indemnis ab eo, pro quo fide iubet.

5 Et hæc per modum discursus dicta sint. Vnde fuit a Bal. quandoque inuestigatum, an fideiussor computet mercedem in sortem, vt per eum, *in l. antiqua, Cod. de mandat.*

QVÆSTIO VI.

De fideiussor.

Ad l. nemo est, ff. de duobus reis.

NVnquid obligationi operarum possit accedere fideiussor?

1 Videbatur quod non, a partium enumeratione: aut enim fideiussor pollicetur principalem esse daturum operas, & non valet tanquam facti alieni, bonus text. *in l. sicut reus, ff. de fideiussor.* aut promisit suum factum in defectum præstationis ipsius principalis, nec obligatio valet, quasi quid diuersum promiserit a principali, *l. Græce, §. si quis, ff. de fideiussor.* aut indefinite promittit, & vti incerta non valet, ex not. *in l. inter artifices, ff. de solut.*

2 Contrarium est verius, vt possit accedere fideiussor, & duo rei constitui actiue, & passiue, *leg. nemo est, ff. de duob. reis,* quam dixit singularem. Bart. *singul.* 26. hoc modo, vt fideiussor promittat easdem operas, quas principalis promisit in euentum, quod ipse non præstet, & hoc in operis fabrilibus accedente consensu creditoris, identitate, vel similitudine peritiæ, & hic est communis intellectus ad illum text. prout ex Ac. cursi, & Bartol. & longo discursu Ronchegalli colligitur.

QVÆSTIO VII.

Obligationis.

QVæro. Aliquis conduxit scienter rem alienam an cogi possit, & ob igatus sit pensionem soluere? ad materiam *l. si fundum, C. de euictio.*

1 Et videbatur quod non, immo si soluit, recuperat, *vt l. 1. C. si vendit. pign. agatur.*

2 Pro contraria parte facit, *l. si fundum sciens, Cod. de euiction.* vbi hæc scientia rei alienæ præiudicat in emptione, ergo & in conductione, quæ similis est per ea, quę superius diximus de similitudine locationis, quæ regulatur iisdem regulis, cū emptione, et venditione.

3 Et hanc partem tenuit Ruin. *cons.* 147. *numero* 15. *volum.* 1.

4 Et sic corollarie hic duo pręcipue colliguntur. Primum, quod locatio rei alienæ valeat, & si scienter conducatur, tenetur conducens pensionem soluere.

Secundum est ampliatio, *ad l. si fundum sciens, C. de euict.* vt procedat etiam in contractu locationis & conductionis.

5 Nec obstare videtur dispositio *l. 1. C. si vendit. pi. gnor.* quia patet responsio, *ex gloss. magna, in d. l. si fundum sciens.*

6 Sed pone, quod conductor promisit in fine conductionis dimittere certum quid pro certo precio, quod tempore dimissionis reperit auctum vltra dimidiam nunquid cogi poterit.

7 Vtique non, quando precia rerum sint aucta, non ex solo cursu temporis, sed casu inopinato, qui verisimiliter præuideri non potuit. Ruin. *consilio* 79. *volumine* 1.

8 Vnde infertur limitatio *ad l. precia rerum, ff. ad lege Falcid.* & procedat, quando precia rerum mutarentur solo cursu temporis, non ex casu inopinato, qui verisimiliter præuideri non potuisset.

QVAESTIO VIII.

1 QVæro, ad quæ teneatur, & obligatus sit colonus partiarius, de his patet passim per discursum huius tractatus, et quam maxime respondere domino locatori de medietate fructuum, non deductis expensis, nec semine, prout alias suo loco dixi, pariter asportare a domum domini suis sumptibus, & expensis, prout suo loco dixi, & late ponit Fran. Marc. *decis. Delphin.* 2 11. *p.* 2. *nu.* 6.

2 Et vidi in facto casum, quod colonus obligauit se asportare fructus ad domum domini suis sumptibus an teneatur ad gabellas? & vtique non, quia hoc non est sumptus, sed collecta, vel debitum principis, & ita vidi in facto decisum, & pulchre ponit Bald. *in l. acceptam, q.* 14. *Cod. de vsur.* Salic. *in l. indebitas, numero* 10. *Cod. de vsur.* Socin. *cons.* 247. vbi si gabella, pattagium, vel datium imponitur pro rebus portatis, tenetur dominus, alias secus. Commendat Fusi. *in verbo colonus* 140.

3 Sed nunquid tenebitur dare partem arborum desiccatarum, vel tempestate euulsarum, & vtique non. Angel. *in l. diuortio, §. si fundum, nu.* 5. *ff solut. mat.* Pinel. *in l.* 1. *nu.* 13. *de bon. matern.* commendat Fusi. *in verbo, colonus* 139. vbi bene de arboribus cęduis.

QVAESTIO IX.

1 QVæro. Locaui ad domum construendam quomodo intelligitur? videbatur de minima ex *lege semper in obscuris, ff. de regulis iuris,* & vidimus superius in materia plurium conductorum ad laborandum.

2 Vtique in dubio intelligitur secundum qualitatem personę conducentis. Vnde pro artifice deb.

Digitized by Google

esse apta ad ipsius exercitium,& sic de singulis discurrendo,alias in dubio.de mediocri erit intelligendum. Roma. *in l. si insulam,ff. de verb.oblig.* Imol. & Alex. *in l. qui insulam, ff. eod. tit.* Firmian. *in verbo, domus, sub num. 20*

2 Et si quis fabricat in domo conducta, datur repetitio expensarum. Specul. *tit. de propriet. §. 1. versic. est utilis*, & dabitur retentio per ea, quę superius diximus,et promittens operas in genere,intelligitur quas scit facere. Castrens. *in l. si non sortem, §. libertus, nu. 4. ff. de condict. indeb.*

QVAESTIO X.

PVlchra, & notabilis est indagatio, si Paul. Castrens. credimus,locauit tibi fundum pro viginti hoc pacto, quod tenearis quolibet anno dare decem puta quartingos grani, quæ debeant ex computari de pensione,an locator si non vult, possit cogi ad recipiendum.

1 Videbatur quod sic, stante conuentione *l. contractus, ff. de reg. iur.*

2 Contrarium est verius,debet tamen tantum diminui de pensione, quantum interesset conductoris potius soluere iuxta conuentionem factam,quam pecuniam. Ita Castrens. *ad l. sed addes, §. si dominus ff. locat.* vbi Castrens. dicit esse casum admodum nouum, & valde notabilem, & quilibet prima facie contrarium diceret, sicut enim locator volens compellere posset conductorem ad tradendum frumentum iuxta conuentionem, ita econtra conductor locatorem,vt æqualitas seruetur maxime in bonæ fidei iudicijs,& valet argumentum de vno ad alium, vt suo loco dicam.

3 Pone enim vnum, quod practicando de facili euenire posset,quod conductor, vel colonus alteri commode vendere non potest,vel minus valet,& locator vrget ad soluendum integram pensionem,quam commode soluere non potest, certe iniquum videtur, quod non cogatur seruare pactum in præiudicium conductoris.

4 Cōsiderandum tamen est,quod tale pactum,de quo supra,de quo continet, scilicet fauorem locatoris & conductoris,Locatoris fauor est,vt pro tot in pensione ex cōputandis detur tot corbes frumenti, & huic fauori locator renunciare potest *l. pen. C. de pact.* Vnde non mirum si a conuentione, vt supra facta recedere potest. Conductoris fauor est,vt recedendo a cōuentione sibi soluatur interesse, & huic locator renunciare non potest,& ita aliquantulum consideran, do habetur ratio huius decisionis.

5 Ex quibus corollarie habetur ampliatio *ad l. pen. C. de pact.* procedit enim ex superius adductis etiam in præiudicium alterius, ille tamen releuatur solutione ipsius interesse.

6 Practicando etiam vlterius inspicienda sunt verba contractus. Si enim fuit dictum, quod possis solui frumentum,vel quid simile pro pecunia, & pensione, & videtur factum fauore debitoris, ergo ante litem contestata potest soluere id, quod est in solutione inuito creditore, post litem vero contesta. tam; non potest, sed cogitur soluere id, quod est in obligatione etiam non facta aliqua deductione de interesse.

7 Si vero fuit dictum, quod tenearis soluere frumentum pro decem modo,quo supra,& hoc est in fauore locatoris, cui renunciare poterit, vt superius dictum fuit, *& ita no. in l. si quis stipulatus fuit decem in melle, ff de verb. oblig.* vbi Paul. Castr. dicit esse materiam practicabilem, vtilem,& lucrosam.

8 Pactum igitur, vt soluatur frumentum pro certo precio,valet,non autem valeret, vt obligatus ad certam summam librarum solueret in florentis, puta sub certa æstimatione secundum Bar. *in d. §. si dominus, & faciunt ad not. in cap. fin. de vsuris.*

QVAESTIO XI.

POnam vltimo loco in hac materia nonnullas conclusiones respicientes factum obligatorum.

1 Si habes in practica statutum, quod dominus obligatus, si pro facto sui famuli,& teneatur, de mercede per ipsum debita,recurras,ad Corn. *cons. 40. vol. 1.* vbi dicit in hoc consideranda verba statuti.

2 Cui addo, quod si tempore damni dati non erat famulus,licet postea sit effectus famulus, non tenetur dominus pro famulo de eius salario, *in dictis, §. extraneus, ff. de noxal.* Bal. *in l. Titius, ff. de acq. har.*

3 Secunda sit conclusio in materia obligationis, Obligatus,certa die potest surgere media nocte. Bar. *in l. more, ff. de ferijs.* Veron. *in l. 2. § final. ff. de verbor. signif.* nō tamen cogitur operari de nocte, Azo. *in summa, C. de oper. liber.* Alber. *in l. more, ff. de ferijs.* Tiraq. *de retract. Lignagier, §. 1. gl. 11. nu. 11.* Addo Mill. *in verbo, scripto.*

4 Tertia sit conclusio. Obligatus ad seruitia præstanda non tenetur ad manifeste iniusta. Fely. *in c. vniuersitati,* post principium, *vers. no.* quod obligatus de sententia excommunicationis.

5 Quarta sit conclusio vtilis, & practicabilis. Obligatus dare passum,& vectigalia, non tenetur habere fidem de pretio,vel mercede. Floria. *in l. venditor, §. si constat, ff. commun. præd.* reputat singulare Firmian. *in verbo, obligatus, sub vers. 30.*

6 Quinta sit conclusio. Obligatus per instrumentum ad aliquam pensionem,vel annuam prestationē, licet præterierit certis annis, tamen potest quandocunq; opponere contra instrumentum. Ang. singulariter in Authen. *de instrument. cautel. & fid. §. in his vero, collat. 6. in fi.*

7 Sexta sit conclusio. Obligatus facere domum in fundo meo, non potest purgare moram alienato per me fundo,quia conditio mea est effecta deterior. Bar. *in l. insulam, col. 1. ff. de verb. oblig.*

8 Septima sit conclusio. Obligatus peragere infra mensem debet perfecte agere,alias post non audiatur secus si est simpliciter obligatus. Bart. singulariter *in lege quinquaginta ff. de excusat. tutor.* vbi ponit quæstionem inter Bononienses. Mutinenses tempore Odofred. & Guid. de Serzan.

9 Octaua sit conclusio. In obligatione coloni verba præsentis temporis non trahuntur a futura *l. a colono, ff. de verb. oblig.* Alexan. *in l. stipulatus fuerim, §. 1. ff. de verb. oblig.*

10 Nona sit conclusio. Obligatus ad alimenta tenetur conducere magistros,& alias salaria. Alciat. *in l. cætera, ff. de leg. 1.*

Decima

11 Decima sit conclusio. Ad operas potest cogi ea præstare. Florianus, *in l. sed sicut, §. quoniam*, ff. *de vsu. fruct.*

12 Vndecima sit conclusio. Obligatus instruere intelligi ur secundum qualitatem ingenij. Firmian. *in verbo, obligatus, num.* 30.

13 Duodecima sit conclusio Doctor sine sui superioris licentia etiam cum iuramento non potest se obligare ad legendum alibi. Abbas *in capitul. veniens, columna prima, de iureiurando*. commendat pro valde practicabili Iason *in l. fi. num. 26. ff. qui satisda. cogantur.*

De arbitrio.

SEquitur arbitrium in hac locati & conducti materia, in qua quæro. Arbitri condemnauerunt Caium ad locandum, qui locat, nec in locatione persistit, an dicatur compromisso satisfecisse?

1 Et videbatur dicendum quod non, quia breui reuersa vxor nec diuertisse videtur, *l. quidquid calore, ff. de regulis iur.*

2 Secundo non videtur quis religionem ingressus, qui monasterium intrauit, & postea exiuit. Doct. *in l. si quis hæredem, C. de institu. & substitut. sub condit. fact. in l. in substitutione, ff. de vulgar. & pupilla.*

3 Prout fecit ille Tudertinus, qui cum delictum capitale commisisset, consilio nonnullorum in illo furore commissi delicti ingressus est religionem Sancti Francisci de obseruantia, vbi non stetit per annum integrum, & postea exiuit per spatium temporis in loco commissi delicti publice conuersando, reputans per illam palliatam religionem abstulisse omnem maculã cõmissi delicti, tamen per spatium ann. obcæcatus commisit aliud delictum, fuit capeus, & imprudenter confessus vtrumq; delictum, fuit iugulatus. Si enim cũ vero cordis affectu religionem esset ingressus, & perseuerasset, talem exitum non fecisset. Deus enim est scrutator cordium.

4 Tertio non videtur quis appellasse, qui appellationem non est prosecutus *l. 2. C. quorum appellat. non recipiuntur l. si bonam causam, C. de administrat. tut.* late, & pulchre Cepoll. *de ædilit. edict. in l. quæ bis in mense, §. quod aiunt, n. 21. cum seq. vbi habes bonum* locum, ad quem in similibus recurras.

5 Et hanc opinionem tenuit Imol. *in l. si fideiussor, §. meminisse, ff. de leg. 1.* quam dixi communem Neuiz. *cons. 5. nu. 6. vers. 5. respondetur.*

6 Pro contraria parte facit bonus, textus, *in l. innumerationibus in fine, ff. de solu.* videtur in terminis, quod semel locando liberatur a pęna in compromisso apposita.

7 Secundo pro hac met opinione facit textus *in l. Stichus si hæres, §. si quis hæredi, ff. de statu liber.*

8 Tertio pro hac parte facit, *leg. si cum fundum, ff. de contrahen. emption.* & est (ni fallor) bona glos. *in leg. 1. in gl. magna in fi. Cod. de pact.* vbi conuentio de promittendo sola promissione impletur.

9 Et hanc opinionem legendo, & consulendo tenuit Bart. prout *in leg. fideiussor. §. meminisse, ff. de legat. 1. in leg. in numerationibus, in final. ff. de solut.* vbi attestatur in facto habuisse, & ita iudicatum, & ibi etiam sequitur Paul. Castren. *nu. 2.* idem Bart. consulendo *cons.* 181. præcepit arbiter, *volum.* 1. hoc idem tenet Speculat. *in titu. de arbitr. §. sequitur, versic. sed pone, arbiter.* Bal. *in leg. debitor, colum. penul. C. de pac. & in leg. si quis ita, C. de pact. inter emptorem, & venditorem.* Lanfranc. *de arbitr. par. vlt. q. 41. numer. 77.* & hæc est verior, & communis opinio teste Ias. *in d. §. meminisse. numer. 22.* Menoc. *de retinen. possessio. remed. 1. num. 88.*

ADDITIO.

☞ *Vincent. Franch. decisio. 50. num. 3. vbi non agitur ex laudo, sed ex contractu.*

10 Et considerandum est in proposito, quod actus nostri duplici modo explicantur; quandoque enim explicando vnum actum incidimus in alium producẽtem nouã obligationem, & tunc sufficit semel adimpleuisse, prout ad propositum materiæ locati & conducti, de qua agimus, si arbiter condemnauit ad locandum, sufficit locasse, si conductor postea velit patientiam sibi præstari, agat ex conducto per locationem factam, & sic ex vno actu includitur, & nascitur alter producens perseuerantiam. Quandoque ex vno actu non nascitur alter, & tunc non sufficit semel explicasse, prout etiam exemplificari poterit ad propositum materiæ locati & conducti, de qua agimus. Iudex pręcepit conductori, vt disgumbraret, & discederet, qui semel fecit, postea redidit, vtique non dicitur adimpleuisse. Bart. *in l. sicut, §. superuacuum, ff. quibus modis pigno. vel hypotec. soluuntur?*

11 Et hoc modo posset fortasse conciliari textus in materia satis vrgens, *in l. si hæres, ff. de act. empt. & l. inter Castellianum, ff. de recept. arbit.* Secundo etiam modo posse fortasse considerari, quandoque sumus in materia fauorabili, & bonę fidei, & pinguius proceditur, prout *in l. si hæres.* vbi sumus in actione ex testamento, quæ bonæ fidei est, vel ad instar ipsius legis in minorum, C. in quibus caus. quandoque sumus in materia stricti iuris, nec nõ pęnali, & odiosa, prout compromissum pęnarum, & tunc strictius proceditur, prout in casu, de quo agitur.

12 Et licet in hac quęstione sint hic inde cõmunes opiniones prout dictũ est, Bar. tamen opinio secundo loco relata seruatur in pratica, prout attestatur Ias. *in d. §. meminisse, nu. 14.*

13 Et not. quod formatur quęstio cum duplici appositione pęnę, quarum prima fuit in compromisso, & hæc maior. Altera fuit apposita in contractu locationis & conductionis, & hæc erat minor. De hac secunda non est quæstio, sed de prima tantum, prout apud omnes colligi potest.

QVAESTIO II.

1 COnnectam in hac arbitrii materiam an verus dominus possit appellare conductorem, qui a non domino conduxit, & vtique potest. Bartol. *in l. si seruus, ff. quod cum eo.* Et sic res aliena locari potest, vt iam dictum est superius, verum tamen dominus conductorem appellare poterit.

Digitized by Google

QVAESTIO III.

De Arbitrio.

1 AN locator cedere poterit conductori ius impediendi propria auctoritate, & vtique sic, quia ponedit domino, Socin. *cons.* 167. non inutilis, versiculo, sed circa hoc, *par.* 2.

ADDITIO.

☞ *Et in materia remissionis reputatur notabilis doctrina Bart. in l. si merces, in princ. ff. locat. quod non valet locatio si cõmittitur merces in arbitrium eligendi quia partes facile possũt dissentire, secus si taxanda sit per eligendos vnum pro parte, quia habetur pro certa, nam cũ vnusquisque contrahentium sit electurus non potest in hoc cadere discordia, & hoc dictum reputauit notabile Felin. in c. ad hæc in fine de rescrip. Rui. cons.* 103. *col.* 2. *vol.* 1. *Vrsil. ad Affl.* 83. *n.* 6. *commendat Surd. decis.* 82. *nu.* 2.

De consuetudine.

PRincipalis materia est in hoc locati & conducti tractatu, Consuetudo, & solitum, & multas dant in materia interpretationes, vnde cum materia sit difformis, ponam aliquas vtiles conclusiones.

1 Prima igitur conclusio sit, In locatione vectigalium, consuetudo est attendenda, Barrol. *in l.* 1. *C. de apoc. publ. vel priuat lib.* 11. Rui. *cons.* 74. *col.* 1. *vol.* 1. Bertach. *de gabell. p.* 2. *q.* 31. Bursat. *cons.* 190. *nu.* 24. *vol.* 2.

2 Et si conductor vectigalium exigat plus debito, vel plus solito, tenetur ad restitutionem, & insuper iudicis arbitrio punitur, *l. licitatio, §. quod illicite*, & ibi Bar. Roman. & Castrens. *ff. de publican.* late Menoch. *de arbitr. iudic. casu* 449.

3 Agricultura. Multa sunt iura, quę expresse loquuntur in hac locati & conducti materia, vt in cultura agrorum consuetudo sit attendenda, *l. si merces, §. conductor*, vbi Bar. *ff. locat. l. penult. de impensis in rebus dotal. factis*, & non potest colonus facere in fundo, quod non consueuerit fieri. Castrens. *in lege hac distinctio, §. final. ff. locat.* vt si vellet prata ad culturam reducere, vel mutare vsum, seu formam rei in præiudicium domini pro annis sequentibus, *l. videamus, §. item prospicere debet*, & ibi Bart. *ff. loc.* Petr. de Vbal. *de duobus fratribus, par.* 11. *num.* 44. 54. & 66. pro quo est decisio Floriani, *in l. equissimum, §. fructuarius per illum textum ff. de vsufructu*. Alex. *cons.* 182. *nu.* 15. *lib.* 2. Rui. *consil.* 74. *nu.* 4. & 15. *lib.* 1. & non colendo secundum consuetudinem potest expelli, Alex. *cons.* 126. *vol.* 2. & onus probandi coluisse secundum consuetudinem incumbit colono, prout superius diximus, Alex. *cons.* 129. *vol.* 2. agi potest ad interesse, & est casus notabilis *in leg. si, qui partes, §. qui prædia, ff. de petition. hæreditat.* super quo dicit notabiliter Aret. quod huiusmodi negligentia purgari non potest, quem valde commendat Firmian. in eius repertorio, in verbo, colonus, versi. 159. Ronchegal. hoc admodum commendans de duobus reis, *l.* 5. *n.* 28. Et sic habetur ampliatio *ad l. ædr, C. locat.* vt si colonus non colat agrum secundum consuetudinem, non dicitur colere arbitrio boni viri, & consequenter expelli poterit, vt dictum est.

ADDITIO.

☞ *Veronens. ad l. Ad res donatas n.* 3. *ff. de edil. edict.*

4 Habetur etiã secondo loco notabilis practica, quod conductori incumbit onus probandi coluisse fundum secundum consuetudinem, & non domino expellere volenti, & si vellet moram purgare, non audiretur.

5 Et sic est vnus casus, in quo non admittitur purgatio moræ, & passim in actu practico fiunt multa præcepta dominis, vel quia coloni nullo modo colũt, vel minus diligenter seminando, puta hordeum, vbi erat seminandum granum, & sic de alijs discurrendo.

6 Collectæ, Consuetudo attenditur in hac locati & conducti materia, in grauaminibus, & collectis per, soluendis, an per dominum locatorem, vel colonum, Bar. *in l. penult. ff. de impens. in rebus dotalibus factis*. Socin. *cons.* 99. *vol.* 2. *in fine, vol.* 1. & tetigi superius, dum de collectis posuimus, Vnde si oriatur contentio inter conductorem, & locatorem super solutione datiorũ, collectarum, & aliarum impositionum, inter alia recurritur ad consuetudinem, quæ in hoc est optima interpres.

7 Vnde consuetudo attenditur in hac locati & conducti materia in locatione domus, quatenus ad illius vsum. Bar. *in l. cum in plures in princip. ff. loc.* & vidimus superius, quod in locatione domus videtur concessum conductori, vt exerceat artem solitam, & consuetam.

8 Gabella in locationibus gabellarum consuetudo attenditur. Bart. *in l.* 1. *C. de pascuis public. lib.* 11. Bertach. *de gabel. par.* 2. *q.* 3. Ruin. *cons.* 74. *in princ. lib.* 1. Euerar. *in loco a solito, col.* 5.

9 Pensio, In pensione præstanda consuetudo attenditur *l. excepto, C. locat.* Veronen. *in l. quod si nolit, §. qui assidua, num.* 21. *de edil. edic.* late posui superius *parte* 1. de substantia locationis, & Menoc. *de præsumpt. libr.* 3. *præsump.* 109. *nu.* 6.

10 Opera, Consuetudo attenditur in locatione operarum. Bart. *in l.* 1. *§. ludi quoque litterarij, ff. de var. cognit.* & in mercede operarijs præstanda. Bart. *in l. qui insulam, §. qui ædem, ff. locat.* Iaf. *in l. certi conditio, §. si nummos, num.* 21. *ff. si cert. petat.* & in expensis præstandis in operarijs conductis. Bald. *in l. liberti, libertæque, col.* 3. *num.* 11. *vers. circa prædicta, C. de oper. libertor.*

11 Redditus. Consuetudo attenditur in petitione reddituum in colonis, *l. domini prædiorum, Cod. de agricol. & censib. lib.* 11.

12 Remissio. In remissione mercedis consuetudo attenditur. Soci. iun. *cons.* 78. *num.* 22. *vol.* 2.

13 Extensio, quę in locationibus veniant, & comprehendantur, consuetudo attenditur, licet in instrumento non sit expressa, Cephal. post Bald. *consil.* 144. *n.* 22. *libr.* 1. Vnde an veniant massaritię domus consuetudo attenditur, si locato molendino valcheria veniat, consuetudo attenditur, & sic de singulis discurrendo.

14 Tempus, Quando bona ecclesię sunt solita locari, tunc poterut locari in perpetuum etiam absque superioris licentia, & interuentu, nam consuetudo altera, tans formam iuris, in alienationibus, & locationibus rerum

rerum ecclesiasticarum valida fit. Rot. *decis.* 135. de consuetudine, in antiquis, quam refert, & declarat Paris. *cons.* 98. *nu.* 8. *vol.* 4. Anto. Rouelcal. ad Alexan. *conf.* 17. *vers. tamen Doctores, lib.* 4.

15 Notandum tamen est, quod consuetudo attenditur in contractu locationis & conductionis, quando aliquid simpliciter sit omissum, quod sit consuetum; sed in instrumento locationis, & conductionis apponatur, vel specificetur vnum, quod fit exclusio consueti, tunc consuetudo non attenditur ex coniectura mente contrahentium. Ita pulchre declarat Ruin. *consil.* 74. *nu.* 7. *vol.* 1.

16 Et ita declaratur lex, quod si nolit, §. *qui assidua, ff. de edil. edicto*, est tota materia consuetudinis, vltra Felynum, & Anton. Gabriel & alios late materiam explicantes.

In Colonia tria principaliter consideranda, primo, conuentio, secundo consuetudo, tertio iuris communis dispositio. Petr. de Vbal. de duobus fratri. par. 11. *nu.* 33. Franc. Marc. *decis.* 888. *num.* 12. *par.* 1. Riminal. sen. *cons.* 100. in fine. Silua. *cons.* 76. *numer.* 8. *volum.* 2. Andr. Gail. *pract. obseruatio. lib.* 2. *c.* 23. *num.* 17. Annibal. Montecc. ad statutum Bononien. *de pœna non labor. possessio. glos.* verbo nisi per pactum. Marza r. *cons.* 49. circa finem. Burlat. *cons.* 330. *nu.* 184. *volu.* 3. qui loquuntur in colonis partiarijs.)

ADDITIO.

☞ *Et in practica notandum est in hac materia consuetudinis primum, quod conductor præsumitur diligens in dubio & si cessi quod alij fecissent. Bar. in l. si cum vendere §. 1. ff. de pignor. actio. Afflict. dec.* 130. *nu* 17. *Crau. cons.* 8. *nu.* 20. *in terminis, Surd. decis.* 87. *nu.* 13. *Secundum in probanda consuetudine in hac locati materia, probanda est in eadem et facti specie, & concurrentibus eisdemmet qualitatibus de quibus in facto cõtrouerso, ita vt si probetur aliquid factum a dominis loci vicini, non potest inferri ad conductorem. Et debet probari idemmet annus, & non præcedentes, vel sequentes. Et sic singulis discurrendo. Surd. dec.* 87. *n.* 11. *latius dec.* 131. *num.* 8. *vsque in finem.*

De solito.

QVæro, quando dicatur res solita locari, quam maxime ad intellectum extrauagantis, Ambitiosæ, de rebus ecclesiæ non alien.

1 Solitum dicitur locari per vnicam locationem legitimam, & solemnem. Castr. *cons.* 189. *col.* 1. *volum.* 2. Imol. *in l. quod dicitur, colum. fi. ff. de verb. oblig.* Curt. *in tract. feud. par.* 2. *q.* 4. *princip. par.* 7. & hæc est verior opi. Ant. Gab. de locato, *concl.* 1.

2 Addo Præpositum *in titul. qui feud. dar. poss. numer.* 27. in vsibus feudorum, attestans solitum in vna tantum vice verificari. Bal. de tempore vtili, & continuo *cap. it.* 4. *sub numero* 8. dicens in facto habuisse Romæ coram præfectis viarum, cum aliquis domos locari solita. ad se iure congrui, & vicinitatis pertinere asse.

3 ret et v gore bullarum Sixti Quarti, & Leonis, vbi illud solitum pro vna tantum vice fuit interpretatum, quia actor probat solam vicinitatem, & quod tempore monitorij domus reperitur locata, dicens Romæ ita pluries fuisse iudicatum ex cõstitutione Gregoriana, de iure congrui, in locationibus pro vna tantum vice verificatur. Granu. *theorema.* 8. *nu.* 12. & hæc est communis opin. Gozzad. *cons.* 53. *num.* 5. consuetum vero duas vicer Dec. *consil.* 221. *nu.* 10. & 441. *nu.* 11. *in l. vt liberis, num.* 11. *C. de colla.* & *in c.* 1. *de consuetudin.* Viui. *lib.* 2. *opin.* 257. & posui superius *part.* 1. ad materiam *leg. mella, §. sed si alimenta, ff. de aliment. legat.*

4 Dicuntur etiam bona ecclesiæ solita locari, quando bis dispositio quadraginta annorum fuerit cõcessa. Alex. *cons.* 5. & 9. *vol.* 3. post Bal. *in leg. de quibus, ff. de legib.* Imo. *in c.* 2. *de feud.* Deci. *in Auth. qui rem, col.* 8. *C. de sacrosan. eccles.* Rodoan. *de reb. eccles. nu.* 54. *rub.* de rerum immobilium alienat. *fol.* 80. *in rub. de casibus*, in quibus fit alienatio rerum ecclesiæ sine solemnitate, *vers. item alio casu, nu.* 30. *fol.* 148.

5 Addo Afflict. *decis.* 305. *nu.* 9. & *seq.* Borg. *decis.* 25. *nu.* 12. *de contrac.*

6 Res etiam dicitur solita locari, quando fuit facta per spatium decem annorum. Alex. *consil.* 9. *nu.* 6. *lib.* 3. *consil.* 5. *nu.* 10. *lib.* 5. & ita quandoque tenuit Rota. vt per Mohed. *decis.* 240. & 258. *in tit. de locato.*

7 Et quibus corollarie infertur ad aliqua vtilia.

8 Primum est ad id, quod notat Bart. *in l. item quæritur, §. qui impleto, ff. loca.* & superius suo loco diximus, quod relocatio tacita non habet locum in bonis mobilibus, immo committitur furtum nisi persona sit solita locare.

Quod persona sit solita locare, debet articulari in specie circa res, & circa personas, nec sufficit, quod probetur consuetudo locandi in genere, & sic excusabitur a furto. Ita pulchre practicare docet Ruin. *consil.* 99. *vol.* 5.

10 Secundum est, quod res solita locari, infeudari, vel emphyteuticari casu, quo reuertatur ad ecclesiã, potest relocari sine aliqua solemnitate, auctoritateque superioris iuxta doctrinam Feder. de sen. *consil.* 174. quem sequuntur scribentes *in c. ne super de rebus eccles. non alien.* & ita in pract. seruatur, vt post Io. And. attestatur Viui. *opi.* 95. *p.* 1.

11 Vltra quem limitatur hæc opinio, dummodo hæc concessio, alienatio, vel locatio, &c. acta sit vniformis, & facta eo modo, quo prima. Secus si in aliquo etiam minimo alteraretur modus, forma, vel substantia, quia tunc omnes solemnitates requirerentur, & si non adhiberentur, vitiatur locatio saltem in excessu, si separari potest. Roma. & ibi Mandos. *consil.* 70. *colum.* 1. Rip. *respons.* 2. *numer.* 17. & 18. *libr.* 2. Abb. *in cap. super, lib.* 11. *de rebus eccles. non alienand.* Baldus *in capit. cum ordinem, colum.* 8. *de rescr.* Iul. Clac. *in §. emphyteusis*, 28. *colu* 4. *vers. sed aut vero & ad solita.*

12 Adde bene in materia loquentes Rimin. iun. *consil.* 82. *nu.* 14. & *seq. vol.* 2. Pedem. *decis.* 23. *nu.* 20. Vrsil. de Afflict. *decis.* 105. *num.* 7. Borg. *de tut.* & *cur. nu.* 161. *decis.* 25. *nu.* 13. *de contract.* Hieron. Magnon. *Rot. Luca.* 14. *nu.* 14.

13 Limitatur secundo in re incorporata ecclesiæ, vel infeudata per annalem possessionem, quo casu requiritur omnis solemnitas, vti nouus contractus, & noua inuestitura. Alex. *cons. vlt. nu.* 8. *vol.* 4. Corn. *cons.* 81. *libr.* 2. Guid. Pap. *decis.* 154. *numer.* 3. Crauet. *cons.* 24. *num.* 14. *consil.* 80. *numer.* 3. *lib.* 1. *consil.* 9. *numer.* 3 l b. 5. Bern. *consil.* 150. *numer.* 12. *vol.* 1. Fecret. *consil.* 248. *nu.* 14. *vol.* 2. Rimin. sen. *consil.* 34. *num.* 13. *in fine, volum.* 2.

Rot. Bononiens. *decis*. 13. *numer*. 8. Rebuff. *de aliena. rerum ecclesiæ. num*. 8. *casu* 8. Rodan. *de rebus eccles. §. item alio casu, nu*. 20. *car*. 248. Bursat. *cons*. 127. *nu*. 192. *&* 122. *vol*. 2.

14 Quid si res ecclesiæ est solita locari vno nummo, an poterit locari Iudæo. Cald. *cons. 4. tit. de locato*.

De statutis.

MVlta varijs in locis reperiuntur statuta condita in materia pensionum, salariorum, & similiũ pertinentium ad materiam locati & conducti, ob id, quia verba statuti præcise videri non possunt, ponã aliquas conclusiones.

1 Prima igitur conclusio sit. Stante statuto, quod colonus non possit deserere culturam, nisi elapso tali termino, si fundus efficiatur sterilis, poterit colonus ex hac causa fundum, & culturam relinquere. Bart. *in l. 2. nu. 4. C. de agr. & cens. lib*. 11.

2 Facile hoc contingit in locis sua natura sterilibus, in quibus seminabis cum diligentia ãni, & similium per annum, postea fundus reddit ad primæuam naturam sterilitatis. Et colonus plurium fundorum poterit vtiles, & fructuosos colere, inutiles prætermittere, ne amittat semen, & operas, si sit colonus priuati, secus si Reipublicæ, *leg. vniuersorum, C. de fund. patrimo. lib*. 11. Roma. *in leg. si vero, §. de viro, limit*. 11. *ff. solu. matrim*.

3 Sæpius in facto occurrit, quod coloni non colunt, nec seminant agrum aliquem, vel non seminant granum, prout Domini vellent, nascuntur præcepta, & protestationes, quod talis fundus remansit incultus, licet se colonus defendat ex iusta causa sterilitatis.

4 Quid in locatore molesto? posui suo loco ad materiam *l. ne cui, C. loca*. Pragmatica Madrid. 157. anno 1528.

5 Secunda sit conclusio in materia statuti. Statutum disponens, quod famulus debet petere salarium a domino infra tres annos, alias non auditur, valet, & tenet. Bar. *in l. sequitur, §. si viam, ff. de vsucap. in leg. cum notissimi, C. de præscr. 30. vel 40. annor. in leg. is, cui, §. Flauius, nu. 3. ff. de vsucap. in l. legaui, ff. de libera. leg. in l. ait prætor, §. hi plene, ff. ex quib. cau. maior. in leg. nemo potest, num. 22. ff. de leg*. 1. late Anto. Gabr. *de statu. concl. vers. contrarium, vbi multos congerit*.

Addo, quod hanc dicit communem, & veriorem Rip. *in l. nemo pot. st, nu*. 113. *ff. de leg*. 1.

Contrariam sententiam, quod tale statutum non valeat tanquam nutritiuum peccati, tenet Bar. *in l. omnes populi, colum. 8. nu. 24. ff. de iust. & iur*. quam sequuntur infiniti relati ab Anton. Gabr. *in citato loco, vbi prope numero* 2. tenet hanc esse magis communẽ opinionem.

Addo vltra eum Imol. idem attestantem *in l. sequitur, §. si viam, ff. de vsuca. cons. 16. nu. 1. cons. 46. nu*. 2. Afflic. *in constit. Neap. lib. 3. rub. 31. nu. 4. Crot. in d. leg. nemo potest, col*. 30. late Ferrat. *cautel. 38. potest. num*. 2. Gomes. *de actio. in prin. nu*. 66. Anto. Gallès. *ad oblig. form. camer. par. 5. q. 3. nu*. 11. Viui. *libr. 1. opin. 279. & opin*. 312. Eman. Sorarez. *in ver. statutum, nu*. 189. Petr. Angiar. *in consil. Aurelia. titul. de præscr. c*. 5. Boui. *de statu. præscriptio. gl. 1. sub nu*. 31. vbi omnes de magis communi. Si tamen priorem opinionem tenere velimus in materia salarij, de qua agimus.

6 Limitatur primo loco, vt non procedat, quando famuli impediuntur petere aliquo iusto impedimento. *cap. commissa, de elect. lib. 6. fin. C. de adulter. l. si cum ipse, ff. de excus. tuto*. Bal. in Auth. *nisi triennali, versic. dicet quis, C. de bon. quæ liber*. dicens quod hæc limitatio est naturalis, quia vbi non est negligentia, non debet esse pœna. Alex. *cons. 65. num. 5. lib*. 6. Ias. cons. 35. *col. 2. vol*. 1.

7 Limitatur secundo, vt nõ procedat, si dominus iurauit soluere, quia stante iuramẽto non est locus sta-
8 tuto, neque pragmaticæ ex quo iuramentum perpetuat actionem, *vt in l. nam, & postea, §. si is, qui tẽporali, ff. de iureiur*. Ias. ad Port. *in §. sed aliquando, num. 5. Institut. de vsucap. ex not*. per Hostiens. *in cap. si diligenti, de præscript*. idem Ias. *in §. de constituta. Institut. de act. & in d. §. his, qui temporali, nu*. 4. Marsil. attestans obtinuisse in facti contingentia, singul. 141. Bauer. *de virtut. iuramen. priuileg. 29. numer*. 42. Petr. Duenn. *regul. 306. limit*. 2. ex Corn. *cons. 377. colum. 4. vers. & maxime, colum*. 1. quod consilium admodum frequẽtatur in perpetuatione actionis. Galles. *ad form. cam. par. 5. q. 3. nu*. 10.

Addo bene in materia loquentes Gozza. *in repet. l. si fundum, nu. 931. C. de pact. inter empt. & vend*. Crauet. *cons. 71. num*. 2. Tiraq. *de vtroque retract. titul. 2. §. 36. nu. 32. in fi*. Petr. Calefat. *consil. 87. nu. 22. inter cons. crimina. diuersor*. & hæc communis opi. Grat. *libr. 1. respon. 41. nu*. 5. Pute. *decis. 512. nu. 4. par*. 2. Lambert. *de contract. mulier. in fin. nu*. 13.

9 Contrarium tenuit sacrum Rotæ Auditorium coram Marsi. vt per Put. *decis. 16. de constit. &* Moleda. 227. per ea, quæ notat Castrens. *cons. 61. vol*. 2. Socin. *cons. 7. in fi*. Deci. *cons*. 17. Cepol. *caut*. 20.

10 Distinguendum videtur. Aut iuramentum poterat aliunde probari, quam per instrumentum, & tũc annullato instrumento remanet iuramentum, cõtra quod principio non currit. Aut non poterat aliunde probari, & tunc annullato instrumento currit & iuramentum. Ita declarat. Soc. *cons. 97. nu. 5. vol. 1. pos*. sunt enim testes instrumentarij recordari de appositione iuramenti, & per illos probari.

11 Dicunt etiam alij; aut loquimur in iuramento decisorio, aut loquimur in iuramento communi. primum perpetuat actionem vsque ad quadraginta annos, nec præscriptione minori tollitur, secundum sequitur naturam principalis contractus, super quo interponitur, & præscripto, vel sublato præscriptione principali contractu, censetur etiam præscriptum, vel sublatum iuramentum super eo interpositum, *l. si. C. de non numera. pecun*. Bar. & Ang. *in d. l. nam, & postea, & in l. 2. ff. de iureiu*. Ang. *cons*. 55. Ias. *in l. si mater, C. de inoff. testamen*. Corn. *cons. 238. vol*. 4. Balb. *de præscrip. par. 4. 6. par. principal. nu. 3*.)

12 Tertia fuit opinio, & hæc Henric. Boich. in Auth. *sacramenta puberum, C. si aduers. vendit. in fin*. aũt debitor iurauit simpliciter soluere, aut certa die, primo casu non obstante iuramento currit præscriptio, secundo non.

13 Quarta fuit opinio, quod tunc iuramento non præscribatur, sed perpetuet actionem ad annos quadraginta, si in fine instrumenti apponatur quod promissor creditori ad omnem litem succedendam detulit iuramentum, & creditor iurauit sibi deberi; nam propter hanc clausulam contractus valebit

inexpu-

inexpugnabiliter, nec minori præscriptione tolletur. Bart. in l. 2. in fin. ff. de iureiuran. quam commendat Matthesil. notab. 20. licet ibidem in fine aliquantelum dubitet.

14 Addo quod hoc dictum sequitur Corset. in rub. de iureiuran. priuil. 10. Ant. de Cauuar. d exeeut. instrumen. q. 4. num. 7. & hęc est communis opin. Aret. in §. si quis postulante, num. 9. Institu. de actio. Ias. in l. x. nu. 20. ff. de iureiur. vbi magis cōmunem dicit limitādo, & modificando pluribus modis, vt per eum, & per Gabr. Sarui. in add. tio. ad Matthesil. notab. 20. per totū illum discursum. Commendat etiam Roderic. Soarez ad l. post rem iudicatam, nota b. 20. Boui. de statutar. præscri. gl. 19. sub num. 134.

15 Quinta fuit opinio similis primo loco relatæ opinionis, vt considerentur verba, & finis statuti, aut enim tollit contractum, aut instrumentum iuratum. Primo casu non tollitur iuramentum, ex quo per instrumentum, & sic aliunde probari poterat, prout in prima opinionem dictum fuit ex intentione Socin. Secundo casu tollitur iuramentum sublato instrumento iurato, & ita videtur de mente Rotę, vt per Put. decis. 116. lib. 1.

16 Sexta fuit opinio relata per Seraphin. de priuileg. iurament. priuileg. 15. aut loquimur de præscriptione triginta annorum, aut de præscriptione quadraginta annorum: primę renunciari potest, & sufficit generalis renunciatio, dummodo simus in iuramento valido in principali, non in hærede in pręscriptione non inchoata. Si verò simus in præscriptione quadraginta annorum, huic non potest modo renunciari, vt inductæ in odium negligentis, & propter publicam vtilitatem, vt ibi late per eum.

17 Et sic habemus quomodo, & quando iuramentū perpetuet actionem.

18 Limitatur igitur tertio loco principalis cōclusio, & regula, vt non procedat, nec habeat locum, si famulus putat aliquod sibi debitum actione reali, non personali, prout si vestes depositas apud dominum. Rom. conf. 201. num. 3. Curt. sen. consf 99. num. 8. Ias. de actio. in princip. num. 101. post Bal. & Aret. ibi ex quo tale statutum est odiosum, & strictè interpretādum. Petr. Rauenn. in suo alphabeto, in verbo, statutum. Petr. Duennas regu. 6. limit. 1.

19 Licet Gomes. de action. num. 66. in principio aliter sentire videatur. & Seraphin. de priuil. iuramen. priuileg. 5 t. ampliat. 2.

Limitatur quarto loco, si famulus deserat dominum, & statim redeat, quia non videtur recessisse, & ideo annus computatur a die, quo nouissime discederet cum effectu, vt in l. 3. ff. de diuort. l. quicquid calore, ff. de regul. iur. & diximus alias superius in materia huius regulæ.

20 Limitatur quinto loco, quandocunque talis præscriptio esset per litis contestationem interrupta, quia famulus infra tres annos dominum conuenit, & lis fuit cępta, tunc perpetuatur actio. vt not. in l. nam, & postea, §. si is, qui temporali, ff. de iureiuran. & in l. fin. C. de præscript. 30. vel 40. ann. Ias. in §. pœnales, num. 113. institut. de actio. in l. ex hoc edicto, numer. 3. ff. de eo, per quem fact. erit pulchre Roder. Soarez. in l. post rem iudicatam, in 2. notab. versicul. considera vltima, de re iud. cui addo Balb. de præscript. in 4. part. 6. part. princip. q. 4.

21 Limitatur sexto loco hæc conclusio, & regula superius firmata, vt non procedat in foro conscientiæ. Alphon. a Castro de potesta. legis pœn. cap. 10. ex quo enim est malæ fidei possessor, non est tutus in foro conscientię, c. vigilanti, c. fi. de præscrip. Corn. consil. 169 num. 15. & 328. num. 14. & 320. Gugliel. Rouil. ad consuetud. Cenoman. art. 15. commendat pro ne. tabili Petr. Rauenn. reg. 6. limit. 2.

22 Et præcipitur in sacra pagina, vt merces operarij tui non maneat penes te vsque ad mane, dignusque est operarius mercede sua, nedum quod pręscriptione tolli possit.

Et consequenter de iure canonico, secundū quod possessor malę fidei nullo vnquam tempore pręscribit, talis præscriptio non procedet.

23 Limitatur septimo, vt licet post triennium stante tali statuto, vel pragmatica salarium petere nō possit, si tamen famulus habeat rem aliquam in manibus, quæ sit domini sui, dabitur retentio, & consequenter excipiendo repellet, cum exceptiones perpetuę sint. Bart. in l. 1. §. sublata, & ibi Ias. in 2. lectu, ff. ad Trebell. in l. pure, §. fina. ff. de doli mali except. in l. fi. cut, §. persecutione, post glo. ibi, C. de præscript. triginta, vel quadraginta annorum, in l. societatem, §. arbitrorū, num. 21. ff. de arbit.

24 Bonum igitur videtur secundum hanc limitationem semper, vt famulus habeat in manibus aliquid domini sui, quod vt plurimū faciunt, licet peritos nō cōsuluerint, ita vt ex se cautelam inuenerint ad euitandum rigorem huius statuti, vel pragmaticę, & potius illud, quod est in manibus famuli de bonis domini, erit maioris, quam minoris valoris.

25 Limitatur octauo, vt non procedat in foro ecclesiastico, nec inter personas ecclesiasticas, cum dicta pragmatica non liget dictos iudices, iuxta no. in cap. Ecclesia S. Mariæ de constit. in c. fin. de rebus eccles. non alien. Bald. consf. 184. col. 2. vol. 5. late pluribus modis limitans Roch. de consuetud. q. 11. num. 653. vsq. 697. Remig. de subsid. charitatiu. fol. 266. Duen. regu. 135.

26 Vidi multos in facti cōtingentia, qui volentes euitare rigorem statuti, procurant in Curia Ecclesiastica litteras monitoriales, si quis sciret talem inseruisse tali, & per hanc viam introducunt causam coram iudice Ecclesiastico.

27 Limitatur nono stante confessione, licet enim sit forte absolutus, tamen ex alio capite vti confessus condemnari poterit. Duen. regu. 306. per t. xt. in cap. 2. de purgat. vulgar. & in cap. quia plerique, de iuramen. calumn. vbi quis auditur post sententiam, si pars confiteatur eam iniquam.

28 Limitatur decimo, vt tale statutum debeat excipiendo allegari, alias sibi imputet dominus, qui de eo non excepit, cum iudex non impertiatur officium suum, nisi petent, l. 3. § hoc autem iudicium, ff. de dam. infect. in l. de pupillo, §. qui opus, ff. de nou. oper. nunt. Dec. in l. res iudicata, num. 4. ff. de reg. iur. Ias. in l. patre furioso, nu. 11. ff. de his, qui sui vel alie. iur.

29 Bene verum, quod omissa in prima instantia poterunt opponi in causa appellationis, l. per hanc, C. de temp. appellat.

30 Pone tamen hic vnum, iudex scit ex se adesse statutum, pars nulla allegat, an teneatur ex se, vt quę delunt, &c.

31 Limitatur vndecimo, vt nō procedat contra, nā si domi-

Digitized by Google

ſi dominus accepit famulum, vt artificem faciat de ſuo exercitio, ſi doceat, non competet famulo talis exceptio, ex quo ſtatutum eſt ſtricti iuris; *vt not. in l. 1. ff. ſi cert. pet* Duen. *regu. 306. num. 11.*

32 Limitatio hęc practicabilis eſt, nam multi patres ponunt filios cum artificibus, nec curant vocari famulos, dummodo artem addiſcant, ſeruiunt, & docẽtur, tamen ſalarium non præſtant, ſed pręſtatur, & ſic eſt caſus, in quo datur famulus ſine ſalario actiue, ſed bene paſſiue.

33 Limitatur duodecimo, vt famulus ex ſtatuto excluſus poſſit rem æquiualentem furari pro ſatisfactione ſui debiti, prout alias dixi in materia penſionis ſoluendæ.

34 Et eſt gl. notabilis in Cano. ius gentium, *diſtinct. 1.* Innoc. *in cap. olim, il primo, num. 8. de reſtitut. ſpoliat.* Alex. notabiliter. *conſil. 135. num. 1. vol. 1.* Felin. *in cap. quoniam, num. 13. de ſimon. & in cap. 2. num. 36. in fin. de ſponſa.* Caſſan. *in conſuetu.* Burgun. *titul. des iuſtices, rub. 1. §. 5. col. 2. num. 32.* Afflict. *in conſtit.* Neapol. *lib. 1. rub. 8. num. 36.*

35 Ampliatur vt procedat, vt tutus ſit in foro conſcientiæ. Archidiac. *in cau. ſane, num. 4 14. q. 5.* Innoc. *in d. c. quia plerique, de immunit. eccle.* Flor. *in l. itaque, num. 6. ff. ad legem Aquiliam,* Marſil. *conſil. 53. nu. 19.* Abb. *in cap. 1. num. 10. de dolo, & contuma.* Iaſo. *in l. 1. num. 7. C. de teſtam.* Lup. *in rub. de dona. §. 65. num. 5. &* hæc eſt communis opin. Petr. Duen. *regu. 88. limit. 5.*

36 Ratio limitationis videtur in promptu, quia calumnia per calumniam tollitur. *glo. in cap. cupientes, §. malignantium, de elect. lib. 6.*

37 Addo Neuiz. *in ſilu. nuptial. lib. 3. num. 43.* vbi nec famulus, nec conicij teneantur reuelare monitorio Eccleſiaſtico, & loquitur in quolibet debitore non valente debitum recuperare. Cagnol. *de origi. iuris, num. 206. & in l. non eſt ſingulis, ff. de regul. iur.*

38 Limita, ſi oriretur ſcandalum, quia tunc non poſſet. Barba. *conſil. 11. volu. 1.* Abb. *in c. perlatum, de his, quæ vi, metus ve cauſ.* Tiraquel. *de pæn. cau. 46. limitat. 239. num. 4.* Bonacoſſ. *de famul. caſu 114.*

39 Limita ſecundo, vt puniatur pęna arbitraria, prout alias dixi de tempore penſionis *ad l. æde, C. locat.* Et ad pręd:cta addo, quod in Curia Romana eſt Bulla Pij V. de biennio tatum. Boni. *de ſtatu. præſcriptio. gloſ. 19. ſub num. 47.* atteſtans Romæ in cauſa mercedis, & ſalarij procedi manu Regia, nec auditur debitor, niſi facto depoſito, & in dubio debetur ſalarium dari ſolitum, prout alias dixi ſuo loco.

40 Infertur igitur ex pręd:ctis per modum corollarij, quod appellatione creditoris etiam in materia ſtatutaria, & ſtricte interpretanda venit creditor ex cauſa mercedis, & ſalarij, cui competit actio locati, *l. Titius ad municipal.* Bou. *de ſtatutar. ſentit.* Boui. *de ſtatu. de præſcr. glo. 19. num. 46.*

41 Limitatur duodecimo vltra Duen. & alios, vt nõ procedat, quando debitor, & creditor ſint forenſes, quia eos tale ſtatutum, vel prægnantia non ligat, Caputaquen. *dec. 207. par. 3.*

42 Statutum Lucanum *lib. 2 c. 118.* diſponit. Tranſacto quinquennio ſi pars iurauerit ſoluiſſe affictus decurſos, iudex teneatur admittere dictum iuramentũ, & iurantem abſoluere.

43 Declaratur hoc ſtatutum, vt procedat in caſu dubio, ſecus ſi certum eſſet debitorem non ſoluiſſe, quia tunc non eſt locus allegato iuramento, vt aperiatur via periurijs in terminis huius ſtatuti. Roman. *conſil. 102.* Caſtrenſ. ſuper eodem ſtatuto, *conſil. 162. vol. 1.* dicit notabile Seraphin. *de priuileg. iuramen. priuileg. 4. num. 10.*

44 Declaratur ſecundo allegatum ſtatutum, vt procedat, & habeat locum ſi iuramentum fuerit certũ exprimendo certam perſonam, cui fuerit facta ſolutio, alias ſi fuerit iuramentum vagum, nullius erit momẽti, *c. pen.* & ibi Abb. *de iureiur.* Dec. *in l. ſemper in ſtipulationibus, ff. de regu. iur.* Pariſ. *conſ. 45. num. 40. lib. 1.* Cephal. *conſ. 368. num. 5. lib. 3.*

Ampliatur hoc eſſe verum etiam adhibita clauſula, omni modo meliori. *conſil. 6. num. 8. & 9. lib. 2.*

45 Declaratur tertio, vt procedat his pręcipue concurrentibus, quod iurans habeat poteſtatem, & habeat plenam notitiam. Vnde procurator ſine ſpecialiſſimo ad id mandato iurare non poſſet. Natt. *conſ. 35. num. 4.* Alex. *conſil. 26. col. 2. lib. 6.* Rol. *conſ. 19. num. 2. lib. 3.* Barbac. *conſ. 15. num. 18. lib. 2.* item quod fuerit a iudice delatum, *l. 4. ff. de iureiur.* Caſtr. *conſil. 162. lib. 1.* Crauett. *conſ. 196. n. 2.* item quod iuret ſoluiſſe ei, cui erat obligatus, vel ex eius mandato. Machel. *patroc. 55. nu. 14.* late in terminis Ioſeph de Ludouic. *Rot. Lucan. 25. per totam.* ex quo poſt Calcan. & Barbac. additur prædictum ſtatutum intelligi concurrẽte probatione, & dicta deciſio loquitur in pluribus. Vnde incertitudo de facili reſultare poterat, ſecus fortaſſe in vno creditore.

46 Habetur tamen vnum in materia locati & conducti, quod affictus poſſunt peti vſque ad 30. annos. Guid. de Surar. *de iur. emphyt. num. 22.* Balb. *de præſcrip. par. 4. quæſt. 4.*

47 Statutum Comica. 103. in Ciuilibus prohibens peti penſiones a tribus annis ſupra. Nam non habet locum in debito iurato. Ita poſt alios, quos allegat, tenet Lamberteng. *de contrac. mulier. in fin. num. 14.* atteſtans pluries in facti contingentia obtinuiſſe in Senatu Mediolanenſi.

48 Statutum de non alienando rem locatam, niſi prius requiſitis conductoribus.

49 Si locator vendat non requiſito conductore, venditio non valet. Alexan. *conſ. 126. vol. 5.* conſulens in duobus conductoribus, quorum vnus fuit requiſitus, & ceſſit, alter non, quia hoc non debet præiudicare non requiſito per *in l. vxorem, §. agri plagam, ff. de leg. 3.* ſequutus eſt Tiraqu. *de retracta. conuent. glo. 6. num. 30.* inferens in materia retractus, quod ſi vnus non curat redimere, alij præiudicare non debet.

50 Ampliatur hæc deciſio etiam ſtante pacto, quod ſi dictus locator durante locatione venderet rem locatam, poſſint dicti conductores a die alienationis in antea tenere rem locatam per vnum annum, non ſignificando alienationem, vel venditionem dictis conductoribus, nam per hanc prouiſionem factam in inſtrumento non videtur receſſum a prouiſione legis, vel ſtatuti, ex quo talia verba nõ ſunt depoſitiua, vel conditionalia, & nihil ponunt in eſſe *l. ex facto agitatum, ff. de hær. inſtit. l. ex hac ſcriptura, ff. de don.*

51 Ex quibus corollarie infertur ad materiam, *l. fina. C. de pact. conuent.* vt prouiſio hominis faciat ceſſare prouiſionem legis in caſu prouiſo, non in caſu non prouiſo, Bart. *ad l. ſi cum dotem, in princip. & ad l. ſi conſtante, in 5. quæſt. 2. q. princ. ff. ſo. matr.*

Vnde

Vnde si est prouisum, vt liceat in casu alienationis conductoribus hoc facere, non sequitur ex hoc quod censeatur prouisum in alio casu statuti, vt scilicet liceat vendere ipsis irrequisitis iuxta formam dispositionis statuti.

52 Practicando docet Bar. *in d. §. agri plagam*, quod conductor offerat pretium, quo oblato competit sibi ret vendicat o ad rem ipsam, & licet fortasse vnus ex conductoribus recusauerit, tamen alter, si vult habebit totum per ius accrescendi.

53 Statutum de recipiere laboratorem alienum, quod teneatur soluere omnia debita dictorum laboratorū. Si aliqui laboratores vadant sponte ad vnum, & inuitant eum, vt retineat eos super possessione sua, statutum acceptantem pœniteat admittitur pœnitentia, ita vt non teneatur amplius ad debita, iuxta formam statuti. Veron. reputans hoc notabile *ad l. qui fugitiuus, nu. 5. ff. de ædil. edict.*

54 Statutum puniens terrarum laboratorem, qui percusserit ciuem loci illius, comprehendit omnem comitatiuum existentem eum illa qualitate, vt sit laborator. Feli, *in c. ex parte, nu. 46. de rescript.* ne sit melioris conditionis non laborator, quā laborator. Cortes. in repert. ad Abb. *in cap. cum ad sedem, num. 28. de resti. tut. spoliat.* Bonacoss. *in quæst. criminal. in verb. percussio, versic. statutum puniens.*

Statutū puniēs vel prohibens exire de territorio da laborandum terras est iniquum, nec obseruandū. Socin. *conf. 272. lib. 2. ad l. mercatores, C. de commer.* confirmat Rip. *de pest. de remed. conseru. n. 301.*

55 Statutum Lucanum de disgombrando contra conductorem, *lib. 1. c. 136.* Mago. *Rot. Luc. 97.*

56 Statutum Delphinale de vna libra piperis pro salario commentariensis. Marc. *decis. 913. par. 1.*

Statutum disponens, quod coloni nostri temporis non possint deserere culturam infra quinquennium, possunt tñ impune a contractu recedere, si terra effecta sit sterilis, vel si dominus al quid innouet, vel molestet in cultura, Bart. *in l. cum satis, C. de agric. & cens. lib. 11.* commendat Anchar. *quæst. 54. n. 12. par. 1. & 68. num. 8. par. 2.*

57 Statutum loquens de conductore non comprehēdit locatorem quando dispositio statuti siue odiosa, siue fauorabilis respiciat conductorem. Sebast. Medic. *reg. 9. limit. 45. par. 1.*

58 Statutum disponens, quod pensio infra mensem soluatur, intelligitur nisi maiore terminus a locatore sit datus. Bald. *in l. 1. in fin. ff. de regul. Caton.* Castr. *conf. 67. ad primum dubium.* Brun. *de leg. & constitution. in verb. locatio, vers. 4.*

59 Statutum mentionem faciens de locatione intelligitur de simplici non mixta, quæ transeat in aliā speciem contractus. Alex. *conf. 28. vol. 4.*

60 Stante statuto, quod quicumque fecerit, quo minus possessiones alicuius laborentur, vel locator puniatur tali pœna, si quis prohibeat laboratoribus ne conducant videtur esse locus statuto, & probata intentio accusatoris. Bart. per illum textum, *in l. 1. §. 1. ff. ne vis fiat.*

61 Statutum dictans, quod propter negligentiam non locantium possessiones, Massarius communis eas locare possit, debet de negligentia constare, & quomodo, Zabar. *conf. 44. & 55.*

62 Statutum disponens, vt nullus clericus possit locare sine consensu episcopi, si episcopus consentiat, dicitur satisfecisse statuto, Panor. *conf. 81. vol. 2.* Io. Andr. in reg. qui facit, in Mercurial. Alex. commendat *in l. 1. §. sunt quæsitum, col. penult. ff. ad Trebell.* Ias. *in l. is qui hæres, §. ne que, nu. 20. ff. de acq. hæred.*

63 Statutum disponens, quod locatores non possint vendere fundum, vel domum nisi prius requisiuerint conductores, talia verba operantur, vt etiam secuta traditione, & contractu, non transferatur dominium nisi facta denunciatione, Alex. ad Bar. *in l. 1. §. 1. ff. de actio. empt.* dicens talia statuta vigere in multis partibus Italiæ, & ob id menti tenendum per doctrinam, Bart. *in l. cum lex, nu. 7. ff. de fideiuss. in l. si ita quis, §. ea lege,* vbi Ias. *nu. 37. ff. de verb. obligat. in l. vniuersa,* vbi Ias. *de commun. nu. 7. C. de præcib. Imper. offeren.* Tiraq. *in præfat. retract. lignag. sub nu. 15.* dicens tale statutum vigere Ferrarien. And. Gail. *lib. 2. obseru. cap. 19.*

Et si sint duo conductores, & vnus renunciat iuri suo, alteri non præiudicat. Alex. *conf. 126. vol. 5.*

64 Statutum de conductore non solum verificatur in conductore domus, sed quocumq. conductore, Alex. *conf. 10. vol. 3.*

Conductor stationis discedens, si de mandato superioris, alius eam conducit, an incidat in pœnam statuti prohibentis conductionem fieri de statione, Anch. *in c. 1. q. 14. de constit. conf. 154.*

65 Statutum puniens intrantem possessionem alterius intelligitur de intrante per dolum, vnde non comprehendit operarium, vel conductorem, Anchar. *in c. 1. q. 14. de constit.*

66 Decretum Mediolani, quod nullus familiaris Principis, vel frater, aut domesticus, possit conducere vectigalia, alias præsumatur, quod quis conduxerit vt socius, vel interposita persona familiaris illius, & hæc præsumptio est iuris, & tollitur probando inimicitiā cum tali familiari. Boll. *de conduct. vectigal. nu. 5. & 7.* Menoc. *de præsump. lib. 1. q. 65. nu. 8. vers. septimum est exemplum.*

67 Statutum disponens, quod appellans debet salariū depositare infra tres dies, intelligitur si fuerit interpellatus saltem a iudice. Rui. *conf. 26. nu. 8. lib. 4.*

68 Statutum disponens, quod coloni clericorū, vel laicorū possint renunciare, iuri conductionis non valet vti contra libertatem ecclesiasticā. Soc. *conf. 55. col. 2.*

ADDITIO.

☞ *Addo conf. Bart. 187. quem sequitur Dec. in Authent. cassa, nu. 17. C. de sacros. eccles. Statutum quod pro omnibus redditibus soluatur gabella, nō comprehendit eum qui locauit fundum pro censu secus, si colonus soluit pro frumento, Bar. in l. vlt. §. 1 notiens, nu. 5. ff. de public.*

De precario.

1 Quæro, an in simul concurrere possint precariū, & conductio, & vtique non, cum ex conducto non transferatur possessio, & per precarium transferatur saltem naturalis, *l. si quis ante, vbi not. ff. de acqu. possess.*

2 Declaratur, si in eodem instrumento apponerentur precarium, & conductio, nam ad tollendam contrarietatem intelligitur, quod ex precario non transferatur possessio, *l. nondum, §. fin. ff. de vsuc.* Bartol. *in l. interdum,*

terdum, ff. de acquirend. possess. Alex. consil. 121. colu. 1. vol. 1.

3 Pariter si in eodem actu, & instrumento fiat precarij mentio, & conductionis, & nominetur pretium detracta precarij denominatione erit simplex locatio. Iac. Menoc. de arbit. iudic. q. 7. num. 23.

4 Declaratur secundo, quando vterque actus sit ex causis voluntarijs, secus si ex causis necessarijs. Ias. in d. l. si quis, ante, nu. 7. Et per modum corollarij infertur ad l. non solet, ff. loc.

5 Prima sit conclusio ad l. non solet, ff. loc. per locationem non transfertur dominium, l. non solet, ff. loc.

6 Ampliatur, vt nec possessio transferatur, siue ciuilis sit, siue naturalis, l. non solum, §. quod vulgo, ff. de vsucapion.

7 Ampliatur secundo in conducente rem simpliciter a non domino, nam ex simplici conductione non facit eum dominum, neque possessorem, l. si aliquam rem, cum ibi no. ff. de acquiren. possess. posui superius in verbo res propria.

8 Limitatur primo in simplici detentatione, quæ in colonum, vel conductorem transfertur vt notatur in d. §. quod vulgo, & dixi ad materiam l. 1. Cod. commun. de vsucap. & faciunt quæ dixi part. 7. concl. 48.

9 Limitatur secundo, vt locator retineat possessionem ciuilem pro se in animo suo, naturalem per colonum, vel conductorem, vt no. in d. l. 1. C. commun. de vsucap. de qua suo loco dicam.

10 Ampliatur hæc ampliatio ad materiam d. §. quod vulgo, vt sine causa iusta, & legitima colonus mutare non possit possessionis titulum in præiudicium domini locatoris d. §. quod vulgo.

11 Concurrente autem iusta causa potest data scientia domini, qui mutet conditionem, & efficiatur puta rebellis, & hoc colonus vere sciat. Ruin. consil. 147. num. 10. vol. 1.

12 Et sic habetur declaratio ad dict. §. quod vulgo, vt procedat ex iusta causa, & legitima scientia.

Limitatur tertio in conductore ad longum tempus in quem transfertur possessio, & vtile dominium, vt suo loco dixi.

13 Limitatur quarto in casu legis, in naue Saufeli, ff. locat. vbi habes textum magistralem de duplici specie locationis, secundum vnam possessio, & dominium transfertur, & secundum aliam non, & ibi in creditũ ire, idest dominium transferre, prout not. Hotoman. in commentar. verb. iuris in verbo, credendi.

14 Et circa intellectum verborum in d. l. in naue Saufeli, argentum pustulatum a Suetonio pro purgatissimo, & excoctissimo, sicut aurum obrizzum a Græcis multipliciter excoctum, & hoc apustula, quæ in argẽto cælato in asperdinem quandam excisa videtur similis illis postulis, quæ ex verruca, vel sudore nascuntur. Columel. lib. 7. c. 5. est etiam insatiabilis ignis, quem postulam vocant. pastoratum legunt, & multi pastellatum, hoc est informe, atque infectum, cuius verbi origo æque obscura est, postulatum reponit Alciat. quod tanto viro indignum videtur. de postulato videtur verior lectura, Martial. lib. 7. nulla venit a me argenti tibi libra pustulati.

15 Limitatur quinto d. l. non solet. in casu legis, item si pretio, §. 1. ff. locat. ex quo etiam contextu habetur, quod diuersis respectibus idem locator pariter, & cõductor dici potest, nec hoc est alienum.

16 Limitatur sexto, nisi præcesserit contractus de cuius natura transfertur dominium, & possessio, puta si vendo, postea incontinenti reconduco. Castren. in d. l. non solet, per l. quisquis, C. de vsufruc.

17 Et sic habetur ampliatio ad l. quisquis, C. de vsufruc. vt procedat etiam in conductione post venditionem, vel similem contractum translatiuum dominij. bonus textus in leg. quædam mulier, ff. de rei vendicat. glos. in §. interdum, in verbo, nuda, Institut. de rerum diuis. Castr. in l. Pomponius, versic. prædicta, ff. quemad. vsusfruct. amittatur.

Sublimita in ecclesia, nam conducens scienter rem propriam ab ecclesia præsumitur ei donare Rip. in l. si aliquam rem, nu. 36. ff. de acquir. possess. & sic habetur ampliatio ad l. fin. C. de sacros. eccles.

18 Infertur limitatio ad l. 1. C. de dot. promiss. concurrunt enim duo specialia ex diuerso fonte nata, nam in hoc casu præsumptio donationis causatur a scientia facto conducentis: dominij translatio causatur fauore ecclesiæ.

Quæ iungi possunt ad ea, quæ posui in conductione rei propriæ ad l. si aliquam rem, ff. de acquir. possess.

19 Limitatur septimo in materia l. Redemptores, ff. de rei vendicat. nam ædificans in solo conducto transfert dominium ædificij in dominum soli, & dici posset non procedere ex natura locationis in se, sed quia ædificium cedit solo.

20 Et ex prædictis infertur, quod si in aliqua sententia dicatur, quod fictuarij, & conductores recognoscunt talem in dominum, per hæc verba censetur translatũ dominium. Vincent. de Anna. allegat. 104. sub nu. 13. versic. tertio facit dictum.

21 Infertur secundo ad vnum in facti contingentia in hac locati & conducti materia, quis in testamento legauit apothecam fabraciæ, si tamen exercebit illã artem, ille effectus bannitus conduxit institores, qui exercuerunt, an debeatur legatum.

Vtique sic, quia conductor domino possidet, vt dictum est, & ponit Firmian. in verb. possessio, apud quos, in verbo colonus, & in verbo, conductor.

22 Pariter si famulus, vel colonus dicat, equus est meus, non ex hoc est dominus, Bar. in l. quintus, l. a secunda, §. argento, nu. 8. ff. de auro, & argento legato, Aret. de iur. natu. in prin.

23 Et sic possessoris appellatione conductor continetur, nisi largo sumpto vocabulo possessio, pro detentatione capiatur. Alex. in l. 1. col. 6. vbi Rip. n. 31. Alciat. nu. 31. ff. de acquir. possess. Rip. in rubr. de caus. & possess. & proprie. n. 36. in verbo, detentatio, late Anton. Ciofi. cons. 89. n. 10. p. 2. per l. 1. in fine. Corbo. de iure emphyt. ampliat. 39. nu. 37.

Alex. in l. si quis ante, nu. 2. ff. de acq. poss. Salic. in l. 1. nu. 1. C. de vsucap. Ias. in l. naturaliter, num. 5. ff. de acquir. poss. Corn. cons. 40. nu. 6. lib. 4. Hippol. Rimi. cons. 17. nu. 25. vol. 2.

24 Vnde statutum de possessore loquente non cõprehendit conductorem. Aret. in rubr. de acq. poss. Rebuf. in concordant. de colla. §. volumus. Curt. iun. cons. 108. nu. 27. Contard. ad Aegidian. limit. 1. nu. 25. Mago. Rot. Lucan. 51. nu. 22.

25 Et sic detentor is dicitur ad l. ex conducto, ff. locat. qui nudo facto insistit rei corporali gratia custodiæ, & conseruationis, vt declarat gloss. in l. 3. §. ex contrario, ff. de acquir. possess. clare. Rip. in rubric. de causa

possessio-

possessionis, & proprieta. num. 26. versicul. detentatio, vbi etiam dicit esse quid facti ex *l. stipulatio ista, §. hæc quoque, ff. de verbor. oblig. & l. ex conductio, ff. locat.* & solet occupatio appellari cum solo corpore quis rei insistat, vt docuit Francis. Connan. *lib. 3. commentar. ciuil. cap. 10. num. 8. ex text. in l. possessionem, ff. de acquir. possess.* Menoch. *in 10. remed. recuper possess. q. 5. num. 26.* quæ omnia deseruire possunt in conductore, colono depositario, commendatario, & similibus detentationibus.

QVÆSTIO II.

PRædo locauit, an impediri possit ne sibi soluator pensio a vero domino, & vtique non, sed cogi poterit conductor soluere pensionem, vel naulum prædoni locatori. Bene verum, quod prædo est ipsi domino obligatus. Stracch. post alios *de merca. tit. de nau. n. 28.* vbi declarat id verũ, si conductor bona fide soluit ignorans ipsum esse prædonẽ, & putans verú dominum, vel hæredem, secus. n. si sciuisset prędonem. Bal. *cons. 476. n. 4. vol. 1.* Dec. *cons. 407. visis, nu. 1.*

Et sic regula, quod prædo manutenendus est, procedit in contractu locationis & conductionis.

QVÆSTIO III.

1 QVæstio fuit apud Bald. in facto agitata, si quis locet rem, vel possessionem aliquam nomine meo, & ego postea ratifico, an pręsumatur locatorẽ retro nomine meo possedisse? & consulendo tenuit quod non, *cons. 386.* in fina verbis, quem sequutus est Boui. *de statutar. præscript. 10. glo. 21. num. 41.*

2 Comprobatur vltra eum ex reg. quod ex puris contingentib. non infertur, *l. non hoc, C. vnde legitimi.*

3 Secundo vltra eum comprobatur, quia qui hodie possidet, non pręsumitur olim possedisse. Bal. *in l. ex persona, C. de probat. cons. 14. vol. 1.* Ancha. *in reg. semel malus, lib. 6.* Floria. *in l. non est necesse, C. de prob.*

4 Declaratur præsens Bald. resolutio, nisi ex facto de præsenti possimus arguere in præteritum.

Vnde probato dominio de aliquo tempore, & de possedisse de pręsenti per locatorem præsumitur retro possedisse, quia videtur legitima causa, quod qui fuit dominus olim possederit, argum. *l. Procuratorẽ. C. de acquir. poss.* Bal. *in l. vnic. num. 5. C. de senteut.* quę pro ea. Alciat. sub aliqua cogitatione dubitationis reputans hoc notabile, *reg. 2. præsumpt. 21. num. 15.* conferunt adducta per Alex. *cons. 81. col. 2. lib. 7.*

QVAESTIO IV.

1 QVæstio fuit in sacro Rot. auditorio, an locatio reddat possessorium iustum, & fuit resolutum quod non ex hac potissimũ ratione, quia non ordinatur nisi ad qualem possessionem. Bal. *cons. 350. vol. 10. lib. 1.* Contard. ad Aegidian. *limit. 21. num. 30.*

QVAESTIO V.

QVæro, ad regulam de publicandis resignationibus, an ex locatione beneficij præsumatur collatio, vel prouisio, vtique sic. Rebuff. in praxi beneficiorum, regula de publicandis *glos. 1. vers. ratio huius regulæ*, reputans in practica beneficiali valde notabile. Facit cap. vestra, cum ibi not. de locato, & & ratio, quia alias locãs pręsumeretur intrusus, quod in dubio non præsumitur, *l. merito, ff. pro socio, regula, Eslote.*

De iure congrui.

QVæro, an in contractu locationis & conductionis habeat locum ius congrui.

1 Videbatur quod non ex his, quæ superius diximus *ad l. non solet, ff. locat.* & sic non transfertur dominiũ, neque possessio, & consequenter non potest habere locum ius congrui.

2 Contrarium est verius. Afflict. *de iu. protomis. n. 25.* maxime in locatione ad longum tempus, per quam transfertur vtile dominium, vt ibi per eum, *num. 38.* Tiraq. *de retrac. lignagier. §. 1. glo. 13. num. 79.* tetigi in verbo, solitum, videas, vbi de constitut. Gregor. & similibus. Francis. Veggi. *cons. 2. num. 8.* Buri. Borg. *ad decis. post 1. in verbo, ius congrui. limit. 7.*

De iure congrui.

NOtabilis, & practicabilis est quæstio secundũ Roch. inferius allegandum, an conductori cõpetat ius præsentandi.

1 Et videbatur quod non, ex rationibus alias allegatis *de l. non solet, ff. locat.*

2 Contrarium est verius in conductore ad longum tempus. Castrens. *cons. 57. col. 1. vol. 1.* sequitur Pelin. *in cap. cum Bertoldus, col. penul. de re iudic.* & hæc est magis communis opi. Roch. *de iur. patronat. in verb. is a quo, nu. 58.* dicens hanc quæstionem notabilem, & practicabilem, *vbi num. 59.* dicit consuetudinem in hoc præcipue attendendam. Vincen. de Anna. *al. leg. 109. num. 3.*

3 Ius igitur patronatus de per se locari non potest, venit tamen in conductione generali, vt no. in ca. ex litteris, de iure patronat. Lambertin. *de iur. patron. lib. 1. par. 2. q. 8. princ. art. 8.* Ioseph de Ludouic. *concl. 52. colum. 25. versic. ampliatur*, vbi de magis communi. Nico. Moaz. *in titul. locato, rubric. de reb.* quæ locari possunt, *num. 9.* vbi modificat ad locationem modici temporis.

4 Et locatio bonorum iuris patronatus, non potest hodie fieri compatronis ad tollendam suspicionem fraudis. Borgni. *decis. 37. num. 30. part. 2.* attestans per Summum Pontificem ita fuisse declaratum.

De difformitate.

LOcator tentans vendere rem locatam valet ostendere emere volenti, conductor recusat, an eo inuito ostendere possit.

1 Primo videbatur dicendum conductorem non esse tali molestia afficiendum ingrediendo domum, & cameras ipsius, ex quo res immobilis per se patet, & se ipsam exhibet, *l. 2. C. quibus, & 4. pars, Authent. dos data, C. de don. ante nup.*

2 Pro contraria parte facit *l. si ita, §. si dominus, ff. de vsu, & habitat.* Secundo pro hac parte facit *l. 1. §. quod ait, ff. locat.*

Et hanc opinionem dixit veriorẽ Bart. *in l. quamuis, in fin. ff. de pig. act.* ex cuius doctrina colligitur, aut

sumus

Digitized by Google

sumus in re mobili, & exh benda est data cautione Authent. *hoc ita, C. de pig. l. a dino Pio, §. quod si res, ff. de re iud.*

3 Vnde tractari posset ad propositum materiæ locati & conducti, si dedi tibi equum ad vecturam, postea se offert occasio vendendi offerenti bonam conditionem, quod conductor cogitur exhibere, & præbere pariter occasionem inspiciendi.

4 Pariter dici posset de rebus mobilibus in illis, in quibus locatio consistit, vt suo loco diximus. Aut sumus in re immobili, & tunc aut in prædio rustico, & de per se patet. Vnde non fit iniuria colono, si inspiciatur prædium vendendum, ne aliquo damno afficitur, aut sumus in prædio vrbano, & cogitur permittere vt inspiciatur.

5 Et sic patet responsio ad contraria distinguendo modo, quo supra. Firmia. *in verb. domus locata.*

Et si res conducta bene visa vendatur, quomodo pensio diuidatur, posui suo loco.

QVAESTIO II.

1 Locasti mihi rem alienam, quæ pendente locatione est effecta mea, quid agendum? vtique plura competunt remedia: nam locatori datur actio ex locato ad pensionem pro præterito tempore, *l. si quis fundum, §. fi. ff. locat.*

2 Datur secundo loco exceptio, si pensio petatur tẽpore futuro, *l. quoties, §. colono, vbi nota, ff. de vsufr.*

3 Tertio datur actio ex conducto ad conficiendum instrumentum quietationis, *l. & ego*, vbi Bart. *ff. loc.*

4 Practicando igitur habemus ex prædictis cautelã quod licet ex aliquo actu liberatur ipso iure, tamen agere potes, vt fiat instrumentum quietationis.

5 Quarto dabitur remedium, *l. si quis conductionis*, ad traditionem possessionis, vt ibi *gl. animaduertit.* Et prædictis adde Ias. *cons. 158. in fin. lib. 2.* Contad *d. l. diffamari, ampl. 17. num. 14.*

6 Si tamen conductor a locatore emat, tenetur ad integram pensionem, donec precium soluat. Bart. *in l. si quis fundum, § fin. in l. sicut, §. fin. ff. locat.* Vnde bonum est locatori quanto citius precium soluere.

QVAESTIO III.

Pulchra est quæstio. Conduxi fundum pro certa quantitate vini, grani, vel olei, volo respondere in pecunia, nunquid possum?

1 Videbatur quod sic. Nam si res locata euincatur, cogitur conductor recipere rem æque commodum, vel idoneam, prout superius in titulo de euictionibus & propterea Ias. *in l. 2. §. mutui datio, limitat. 19. ff. si cert. petat.* ponit hunc casum pro limitatione ad reg. aliud pro alio inuito creditore solui non posse.

2 Secundo pro hac parte facit: nam obligatus ad pignus, per fideiussionem liberatur, *l. qui autem, § sed & fi. ff. de const. pecun.* vbi in practica dicit notandum, Pau. Castrens. contra Cin. *in l. 2. C. ad l. Aquil.* vt procedat libellus, peto vt mihi restituas boues meos, vel æque bonos. Sequitur Imo. *in cap. 1. de commodato*, vbi econtra tenet quod si tu petas a me boues offerendo æque bonos, sum liberatus, nec poteris dicere replicando, ego volo precium.

3 Licet secus in fideiussore iam dato, & per creditorem acceptato, de quo mutatio fieri non potest creditoris consensu non accedente. Bal. *ad l. si pater, C. de collat.* Mari. *de fideius. q. 30.*

4 Pro contraria parte facit *l. domini prædiorum, Cod. de annon. & tribut. lib. 11.* vbi de fructibus in soloconducto recollectis facienda est responsio domino locatori, & ibi Bart. dicit hanc opinionem veriorem commendat pro notabili. Petr. de Rauen. *singul. 22.*

5 Tenetur igitur colonus respondere domino de rata fructuum, & hoc non sufficit, sed debent esse fructus recollecti in fundo conducto ad laboritium, & ratio fortasse assignari potest, vel ratione affectionis quia magis proni sumus ad fructus in nostro recollectos, & amari videntur dulciores, præsertim si sit fundus ab antiquo de familia a proauis, vsq; ad pronepotes iuxta *l. lex*, quæ tutores, cum ibi no. *ff. de administ. tut.* vel in signum cuiusdam (sic. n. loquor) veritoris secundum nõ possessionis: nam si respondet de ijsdemmet fructibus, quæ in solo per nos locato collecti sunt, videtur verius signum, quod colonus possideat nobis, licet omnis recognitio per se sufficiat.

6 Sed pone hic vnum in practica quotidianum. Colonus, vel conductor an sit liberatus, si in illo anno non nascantur fructus, vel supplere debeat de anno sequenti. Distinguendum est cum Papiens. in forma libelli ad ficti præstationem, *num. 16.* Aliquando fundus ponitur ad solam designationem, & tunc non liberatur, sed suppleri debet ex alio fundo, vel alio modo, l. quidam testamento, *ff. de lega. 1.* Aliquando fundus ponitur ad taxationem, & est vnica præstatio tãtum, & tunc aut fundus fuit taxatus simpliciter, puta promitto decem ex fructibus huius fundi, vel ponendo vocabula, & consimia, quod idem est, & tunc supplebitur in anno sequenti. Aut fundus fuit limitatus per modum conditionis puta decem cados vini de eo, quod nascetur ex tali fundo, non nascendo non tenetur aliunde supplere, *l. si debitori, §. verisimile, ff. de contrahend. empt.* Si vero in promissione sunt plures præstationes puta decem annua, & tunc supplebitur in sequenti, *l. legatum, §. vini, ff. de annu. lega. l. cum tres. tus, ff. de tritic. lega.*

7 Tota igitur vis consistit in verbis, an importent formam, vel simplicem demonstrationem, vel quid aliud simile.

8 Et sic per discursum colligitur in hac locati & cõducti materia, quod sit compensatio temporis, & hoc dupliciter contingit: vel in operibus, & seruitio præstando, puta si famulus ex infirmitate, vel alio legitimo impedimento non potuit seruire tali anno, restauret in alio, prout dixi suo loco in verbo, famulus, vel infructibus, prout iam diximus.

QVAESTIO IV.

Nascitur quandoque, & alia difformitas in hac locati & conducti materia. Conduxi equum pro decem tantum dietis, & illis dietis fuit seruitium pro viginti, debebitur ne salarium duplicatum, sicut
1 duplicatum successit? breuiter sic, *gl. singul. in l. eos, in verbo, conuenit, ff. de fals.* quam singularem dixit Amanel. *de claris aquis, singul. 157.*

Posset fortasse hoc etiam applicari ad famulas, nec non alia seruitia.

De

De cessione.

COlonus partiarius contraxit multa debita cum domino, & tempore solutionis non habet vnde soluat, admitteturne ad cessionis beneficium; Quęstio ista pēdet ab illa, an partiarius sit socius, de qua alias diximus, , & quam maxime in tractatu remissionis mercedis, & alijs in locis.

1 Vnde omissa pro nunc dispositione, cum hæc pendeat ab illa, & Fulgos. tenuit quod sic, ęquiparans eū socio *in l. si merces, §. vis maior, ff. locat. vbi text. principalis in hac materia*, dans etiam vti socio priuilegium, ne conueniatur vltra quam facere possit.

2 Idem tenet Angel. de paleis, & oliuis. *col. 3. vers. ad tertium respondeo.* Petr. de Vbal. *de duob. fratribus, par. 10. q. 9. nu. 10.* Cremens. *singular. 166. in suis,* Corsett. *in singul. suis, in verbo, colonus 2.*

3 Limita, nisi de debito constet per publicum iuratum instrumentum, quia non admittitur propter periurium. Capell. Tholos. 258.

4 Limita in debito dolose contracto, Bru. *decis. bonorum, q. 334. q. principalis.*

5 Quæstio hæc formata per Bru. *in citato loco*, restrinxit se duob. modis, & primo restrinxit se in partiario tantum, quid igitur dicemus in alijs conductoribus ad partem fructuum socialiter non respondentibus?

6 Secundo restrinxit se ad debita contracta per colonum cum domino suo, quid in debitis contractis cum alijs dominis?

7 Quis vero proferatur, posui in titulo de inuectis, & quod pręferatur dominus patet pro indubitato. Tib. Dec. *cons. 50. nu. 30.* quia respondetur, *lib. 3.*

Cui addo bonum textum *in l. etiam. ff. qui potiores in pignore habeantur,* Rip. *in l. priuilegia, nu. 36. de priuileg.* creditorum, & repetam suo loco in materia prælationis.

8 Illud non omittam materias non separando, & ad propositum materię cessionis bonorum, & locati & conducti, quod cautela est pro creditore, quod debi-
9 tor antequam dilationem quinquennalem repetat, vel se ad cessionem bonorum præparet coram iudice instet debitorem cogi ad operas præstandas, & ei seruire, ex computando debitum pro rata cuiuscunque diei, computata mercede debitoris, & sic ratione cuiusdam tacite legalis locationis, & conductionis, donec de debito satisfiat, gl. Bar. & Ang. *in l. pro hærede, §. quid tamen, ff. de acquir. hæred.* Bald. *in l. final. Cod. de postlimin. reuers. in l. 1. post princip. Cod. qui bonis cedere possunt.* Bertach. *in verbo pauper, vers. 18.* & ita Romæ obseruatum testatur Brun. *de remis. bonorum, quæst. 6. principal. sub numero 9.* Soarez. *ad l. 2. for. titulo de bis gener. art.*

10 Et sic habemus aliam speciem locationis tacitam legalem & coactam, in qua liber homo cogitur seruire, & præstare operas etiam inuitus, & nō pro vno die tantum, sed donec integraliter creditori satisfecerit, ne cum damno creditoris pauper sit iam effectus.

11 Quid si nobilis, & summo genere natus sit debitor ignobilis, & vilioris personæ? quid si rustici?

12 Ex hac tamen quæstione, & eius discursu colligitur ampliatio *ad l. diuus, ff. de regul. iur. & l. sunt, ff. de re iudic.* vt procedant etiam in colono partiario, qui non conuenitur, nisi in quantum facere potest, vt patet ex supradictis.

QVAESTIO V.

Circa Prælationem.

ET postquam in hac cessionis materia occurrit materiam anterioritatis non separando materias, ponam aliquas conclusiones.

1 Prima sit. Creditor in pignore præfertur omnibus alij, si quæ ei alimenta fecit, vel præstitit, vt vidimus superius in verbo creditor.

2 Secunda sit conclusio. Locator præfertur alijs creditoribus, in re locata, si sit ad conseruandum, distinguendo, prout in tit. de inuectis, & illatis, & mutuantor tamen pro seminando colono, præfertur anteriorib. Papiens. *in actio. hypothec. in verb. sub ordo, nu. 12.*

3 Tertia similis sit conclusio. Locator in fructibus sibi tacite obligatis præfertur, prout dixi superius in quęstione cessionis.

4 Quarta sit conclusio, in animali dato in custodiam, vel sequestrum, pro alimentis, & mercede custodiæ, custos præfertur quibuscunque alijs etiam anterioribus creditoribus etiam habentibus expressam, & licita est retentio. Negusan. *de pignorib. in 3. memb. 6. partis, numero 14.* Alcia. *de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 13.* Menoch. *de recuper. possess. remed. 11. numero 8.* Plo. *ad l. si quando, nu. 874. C. vnde vi,* Gig. *de pens. q. 30. num. 10.* Nat. *cons. 536. nu. 8. 9. & 10. vol. 3.* Roman. *sing. 336. malæ fidei.* Borg. *late decis. 23. nu. 32.* dicens ita in facto iudicatum pro custode fructuum, camperijs, pecorarijs, & vaccarolis.

Item Borgn. *decis. 44. nu. 46. & 47.* Decia. *cons. 109. num. 3. vol. 2.*

5 Quinta sit conclusio posita in tractatu melioramētorum, & expensarum. Conductori pro laborerio, melioramentis, & expensis licita est retentio, immo præfertur quibuscunque etiam anterioribus, vt ibi late diximus.

6 Sexta sit conclusio ad regulam. Prior in tempore, vt procedat nedum debito principali, sed etiam in accessionibus, & pensionibus, vsuris, & interesse. Ripa *in l priuilegia, ampliat. 8. nu. 9. de priuileg. cred. per l. insulam, ff. qui potio. in pignor. habeantur.*

7 Septima sit conclusio. Mulier habens expressam præfertur locatori anteriori habenti tacitam, secus si locator haberet anteriorem expressam, quia ei mulier non præferetur, *gloss. in l. assiduis, C. qui potior. in pignor. habeantur*, vbi Bart. dicit ita de consuetudine seruari, & hęc est magis communis opinio teste Ias. *in l. 1. ff. solut. matr.*

8 Ampliatur ad propositum materię locati & conducti, vt procedat, si post instrumentum mulieris in hypotheca expressa posterioris fieret instrumentum calculi inter locatorem, & conductorem eum hypotheca, quia ad hoc est locus prælationi pro locatore, quia in hoc vltimo censetur repetita prima hypotheca, *l. emptor,* vbi Bart. *ff. de nouat.* Aret. *in §. fuerit, col. 5. de act. commen. in pract.* Bello. *cons. 87. num. 16.* vbi in facto ita consuluit. Notabilis sane est practicando iste casus, procedunt enim sæpius instrumenta, & per lōgum temporis spatium post alia confecta instrumēta fiunt calculi, & noua instrumenta, ratione dicitur quod prioritas durat, & semper habet relationem ad primumum instrumentum, a quo calculus dependet.

De

Digitized by Google

De professoribus.

IAm quod in proxime procedentibus tractauimus prçlationis,& anteriotitatis materiã coniungendo materias prosequemur materiã alterius prçlationis circa conductorẽ,& fabru,quis ex eis præferatur.

1 Quæro igitur, nunquid doctor expellere possit fabrum malleantem prope ipsius domum conductam, vel propriam.

2 Primo videbatur dicendum,quod non, *ex l. quæro, ff.de iure patron.& l.fin.ff.de obseq.*a liberto præstandis,in quibus iuribus cauetur, quod nemo prohiberi potest vti arte sua.

3 Confirmatur hæc prima ratio, vt vera sit, siue quis exerceat artẽ licitam,prout faber in casu nostro,siue artem illicitam,vt per Alberic.*post glos.in l.libertis,in l.medicus, ff.de oper.liber.in l.1. C.de postulando.*

4 Cum igitur quis prohiberi non possit in arte illicita, quanto minus prohiberi poterit faber ob vtilem, necessariam,& liberam?

5 Hinc postea in facti contingentia dixit Bald.*consil.* 163. quatuor sunt *lib.2.* quod vnus cerdo non potest prohibere alium cerdonem ne exerceat artem suam etiam penes ipsum.

6 Secundo pro hac opinione negatiua facit,quia prçuilegium, & concessio intelligitur sine præiudicio alterius, *l.2.§.merito,ff.ne quid in loco publico, l.impuberi, ff.de admin.tut.l.nec auus, C.de emancipa.liber.*

7 Et hoc est adeo verum, vt potius præsumatur falsitas,vel circumuentio,quam velle tertio præiudicare.Roman.*cons.*436.*col.*5. Ias.*in l.si testamentum,C.de testamen.*late Felin. *in c.olim,de re iudic.* Alciat.*reg.*3. *præsump.* *c.num.* 10.*per l.1.C.de petit.bon.subla.lib.*10.

8 Addo pulchre Rip.*in cap.2.nu.*32.*de rescript.*igitur priuilegium doctoris, vel scolaris fabro nocere non debet.

9 Stringitur vlterius hæc secunda ratio, vt si princeps in rescripto expresse apponat, non obstante præiudicio tertij, adhuc intelligitur præiudicasse in leuibus tantum, & minimis, non autem in grauib.*gl.in l.sed cum hærede,ff.ad Treb.et in cap.cum olim,in verbo præiudicium,de consuetudine.*Card.*in c.mandatum in 7.notab. de rescript.*Fel.*in cap.super eo,de rescript.*Ias.*in l.fi.C.de constitutio.princip.*

10 Multo minus in casu nostro,vbi fabro,& eius exercitio non in minimis,sed in magnis præiudicasse censetur: fortasse enim ratione loci multum lucraretur, vel prohibitus multum perderet, prout experientia docet,& maxime attenta qualitate fabri, qui vt plurimum est persona vtilis, & pauper.

11 Tertio pro hac parte facit. In suo licitum est facere dummodo non immittat in alienum,*l.sicut, §.Aristo. ff.si seruit. vendicetur,* sed faber nihil immittit in alienum, in propria enim exercet officina, oculos ad ignem in hieme,& çstate exercendo, & aures ad molestas,& assiduas pulsationes accommodando, merito,&c.

12 Quarto pro hac parte facit ratio a Vaconio Phylosophyce excogitata,nã (inquit ille) dignor es causa fabrorũ,vti artificũ, quam doctorum.artifices namq; pars sunt ciuitatis,vt per Aristot.in 2.Politicorũ.Doctores autem minime,cum etiam illiterati Ciuitatem gubernare possint,vt nota.*in l.tertii iuris,Cod.de iudic.*

13 Et hanc partem negatiuam per hanc rationem tenuit Vacon.*lib.1. declarationum,c.21.nu.6.*

14 Contraria itaque est opinio affirmatiua,vt doctor fabrum malleantem expellere possit.

15 Pro qua opinione est in argumentum text.*in l.ædificia, C.de oper.public.* vbi ratione conseruationis publicæ vtilitatis remouentur omnia impedimenta publicis ædificij.Doctori igitur fabri fastidiosa impedimenta remouenda sunt.

16 Secundo pro hac parte facit text.*in l.1.ff.sol.matr.* publice enim interest ciuitatem habere doctos viros.

17 Tertia pro hac parte facit aliquantulum text. *in Cano.percipimus,* 17.*q.*2.

18 Et hanc partem affirmatiuam tenuit Bald. *in l.1. ff.solut.matrim.nu.*30.vbi Roma.*nu.*13. Din.*colum.*1. *circa medium.* Iacob de Aret.*num.*8. Bal. *col.antepen. vers.nota.sicut publica.*Alex. *numer.*51. Socin.*num.*64. Iason *num.*49. Alciat.*nu.*51. Parpal.*numer.*44. Ripa, *nu.*27.Ponta.*num.*85. Visitan.*numer.*185. Socin.iun. *nu.*282.*&* *num.*273. Angel.Clar.de Sentello, & Vincen.Herecula. *in fin.*Specul.*in tit.de ferijs, §.sequitur, numero* 4.*gl.fin.in fi.l.vnic.C.de stud.libera.*Vrbis,Romæ,*lib.*11. & ibi Ioan.de Plat.*numero* 5. Luc.de Penna,*num.*7.late Petr.Engleber.Ioa. de Plat. *in l.cum filios,num.*1. *versicul.hinc est, C.qui ætate,lib.*10. Imol. *in cap.vestra,de locato.*Vincent.Herculan.*in l.in executione,numer.*168.*ff.de verb.oblig.*Veron.*de seruitut. vrba.prædio.capit.*43.*numer.*1. Abb.*in cap.*2.*num.*74. *de iudicijs,*vbi Felyn.*num.*16. idem Abb. *in capit.bonæ il primo,num.*11.*de postulat.prælator.*Dec.*in l.*1.*num.*72.*ff.de off.eius in cap.*1.*numer.*86.*de probatio.* Ioan.de Amic.*cons.*104.*num.*9. Montolc.*in promptuario iuris, in verbo faber.*Petr.Duen. *regula* 289. ita vt de facili asserere, & attestari possimus hanc esse communem opinionem.

Ampliatur primo, vt procedat, & habeat locum nedum in loco vbi doctor legit, vel docet, sed etiam vbi studet.Socin.iun.*in d.l.1.nu.*272.*p.*3.ratio videtur in promptu: nam licet in studio doctor non doceat actu,tamen est in præparatione docendi, nec posset docere nisi prius studuisset,iuxta illud.Haurit aquam cribro qui discere vult sine libro.

19 Ampliatur secundo,vt nedum procedat in Doctore,sed in scholaribus, Bartol.*in d.l.1. ff.solut.matrim. per leg.legatis, §.ornatricibus, ff.de legat.*3. Rebuff.*de priuileg.scholar.priuil.*6.Horat.Lut.*de priuileg.scholar. priuileg.*46.

20 Addo,quod hæc est vera,& communis opin.Ripa in dicto loco.*nu.*144.vbi Soc.iun.*nu.*76.Eman.dicens ex communi hoc verum in quocunque litteratum studioso, *littera F,in verbo faber,nu.*2.

21 Ex quibus corollarie habetur intellectus, *ad l.fina. C.de excusat.artific.libr.*10. vt ibi procedat, quia eadem ratio non militat:si vero eadem militat ratio,eadem procederet decisio.vnde aut priuilegium indulgetur fundatum in ratione peritiæ, & tunc,quia non est eadem peritia in scholare, quæ in Doctore, tunc priuilegium non extenditur,prout in *d.l.*2.aliquando priuilegium indulgetur ratione publicæ vtilitatis, & tunc a Doctore extenditur ad scholares,quia vtrobique versatur publica vtilitas, prout in quæstione,& ampliatione proposita.ita Socin.*in dicta l.*1.*num.*10. vbi Ias.*nu.*47.

22 Secundus sit intellectus,*vt dicta lege* 2.procedat in

priuile.

priuilegijs, in quibus fit stricta interpretatio, vt per Bart. *in dicto §. ornatricibus*.

23 Tertius colligitur ibi intellectus ab Ange. ibi, sub nube quadam, quod illa verba, quia docere sufficiunt ad verbum gaudeant, &c. sed terminatio postea fiat generaliter, & ita sentit Socin. iun. *num.* 276. in fine, dicens hoc verum, & sic incidenter habemus quando in dispositione loquente de Doctore compræhendantur scholares.

24 Ampliatur tertio, vt etiam vnus doctor possit impedire alium doctorem, voce eum, vel quouis alio modo impedientem, vt not. *in l. 1. C. de stud. liberal.* Vrbis Romę, *lib.* 11. Rip. *in d. l. 1. num.* 135.

25 Modifica, vt is semper præferatur, qui est excellentior, vel vtilius legit. Abb. *in c. clerici, de iudi.* notatur, *in c. bonæ. de postul. prælat.*

26 Ampliatur quarto idem esse in scholaribus, qui cantando, pullando, vel alta voce legẽdo, vel quouis alio modo vociferando impedit alium, debet enim vel tacere, vel potest de domo expelli. Specul. *de iudicijs, §. generaliter, versic. hinc est.* Fel. *in cap. fin. circa finem, de iudic.* Angel. *in verbo, locatio, num.* 9.

27 Ampliatur quinto in Doctore, aduocato, & patrocinante, *num.* 27. *in fine.* Guid. Pap. *q.* 88. Tiraquel. *de nobilit. cap.* 29. *num.* 15. Sebast. Med. *de regul. iur. regul.* 5. *num.* 101. vbi & impedimentum remittit iudicis arbitrio. ita Bart. *in d. l.* 1. quem ibi sequitur Parpal. *nu.* 49. per tex. *in l. aduocati, C. de aduoca. diuer. iud.* vbi admodum sublimantur aliena negocia ad suas trahentes molestias, vt laboribus subueniat alienis, secundum Cassadorum.

28 Et illud Hostien. in procœm. suę summæ. Aduocati fideliter exercentes magis merentur, quam fratres prędicatores, sed pondera verbum, fideliter, & sic redditur dubia, Bart. doctrina *in l. medicos, C. de profess. & medic. lib.* 10. quem reprobat Anchar. *in Clement.* 2. *de magistr.* Aret. *cons.* 93. *in princip.* Guid. Pap. *decisio.* 88.

29 Ampliatur sexto ex eisdem rationibus idem esse in medico, ex his etiam, quæ superius diximus in verbo, medico. Soc. *in d. l. 1. num.* 64. vbi de communi. Alciat. *num.* 45. Parpal *num.* 48. Visitar. *num.* 82. Guid. Pap. *q.* 88. Mant. singul. *singul. obseruat. lib.* 1. *cap.* 17. Tiraq. *de nobilit. cap.* 29. *num.* 13.

30 Ampliatur septimo idem esse in infirmo, vel ęgrotante. Lucas de Penna ex communi, *in l. fin. C. de stud. libera. lib.* 11. Eman. Soarez littera l. *num.* 1.

31 Ampliatur octauo idem, & forrasse fortius in iudic. & publico officiali, omnes enim rationes militant, & multo maiores allegatis pro Doctore legente, vel aduocante, & pro scholare, qui ideo studet, vt efficiatur iudex, si principi placebit.

32 Ampliatur nono, vt idem sit, si faber malleatur iuxta ecclesiam, ne diuina impediantur officia. *l.* 1. *§. ius publicum, ff de iusti. & iur.* Ripa. *in d. l. 1. ampliat.* 1. *num.* 131. Parpal. *num.* 49. vbi idem in monasterio. Addo ad Angelic. in *verbo, locatio, num.* 9.

33 Ampliatur decimo etiamsi simul concurrant Doctor, & faber, puta quod vno tempore conduxerint, tamen doctor, & similes præferuntur, quia digniores. Rip. *in d. l. 1. num.* 129. *per l. per maiorem, ff. de iudic. l. fin. C. de ordin. cognit. l. exigend. C. de procurator.*

34 Ampliatur vndecimo, vt dictum de impedimento fabri malleantis procedat, & extendatur ad cuiuscuis generis impedimenta. Rip. *in d. l. 1. num.* 136. Ias. *n.* 47.

35 Ampliatur duodecimo notabiliter etiamsi impedimentum esset pium. Vnde doctor expellere poterit disciplinatos, seu battutos, si impediant. *Ias. cons.* 218. *lib.* 2.

36 Quod sane mature considerandum est, eum pium opus agant. vnde dicit Alciat. *in d. l. 1. num.* 57. presbyteri, & Monachi expelli non poterunt pijs operibus studentes, & videtur dura æquiparatio a fabro mechanico ad pium opus, & cum ratione exercentes, & personas cum capitulis modeste viuentes.

37 Ampliatur decimotertio idem esse si locus erat iã destinatus ad scholas Bar. *in procœm. institu.* commendat Alexand. ad Bart. *in l. vnic. C. de profess. & medic. Vrb. Rom. lib.* 11.

38 Ampliatur decimoquarto, vt nec detur appellatio a tali sententia expulsionis, quæ celeritatem desiderat. Alexand. ad Bartol. *in l. 1. num.* 4. *Cod. de profess. Vrb. Rom.* lib. 10.

Ampliatur decimoquinto, vt in huiusmodi causa procedi possit, & valeat diebus feriatis in honorem Dei. Sicu. *in cap. fin. de iudic.* Aufrer. ad Tholosan. *q.* 156. *in fine.*

Ampliatur decimosexto, vt in casu dubio fiat interpretatio pro Doctore, scholare infirmo, & similibus. Aufr. in citato iam loco.

39 Limitatur primo loco regula, & conclusio supradicta, vt non procedat ratione loci, & consuetudinis. Vnde doctor, vel scholaris non debet conducere domum in via fabrorũ, & vbi solent facere apotechas. Parpal. *in l. 1. numer.* 44. Ripa, *numer.* 130. Abb. *in cap. final. de iudic.* Ioan. de Amic. *consilio* 104. *numero* 9. Emanu. Soarez. *in suo thesau. recept. sentent. littera* I, *num.* 22. *in fin.*

Limitatur secũdo, vt si faber pręuenit doctorem, vel similes, expelli non poterit, si alibi commode habitare potuissent. Et sic duo attenduntur: vnum ex parte fabri, quod est præuentio; aliud ex parte doctoris, & similium, commoditas æqua alterius loci. Rip. *in d. l. 1. num.* 130. *per l. si pluribus, ff. de legat.* 1. & hæc est magis commun. opin. Iaco. Menoc. *de arbitr. iudic. lib* 2. *cent.* 3. *cas.* 237. *num.* 17.

40 Ex quibus corollarie habetur intellectus *ad l. contra pupillum, §. is, qui ad maius, ff. de re iudic.* nam procedit, quando simul tempore concurrant, nam maior potestas præfertur, secus si vnum aliud præueniat, nam non attenditur maius, sed præuentio. Dec. *cons.* 640. *num.* 3.

41 Declaratur hęc limitatio, nisi faber conduxisset in loco solito habitari per Doctores, quia talis præuentio sibi nihil proderit, Alex. *in d. l. 1. nu.* 51. Parpal. *num.* 44. Rip. *num.* 130.

42 Declaratur secundo, si doctor, & similes alibi cõmode habitare non possunt, quia nec isto casu præuentio aliquid operabitur, & hæc est commun. opin. teste Ripa, *in d. l. 1. num.* 130.

43 Et sic tria sunt, priuilegium personæ, pręuentio, commoditas. Primum valet in dubio, & illud attenditur: secundum nihil operatur, sine tertio.

44 Quę commoditas iudicis arbitrio remittitur. Menoch. in citato casu, *num.* 23. bene verum est, quod si vterque faber, & doctor alibi commodè habitare potest, pręfertur doctor, vt per eundem, *num.* 26.

Limitatur tertio in doctoribus, vel scholaribus ve-

re studentibus, alias tali priuilegio non gaudebunt, vt late deducit Menoc. *in citato casu in fine*.

Addo Rebuff. *in tract. priuileg. scholar. priuileg. 3. num. 11.*

45 Declara hanc limitationem, quod si scholaris, & aliqualiter studens, licet parum, dummodo honeste viuat, gaudet priuilegio scholarium. Rip. *in c. 1. nu. 94. de iudic.* Petr. Duen. *reg. 253. in fine*.

46 Ego vltra alios late profitentes in locis superius allegatis addo vnum, quod substãtia, an sit faber prope, vel non, denotat vicinitatem per decem pedes, *l. pen.* & ibi Bart. *C. de aquæduct. lib.* 11. vel per quadraginta pedes, *c. sicut antiquitus 17. q. 4. in terminis* Franc. March. *decis. Delphin. 644. p. 1.*

47 Practicando etiam illud non omittam, quod de facili euenire potest, quod si in loco solito, vbi moratur faber, occurrit infirmitas, potest cogi supersedere in malleando per spatium arbitrio medicorum, qui debent examinari, an vera sit infirmitas data cautione de soluendo interesse fabro. Franc. March *decis. 645.* dicens in facto habuisse.

48 Vnde, dato quod faber sit in loco sibi permisso, infirmitas superueniens operatur prædictum effectum.

49 Illud non omittam etiam vltra alios in supra citatis locis, quod scriptum relinquit ad hoc propositum Marc. Ant. *apothegmat. 181. ad materiam l. ad petitionem, Cod de aduoc. diuers. iud. l. id*, quod scribit Xenophon. *in vita Ciri libr. 4.* quod Persæ mercatorum tabernas longe distantes a nobilium domibus habebant, eorumque præcipue, qui virtutib. dedit, erant ne a vanis, stultique eorum vocibus impedirentur, immo ne vulgaribus, & imperitis hominibus, quibus nihil est insolentius, commiscerentur, eorumque haberent consuetudinem, & bene.

50 Restat modo ad contraria respondere, quibus licet ex prędictis facili responsio pateat, tamen quia in præsenti agitur de fauore doctorum, & studij requie, quę mihi admodum placeat, ad indiuidua breuiter condescendam.

51 Primo igitur modo respondetur *ad l. quæro*, ff. *de iur. patronat.* quod nemo prohibetur vti arte sua, hoc verum sine causa, sed cum causa potest, vt not. *in l. liberti per gl.* & Alberic. ibi, *ff. de iur. patron.* causa autem militat in casu nostro, publica vtilitas, quæ in Doctore admodum versatur, vt dictum est.

52 Et si dicatur, nonne in artifice, & fabro versatur publica vtilitas ex his, quæ ex Vacon. diximus? ad hęc patebit responsio ad allegata per Vacon.

53 Et ex prędictis infertur ad decisionem quæstionis,
54 quę euenit in facto in Ciuitate Pergomi, quod vnus artifex peritus, & magni nominis potest prohibere alios ne tali signo vtantur, nam multi videntes tale signum putant esse factum talis periti, & re vera est alterius, prout occurrit *nelle palle del Melone, & in quelle della Rosa*. ita Bartol. *in tract. de insign. & armis, columna 2. num. 7.* dixit in facto habuisse Alberic. *in d. l. quæro*.

55 Ad secundum de priuilegio sine alterius iniuria respondetur, quod ea, quæ fiunt causa publicæ vtilitatis, licet redundent in alicuius præiudicium, non reputantur iniuriosa, *leg. quod reipublicæ*, ff. *de iniur.* nec potest dici læsus faber, cum etiam ipsę compræhendatur in tali publica vtilitate, *vt not. in c. licet, de reg. iur.*

56 Et sic habeatur limitatio *ad l. 2. §. merito*, ff. *ne quid in loco publico*, vltra Alciat. *regul. 3. præsumpt. 11.* vt non dicatur in præiudicium tertij, si publicę vtilitati principaliter expediat, & priuato in consequentiam noceat, quia hoc essuscatur, cum talis priuatus tanquam vnus participet de illa publica vtilitate, quæ principaliter attenditur.

57 Ad tertiam *de l. sicut §. Aristo.* ff. *si seruit. vendicetur*, respondetur, quod faber dicitur immittere, puta strepitum, quod immittere est secundum Panorm. *in c. cum inter in vlt. notab. de consuetud.*

58 Hinc postea sulphurarij, & pellizarij, qui immittũt malos odores in vicinas domos, possunt prohiberi, ne exerceant illam fętentem artem, *l. 2. §. idem ait, ff. ne quid in loc. public.* Veronen. *de seruit. rustic. præd. rubr. de aggeribus*, Rip. *de remed. præseru. pest. in 3. reseruat. pestis*, vbi multa deducit.

59 Pariter si strepitus impediat vsum vicinæ domus, poterit prohiberi, nec tale impedimentum est absolute verum, sed debet esse considerabile. Nam si tollit somnum vicino non ægroto, nihil est, quia ex assuefactione de facili recuperatur, secus si infirmo, & ęgroto, per ea, quæ superius diximus, & vlterius ponit Luc. de Pen. *in d. l. vni. C. de stud. liberal.* Vrb. Rom. *lib.* 10. ex Veron. *in d. c. de aggeribus*.

Ad quartum respondetur ex Aristot. 4. Politicor. quod hoc priuilegium conceditur doctori, vel scholari, non ratione personæ eorum in se, sed intuitu studij, vt clarum est. Vnde si magistratus faciunt partem Ciuitatis, prout ex Aristotele, concedit idem Vacon. *lib. 1. capit. 30.* in magistratibus causa studiorum cadit cum imperiti, & illitterati magistratus obtinere non possint, *§. 1. Authen. de iudic.* & si quandoque eueniebat quod illitterati transmitterentur de officia exercenda, non iudicabant ipsi, sed eorum assessores periti, & legum professores, & de eorum imperitia, & mala culpa tenebantur, *l. nullus iudicum. Cod de assessoribus, iuncta* leg. 2. & ibi Doctores notant, *ff. quod quisque iuris*.

60 Nec obstat textus *in l. certi iuris, Cod de iudicijs*, in quo Vaconius admodum suam fundat opinionem, nã ibi dicitur, quod miles potest esse iudex inter suos milites tanquã in scientia militari peritus, & de pertinentibus ad artem militarem, quemadmodum Architecti in materia operarum, iuxta illud. Standum est peritis in arte, non tamen ex hoc sequitur, quod illitterati, & imperiti possint in causis ciuilibus iudicandi munus exercere, & ita intelligere videtur Corat. *lib.* 5. Miscellaneorum iuris, *c.* 19. & Rube. Auralian. *lib.* 3. sententiarum iuris, *c. 3.* prope medium. Et vltra eos addi posset, quod ille textus nullatenus, vel parum probat Vaconij opinionem, arguendo a proportione, & quodammodo a fortiori, nam si prouiderunt iura, vt in qualitate arte, & professione ille iudex sit, qui in ea arte peritus est, prout ibi de militia colligitur, & stante regula, quod peritis in arte credendum sit multo magis credendum est hoc voluisse in legali professione, vbi de rebus grauioribus tractatur vel saltem cum peritorum consilio iudicent.

61 Posset etiam dici, quod cum Aristoteles ab eo citatus dicat artifices esse partem Ciuitatis, quod Doctores etiam sunt artifices, cum ius sit ars boni, & æqui, cuius merito quis nos Sacerdotes appellat, *l. 1. ff. de iustit. & iure*, vnde ab Aristot. *c. 8.* Politic. appellatur

rerum

rerum diuinarum procuratio, & ponuntur vti pars, & membra ciuitatis, vel sub sexta parte compræhēduntur, quæ ab Aristotele vocatur iudicium de commodis, & iustis inter ipsos ciues. vnde dicebat Plato (referente Cicerone ad Quintum fratrem) bene institutas, & beatas illas Respublicas, cum docti, & sapiētes eas regere cœpissent, & sicut corpora sine mēbris, ita (teste Cicer.) Ciuitas sine iure, & sine ministris eius. Quid enim iura prodessent, nisi homines in illis assuescerent. Arist. *lib.* 5. *c.* 8. Politi. Et sic incidenter habemus an imperitus, & illitteratus possit esse iudex. Et nota quod a sententia extractionis fabri nō datur appellatio. Bal. *in l. vnic. num.* 9. *c. si de moment. possess.* Ias. *in l.* 1. *nu.* 45. *ff. sol. matrim.* Gramm. *decis.* 58. *nu.* 15. *consi. ciuil.* 1 t t. *in fin.* Menoch. *de retin. remed.* 3. *num.* 844. Contard. *ad Aegedia. q.* 20.

De septimo gradu accidentium.

Imperitia, seu ignorantia, Furtum, Metus, Infamia, Mors, Ascribent in Testamento falsum.

PONam in præsenti gradu accidentium contractui locat operis, & conductionis ea, quę quoquomodo sapiunt delictum, vel aliquam similitudinem habeant.

Et de imperitia nonnulla tetigi in rubrica de dolo, & culpa in verbo, imperitia; ob id omissa disputatione nonnulla solum breuiter addam.

1 Prima igitur sit conclusio. Iudex, qui per imperitiam male iudicauit, tenetur ad interesse, non in solidum, sed in quantum facere potest, nisi imperitia sit ex lata culpa, quia tunc in solidum tenetur. Bart. *in l. fin. ff. de extraordinar. cognition. & in disputatione 9 iudex.* Bald. *in cap.* 1. *§. iudices, de pace iuramento firmanda, in l. filiusfamilias, in princip. ff. de donat.* Dec. *in l.* 1. *§. hoc autem, tt. quod quisque iuris.* Boer. *qu.* 133. *num.* 12. & hęc est communis opinio. Boss. *de offic. corrupt. pecun. num.* 22. Iul. Clar. *in §. fin. quæstio.* 83. *verbo, iudex.*

2 Ampliatur etiam siue consilium sit sequendum, siue non. Roman. *cons.* 228. Abb. *in cap. tua nos, de homicid.* Dec. & Cagn. *in l. consilij, ff. de reg. iur.* vbi Dec. & Cagnol. *num.* 3.

3 Secunda sit conclusio. Arbiter, qui per imperitiam male iudicauit, tenetur parti ad interesse, & hæc est communis opinio. Cur. *iun. in l. fin. num.* 11. *C. de pact.*

4 Et quibus infertur limitatio *ad l. diem proferre, §. Stari, ff. de arbitr.* vt procedat inter ipsas partes, secus contra arbitrium inique, vel imperite iudicantem. Ias. *in l. penul. num.* 9. *C. de pact.* Iacob. Menoch. *de arbitr. iudic. cas.* 339. *sub num.* 7.

5 Tertia sit conclusio. Arbitrator, qui per imperitiā male iudicauit, tenetur ad interesse, Dec. *in l. fin. nu.* 17. *C. de pact. Lanfranc. de arbitris parte vltima, q.* 36. Quę conclusiones omnes ampliantur duobus notabilibus, & practicabilibus modis.

6 Ampliatur primo, vt iudex ad interesse teneatur etiam si pars potuerit appellare, vel recurrere, & tamen non fecit. Socin. id summopere in practica commendans, *consil.* 24. *col.* 3. *lib.* 2. *Barbac. cons.* 17. *col.* 1. *& 2. lib.* 4.

Aliquis fortasse prima facie contrarium dixisset, imputet enim sibi pars per imperitiam læsa si potuit prouidere, & non prouidit, regula, damnum, *lib.* 6. & si in casu iniquitatis imputatur parti, cur non in casu imperitiæ? nā si imperitia ex culpa, iniquitas fortasse ex dolo.

Ampliatur secundo notabiliter etiam si sententia iudicis arbitri, vel arbitratoris imperite iudicantium fuerit confirmata. Bald. *in l. obseruare, quæst.* 28. *de offic. proconsul.* & legati. Bart. *in l. si conuenerit, ff. de re iudicat. in l.* 1. *§. si plures, ff. de exercitor.* Roman. *consil.* 228. Soc. *cons.* 63. *num.* 9. *&* 10. *lib.* 1. Calcan. *consil.* 1. *nu.* 9. Dec. *in c. sæpe, de appella.* Marsil. hoc valde commendans *sing.* 646. iudices.

7 Quarta sit conclusio. Iudex sequendo scienter cōsilium sapientis iniustum tenetur parti ad interesse, debuit enim spernere. Bartol. *in l. si conuenerit, ff. de re iudicata.* Scala Patauinus de consilio sapientis, *lib.* 4. *cap.* 26.

8 Quinta sit conclusio. Medicus imperite medicans tenetur parti ad interesse posui superius in verbo, Medicus, qui tenetur perseuerare vsque ad finem, alias de imperitia tenetur, *glos. in §. præterea, Instit. ad legem Aquil.* Felin. *in c. tua nos, de homicidio,* additio ad Dinum in regula, non est in culpa, *lib.* 6. Beninten. *decis.* 9. *bonus tex. cum glo. in l. quæ, §. final. cum l. seq ff. ad legem Aquil.*

Sexta sit conclusio de caprario. posui superius suo loco.

9 Septima sit conclusio. Notarius tenetur contrahentibus si in instrumento per eius ignorantiam, vel culpam aliquid sit omissum, vel appositum, quod apponi, vel omitti non deberet. Bald. *in l. fin. C. de edendo.* Alex. Ias. & alij, *in l. argentarius, §. cū autem, ff. eod. tit.* Tassara. de erroribus notariorum, *cap.* 3. vbi vult, quod est præsumptio iuris, & de iure, vt notarius sciat pertinentia ad eius officium; ob id non admittitur probatio in contrarium.

10 Octaua sit conclusio de Agrimensore, de qua suo loco posui in materia culpæ.

11 Nona sit conclusio de Aduocato, qui male consulens, & causam defendens tenetur parti ad interesse. Grammat. *in §.* 1. *nu.* 11. ex quibus caus. manum. non lic. Dec. & Cagnol. *in l. consilij, ff. de reg. iur.* Crot. *de commun. opin. tit.* 2. *num.* 9. *inspect.* 1. *num.* 8. Multa tamen iudicem excusant circa imperitiam.

Arbitrium. Iudex enim, qui ex eius arbitrio iudicare debet, de imperitia non tenetur, nisi contra cōsuetudinem iudicasset. Bald. *in cap.* 1. *§. iudices, num.* 5. *de pace iuramento firmand.* Menoch. *de arbitr. iud. lib.* 2. *centur.* 4. *cas.* 339. *num.* 22.

12 Necessitas, quæ inducitur a lege, statuto, vel conuentione sequendi consilium sapientis, excusat propter imperitiam. Bal. *in l. si conuenerit, num.* 9. *de re iudicat.* monens in practica, vt in instrumento apponatur verba importantia necessitatē sequendi tale consilium, prout in statuto apparere potest. Calcan. *cons.* 82. Scal. *de consil. sapien. lib.* 4. *c.* 26.

13 Altera species necessitatis est, si assessor detur a superiore, prout hodie multum obseruatur, quo casu excusatur male iudicans ex imperitia ipsius. Bald. *in l. fin. num.* 7. *C. de pæn. iud. qui male iudic.*

14 Vnde si interi officiales in tot grauantur in officijs eis demandatis, subleuantur in hoc, quod si iudicent ex consilio assessoris eis per superiorem assignati, excusantur.

15 Vltima sit conclusio. Contra iudices, & alios imperite iudicantes, iuratur in litem, Alexand. ad Bartol. *in l. fin. ff. de var. & extraordinar. cognitio.* vbi habes notabilem apostillam. Ial. *in l. si quando, num. 45.* vbi Plotus, *§. 9. num.* 15.

De ignorantia.

Altera est principalis ignorantiæ species in hac locati & conducti materia, *ad l. item quæritur, §. si fullo, ff. locat.* vbi fullo restituit vnum vestimentũ pro alio ignarus, materia vtilis, & practicabilis.

1 Conclusio igitur sit Ignorantia, vel error in facto proprio non excusat neq; conductorem, neque locatorem, *d. §. si fullo ad idem l. quamquam,* vbi Bartol. ad Velleianum, *l. cum fraudem, ff. de acquir. hæredit.*

2 Limitatur primo, vt non procedat in facto de longinquo, vel de antiquo. Bartol. ita declarans *ad l. non fatetur, numer. 2. de confess. per l. peregre, in princip. ff. de acquiren. possessione, in l. si res obligata, numero primo, ff. de legat. 1. in l. si quis delegauerit, num. 2. ff. de nouation.*

3 Antiquum autem dicitur arbitrio iudicis attenta qualitate personarum, *glos. in l. furtum, §. fina. in glos. finali, in fine, ff. de vsurapion.* quem sequutus est Alberic. *in l. 1. C. de seru. fugit.* & hæc est communis opinio, de qua per Socin. *consil. 2. colum. 3. in fine libr. 3.* Tiraquel. *de præscript. §. 1. glos. 4. in fine.* Vnde maius tempus tribuetur viro, quam fœminæ, in qua ob sexus fragilitatem memoria dicitur magis labilis. Similiter reperiuntur aliqui, qui vel morbo, vel ætate facile obliuiscuntur. Iacob. Menoch. *de arbitrio iudic. lib. 2 centur. 1. cas. 26.*

4 Declaratur, vt factum antiquum, vel de longinquo sit probabilis error in facto proprio, si tractatur de damno vitando, secus si de lucro captando. Bartol. *ad l. qui fundum, §. seruus, num. secundo, ff. pro emptore.* sequitur Alexand. *ad l. peregre, ff. de acquir.* possessione, & *in l. si res obligata, num. 2.* Ial. *num. 36. ff. de legat. 1.*

5 Quid si ambo, similiter locator, & conductor tractant de damno vitando? textus in *d. §. si fullo,* videtur grauare fullonem, qui locauit operas ad poliendum vestimenta.

6 Declaratur secundo, vt non procedat in facto antiquo obligatio vigore promissionis illius, qui allegat errorem in facto proprio etiam antiquo. Bald. *ad l. 1. col. 4. in fine, C. de confess. per l. magnam in fine, C. de contrahend. & committend. stipulat.* sequitur Alexand. *ad d. l. si res obligata, num. 3.* vbi Ial. *num. 37.* Maxime quando adesset iuramentum. Bald. *in cap. 1. de noua form. fidel.* quod dictum valde commendat Euerard. *in loco a vi iuramenti, num. 47.*

Si igitur conductor aliquid maxime cum iuramento promisit locare, tenetur ad illius obseruantiam, nec prætextu erroris et in facto antiquo excusatur.

7 Dicendum tamen videtur, aut promissio est simplex, aut iurata. Primo casu error de antiquo excusat, quia datur etiam obliuio eorum, quæ simpliciter scribimus. Secundo casu virtute iuramenti non excusat, quia ex hoc reputatur factum arduum, & notabile, vt non inducatur obliuio.

8 Quod autem de iuramento dictum est, procedit quando sit interpositum cum aliqua deliberatione, & quasi causæ cognitione, in quo admodum versabitur iudicis arbitrium, prout monet in iuramenti appositione. Iul. Clar. *in §. emphyteusis, quæst. 7. versicul. & hæc quidem,* quod temporibus nostris Notarij in omnibus instrumentis apponunt iuramentum, & per simplicem tactum scripturarum illaqueant animas contrahentium, qui pro maiori parte nesciunt, quod illud importet, & de renunciationibus iuratis inuehitur contra notarios, Abb. *in cap. cum contingat, num. 24.* de iureiurando, quem commendat, & iudices in hoc admodum monet multa cumulando Andr. Tiraquel. *ad l. si vnquam, nu. 122. C. de reuoc. donat.* Didac. *in rubr. de testamentis, par. 2. num.* 14. dicens hanc esse communem opinionem.

9 Et licet magna sit iuramenti virtus, hisce tamen temporibus nostris in hoc periculoso; & prauo abusu nollem statim conuinci aduersarium, hoc procedit, vel non procedit in actu iurato, hoc est vel non est communis opinio, si cum grano salis, & discretionis prudens iudex hoc in conscientia sua recte inspectat, & videat, & non statim se resoluat, sed in nocto consilium, quod Deus faxit.

10 Declaratur tertio, vt error, & ignorantia in facto antiquo, vel de longinquo non excuset conductorem, vel locatorem, quando factum esset arduum, notabile, vel graue. Abb. *in cap. illorum,* per illum textum in vltimo notabili de sentent. excommunicat. Butr. & Imo. *in c. excommunicatio, de rescrip.* Gemin. *in cap. fundamenta,* per illum textum, *de sentent. excommunicato. lib. 6.*

11 Limitatur secundo loco principaliter in facto implicito, vel intricato, prout est calculus rationum, in quo ignorantia, vel error in facto proprio excusat, *l. emptor, §. Lucius, in verbo rationem implicitam, ff. de pact. l. penul. ff. de confess.* vbi Bart. *num. 6. & in l. 1.* Mascarc. *consil. 640.* Lambert. *de contract. mul. in verb. & alienationibus, nu. 139. cum seq.* Sebast. Medic. *de compens. par. 1. q. 10. sub num. 29.* Contard. ad Aegid. *limit. q. 22.* Burs. *cons. 9. num. 59. volum. 1.* Bero. *de spons. parte 2. cap. 8. §. 1. sub nu. 3. in l. 2. nu. 516. de origin. iur.* Et (ni fallor) hæc opinio confirmatur, quia interrogato de credulitate non debet dari terminus, glos. *in c. quasdam, de præsumpt.* quam singularem & communiter approbatam dicit Rom. *sing. 696.* parti respondere debenti.

12 Tamen in facto implicito, & intricato, prout est calculato, debet dari terminus ad deliberandum. Bar. *in d. l. 2. §. quod obseruari, nu. 23. C. de iuram. calumn.* Iacob. Butrigar. *in d. §. Lucius,* Bal. *ad l. dubium, il secondo, col. 10. vers. sed nunquid in fullo, de electio. & in tit. si de feud. controuers. fuer. collat. 10. in cap. 1. de confess.* Sicul. *in cap. cum causam, de iuramen. calum.* Aufrer. ad Tholosan. *q. 21.*

13 Limitatur tertio loco principaliter in persona multis negotijs impedita, in qua ex multitudine negociorum de facili error cadere potest. Et licet in Principe gratia exempli loquantur scribentes, tamen in conductore, vel locatore multis negocijs impedito intelligitur, vnde in materia, *§. fullo,* dabitur legitima excusatio, multitudo rerum peragendarum in homine principue idiota, & rudi. Rip. *in l. quod iussit, numer. 47. de re iudicat.* Socin. *cons. 260. colum. 2. in princip. lib. secundo, & consilio 115. columna penultim. versicul. præterea talis, libro 3.* Calcan. *consilio 124. in fine.* Gozadin. *cons. 9. num. 35.* Paris. *consil. 11. numer. 130. libro primo,*

Alex.

Alex. conf. 304. vol. 2. Crauet. conf. 241. col. fin. Iacob. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. centur. 1. caf. 26. num. 3. Ad lo Alex. conf. 215. col. fin. libr. 2. Corn. consil. 156. col. fin. lib. 3. Ias. in §. si quis agens, in vltimo notabili, institut. de actionibus.

14 Limitatur quarto loco, si quis errasset persuasionibus aduersarij. Ias. in l. erronum, 21. C. de iur. & facti ignorantia.

15 Reducendo igitur ad practicã per modum corollarii errans in facto proprio excusatur in antiquis. Secũdo in rebus de longinquo. Tertio in materia intricata. Quarto in multis negocijs impedito. Quinto in sene, Rip. in l. quod iussit, num. 47. de re iudicat. allegando Senecam. Sexto in infirmo Angel. in §. illud, Authent. de iureiurando. Septimo, in magno diuite. Bartol. in Authent. sed cum testator, ad l. Falcidiam. Bald. in leg. 2. C. de resind. vendit. Octauo, quod iuuat bona fama allegantis errorem. Vnde Notarius negans de instrumento rogatum, excusatur a pœna falsi si est bonæ conditionis, & famæ. Alex. dicens in practica hoc valde singulare, ad l. qui accusare, numer. 2. C. de edendo. Nono factum notabile, & graue; Decimo persuasiones aduersarij. Adde Bal. in l. 1. num. 53. C. de confess. vbi hæc omnia in practica summopere commendat Rom. conf. 273. clausula est, numer. 2. Socin. in allegato consil. 260. tenens in facto implicito, vel homine multis negocijs impedito, per mensem tantum præsumi ignorantiam.

De Furto.

1 Furti casus contingere potest in materia locati & conducti multis modis. Primo, si conduco equũ pro eundo Romam, & vado Florentiam, leg. si vt certo, §. denique, ff. commodat. leg. si furtum, ff. de conduct. furt. leg. qui iumenta, ff. de furt. Aul. Gell. noct. Atticarum, lib. 7. c. 15.

2 Limita, nisi credat dominum permissurum, quæ credulitas est per allegantem probanda, cum habeat præsumptionem contra se, puta quod resistit solita locari, prout dixi in titulo, de solito, vel concedens sit valde amicus, & similia, Bal. in l. inter omnes, §. certe, num. 9. ff. de furt. Ang. dicit vnum aliquantulum durum quod est furtum, si vtar pluribus diebus vltra conuentionem, nec auditur allegando credulitatem, secus si eat ad alia loca forte remotiora. Bart. sequitur August. ad Angel. in verbo, vestem. nu. 34. Marsil. in l. quæstionis modum, 37. ff. de quæstio. Menoch. de arbit. iud. lib. 2. cent. 3. casu 398. & sic furtum dupliciter committitur, in vsu, & in re, vt late per Castren. in d. l. qui furtum.

3 Ex quibus corollarie habetur limitatio ad gl. in §. aliæ, Instit. de actio. quod in his, quæ pendent ex animo, statur iuramento.

Limita, nisi sit præsumptio contra iurare volentẽ, quia tunc debet plene probare. Marf. conf. 9. num. 36. Natt. conf. 230. num. 6. libr. 1. Crauet. conf. 225. num. 9. & 271. in fine. Felin. in capit. si diligenti, colu. 3. de præscript. gl. os. in leg. non est verisimile, in verbo, præsumptioni, ff. de eo, quod met. caus. Aret. in capit. ad præsentiam, de test. Abb. in cap. pastoralis, numer. 8. de except. Alciat. regul. 3. præsumpr. 16. Anton. de Petrut. in re. petit. leg. 1. numer. 116. de iur. iur. Menoch. de arbit. iud. lib. 2. cent. 3. caf. 241. & de præsumpt. libr. 1. quæst. 77. & hæc est communis opinio. Seraphin. de priuil. iura. ment. priul. 1. nu. 22.

4 Limitatur secundo, nisi conductori datus esset vectur nus sub certa mercede, qui consensisset certa pecunia corruptus, quo casu ipse tenetur de leuissima culpa, & ad omnia damna. late Ioseph. de Ludou. conclus. Lucan. 10. & si famulus cum equo aufugiat, cadit damno hospitis locantis. Mago. Rot. Florent. decis. 56. ex doctrina Bal. in l. ex diui, C. locat.

5 Secundo modo interuenit furtum in hac locati & conducti materia, quando locatur seruus, qui furtum committit, quo casu tenetur conductor locatori ad omnia damna passo, l. si seruus communis, versic. iustissime, ff. de furt.

6 Tertio modo committitur furtum in hac locati & conducti materia iuxta l. si seruus communis, §. locaui, ff. de furt. quem textum non omittam silentio, ex quo multa colliguntur vtilia ad propositum materiæ locati & conducti, de qua agimus.

7 Primum igitur est, iunctis ibi notatis per glos. Bart. & alios, quod actio furti non competit domino ex tacita obligatione a lege inducta, sed requiritur expressa obligatio, & idem tenet glos. in l. si is qui, & in l. in actione, §. fin. ff. de furt.

8 Vnde si locaui tibi domum, & in eam asportasti mobilia tua, quę mihi tanquam inuecta sunt tacite obligata pro pensione, tamen pro eis nõ competeret actio furti, cum adsit tantum tacita legalis obligatio.

9 Secundum, quod colligitur ex not. in d. §. locaui, quod emptor percipiens fructus rei locatę, sciens eã locatam, committit furtum. Tertium, quod dispositio, §. venditæ, Instit. de rer. diuis. est generalis in quolibet contractu, & sic procedat nedum in contractu emptionis, & venditionis, sed etiam locationis, & conductionis, quod pensio debet esse soluta, vel habita fides de ea, & dominus permittendo colonum fructus percipere ante solutam pensionem videtur tacita habere fidem de pensione, & idem ad §. vendita, tenet gl. in l. cum proponas, in verbo, remansit, C. de dol.

Licet alias contrarium tenuerit in l. traditionib. in gl. 1. C. de pact. & in l. 1. C. de rerum permutatione.

10 Quartum, quod si colonus soluit pensionem, vel saltem fidem habuit de ea, sicut ipse habet ius percipiendi fructus ex fundo conducto, pariter in alium, & sic in emptorem istud ius transferre potest. Si verò pensionem non soluit, nec cum locatore est habita fides de pensione, non potest illud ius percipiend. fructus in alium transferre, quia debet remanere in fundo pro tacita obligatione pensionis. ita in dict. §. locaui in fine, vbi dicit hoc bene notandum, vt sciamus quando fructus efficiantur coloni, si percipiantur ab alio, nomine ipsius, ponam in tit. de conditione furtiua.

11 Datur etiam furtum domesticum in materia locati & conducti, vt si mercenarius furetur domino, l. respiciendum, §. furta, ff. de pœnis.

12 Quinto modo committitur furtum in hac locati & conducti materia, per famulum conductum in apotheca retinendum. l. si tibi, §. fin. ff. locati.

Et furtum mercenarij punitur per patrẽfamilias, l. respiciendum, §. furto, ff. de pœnis, & statutum alterãs pęna iuris communis in furti materia non habet locum in furto domestici. Cępol. conf. vlt. in fine. Contrarium asserit iudicatum Boil. de furt. nu. 26. propter

Digitized by Google

magnam fidem, quæ habetur domesticis, & ita seruatur de consuetudine, præterquam in grauibus, vel leuibus non reiteratis. Imo, *in famulo io l. Cassius, ff. de donat.* Igne. *de consuetudine, in l. 1. nu. 91. ad Sillan.* Et sic multum restringitur hodie *l. respiciendum, §. furta.*

Colonus asportando ad domum suam omnes fructus, non committit furtũ quia est socius, vt diximus, *l. in re communi, leg. merito, ff. pro soc.* vbi *glos.* appellat hanc præsumptionem nobilissimam Aret. *in §. 1. nu. 5. ff. de oblig. & delict.* Boss. *de furt. num.* 8. Est casus frequens, quia domini indignati sæpius accusant colonos de furto, & asportatione fructuum communiũ hanc facit Plot. *de in litem iurand. n. 45. & 46.* vbi socius potest ingredi etiam per vim fundum, vel domũ communem, nec potest de vi, vel turbata possessione accusari, Menoch. *de recuper. possess. remed. 9. q. 51.*

De Metu.

1 VIdimus iam superius suo loco an locatio, vel cõductio per metum facta valeat, & teneat. Videamus de alia notabili quæstione, an colonus, vel conductor a iudice, vel superiore aliquo ad soluendum alijs, quã ipsi domino, & locatori, sit liberatus, & tutus? & hanc quæstionem tetigi in materia locationis ad longum tempus ad materiam *l. 2. C. de iur. emphyteut.* scilicet an impeditus a iudice soluere excusetur a caducitate, Modo hic quæritur, quid econtra si colonus, vel conductor cogatur alteri soluere, quam locatori, si sic coactus soluat, an sit tutus, & liberatus? Quæstio practicabilis, & quotidiana, cum quotidie videamus per præcepta, & monitoria impediri colonos a creditoribus locatorum.

2 Pro parte affirmatiua facit primo textus *in l. Paulo Callimacho, in fi. ff. de leg. 3.*

3 Secundo pro hac parte textus *in l. liberti, §. Lucius, ff. de annu. legat.*

Tertio pro hac parte facit, *l. non videtur, §. qui iussu, ff. de reg. iu.* vbi iussus iudicis, vt superioris excusat.

4 Et hanc opinionem in alijs debitoribus tenuit Bar. & Castren. *in l. creditor, ff. de solut.* Franc. *in regul. quod quis, lib. 6.* Anch. *cons. 64. in fin.* Castren. *cons. 288. in 3. dub.* Cremens. *consil. 158.* Barbac. *cons. 26. libr. 3.* Curt. sen. *in repetit. l. vnic. q. 16. C. de prohibit. sequestr. pecu.* Bec. *cons. 25.* Ial. *cons. 26. vol. 3.* Panor. *in c. ex transmissa, col. 3. de præscript.* pulchre, & late *Afflict. decis.* 150. vbi ad partes disputat Cagnol. *ad l. non videtur, §. qui iussu, ff. de regul. iur.*

5 Pro contraria parte negatiua facit, *l. si hominem, §. si nulla. ff. de solut.*

Secundo pro hac parte facit quia periculum casus fortuiti pertinet ad debitorem, *l. incendium, C. si rer. petat.* late *no. in l. quod te, ff. si cert. petat.*

6 Tertio facit textus *in l. pen. ff. de vi, & vi armat.*

7 Et hæc opinio verior est in colono, vel conductore, vt non excusetur coactus, nisi facta denunciatione ipsi domino, Ruin. *consil. 147. in fine, vol. 1.* vbi tenet omnino denunciandum locatori antequam soluat, & debet diligẽter inspicere si causa sit noua, vel vetus, & similia.

8 Vnde excusat his concurrentibus. Primus iussus concurrere debet. Secundo iustitia, vt iussus sit iustus, & iuris ordine seruato emanatus, alias attendi non debet, Tertium aliqualis executio, quia statim soluere non debet. Quartum denunciatio. Quintum quod debitor non fuerit in aliqua mora, vel culpa, Sextum quod realiter soluerit. vnde confessio exigentis non releuat, nisi realis solutio, alias legitime prohibetur, vt colligitur ex doctoribus pro contraria parte allegatis.

9 Et præceptum factum colono domino citato reuocatur. Firmian. *in verbo, præceptum, vers. 25.*

De infamia.

DAtur etiam locatio, & conductio, quæ infamiã parit *ad l. 1. §. bestias, ff. de postulando.*

1 Prima igitur conclusio sit. Locans operas suas, vt cum bestijs in arena pugnet, infamia dicitur notatus, d. §. bestias, cuius ratio ea esse videtur, quia talis nec priuatim, nec publice vtilis est. Petr. Rozzi. *decisio, Lituanic. 3. num. 539.*

2 Ampliatur ex eodem contextu dicta conclusio, vt procedat etiam si non sequatur effectus, quia re vera non pugnet, sed solum locauerit operas ad pugnandum, & sic in hoc casu punitur quodammodo affectus, licet non sequatur effectus, & ratio est secundũ Bartol. ibi, quia statim facta locatione dicitur consumatum delictum.

Secunda sit conclusio ex eodem contextu. Qui operas suas locauit, vt prodiret artis suę indicia, si nõ prodijt, non est infamis, *l. qui operas, ff. de his, qui not. infam.* cuius ratio ea fortasse est, quia hoc casu res nõ est adeo turpis, vt consilium puniri possit.

3 Quæ ratio facit ad præcedentem conclusionem, quia si ibi dicamus non puniri affectum non secuto effectu, quis res valde turpis erat cum bestijs in arena
4 pugnare, punitur ergo affectus non secuto effectu in turpissimis artibus, & operibus.

5 Tertia sit conclusio *ad d. §. bestias.* Locans operas suas ad fructus colligendos ex arbore alta, vel pipiones, & aues ex Turri Populi Tudertini, vel ad accommodandum tectum nõ est infamis, cum faciat ob publicam vtilitatem, vt not. *in d. §. bestias,* vbi tamen Angel. tenet aliqualiter de fide, & fama diminui, quia non causa virtutis, sed vtilitatis tantum fiat.

6 Sed verius est salua fama vtrobique operas locari, siue quia publicæ sunt, siue quia priuatim vtiles, nec in hoc casu exigere debemus, vt gloriæ, aut virtutis causas aliquid fiat, quo magis quis infamia notetur, nec consequens sit, eum esse infamem, qui depugnat feram regioni nocentem, contra §. bestias.

7 Quarta sit conclusio *ad d. §. bestias.* Locans operas suas ad ferarum venationem, vel ad expugnandũ feram, quæ regioni nocet, non est infamis, *d. §. bestias,* vbi Barto. Fulgos. & alij id notaut. Petr. Rozzi. *decis. Lituanic. 3. nummer.* 540. vbi discurrendo ad intellectum *§. bestias,* tenet, quod ad irrogandum infamiam non consideratur, quod opera ponatur gratia virtutis ostẽdendæ, dummodo sit publice, vel præiudicatim vtile, & hoc principaliter distinguendum, an actus sit periculosus, vel non, dummodo aliquo modo vtilis sit; frustra enim in Ciuitate est, quod inutile est, *capit. inter corporalia, §. sed neque,* de translatione episcopi.

In quibusdam locis fœminæ locant operas ad lugendum mortuos.

De

De morte.

Satis obscura, & ad modum difficilis est illa iuris quæstio, quomodo puniendi sunt, qui insimul aliquem interfecerunt, & ista quæstio varie ponitur a Doctoribus, multi namque ponunt in accidentibus, alij in vulnerantibus, & alij ponunt ad propositum materię locati & conducti, de qua agimus, de mortuo reperto ante domum plurium condnctorum, & inquilinorum, prout Cott. in memorabilibus, in verbo, mortuus. Propterea cum a Doctoribus fuerit applicata ad materiam inquilinorum, & côductorum, eam in præsenti opere pertractabo.

1 Pro parte affirmatiua, quod omnes teneantur, facit textus ad hoc celebris *in l. item Mela, §. si plures, ff. ad legem Aquil.*

2 Secundo pro hac parte facit textus loquens in pluribus conductoribus ad propositum locati & conducti, de quibus agimus *in l. 1. in fin, ff. de his, qui deiecer. vel effuder.*

Tertio facit vulgaris, & recepta regula, & quâ maxime in hac locati & côducti materia, quod incêdiû præsumitur culpa habitantium, vt suo loco diximus, tit. de Incendio, ergo omnes habitantes tenentur.

3 Pro parte negatiua facit, *l. semper in obscuris*, vbi hoc notant scribentes, *ff. de regul. iur.*

4 Secundo facit *l. absentem, & eius regula, ff. de pueris.*

ADDITIO.

☞ *Vel saltem torquendus est ille, qui est solitus talia facere vel est malæ conditionis, & famæ. Arnol. côment. 25.*

5 Tertio facit ratio incertitudinis. Quæstio ista valde difficilis est, & in ea pauci nau'garunt sine periculo, vt dicit Placa. *in epito. delictor. lib. 1. c. 12.* circa principium, & circa multa iura hinc inde vila pugnantiâ totus mundus turbatur, vt dicit Placa.

Considerandi igitur sunt aliqui casus pro capacitate materiæ.

6 Primus igitur casus est, cum vnus a pluribus in rixa casuali occisus est pluribus affectus vulneribus, sed cô stat quod vulnus lethale est, & quis illud intulerit, & tunc is solus, qui intulit mortiferum vulnus, tenetur, vt homicida ad emendam damni, per actionem legis Aquilię, cæteri vero ex eadem *l. Aquilia* tenentur, vt vulnerantes tantum, *l. item Mela, §. si plures*, ibi, & si quidê apparet cuius ictu, &c. & *l. ita vulneratus, eo. tit.*

7 Et hanc opinionem in isto facto casuali tenuit. Bonifac. in tit. de insultu, *col. 1.* Gandin. *de homicid. col. 5.* Anton. Gômez. *in epitom. delictorum, cap. 2. numer. 36.* Pirrus Angleber post consuetud. Aurelian. *c. 1. col. 1.* Zal. *lib. 2. singular. intellect. c. 6.* Didac. *in Clement. si furiosus, par. 2. §. 2. nu. 3. versic. secundus casus.*

8 Et hæc est communis opinio. Placa. *lib. 1. delictorum, c. 12. num. 5.*

Ampliatur hic primus casus, vt procedat etiâ criminaliter quoad pęnam legis Corneliæ de Sicarijs, quia is tenetur vt homicida, cęteri vero vt vulnerantes. Bart. *in l. si in rixa, nu. 10. vers. si vero percusserunt, ff. de sicar.* sequutus est Gramm. *cons. 4. num. 2.*

9 Limitatur hic primus casus, vt puniatur quidê pęna, *l. Corneliæ*, sed non ordinaria, prout ille, qui ex proposito interfecit, sed mitius punitur, *iuxta l. 1. ibi,* leniendam pęnam &c. *ff. de sicar.* Menoc. *de arbit. iud. lib. 2. centur. 4. cas. 362. sub num. 4.*

10 Extenditur hæc limitatio secundum eundem Menoch. in citato loco, vt procedat in statutis locorum, in quibus homicidæ, & vulnerantes diuersis pænis puniuntur.

11 Et consequenter per locum a statutis posset inferri ad bannimenta prouincialia de simil bus loquêtia & fortasse ad Bullas contra homicidas loquentes.

12 Limitatur secundo loco hic met primus casus circa pænam irregularitatis, nam de ea tenetur solus homicida, cæteri vero immunes sunt, vt asserit Plac. *in citato iam loco, num. 5.*

13 Limitatur tertio hic primus casus, vt alij ab homicida vltra pænam vulnerum teneantur de auxilio, & fauore, Bart. *in d. l. si in rixa, num. 10. vers. tamen aduer.* tr. Grammaticus, *cons. 4. num. 2.*

14 Declara hoc verum, si ad hunc finem illum associauerunt. Mars. *in l. si in rixa, num. 25.*

Declara etiam vt prædicta procedant iure ciuili inspecto, secus de iure canonico, quo casu omnes de homicidio tenentur, *glos. in cap. vlt. 23. q. vlt.* Florian. *in l. ita vulneratus, ff. ad l. Aquil.* Alex. *cons. 14. num. 7. vol. 3.* Tiber. Decian. *in tract. crim. tom. 1. cap. 19 num. 22.* Et sic limitas *glos. in d. l. item Mela.* vt non procedat de iure canonico.

Et in materia videndus Papiens. in forma Inquisitionis in verbo pluribus, *num. 2.* vbi bene loquitur.

15 Secundus casus principalis est, cum in rixa ex casu plures aliquem percutiunt, quorum primus lęthaliter vulnerauit, alij vero subsequentes non, omnes de occiso tenentur. Bart. *in d. l. si in rixa, num. 10.* ratio videtur esse, quia licet alij post primum non intulerint vulnera læthalia in se, tamen percutiendo corpus debilitatum, & male affectum, dicuntur omnes intulisse vulnera læthalia, *l. qua actione, §. sed & quia seruum, l. ita vulneratus, §. 1. ff. ad l. Aquil.*

16 Et sic vulnus efficitur lethale ratione subiecti, licet regulariter tale vulnus non posset dici lethale.

Ampliatur hęc conclusio ex mente Bart. in citato loco, vt ea vera sit, procedatque tam quoad actionê ciuilem, ad damni emendam, *ex l. Aquilia*, siue ad pęnam criminalem *ex l. Cornelia de sicarijs.*

17 Contrarium videtur verius *ex cap. l. Corneliæ de sicar.* vt tali pęna non teneantur secundo loco percutientes. Boss. *in tract. de homicid. n. 24.* Iacob. Menoch. *de arbitr. iud. lib. 2. centur. 4. cas. 362. num. 8.*

18 Sublimita, nisi ex qualitate armorum, & ictuum appareat hos secundo loco vulnerantes occidendi animum habuisse, quia tunc de occiso crederem teneri ex lege Cornelia *de sicar.* & hoc modo posset fortasse saluari Bart. opinio.

19 Sublimita secundo quoad pęnam statuti' impositam pro homic dio, quia tales secundo loco vulnerantes tenentur, & licet ipsi principaliter non occiderint, fuerunt in magna causa, fortasse enim reconualuisset ex primo vulnere, licet mortali, nisi alij sequentibus vulneribus mortem accelerassent, multi enim robustæ complexionis, & vitæ, licet lethaliter vulnerati, quandoque reconualescunt, addita tamê afflictione aliorum etiam non adeo grauioru vulnerum, de facili grauius affliguntur, & cruciantur præcipitati ad mortem, prout quandoque experientia docet, & sentit Iacob. Menoch. *in citato casu, sub nu. 8.*

20 Et sic ista ratione attẽta tantum tenetur de occiso, qui læthaliter primo loco aliquem vulnerat, quã qui accelerat mortem, etiam ex vulnere non læthali afficiendo corpus languidum, & iam male affectum.

21 Et si hoc verum est, secundum superius citatos in statuto, pariter dici posset ex forma alicuius Bullæ, vel bãnimentorũ prouincialiũ, vel similium, & quoniã, (vt presupponitur) sumus in rixa, pęna ẽt statutaria, vel bannimentorum, lenienda est aliquantulum, & ita etiam tener *glo. in d. l. ita vulneratus, in verbo, teneri, §. ad l. Aquiliam*, & ibi etiam. Florian. Afflict. *in constit.* Neapo. *rub.* 13. *nu.* 26. & hæc est communis opinio. *Iat. in l. si ab hostibus, nu.* 9. *ff. solu. matr.* Veron. *caut.* 5. Ferrer. *in prattica, tit. de homicid.* §. 2. *n.* 68. Didac. *in d. Clement. si furiosus, par.* 2. *num.* 4.

22 Tertius est casus pariter in rixa, si in rixa primus intulit vulnus læthale, se non omnino certum, alter vero in totum examinauit, de vulnere tantũ primus tenetur, secundus vero occiso, & morte. Ita hęc duo iura, scilicet, *l. item Mela, §. Celsus, & l. ita vulneratus, §. rursus, ff. ad l. Aquil.* quæ inuicem discrepare videntur, conciliatur breuibus verbis. *gl. in d. l. si ita vulneratur, in verbo, teneri in fine.*

23 Limita quoad pęnam, *l. Cornel. de sicar.* quia ambo criminaliter de occiso tenentur, cum vterq; vulnerauerit animo occidendi ita Menoc. *in alleg. casu, nu.* 12.

24 Sublimita hanc limitationem procedere iure cõmuni inspecto, iure vero municipali attento primus non tenetur de homicidio, cum vere non occiderit, & verba statutorum sint proprie, & strictè intelligẽda, & in casu vero & certo, iuribus vulgaribus.

25 Et sic vides quam bene sit illaqueatus infęlix vulneratus. Tria enim contra eum extenduntur retia, & euitando vnum, non euitabit aliud, scilicet lex Aquilia, ius commune, & *l. Cornelia de sicar.* & statuta locorum, & (quod plus est) bannimenta, quæ hodie excludunt, vel excludere tentant ius commune, statuta locorum, & similia, & secundum ea fiunt processus, vnde cauendus est, si hoc hisce temporibus sufficit.

26 Quintus casus est, cũ in rixa casuali plures vnũ vulnerauerunt, & licet singula vulnera læthalia nõ essent attamen simul iuncta mortẽ attulerunt, oẽs de occiso tenentur, *l. si ita vulneratus, in fi. ff. ad l. Aquil. l. itẽ Mela, §. si seruus trabẽ, ff. eo. l. si plures, ff. arbor. furt. cæsar.*

27 Amphatur hic quintus casus, vt procedat siue loquamur quoad pęnam ex *l. Aquil.* ad damni emendã prout allegata iura expresse loquuntur, siue quod pęnam ex *l. Corn. de sicar.* Bar. *in d. l. si in rixa, n.* 10. Fel. post Card. & Io. de Anna. *in c. significasti, nu.* 10. *de homicid.* Annet. *in constit.* Neapol. *rubr.* 13. *num.* 17. Carrer. *in tit. de homicid.* §. 2. *num.* 69. Didac. *in d. Clemen. si furiosus, par.* 2. §. 2. *num.* 24.

28 Limita, vt puniatur *l. Corn. de sicar.* pœna mitiori a morte, & sic extraordinaria. Ales. *conf.* 15. *nu* 4. *vers. quinto moueor, lib.* 1. Iac. Menoc. *in alleg. casu nu.* 16.

29 Addo, quod hæc est communis opin. Vital. *de maleficiis, rubr. quid sit accusatio, nu.* 17. Carrer. idem attestans *de homicid. n.* 75. Iul. Clar. *in § homicidium, vers. aut vero plura*, in fine, dicens, quod hæc materia est valde notanda, quia quotidie in facto occurrit, licet ipse in hoc non admodum clare processerit. Gandin. *in rubr. de homicid. col.* 4. Marsil. *in d. l. fin. de sicar. cons.* 110. Bal. *cons.* 448. *vol.* 3. *& cons.* 211. *vol.* 7. Alex. *cons.* 46. *&* 101. *vol.* 4. & omnib. diligentius, & clarius Anc. cõs. 27. vbi videre placeat. Pla. *in epit delic. li.* 1. *c.* 12. *n.* 5.

30 Dices certũ est oẽs percussisse, & ita præsupponitur, & ille iam mortuus est, ergo oẽs de occiso tenentur, prout considerauerũt Dida. & Plac. in iã cit. loc.

31 Respondetur, quod negari non posset, quin casus in se non sit incertus circa qualitatem vulnerum, & propterea ratione incertitudinis melius est benigniorem partem sequi, & amplecti, & nocentem absoluere, quam innocentem condemnare. Quis enim sciat, quod duo ex tribus peius non affecerint; vel vnus tãtum, siue forte primus, siue secundus, siue vltimus, & maxime in pœnis statutarijs, & bannimentalibus.

32 Sextus casus est, quando in rixa a casu plures plura læthalia vulnera alicui intulerunt, ignoranter tamen, quod vulnus primum illatum fuerit, & consequenter cuius ictu is primum occisus sit, omnes de occiso tenentur, *l. item Mela, §. si plures, l. ita vulneratus, §. item ff. ad legem Aquil.*

33 Limitatur hęc conclusio, vt vera sit, & procedat quod ad actionem ciuilẽ ad damni emendam, & lege Aquil. criminaliter vero quoad pęnã, legis Cornelię, vel statutariæ, vel bannimentorũ, puniuntur omnes, non quidem pęna ordinaria, sed arbitrio iudicis ratione incertitudinis, Iacob. Menoch. *in allegato casu, num.* 17. *&* 18. Rebuff. *in rep. l. diui, num.* 45. *ad Sillan.*

34 Iulius autem Clarus in citato loco, in sua longa distinctione, sentire videtur, quod si plures intulerut plura vulnera læthalia, & ignoratur quis intulerit vulnus huc vel illud, quod omnes de occiso tenentur tamen præcedens opinio æquior videtur.

35 Septimus casus est, cum certum est vnũ tantũ ex plurib. interfecisse, nõ tamẽ constat quis eorũ interemerit, omnes de occiso tenẽtur, *l. itẽ sala, §. si plures, l. ita vulneratus, versic. id quo consequens, ff. ad l. Aquil.*

36 Limitatur id esse veru, quoad l. Aquiliam, ex qua omnes tenentur, secus tamen est quoad legem Corn. de sicar. vel statuti, aut bannimentorũ pęnam, ea ordinaria nõ tenetur, sed arbitrio iudicis committitur. Bar. *in d. l. si in rixa, n.* 10. *vers.* cõstat enim, & ibi Marsil. *nu.* 5. *glo. in Can. quaesiuimus, dist.* 42. Din. *in regul. in* obscuris, *nu.* 3. *lib.* 1. Alberic. *in tract. statutorum, par.* 4. *q.* 61. Alex. *cons.* 15. *nu.* 1. *&* 2. *lib.* 1. *cons.* 14. *nu.* 7. *&* 8. *lib.* 3. Dec. *in l. fauorabiliores, n.* 7. *ff. de reg. iur.* Marsil. *in l.* 1. *nu.* 90. *de sicar. & in rubr. de probat. num.* 437. *consil.* 24. *nu* 6. *cons.* 43. *nu.* 29. Boss. *in titul. de homicid. num.* 26. Tiraq. *de pænis caus. penult.* Paril. *consil.* 148. *nu.* 1. *lib.* 4. Mars. *singul.* 217. Grammat. *cons.* 3. *nu.* 8. *vol.* 24. *nu.* 23. Didac. *in d. Clemen. si furiosus, par.* 2. *nu.* 2. Piaca *in epitom. delict. lib.* 1. *c.* 12. *nu.* 7. Cartar. *de captu. bannitor. in præfat. nu.* 55.

37 Torqueri tamen poterunt omnes, vt sciatur veritas, quis eorum lęthale vulnus intulerit. Mars. *in l.* 1. *§. diuus, nu.* 90. *de sicar.* Dec. *in citato loco, nu.* 7.

38 Limitatur secundo in foro conscientiæ. Ruin. *cons.* 20. *nu.* 4. *lib.* 1.

Octauus casus est, cum constat quis fuerit author rixæ, is solus tenetur pœna capitis, alij verò pęna pecuniaria, & de auxilio, & ope. Bonif. *in tit. de insulen. & percussionibus, nu.* 13. Gandi. *in rubr. de homicid. col.* 7. *& in rub. de defensio. reorum, col.* 5. Alberic. *in leg. quoniam nulla, C. de vi public.* Mars. *in leg.* 1. *in princ. limit.* 9. *& in §. diuus, ff. de sicar. & in rubr. de prob. num.* 418. Alberic. *in l. quoniam nulla, C. de vi public.* Mars. *in l.* 1. *in princip. limitat.* 9. *& in §. diuus, ff. de sicar. & in rubrica de probat.*

Digitized by Google

bat. num. 418. Alberic. *in l.2. §. si quis a non homine*, & ibi Alex. *ff. vi bonorum raptorum*, post Bar. *in l. fin. ff. de Sicar. col.* 6. Bald. *cons.* 130. *vol.* 1. *& in prac. tit. de quæst. col.* 2. Castren. *cons.* 192. Marsil. *singul.* 404. Veron. *cons.* 34. *& in prallica, §. constante, vers. fin.* Angel. *in tract. malefic. in verbo, Andream auxiliatorem, col. fin. versic. nisi fuisset.* Marsil. *in l.* 1. *nu.* 79. *C. de rapt. virg. & in l. eiusdem, §. item, num.* 15. *de Sicar. & cons.* 67. Plata *in epitom. delict. lib.* 1. *c.* 12. *nu.* 5.

39 Nonus casus est, cum non casu prout in præcedentibus, sed studiose, consulto, & data opera aliquem interfecerunt, & is ex vnico vulnere mortuus est, sed nescitur a quo sit illatum, omnes de homicidio tenentur *l. item Mela, §. si plures*, versic. quod si non apparet, ad legem Aquil. bonus textus *in l.* 1. *§. fin. ff. de his, qui deiecer.* vbi ad propositum materiæ locati & conducti loquitur in pluribus conductoribus, ex quorum domo aliquid effusum est.

ADDITIO.

☞ *Late de magis communi Tesaur. decis.* 31.

40 Ampliatur hæc conclusio, vt vera sit, & procedat, siue ciuiliter loquamur quoad damni emendam ex lege Aquil. prout supra dicta iura clare testantur, siue quoad pœnam criminalem ex lege Cornelia de Sicarijs, gl. *in d. l. si in rixa, in gl. fin.* vbi Bar. & Ang. sequitur. Cin. & Salicet. *in l. quoniam, q. fin. C. ad l. Iul. de vi publica.* Gand. *in dicto titulo, de homic.* Marsil. *singul.* 217. Blanc. *de indic. nu.* 217. Carret. *in tit. de homicid. §.* 2. *nu.* 68. *&* 75. Grammat. *cons.* 4. *nu.* 7. *cons.* 5. *nu.* 4. addit. ad Alex. *cons.* 15. *in verb. si plures.*

41 Ampliatur secundo, vt quoad pœnam criminalem pœna ordinaria puniendus sit, vti appēsate, & ex proposito committendo. Didac. *in Clemen. si furiosus, par.* 2. *§.* 2. *n.* 4.

42 Ampliatur tertio in pœna ordinaria indicta a statuto. Bar. *in d. l. si in rixa, nu.* 10. & addit. ad Alex. in citato loco, cum verum sit omnes percussisse, *dict. §. sed si plures*, vbi dictio, est quasi, veritatis expressiua.

43 Limita hāc vltimam ampliationem, vt solum procedat, quando statutum, vel bannimenta idem disponerent, quod ius commune, vel punire animum appensatum, & conatum, Iac. Menoc. in citato casu, in fine, licet, vt plurimum statuta puniant verum effectū non affectum sine effectu.

Et iuxta prædicta patet resolutio de mortuo reperto ante domum plurium inquilinorum, vel cōductorum, nam si aliud non apparet, omnes sunt liberandi.

Et vltra plene, & copiose adducta per Iul. Clar. in citato §. homicidium, & Menochium in citato casu

44 362. addo in materia bene loquentes. Bal. *in l. nam salutem, §. fin. ff. de offic. præfect. vigilum.* Sicul. *de præstant.* Cardinal. *p. vlt. quæst. fin.* Dec. *in l. si quis id quod, col. fin. ff. de iurisd. omn. iud. & in l. semper in obscuris, de reg. iur.* vbi Cagn. *num.* 20. Dec. *nu.* 9. Cassan. *cons.* 58. Roma. *consil.* 401. Cotta *in memorab. in verb. mortuus*, vbi infert ad casum notabilem de ense reperto apud pedes plurium, vt nullus puniatur; casus, qui de facili contingere potest in hisce temporibus, quibus armorum vsus prohibetur.

Et adeo præsumitur contra dominum domus prout est in materia incendi etiam si esset propria vxor occisi, si tacuisset, & incōtinenti non reuelasset. Paris *de sindicat. fol.* 300. *col.* 1. Carar. *fol.* 306. licet contrariū senserit Alber. *de statu. q.* 61. Bal. *in l.* 3. *§. quia, de offic. præfect. vigil.* Marsil. *in pract. § diligenter, n.* 50. *&* 51.

Etiam si homo esset honestæ vitæ, Barbac. ad Bar. *in l. ædiles, de via pub.* Rom. *sing.* 106. Vnde torqueri poterunt. Ang. *de malefic. in verbo fama public. vers. quid autem si sint* Carar. *fol.* 102. Nouell. *fol.* 31. *nu.* 23. Blanc. *in l. fin. nu.* 224. *de quæst.* Monticel. *reg.* 9.)

De Falso.

1 Contingit falsum in materia locati & conducti, vt per Castrens. loquentem de falsitate conductoris, *cons.* 152.

2 Secundo modo committitur falsum in hac locati & conducti materia, ad materiam *l. fin ff. de rei vendic.* de qua suo loco dicam, dū tractabimus materiam iudicialem pertinētē ad hanc locati & conducti materiā.

3 Tertio modo committitur falsum. Miles recipiens stipēdium pro pluribus equis, vel militibus, quam habeat. Alberic. *in rubr. de falsis*, commendat Boss. *de falsis. n.* 171. dicens esse casum quotidianum, & de facili occurrit in istis castellanis, & barisellis, sed isti non puniuntur.

4 Duo tamen sunt casus, in quibus non inciditur in falsum, licet materia in se regulariter falsū cōtineat.

5 Primus casus est ad titulum de his, qui sibi adscribunt, quod adscribēs sibi in testamento in scriptis, vel nuncupatiuo, incidit in quasi falsum, l. 1. & ibi Bart. *ff. de fals.*

61 Limitatur in eo, qui sibi ascribit causa mercedis. Cumanus, *cons.* 78.

7 Secundus casus, Colonus dixit agrum suum, quem reuera colebat, non incidit in falsum. Angel. *in leg.* 2. *princ. ff. de origin. iur.* valde commendat Ioannes de Arno commento 131. faciunt quæ superius dixi de ragatio dicente equum suum.

De 8. gradu accid.

De Legatis, vbi De admendis legatis. Liberatione legata, transmissione locationis. Iure accrescendi, Hæreditarijs actionibus.

De Legatis.

1 Quæro de pulchra, & notabili quæstione. Locator, vel conductor in testamento legant, vel donant rem conductam, vel locatam, quid videantur donare vel legare? & vtique ius, quod habent, & non aliud, *l. si quis domum, §. fin.* vbi notant omnes *ff. de leg.* 1. *l. si cui, §. fin. l. si tibi homo, §. fin. ff. de leg.* 1. *c. pastoralis, de donationibus.*

2 Et si conductor, vel locator habent actionem tantū ad rem, actione donare, vel legare videntur, vt per Ias. *in d. §. fin. in quarta ampliatione, nu.* 14. qui enim actionē habet ad rem, rem ipsam habere videtur. regula, qui actionem, *ff. de regul. iuris.* Pariter si conductor legat conductionem, censetur legatum quicquid potest esse lucri, seu quicquid per conductorem solui debet. Bart. *in l. his verbis, §. idem testator, ff. de leg.* 3.

3 Declaratur ista conclusio, vt procedat in eo, qui sciebat, aliquod ius habere, secus si ignorabat, quia legādo sim.

do simpliciter videtur legare in totum, & non respectu iuris, quod habet, *l. si seruum, §. 1.* cum ibi not. *ff. de legat. 1.*

Quid in locatione? Bart. *in l. prædia, nu. 3. C. de locat. præd. fiscal. lib. 10.* tenet quod videtur locare ius, quod habet tantum, argumento illius textus.

5 Quod declaratur esse verum, nisi emens, vel conducens de hoc scientiam haberet, vel nisi precij qualitas aliter suadeat. ita Iason. *in d. §. fin. in sexta limitatione, nu. 24.* per textum in materia locati, *in l. si quis domum, §. hic subiungi potest, ff. loc.* de quo dixi *in tit. de vsufruct.* & idem tenet Bal. *in l. testamento, C. ad l. Falcidiam, in rubr. C. de contrahend emp. q. 6.* Alex. *conf. 95.* diligenter consideratis *col. fin. vol. 5.*

6 Quid si locator fundus instructus? vtique non veniunt instrumenta coloni, *leg. qui fundus locatus, ff. de fund. instru. & instru. leg.* qui textus mei ponit singularem limitationem, nisi in fundo adsint alia instrumenta, quam coloni, & ita hunc textum reputat singularē Petra sanct. *singular. 35.* inferens ex hoc notabilem limitationem ad regulam, *l. obligatione generali, ff. de pignoribus*, quod in obligatione generali non veniunt ea, quæ quis non esset in specie concessurus; limitatur enim, nisi obligans haberet vnam rem tantum, quia illa censetur hoc casu obligata etiam si esset res priuilegiata, vt Dos, & similia ex doctrina Bal. *ad l. liberti, C. de oper. liber.* idem tenet per illum textum Alex. *in l. si constante, nu. 26. & 28. ff. solut. matrimon.* Negus. *de pignor. in 2. par. membr. 2. nu. 37. & 41.* Marsil. *reputans in practica valde notabile singular. 314. & consil. 21. num. 49.* Calcan. *consil. 39. nu. 11.* Dec. *consil. 30.* Matesilan. *notab. 136.* docens nos in practica, vt in instrumento apponamus, hæc, vel similia verba obligat. omnia bona & cæt. Etiam si essent talia, quæ specialem mētionem requirerent. Boer. *decis. 204. nu. 38.* Alciat. *in l. alienatum, ff. de ver. sign.* Cagnol. *in repet. l. fi. n. 103. et 105. C. de pact. inter empt. & vend.* post Fel. *in c. ex parte col. 3 de constit.* Plot. *de in litem iurand. §. 43. nu. 11.* & tetigi alias superius. pulchre Ias. *in l. qui Romæ, §. duo fratres, sub nu. 62. ff. de verb. obl.*

7 Ex quibus corollarie habetur ampliatio *ad regul. l. si quando, ff. de leg. 1. & c. si Papa, de priuileg. libro 6.* quod verba debet intelligi cum effectu aliquid operandi: nam ampliatur, vt procedat, in casu, vbi non esset nisi res priuilegiata, & casus reseruatus a iure communi priuilegiatus, & exemptus.

8 Ampliatur supradicta principalis conclusio, idem esse si legatur fundus cum iuribus, & pertinentijs quibuscunque, nam tali legatario non debebitur frumentum seminatum mutuatum colono ad seminandum. Natt. *conf. 243. vol. 2.*

9 Ampliatur secundo, vt nec veniant reliqua colonorū, *l. quæritur, §. pcto, l. prædijs, §. ex his verbis, l. qui habebat, §. fin. ff. de leg. 3. prædia, §. 1. ff. de fund. instruct. instrum. leg.*

Id autem, quod de frumento dicitur, non venit in tali legato, si sit mutuatum, secus si sit in dominio legantis, quia tunc venit. Natt. *d. conf. 243.* in fine per textum *in l. quæsitum, §. nonnullis, ff. de leg. 3.*

10 Et sic corollarie habemus, quod pertinentiarum appellatione venit in frumentum in dominio legatis, vltra ea, quæ ponit Ant. Gab. *de verb. signif. conclu. 8.*

11 Quid si colono legatur vsusfructus fundi? tale legatum valet, & cum herede aget, vt non præstet pensionem, & ad expensas factas gratia rei, *l. quoties, §. si colono,* vbi glo. *ff. de vsufructu.* Soci. *in l. fructus, nu. 8. ff. solut matrim.*

12 Pariter si colono, vel cōductori detentationem simplicem habenti fundus legetur, nō aget vt sibi tradatur, quia illa detentatio habet vim traditionis, sed aget vt hæres eum liberet, *l. cui vsufructus, §. colono,* vbi Bar. notat, *ff. de vsufruct. leg.*

13 Quid si fiat legatum saluo iure coloni? de qua clausula alias tetigi, *in tit. de singul. successor.* in materia cōtractuum, hoc casu legatarius tenetur stare colono, & salum agere potest ad pensionem. Bal. *in l. 1. nu. 18. & 19. C. de vsur. & fruct. leg.* vbi ad propositum materiæ locati, & conducti subdit, vt pensiones pertineant ad hæredem vsque ad hereditatem aditam, & post ad legatarium. Bar. *in l. si quis legauerit, ff. de leg. 1.* Ias. *in l. non solum, §. morte, nu. 49. ff. de nou oper. nunciat.*

Quid in legato aluminis, vtique debetur, etiam fabricatū post mortem testatoris, quia refertur ad diem conductionis. decis. *conf. 381. col. fin. vers. 2. pro hoc.*

ADDITIO.

☞ *Ex prædictis infertur ad decisionem quæstionis, si mercator legat apotecam pannorum, quid videatur legasse, nā distinguitur, aut mercator erat dominus & tunc venit apotheca, & non panni, aut tenebat conductam apotecam, et tunc veniunt panni, vt legatum sit in vtile, Bart. in l. cum pater §. mensē ff. de legat. 2. Valasc. decis. Portugal. 59.*

QVAESTIO II.

De Adimendis Legatis.

PVlchra, & notabilis est quæstio ad materiam tituli de adimendis legatis, an per locationem ad longum tempus dicatur ademptum legatum prius in testamento factum?

1 Pro parte affirmatiua facit, quia per alienationem voluntariam legatum adimitur, *l. fideicommissa, §. si rē, ff. de legat. 3. l. rem legatam, ff. de adimend. legat. l. scribit, §. idem scribit, ff. de auro, & argento, leg.* sed locatio ad longum tempus dicitur alienatio, vt superius vidimus *par. 1. merito, &c.*

2 Contrarium in notabili facti contingentia consuluit Alex. *conf. 168. stantibus verbis. vol. 6.* ea ratione, quia titulus, & materia de adimendis legatis procedit & habet locum, quando non vtile dominium tantum prout in casu, de quo agitur, sed ipsa rei proprietas alienata sit, gl. notabilis *in lege tertia in verbo, dedit, in fine, C. de legat.* quam ibi sequuntur Iacob. de Beluis. Cinus, & Bal. vbi Ias. *nu. 2.* Bar. *in l. rem legatam, ff. de adimen. legat.* sed per locationem ad longum tempus vtile tantum dominium transfertur, vt superius vidimus, merito &c.

ADDITIO.

☞ *Hinc infertur singulariter, quòd si testator cōduxit fundum ad quinquennium, & legat mihi ius suū, quod hæres cogitur domino præstare pensionem, & ego possum vti dicto fundo, & non soluere pensionem. Aretin. ... singulariter notandum in §. sed si rem obligatam. nu. 2. versic. fortius dico. Instit. de legat.*

3 Secundo facit etiam, quod titulus, & materia de adimendis legatis locum habet, quando alienatio fieret tit. lucratiuo simpliciter, secus si tit. oneroso, pro ut per locationem ad longum tempus, quia isto casu onus probandi, quod testator mutauerit voluntatem, incumbit hæredi, non enim præsumitur voluntatis mutatio, nisi per hæredem probetur, *l. fideicommissa, §. si rem*, secundum verum intellectum, *ff. de legat. 3. l. Lucius Titius, la 1. ff. de legat. 2.*

4 Et hoc consilium Ales. vti notabile, & peregrinum commendat Boer. *decis. 48. nu. 13.* Hieron. Gabr. *late cons. 103.* Mantic. qui prædictos non allegat. *de coniec. vlt. volunt tit. 2. lib. 11. nu. 22.* Ioseph. de Ludou. qui pariter prædicta non allegat, *concl. 24.*

Et sic habetur responsio ad contrariam rationem, vt non per simplicem alienationem voluntariam legatum adimatur, sed concurrentibus supradictis qualitatibus.

5 Ex quibus corolarie, patet aliqualis declaratio ad titulum de adimendis legatis. Primo, quando vtile, & directum dominium simul transfertur, secus si vtile tantum.

Secunda, si alienatio fieret in casu lucratiuo, & non necessario, secus si oneroso, vel necessario, vt superius dictum est.

QVAESTIO III.

De liberatione Legata.

1 QVæro de vulg. (si Bart. credimus) quæstione ad materiam *l. Cassius, ff. de liberat. leg.* si locator legat liberationum conductori, an valeat, & quid, videatur legatum, & vtique valet, & videntur relicta omnia, ad quę conductor tenetur ratione doli, culpę, & reliquorum ad rem tamen testatoris restituenda tenetur, *l. si cui fundum, cum l. sequenti, ff. de liberat. legat.* Bart. in *l. non solum, §. fin. circa medium, & in leg. Aurelio, §. Caius, ff. eod.* & ad obseruantiam cotractus agitur ex conducto, & ad remissionem mercedis ex testamento, in quo relicta est liberatio, ita Castr. per illum textum, vbi dicit casum notabilem *in l. si mihi, §. fi. ff. loc.* vbi subdit, quod ex hoc non irritatur contractus, qui ab initio valuit, sicut non irritatur quando penitus remittitur, *l. si tibi habitationem*, ff. loc. tacit. *l. si ei, vbi Bar. ff. de liberation. legata.* Menoc. *de præsump. lib. 4. præsumpt. 64. nu. 29.*

2 Ex quibus corolarie sequi videtur, quod per titulum de liberatione legata non irritatur contractus, qui ab initio valuit.

De transmissione

Locationis.

QVæro in quibus casibus locatio transeat ad hæredes conductoris, vel efficiatur perpetua.

1 Vtique si fundus sterilis reddatur fructuosus, & vtilis. Bart. per illum textum *in l. quicunque, Cod. de omni agro deserto, lib. 10.* sequitur Barbac. *in c. cum clerici, de pactis* dicens plures pro hac parte consuluisse Rip. *de pest. part. vltim. nu. 355.* Hippol. *singular. 550.* dicens in practica notabili, et hęc est communis opinio teste Bero. *in c. in præsentia, num. 379. de probation, in c. dilectis, nu. 49. de arbitris,* licet Roma, dubitauerit *singul. 333.* fundus sterilis.

2 Ampliatur in conductore ecclesiæ, qui potest agere contra prælatum ad refirmandū fundū melioratū, vel ad culturam redactum, & ad concedendum in perpetuum. Rui. *cons. 157. nu. 14. & 15. cons. 116. vol. 1.* & hæc est communis opinio, Mazzar. *cons. 15. col. fin.*

3 Limitatur hæc conclusio multis concurrentibus, vt si res sterilis locata meliorata proprijs expensis conductoris, & ea ad culturam redacta, quod melior conditio tempore locationis non fuisset reperta, & quod conductor remittat omnia melioramenta, & quod in locatione adsit pactum, vt post meliorationem debeat dari in perpetuum, & hoc vltimum secundum antiquos, quia contrarium tenuit Ruin. vt supra, & ita declarat Bursat. *cons. 23. nu. 8. vol. 1.* Ex quibus patet limitatio, *ad l. 2. l. fi. & l. congruit, Cod. de loc. prædiorum ciuilium, lib. 10.* disponentes locatorem posse etiam rem melioratam habere, quia procedunt, nisi essent renouati termini, reformata tempora, vel non esset in totum res ipsa reducta ad culturam, vel esset finita prima locatio. Castrens. *consil. 142. vol. 1.* Imol. *cons. 68.* cum apostillis, Rui. *cons. 116. num. 4. & 5. & vol. 1.*

De iure accrescendi.

QVæro, an in contractu locationis, & conductionis habeat locum ius accrescendi.

1 Pro parte negatiua facit primo *l. si mihi, & Titio ff. de verb. oblig.*

2 Secundo pro hac parte facit, *l. si duo patroni, in princ. ff. de iureiurando.*

Tertio pro hac parte facit, *l. fundus cum ibi notat. ff. de contrahen. empt.*

3 Pro contraria parte facit, *l. fi. ff. de vsufruc. accrescendo.* Secundo pro hac opinione facit, *l. proprium, ff. commun. prædiorum.* Tertio facit text. in *l. vnic. C. si sec. cius liber sine libertate receperit, lib. 10.*

4 Verior resolutio esse videtur, vt in contractu locationis, & conductionis habeat locum in accrescendi ex quo est contractus bonę fidei ex doctrina Bal. *in l. si u. C. de inutil. stipulat.* vbi ponit conclusionem, ipsum procedere in contractibus bonæ fidei, non stricti iuris & sumus in contractu vltro citroque obligatorio. *Iaf. in l. si mihi & Titio, nu. 9.* post Alex. *ibi, ff. de verb. oblig. per l. fundus, ff. de contraben. empt.* & interest concedentis, vt fit locus iuri accrescendi. Crot. *in repetit. l. re coniuncti, nu. 144. ff. de leg. 1.* & non sumus in contractu lucratiuo Bal. *in l. 1. §. in 1. col. 4. C. de caduc. tollend.* & adsit obligatio in solidum. Dec. in terminis cōtractus locationis, & conductionis, *cons. 208. in fin.*

5 Addo etiam ad propositum materiæ locati & conducti, de qua agimus, quod si ad Vrbem missi sunt duo ambasciatores, & vnus decedat, vel alias officium nō adimpleat salarium non implentis accrescit implenti. Bar. *in l. 1. C. legatis, lib. 10.* quod dixerunt perpetuo notandum Cortes. *in singular. in verbo salarium, 2.* Petr. Rauenn. *sing. 220.*

6 Quod fortasse inferri posset ad procuratores. Aduocatos, & similes quæstiones, & addo Roma. *sing. 524.*

Pariter econtra, si duo vnum exerceant officium, salarium pro rata distribuitur, Paris. *de sindic. in verb. salarium, vers. an officialis.*)

ADDI.

Digitized by Google

ADDITIO.

☞ *Pariter si legatur tribus executoribus vel tutoribus salarium, si vnus administrare noluit accrescit alteri. Aufrer. ad Tholos. 293.*

Nisi vnus capere non possit, quia alteri dimidia tantum debetur. Rebuff. ad l. triplici col. 7. de verb. signif.

De hæreditarijs actionibus, &c.

DE hac materia posui superius *ad l. 2. C. de iure emphyt.* ad materiam caducitatis incursæ, vbi videre placeat.

De 9. Gradu Accid.

De Nuptijs, Iure francandi, Accessorio.

De Nuptijs.

1 FRater tradidit nuptui sororem, cui dedit in dotem fundum iam locatum, cuius debent esse fructus, vel pensiones. Vtique pro rata temporis fieri debet diuisio a die, quo maritus incepit sustinere onera matrimonij, etiam si post multum temporis spatium facta fuerit consignatio, & sic possessiones, & fructus incipiunt currere a die oneris matrimonij, nō autem traditionis ipsius rei. Bart. *in l. de diuisione, ff. solut. matrim.* vbi Claud. Aquens. *nu.* 8. dicit communem. Ang. & Alex. *num.* 12. dicit magis æquam.

Et postquam maritus incepit sustinere onera matrimonij locator percipit pensionem, restituere tenetur. Bar. *in l. ratio, §. si per venditorem, ff. de actio. empt.* Cephal. *cons.* 584. *vol.* 4.

De Iure Francandi.

1 QVæro. Conductor primo vendidit, post incontinenti conduxit cum pacto francandi, nunquid cadet a iure francandi propter actus non solutos, vel pacta non seruata? Vtique non. Gozad. post alios *in repetit. l. 2. q. 33. C. de pact. inter empt. & venditor.* sequitur Machel. *patrocin.* 7. *nu.* 13.

De Accessorio.

QVæro, an locato principali veniat accessorium ipsius? vidi in facti contingentia, an locato molendino veniat valcheria.

1 Pro parte negatiua facit, quia in contractibus posito antecedente non videtur poni consequens. Bart. *in l. 1. ff. de seru. leg. in l. 2. in sua distinctione, ff. de iurisd. omn. iudic.* Ias. *in l. qua de legato, ff. de leg.* 1. Euerar. in loco, *a contract. ad vlt. volunt. differen.* 17.

2 Hinc in diuisione, vel alias in venditione non venit seruitus itineris, etiam si alijs nullus daretur accessus vt late dixi *ad reg. cum quid, p. 1. quæst.* 5.

3 Pro contraria parte facit, quia vendita domo venit hortus ei contiguus *l. prædijs, §. qui domum, ff. de leg.* 3. late Alex. *cons. penult. vol.* 2. *& cons.* 54. *lib.* 3. *& cons.* 26. *lib.* 4. *&* 33. *&* 204. *vol.* 6. & hęc est communis opinio. Ial. *in l. fin. nu.* 14. *ff. de constit. princ.*

Secūdo vendita domo, venit apotheca subtus existens. Alex. *cons.* 223. *vol* 2. Anch. *cons.* 291.

4 Tertio vendita equa venit pullus, sella, & alia ornamenta, vt late dixi ad regulam, cum quid, *in citato loco, nu.* 16. *cum seq.*

5 Et hæc secunda opinio videtur verior aliquibus adminiculis concurrentibus, prout in venditione considerantur, quę regulantur eisdem regulis cum locatione, vt dictum est, & his consideratis conciliantur contraria. Vnde vendita domo non venit apotheca absolute, & simpliciter, sed si eodem fundamento cōtineatur, et fuerit alias empra eadem conditione cum domo, vt consideratur Alex. *in citato ad id loco*, vel sit aditus per eam. Paris. *cons.* 80. *vol.* 2. late Bero. *consil.* 160. *vol.* 1. Crauet. *cons.* 105. *nu.* 12. *vol.* 1. *&* 234. *vol.* 2. Mari. Anguisol. *cons.* 91. *volum.* 1. Borgni. *in locatione loquens, decis.* 6. *p.* 2. Pariter vendita equa venit pullus non simpliciter, sed qui nondum herbis pascitur, vt patet ex adductis *ad regul. cum quid*, in allegato loco. Addo etiam quod vendita domo veniunt statuæ, quando possunt sine deformitate auferri, alias non, & ita tenuit Rota, vt per Mohedan. *decis.* 84. *alias* 104. Bard. *de tempor. vtilit. & contin. capit.* 18. *sub numero* 20.

6 Pariter etiam extincto principali firma remanet conductio, & locatio in accessorio, ex notat. per Rom. *consil.* 327.

7 Et locata vinea, veniunt tineæ, Bald. *in l. sed addes, §. illud, ff. loc.*

Et granaria veniunt in legato domus, si erant ei contigua, secus si erant separata, vel solita locari, Bar. *in l. vxor. de legat.* 3. dicit singular. Petr. Rauen. *singular.* 239.

D. VIN-

D. VINCENTII CAROCII I. C.

Locati & Conducti Tractatus.

PARS SEXTA.



GAM (Deo dante) in hac sexta huius operis parte materiam principaliter ad practicam, & forum pertinentem, & quæ remedia in iudicio, & excipiendo, & agendo locatori, et conductori competant, & quis modus, & ordo seruandus in iudicio sit in hac parte in multis disputationibus ad partes a foro iudiciali, et practica admodum alienis, tum in tempore, loco probationibus, & similibus omissis, prout experientia passim animaduertit, & docet.

QVAESTIO I.

1 PRimo, locator si vult agere contra conductorem, prius constare debeat de debito sui conductoris. late deducit Menoc. *de adipiscend. possess. remed. 3. q. 29. sub numer.* 162. Ioseph de Ludouic. *conclus.* 14. *illatione* 66.

Actio ex locato quando competat. Quatuor sunt principaliter casus, in quibus competit locatori actio locati.

2 Primus casus est, in quo locatori competit actio ex locato ad mercedem consequendam a cõductore, qui illam non soluit, cum iam tempus venerit, *l. si in l. §. si domus, ff. locat.* de cuius legis materia posui suo loco de colono migrante, *l. dominus, §. fin. ff. loc.*

3 Secundus casus in quo locatori competit actio locati ad æstimationem dãni dati, vel deteriorationis rei locatæ, *l. non solum, ff. in quib. caus. pignor. vel hipothec. tacit. contrahatur*, siue dolo, siue culpa lata, leui, & quãdoq. leuissima conductoris, vt dixi *in tit. de dolo, & culpa*, & est bonus textus *in l. si vulnerauerit, ff. locat. in l. in iudicio, C. locat.*

4 Tertius casus est, in quo competit actio locati ad obseruantiam contractus, vel ea, quæ veniunt de natura contractus, *vt l. si merces, §. conductor, ff. loc.* de cuius materia etiam suo loco dixi.

5 Quartus casus est ad restitutionem rei conductę, & hoc duobus modis, vel post finitum tempus cõductionis, pro quo competunt etiam plura remedia possessoria, vt interius suo loco dicam.

6 Et hæc conclusio vera est siue res sit immobilis, siue res sit mobilis, prout in eo, qui conduxit asportandũ vinũ de Capania, si culpa, & ex mora sua impediatur, ex locato tenetur, *l. videamus, §. qui vinum. ff. loc.* vbi habes practicam. Aut conductor fuit impeditus post moram, et sibi imputatur, aut ante moram, & excusatur, nec in primo casu aliquid releuat, quod post impedimentum fuit factum depositum, & sigillatum.

7 Ante vero conductoris tempus competit locatori actio ex locato ad expellendum, in casibus *l. æde, C. locat.* de qua suo loco dixi post Alex. *cons. 79. & consilio 132. & cons. 5. lib. 4. & cons. 118. lib. 5.*

8 Ampliatur, vt procedat etiam in hærede locatoris. Angel. *cons. 2.* Firmian. in verbo. hæres locatoris. Magon, *Rota Luc.* 75.

9 Quintus est casus *in l. item quæritur, §. si quis seruum, ff. locat.*

Sextus est casus in eadem *l. §. item Iulianus*, quę cõpetit patri contra dominum, & magistrum pro filio dato in famulum, & datur castigatio, quod passim occurrit, facit *l. præceptoris, de regul. iuris.*

Septimus casus in eadem *l. §. si quis mensuras*, vbi datur actio locati pro mensuris conductis, postea fractis de commissione superiorum, vt passim occurrit.

10 Octauus casus pro damno dato a famulis, vel familia conductoris *l. videamus, in princ. ff. locat.*

Si porrigo libellum dicendo rem ad me pertinere iure dominij, vel quasi, & exprimo actionem ex locato & probo de dominio, inepta expressio actionis nihil facit. Zabarell. *in c. examinat. nu. 5. de iudic.*

Quando competat actio ex conducto.

DVO sunt principales casus, in quibus conductori datur actio ex conducto.

1 Primus casus est vt conductori, & inquilino re conducta frui non liceat, & hoc contingere potest tribus modis.

2 Primo si prohibeatur a locatore met.

Secundo si ab eo, quem locator prohibere poterat

3 Tertio si prohibetur ab eo, quem locator prohibere non poterat, vt quia locauerat domum alienã sciẽter, quo casu venit totale interesse conductori, *l. si in l. §. si colonus, & §. item vtiliter, l. si fundus, §. fi. l. ex conducto, in princ. ff. locat.*

Et sic locatio rei alienæ in se valet, datur tamen conductori non valenti frui re conducta actio ex conducto ad interesse.

4 Secundus casus est, quo datur actio ex conducto ad exonerationem mercedis: veluti si iudex, vel alius, cui locator non potuit resistere, prohibuerit conductorem frui re conducta, vel dominus domus conductæ prohibuerit in casu, quo locator locauerit bona fide, credens domum esse propriam, vel quando dominus verus locator expulerit conductorem pro causis expressis, *in l. æde, C. locat. l. si fundus, §. fin. ff. loc.* vel ex causa sterilitatis, prout suo loco dixi.

Tertius

Vnde considerandi sunt duo, casus aut .n. pro mercede fuit victum, vt detur quantum postea inter partes conuenerit, vel collata generaliter in arbitrium alienum, & erat completus vsus, vel impletū factum, & datur actio præscriptis verbis, & ita procedat famosum dictum Azo. *in summ. de loc. nu. 2.* Aut merces fuit certa ab initio tacita vigore consuetudinis, & competit actio locati, vt per glos. *in l. excepto,* ita Rota nouissima 88. *num. 22. cum seq. par. 2.*)

3 Limita, vt talis actio locatori detur præstita per eum patientia, alias non. Ruin. *conf. 144. vol. 1.* Bonū igitur est semper offerre pro parte sua adimplere.

Remedium 3.

1 Quæro, an contra conductorem, vel colonum competat rei vendicatio. videbatur dicendū quod non, cum deficiat vnum extremum requisitum in rei vendicatione, quod est possessio ex parte rei

2 conuenti, ex quo conductor non possidet, sed habet simplicem detentationem, prout alias dictum fuit *et l. rei, ff. locat.* & hæc fuit apud antiquos iuris consultos Pegasi opinio, prout *in l. officium, ff. de rei vendic.* Menoch. *conf. 338. num. 2. lib. 4.*

3 Contrarium est verius ex *l. neque, ff. de rei vendic. §. t. instiutio. de actio. glo. in l. commun diuidundo, §. neque ff. commun. diuidundo.*

4 Limitatur, vt procedat in rei vendicatione vtili, quæ datur contra quemlibet habentem facultatem rei restituendæ siue sit verus possessor, siue non, non autem in rei vendicatione directa, quę præsupponit possessionem ex parte rei conuenti, ita declarat Angelus in *d. l. officium,* vbi etiam dat cautelam, quod in dubio omnis detētor præsumitur possessor, nisi aliud appareat, *l. stipulatio ista §. hi quoque, ff. de verb. oblig. l. 2. C. ne vxor pro marito, gl. in Cano. Pontifices, 7. q. 1.* Innocent. *in cap. cum olim, de priuileg.*

5 Et ita declaratur dictum Innocen. in c. quoniam frequenter, in gl. adeo, vt lite non contestata.

6 Limitatur secundo, vt in simplici detentione fiat executio non in possessione, immo sententia contra locatorem lata non nocet possessori non citato, vt per Innocen. & Ang. *in citato loco.*

7 Potest tamen dominum in iudicio nominare, *l. 2. C. vbi in rem actio. glos. in l. commun. diuidund. §. neque ff. commun. diuidundo, & ponam in titul. de nominationibus.* Et sic patet responsio ad contraria ex notatis in prima limitatione.

QVÆSTIO II.

De Rei vendicat.

Pone quod colonus, vel conductor conuentus rei vendicatione negat, erit ne locus dispositioni, *l. fin. ff. de rei vend.*

1 Videbatur quod non, quia *d. l. fin. est odiosa,* merito extra suum casum extendi non debet, regula, odio. *lib. 6.* sequitur simpliciter Anton. Gabr. *de acq. possess. conclu. 5. num. 34.*

2 Contrarium videtur de iure verius, cum rei vendicatio detur etiam contra simplicem detentionem, ex l. officium, nec in hoc per medacium coloni, quia conductor priuatur ea detentione pro eo tempore, quo stare deberet, & non vltra. Bart. ita declarans *in l. 2. num. 17.* vbi Bal. *num. 14.* Castr. *col. 1. in fin.* Salicet. *q. 5 C. vbi in rem actio.* Ioseph. *Rot. Lucan. 30.*

3 Bene verum est, quod colonus de facili se liberare posset dominum nominando, vt dicam in titulo de nominationibus, & hanc secundam opinionem tenuit Alex. *ad l. peregre, §. quibus, ff. de acquiren.* possessione, & ante eum Speculat. de 1. & 2. decreto, *§. restat. nu. 19.* Cuccus dementiente possessionem, *n. 142.*

4 Ampliatur ista conclusio etiam quod ille, qui alieno nomine possidet, non solum negauerit possidere sed verum dominum in iudicio interrogatus non nominauerit, quia adhuc aufertur possessio, & applicatur actori. Speculat. *in d. §. restat.*

5 Cogita circa ambas opiniones prima enim in ratione sua non videtur vera, licet enim odia sint restringenda, non tamen in casu nostro in mendacij pœnam, quod a iure, vti veritati contrarium reprobatur, nec vere dicitur dispositio in se odiosa, quę mēdacium insectatur. Secūda opinio dura videtur, quia videtur cogi dominus quodammodo alij locare, cōtra *l. ne cui, C. locat.* de quo suo loco diximus. Dices, non fit prędiudicium, dico satis prædiudicare mutuan. do colonum in fortasse deteriorem.

ADDITIO.

☞ *Et ideo priuilegiata est locati, & conducti materia vt Clericus conuentus possit coram iudice laico ad solutionē pensionis & fictus. Marant. disputatio. 8. num. 3. nec obstat, cap. 2. & capit. si diligenti de foro compet. quia respondetur quod duplex est actio, realis & personalis; personalis cum principaliter agitur contra personā realis cum principaliter agitur ad rem licet conueniatur persona, pro vt est petitio fictus & pensionis, & hæc intentari potest, coram iudice laico quia principaliter respicit rem, & ita declarat Iacob. de Zocch. in c. 2. Triuisan. dec. 34. lib. 1. dicens ita indicatum. Ampliatur vltra Triuisan. etiam si conductor esset Laicus, sed bona ecclesiæ nisi consuetudo esset in contrarium. Borgni. in reper. dec. verbo debitor part. 1.*

QVÆSTIO III.

De Rei vendicat.

Quid è contra si proprio nomine possideat, & dicat se colonum talis, cum re vera non sit.

1 Vtique priuatur ne dum possessione, seu mauis in hoc detentatione, sed omni ano remediū sibi de iure competenti. Roma. *cons. 70. col. 3. vers. vltimo quær.* Afflict. *dec. 18.* Abbas, *in c. quoniam frequenter, §. quod si super,* vt lite non contestata. Guid. Pap. *sing 609.* Aret. *in §. omnium, col. 11. de actionibus.* Marti. *in practic.* summopere commendans *sing. 432.* Ant. Gabr. *de acquiren. possessione, concl. 5. n. 18.*

2 Et multo magis si nominasset aliquem potentiorem ad fugiendum iudicium, vel forum declinandum, vt si nominasset aliquem priuilegiatum, vel similem, Bald. *ad l. 1. C. de his qui potentior. nomin.* vbi isto casu dicit priuari omni iure. Marian. *d. §. si super, num. 11.*

3 Declarantur tamen prędicta omnia, vt procedant quando responsio facta sit super interrogatione vali-

da,

da,& legitime formata, alias non præiudicat. Alex. *in l.etiam.§.licet,ff.folu.matr.* Ias.*in §.omnium, numer. 97.de action*. Felin.*in c.ex tenore, col.3. in fine, de re. scrip.* Caffane.*confil.38.col.2.* Gomez. *in §. ex malefi. col.7. de action*. Ant. Cuccus de mentiente possessio. nem limitatione quinta, *numer.289.* vbi subdit in practica, quod siue responsio fiat ante libellum, prout quandoque practicatur per viam præparatoriorum, siue in ipso libello, sit enim quandoque libellus, & in casu ipsius præparatoria, siue post, prout ad articulos,& positiones si libellus est ineptus omnia coruūt, & vltra eum addo Alex.*in leg.1.notab.primo,C.de his*, qui potentiorum nomine, dicens valde notandum pro limitatione d.*leg.primæ,& fin. Cot.in memorab.in* verbo mendax, dicens hoc perpetua memoria dignū ad totam materiam positionum,vt si erit impertinēs responsio non præiudicat.

4 Cautus igitur erit procurator rei conuenti, vt ad euitandum mendacium videat si libellus est malę formæ, vel positio aliquo modo impertinens.

Et confirmatur hæc declaratio hoc alio notabili dicto, quod licet recusans respondere positionibus habeatur pro confesso *cap.2.de confessis,lib.6.* Verō *cautel.94.& 265.*

5 Limitatur tamen hoc,vt non procedat quādo quis poneret scienter falsum. Bal.*in l.sicut,§ in fine, C.de repudian. heredita.* quod dictum singulare in practica reputauit Curt.*in tract.position. breuiloqu.6.*

QVAESTIO IV.

De Rei Vendicat.

1 QVæro vlterius satis ad propositum in hac locati & conducti materia. Possidebam aliquid per colonum,vel in quilinum meū, & hoc ego ignorabam,multi enim absentiam longa nesciunt quā doque vires,& vim sui patrimonii, conuentus nego,an conuictus de mendacio sit locus dispositioni *l.fi.ff.de rei vend.* vtique non,quia requiritur dolus,vel culpa. gl.Bar.& alii *in d.l.fi.* Bal.*in c.1.§.vasallus, il primo*, per illum textum in verbo, scientia, si de feudo controuersia fuerit *in l.ea quæ,colum.1.C.de condic.indeb.* late congerit Anto.Gabr.*d.conclusione, num.26.* Cucchus de mentiente possessionem *limit.6.*

2 Quibus addo bene in materia loquentes Corne. *consf.334.* videtur,*col.antepenul.lib.3.* Cotta dicens hoc perpetuo notandum,in memorabil. in verbo negās, *in fine*. Plot.*de in litem iurand.§.37. num.16.* allegat *l. primam,ff.de liberal. caus.*

3 Considerandum est,quod solet dari copia pręparatorium ad deliberate respondendum. Vnde circunspectus erit iudex de qualitate personę si potuit se informare,si est solita consulere rebus suis, & reuidere negocia sua, & similia facere.

4 Notandum tamen est quod id, quod dictum est superius, scilicet quod tale factum coloni domino non præiudicat, declaratur multis modis.

5 Primo nisi dominus post executionem sententiæ factam sciuerit possessionem rei suę ex mendacio coloni esse traditam alteri, & negligens fuerit in ea recuperanda,quia tunc perdit nome possessionis. Ale. *ad l.peregre,§.fi.nu.8.* in *fi.ff.de acqu.possessione,in leg. quānis,& in l.fi de eo,§.1.ff.eo.* post Ang.ab eo citatū.

6 Vnde cautus erit: actor si aliquo possibili modo facere potest, vt dominus sciat ad hoc, vt ab eo etiam non possit molestari.

7 Declaratur secundo nisi colonus iniquus fortasse ante executionem, & processum contra se factum tradiderit alteri rem petitam glos. est notabilis, quæ ibi sequuntur Butriga. Cin. Bal. Castrens. & alii, *in l. 2.in gl.1.C.vbi in rem actio.* Alex.*in l.sæpe, nu.20. ff.de re iudicat*. Canonistæ, c. inter quatuor,*in glos. magna de maioritate,et obedientia*.

8 Sed pone quod conductor, vel colonus in prima responsione dicit se possidere, nec specificat nomine alieno post in conclusione causę declarat vti conductor? vtique condemnari debet vti conductor ad restitutionem possessionis, ex simpliciter semel confessus est, & ad refectionem expensarum fine præiudicio veri domini. Afflict. *decis.126.* & addo quæ ponam in titulo, de nominationibus,& in titulo, res inter alios acta, & in facto practicando tibi occurret, quod multi coloni studiose negant, ad effectum expellendi,quia conductio,& res conducta non placet.

De Nominationibus.

1 COniungendo materias, cum superius facta sit mentio nominandi dominum, iungam materiā nominationum: vnde conductor, vel colonus statim in ipso principio litis dominum in iudicio nominent, & dicant se possidere alieno nomine, & petant iudicium dirigi contra dominum, vt ipse defendat causam suam,& hoc ipso absoluitur reus ab obseruatione iudicij, & transfunditur in dominum, nec est necesse probare quod cōuentus possideat nomine alieno, sed sufficit sola nominatio, potest tamen actor si vult in se assumere onus probandi. Specul. in titulo, de primo,& secundo decreto,*§.restat.nu.19.* Abb. *in c. quoniam frequenter,num.12.* vt lite non contestata. Bart.*sing.151.* alieno nomine. Dec.*cons.62.* Marant. *de ordine iud.par.6.membr.6.* Afflict.*decis.129.* Franc. Marc.*dec.180.par.1.* Soc. de communi, *in l.rem quæ nobis,q.10.de acqui.possession. conf. 54.num.23.volu.1.* Vrsill.ad Afflict.*decis.217.num.3.*

2 Ampliatur vt nominans perseuerando comparere post nominationem, non dicitur sibi pręiudicare, sed præsumitur venire ad cautelam,vel defensionem nominato. Magon. *Rot. Florent.150.sub.numer. 27.* ita declarando dictum Speculatoris.

3 Limitatur nisi nominatio facta sit in fraudem actoris, prout bonus iudex diligenter animaduerte, & inspiciet. Afflict.*decis.219.* Ruin. *cons.150.num.7.lib. 3.* Iacob. Menoch. *de recuperan. possess. remed.16. quæst.13.*

4 Addo bene loquentes Macbel.*patroc.13.nu.9.* Benintend. *decis.79.*

Limitatur secundo, in conductore ad modicum tempus,vel alias non habente ius in re, secus si haberet ius in re, qua ratione sui iuris conseruandi, conuentus erit obligatus defendere causam suam,cui tamen nominatus in iudicio assistere poterit. Aret.*in r. cum nuncius,nu.4.*de testibus late post Decia. Borg. *decis.45.nu.74.*

5 Vbi subdit quod multi faciunt comparere tertiū ad impediendum,qui non debet audiri,immo impulsio fit de re conducta, nisi tertius incontinenti doceat

deiure

Digitized by Google

de iure suo, dicens ita pluries fuisse iudicatum.

6 Et quod in eadem instantia, vel alias arbitrio iudicis tertius in eius iuribus audiri debeat. *Ioseph Rota Lucan.33.*

Et talis nominatio fieri debet ante litem contestatam, immo ante aliquam exceptionem dilatariã appositam, ne illudatur actor in exceptionibus a reo propositis, quem postea pæniteat. Barbat. *in cap. quoniam frequenter, §. in alijs, numer. 52. versic. tu pondera, vt lit. non contestat.* Menoch. *de arbitr. iudic. centu.5. cas. 477.*

Cui addo satis plene loquentem Hierony. Gabr. *cons. 47. per totum.*

7 Limita primo, vt non procedat probato aliquo errore, quo probato, locus est nominationi etiam post litem contestatam, vt per Barba. *in citato loco per textum in c. fin. de confess.*

8 Limita secundo, vt non habeat locum quando fieret nominatio ad effectum, vt ille reus vti posset defensionibus suis, quo casu nominatio fieri posset etiã post litem contestatam ita Socin. *in d. §. in alijs, num.* 118. ea ratione, quia tunc non est acceptio dilatoria, vt ibi late per eum.

9 Et facta nominatione per conductorem, vel colonum, aut similes, debet fieri noua petitio contra nominatum, alias condemnari non debet, & hæc est communis opinio. Dec. *cons. 62. num. 4.*

10 Bene verum est, quod ex delicto proprio conuentus etiam si de mandato alterius constet, non est locus nominationi declinatiue, sed institutiue, & informatiue. Soc. *d. q.* 10. sed recurritur ad interdicta in rẽ, vel est opus noua actione contra nominatum, vt late deducit Mago. *Rota Florent.* 150. *numer. 30.*

11 Et si nominatus sit diuersi fori, puta clericus, vel similes, actor ire debet ad iudicem suum: ita practicare docet in terminis Soc. *cons. 66. nu. 5. par. 1.* vbi reus debet petere se absolui ab obseruatione iudicij. Cou. *pract. q. 9. c. 8. sub num. 3.*

12 Limita nisi incontinenti probaret bona non esse ecclesiastica ita practicare docet Natt. *cons. 324. volu. 2.* Abb. *in c fin. num. 28. vt lite non contestat.* Cagnol. *ad l. venditor, num. 28. de iudic.* Capel. Tholos. *decis. 360.* Tiber. Decian. *cons. 318. volu. 3.* Ioseph. de Ludouic. *Rot. Lucan. 34. num. 22. par. 1.*

Et si locatur res ecclesiastica, quis sit iudex competens? communiter distinguitur, aut agitur de rebus ecclesiæ actione reali, vel personali, & est in electione actoris, vel coram iudice ecclesiastico, vel sæculari agere, aut agitur mera actione personali, puta ad mercedem, in qua non venit restitutio rei ecclesiasticæ, & tunc coram sæculari agendum dicit de magis communi *decis. Pedem. 32.* Dec. *cons. 48. num. 16. vol. 1.* Cur. iun. *cons. 129. artic. 6.* Crot. *cons. 344. nu. 15. vol. 3.* Marza. *consil. 51. num. 91.* Cur. 91. vbi agitur hypothecaria, vel Saluiano. Arancis. *decis. 101. numer. 91.* Borgnin. *decis. 418. num. 62. par. 2.* Traqu. *de retract. Lignag. §. 32. gl. 1. num.* 80. dicens in Francia presens dictum seruari.

13 Et coloni, vel conductoris contumacia domino non nocet, vt no. *in l. fin. C. si per vim*, & iudicium in se suscipiendo potest semper pænitere ante litem cõtestatam, & nominare refectis expensis. *Specul. de 1. & 2. decret. § restat, num. 20.*

14 Declara etiam, quod si quis conuenitur possessorio recuperandæ, & in libello narratur quod ipse est ille, qui spoliauit, vel mandauit, vel ratificauit spolium, & non habet locum nominatio, quia conuenitur ex facto proprio, sed si conueniretur condictione *c. sæpe de restitut. spoliat. vel ex can.* rẽintegranda, quibus non agitur de facto conductoris conuenti, tũc habet locum nominatio, ita declarat Afflic. dicens hanc esse veram considerationem *decis. 217.*

15 Appellatio autem non datur si sit pronunciatum agi debere contra nominatum, secus si pronunciatum sit agi non debere. Beninten. *decis. 79.* Borgni. *de vsufruc. mulier. nu. 217.*

De ædilit. edict.

Remed. 25.

1 QVæro, an in contractu locationis & conductionis habeat locum actio redhibitoria, vel quanti minoris?

Videbatur quod sic, cum habeat locum in contractu emptionis, & venditionis, *argum. l. 2. ff. loc.*

2 Contrarium est verius, si simus in locatione ad modicum tempus, quæ non tribuit ius aliquod, secus in locatione ad longum tempus, & hoc casu competit vtilis tantum, Bal. *in l. 1. in vltim. opposit. C. de ædilit. act.* dicens, quod ædiles non habebant iurisdictionẽ in locationibus commendat Catellin. Cotta *in memorabil.* in verbo actio. dicens singulare ad intellectũ tituli de ædilit. actionibus, Caballi. eum non allegãs, *de ædilit. actio. c. 2. num.* 10.

De damno dato.

Remed. 5.

1 QVæro, an conductor, vel colonus possit accusare de damno dato? vtique locatori tale remedium competit, non conductori, l. si fur, alias incipit, Iulianus, ff. de vsufruc. sequitur Aret. in rubr. de nou. oper. nunciat. reputat singulare Guid. Pap. *singular.* 643. Franc. Bald. *decis. 96.*

2 Id autem, quod de conductore dictum est, vt ei tale remedium non competat, limitatur multis modis.

3 Limitatur primo, quia conductor exigendo, non tenetur domino restituere, *l. is qui rem, vbi no. ff. loca.*

4 Ampliatur hęc limitatio, vt non computet in pensionem, vel ratam suam, gl. singularis secundum Bar. ibi *in l. si pignore in verbo*, restitui, circa medium de pigno. vbi rationem reddit, quia conductor commodatarius, & similes habent vsum rei, quod non est in creditore, vt ibi per eum.

5 Conductor igitur non accusat, sed exigendo damnum, non tenetur restituere.

6 Limitatur secundo, nisi habeat speciale mandatũ in conductione a locatore, *l. cum in plures, §. mentem ff. loc. l. item Mela, §. fina. ex glos. §. si plures, in verbo, hero. ff. ad l. Aquiliam* Barto. *cons. 31. col. 1. vol. 1.* Ioan. Andr. *ad Spe. in tit. de locat. §. 1. sub numero 3. littera B.* Aret. *in §. is ad quem, sub num. 2. col. fina. versic. quid si statuto, instit. de rerum diuis.* Rim. senior, *cons. 663. vol. 4.* Machel. *patrocin. 45. num. 12. & 13.* Io. de Amic. *cons. 75. col. 3.* circa medium, Piot. ad l. si quando, *nu. 864. vers. 58. C. vnde vi*, iuxta primam impressionem, Borgni. *dec. 44. sub num. 72.*

7 Sublimita vt ratione sui interesse accusare possit actione in factum, vel officio iudicis, sine aliquo mandato. Petr. Anguissol. *cons. 21. num. 5. vol. 1.* Rim. sen. *cons. 66. num. 7. vol. 4.*

8 Sublimita secundo in fructibus iam a solo separatis, & adhuc in arca existentibus. Pancirol. *cons. 49. num.* 10. Rimi. sen. *cons. 663. num. 6. vol. 4.* Eman. Soar. *in thesaur. num.* 218. Caba. *milleloq. 3.*

9 Limita tertio in colono nummis colente, qui accusare non potest de robaria fructuum, ex forma statuti punientis derobantem rem alterius. Angel. *in l. Iulianus, ff. de vsufruc.* sed bene partiarius pro suo interesse, vt ibi per Florian.

10 Limita quarto, quod colonus potest expellere pecora de fundo, & includere, dummodo non occidat, *l. quintus, ff. ad l. Aqui.* potest prohibere intrantem, *l. diuus, ff. de seruitut. rustic. prædior.* potest fructus subreptos auferre, not. *in l. ait prætor, §. si debitorem,* ff. quę in fraudem creditorum potest ad iudicem adducere furem fructuum, *l. interdum, §. qui furem, ff. de furt.* sed non potest pignorare, vel alias grauare damnum dantem, *l. non est singulis, ff. de regu. iur.* potest furem fructuum telo se defendentem occidere. *l. itaque, ff. ad l. Aqui.* & datur retentio pro alimentis, non pro damno ad quod agere debet sed non retinere. Alciat. *reg. præsump.* 50. Menoch. *lib. 6. præsump. 72. num. 5.*

11 Vidi quandoque dubitatum in facto, an colonus possit accusare dominum de damno dato, & iniusto, & petere excomputare, cum pensione sua.

12 Pariter vidi dubitatum, an teneatur de damno dato, & putarem quod sic, cum custodire teneatur, ex supradictis.

De actione iniuriarum.

Remed. 6.

1 QVæro, expellitur colonus, vel conductor, ex aliquo odio, competitne locatori actio iniuriarum? vtique sic, pro interesse, Bartol. *in l. hostes, ff. de captiu. & postlimi. reuers.* Bal. *in c. dilectis, num.* 20. *de app.* vbi tenet competere etiam actionem de dolo pro suo interesse.

Regulariter autem conductori, vel colono non competit actio iniuriarum, *l. iniuriarum, §. si quis me prohibeat, ff. de iniur.*

Fallit in conductore iuris publi. vt ibi habetur.

2 Fallit si fieret vis in domo conductoris, *l. lex Corn. §. domum,* ff. *de iniur.* Vnde tenetur domino denunciare, Iacob. Riminal. *cons. 663.*

Vti possidetis.

Remed. 7.

1 DVplex est hoc remedium, ciuile, criminale, seu mixtum. Ciuile est interdictum vti possidetis, quod si loquimur ex parte locatoris, competit ei cum colonus turbatur. Papienl. *in forma turbat. possess. in verbo, eiusque colonos.*

2 Ampliatur etiam si colonus facta turbatione discessisset. Bald. *in c. licet causam, num. 34. de prob.*

3 Ampliatur secundo, vt detur contra colonum dominum turbantem in sua possessione. Paris. *cons. 126. num. 5. lib 4.*

4 Subampliatur hæc ampliatio, vt procedat etiam in conductore ad longum tempus, qui si finita locatione permaneat, dicitur turbare dominum in eius possessione, & conuenitur interdicto vti possidetis; vt desistat Bartol. *in l. 1. & fin. num. 17.* & ibi apostil. *ff. vti possidetis.*

5 Turbare autem dicitur colonus dominum suum? locando alteri fundum: conducens eundem fundum ab alio in præiudiciũ veri domini tradendo, vel promittendo alteri fructus, vel pensionem, vel possessionem non restituendo. Alexand. *cons. 80. numer. 9. lib. 2.* Felin. *in cap. licet causam, num. 11. de probat.* Rebuff. ad Gall. *constit. tom. 3.* de materijs possessorijs, *art. 1. glos. 2. num. 7.* Iacob. Menoch. *de retinen. poss. remed. 3. num. 466.*

6 Et vltra Menoch. dicitur, aut colonus negat possessionem restituere, & turbare dicitur, vt dictum est, si vero velit simpliciter habitare, locatione finita, non dicitur interuertere possessionem, sed tenetur actione iniuriarum, *glos. in l. si duo, §. inquilinus, in verbo, placuit, in fine,* ff. *vti possidetis,* sicut etiam locator dicitur turbare emittendo banna de locando. Afflict. *decis. 394.* Vincen. Franc. *decis. 163. part. 1.*

Et sic aliud est interuertere, vel obstinate velle locatione finita permanere.

Et in materia turbatæ possessionis testes singulares, nec de auditu probant locationem, nec sufficit probare locationem, quod vidit seminari, nec sufficit probare locationem, nisi concurrat, quod per hanc locationem fuit impeditus vti frui, vt cõcludit Alex. *cons. 80. num. 8. vol. 1.*

QVÆSTIO II.

Vti possidetis.

1 QVæro secundo loco, quid econtra, an colono, vel cõductori competat interdictum vti possidetis.

Et videbatur primo quod sic, nam simplici detentori, prout est colonus, competit vnde vi, *l. Fulcinius, ff. de vi, & vi armata.*

2 Secundo quia interdictum de itinere, actuq. priuato, competit soli detentori, *l. 1. §. si tibi, ff. de itine. act. priua.* & magnam cum interdicto, vti possidetis, similitudinem habet.

3 Tertio facit *l. fin. C. de prætor. pign.*

4 Quarto facit, quia interdictum de superficiebus competit colono, vt suo loco dictum est.

5 Et hanc opinionem tenuit Innoc. in cap. cum contingat, de dolo, & contumac. quem sequutus est Faber *in §. retinendæ, Instit. de interdict.*

Contraria est opinio, vt tale interdictum colono non competat, ex quo non possidet, vt plures dictum fuit, & tale interdictum possessionem pro extremo presupponit.

6 Et pro hac opinione facit *l. 3. §. creditores, ff. vti poss.* vbi denegatur tale interdictum creditori ea ratione, quia nõ possidet: quæ ratio & colono militat.

7 Secundo pro hac opinione facit *l. 1. §. deijcitur,* ff. *de vi, & vi armata.*

Et hanc opinionem vti veriorem tenuit *glos. in l. 1. §. quoties,* ff. *de itine. actuque priua.* Imol. *in cap. veniens, de præscript.* Aret. *in §. retinendæ, numero 2.*

de

de interdict. in l. naturaliter, §. nihil commune, numer. 39. ff. de acquir. possess. Menoc. de retinen. possess. remed. 3. numero 46.

8 Addo Rip. in leg. 1. numer. 44. de retinen. poss. rub. de caus. poss. & propr. num. 46. & hæc est magis communis opin. Bursa. cons. 90. nu. 5. vol. 4.

Rationibus ex aduerso adductis, respondet Menoc. in citato loco.

9 Agitur etiam criminaliter per locatorem pro turbata possessione, etiamsi facta turbatione colonus decessit, Bal. in c. licet causam, num. 34. de probat. Menoc. de retinen. poss. remed. 3. sub nu. 54.

Nec non ex l. Iulia de vi, & crimine stellionatus. Iac. Menoc. de arbi. iud. lib. 2. cas. 381. nu. 10.

QVÆSTIO III.

1 QVæro, an competat interdictum vti possidetis inquilino in suo ædificare prohibito, & vtique sic respondit I. C. in l. si duos §. hoc interdictum ff. vti possidetis, vbi rationem reddit, quia possessionis controuersiam facere videtur, qui alterum prohibet sua possessione vti.

2 Limitatur, nisi inquilinum impediens assereret seruitutem habere, ne inquilinus altius tollat, tunc agere potest inquilinus, secus si qui seruitute habet, vellet vti hoc interdicto contra inquilinum, quo casu cõpetit ei vtile interdictum si turbetur in possessione ipsius seruitutis, secus si turbetur in possessione fundi: nam tunc competit directum vti possidetis interdictum glos. & Bar. in dicto §. hoc interdictum, docens ita practicare in l. sicut. §. Aristo. ff. si seruitus vendicetur, in l. 1. §. nec cui, vbi Bal. C. vti possidetis, Alex. cons. 176. num. 7. lib. 2. Menoch. de recupe. possess. remed. 3. quæst. 28. num. 234.

3 Nunquid hoc interdictum competat superficiario, posui suo loco.

De vnde vi.

Remed. 8.

QVæro, an interdictum vnde vi competat colono, vel conductori?

1 Primo videbatur dicendum, quod sic, ex l. 1. §. quia me, ff. de vi, & vi arma. vbi detentori iniusto competit tale remedium, multo magis colono, qui fortasse eo tempore non est iniustus detentor.

2 Secundo pro hac parte facit leg. colonus, ff. eod. titul. vbi expresse colono citato, tale remedium datur.

3 Pro contraria opinione faciat leg. 1. §. deijcitur, ff. de vi, & vi arm. ex quo colonus, vel cõductor nullo modo possident. leg. 1. C. de vsucap. transfor. Rimi. cons. 94. nu. 8. & 3. Menoc. cons. 338. num. 2. vol. 4. Bursat. cons. 330. nu. 35. vol. 3.)

4 Et hanc opinionem tenuit vti veriorem Bart. in d. §. deijcitur, Rip. in leg. 1. nu. 44. ff. de acqu. possess. & in rubr. de caus. possess. & propriet. nu. 26. Fran. Connan. libr. 3. commen. iur. ciuil. c. 10. numer. 8. Contar. de momen. poss. limit. 21. num. 12. vbi reprehendit Alexan. aliter tenentem, in l. 1. num. 66. ff. de acqui. poss. & Gosmes. in regul. de annali quæstion. 57. num. 2. instruens inquilinum vt agat contra dominum, vt sibi cedat interdictum restitutorium. Nat. cons. 161. num. 12. vol. 1. Rodoa. de rebus eccles. fol. 24. num. 12. Menoch. de retinend. remed. 3. num. 47.

5 Ampliatur hæc conclusio, vt procedat etiam contra tertium spoliatorem, contra quem nec colono, nec conductori tale remedium competit, sed tantum rei domino. Iacob. Menoc. in 1. remed. recupe. possess. q. 4. num. 65.

6 Ampliatur secundo etiam pro colono coloni, & inquilino inquilini, l. fi. ff. de vi, & vi arm.

7 Limitatur primo in conductore ad longum tempus ex quo naturaliter possidet, vt supra dictum est. Fulg. cons. 2. col. 1. vers. ad tertium, Ias. in l. naturaliter, num. 15. ff. de acqu. possess. Ruin. cons. 58. num. 4. lib. 4.

8 Limitatur secundo, vt non procedat cum conductor post possessionem domini introuersam a tertio spoliatur, nam tunc non domino contra dijcientem, sed ipsi colono interdictũ datur, & ita procedit textus aduerso allegatus ad l. colonus, & l. cum fundum, ff. de vi, & vi arm. Neuiz. cons. 81. nu. 10. Corambonus ad l. naturaliter, §. nihil commune, nu. 101. 116. & 118. ff. de acq. poss. Purp. ad l. edita, num. 119. C. de eden. Soc. reg. 188. pulchre Put. decis. 14. par. 1. vbi videas. Menoch. de recupe. remed. 9. num. 187.

9 Limitatur tertio in absentia domini, qui ignor. casus specialis in l. 1. C. si per vim. Natt. consil. 161. num. 49. volum. 1.

10 Et sic patet responsio ad legem colonus, ex adductis in secunda limitatio, & textu in l. 1. §. qui a me non loquitur in materia conductorum.

QVÆSTIO II.

Vnde vi.

Ad l. extat, ff. quod met. causa.

QVæro, an si conductor expellatur per locatorem, competat ei remedium l. extat ff. quod metus causa.

1 Pro parte negatiua facit, quia dominus expellendo conductorem propria auctoritate amittit Ciuilem possessionem l. peregre, §. quibus, vbi notatur, & in l. iuste possidet, ff. de acq. poss.

2 Secundo pro hac met parte facit l. domini horreorum, ff. locat. quæ lex admodum honesta est, & vult in apertura debere interuenisse consensum honestorum virorum ergo idem in clausura ratione contrariorum.

3 Pro contratria parte facit l. est differentia, ff. in quibus caus. pign. tacite contrahatur.

4 Secundo facit l. Aquilius, ff. de dona. tertio facit l. non vtique, vbi no. ff. de dam. infect.

5 Et hanc opinionem tenuit Bald. in l. certa forma, Cod. vt in possessionem legatorum. Ias. in l. 2. numer. 10. C. de iur. emphyt. & hæc est magis communis opin. Alex. cons. 105. num. 2. 3. & 12. lib. 3 consil. 117. num. 12. & 131. num. 2. lib. 4. Dec. consil. 146. numer. 7. & 8. Corn. consil. 171. lib. 3. Soc. consil. 167. colum 5. versic. tertia principalis, lib. 2. Boer. consil. 13. num. 16. & 17. Matth. in 1. vol. commun. opin. in verb. locatio, numer. 11. & ita in practica, & foro seruatur, teste Albe. in l. extat, num. 4. ff. quod met. cau.

Ampliatur hæc conclusio, vt procedat etiam cõtra emphyteutam, quæ dominus potest propria auctoritate

ctoritate expellere, & hæc est magis commun. opin. Iul. Clar. *in §. emphy. q. 11. in fin.* Vrsil. ad Affl *decis. 97.* Corbo. *de in emphy. q. 12.*

6 Limitatur hæc conclusio, vt procedat quando colonus facit ex causis, de quib. in materia *l. ædr, C, loca.* vbi diximus, & sic conciliantur contraria.

7 Limitatur tutius sit eligere viam iudiciaria, præsertim data aliqua resistentia, quę non sufficit, quod fuerit facta verbis, sed in aliquo facto, & hęc est æquior, & tutior opi. *Iul. Clar. in citato loco. Corbol. q. 12. nu. 7.* hisce præsertim temporibus, in quibus leges, & iura silent, & bannimenta omnes illaqueant.

8 Et licet Iaco. Menoc. de recup. poss. *remed. 5. q. 13. numer. 44.* de hac principali decisione dubitauerit, arguendo a creditore ad locatorem, quia videtur aliqua differentia, nam locator est rei locatæ dominus, & possessor, vt pluries dictum fuit.

Vnde quodammodo ingreditur in rem propriam secus in creditore, qui ingreditur alienam pro conseruatione iuris sui.

9 Et licet ad contraria fuerit responsum, tamen *l.* domini horreorum, videtur posse responderi, ne dominus locator aperiendo sic de facto domum locatam pręiudicet aliquo modo conductoris ipsius mobilibus, propterea introductum est, vt cum aliqua causæ cognitione a iudice licentia fiat, non sic est in clausura: vnde primus casus respicit destructiuum, secundus vero finem claudendo conseruatiuum.

QVÆSTIO III.

Vnde vi.

Ad l. quis in tantam, C. vnde vi.

QVæro, an remedium *l. si* quis in tantam, vnde vi, habeat locum quando colonus occupauit equum in pascuis dimissum, quam quæstionem alias tetigi, pro notitia tamen an competat huiusmodi remedium considerando aliquos casus principales.

1 Primus casus est cum colonus, vel alius reperitur damnum dare, & tunc huic constitutioni locus non est, quia iustam causam habuit prout suo loco diximus de retentione pro noxa.

2 Secundus casus est cum colonus, vel alius erratē equu occupat, nec hoc casu locus est huic pęnę. Rip. *In c. sæpe, nu. 70. de restitut. spol.* ea ratione, quia dominus errantis equi desiit possidere, *leg. 3. §. quod. Nerua,* cum ibi no. ff. de acqu. poss.

3 Tertius casus est cum quis equum alienum in pascuis communibus, vel in pascuis domini ipsius equi occupat, tunc est locus constitutioni, *l. si* quis in tantam, C. vnde vi, vt per Rip. in citato iam loco, ea ratione, quia cogitare debuit occupator si dominus præsens fuisset, non fecisset. quare vis quædam committi dicitur. Iacob. Menoch. *de recuper. possess. remed. 9. q. 39. nu. 283.*

Et maxime ipse subdit casum sane clarum si domino repetenti non restituat, vis enim hoc casu absque dubio est.

De his, qui deiecerunt.

Remed. 9.

1 REmedium istud competit contra plures conductores proportionabiliter, *l. si vero, § sed si quis, ff. de his, qui deiecerunt, vel effud. §. ex quasi maleficio. Institut. de oblig. ex quasi delicto, l. ex malefic. §. is quoque, ff. de act. & oblig.*

2 Ampliatur idem esse si quid fuerit eiectum, vel proiectum per operarios conductoris, vel addiscentes artes in domo, vel apotheca conducta, *l. si vero, §. si horrearius. ff. de his, qui deiec. vel effud.*

3 Ampliatur secundo idem esse si filiusfamilias sit qui conduxit, ipse enim pater de peculio tenetur ex quo cum patre nihil est contractum, *l. 1. §. si filiusfamilias, ff. de his, qui deiecer.*

4 Ampliatur tertio, vt teneatur conductor etiamsi nō ipse, sed eius hospes aliquid proiecerit *l. 1. §. hospes. ff. eod. tit.*

De communi diuidundo.

Remed. 10.

1 QVæro, an iudicium communi diuidundo competat colonis, & vtique nō, *l. communi diuidundo, §. neque colonis, ff. comm. diui.*

2 Limitatur ex mente Alberici ibidem, vt non procedat in colono nummis colente, cui competit vtile hoc interdictum ratione fructuum conseruandorū.

3 Dices, quare hoc interdictum competit magis creditoribus, quam colonis? Respondet ibidem Alber. quia maius habent ius, & magis eorum interest ratione cubiti.

4 Ex quo contextu colligitur, quod verbum possidere relatum ad colonum, vel conductorem. importat detentationem, sic ad depositarium, & similes.

De aqua pluuia arcenda.

Remed. 11.

MAteria ista satis frequens est propter formellas, quas coloni sæpe faciunt in præiudicium dominorum, vel vicinorum.

1 Prima igitur cōclusio sit. Colonus si faciat aliquid in materia de aqua plu. arcen. quod vicino noceat, vel nocere possit ignorante domino suo, dominus tenetur ad simplicem patientiam, quæ est vt opus restituatur in pristinum, data sibi volenti idonea cautione a domino fundi vicini, colonus autem tenetur per interdictum quod vi, aut clam, ad omnia damna, expensas, & interesse domino prædii vicini, *l. quam, quam, §. fin. & ibi no. ff. de aqu. pluu. arcen.*

2 Secunda sit conclusio. Dominus tenetur interdicto, quod vi, aut clam. si colonus sciente domino opus præiudiciale faciat *de aqua pluu. arcen. l. si colonus, in fi. ff. de aqua plu. arcen.*

3 Tertia sit conclusio. Dominus consequetur a colono tam per actionem locati, quam negociorum gestorum impensas factas, siue cogatur restituere domino vicino opus factum, siue non, *l. si colonus, & ibi notatur, in verbo, putat, ff. de aqua plu. arcen.* notatur *in l. si communes, ff. de neg. gest.*

De

4 De remedio autem quod vi, aut clam posuimus suo loco.

De familia herciscunda.

Remed. 12.

1 IVdicium familiæ herciscundæ datur pro diuidendis bonis vectigalibus superficiarijs, vel alias conductis. *Litem prædia, vbi not. ff. familiæ herciscun dæ, &c.*

Finium regundorum.

Remed. 13.

1 SI mensor ab vno tantum conductus sit, tenetur alter, qui non conduxit, ad ratam mercedis, & datur iudicium finium regundorum, *l.4. §. sed si men. sor, §. fin. regund.* vbi mensor dicitur improprie conductus secundum gl. ibi.

Et in locatione venit quicquid intra fines continetur Bal. & Ang. *in l. si fines, C. de euic. in l. si fundum, ff. eo. in l. ædes sacra, §. intra, ff. de contrahend. empt.* Alex. *cons. 54. num. 1. lib. 3.* Rom. *cons. 50.* vbi Mandos. Deci. *egregie, cons. 156. nu. 14.* Crau. *cons. 105. nu. 1.* Matt. *cons. 235. nu. 13.* Tiber. Decian. *cons. 50. n. 14. lib. 1.* Hiero. Mago. *Rot. Florent. 1. nu. 12.*

Remed. 14.

Ad l. si quis conductionis, C. locat.

REmedium lege si quis conductionis principale est in hac locati materia, propterea in eo aliqua vtilia ponam.

1 Conclusio igitur sit, Agenti remedio *l. si quis conductionis, C. locat.* non potest refricare quæstionem dominij, sed debet rem restituere, & postea de proprietate litigare, & si differat, punitur tanquam inuasor, *ex l. conductores, C. locat. & l. non ab re, C. vnde vi.* Soc. iun. *cons. 56. num. 8. vol. 2.* Plot. *ad l. si quando, num. 163. & 514.* Redo. *de reb. eccl. rubr. de caduc. ob negationem num. 14.* Rimin. *cons. 95. vol. 1.* Bursatt. *cons. 330. nu. 21. vol. 3.*

2 Ratio autem esse videtur, ne per hanc exceptionē illudatur locator, Abb. & Pelin. *in c. inter dilectos, de fide instrument.* Petr. Stel. Aurel. *in l. repetitio, nu. 53. ff. de condict. indeb.*

3 Ampliatur hæc conclusio, vt multo magis procedat cum alia infirmior exceptio opponitur, puta hypothecæ, vel similis, si enim dominus excipiens non auditur, multo minus habens in hypothecæ, vel simile, quod debilius est iure dominij. Curt. iun. *cons. 172. nu. 1.* Soc. iun. *cons. 56. nu. 8. lib. 2.*

4 Ampliatur secundo, vt hæc conclusio procedat etiam emphyteuta. Bart. *in leg. legata inutiliter, ff. de adimen. legat.* Menoc. *de recup. poss. remed. 11. num. 61.*

5 Addo Iul. Clar. *in §. emphyteusis, q. 25. in princip.* qui tamen sicco pede pertransit, prout videri potest. Rodoa. *de rebus ecclesi. non alien. fol. 527. num. 8.* Corbol. *de iur. emphyt. in priac. num. 2.* declarando, vt ibi late per eos, & hæc est commu. opin. Paris. *cons. 22. n. 75. lib. 2.* Ioseph. *Rot. Lucan. nu. 26.*

6 Ampliatur tertio idem esse in deposito, precario, commodato, & alijs contractibus rem restitui. Castr. *in l. si rem alienam, ff. de pig. actio. in l. qui rem, ff. deposi. in l. commodare, ff. deposi.* apostill. ad Abb. *in cap. inter dilectos de fide instrum.* Salic. *in d. l. si quis conductionis in fine.* Dec. *cons. 56. col. 3. in fin.* Parit. *cons. 50. numero 31. libro 1.* Neuiz. *cons. 37. numer. 22.* Bello. *lib. 4. suppu. tat. iur. Ciuil. c. 9. nu. 2.* Ceph. *cons. 47. nu. 40. libro 1.* Matant. *de ord. iudic. distinct. 7. nu. 41.* Rimin. *cons. 94. nu. 6. lib. 1.*

7 Dummodo locationi similes fiot, nec possessio translata sit neque ciuilis, neque naturalis, vt ibi per eum post Alber. *in d. l. non ab re in fine, C. vnde vi.* Contard. ad Ægid. *ampliat. 1. nu. 75.* admonens in practica, vt isto casu agatur vtili, *l. si quis conductionis*, & vidi in facto in sub conductore.

8 Ampliatur quarto, vt colonus, vel conductor sic denegans dicatur spoliare, vim facere, & similis furi, & perdat omne ius quod habet. Bal. *in d. l. si quis conductionis, colum. 2. & in d. l. conductores, & in l. eadem, col. fin. C. locat.* Rodoan. *de rebus eccl. de caduci. ob negatio. nem, nu. 15. fol. 527.*

9 Ampliatur quinto, vt dispositio *d. l. si quis conductionis*, procedat, & habeat locum, si res locata sit aliena, & post conductionem conductor eam habeat a vero domino. *gloss. in l. si quis fundum, §. fin. ff. loc.* vbi Fulgos. dicit illud verius esse, siue dominus rem suam cōduxerit, siue post factus sit dominus cessare hoc remedium si de dominio constet, secus si dubitetur, quia vtroque casu competit. Crauet. *de indemnitate mulier, nu. 10.* Castr. *ad l. cum seruum, C. de seru. fugi.* Soc. *ad l. rem quæ nobis, q. 4. & 9. de acquirend. poss.* Ruin. *consil. 158. nu. 23. vol. 1.* Ias. *cons. 158. col. fin. vol. 2.* Plot. *de in litem iur. §. 4. nu. 84.*

A D D I T I O.

☞ *Contrarium tenet Valasch decis. 42.*

10 Ampliatur sexto, vt nec per constitutum conductos sit liberatus ab actuali traditione, quam precisè facere tenetur, ex quo sumus in obligationibus dandi *l. vbi autem, §. fin. ff. de verb. obligat.* Burg. *de emptio. & vendit. numero 3.* Ruin. *cons. 94. num. . volum. 1. cas. 285. num. 16.* volum. 3. Tiraquell. *de constitu. parte 7. num. 7.* Adit. ad Matthesil. *notab. 92. numer. 2.* Cagnol. *l. contractus sub num. 34. ff. de reg. iur.* Pedemon. *decis. 36.* vbi pulchre loquitur, & hæc est magis communis opin. Villalob. *in verbo venditor, numero 12.* Plat. *ad l. si quando, numero 172.* secundum primam impressionem.

Ampliatur septimo, vt nec liberetur soluendo interesse. Borg. *decis. 44. nu. 101.*

11 Ampliatur octauo, vt possit propria auctoritate expelli conductor recusans, Rodo. in citato loco, *in fi.* & hæc est communis opinio. Iul. Clar. *in §. emphyteusis quæst. 25.*

Ampliatur nono, vt nec per filium contra patrem in locatione inter eos opponi possit. Bart. *in l. frater a fratre, nu. 47 ff. de condict. indebit.*

12 Limitatur primo hæc conclusio, vt non procedat actione locati intenta, contra quem cōpetit exceptio dominij. Bart. *in l. non ab re, nu. 4. in l. et a quo, in fine, ff. de vsucap.* Alex. ad Bar. *in c. fin. C. de rei vendi.* Iacob.

Menoch. *de recuperand. possess. remed.* 11. *num.* 35.

Addo Felin. *in c. inter dilectos, num.* 20. *in fin. de fide instrum. & in repertor. in verb.* conductor potest. Puteo. *ad l. si quando, nu.* 504. *C. vnde vi*, secundum primam impressionem. Ioan. de Amic. *cons.* 123. Crauet. *cons.* 22. *nu.* 16. *vol.* 1. Addent ad Bart. *singular.* 469. & hæc est communis opinio inter consil. Martian. *consil.* 81. *nu.* 33. *vol.* 1. Alex. *cons.* 43. *nu.* 4. *lib.* 4. Socin. sen. *cons.* 287. *vol.* 2. Grat. *cons.* 90. *in fin. lib.* 1. Boer. *cons.* 14. *n.* 14. Paris. *cons.* 59. *nu.* 30. *lib.* 1. Soarez. *in suo thesaur. litera* C. *num.* 209.

14 Limitatur secundo, vt non habeat locum in rei vẽdicatione per locatorem intentata, Bald. *in d. l. si quis conductionis, in fin.* Bar. *in l. si furt. C. commendat.* Crau. post Castr. & Corn. *cons.* 157. *n.* 4.

15 Limitatur autem prima limitatio de actione locati intentata, vt in duobus casibus possit opponi exceptio domini contra talem actionem. Primo casu de proprio dominio ipsius conuenti, *l. qui rem. l. ad probationem. Cod. locat.* Secundo casu de dominio tertij cum assistẽtia ipsius. *l. bona fides, ff. depos.* Bart. *in d. l. si quis conductionis, in fina. verb.* Machel. *patro.* 14. *nu.* 8. vbi subdit rem alienam locari posse, prout nos alios retigimus.

16 Limitatur tertio, quando legitime constaret de cõtractu locationis, & conductionis, alias data ipsius inualiditate exceptio dominij refricari poterit, Bart. *ad l. si quis conductionis, in fin. verbis ad l. litibus, nu.* 4. *C. de agric. & censi. libro* 11. Barba. *consilio* 50. *colum.* 8. *versicul. in contrarium. lib.* 1. *pulchre.* Cocal. *lib.* 3. Miscell. *iur. ciuil. c.* 2. *nu.* 10. Menoc. *in* 11. *remed. recuperan. poss. num.* 38.

Addo Roma. *in l. rem, quæ nobis, nu.* 10. *ff. de acquir. poss.* de quo tamen contractu quoad hunc effectum attinet, dicitur legitime cõstare, siue per scripturam, siue per testes, vel legitimam confessionem. Cagnol. *in l. neque pignus, num.* 8. *ff. de regul. iur.* Afflict. *decis.* 12. Qui tamen contractus nihil in hoc esset profecturus opposita contra eum perceptione simulationis, obtenta prius absolutione a iuramento, vt per Mohedan. *decis.* 186.

17 Borgni. *de tuto. nu.* 151. dubitare videtur de hac pręsenti limitatione ex quo sumus in possessorio recuperandæ. communiter tamen tenetur.

18 Limitatur quarta non procedere quando conductor ignoranter rem propriam conduxit; nam tunc opponi poterit dominij exceptio. Alexan. *ad l. si aliquam rem, nu.* 35. *ff. de acq. possess.* Curt. sen. *cons.* 7. *col.* 3. *vers.* 4. *principaliter, & columna* 7. *vers. similiter.* Dec. *in l. neque pignus, num.* 4. *ff. de regul. iur.* Rimin. *cons.* 94. *nu.* 16. Iac. Menoc. *in citato remed.* 11. *nu.* 40. *& nu.* 56. ea ratione, quia hoc casu deficit consensus, quo locatio perficitur.

Addo quod hęc est communis opinio. Rip. *in l. si aliquam rem, nu.* 15. *ff. de acq. poss.* Viui. *opin.* 64. *p.* 1. Rimin. *cons.* 441. *num.* 6.

19 Quæ tamen ignoratio non prodesset ei, qui esset dominus non possessor, ad hoc iudicium vitandum, Socin. *cons.* 187. *in princip. lib.* 1. Pontan. *de spol. libr.* 5. *sub nu.* 135.

20 Limitatur quinto in conductore, qui incontinenti offert se paratum docere de dominio. Curt. senior. *d. cons.* 71. *volum.* 2. Dec. *ad d. l. neque pignus, numero* 4. *ff. de reg. iur.* Paris. *cons.* 59. *num.* 30. *lib.* 1. & hæc est communis opin. Iacob. Menoch. *in allegato remed. numero* 51.

Addo Viui. *opin.* 64. *p.* 2. *alias* 135. secundum aliam impressionem.

21 Limitatur sexto, nisi superuenisset noua causa non restituendi, quæ ante omnia discutienda est. Ias. *cons.* 158. *lib.* 2. *post amplíat.* 5. etiam si non sit causa locationis. Ceph. *cons.* 428. *nu.* 56. *p.* 3.

A D D I T I O.

☞ *Velasch. decis. Portugal.* 42.

22 Limitatur septimo, quando notorie constaret de dominio conductoris. Ripa, *ad l. naturaliter, §. nihil commune nu.* 35. *ff. de acquir. poss.* & ibi Coras. *p.* 2. *num.* 65. *Loffred. concl.* 498.

23 Notorie autem constare dicitur, vel ex facie contractus locationis, vt si expressum diceretur de re propria conductoris, vel confessione partis, vel per sententiam. Pontan. *in citato loco, nu.* 135.

24 Limitatur octauo in creditore, qui soluto debito pignus non restituit. Salic. *in d. l. non ab re, nu.* 4.

25 Limitatur nono si intempestiue agatur, & hæc limitatio, vltra Menoch. in *allegato remed.* 1. puta durante locatione, & ea nondum finita, vnde duo sunt quodammodo in hac aliquantulum pugnantia, aut locator agit ad pensionem, et potest locatione durãte, nec talis exceptio poterit opponi, ex hac *l. si quis conductionis*, aut durante locatione agit ad rei restitutionem, & iuste repellitur. Rodoan. *de rebus eccl. non alienan. de caduci. ob negationem, nu.* 17. dummodo pensionem soluerit, & duo simul requiruntur, vt per Salic. *in d. l. non ab re.*

26 Limitatur decimo, vt possit allegari ius retinendi ratione expensarum, & melioramentorum, vt suo loco diximus.

Limitatur vndecimo in hęrede conductoris, qui excusatur probabili ignorantia conuentus excipiendo de dominio. Bar. *in l. conductores*, Menoch. *retinen. possess. remed.* 7. *nu.* 16.

27 Sublimita primo in hęrede suo, qui præsumitur informatus, prout alias de filio diximus, & hoc duobus concurrentibus, scilicet legitima ætate, & cohabitatione. Ias. *in l. si quando, nu* 93. *C. vnde vi*, Ruin. *de cohabitatione loquens, cons.* 50. *nu.* 7. *lib.* 1. *&* 47. *num.* 13. *lib.* 2. Paris. *cons.* 75. *in fin. lib.* 1. Tiraq. *de retract. consanguin. §.* 2. *gl.* 9. Rol. *cons.* 52. *num.* 12. *lib.* 1. Toledh. *Rot. Luc.* 24. *nu.* 18.

28 Sublimitatur secũdo probata scientia per locatorem in hęrede extraneo. Dec. *in l. qui in ulterius, nu.* 1. *ff. de reg. iur.* Alex. *cons.* 12. *nu.* 6. *lib.* 4. Rot. *decis.* 233. *in nouis.* Mago. Rot. *Luca.* 54. *nu.* 18.

29 Limitatur duodecimo in singulari successore ex titulo oneroso. Alex. *in allegato cons. nu.* 6. Pontan. *de spol. lib.* 3. *c.* 5. *in fin.*

Bene verum est, quod dispositio *l. si quis conductionis*, procedit in quolibet habente causam ab agente Angel. in d. l. si quis conductionis dicens hac perpetuo notandum.

30 Limitatur duodecimo, vt conductor non possit simul cumulare quæstionẽ dominij, & pensionis. Cyn. *in l. edita, q.* 8. *C. de eden.* Bellame. *decis.* 138.

31 Limitatur decimotertio, vt procedat quando lo-

catur

cator simpliciter locauerit possessionem, secus si rē ipsam. Grat. *cons. 90. volum. 1.* admonens in practica, vt in libello specifices remedium l. si quis conductionis, & articuleris possessionem coarctatam ad tempus spolij.

32 Limitatur decimoquarto stante aliqua prohibitione hoc modo distinguendo: aut est simplex protestatio, & non releuat. Ias. *in l. si fideiuss. §. fin. ff. qui satisd. cogan. per l. penul. C. depofit.* aut est actum via ordinaria ne restituam, & tunc impedit *l. bona fides*, vbi Bart. *num. 3. depos. in l. cum alienam in fin. ff. solut. matrimon.*

33 Limitatur decimoquinto, vt non procedat quando successor locantis repetit rem locatam per suum antecessorem, & conductor contradicit, & litem suscipit, maxime quando non est finitum tempus conductionis. Rodoa. *in citato loco, numer. 19.* faciunt quæ posui *limitat. 9.*

Addo Roma. *cons. 332.* Milis. in verbo, locator, & not. Rot. *decis. 233.* in nouis, quæ ampliat hoc procedere etiam si pensionem recepisset, quia contractus semel extinctus non reuiuiscit, vt per eum.

34 Limitatur decimosexto, vt remedium huius legis non operetur contra tertium. Alex. *cons. 50. volu. 3.* Roma. *cons. 113.* ponam an instrumentum locationis probet contra tertium.

35 Limitatur decimoseptimo, vt dispositio l. si quis conductionis, procedat quantum ad restitutionem rei tantum, secus quoad alia. Alex. *in l. si aliquam rem, num. 35. col. fi. ff. de acq. poss.*

36 Cautela prima. Dantur aliquæ cautelæ in hoc remedio ponendo practicam post Theoricam.

37 Pro locatore, vt semper protestetur de cumulatione in quolibet actu. Aret. *in §. quadrupli, numer. 3. de actio.* Boer. *decis. 238.* Alexand. *consil. 85. vol. 5.* Rimi. iun. *consil. 99. num. 26. volum. 1.* Simon de Pretis, *cons. 144. num. 44.* Crau. *cons. 299. vol. 2.* Dec. *cons. 84. num. 2.* Parit. *cons. 113. num. 4. & seq. vol. 1. & cons. 54. num. 197. vol. 3.* Rolan. *cons. 1. num. 26. vol. 1.* Cuman. *in ritibus Siciliæ, c. 40. num. 161. ampl. 16. num. 120.* Marin. Anguissol. *cons. 156. num. 8. vol. 1.* & hæc est communis opinio. Anton. de Mathe. *de caus. possess. recuperan. sub num. 18. vers. secunda conclusio*, quo casu etiam capitula respicientia incidenter petitorium reijci debent. Afflict. *decis. 7.* Benin. *decis. 53.* & ita fuisse iuditum testatur *decis. 44. num. 111.*

38 Cautela secunda. Pro conductore cautela datur, vt constituatur procurator ab aliquo asserto domino & nomine illius opponere rem restitui non debere domino, sed sibi dicto nomine vti vero domino, & patrono rei locatæ, quod dominium obtulit incontinenti se paratum probare Butri. *in c. sæpe, col. fin. de restit. spol.* Maran. *in Spec. part. 4. distin. 6. num. 39.* Menoch. *de recup. poss. remed. 1. quæst. 23. numer. 326.* Minsinger. *cent. 1. obseruat. 1.* Guid. Pap. *sing. 276.* Ioseph. *Rot. Luc. 26. & Rot. Perus. 26. num. 22.* Cassador. *decis. 1. de except.*

39 Libellus. Peto Caium conductorem prædij mei condemnari ad illius restitutionem, & si fuerit contumax vsque ad sententiam, peto condemnari ad ipsius rei æstimationem vna cum ipsa re. ita Bar. *in d. l. non ab re, nu. 2.* quem ibi Ange. Salic. & alij sequuntur. Bald. *in l. quod tempore, col. 3. q. 2. C. de restitut. milit. in l. si quis in suo, in fin. C. de inoffic. testam.* & semper vtilius est intentare remedium istud ad auertendam possessionem tantum ita practica docet Dec. *consil. 18. nu. 3. & cons. 56. nu. 4.* vbi reputat in practica hoc mente tenendum.

40 Articuli, & positiones. Tria sunt probanda locatio, vt per Bal. *in d. l. non ab re, nu. 8.* & posui superius, possessio locatoris tempore possessionis. Cur. senior, *cons. 70. col. 2. Grat. cons. 90. nu. 14. & 15. lib. 1.* tertium resultans contumacia conducentis non restituentis, vt textus, & iura expresse dicunt datur etiam iuramentum in litem locatori pro damnis, expensis, & interesse partis, & liquidandis. Plo. *de in litem iuran. §. 13. num. 13.* vbi tenet accusari posse conductorem recusantem de turbata possessione.

41 Illud etiam practicari solet, si denegatur ex iusta causa, & petens suspicetur se posse priuari, adire iudicem pro conseruatione suę quasi possessionis, & petere denegantem compelli ad desistendum a suis molestationibus, & ad præstandum pensionem, quo casu nullum ius dicitur amissum. *Iacob.* Venit in materia de qua agitur, in tractatu de annua præstatione, *part. 1. q. 2.*

42 Dixit etiam singulariter Bald. *in c. 1. de controuers. feudi inter Dominum, & filium*, quod aut incola, vel conductor stat in domo, iuxta *l. clauibus, de contrah. empt.* & habet locum interdictum de migrando, & similia remedia executiua, quæ celeritatem desiderant, commendat pulchre Ancha. *cons. 92.* quod videre placeat, Ias. *in l. fi. C. de fer.* Paris. *de reintegra. feud. q. 73. & 295.* Hinc resultat practica Neapolit. vt in magna curia fiat mandatum, quod adueniente medietate mensis Augusti exfractet, & consignet domum, & in vltimo termino dicitur, quod teneatur in actis ad effectum vt executiue procedatur, commendat Fus. *in sing. suis litera P, num. 111.*

De canone reintegranda.

Remed. 15.

Connectam cum præcedenti, an remedium Cano. reintegran. salutare, pingue, & frequens competat hac locati & conducti materia, & distinguendo ponam aliquas conclusiones.

1 Prima sit conclusio ex parte locatoris, cui tale remedium competit etiam, si pro eo sit introductum remedium l. si quis conductionis, & l. conductores, de quibus superius vidimus, Alexand. *cons. 90. numero 2. lib. 5. consil. 33. numer. 2. lib. 6.* Pontan. *de spol. lib. 1. c. 13. num. 118.*

2 Ampliatur; vt tale remedium competat locatori etiam pro pensionibus denegatis, Cyn. *in l. si certis an. nis, C. de pact.* Afflict. *dec. 395. nu. 8.* Plot. *de in lit. iuran. §. 3. num. 3.* Capell. Tholos. *decis. 109.* Laur. Silu. *cons. 109.* Iaco. Menoch. *remed. 1. recuper. poss. q. 8. num. 81.* Bart. *in l. non quemadmodum, num. 1. de iudicijs.* Sign. *cons. 31. num. 2.* Gigas *de pensionibus, q. 47.* Neguzan. *de pign. par. 3. memb. 2. nu. 13.* Prob. ad Mona. *in c. Romana, de sent. excomm.* Afflict. *in constit. authoritatem, num. 3.* Petr. Gabr. *de off. legat. lib. 9. de pensione, q. 24. num. 553.* & hæc est commu. opi. in qua concordant Legistę, & Canonistæ. Beninten. *decis. 27.*

3 Dicitur autem locator esse in quasi possessione exigendi pēsiones, fictus, & decimas per duas solutiones

Digitized by Google

de dicta causa facta, cap. querelam, vbi Abb. *de elect.* Barbac. *conf.* 8. *num.* 1. *volu.* 2. *in c. bonæ, in cap.* 21. de App. Roma. *conf.* 315. *num.* 6. & 7. *conf.* 70. vbi Mando. Rip. *in l. interdicto, num.* 5. & 6. *ff. quorum bonorū*, Borgn *decis.* 28. *in fi.*

Ampliatur secundo, vt non solum competat tale remedium locatori ad pensiones pro tempore præterito, sed futuro, Paris. *cons.* 77. *numero* 41. *volum.* 3. Ias. *in l.* 1. *C. de fideicommiss.* Rimin. sen. *consil.* 730. *numero* 4. *volumine* 4. Simon. de Pret. *cons.* 11. *num.* 10. *volumine primo.*

Ampliatur tertio, vt tale remedium competat domino, ex locatione facta per procuratorem vltra fines mandati, Alex. *cons.* 1. *in fine, volu.* 4. sequitur, Neuiz. *cons.* 85. *num.* 13. Menoch. *de recup. remed.* 14. *num.* 191. sed hoc per modum petitorij, Hier. Gabr. *cons.* 44. *num.* 12. *quem vide, & nota.*

4 Limitatur, vt tale remedium non opituletur locatori, qui iurauit seruare contractum, & non petijt absolutionem a iuramēto, & de hoc fit oppositum. Ca. putaquen. *decis.* 181. *part.* 3.

5 Secunda sit conclusio ex parte locatoris, quod ei tale remedium competat. Spec. *de possess. & petitio.* §. 1. *vers. sed nunquid depositiones.* Socin. *cons.* 17. *num.* 12. *vol.* 3. Michel. *patroc.* 24. Didac. *varia. resol. lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 8. Plot. *in l. vnde vi, num.* 63. & 762. secundū primam impressionem. Borg. *decis.* 45. *in addition. nu.* 70. Alex. *in l.* 1. *num.* 18. *ff. de acq. poss.* Tiraque. *le mort saisit. part.* 4. *declar.* 3. *num.* 7.

Addo, quod hæc est comm. opin. Soci. *in l. rem, quæ nobis, num.* 6. vbi Ripa, *num.* 21. ff. *de acq. pos.* Contar. ad Aegidian. *limit.* 21. *num.* 12. Ioseph. *Rot. Luca.* 20. *num.* 6.

6 Ampliatur hæc secunda conclusio, vt procedat in quolibet conductore, siue ad longum tempus, de quo Doctores non dubitant. Fulgos. *cons.* 2. *num.* 1. Ias. *in* §. *nihil commune, num.* 45. Rum. *consil.* 58. *numer.* 4. *volu.* 4. Anton. Gabr. *de restitu. spoliat. cons.* 5. *nu.* 22. & 23. siue in conductore ad modicum tempus. Natt. *cons.* 161. *num.* 14. *volum.* 1. vt restituatur ad suam nudam, & simplicem detentationem, & facit generale verbum, iectis, quod si competit commodatario, & depositario, & similibus, cur non conductori ad modicum tempus? Gozad. *cons.* 99. *num.* 4. Magon. *Rot. Lucan.* 31. *num.* 36.

7 Limitatur hæc secunda conclusio in conductore, siue arrendatario, qui durante conductione potest ex alia causa possidere, nam si spoliatur a locatore, non competit remedium spol. Put. *decis.* 170. *par.* 1. etiam si violenter spolietur. Sebast. Medic. *de regul. iur. par.* 2. *regul. vlt. num.* 6.

Remed. 16.

Ad l. si coloni, C. de agric. & censit. lib. 11.

1 QVæro, an tale remedium competat colono, vel conductori, & certe non, ex quo non possidet. *glos. in d. l. si colonus, in l. si de fundo*, & ibi Ang. *no. Caloca. & hæc est commun. opin.* Rip. *in c. sæpe, num.* 35. *de restit. spolia.* Iacob. Menoch. *de recuper. possess. remed.* 10. *num.* 25.

Remed. 17.

De superficiebus, &c.

Posui suo loco.

De remedio de Migrando.

Posui suo loco.

De condictione furtiua &c.

Remedium 18.

QVæro, an colono, vel conductori competat condictio furtiua, de qua materia posui alias superius in materia de furto, quare in hoc breuiter procedendo.

1 Colono competit actio furti, vt suo loco diximus, quando ad modicum tempus conduxit, Bartol. *in l. si apes*, §. *fin. ff. de furt.*

2 Ampliatur idem esse in condictione furtiua. Bart. *in citato loco.*

Secunda sit conclusio. Colono ad modicum tempus competit actio furti, siue pensio consistat in pecunia, siue in specie aliqua, non tamen competit condictio furtiua ex quo est dominus. Bar. *in l. is, cuius, ff. de fur. in l. si seruus*, §. *locaui, ff. eod. in l. ex diuerso, col.* 2. ff. *de rei vendica.*

3 Limitatur id, quod dictum est de actione, vt procedat quoad pœnam dupli, vel quadrupli fructibus a solo nondum separatis ab eo, vel eius nomine. Cabal. *millelog.* 2. *par.* 1.

4 Limitatur secundo id, quod dictum est de condictione furtiua, vt non procedat in vtili conductione furtiua, quæ colono, vel conductori datur etiam ante cessionem, cum fur appareat factus locupletior. ita contra Bart. *in l. cum fundus*, §. *seruum tuum, ff. si cer. peta.* tenet Castr. *in l. cum in plures*, §. *messem, ff. loc.* dicens esse casum quotidianum, & practicabilem.

5 Limitatur secundo, vt agere possit contra dominū actione ex conducto, vt agat contra furem, & dominus liberetur cedendo condictionem furtiuam. Bart. & Castr. *in citato loco, ex regul. l. quod debetur, ff. de castrensi peculio, in l.* 2. §. *Labeo, ff. ne quid in loco publico, in l. Iulianus*, §. *pen. de act. empt.*

6 Limitatur tertio, vt agat condictione furtiua vti procurator domini in rem suam, facta tamen prius cessione, alias prius non, quod non posset etiam vti procurator domini agere condictione furtiua, Cabal. *millelog.* 2. *par.* 1.

7 Tertia sit conclusio. Colono partiario non competit condictio furtiua, sed actio furti, & hoc non in solidum, prout alij supra nominati conductores, sed pro vna tantum parte, & interesse. Bart. *in d. l. si apes*, §. *fin. in fi.*

8 Et sic (ni fallo) interpretationem recipiunt hæc iura, *l. cum qui.* §. *quod si conduxeit*, & §. *præterea, l. si apes*, §. *fin. l. si filiusfamilias*, ex qua etiam duo alia colliguntur, quod filiusfamilias conducere potest, & sibi competit actio furti si subripiatur, etiam si sit paterfamilias factus, *l. si quis vxori* §. *si fulphorariæ, l. fullo*, §. *frugibus, l. itemus. ff. de furt.* vbi limitat in fide. iussore coloni, vt ei furti actio non competat.

Colli-

Colligitur etiam ex prædictis, quod diversimode agunt, vt dominus agat, & cedat actionem: nam colens nummis, agit ex conducto, partiarius agit pro socio, vt suo loco diximus, & facit *l. idem est, ff. pro soc.* conductor in specie agit præscriptis verbis, vt per Bar. *in d. l. si apes, §. fin.*

10 Sequitur secundo ex prædictis, quod fructus nondum a solo separati sunt domini, non coloni, cum sint pars fundi, *l. fructus, ff. de rei vendicat. l. fin. §. penult. ff. quæ in fraud. cred.* separati verò erunt in parte coloni, si ab eo sint separati, vel ab alio eius nomine, alias non sunt ipsius, sed domini, vt notatur in citatis locis.

Sequitur tertio, quod colonus partiarius portans omnes fructus ad domum suam non præsumitur furari, cum sit socius. Aretin. *in §. furtum, num. 5. de obligat.* quæ ex delicto, quod de facili occurrere potest in facto.

ADDITIO.

Et in materia quæ actio competat colono pro fructibus distinguendo plures species colonorum, et conductorum ponit Aretio. in §. is vero ad quem n. 4. instit. de rerum diuis. vbi colono ad non modicum tempus dat actionem furti, & conditionem furtiuã. Colono partiario actionem pro socio colono, nummis colenti actionem locati: colono tertia specie respondenti actionem præscriptis verbis.

Remed. 20.

De conditione indebiti.

1 PRacticabilis frequens, & quotidiana est quæstio, & passim in facto occurrit, habitasti domum meam per multum temporis me vidente, & sciente, nullo præcedente contractu locationis, nunquid agere potero ad pensionem?

Primus est casus, quando habitationem domus meæ habuisti ab alio titulo oneroso, & nesciebas eum esse dominum, sed credebas esse, & tunc si ei soluisti pensionem, es omnino liberatus, *l. si vrbana,* vbi Barr. & alij not. *ff. de condic. indebit. l. filio. ff. de solut. l. commodã, cum l. sequente, ff. commod. l. si pignore, §. si prædio, ff. de pigno. actio. in lo. §. si rem, ff. depositi.*

2 Hinc postea, si quis conduxerit ab aliquo Abbate intruso bona alicuius monasterij, & illi soluerit debitam pensionem, est liberatus, si putabat eum esse legitimum Abbatem. Imol. *in c. vibil de elect.* Io. Andr. *in c. in litteris de restit. spol.* Alex. *cons. 120. num. 7. volum. 5.* post Bald. *in l. certum, C. de rei vendicat. et cons. 250. vol. 4.* Imol. & Hostien. *in c. cum in nostris, de concess. præben.* Geminian. *cons. 8. col. 2.* Dec. *cons. 407. n. 1.* Affilic. *decis. 150.* Anchar. *q. 31. nu. 1. 1. par. 1.*

Addo quod hęc est communis opinio. Ias. *in l. si Vrbana, n. 7. ff de condict. indeb.*

3 Ampliatur idem esse si soluatur Rectori per sententiam priuatam bona fide, & sine prohibitione. Ruin. *cons. 150. nu. 7. vol. 1.* Affilic. *decis. 147.* Lap. *allegation. 89. nu. 13. in fin.* Alex. *cons. 164. nu. 6. volum. 1.* post Bal. *in l. emptorem, nu. 4. C. loc.* Alba. *cons. 79. num. 15.* Rip. *cons. 13. nu. 4. & 5. vol. 2.* Gigas *cons. 27. vol. 1.* Simon de Pretis, *cons. 142. numer. 44. lib. 1.* Nauar. *de redditibus eccles. quæstion. 5. corrolar. 1. num. 31.* Maci. August. *cons. 20.* Borgni. *decis. 44. nu. 10. & 15.*

4 Secundus est casus. Ego vt amicus concessi alicui habitationem domus, vel apothecam sub spe recipiendę pensionis, & tunc recurrendum est ad arbitrium boni viri, prout in salarijs, de quibus suo loco dixi ad *l. 1. ff. de extraordin. cognit.*

5 Tertius est casus, quando habitationem domus meæ habuisti a me domino, sed indebite, & tunc teneris ad petitionem quanti conducturus fuisses *l. in summa, §. pen. ff. de condict. indeb.*

6 Quartus est casus, quãdo aliquis ex se occupat bona fide, & inhabitat domum alterius, & tunc ad nihilum tenetur, quia bonę fidei possessor lucri facit fructus consumptos iuxta not. *in §. si quis a non domino, instit. de rer. diui.*

7 Quintus est casus, quando quis mala fide occupat habitando alienam domum, & tunc tenetur de pensione, etiam quæ percipi potuisset. *Cyn. in l. certum, C. de rei vend.* Ang. *in l. domum, C. eod.*

Practica.

8 DVo sunt articulanda. Primum quanti conducturus fuisset habitator, non quanti locaturus. Aliud quanti communiter conducta fuisset, nec sufficit quoad duos, vel tres, sed quoad communiter. Alex. *cons. 181. vol. 2. 118. volum. 4. 42. col. fin. volum. 3. cons. 3. col. fin. volum. 5.* Ruin. *cons. 168. & 423. & hanc practicam valde commendat* Ias. *in §. actionum, num. 167. de action. & posui par. 1. de substantia locationis.*

Remed. 21.

Ex l. fin. C. de condict. ob caus.

1 QVæro, an remedium *l. final. C. de condict. ob causam,* vendicet sibi locum in contractu locationis & conductionis, vt propter inobseruantiam non cedatur parte inuita, sed agatur ad implementum, vel interesse, & vtique sic, vt notant omnes, *in d. l. fin.* ex quo contractus locationis est nominatus, & regi in materia euictionis, & alijs in locis.

2 Limitatur primo, vt non procedat, quando in instrumento locationis, & conductionis appositum sit iuramentum, quod obligat præcise, & impleri debet ex forma specifica. Ias. *cons. 4. colu. 2. vol. 3.* Corset. *de priuileg. iuramen. priuileg. 4.* vbi Bauer. *nu. 57.* & hæc est communis op. n. Alex. *cons. 37. colum. 3. & cons. 91. col. 1. volum. 3.*

3 Limitatur secundo, nisi instrumento apposita sit clausula similis, iuramento promittens sincere, & fideliter, & inuiolabiliter obseruare, nec in aliquo cõtrauenire sub certa pęna, & obligatione omnium bonorum. Bero. *cons. 6. nu. 6. vol. 3.* Rol. in terminis contractus locationis & cõductionis, *cõs. 69. nu. 35. vol. 4.*

4 Limitatur tertio, vt procedat in actione consequẽda ad repetendum data, & executa, secus quoad exceptionem opponendam contra non obseruantem agentem ex contractu, quia non obseruauit. Corne. *cons. 121. in fin. volu. 1.*

5 Limitatur quarto materia d. l. fin. nisi id, quod erat adimplendum, erat causa finalis, & quis non esset facturus, nisi esset illa causa. Soci. *cons. 26. col. 3. volum. 3.* Crauet. *cons. 162. nu. 22.*

Digitized by Google

Remed. 22.

Ad l.1.C.comm.de vsucap.

1 RÉcepta est conclusio ex *leg.* 1.*C.commu. de vsucap. posses.* naturalis retinetur per colonum vel conductorem.

2 Ampliatur hæc conclusio, vt procedat etiam per hæredem coloni,& finito tempore locationis, *l. cum in plures, §.hæredem*, vbi Castren.reputat hoc valde quotidianum,*ff.locat.*

3 Ampliatur secundo,vt etiam habeat locum respectu locatoris, qui si moriatur. eius hæres continuat possessionem per colonum, vel conductorem defuncti.Alexan.*in l. qui vniuersas,ff.quod per colonum,ff. de acquir.possess.* Afflict.*decis.* 617.*&* 325. *Pedemon.*105. *num.*7.*p.*2. vbi §. per colonum declarat quando possessio ciuilis,& naturalis erat penes colonum, dicens ita iudicatum.

Etiam si in hoc hæres locatoris suam voluntatē non declarauerit. Angel.*in d. §. qui vniuersas.* Natt. *cons.*538.*num.*8.Ioseph de Ludouic. *concl.* 16.*illatione* 14.*&* 15.

ADDITIO.

☞ *Et actus in contrarium per partem aduersam factus non valet, quia dicitur turbasse, & non possessionem accepisse. Afflict.decis.*67.*in fine num.*5.*&* 6. *Socin. cons.* 15.*in* 4.*Gozad.cons.*86.*Natt.cons.*538.*numer.*9. *Idem Afflict. decis.*325.*vbi Vrsill.Crauett.consil.*5.*numer.*11. *Bursat.cons.*60.*num.* 19. *dicens ita semper fuisse iudicatum, Milanesi.in decis. Siciliæ libr.*1.*decis.* 11. *numer.*74.

4 Declaratur hoc esse verū in hærede sciente, alias non.Beniten.*decis.*12. Laur. Silu. loquens in clerico successore *cons.*78.*nu.*3.*lib.*2.Rolan.*cons.*50. *num.*5. 15.*&* 24.*& cons.*46.*nu.*12.15. *&* 28.*vol.*2.Plot.*ad l. si quando,num.*838. secundum primam impressionē. Simon de Pretis,*cons.*30.*n.*43.*&* 53.Magon.Lucan. *decis.*38.*nu.*16.Natt.*cons.*538. *numer.*9. *&* 10. *vol.*3. Minsinger.*cons.*61.*num.*33.*&* 34.*vol.*1.Borgn.*decis.* 44.*nu.*44.Silu.*cons.*78.*nu.*3.*lib.*2.Bero. *cons.*75.*libr.*3.

ADDITIO.

☞ *Rota nouissima* 681.*par.*1.*vbi ponit tria ad hoc requisita, primum securitatem hæredis secundum conditionem coloni, nomine hæredis, tertium aliquem actum positiuū, puta solutionem fictus, vel responsionem fructuum.*

5 Ampliatur secundo etiam in simplici præcepto de recognoscendo. Vinc. Franc. *decis.* 204.

6 Limitatur primo, vt non procedat si colonus, vel conductor moriatur pendente conductione, quo casu dominus perdit naturalem, ciuilem vero per negligentiam longi temporis declarandam arbitrio boni viri. Alex.*in l.si de eo,§.*1.*ff.de acquir. possess.*

7 Limitatur secundo in colono deiecto, vel alij tradente, quia domino præiudicat in ciuili, & naturali, *l.*3.*§. quod si seruus, l.peregre,§.quibus,ff. de acquir. possessione.*

Si vero exit, distinguendum est, quo animo *l. colonus,ff.loc.l.si colonus, ff.de acq.poss.*

Remed. 23.

Ad l.fin. C. de acquir. possess.

1 SEcundum postea Iura *C. colonus* domino in sua possessione præiudicare non potest, & datur remedium *l.fin.C.de acquir.posses.* & hęc est magis cōmunis opin.teste Rip. *in rubric. de interdict.nu.*6.Grat. *cons.*40. *nu.*5.*cons.*75.*num.*1. *lib.*2.

2 Ampliatur dispositio *d.l.fi.* vt procedat, & habeat locum etiam si possessio non sit omissa per negligētiam coloni, sed studiose alij tradita. Curt. *consil.*49. *num.*16.Crot.*cons.*46.*nu.*15.*lib.*1.*cons.*373.*n.*2.*&* 22. *vol.*3.Cuniens.*de rit.*Siciliæ.*cap.*38.*num.*265.Rot.Lucan.*decis.*38.*nu.*17. & hæc est magis communis opinio. Crauet.*cons.*235.*in princip.* Iacob. Menoch. *de recuper. posses. remed.*14. licet Grat.*cons.*69.*num.*2. *aliter attestetur,& sentiat.*

Et illi soluendo non liberatur, Ruin. *cons.*150.*nu.* 2.*vol.*2. Neuiza.*cons.*37. *nu.*15. & a primo locatore expelli potest. Iacob.de S.Geor.*in tract.de feud.in verbo.dictique,num.*22. Mache. *patroci.*13.*num.*14. Afflict. *decis.*325.Borgn *decis.*44. *nu.*104. *in fin.*

3 Limitatur primo, quod si colonus deserat possessionem animo non reuertendi, & alter occupet, quod ratione occupationis perdit naturalem, non autem ciuilem, cuius virtute propria auctoritate naturalem apprehendere poterit, & sic ferè nihil ammittitur. Rui.*cons.*127.*nu.*18.*ver.& nedum,lib.*1.

4 Limitatur secundo, vt multa copulatiue concurrere debeant, vt dominus priuetur sua possessione, quorum vnum tantum non sufficeret, quod sit eiectus colonus cum tota familia. Soc.*cons.*18.*nu.*8.*vol.*1. Dec. *cons.*408.*numer.*9 Gozzad.*cons.*86.*nu.*10. Benintend. *decis.*99. Bard. *de tempor. vtil.* & continuo *c.*18.*nu.*7. qui loquuntur quando domino sciente fuit ex decreto iudicis immissus in possessionem, tamen ex hoc solo non priuat dominum sua possessionem. Item si sūt plures coloni, debent eiici omnes, nec sufficit expulsio vnius. Alexand.*in l.peregre, §.quibus, ff.de acquir. possess.* Item quod colonus eiectus non fuerit regressus paulo post, & quod eorum bona fuerint eiecta extra domus. Aretin.*in l.quod meo,in fine,ff.de acquiren. possess.*

Similiter, quod immissus acceperit possessionem omnium, & singulorum bonorum, nec sufficit partis ipsorum. Alexand.*in d.l. quod meo.* Et quod rem tradiderit mediante contractu apto ad id, & vacuam dimiserit præsertim in priuando coudoctorem ad longum tempus, qui naturaliter possidet ad fauorem locatoris. late Bero.*quæst.*47.*per totum,& in capit.* 1. *nu.*214.*de constitu.* Caputaquens. *decis.* 182.*nu.*2. *par.* 3.& non sufficit expulsio de domo, nisi etiam fiat de fundo, & hoc verum tam in colono, quam in inquilino, & ita tenuit Rota in vna Cesenaten. possessionis coram Chissinatens. & in vna Mediolanensi coram Domino Barengo, vt refertur a Bard.*de temp.vtil.& continuo,cap.*3.*num.*4. & de colono expulso Caputaquens.*decis.*169.*par.*3.Put.*decis.*131.*par.*2. Berc. *cōs.* 66.*in fine,consil.*45.*numer.*10. *volum.*3. Socin. *iun.consil.*35.*vol.*3.Burlat.*consil.*425.*numer.*8.*volum.*4.Boss. *de princip.& priuileg.ipsius, num.*163. Euerard. *consil.* 136.*in fin.*Ruminal.*sen.cons.*34.*num.*24. Burlat. *consil.* 330.*num.*36.*vol.*3.

Vnde

5 Vnde cautus erit in conficiendo instrumentum si-mul is immissionis, vt prædicta omnia verificetur. Vnde si in instrumento dicatur colonos expulsos, non verificatur, quod omnes sint expulsi, quia indefinita non æquipollet vniuersali in præiudicium tertij. Bal. *in l. omnes populi, col. 20. ff. de iustit. & iur.*

6 Nec sufficit, quod dicat instrumentum, quod acceperunt possessionem infrascriptorum bonorum, sed quod ingressi fuerint dicta bona, & quamlibet eorum partem eundo per totum terrenum.

7 Nec sufficiunt illa verba. Quæ omnia &c. quia possunt verificari in parte, vt per Bero. *in dicta q. 47.*

8 Ex quibus corollarie plura inferuntur. Primo, quod si colonus post alienationem factam adhuc domino pensionem soluat, præiudicabit adhuc domino in sua possessione. Castren. per illum textum *in l. Pomponius, ff. quibus modis vsusfruct. amitt.* dicens esse casu notabilem, & quotidianum.

9 Infertur secundo, si colonus, vel conductor alteri vendidit rem locatam, postea ab eodem emptore coduxit, & domino pensionem soluit, non priuat dominum possessione, quia adest ficta traditio tantum. Castren. in citato loco, dicens esse casum notabilem, & valde singularem *in l. quamuis, §. 1. ff. de acquir. possess.* Put. *decis. 131. par. 2. clarius decis. 170. par. 1.*

10 Infertur tertio, quod si primo locatori non est soluta pensio, ex hoc solo non priuatur sua possessione. *glos. fin. in l. male agitur. C. de præscript. 30. vel 40. ann.* Cyn. *in l. competit, num. 4. C. eodem,* nisi colonus requisitus denegasset. Alex. *in l. si quis rem, ff. de acquir. possess.* vbi reputat notabile, & dicit in sua practica quotidianissimum.

11 Infertur quarto, quod si incepcrim respondere de fructibus secundo locatori, non priuo ex hoc primum locatorem dominum. Alex. *in l. si colonus, §. si conductor ff. de acquir. possess.* vbi contra Angel. rationem reddit, quod in corporalibus dato, quod sciam alium possidere, tamen ea non priuor, nisi sciam me posse repelli, vel nisi negligens sim, iuxta not. *in l. si id quod, fin. in l. si de eo, §. 1. ff. de acquir. poss.*

12 Infertur quinto, quod conductor ad longum tempus, qui naturaliter possidet alteri sublocando interuertit possessionem primi locatoris. Alexand. *in d. l. si conductor, num. 5.* Anton. Gomel. *de contract. tit. de loca. nu. 11.*

13 Infertur sexto in materia beneficiali, quod si resignatarius resignanti beneficium locauit, ac ei commisit, vt resignationem publicari faceret iuxta regulam Innocentij octaui de publicando resignat, qui quidem conductor, & resignans hoc non fecit, sed per seme. stre in possessione beneficij permansit, sique tertio iterum resignauit, qui possessionem adeptus est, primus resignatarius recuperare non poterit, remedio, *l. fin. C. de acquir possess.* ac. Menoch. *in 14. remedio recuper. possess. num. 58.*

14 Infertur septimo, vt bannum, quod turbans in possessione, vel accipiens possessionem sine iudicis auctoritate, non comprehendit illum, qui solum per instrumentum acceperat possessionem, & non expulerat colonus. Herc. *de attent. c. 5. nu. 48. in fin.* quod his temporibus de facili occurrit.

15 Infertur octauo, quod conductor mutare potest causam possessionis accedente ista causa, vel quod ita credebat. Put. *decis. 170. par. 1.*

Infertur nono, quod per nudum præceptum de nõ soluendo alteri pensionem, possessio non perditur. Rot. *decis. 285. in nouis.* Natt. *cons. 429. numer. 6. & 14.* Mago. *Rot. Luc. 69. num. 9.* Gomel. *de sequestro loquens de annal. quæst. 46.* vidi in tractat. sequester, vbi late posui.

16 Circa vero constituti materiam ad materiam *d. l. fin.* ponam aliquas conclusiones pariter vltra Menoc, & alios materiam nouiter tractantes.

17 Prima sit conclusio. Colonus per constitutum tunc domino præiudicat accedente consensu ipsius. Butr. *in cap. cum venisset, col. penul. versic. ex quibus patet, de restit. spoliat.* Tiraquel. *de constit. par. 3. limit. 14. num. 2.* Bero. *cons. 42. nu. 22. vol. 3.* Crot. *cons. 49. num. 16. vol. 1. Rot. Lucan.* Ioseph. de Ludouic. *decis. 20.* Dec. *cons. 410. nu. 9.* Neuiz. *cons. 37. num. 15.* Angel. de Castro *cons. 68. nu. 13. vol. 2. cons. crimin. diuersorum.* Roder. Soarez. *in l. post rem, num. 2. de re iudic.*

18 Secunda sit conclusio. Colonus per constitutum transfert possessionem vacãtem, si rei insidebat. Bar. *ad l. quod meo, in princ. col. fin. vers. sed iuxta prædicta, ff. de acquir. possess.* vbi Alexand. licet ipse aliter teneat, valde commendat. Milis. in verbo possessio ciuilis. Aegid. *decis. 569.* Verall. *decis. 202.* Pontan. de Spol. *sub n. 109. lib. 2. f. l. 58.*

19 Limita in ecclesiastica materia; nam per mortem locatoris nunquam vacare dicitur. Nat. *cons. 562. vol. 3.* Franc. Becc. *cons. 77.*

20 Tertia sit conclusio. Colonus priuat dominum per constitutum si naturaliter possideat, puta eum adhe. ctione precarij, vel alias ex cõuentione, naturali possessione, ac ciuili, si ei adhærebat, & super ea conquiescebat, *l. interdum, § fin.* vbi omnes not. *ff. de acq. poss. in l. 3. §. in emittenda, ff. eod.* Bart. *in l. colonus, col. 3. vers. sed pone quod debitor, ff. de acq. poss.* Alex. *ad l. quamuis, §. 1. vers. limitatur ergo, in leg. peregre, §. quibus, ff. eod.* Castren. *cons. 10. col. 2. par. 1.* vbi videas, quia limitat, vt declarat Alex. *cons. 153. lib. 6.* Pile. *q. 139.* Od ofred. *in l. ad probationem, in l. si quis conductionis. Codic. locat.* & hæc est communis opinio. Soarez. *in suo thesaur. litera C. num. 104.*

21 Quarta conclusio. Conductor ad longum tempus priuat dominum sua possessione per constitutum, secus ad modicum tempus, nisi modo, quo supra. Alex. *ad l. quamuis, §. 1. ff. de acquir. poss.* Ial. *in l. 1. §. in amittenda, nu. 8. ff. eod.*

22 Quinta sit conclusio. hæc esse vera, siue colonus bona fide faciat, siue non. Tiraquel. *de constitut. p. 3. limit. 14. in fin.*

23 Limitatur quarto loco dispositio *d. l. fin.* vt procedat in colono, qui de se ipso exiit, non autem in tradente. Aret. *in l. exitus, ff. de acq. possess.* Alex. *in l. peregre, §. quibus, nu. 3. ff. eod.* & hæc est cõmunis opinio. Crot. *in l. si is qui pro emptore, nu. 205.* & magis æqua, vt naturalis, Grat. *cons. 69. nu. 2. cons. 36. in fin. lib. 1. cons. 75. nu. 19. cons. 120. nu. 25. lib. 2.* & ante eum idem sensisse videtur Corn. *cons. 190. n. 5. lib. 2. cons. 55. nu. 4. lib. 3.* Tiraq. *de iur. constit. par. 1. nu. 59.*

24 Contrariam opinionem, vt etiam in tradente procedat, tenuit Cyn. *in d. l. fin.* Rip. *in rubric. de interdict. n. 7.* Cornel. *cons. 228. ex cogitabam. lib. 2. & cons. 85. num. 4. lib. 4.* Ruin. *cons. 172. num. 5. libr. 4.* Sertel. *in l. exitus, colum. 4. ff. de acquirend. possess.* Crau. *cons. 255. in princip.* & hæc est communis opinio. Rebuff. *ad Regias constit. tom. 3.*

tom.3.tit.de cauf.possess.artic. vlt. gl.1.fiue vnic. num.16. quam sequi visus est Menoch. *de recuper. possess. remed. 16. nu.22. in finalibus verbis.*

Addo quod hæc opinio est magis cõmunis in scholis, & palatijs magis recepta. Bellon. *cons.34.n.7.*

25 Succurritur autem locatori duobus modis, Aut enim loquimur ante quam ius locationis perdatur tẽpore, & succurritur remedio huius l. final. Aut postquam perditum est, & tunc agit ad interesse contra conductorem, item in subsidium datur restitutio aduersus emptorem. Ita practicare docet Speculat. *in tit. de locat. §. nunc aliqua, & in tit. de præscrip. vers. sed pone, quod colonus.*

26 Vnde cautus eris in practica in eligẽdo remedium competens ad fauorem locatoris.

27 Et inquilinus negando monitorium, si dicat se non recognoscere alium, sed ipsummet esse dominum, & possessorem, non dicitur sibi acquirere possessionem. Late Lancellot. *de attent. par.3. cap.36. n.47.*

Et possessio præsumitur continuata etiam si per conductores nõ sit soluta pensio. Bal. *in l. cum proponas ff. quib. mod. vsufr. amitt.* Soc. *cons.200. vol.3.* commedat Alciat. *regul.2. præsumpt.51. nu.13.*

Limitatur quinto dispositio l. fin. vt non procedat, nec habeat locum in resignatario, qui resignanti locauit, nec resignationem publicari curauit iuxta regulam Cancellariæ Innocentij Octaui, *de publicr. resign.* vt late deducit Menoch. *de recuperand. possess. remed. 14. nu.58.* dicens hunc casum pluries in facto euenisse.

Limitatur sexto, vt tunc dominus priuetur possessione per colonum, si colonus voluerit, alias non, ita est glos. notab. in vlt. solutione, *in l. si seruus, Cod. quod cum eo,* vbi Bal. & Castr. dicunt hoc mirabile, & subdunt quo possessionem ciuilem possunt propria auctoritate recuperare incontinenti, secus ex interuallo, vnde fac negocia tua incontinenti, & extẽde manus.

Remed. 24.

De restitutione in integrum.

Datur, & competit in hac locati, & conducti materia extraordinarium restitutionis in integrum remedium tam ex parte locatoris, quam ex parte conductoris.

1 Prima igitur conclusio sit. Minori datur, restitutio si rem potẽtiori locauit ex quo de facili dubitare possit, ne pensionem consequi valeat. Abb. *in c. peruenit, in fine de arbitr.* commendat Roch. *in c. fin. de consuetud.* Crauet. *cons.192. sub num.4.* D. Sfort. *de restitution. in integr. par.1. q.4. art.5. numer.37.* vbi dicit valde notandum.

Addo Roman. *cons.423. num.3.* Bart. *cons.63.* factum sic proponitur. Natt. *cons.517. num.3. vol.3.* Fulg. *cons.7.*

2 Ampliatur hæc conclusio idem esse econtra, si minor conduxit a viro potẽti, vt dubitari possit ne quot annis rei locate fructum percipere valeat. Sfort. *de restitut. in integrum, par.2. q.56. art.6. num.35.*

3 Ampliatur tertio, vltra D. Sfort. & alios, vt restituatur etiam aduersus fiscum, *l. in fraudem, §. fin. ff. de iure fisci,* iuncta glossa, qui text. satis bene probare videtur minoribus concedi restitutionem, siue aduersus priuatum, siue aduersus fiscum, nec video a dominis recentioribus excogitatum.

4 Ampliatur etiam, vt maior ex causa restituatur, hinc minor, locator, vel conductor absens ex causa Reipublicæ, vel legationis, restituitur, nec tenetur dimittere procuratorem, qui expedire potuisset. Dec. *consil.138. col. fin. vers. postremò pariter infirmus.* Rip. *de pest. cap. de priuileg. pest. num.12.* Bartol. *de tempor. vtil. & contin. cap.17. vers. denique postremo.* Rodoan. *de rebus eccles. quæst. princip.24. vers. sed quod, num.24. rart.499. in fine,* carceratus restitutus. Iat. *in l.2. q.21. C. de iure emphyt.* Gigas *de pension. q.75.*

Ampliatur quarto, vt nedum minor, sed ecclesia restituatur aduersus non factam protestationem conductoribus, quod ipsi non intendebant stare amplius in locatione, vt notabiliter ponit Alex. *consil.17. nu.17. lib.4.* Didac. *var. lect. lib.1. cap.5. in fin.* vti in locationibus reddituum ecclesiasticorum datur restitutio minori.

5 Limitatur primo circa locatione ad longum tempus, in qua minor restituitur ex quo in ea de facili lædi potest, secus in locatione ad modicum tempus, in qua cum posset versari modicum damnum, & læsio, restitutio non datur, late Bero. *in cap.1. nu.50. de restitut. in integrum.*

6 Contrarium tenet Sfort. *in citato loco,* dummodo enim læsio fiat, siue locatio fit ad longum tempus, siue ad modicum, restitutio conceditur, & de facili in contingentia factorum occurret, quod læsio fiat in locatione ad modicum tempus.

7 Limitatur secundo loco vltra D. Sfort. *in citato loco,* vt præcipue in quatuor casibus minor non restituatur. Primo, si pater, vel tutor minoris cecidisset. Secũdo, quando læsio est talis, ob quam non restitueretur etiam maior. Tertio quando locans est priuilegiatus, vt Communitas, & minor tractet de lucro captando, & locator de damno vitando. Quarto, quando minori succurreretur alio remedio, ita in terminis Grat. *cons.67. vol.1.*

Cætera vide, quæ posui in materia de tutore, & de minore.

8 Datur etiam restitutio domino aduersus colonos, qui migrarunt, vt late deducit Menoc. *de recuper. poss. remed. 10. q.14. nu.100.*

Remed. 25.

De iudicis officio.

Quæro, nunquid conductori; vel colono eiecto competat officium iudicis?

1 Primo videbatur quod non, ex quo alio iure succursum est, puta ex remedio *l. si coloni, C. de agricol. & censit. lib.11.*

Item ex *§. sed etiam suscipientes, Authen. de mandat. princip.*

2 Præterea ex condictione indebiti, vel triticaria, *leg. 1. & 2. ff. de tritic. l. indebiti, §.1. ff. de condict. indebiti.*

3 Et hanc opinionem tenuit Luc. de Penn. *in l. si coloni, q.21. C. de agric. & censit. lib.11.* Alciat. *in l. rem, quæ nobis, nu.7. ff. de acquir. possess.*

4 Pro contraria parte facit, quia his detẽtatorib. nullum ordinarium remediũ datur, meritò iud cis officio succurrendum, *l.1. §. deijcitur, ff. de vi, & vi armata.*

Et

5 Et hanc opinionem tenuit. gl. *in l. non tantum, ff. de petit. hæredit. in l. Aquilius regulus, ff. de donat. in l. manifestissimi, §. sed in secunda, Cod de fur.* Bar. *in l. vsu, ff. de var. & extraord. cognit.* Bald. *in l. ædc, col. 2. C. loc.* Fran. *in disput. petitorij, & possessorij. num. 43.* Socin. *in l. rem, quæ nobis, sub num. 18. ff. de acq. poss.* Rip. *in cap. sæpe, num. 17. de restit. spoliat.* Cocal. *in §. nihil commune, par. 2. nu. 127.* Plo. *in l. si quando, num. 98.* secundum primam impressionem. Lucan. *in l. si coloni, q. 21. C. vnde vi.* Neuiz. *cons. 80. numer. 3.* Alciat. *respon. 426. num. 2.* Macan. *de ordin. iudic. distinct. 7. num. 35.* & hæc est receptissima opin. Menoch. *de recuper. post ess. re. med. 17. num. 21. in fi.*

Addo Euerar. in loco a feud. ad emphyt. q. 51. dicentem in facto se habuisse in ardua quæst. Put. *decis. 3. lib. 1.* Pedemont. 4. *num. 7.*

6 Pariter vltra Menoch. *dicit in l. vni, C. si de momen, poss.* Contac. *limit. 21. num. 13.* vt cum conductor turbatur, vel deijcitur, vt semper recurrat ad iudicis officium, in quo inordinate proceditur.

7 Limita in colono ex iusta causa deiecto, puta ob pensionem non solutam. Bal. *in l. si coloni, col. 2. C. loc.* Alex. *cons. 131. col. 4. lib. 4.*

8 Et sic passim vides quam sit exosus conductor pensionem non soluens, & vbique reijcitur.

Nec obstare videntur rationes, & iura ex aduerso allegata, quia loquuntur in possessore, non in detentatore, prout est colonus.

Remed. 26.

Ad l. curabit, C. de act. empt.

1 QVæro, an remedium *l. curabit, C. de actio. empt.* procedat, & locum habeat in contractu locationis, & conductionis? Vtiq; sic, & in quolibet alio contractu correspectiuo. Cocn. *cons. 105. col. 2. vol. 3.* sequitur Pacif. *cons. 75. num. 17. vol. 4.* Anto. Gabr. *de emptio. & venditio. concl. 4. num. 14.*

Addo *Alcha. reporta 181.* Couac. *var. resolut. lib. 3. cap. 4.* Lup. *in cap. per vestras, §. 22. de donat. inter vir. & vxor.* Nat. *cons. 444. nu. 4. & cons. 30. vol. 2.* Modec. Paris. *cons. 41. num. 8.* Grat. *cons. 78. vol. 1.* Buclat. *cons. 11. num. 15. vol. 1.*

2 Hinc dixit Pacif. *cons. 60. num. 20. vol. 1.* quod pensio debetur etiam si ex re nihil percipitur: dixi alias suo loco.

Remed. 27.

De institoria actione.

1 QVæro in materia institoria. Recepi ab initio famulum pro famulando, postea exerceo illū pro lucris meis in aliqua apotheca, an potest dicere socium in illa arte, in qua præpositus fuit? Vtique non, sed habere debet salarium conuentum. Rimin. *cons. 356. num. 14. vol. 3.*

2 Vnde famuli cerdonum, tabernariorum, & similiū mercedem tantum habere debent. Alexan. ad Bart. *in l. testium, in fine princ. ff. de testibus.* Nec sunt idonei testes pro magistris, & dominis suis. Petr. Muncad. *in addit. ad Crot. in tit. de testibus par. 4. n. 139.* Bonac. *de fam. q. 99.*

Et si institor, vel Præpositus conducat apothecam, vel domum, tenetur dominus ad pensionem. Follec. ad Maran. *par. 4. dist. 22. sub nu. 5.*

3 Plura de materia institoris pertinentia ponit post alios late Roncheg. *de duob. reis l. 9. in princ. num. 149.* cu multis sequentibus per longum discursum, tamen sufficit allegasse, ne illius dicta transcribere videar.

4 Addo tamen vtiliter, quod dum ibi tenet, *nu. 164.* quod plures teneantur in solidu ex facto institoris post

5 alios per eum relatos. Petr. de Vbal. *de duob. fratrib. part. 9. in princ. vers. sed contra hoc obijcit,* Bart. Bald. *cons. 262. vol. 5.* Alex. *cons. 139. num. 1. volu. 5. cons. 44. vol. 2. repetitum, cons. 28. vol. 6.* pulchre *cons. vlt. num. 10. vol. 7.* Natt. *cons. 567. nu. 7. & hæc est commun. opin.* Pedemon. *decis. 149. num. 7.*

6 Addo secundo loco, quod si institor fecit aliquas expensas in honorem mercatorum, quod sibi sunt ex computandę, si iusta causa fecit. Curlet, reputans hoc in facto admodum notabile, *in verbo, expensæ 4.*

Addo tertio loco, quod institoris mandatum non expirat morte mandantis. *glos. fina. in l. si quis, ff. de institor.* Callcens. *in l. si per epistolam, ff. de acquir. hered.* Ruin. *cons. 15. vol. 1.* Bart. *in l. moræ, ff. de iurisd. omn. iudic.* Card. *in cap. quoniam.* Abbas *q. 7. de of. fic. deleg.* Salic. *in l. inter causas, ff. manda.* Alexand. *in allegata l. moræ, numer. 28.* Anchar. *in Clement. de renunc.* nisi cum morte mādantis sequatur mutatio status. Doct. *in l. cius, ff. si cert. petat.* vel nisi mandatum esset generale. Cin. *in l. mandatum, C. mandat.* Roma. *in l. 2. ff. de donat.* Boer. 306. Sebast. Medic. *mors omnia soluit, in verbo, mandatum, num. 192.*

Remed. 28.

De noui operis nunciatione.

1 QVæro, an colonus, conductor, vel inquilinus possit nunciare nouū opus? Videbatur quod sic, ex *l. 1. vbi not. C. si per vim.*

2 Secundo ex *l. fin. C. qui legit. man personam.*

3 Pro contraria parte facit, *l. in prouinciali, §. si ego, ff. de nou. oper. nuncia.* vbi *Ial. num. 15.* dicit hanc esse communem opin. Mago. *Rec. Flor. 94. num. 25.*

4 Limita primo, nisi dominus sit absens. Doctores *in l. 1. C. si per vim.*

Limita secundo in iudicio recuperandæ possessionis, *in l. fin. vbi no. C. qui legitimā personam,* & sic conciliantur contraria.

5 Limitatur tertio, nisi de conductione appareat publicum instrumentum cum clausulis solitis, & maxime constitutionis procuratoris, & ponens eundem in locum, & priuilegium suum, vel quod posset vti tanquam sua, prout practici notarij faciunt. Bart. *in l. procurator cum libera, ff. de procur. in l. creditor, §. Lucius, ff. mand.* Ial. *post alios, in d. §. si ego.*

6 Vnde sis cautus, vt de conductione appareat publicum instrumentum, quia ad hoc quam maxime proderit.

7 Limitatur quinto in conductore a publico, vel a Camera, *glos. in l. 2. ff. de loco publico fruend.* Bart. *in l. vectigalia, §. non solum, ff. de publica.*

8 Limitatur quinto, vt non procedat in conductore ad longum tempus, ex quo habet ius in re, prout suo loco, & alias pluries diximus.

Remed.

Digitized by Google

Remed. 29.

De damno infecto.

1 Consideratur etiam in materia locati & conducti de damno infecto, *l. in hanc, ff. de damn. infec.* vbi Bart. in practica dat modum articulandi, videlicet quod domus est destructa, & propter illud vitium domus non potest locari quanti consueuit, cum tanti locari consueuerit; nec ille articulus concludit, nisi etiam concludatur, quod hoc prouenit ex vitio domus. Bar. in *l. creditor, C. de pign. act.* cōmend. Alex. ad Bart. *in l. in summa, quæ est lex penult. §. & sic, littera A. de condict. indebi.* Aret. *in §. si quis agens, num. 5. de act.* vbi in practica hoc valde cōmendat Crot. de testibus *par. 6. num.* 284. vbi similiter valde commendat in actu practico, faciunt *l. damni infecti, §. sed inquilino, & §. sequenti, & l. qui bona, §. de illo, & l. inquilinus ff. de dam. infect.* vbi bonus text. *in tit. loc. in l. sed addes, §. si inquilinus, ff. locat.* Crot. *de testi. part. 7. sub num. 91. versic. 1. &c. vbi valde commendat.*

Remed. 30.

De exercitoria actione.

Datur in hac locati & conducti materia, exercitoria actio, prout patet *in l. 1. §. magistri, §. non autem, § igitur, ff. de exercit.*

1 Et per hoc nata est inter scribentes dubitatio, quis locator, vel conductor sit in hoc casu, an nauis conducta, an merces locatæ sint Barr. putauit in magistro nauis dubitationem consistere, an ille nauem, an operas locasset, vt per eum, *in l. 1. ff. de præscrip. verb.*

2 Castrens. ibidem dicebat conductionem esse, si nauis principaliter pro mercibus conducta sit, vel locationem, si magistro operę locatæ essent, argumento eorum, quæ notat Bart. *in l. 2. §. Arist. col. 2 ff. de donat.* Iaso ibi cogitandum reliquit. Bude. in annotatio. refert locationem pro conductione vsurpari, & econtra, per *l. veteres, ff. de contrah. empt.* & suo loco diximus. Alcia. Paregon iuris *lib. 5. cap.* 15. ait dubitationem consistere, an magister nauis esset locator nauis, an vero conductor mercium. Petr. vero Loriot. *de pactis, cap.* 131. dicebat dominum mercium nauem conducere, & econtra merces suas vehendas locare, sed plurimum referre, an nauem conduxerit, an naues vehendas locauit, eum hoc casu pro vectis tantū, illo etiam pro non vectis agatur.

Vnde non mirū, si hoc casu præscriptis verbis agatur, & sic diuerso respectu idē est locator, cōductor.

3 Videtur hæc opinio confirmanda *ex l. 1. §. magistri, ff. de exercit.* vbi magister dicitur locator respectu nauis, & conductor respectu mercium, idem patet *in § non solum*, ibi, ad onus locatio facta sit, & clarius *in §. igitur, eiusdem legis*

Remed. 31.

Ad l. Rhodiam de iactu.

Inuenta est, in proposito materiæ locati & conducti, l. Rhodia de iactu, vt si locandę nauis gratia iactus nauium factus est, omnium contributione sarciatur, & Rhodia dicitur a Rhodijs inuenta, quorum disciplinam naualem admirabilem (vt Strabo dixit omnes populi libenter etiam Romanus sequatur, & ad materiam, *l. si vehenda, suo loco diximus.*

Remed. 32.

De conductione ædificante in area conducta.

Specvlator *in titulo de actore, versic. quid ergo, &c.*

Remed. 33.

De Saluiano interdicto.

1 Materiam posui in tit. de renouatione locationis, & latius de inuectis, & illatis, quatenus spectant ad locati materiam, de qua agimus. Cępol. *caut.* 81. vbi locatori datur directum, & vtile one exceptio opponi potest. Thesau. *decis. 175. in fin.*

Saluianum interdictum, directum datur vere contra conductorem ipsum, *§. sequens, Instit. de interdic.* & in eo non requiritur exceptio, & ita limit at dictū Socin. quod versatur in ore omnium, per multas rationes bene Natt. *cons. 251. lib. 3.* Bertraod. *cons. 113. nu. 7. vol. 3.* sequutus est Bellon. *cons. 34. num. 8. & 9.* Calca. *cons. 29. nu 5.* latissime Becci. *cons. 89. num. 16.* Thesaur. *dec. Pedemon. 175. par. 2.* vbi appellat hanc opinionem ęquiorem, & quod Senatus fecit decretū vt ita ibi semper obseruaretur contra Soc. cum opinione Natt. & aliorum superius allegatorum, & hoc pro rebus illatis in prædio rustico, vel vrbano, vt per eum in citato loco; communis tamen practica obseruat, vt Saluianum siue directum, siue vtile detur, pro locatione prædiorum rusticorum, non Vrbanorum, Cin. *in l. certi iuris, col. 2. versic. ad iura.* in contrarium, *C. loc. Pedemon. 176. num. 3. par. 2.* repræbendus Papienem contrarium tenente, vtile tamen Saluianū, datur contra tertium res conductoris possidentem, Maun. *commiss.* 18. in verbo per vtile Saluianum, Cuiaci. *lib. 5. cap. 24. var. obseruat.* & non sufficit legalis hypotheca, sed requiritur cōuentionalis in materia locati, & conducti, Vuesembec. tit. de Saluia. *n. 1. Pedemon. 176. nu. 4. par. 2.* vnde agens duo probare debet debitum, ex causa locationis & conductionis, & possessionem coloni tempore locationis, Sarnens. *de reddit. eccles, c. 2. nu. 23. & 24.* Mascard. *concl.* 1288.

Remed. 34.

De itinere, actuque priuato.

1 Quæro ad titulum de itinere, actuque priuato, an tale interdictum competat illi, cuius colonus, conductor, vel hospes itinere actuque vsus est, & vtique sic, dicit *text. in l. 1. §. is cuius colonus, l. 3. §. vt videmus ff. eod.* Veron. *de ser. rust. prædior. c. 1. nu. 28. vers. item, an requiritur.*

2 Ampliatur hæc conclusio, vt procedat etiam si colonus, conductor, vel hospes vius sit ignorante domino, ita Bar. *post gl. in d. l. 1. §. is cuius,* vbi colligit ad retinendam possessionem seruitutis, non requiri scientiam domini. Bene tamen ad acquirēdum, *l. 1. §. quæsitum,*

situm, ff. de aquâ quotidia. & aest. Iac. Menoch. *de retinen. poss. remed.* 5. q. 6. nu. 66.

3 Ad prædicta facit decisio Bar. *in d. l.* 3. §. *nunc videndum, ff. de itinere actuque priuato*, quod si aliqua Abbatia habet in aliquo loco iurisdictionem, si posuit ibi aliquem more coloni, vel conductoris certa constituta mercede, tunc retinet iurisdictionem, & pęnę reuertuntur ad eum, alias non, quod vidi a multis reputari notandum.

Remed. 35.

De actione noxali.

1 QVæ datur pro damno illato a famulis locatoris, *l. si tibi domum, ff. locat.* vbi cessat hoc casu actio ex conducto.

Remed. 36.

Ex l. fin. C. de edic. diui Adr. toll.

1 QVæro, an tale remedium competat hæredi coloni, vel conductoris? Et videbatur quod non, ex quo non possidet, per quam rationem ita tenuit Bal. loquens in quolibet detentore *in l.* 1. *col.* 2. versiculo quæro, an sit vera, *C. si de moment. poss. per leg. bona fides, ff. depositi.*

2 Contrarium est verius, vt per gl. *in d. l. fin. in verbo, fuerunt*, vbi Salic. *col.* 5. *vers.* nunc videamus. Clarius Castren. *nu.* 12. Alex. *nu.* 22 *Ias. nu.* 13. Zuccard. *num.* 235. Papien. in forma libelli hæreditatis ex testamento, *in verbo possideat, numer.* 3. Soc. iun. *conf.* 3. *num.* 36. *consil.* 20. *col.* 2. *vol.* 1. Ruin. *conf.* 51. *num.* 2. *lib.* 4. Menoch. *de adipisc. poss. remed.* 4. *num.* 368. Aret. *in §. quadrupli, col.* 15. de actionibus, & hæc est magis communis opinio, Port. *conf.* 1. *nu.* 18. Rol. *consil.* 1. *nu.* 62. *vol.* 1. & *melius, cons.* 1. *nu.* 30. *lib.* 3.

3 Amplia idem esse in materia statuti, le mort saisit. Tiraq. in terminis coloni loquens *in eo tract. p.* 3. *declarat.* 4. *nu.* 2. *in fin.*

4 Amplia idem esse in petitione hæred. *Ias. in prælud. feudo. nu.* 4. *in fi.* & *in §. actionum, num.* 232. Papien. *in libello hæredit. ab intest. glos.* 1. *n.* 8. Alex. *conf.* 73. *num.* 4. *lib.* 5. Cur. iun. *conf.* 30. *nu.* 11. Rolan. *cons.* 44. *num.* 4. *lib.* 1. Ach I. Personal. *de petit. hæred. nu.* 710.

5 Limita ex Tiraqu. (vt supra) id verum contra tertium, non contra dominum.

Ad *l. bona fides responde*, vt per Menoch. *de recuper. poss. remed.* 1. *nu.* 119.

Remed. 37.

De vi bonorum raptorum.

1 QVod conductori competit pro re conducta, §. *fane Instit. vi bonor. raptor.*

Remed. 38.

De noui operis nunciatione.

1 QVę sit etiam fabro conducto ad murandum. Zabar. *in rubr. extra, de noui oper. nunc. sub. nu.* 3. *q.* 6. & passim practicatur, qui domino nunciat, *l. de pupillo, §. nunciare, ff. de nou. oper. nunc. q.* 2. *eod. titul.*

Remed. 39.

Ad exhibendum.

1 QVod conductori competit, & locatori, *leg. Celsus in princ. ff. ad exhibendum, vbi pulcher tex. in materia.*

Remed. 40.

Ex æquitate l. si me, & Titium, ff. si cer. petat.

1 COntra habitantem domum nulla pensione cō. stituta, vt teneatur quāti conducturus fuisset, ne locupletetur cum iactura aliena, prout alias diximus ex *Ias. in §. actionū, n.* 155. Magon. *Rot. Flor.* 140. *num.* 3. dixi superius considerando plures casus.

Remed. 41.

De retinenda possessione.

1 COntra conductorem denegantem pensionem sine iusta causa iuxta capitulum, querelam, de elec. Papiens. ad fict. præstationem, in verbo, solutione, *num.* 5. Ias. Venet. de *Anna. præstat. par.* 1. *q.* 8.

Exceptio 1.

De ferijs.

VIsis aliquibus remedijs, & actionibus, subsequenter videamus de secundo membro iudicialis ordinis, quod est exceptio, & incipiendo a tempore.

1 Quæro, an in hac locati, & conducti materia, obstet exceptio feriarum, & videtur non, loquendo de ferijs in vtilitatem hominū introductis, ex quo causa locationis, & conductionis est luminaria sui natura, & celeri expeditione digna. Bal. *in l. ade, C. locat.* Gram. *consi. ciu.* 1. 54. *in princ.* Magon. *Rot. Luca.* 15. *num.* 28. & *Rot. Flor.* 1. *nu.* 52.

2 Limita bac tamen notabiliter Lapus in Clementi. sæpe, *in verbo, necessitatem. de verb. sign.* quem ibi sequitur Card. *colu.* 11. vt procedat in ferijs introductis in vtilitatem hominum a iure communi, secus ab homine, statuto, vel consuetudine, quod est notatu dignum, si verum est.

Iuris enim appellatione & municipale cōtinetur. Bal. *in l. vnica, C. de confes. in l. illa institutio in fi. ff. de hæred. instituen.* inferens ad compromissa, quæ tota die fiunt de iure, & de facto in procedendo, & de iure tantum in sententiando, quod talis arbiter debet cognoscere tam de iure communi, quam iudiciario, quę cōpromissa passim fiunt in ciuitate Tudertina, Cursen. *cons.* 47. *col. fin.* Soc. *cons.* 9. *col.* 6. vbi tres rationes reddit. Bar. *in c. Quintauallis num.* 49. *de iureiur.* Castr. *in l. ius pluribus, nu.* 3. *ff. de legib. in l. præscript. num.* 11. *C. si contra ius.* Rom. *in l. post dotem, nu.* 43. *ff. sol. matr. cons.* 251. *nu.* 5. vbi Mandol. *in addit.* Abb. *in c.* Cum a. na, *num.* 11. *de elect. in cap. cum venisset, nu.* 4. *de eo, qui mittitur in possess. onem, in capit. licet eam am, num.* 2. *de probat.* Alex. *in d. l. post dotem, numer.* 26. Fel. *in cano. ius naturale, dist.* 1. Ias. *in l. omnes populi in* 1. *lect. num.* 3. & *in*

in 2. nu. 19 ff. de iust. & iure. Dec. in capit. licet causam, nu. 20. de prob. & hæc est communis opin. Crot. in d. l. omnes populi, notab. 1. vbi Caccialup. colum. 1. Anchac. quæst. famil. 6. nu. 5. p. 2. Duenn. reg. 56. Hier. Magon. Rot. Lucan. 64. num. 12. bonus locus a multis omissus ad l. hæredes, §. cum ita, vbi Rip. nu. 79. Zanch. num. 80. ad Trebell.

3 Pariter causa mercedis, & salarij est summaria, feriæ nu latenus obstant. Bal. in Auth. nisi breuiores, C. de sent. ex breuiloq. recitand. Asin. in pract. §. 3. cap. 31. num. 35. iuxta illud Matthæi. 20. voca operarios, & redde singulis mercedem suã. Deuteron. c. 24. Thob. c. 4. Leuit. Marant. de extinct. 9. nu. 81.

4 Crederem hoc esse verum in causa pauperis operarij non habentis vnde viuat. Bal. & Alex. leg. 1. vbi Alex. num. 5. ff. de ferijs. Bonacos. qui illos non allegat de famul. q. 222.

Facit, quia in causa alimentorum, & victus nõ obstant feriæ in honorem Dei, l. 2. ff. de fer. Marant. de ordin. indic. dist. 9. nu. 6. Soc. de ferijs in honorem Dei de citatio. art. 19. nu. 7. Fall. 2. late Mannos. ad formul. ferijs non obstantibus, q. 8.

Addo Bac. in l. item Mela, in fin. ff. de alimen. leg. & in materia Alex. cons. 130. vol. 4. & mercedis causa dicitur, si architectus conducat opus faciendum ad tot certa pro qualibet canna, vel pede, si respõsio sit certa. Petr. in sua praxi, lib. 4. c. 7.

5 Pariter procedi poterit tempore feriarum contra fabrum malleantem. Marc. decis. Delph. 638. numer. 7. porte 1.

Exceptio 2.

Conductionis.

1 OPerarius conductus in alieno ad laborandum, excusatur, glos. notabilis in l. in rem, §. tignum, ff. rei vendic. quem sequutus est Feli. cons. 23. col. fin. vers. si secundo loco, & cons. 24. Soc. cons. 54. num. 23. vol. 4. Alberic. & Iacob. in leg. si id, quod, ff. de iurisd. om. iudi. & hæc est vera, & communis opinio. Ias. in l. de pupillo. §. nunciatio, num. 7. ff. de nou. oper. nunc. Communem quoque dicit Boss. de mandat. ad homicid. numer. 12. Iac. in pract. crim. c. 10. num. 36. Roland. cons. 54. nu. 6. libr. 1. vbi in facti contingentia consuluit pro operarijs, qui ligna inciderant. Iul. Clar. in §. fin. pract. crim. q. 60. col. 6. vers. solet dubitari Moron. de fide, treg. & pace, q. 162. num. 8. Lauren. Chiccou. commu. opi. cent. 2. conclus. 5. Pinell. in Auth. nisi, C. de bon. mater. Magon. Rot. Floren. 150. num. 4. in fin. V esil. ad Afflict. 217. decis. Perus. 103. p. 2. Vinc. de Anna, sing. 524.

Hinc postea tales operarij, & laboratores nullatenus accusari poterũt, nec de damno dato, nec de turbata possessione, nec cõtra eos in litẽ iurabitur. Bald. consil. 144. Præsupposito, lib. 1. quod est repetitũ, cons. 436. lib. 5. inferendo ad multa statuta, & bannimenta de turbata possessione, vt tales non comprehẽdat.

2 Et licet multi vtantur hac practica, vt accusent operarios, tamen facta iustificatione, quod sint conducti, excusantur, immo dominus conducens debet statim suscipere iudicium in se, & ita faciunt viri legales, & nolentes præiudicium alterius.

3 Ampliatur primo, vt tales nec pœna extraordinaria puniri possint. ita Bal. in citat. consilijs.

Ampliatur secundo, siue conduxerit verus dominus, siue quasi dominus, prout tutor, & similes. Iacob Menoch. de arbit. iud. lib. 2. cent. 4. cas. 354. nu. 39. per ts qui, §. si tutoris, iuncta glo. ff. quod vi aut clam.

4 Ampliatur tertio, vt operarius non teneatur perquirere possessores bonorum, Bal. cons. 144. li. 1. quicquid alias dixerit. cons. 470. quod reprobatur a Mago. Rot. Flor. 150. num. 9.

Limitatur primo, nisi eis facta sit protestatio, denunciatio, præceptum, vel inhibitio, & ea non obstãte prosecuti fuissent, quia puniuntur. Ang. in Auth. vt omnes obedi. iudic. collat. 3. & in d. §. tignum. Imol. & Rom. in l. de pupillo. §. nunciationem, ff. de nou. ope. nunc. Alex. cons. 36. num. 3. lib. 1. repet. cons. 79. lib. 3. Decia. in l. velle non creditur, num. 9. ff. de reg. iur. Calca. cons. 100. num. 3. Rip. in c. decernimus, num. 42. de iudic. Iac. Menoch. in citato casu, num. 40.

Addo bene in materia loquentes Aret. in §. cum in suo, num. 7. de rer. diuis. Salyc. in l. non ideo minus, C. de accusat. Castrens. consil. 459. Alex. cons. 26. col. 2. lib. 1. Fel. in c. vniuersitatis, col. 1. de sent. excomm. Bart. in l. non solum, §. mandato, versicul. circa primum, & ibi in additio. ff. de iniur. Vinc. de Ann. singul. 524. dicens in Regno practicari, vt statim fiant præcepta. Veron. in l. idem ait si seruus, nu. 5. ff. de ædil. inferens ad quæstionem in facto Parmæ de eo, qui accommodauit famulos suos Comiti Ludou. Auerinæ, & accessit ad cathedralem pro interficiendo Episcopum, Bart. in l. soluendo in solutione eiusdem contrarij, ff. de neg. gest. in l. fi. C. eod. tit. & hæc est communis opin. Emanu. Suarez. in suo Thesau. recept. sent. littera O. n. 19. Firmia. in verbo laboratores, nu. 4. Ioseph conclu. 71. Mascar. concl. 331. num. 147.

5 Declaratur hæc limitatio, vt procedat, & locum habeat in protestatione iudiciali, extraiudialis vero non præiudicat, nisi fiat ante opus inchoatum late Socin. cons. 54. num. 30. lib. 4.

6 Declaratur secundo aliquibus adminiculis concurrentibus, alias non. Aug. ad Angel. in verbo, mandatarum, sub num. 13. ita saluando opinionem tenentium contrarium, vnde extraiudicialis tunc afficit, si fiat a vero interessato, nõ autẽ a villico, vel viatore. Soc. cons. 54. nu. 31. lib. 4. & insuper docent de veritate eorum, quæ nunciando dicit Pinell. in Auth. nisi, nu. 15. C. de bon. mater. per l. si quis iussiciatus, ff. depo sit. tertio, si fiat ante factum re penitus integra, secus si in actu ipsos Mago. Rot. Floren. 150. n. 22. vbi infœlix operarius ab vna parte habebat vilem villicum denunciatem, ex alia conductorem nobilem aĩum reddẽtem.

7 Limitatur secundo pariter si aliqui sciuissent, vel scire potuissent fundum non pertinere ad conducẽtem, quia tũc tales operarij tenentur de turbata possessione, & de damno dato, nec excusantur per nominationem, & contra eos iuratur in litem. Alex. cons. 36. visis, vol. 1. argumento l. seruus, C. ad l. Iul. de vi publi. & quod not. in l. liber homo ad l. Aquil. Papien. in forma libelli, turbat. posses. in verbo, animo, & intentione, num. 3. vers. ex quibus solet, Rip. in c. decernimus, nu. 40. limit. 3. de iudic. Gandi. de malef. col. 18. versiculo, pone quod ego. Iacob Menoch. de retinen. poss. remed. 3. q. 50. n. 314. vers. secundus casus, & iterum q. 76. versiculo, quarta causa, num. 630.

Addo, quod hæc est communis opin. Bonacos. cõmu. opin. in verbo, laboratores. Bald. decis. 91. centu. 1.

8 Vnde vicinitas quam maxime non noua, neque de

recen.

recenti, sed aliquorum annorum probatio, quod audiuerint dici esse talis, & non talis, publica vox, & fama & huius generis similia arguunt veram præsumptionem scientiæ late deducit Ioseph de Ludoui. *dec. tis. Perus.* 103. *part.* 2. & legitime probetur in actis, alias non facit. Corn. *cons.* 250. *lib.* 1. §. 49. *num.* 27. & de scientia probanda Menoch. *de retinenda possess. remed.* 3. *num.* 618.

Addo Franc. Casonum, *c.* 2. *num.* 4. nisi absentes, vel infirmi. Alex. *consil.* 87. *num.* 11. *vol.* 3.

9 Limitatur tertio, si operarij fuissent in aliquo dolo. Ange. in Authen. vt omnes obediant iudici, *col.* 3. *versic.* 6. modo legitur pariter si fuisset in aliquo dolo incidendo non incidenda, vel in omittendo facienda. Plot. *de in lit. iur.* §. 49 *limit.* 5.

10 Limitatur quarto, nisi conductus conueniretur ex facto proprio, quod ipse laborasset, vel quid simile fecisset, nam tunc non excusatur nominando dominum. Alex. *consil.* 36. *vol.* 1. Afflict. *decis.* 217. Socin. *in l. rem quæ nobis, num.* 22. *ff. de acquir. possess.* Soc. iun. *consil.* 18. *num.* 33. *vol.* 1.

11 Limitatur quinto, nisi operarius fecisset de nocte vel alias clandestine, & hæc communis opinio. Iul. Clar. *practic. criminal. q.* 60. *versic. solet dubitari*, & de Clandestinitate posui supra in materia vsurarum.

12 Limitatur sexto, nisi operarij fecissent aliquid quod esset de genere prohibitorum, nam tunc non excusantur nominando, sed ipsi tenentur ad pœnam, Plot. in citato loco, *limit.* 3. Rol. *consil.* 45. *nu.* 6. *vol.* 1. Bursat. *consil.* 312. *num.* 19. *vol.* 3.

13 Limitatur septimo, nisi vtilitatem percepissent, prout pasculando, & ita procedat consilium Castr. 470. *lib.* 1. vbi nec bona fides, nec mandatum, licentia vel nominatio in hoc excusant.

Excusantur autem ex iusta credulitate hominis fide digni, prout in casu Menoch. & fide digno alias diximus.

14 Practicando laborator accusatus debet habere terminum ad denunciandum domino, & ad se instruendum de defensionibus. Bart. *in Authen. qua in prouincia, C. vbi de crimine agi oporteat.* Bertach. *in verbo, laborator, nu.* 5. & denuncians probare debet bona illa esse a se possessa. Magon. vt supra scientiam, & vicinitatem, vt dictum est.

Exceptio 3.

De denunciatione, &c.

1 COlonus per vim exactus excusatur si denunciauerit, alias non. Ruin. *consilio* 147. *numero* 16. *libro primo*, Anton. Gabr. *de solut. conclusion.* 11. *numero* 47. dixi suo loco Rota nouissima 241. *parte secunda.*

Exceptio 4.

De compensatione.

1 COmpensationis exceptio locum habet in contractu locationis, & conductionis. Petr. *in* §. *iu bona fidei, num.* 7. vbi Iaso. *num.* 83. Minsinge. *num.* 33. *de action.* Speculat. *in titulo, de locato*, §. *nunc aliqua, versic.* 83. Gigas. *de pension. q.* 92. *nu.* 7. Paris. *cons.* 108. *numer.* 51. *volum.* 1. *ex communi.* Sebast. Med. in *tractat. de compensatio. quæstio.* 23. *parte* 1. ponens exemplum, quando conductor sublocauit alteri, & contra si admuicem non soluant pensionem fit mutua compensatio.

2 Ampliatur vt Castrense peculium, stipendia, cæteraque salaria inuicem compensentur, *l.* 3. *ff. primo, ff. de compensatio. l. fructus*, §. *idem, l. si societatem*, *ff pro socio.*

Ampliatur secundo, vt operæ inuicem compensentur cum quantitate debita, *l. fi. C. de captiui s.* Alex. *ad l.* 1. §. *sed & si, ff. de extraordina. cognition.*

3 Ampliatur tertio, vt conductor non soluendo pensionem in tempore, sed obijciendo compensationem non poterit expelli iuxta, *l. æde, C. loca. cum qui com. pensat soluat.* Abb. *in c. bona fides, numer.* 11. *de depsit.* Alberic. *in l. cum aliter, ff. de compensatio.* Angel. *in l. semel mora, ff. solut. matrim.* Alexand. *consil.* 12. *volu.* 5. Gozadin. *consil.* 69. Roland. *consil.* 82. *num.* 26. *volu.* 1. Et hæc est communis opinio. Medic. *in citato loco, num.* 3.

Et sic patet limitatio *ad leg. æde, C. locat.* & reducas ampliationem ad actum practicum.

Ampliatur quarto, vt maritus, qui fecit melioramenta, in bonis parafrenalibus, sciente, & patiente vxore, teneatur compensare, cum pensionibus perceptis, nec eas directo petere poterit. Bero. *q.* 22. dicens intrepide tenendum. Anton. Gabr. *de acq. rerum domin. conclus.* 1. *nu.* 3.

4 Limitatur primo, vt compensatio non admittatur contra debitum iuratum, & hæc est communis opinio ex Alexan. *cons.* 91. *col.* 2. *versic. secundo principaliter moneor, volu.* 2. Matthesil. *notab.* 54. Paris. *consil.* 121. *num.* 37. *vol.* 1. Gozad. *cons.* 32. *num.* 15. Ias. *in l. cum qui*, §. *si iurauero, num.* 1. *de iureiurand.* Afflict. *dec.* 263. Viui. *lib.* 1. *opin.* 43. Eman. Soarez. in suo Thesaur. *recept. senten. littera C. num.* 151.

Addo quod hæc est magis communis opinio. Anton. Gabr. *de iureiurando, conclusio.* 7. Sebast. Medic. *de compen. part.* 1. *q.* 25. & in foro conscientiæ æquior & tutior. Seraph. *de priuil. iuram. priuil.* 84. *num.* 128.

5 Ampliatur hæc limitatio vltra Anton. Gabr. in citato loco, vt procedat non solum quando debitor vult copensare totum, sed etiam si vellet compensare partem, etiam si solum nummum copensare vellet, nam adhuc facere non posset. Gozad. *cons.* 69. *nu.* 8. ratio videtur, quia iuramentum non recipit diuisionem. Cotr. in memorabil. *in verbo, iuramentum.*

6 Magna igitur vis est iuramenti, vt in nummo, & minimo lædatur, scilicet ille subtilis diceret, hoc de æquitate canonica non esse attendendum, vt in minimo iuramentum quodammodo illaqueet, nec hoc considerandum esset.

7

8 Ampliatur secundo vltra. Anto. Gab. in sua plena conclusione, etiam si in summa difficultate debitor versaretur in habendo pecunias, late, Seraphi. *de priuileg. iuramen. priuileg.* 47. *num.* 17. declarando prout in limitationibus dicam.

9 Limitatur primo, vt nō sit prohibita retentio, quæ compensatione fauorabilior est. Anton. Gabr. *in citato loco*, limita prima, *num.* 2. in qua aliquantulum dubitat, & post eum Seraphin. in citato loco, *num.* 144.

10 Addo quod hæc limitatio in coductore pagas retinēte est verissima, non obstante iu ramēto. Pute. in

Menoch. *de retinend. poss. remed.* 11. *num.* 14. Vnde cautus sit bonus Procurator, vt petat quando volet, insuper etiam in debito iurato datur conductori retentio exclusa compensatione, & excusautur a caducitate. Puteus in vna Bononiensi locationis *decisione 292. parte secunda.*

Exceptio 6.

De Inobseruantia.

POsui in titulo de euictionibus.

Exceptio 7.

De Triennali solutione.

DE qua suo loco diximus, maxime quando diuersis temporibus fine factæ, Crauet. *conf.* 313. late Minsingher. *lib.* 5. *obseruat. cent.* 5. *capitulo* 39. Ant. Rouescal. ad Alex. *consilio* 105. *versiculo, sed dic primo libro* 3.

Exceptio 8.

De Renouatione.

PAtet & de hac suo loco ad materiam, *§. qui impleto, ff. locat.*

Exceptio 9.

De receptione pensionis post incursum.

PAriter & suo loco diximus.

Exceptio 10.

De Vsuris.

DIximus superius ad ipsius materiam.

Exceptio 11.

Ne Luminibus officiat, &c.

1 EST casus quotidianus, & practicabilis secundũ Ange. *in l. is, qui binas, ff. de vsufructu*, quod locator non potest obscurare, vel officere luminibus rei locatæ etiam ab extraneo, & dominus tenetur. *l. si merces, §. 2. ff. locat.* Veron. *de seruitut. vrban. præd. cap. 62. vers. item quari potest.* Padill. *ad l. altius, nu. 30. C. de seruit. & aqua. commendat* Mars. *sing.* 154. dicens sæpius in facto euenire.

Exceptio 12.

De iureiurando.

3 VNde colonus iurans arbores non succidere, vel succidisse, conuentus locati arborum furtim cæsarum *l. Aquil.* vel quod vi aut clam, legitime se defendet, *duobus, colonus, ff.* de iureiurando, ex quo cõtextu clare patet talia remedia contra colonum cõpetere, & pro incisione dari.

Exceptio 13.

De Bona fide.

IN contractu locationis, & conductionis vti bonę fidei non possunt opponi exceptiones de apicibus iuris, sed meræ æquitatis tantum. Bal. *conf. 63. vol.* 1. Andr. *ab Exea.* 1. *num.* 135. *de constit.* Rip. *in c. cum ecclesia Sutrina, num.* 16. *eod. tit.*

Reliquæ exceptiones patebũt per discursum pręsentis tractatus.

Exceptio 14.

LOcatio non est finita, vel terminus conductionis, *l. legem, C. locat.* si tamen conductor per contumaciam non restituit, ad interesse tenetur, *l. videamus, §. qui vinum, ff. locat.* & iurabitur in litem, vt suo loco diximus, & competit remedium, *l. si quis conductionis.*

Exceptio 15.

QVod fit, contra legem locationis, *l. dominus, §. fin. ff. loc. §. conductor instit. de locat.*

Exceptio 16.

TV, mihi non locasti, sed Titio qui mihi locauit *l. si tibi la 2. ff. locat.* & quod rem conductam alteri locare possum, *l. nemo, C. locat.* & sicut locator nõ potest conductorem ante tempus expellere, ita conductor ante finitum tempus rem conductam dimittere, alioquin ad interesse tenetur, *l. habitatores, §. fi. l. dominus, §. qui contra legem, ff. locat.* & statim poterit dominus agere, *l. si in lege, §. si domus, ff. loca.*

Exceptio 17.

ESt facta tacita relocatio, vnde expelli non possum, *l. item quæritur, §. qui impleto, ff. locat. & dicam suo loco.*

Exceptio 18.

PEnsionem solui Titio creditori de tuo mandato *l. soluam, §. solutam, ff. de pig.*

Exceptio 19.

PEnsionem esse remissam, quod in dubio non præsumitur, *cum de indebito, §. fin. ff. de probat.*

Exceptio 20.

MElioramentorum, & refectionis domus, vt suo loco dixi.

Exceptio 21.

NOn potui vti re locata, *l. si fundo, l. hac distinctio l. perinde, ff. locat.*

Exceptio 22.

Sterilitatis, posui suo loco de remissione mercedis.

Exceptio 23.

Domum habitare non potui vendidi non teneтur ad pensionem, *l. cum in plures, ff. locat.*

Exceptio 24.

Quod res locata perijt, sine culpa conductoris, vnde de dolo, vel culpa non tenetur vnde si e quum commisit non bono custodi, tenetur de leui culpa. Bald. *cons.* 404. *volum.* 2.

Exceptio 25.

De patientia successiue non præstita, vt dixi in tit. de euictione, vel vt stabulum reficiatur, vel alia in conuentione expressa, *l. ex conductio, in princ. ff. locat.* Alex. *cons.* 176. *col.* 2. *volu.* 6. *Ias. cons.* 109. *colu.* 1. *volumine* 1.

Exceptio 26.

Locationem nullam ex defectu consensus, l. e. qui ad certum, *ff. locat.* vel ob defectum pensionis, *l.* 2. *ff. eod.* vel quod res locata non est in nostro commercio, *arg. l. multum. ff. de verb. oblig.* Idem in seruitute rurali, & rustica; nam si prædium habeas vicinū seruitutem itineris, vel aliam tibi commodam locare possum, *l. si is qui bona, §. si cum l. seq. ff. de pign.* seruitutem vero Vrbanam, non, vt ligni immittendi domi meæ tibi locare non potero, ne vrbs ficta locatione deformetur, *l. cætera, ff. de leg.* 1. Item, rem tuam tibi locare non possum, *l. neque, de reg. iur.* & hoc casu locator non retinet possessionem *l. et a quo, §.* 1. *ff. de vsucap.*

Exceptio 27.

Quod est miles clericus, & similes de quibus *in tit. qui non poss. conduct. esse.*

Exceptio 28.

Exceptio de iure tertij Pedemont. 4. *numero* 5. *parte* 2.

Exceptio 29.

Exceptio excussionis, siue simus in priuato, siue simus in communitate & Republica, *l. Moschis, ff. de iure fisci, l. secundum vnam lecturam, Cod. de conueniend. fisc. debit. lib.* 10. & in dictis iuribus habetur per Bart. quod facta excussione potest creditor conuenire quem vult ex possessoribus.

Replicatio I.

Per me non stetit. Posui late suo loco.

Replicatio 2.

De Patientia.

Promisit famulus in apotheca per quendam Mercıarium conductus seruire domino in apotheca, & postea fuit apposita clausula. Et pro alijs seruitijs ipsius, & hoc pro biennio, ita vt si ante discederet, teneretur domino ad decem, discessit ante tempus, cōueniebatur ad decem, dicebat ex causa legitima discessisse, ex quo dominus vsus est opera sua in Villa, ad quæ seruitia non tenebatur, quia illa dictio, alijs seruitijs, intelligitur de similibus, ad *gl. in l. si fugitiui, C. de seruis fugit.* quæ communiter approbatur. Cur. iun. *cons.* 183. *nu.* 2. Emanuel Soarez, in eius thesaur. littera A, *num.* 171. Vnde non debebat in seruitijs rusticalibus exercere, fuit replicatum ex quo passus est alia dissimilia committi seruitia, nec in hoc reclamauit, cum potuisset contradicendo impedire, censetur tacite consensisse, ad doctrinam *Ias. in l. qua dotis, nu.* 92. *ff. soluto matrimo.* stante contractu locationis; qui consensu tacito prorogatur, vt suo loco diximus. Dixi etiam, quod dictio, alijs, verum est, quod de similibus intelligatur, si hoc verificari potest, sed si attenta qualitate non posset, tunc intelligeretur de quibus posset, cum verba intelligantur secundum qualitatē personæ, *l. plenum, §. equitij, ff. de vsu, & habitatione.* Vnde pauper merciarius extra suam apothecam famulo nihil simile cōmittere poterat, quare alia seruitia committere potuit, nec verba instrumenti sint superflua. Bal. *in rubric. C. de contrahenda emption.* vbi punctus aliquid operatur, dixi etiam sufficere similitudinem largissime, & in genere sumptam. Caputaq; *decis.* 268. *parte* 2, dummodo igitur seruitium sit, cōmitti poterat.

Visis actionibus, & exceptionibus, replicationibus in hac iudiciali practica locati, & conducti, quæro ad materiam *l. liberis, §. §. ff. de liberali causa,* an procedat in conductione, licet enim in materia possessoria, si vtraque partium dicat se possidere, is pro reo habeatur, qui naturaliter possidet, *d. §. fin.*

Limitatur in conductore apponente finito tempore locationis. Bal. *consilio* 177. *col.* 1. *lib.* 3. Tiraqu. *le mort saisit, part* 6. *declarat.* 7. *num.* 2. *in fin.*

De probatione.

Sequitur postea factis exceptionibus, & replicationibus terminus probatorius, in quo videbimus multas vtiles quæstiones in hac locati, & conducti materia.

QVÆSTIO I.

1 Quæro, an colonus sit idoneus testis in causa domini sui, & vtique non, ex *glo. in §. pater, in verbo, in ea re, Instit. de testam.* Bald. *consilio* 239. *num.* 8. *colu.* 3. *versic. quantum ad tertium libro* 2. Alberic. *in l. etiam, C. de testib.* Aufrer. *de testibus, num.* 21. *versic. colonus.* Spec. *de test. §.* 1. *versic. item excipitur, num.* 1. Soc. *consilio* 135. *numero* 6. *col.* 2. *consilio* 146. *numero* 11. *&* 12. *volumine* 1. Campeg. *de testibus, reg.* 14. Crot. *eod. tract. parte* 4. *num.* 142. Alex. *cons.* 32. *nu.* 3. *vol.* 1. *&* 116. *num.* 16. *vol.* 4. Seball. Medic. *reg.* 5. Mascar. *de probat. conclus.* 320.

2 Addo, quod hæc est communis opin. Lanfranc. *de testibus, numero* 64. Emanuel in suo thesaur. littera C, *numero* 144. Viui. *in silua opin.* 984. Monticell. *de testibus in verbo, colonus.*

Et ita communiter seruatur. Alberi. *in l. etiam, C. de*

de testi. Nouel.*reg.*217.*nu.*79. Alber. *de testi. c.* 8.*num.* 9. dicens iure non probari contrarium. Natt.*conf.*18. *nu.*16. licet contrarium teneat.

ADDITIO.

☞ *Ampliatur vt non debeant interrogari, an fiat pensio. narij, vel ficta biis. Alex. conf.* 78. *nu.*11. *libro* 5. *Corrad. in prac. §.* 2. *tit. de offic. Prætor. in cauſ. ciuil. tit. de testibus in verbo debitor num.* 51. *Campegg. de testibus regu.* 102. *limit.* 2. *Fariuacc. q.* 60. *Illatio.* 10. *nu.* 124.

3 Limitatur primo loco hæc conclusio, vt procedat, & habeat locum in colono adscriptitio, cui imperari poterat, secus in partiario, & aliis dissimilis conditionis, *gl. in c. in litteris, de probation.* quam sic explicat Soci. *d. consil.* 135. *nu.* 6. *in fine*, & ita omnibus placuisse testatur Alex. *conf.* 57. *num.* 14. *vol.* 7. Mascar. *in citato loco, nu.* 2.

Addo Ceauet. qui citat Alexand. *conf.* 377. *nume.* 17. & 19. vbi alios citat. Sequitur Ruin. *consilio nono, columna finali, libro* 3. & *consilio* 106. *numer.* 13. *lib.* 5. Soci n. iun. *consil.* 137. *nu.* 8. *vers. vel tertio, libro secundo.* Calean. *consil.* 64. *numero* 15. vbi dicunt hanc veriorem, & magis communem opinionem. Ruin. *consilio* 72. *numero* 14. *volumine* 2. & ita de consuetudine seruatur Aufrer. *de testibus, num.* 21. Iaf. ad Port. *in §. pater, vltima additione.* Menoch. *conf.* 22. *numer.* 70. *lib.* 3. Viui. *libr.* 2. *opi.* 357.

4 Limitatur secundo, vt stetur arbitrio iudicis, quanta fides sit adhibenda. Aufrer. in citato loco, *num.* 21. *per l.* 3. *vers. ideoque, de testibus.* Soc. *d. consil. numer.* 7. Dec. *conf.* 10. *vers.* 6. *nu.* 8. Fulgos. *consil.* 173. Alex. *d. consil.* 157. *nu.* 6. *volu.* 7. faciunt generalia adducta per Menoch. de arbitrio iudiciis, *lib.* 2. *centur.* 1. *cas.* 90. licet hoc in specie non tangat.

5 Limitatur tertio, quando non tractatur de fructibus, sed de possessione, vel proprietate rei, cuius sunt coloni, & examinentur domino iubente. Salic. *in l. liberi, numero* 8. *C. de testib.* Curt. iun. *consil.* 198. *num.* 15. Et ita pluries iudicatum per doctissimos viros attestatur Soc. *consil.* 228. *nu.* 7 *vol.* 7. Mascard. *in citato loco, num.* 6.

Addo Innocen. *in capit. ex litteris, de testibus.* Aret. *conf.* 13. *col.* 7. Bal. *conf.* 444. *col. fin. vol.* 1. & ita de consuetudine seruatur. Soc. iun. *conf.* 135. *num.* 8. *volum.* 2. Ant. Gabr. *de testibus, conclus.* 10. *numer.* 58. Magon. Rot. Forens. 135. *numer.* 5.

6 Licet Grat. dicat communem opinionem in contrarium *conf.* 41. *col.* 2. *vol.* 2.

7 Limitatur quarto, quando agitur de re minima, puta de vno sacculo frumenti, quia creditur ei Dec. *consil.* 110. *nu.* 8. Tiraq. *de indic. in rebus exigendis, versic.* 88. Sebast. Medic. *reg.* 5. *nu.* 311.

8 Limitatur quinto si sunt plures coloni, nam numerus supplet. Alex. *consil.* 57. *nu.* 13. *volum.* 7. Curt. *consilio* 268. *colum.* 14. *vers. præterea, nummerus.* Soc. iun. *consilio* 146. *nu.* 4. *vol.* 1. vbi loquitur in tribus colonis.

9 Limitatur sexto, si concurrat cum teste, qui sit omni except. maior. Dec. *conf.* 100. *numer.* 8. *vers. contra personam.* Soarez. *in suo thesaur. littera T, nu.* 187.

10 Et si pater si colonus, filius est idoneus testis: Socin. vt supra, *nu.* 12. & hæc est verior opin. Emanuel. *in suo thesaur. littera T, n.* 187.

11 Limitatur septimo vltra Mascard. & alios, si colonus est bonæ opinionis, & famæ. Salicet. *in l.* 2. *C. de testibus.*

12 Limitatur octauo, si tempore depositionis desijt esse colonus. Grat. *in allegato conf.* vbi subdit credi colono vti melius informato.

13 Limitatur nono, ad probandam innocentiā. Natt. *conf.* 407. *num.* 22. *vol.* 2.

14 Limitatur decimo, in facto antiquo, vbi colonus est idoneus testis pro monasterio. Aegid. Boss. *de testibus, num.* 116. vbi idem in famulo.

15 Limitatur vndecimo, vt probationi per colonum, vel fictuarium non sit locus iuramento suppletorio. Alex. *conf.* 32. *volum.* 1. Firmian. *in verb. iuramentum, vers.* 62. Rebuff. *de testib. num.* 90.

16 Et creditur fictabili dicenti tantum respondisse tutori. Boss. *de testibus, num.* 147.

17 Limitatur duodecimo, vt admittatur ad probandum valorem fructuum, quia in præteritum fuit fictuarius Put. *decis.* 9. *lib.* 1.

18 Limitatur decimotertio, ad probandum locatores per annos 40. decimas non soluisse, ex quo non tractante eorum interesse principaliter. Put. *decisio.* 15. *parte* 3.

19 Colonus autem testatoris non est idoneus testis pro domino nec in testamento, nec in codicillis, etiā de iure canonico. Ruin. *consil.* 9. *num.* 17. *vol.* 3.

Et sic habes, quod & quando operetur illud interrogatorium. Si eit colonus; & in quibus casibus procedat.

ADDITIO.

☞ *Quod si colonus interrogatus dicat cāpus iste est meus, erit ne periurus? Vtique non, gl. in l.* 2. *in verbo non vbi. Aug. n.* 7. *ff. de origi. iur. commendat arno comment.* 131.

QVÆSTIO II.

1 SEd quid econtra, an locator sit idoneus testis in causa conductoris, & super re conducta. Vtique non, respondit Fel. *conf.* 52 *sub num.* 3. *vers. testis autem in casu*, quo teneretur actione ex locato ad interesse modo aliquo, vt ibi per eum.

QVÆSTIO III.

De Famulo.

1 QVæro, an famulus sit idoneus testis pro domino suo, & vtique regulariter non, glos. in verbo, de familia in cap. in litteris, de testibus, Specul. *de testibus, §.* 1. *vers. item excipitur.* Cin. *in l.* 2. *q.* 4. *in fin.* 3 *C. de testibus*, late Anton. Gab. *de testibus, conclusione* 0. *num.* 4.

Addo Roland. *consilio* 45. *num.* 25. *vol.* 9. Parif. *consil.* 67. *num.* 85. *vol.* 3. Aufrer. *de testibus, nu.* 43. *in verbo, famulus.* Dabond. *in eod. tractat. num.* 6. Firmian. *in verbo, famulus non potest.* Alex. *consil.* 91. *volum.* 2. Anchar. *Rgiens. q.* 79. *num.* 90. parte prima Mascard. *conclus.* 758.

2 Ampliatur idem esse in famulus, vel pedissequa. Alex. *consilio* 5. *columna* 3. *vers. item non obstat, volumine primo.*

3 Ampliatur secundo, vt nec indicium, vel præsumptionem aliquam facit. Bal. in l. testimonium, in apostill. C. de testibus. in l. seruos, C. eod. Grammat. consil. crimin. 26. num. 3.

4 Ampliatur tertio, etiam si deponeret in facto proprio, puta quod reportaueeit librum commodatum. Bartol. in leg. deferro, §. idem decreuerunt, ff. de iur. fisci. Aufrer. de testim. nu. 43. in verbo, famulus. Mascard. de prob. concl. 758. nu. 2.

5 Ampliatur quarto, vt non solum procedat in famulo, sed generaliter in quolibet familiari, vel domestico vt late per Anton. Gabr. in conclus. 10. de testib. in princ. Mascard. in concl. 757. limitando, & declarando, vt per eos.

6 Ampliatur quinto; vltra eos plene profitentes, vt procedat, & habeat locum in famulo, familiari, vel domestico ipsiusmet iudicis procedentis ex officio, vel per inquisitionẽ. Ita dixit notabiliter Alberic. in l. 2. C. de testib. ex quo ex hoc in practica, & facti contingentia reijcit multos birruarios, & cãcellarios volentes ferre testimonium super inquisitionus, hodię tamen omnia, audent.

7 Ampliatur sexto, vltra Ant. Gabr. & Mascard. etiã si post præstitum testimonium dixerit esse famulus, familiaris, vel domesticus, quia adhuc eadem ratio militat, Spec. de testib. §. 1. sub n. 18. & ibi clarius, Io. And. in addit. quid enim prodest dissensus post actum iam consummatum? quid prodest consilium post vulnus illatum? quid ianua post boues furatos?

8 Ampliatur septimo, etiam vltra Ant. Gabr. & Mascard. etiam parte non opponente, dummodo constet ex actis Bal. post Nicol. de Matarel. in d. l. 2. quem ibi sequitur Petr. de Suzar. contrarium videtur velle idẽ Bal. in l. si quis testibus, nu. 7. C. de test. & Fel. in c. in litteris, in fin. extr. eod. tit.

9 Limitatur primo loco, vt non procedat si tempore depositionis non esset amplius famulus, hoc enim tẽpus inspicitur. l. nomen, §. instrumentorum, ff. de verb. significat. l. 5. §. lex Iulian. ff. de testam. cum ibi notatis. Alex. cons. 5. nu. 9. vol. 2. & consil. 149. colum. 2. volum. 5. Grat. cons. 41. nu. 2. volum. 1. Ruin. consil. 36. colu. 6. volum. 4. Lanfran. de test. num. 84. Zas. consil. 3. par. 2. Crot. cons. 131. num. 57. & hæc est communis opinio. Alex. cons. 100. nu. 6. vol. 8. Nico. Mago. Rot. Lucan. 65. numero 10.

10 Declaratur, si dolo, & studiose discessisset, prout in duobus casibus præsumitur, puta si iudicio cœpto discessisset, vel reuersurus, Bar. in l. vir mulieri, ff. de don. inter vir. & vxorem. Bal. in l. 1. §. si seruus, vers. breuiter ista est veritas ff. de quæstion. Marsil. in l. §. idem nummi, col. 1. sub numero 1. versiculo quandoque desijt esse, ff. eod. Boich. in capitul. in litteris, in secundo casu de test. & ibi Bald. versic. quid vt famulo, vbi Felin. versiculo secundo intellige. Coen. consil. 170. colum. 3. volumin. 3. Lup. in rubric. de donat. inter vir. & vxorem, colum. 1. versiculo ex quo infert. Aufrer. ad Tholos. decisione 4. Tiraquel. de cons. ress. in principio, in verbo, famulitieo, sub numero 182. Paris. consil. 259. volumin. 1. Alberic. de testib. cap. 4. num. 18. Barbac. consil. 26. col. 8. vol. 4. Corset. singul. in verbo, præsumpt. 3. Ripa, respons. 201. nu. 8. in nouiter additis.

11 Practicando igitur fiunt interrogatoria, si fuit famulus, quo tempore, quare discessit, & si est reuersus.

12 Quid si studiose non reuersus cum licentiauit?

13 Limitatur secundo, in famulo seruiente sine salario, quia est idoneus testis, Specul. de test. §. 1. versiculo sed de quo mercenario. Roman. cons. 429. numer. 4. commendat pro notab. Mars. singul. 5. consilio 68. numero 22. & in l. prima. §. ad quæstionem, limitatione secunda, de quæstionibus, & consilio 68. numero 22. Capuaquenl. 279. parte 3. Ruin. consil. 29. volumine 5. Capra regul. 279. parte 3. Ruin. consilio 29. volumine 5. Campeg. de dote, regul. 3. Burlat. consilio 267. numero 23. volum. 3.

14 Declara, vt duo copulatiue requirantur. Primum est, vt sine salario seruiat. Secundum, vt non cohabitet idest, vt non habeat expensas, quas si habet, repellitur, vt tenuit Rota. vt per Put. decis. 4. lib. 4. qui in factore loquitur.

15 Practicando igitur fiant interrogatoria, si habet salarium, vbi habitat, & cuius expensis viuat.

16 Limitatur tertio in famulo, familiari, vel alias domestico, honestæ vitæ. Innoc. in cap. in litteris, eod. tit. Bal. in l. etiam, C. eodem. Alex. in l. vir, ff. de donat. inter virum, & vxorem. Roman. cons. 420. num. 5. Marsil. cõsil 68. nu. 23. & sing. quinto, in fine, Barbac. consil. 54. col. 9. vers. & si quidam, libr. 1. consilio 3. colum. 12. libro 2. Ruin. cons. 92. num. 3. libr. 1. Mandol. ad regal. Cancell. per obit. fam. Card. quæst. 8. numero 13. Grat. libro 2. responsis 41. numero 15. Seraphin. de iuram. priuileg. 40. numer. 6.

17 Ampliatur hęc limitatio, vt idẽ sit in famulo principis, vel cuiuslibet personæ honestæ, & laudabilis vitæ, Bal. in quouis familiari loquens, in l. secunda, Aret. in §. pater, Institut. de testamen. Alber. de testamen. §. superest, num. 13. Lanfranc. in cap. quoniam contra, in verbo, testium depositiones, col. 19. Gomel. & Mandol. ad regul. cancell. 32. q. 8. nu. 12. Mascard. de prob. conclusion. 757.

Addo Bal. consil. 444. Rauen. in suo Alphabet. fol. 179. Bonacos. de famul. q. 25.

18 Limitatur quarto, vt admittatur ad probandum innocentiam domini. Spec. de inquisit. §. 2. versic. sed num quid eos. Bal. in l. parentes, C. de testibus. Alex. consilio 5. num. 8. libr. 1. consil. 24. nu. 39. & consilio 212. lib. 2. Ias. in l. vt vim, col. 2. ff. de iust. & iur. in l. sed & si quis, limitat. tertia, ff. si quis caut. Mars. sing. 59. & 508. Cephal. late, cons. 160. nu. 8. est commun. opin. Soarez. littera T, nu. 219.

19 Limitatur quinto, in famulo, deponente contra dominum, quia tunc admittitur, Tholos. vbi Aufrer. decis. quarto.

20 Declara limitationẽ non procedere in famulo propter eius scelera dimisso. Butr. in cap. cum oporteat, de accusat. Alberic. de testam. capit. 2. num. 52. Mascard. de probat. conclus. 758. numero 15. per capit. nulli, de accusation.

21 Limitatur sexto, in casibus, qui non possunt verisimiliter probari, nisi per famulos, vel alios domesticos, vt gesta in domo, furto subtracta, & similia l. consensu, & ibi Bald. & Salicet. C. de repud. Bald. in l. parentes, C. de test. in l. fin. §. licentiam, C. de iur. deliberand. in leg. lex, quæ. C. de admi. tut. Bar. in leg. in tantum, §. vniuersitatis, ff. de rerum diuis. Alex. cons. 93. num. 6. vol. 1. Dec. cons. 133. Gramm. cons. 45. num. 15. cons. 59. num. 12. cons. 88. nu. 8. Afflict. decis. 304. nu. 10. late Mascar. de probat. conclus. 552. nu. 15. Ant. Gabr. de test. concl. 10. num. 34.

Digitized by Google

22 Addo bene in proposito loquentes. Marſ. *in pract. §. diligenter, num.* 81. Pariſ. *conſ.* 74. *nu.* 22 *lib.* 1. Firmi. *in verbo, famulus, ſub num.* 10. Curt. *in ſuo coniectur. iur. lib.* 1. *c.* 19. Viu. *lib.* 1. *opinio.* 359. Marſ. *in rubr. de probat. num.* 16. Corn. *conſ.* 217. *num.* 1. *deciſ. Genuenſ.* 195 *ſub num.* 3. & hæc eſt communis opi. Eman. Soarez. *in ſuo theſ. littera T. num.* 202.

23 Ampliatur hæc limitatio, vt præferatur aſſijs. Are. *conſ.* 15. *num.* 17. per textum, *in l. quoties. C. de naufrag. lib.* 11. Benintend. *deciſ.* 42. *num.* 4.

24 Declara, quando verſimiliter inſpecta communi intelligentia facti, & ſolito curſu cauſarum alij teſtes haberi non poterant nec actu, nec habitu, alias limitatio non procedit. Soc. *conſ.* 17. *nu.* 15. *lib.* 1. Ant. Gabr. & Maſcard. *in citatis locis.*

Addo, quod hæc eſt communis opinio. Dec. *conſ.* 342. *num.* 8.

25 Hinc poſtea probandum matrimonium famuli, vel alij domeſtici non admittuntur, eum de facili alij teſtes haberi potuiſſent. Maſcard. *in allegata concluſ.* 532. *num.* 20. poſt Soc. ab eo relatum.

Addo Alex. de Neuo, *conſ.* 4. *num.* 15. *conſ.* 1. *num.* 2. Ferret. *conſ.* 196. *vol.* 1. Campeg. *de teſtibus, reg.* 11. Crot. *de teſtib. par.* 3. *num.* 14. *& p.* 4.

26 Illud autem, quod ſuperius dictum eſt, ſi alij teſtes haberi non poſſent nec actu, nec habitu, late comprobat Ant. Gabr. *de teſtib. concluſ.* 7. *num* 8.

27 Tamen verius videtur ſufficere, vt actu tãtum reperti non fuerint. Iul. Clar. *in §. fin. q.* 24. *verſ. ſciendum, eſt autem,* ſaltem ad pœnam arbitrariam imponendã. Bonacoſ. *commu. opin. in verbo, teſtes in criminalibus.*

28 Limitatur ſeptimo, in teſte inſtrumentario, nam licet ſit famulus, vel alias domeſticus, admittitur. Maſcard. *in l.* 1. *§. ad quæſtionem, num.* 27. *ff. de q.* poſt Bal. *in l. etiam, col.* 1. *verſ. & hæc vera, C. de teſtam. & in l. inſtrumentata, in fine, C. de probatio.* Veron. *cautel.* 217. Bellamer. *conſ.* 47. *num.* 6. Vnde ſileant multi recuſantes ponere teſtes famulos, quia ex hoc approbantur. & fidem faciunt.

29 Limitatur octauo fauore eccleſiæ, *glo. in canon. ſecundo, diſt.* 29. Aufrer. *ad Tholoſ. q.* 14.

30 Limitatur nono, quando cum famulo concurrat alius teſtis omni exceptione maior, vel ſint plures ſaltem tres famuli, vel domeſtici, Marſ. *in l. de minore, §. tormenta, col. ff. de quæſtio.* Alex. *conſ.* 5. *colum.* 3. *vol.* 1. *& conſil.* 57. *num.* 14. *volum.* 7. *& conſ.* 120. *col.* 4. *in fin. volum.* 4. potui ſuperius in quæſtio. de colono an ſit idoneus teſtis.

31 Limitatur decimo, vt admittatur parte non opponente. Bal. *in l. ſi quis teſtibus, columna fin. C od de teſtamen. verſic. ſed hic dubitatur.* Felin. *in cap. in litteris, col. fi. in* 2. *notab. de teſtibus, & in c. litteros, col.* 4 *de præſum.* Iaſ. *in l. admonendi, col.* 75. *de iureiur.* Grat. *conſ.* 81. *&* 82. *col. penul. num.* 10.

32 Limitatur vndecimo, vt ſit idoneus teſtis ad probandum ætatem, vel matrimonialem coniunctionẽ. Caſtrenſ. *conſ.* 301. *vol.* 1. *Aufr. ad Tholoſ. q.* 4.

33 Limitatur duodecimo, in famulo communi Tholoſ. vt ſup. Ant. Gabr. *in citato loco.*

34 Limitatur decimotertio, vltra Maſcar. & Anton. Gabr. plene profitentes, vt famulus etiam viliſſ perſona admittatur contra valde diffamatum. Alberic. *conſ.* 71. *nu.* 9. quia nil Iudæus, &c.

35 Limitatur decimo quarto, vltra prædictos in famulo tutoris ad fauorem pupilli. Bald. *conſ.* 444. *nu.* 4. *vol.* 1.

36 Limitatur decimoquinto, vltra prædictos in cauſa ſindicatus domini ſui, ſi cauſa principaliter famulum non tangat, & ſit probatæ vitæ. Iaffred. *deciſio. ne* 387.

Et alias repellitur famulus iudicis, ſi habeat iudex affectionem ad cauſam, quia procedebat ex officio pro aliquo conſanguineo. Pariſ. *in c.* 1. *in fi. de off. iud. Rebuff. de teſtib. num.* 25. *in fin.*

37 Limitatur decimoſexto, vltra prædictos, ſi examinatur contra dominum. Putc. *in tract. ſindic. in verbo, probatio.* Franc. Maſc. *deciſ. Delphin.* 917. *num.* 6. *par.* 2. Cephal. *conſ.* 171. *num.* 51.

38 Limitatur decimoſeptimo, vltra prædictos, vt ſit idoneus tempore petitis, Cornel. *conſ.* 170. *vol.* 3. Barbac. *conſ.* 58. *num.* 8. *vol.* 1. Crot. *conſ.* 131.

37 Limitatur decimoctauo, vltra prædictos, in factis antiquis, & implicitis, de quibus ſcripturę non apparens, Bal. *in c. vaſallus, §. de feudo, ſi contra. fuer. inter. Domin. & Vaſſal. per l.* 2. *C. quibus & quando, quæſtio, an hæc probes.*

40 Limitatur decimonono vltra prędictos, vt diuerſum ſit in domino, qui poteſt eſſe teſtis pro famulo ſuo. Sal. *in l. etiam, C. de teſtib.* dixit ſingulare Euerard. *in loco a correlatiuis, num.* 8. vbi rationem ponit, quia ceſſat ratio ſubiectionis, & ſalarij.

Addo vlterius, quod famuli, & coloni dicuntur, & appellantur familiares, & domeſtici. *glo. in §. pater, in verbo, in ea re,* vbi Thob. *num.* 12. *inſtit. de teſtam.* Hug. Donnell. *in diſcurr. de teſt. fol. mihi* 432. Maſcar. *concluſ.* 532. Viui. *opi.* 359. *par.* 1. immo & habitatores dicuntur, Bar. *conſ.* 42.

41 Et poſſeſſio alicuius probatur, ſi famuli illius acceſſerunt ad talem fundum. Ang. *in l. Celſus, ff. de vſucap.* commendat Addit. ad Papienſ. in forma turbatæ poſſeſſionis, in verbo, hodie, littera B. mittimus enim famulos in vineam pro fructibus, & famulas pediſſequas pro ficubus.

42 Et famulus alicuius probatur ſi ſeruiuit, vel aſſociauit, prout alij ſimiles, licet nulla ſcriptura appareat. Bar. *in l.* 1. *§. familia, numerò* 5. *ff. de publican.* Bero. *q.* 39. *num.* 2.

Et famuli expulſio probatur iuxta *l. primam, ff. de diuort.*

QVÆSTIO VI.

De Nauta.

1 AN Nauta teſtis eſſe poterit de rebus in nauigeſtis. Strach. de mercatur. *port.* 5. *titulo de nauibus, verſ.* 1.

QVÆSTIO V.

De Aduocato.

AN aduocatus poſſit eſſe teſtis in cauſa clientuli ſui, vtique non, *l. finali, ff. de teſtibus.* Capit. Roman. de teſtibus, *libr.* 6. late Grat. *conſil.* 51. *numero* 8. *volum.* 2. Cephal. *conſil.* 65. *num.* 22. *volum.* 1. Riminal.

consil.415.num.18.& 433.nu.21.volum.3. late Mascar. *de prob.conclusio.66.* Multis modis ampliat,& limitat, & ne eius dicta transcribere videar, vtilia tantum addam.

Ampliatur vltra Mascar. etiam si esset reuocatus, quia præsumitur dolosè factum, Rota *decis.126.in nouis.* Rebuff. *de probat.testi.num.33.vers. Amplia etiam*, vbi dicit notabiliter, quod si inuitus est reuocatus est suspectus in præiudicium producentis, quia veritas debet apparere.

Ampliatur etiam vltra Mascard. vt non sit idoneus testis contra conductorem, ex quo dominus, & tenetur. Crau. *cons.56.nu.4.*

2 Ampliat Mascard. vt nec in causa appellationis testificari possit.

Addo Nouell. *regula 216. nu.264.* Petr.Girar. *singul.264.* Petr.Gerard. *sing.24.nu.3.* vbi idem de procuratore, proxeneta,& similibus.

3 Limitat tertio loco *nu.30.* vt non procedat ante patrocinium præstitum.

4 Addo, quod hæc est communis opinio. Viui. *lib.1. opin.358.in princ.* Vinc.de Anna. *sing.8.*

5 Limitat quarto loco in depositione facta ante patrocinium præstitum.

6 Addo, quod hæc est commonis opinio. Lanfran. in capitul. quoniam contra, in verbo, testium depositio, *num.67.*

7 Limita vltra eum, vt possit esse testis post salarium receptum est communis opinio, Emanuel. *in eius thesaur.litera A.nu.96.*

8 Limita vltra eum, vt Aduocatus in possessorio possit esse testis in petitorio, est communis opinio. Rips, *in l.naturaliter, §.nihil commune, notab.18.ff.de acq.poss.* quod facit, ad illud de Aduocato in alia causa.

Distingue tamen in hoc aut aduocatus, est homo probatæ vitæ,& potest esse testis in alia causa in qua nō est aduocatus, alias de fide diminuitur, vt declarat Rebuf. *de reprobat.test. n.34.* quare non errant qui talem integritatem,& probitatem deducerent.

Limitatur quinto loco vltra Mascard. si aduocatus receperit pecuniam ab altera parte, vt alteri patrocinetur, nam tunc testis esse poterit,& præsumetur accepisse pecuniam pro lucro cessante.

Quod licet, Hostien. *in Summ.de test.§.2. versic.quid de aduocato.*

Limitatur sexto vltra eū si examinatus fuerit finita causa de gestis tempore causæ. Bartol. *in l.deferre, §.idem decreuerunt, ff.de iur.fisc.* & ita practicatur *consilio 213.*

Declara vt repellatur in his, quæ respiciunt causā & suam ignominiam Imol. *in c.non sine, col.pen. de arbitr.* Bal. *in l.omnibus, C.de testib.*

Limitatur septimo vltra Mascard. in Aduocato ad vnum articulum tantum, quia in alijs potest Bal. *in l.omnibus, vers.exemplum, de tertio.C.de testib.* Addit. ad Guid.Pap.45.

Limitatur octauo vltra eum quādo sit testis instrumentarius. Butr. *in c.ex literis 1.de transac.*

Limita etiam vltra eum in his, quę sciuit vt testis, non vt aduocatus. Vinc. Franc. *decis.222.* vbi per secretarium etiam examinatus.

9 Limita etiam vltra eum, vt contra clientulum etiam inuitus, Put. *decis.56.par.3.*

Sublimita nisi clientulus reuocasset, & ex hoc natum esset odium cum clientulo, quod maxime colligitur si fuisset a principio denunciatum ne patrocinium acciperet, quia volebat vti pro teste, vt in subsidium deficientibus alijs probationibus, Rebuf. *de testim.numer.40.*

Et in hac materia Aduocati, Procuratoris, Iudicis, famuli,& similium personarum, sit conclusio singularis & notabilis, quod licet ipsi repellantur, non tamen domestici, vel familiares ipsorum tam a testificando quam a iudicando dictum est singulare Innoc. *in cap. insinuatione, de off.deleg.* Bal. commendat *in l. qui testamento, §.quæcunque autem, ff de testam.* commendat pro valde singulari, Cortet. *in sing. in verbo testis 20.* est casus frequens,& passim occurrit; nolo cum, quia est valde amicus,&c.

QVAESTIO VI.

De Procuratore.

1 AN procurator possit esse testis in causa domini sui? Vtique non. Nepos a Mōte Albano in tractat. de testibus, *nu.144.per l.fin.ff.de testibus.* Crot. *de testibus, nu.134.*

2 Ampliatur primo, vt non solum in causa principali, sed nec causa appellationis testis esse possit Nell. *vt sup n.31.* Alex. *cons.224.col.3.vol.1.*

3 Contrarium sentit gl. *in capit.fin.in verbo, in litem, de testibus.*

4 Ampliatur secundo, idem in procuratore reuocato tempore depositionis, Bar. *in l.referre, in fine de iur.fisc.* Bal. *in l.dictantibus, vers.de tertio patet, C.de testam. in leg. qui testamento, §.quicunque, ff.eod.* Mar. *in leg.1. ff. idem Mumio, col.1. versic.quid autem, in procuratore, ff. de quæstion.* Rot. *decision.381. in nouissim.* commendat pro notabili Lanfranc. *de testibus, numero 68. in fine.*

5 Contrarium vno verbo innuit Bellamer. *decisione 605.*

6 Ampliatur tertio in procuratore, qui acceptauit ad effectum substituendi tantum. Peregrin. *decisione 744.* Monticell. *de testibus, in verbo, procurator, in fine.*

7 Limitatur primo, vt contra dominum bene probet, vt notatur in capitulo finali de testibus. Nep. *de testibus, numero 145. facit 4.q.3. item in criminali, §.item si testis.*

8 Limitatur secundo, vt possit esse testis negocio iam finito. Nepos, vt supra, *numer.31.* Nell. *eod.tractat. numero 21.*

9 Limitatur tertio, vt possit esse testis in alia instantia, in qua non fuit procurator, dummodo sibi ex hoc non contingat laus, vituperium, commodum, vel incommodum, vt per discursum concludit Alberic. *de testibus, c.4.n.15.*

10 Limitatur quarto, vt licet procurator testis in multis casibus non plene probet, facit tamen inditium, vel præsumptionem. Imol. *in capitulo, Romana, de testibus.*

11 Limitatur quinto in procuratore ad vnum articulum tantum constituto, quia in alijs bene potest. Bald. & Albe. *in l.in omnib.C.de testib.*

Con-

12 Considerarem qualitatem articuli, & si est connexum, vel non.

Limitatur sexto, si nondum cœpit agitare causam, licet constitutus sit Innocent. *in cap. super de testibus.* Lanfranc. *de testibus, n. 63.*

13 Limitatur septimo, in procuratore ad negocia, qui testis esse potest, si nullum percipiat commodum, *gloss. in capit. 1. de testibus, lib. 6.* late Alex. *consil. 19. p. 4. cons. 64. volu. 2.* Fulgos. *consil. 219. & 174.* Apostill. ad Panorm. *in cap. cum a nobis, in fine de testibus,* Salic. *in Authent. sed novo iure, vers. ex quo nota, C. si certum petatur.*

Exemplum, si volens mutuare decem illos in præsentia Titij mei procuratoris numeratis mutuaui, in hoc est idoneus testis, ita exemplificat Salicet. *in d. l. in omnibus, col. 3. & 4.* Casus præsens practicabilis, & quotidianus.

Pariter procurator ad negocia potest esse procurator in negocio quod non gessit, licet in alio habeat mandatum. Salic. *in citato loco, col. 4.* vbi tenet, quod pariter in vita testificari potest.

Et in negocio quod gessit poterit esse testis vtraque parte volente, *gl. in c. Romani, de testibus, lib. 6.*

Pariter procurator ad negocia est idoneus testis ad probandum possessionem per locationem factam ab ipso meo procuratore qui pro me ibi deponat, secus ad probandum de pecunia, quam ipse portauit, Salic. *in citato loco, col. 4.* ita intelligendo Bart. *in l. diferre §. idem rescripserat, ff. de iur. fisc.*

Et in subsidium admittitur etiam si commodum, vel tandem consequatur, Abb. *in capit. insuper, col. 5. de testibus.*

Et sunt duo alij casus notabiles, & practicabiles in hoc proposito. Portatores vini, molendinarij, bastarij & similes, qui consueuerunt portare de loco ad locum, sunt idonei testes, & eis creditur. Raph. *in d. l. deferre, §. ii decreuerunt,* & ita consultum attestatur Campeg. *de testibus, conclus. 63. limit. 7.*

Alter est casus, si probo me dedisse cenium Titio, vt tibi portaret, qui dicit recepisse, & tibi dedisse, quod est testis idoneus, & creditur et quia eodem tēpore facit se debitorem, & creditorem sicut creditururus pendenti positioni connexę in totum, ita Campeg. *in citato loco.*

Sunt duo casus vtiles, frequentes, & sæpius occurrunt & pendente a mercede et materia locati & conducti.)

14 Limitatur octauo in eo, qui tempore depositionis non erat procurator, licet postea factus fuerit. Rom. *cons. 186. in fin.* Crot. *de testibus, nu. 137.*

15 Limitatur nono, in duobus procuratoribus ad diuersas causas factis, nam inuicem testificari poterunt Butr. *in c. insuper, in c. 4. de testib.*

16 Limitatur decimo, vt procurator in causa possessionis possit testificari in causa proprietatis, vt superius dixi aduocato.

17 Limitatur vndecimo, in clerico procuratore. Bellamer. *decis. 605.*

18 Limitatur duodecimo, in consanguineo procuratoris. Felin. *in c. cum a nobis, nu. 19. de testibus.*

19 Limitatur decimotertio, in procuratore vnius est agentibus illo mortuo. Bal. *cons. 152. nu. 2. p. 2.*

20 Limitatur decimoquarto, de consensu partium. *gl. in c. fin. de testibus.*

21 Limitatur decimoquinto, si non cohabitat, licet mercedem habeat. Pute. *decis. 4. lib. 1.*

22 Limitatur decimosexto, si erat procurator vnius collegij, & deponebat de aliquibus de collegio in negocio eos principaliter non tangente. Pute. vt supra, *numero 9.*

Limitatur decimoseptimo in socio procuratoris ipsius Rot. *decis. 148. in nou. argum. l. nam & socius, ff. pro soc.* Cano. legitur, *distinct. 81.*

Limitatur decimooctauo in duobus procuratoribus constitutis ad diuersas causas distinctæ, nam vnus potest testificari pro alio in causa in qua se non ingessit Campeg. *de testibus, concl. 63.*

QVÆSTIO VII.

De Sollicitatore causæ.

1 QVæro, an sollicitator causæ repellatur a testimonio, & vtique sic, more procuratoris, & Aduocati. Butr. *in cap. cum a nobis, col. fin. versic.* quid a sollicitatore, vbi Imol. *col. 3. versic.* dicunt etiam Felin. *col. fin. de testibus.* Alex. *consil. 78. colum. pen. in fine, col. 1. cons. 153. col. 2. vol. 5. & 152. col. 2. nu. 6. volum. 7. cons. 56. col. 4. vol. 2. consil. 154. col. 2. volum. 5.* Dec. *consil. 133. colum. 3. & 410. nu. 3.* late Ant. Gabr. *de testibus, concl. 12.*

Addo Papiens. in forma iurament. testium, *in gloss. protestant. nu. 27.* Viui. *lib. 1. opin. 158.*

2 Ampliatur etiam in eo, qui desijt esse sollicitator. Rot. *decis. 126. in nouis,* Grammatic. *consil. ciuil. 41. col. 2.* Socin. iun. *cons. 80. col. 2. vol. 2.*

3 Limita in sollicitatore præposito a principali, qui repellitur, secus si sit præpositus a procuratore. Rot. *decis. 154. in nou.* Bellam. *decis. 605.* Alex. *cons. 78. col. pen. vol. 1.* Aufrer. *de reprobat. testium in verbo, sollicitator.* Mil. *in verbo testis esse non potest.*

4 Limita secundo, in sollicitatore alterius causę, non illius, in qua deponit. Alex. *cons. 253. vers. ad secundum vol. 6.* Ant. Gabr. *de testibus, concl. 12. nu. 6.*

Addo Dec. *cons. 94. nu. 2. vers. 1. testis,* & c. Cassane. *cons. 37. nu. 6. consil. 18. vers. & licet dicant.*

5 Limita tertio, quando dictum sollicitoris examinat comprobaretur per alium testem omni exceptione maiorem, Alex. *cons. 56. col. 4. vers. 2.* potest responderi *vol. 2.* Anton. Gabr. *in citato iam loco, nu. 6.*

Addo bene loquentes. Alex. *cons. 24. col. 4. vers. 2. responsio. lib. 2. consil. 83 col. 4. lib. 5.* Ias. *in Auth. nouo, C. de iudic.* Corn. *cons. 63. in fin. lib. 1.* Mart *in l. de minoris, tormenta, ff. de q. singular. 554. & 676.* Grammat. *cons. ciuil. 7. & 107. col. fin.*

6 Semper igitur bonum est examinare plures testes, & eligere non suspectos, quando fieri potest, vel talem ponere aliquos idoneos, vt adiuuent alios.

7 Limita quarto, in sollicitatore bonę conditionis, & & famæ Aufr. *Tholos. q. 204.*

8 Addo Ias. dicentem multum singulare *in d. l. admonendi, colum. 74. de iureiurando, cum 175. colum. 5. vers. similiter, vol. 2.* tenuis *glos. in summa, 3. q. 5.* Fontanet. *super his, colum. fin. de accusat.* Lup. *in cap. per vestras, §. 21. de donat. inter vir. & vxorem.* Cass. *cons. 36. numer. 3. & 37. num. 1.* Felin. *in c. cum oporteat, col. 2. de donat. inter virum & vxorem,* Roma. *cons. 405. num. 5.* Marl. *cons. 68. numer. 23.* Barbac. *cons. 54. col. 9. lib. 1. consil. 3. col. 12.*

Digitized by Google

col.2. vol.2. Rui.cons.92.lib.2.Barbac.cons.54.col.9. lib.2.& cons.3.col.12. vol.2.Mandos.ad reg.Cancellar. de impetrandis beneficijs vacantibus per obitum familia.Cardinalis q.8.nu.13.

9 Limita quinto, in leuioribus, vt sollicitator admittatur. Rot.decis.164.in nouis.

10 Limita sexto, in sollicitatore non salariato, neque conducto, qui admittitur iuxta ea, quę superius de famulo diximus Rota.decis.164.in nouis. Roma. consil. 420.quod consilium admodum notabile est in similibus materijs.Franc.in cap.Romana, col.fin.de testibus, Aufrer.ad Tholos.c.204.

Licet Felin.aliter teneatur in d.c.cum a nobis, in fin. Bertrand.cons.209. nu.3.vol.2.Soc.iun.cons.88.num. 24.vol.2.Ales.in l.ferre, ff.de iure fisci

11 Limita vltra Gab.& alios plene profitentes in sollicitatore de omnibus, vel maiori parte litium, Monticell.de testibus in verbo sollicitator, in fin.

12 Limita etiam vltra Gabr. & alios in sollicitatores, qui testimonium affectauit.Crauet.cons.2.num.5.pulchre in materia vltra alios Fulgos.cons.219. vbi bene loquitur.Boss.de forma oppositionum contra testes, numero 219.

QVÆSTIO VIII.

De Notario.

1 Regulam de Notorio omisit Anton. Gabr. vtilis tamen est, & a testimonio repellitur, c.quoniam, contra, de probation.

Limita tribus modis, vt per Campeg. de testibus, concl.64.

Declara vltra eum vt in alia instantia testis esse possit Angel.cons.40.nu.3.

2 Declara, vt non possit esse testis ad probanda acta communia, Fulgos.cons.143.nu.3.

3 Declara tertio vltra alios, vt nõ probet nisi ea quæ facta sunt quando est rogatus. Mari.in l.1.§.si quis dicatur, nu.4.de quæstionibus.

4 Declara vt testificari possit vna cum testibus instrumentarijs pro adiuuando, vel declarando instrumentum. Imol.in capitu.cum Ioan.numero 8.de fide instrument.

Declaratur quinto, vt saltem credatur de consuetudine notario attestanti de commissione sibi facta. Rebuff.de reprob.l.testium, nu.421.

Et notarius recusatus non potest examinare testes, & examinati nõ probat. Alex.cõs.104.col.2. vol.2.

QVÆSTIO IX.

De Proxeneta.

1 Quæro, an proxeneta sit idoneus testis, & vtique non, nisi vtraque parte volente, & hæc est communis opinio Alex.cons.13.colu.1. vol.1.& 117. vol.7.& 18.col.5.vol.4.Curt.iun.idem attestans, cons. 112.nu.4.Zas.idem attestans, cons.4.volum.2.Soc.iun. cons.12.col.4.vol.2.& cons.29.col.3.eod.vol.late Mascar.de probation.concl.136.p.2.

Addo Ioan.Cephal.cons.65.numer.23.Eman.in suo thesaur.littera P, num.356.& magis communem dicit Anton.Gab.de testibus conclusio.20.& magis communem, & veriorem Beninten.decis.61.Viuian.libro 1. op in.358.Menoch.de arbitr.iudic q.74.num.29.Tiraquel.in præfat.retrac. Lignagier.nu.26. Rui.in terminis probandum locationem consil.99. vol.5. dicens communem.

2 Amplia siue proxeneta habeat mercedem, siue nõ, Soc.iun. cons.12. col.4. volum.2. Ant.Gabr.in citato loco, nu.1. Vnde proxeneticum dicitur salarium, proxenetæ. gloss.in l.1.Cod.de spons. Alciat.libro primo, dispunctas.c.22.

Contrarium est verius, quando proxeneticum nõ recipit. Bald.cons.469.lib.5.& 366.lib.3. Ruin.consil. 164.col.penult.lib.1.cons.99.col.1.lib.5.Anton.Roue. scal.ad Alex. cons.12.in verbo proxeneta, lib.1.Ampliatione idem in lib.proxeneta, nam si non creditur voci viuæ, nec mortuæ. Bald.in l.1.C.de eden.

Ampliatur secundo, etiam si nullum commodum sentiret contractu tractato, quia præsumitur habere affectionem ad causam. Alex.consil.150.col.2.154. col.1.vol.5. Dec.cons.132.col.2.Rui.cons.164.col.2.vol. 4.cum late adductis per Benuenut. Strach. de proxenet.p.4.§.illa etiam q.n.5. Viui.opin.358.p.2.Bertazol. cons.crim.44.nu.5.

Quid in sollicitatore causę? Vtique repellitur etiam si non sit salariatus. Ant.Gabr.de testibus conclusion.12. sub nu.4.

Addo quod ita practicatur. Rebuf.allegãs bonam rationem de reprobat.test.nu.501.

Limita hoc verum, si a principali sit constitutus, secus si a procuratore, Rot. decis.154.in nou. Bellamer. 605.But.in cap.cum a nobis, colum. fin.versicul. quid de sollicitatore, vbi Imol.col.3. vers.datur etiam. Fel.col. fi.vers.de sollicitatore, de testibus. Alex.cons.78. versic. alij, vol.1. late per adducta, per Ant.Gabr.de testibus, concl.12.

Addo Lanfr.de test.sub num.88. Alex.consil.64.p.3. consil.153.col.3.cons.seq.eo.vol.1.Imol.consil.135. col.fi. Roman.cons.420. Ang.cons.233.col.2. Boss.de testibus. nu.119. Crott.nu.135.

Subdeclara, vt requiratur constitutus a principali, vt in grauibus probat ad causam pertinẽtibus, secus in leuibus, puta ad probandam diligentiam procuratoris, signa, sigilla, vel quid simile, non sufficiat a quo. sit constitutus. Mascar.concl.1.3.17, nu.7.

Subdeclara secundo, circa salariatum ex qua causa motus fuerit ad acceptãdum officium puta amicitię, vel similis, quæ de per se sine salario repellat, si vero motus fuerit ex causa pietatis, puta in causa pupilli, ecclesiæ, pauperis, acceptauerit sine salario, tunc admittitur. ita distinguit Mandos. ad Roman. cons.420. Consideranda est etiam vltra causam, qualitas personę, si est legalis boni nominis, quia fortasse etiam cum salario non repellitur, quia bona fama pręualet. Aufrer.ad Tholos.204.

Limita secundo, vt contra inducentem plene probet, vel concurrentibus alijs testibus cum eo. Alex. cons.56.col.4.in fine, vers.2. responderi potest, lib.2. Mascard.conclus.1.3.17.nu.17.exemplo procuratoris de quo supra diximus.

Et nota practica vltra Ant.Grb.& alios, quod debet probari duobus testibus, fuisse sollicitatorem in causa de qua agitur, alias admittitur, Alex. cons.153. prope finem, nu.6. & 198.vol.2.

Insuper vltra Ant.Gab.& Mascar.in citatis locis quod

quod ad instantiam vnius partis non potest cogi sollicitator ad deponendum secreta alicuius partis, seu quoad secreta causæ sed bene quoad alia. Rebuff. at. testans ita iudicatum, *de reprobat. testium, nu.505.*

3 Limita primo nisi pro eo, pro quo deponit, concurrat præsumptio. Alex. *in l. si duo patron. col. 2. de iureiurando, cons. 55. in fi. vol. 2.*

4 Limita secundo, quando proxeneta deponeret ad impugnationem actus, quia bene probat. Alex. *cons. 55. col. 5. vol. 1.* Corneus, *cons. 63. col. 2. in fin. vol. 2.* quia hoc casu cessat ratio, qua proxeneta repellitur.

5 Limita tertio, ad probandum contractum vsurarium, vel simoniacum. Cardin. *in Clem. 1. §. 1. quæst. 3. de vsuris* Rui. *cons. 34. num. 7. vol. 2. per textum in c. 1. de testibus, lib. 6.*

6 Limita quarto in subsidium Bar. in cap. cum dilecti, de electio. Milis in verbo testis. Marsil. singular. 53. Menoch. *cons. 92. n. 87.* Hippol. Rimin. *consil. 231. num. 5. lib. 2.*

7 Limita quinto, quando ageretur de probanda aliqua qualitate, ex qua actus, nec perfectionē, nec imperfectionem reciperet, vt de qualitate actu iam perfecti, nec ageretur de eius retractatione Alexan. *cons. 127. in fin. volum. 7.* vel reprobando illud, quod perfici potuisset ante perfectionem cōtractus, Salic. *in l. nullius ff. de testibus.*

8 Limitatur sexto in proxeneta, in teste instrumentario proxeneta, Bal. *in Authent. sed nouo iure, col. 2. C. si cert. petat.* Crauet. *consil. 56. num. 10*

9 Limitatur septimo, vt probet fauore dotis de eius promissione probanda, & fauore matrimonij probandi. Rui. *cons. 34. col. 1. vol. 4.* Soc. iun. *cōs. 29. col. 4. vol. 2.*

10 Contrarium allegatur tenere Alex *cons. 150. column. 2. & 154. vers. præterea vol 5.* Dec. *cons. 133. column. 3. vers. 2. principaliter,* Socin. iun. *cons. 12. nu. 17. libr. 2.* Paris. *cons. 15. nu. 20. cons. 88. num. 82. consil. 61. num. 18. lib. 1.* Barbat. *cons. 53. num. 18. lib. 1.* Stracch. *de proxeneta parte 4. num. 6.* vbi respondet dictis Rum. Eugen. *consil. 97. nu. 31.* Verior tamen videtur prima opinio. Benintend. *decis. 91.* Mooticel. *de testibus in verbo proxeneta.*

11 Posset etiam considerari, aut agitur ad fauorem matrimonij de eius substantia, & tunc plene probat vt matrimonium teneat, pariter si promissio dotis est in dubio, probet proxeneta si promissioni vtilitet faueat, & ita percurrendo hinc inde authoritate reperies fortasse verum.

12 Limitatur octauo, vt quanta fides proxenetę sit adhibenda, stet in arbitrio iudicis. Alex. *cons. 127. in fi. vol. 7.* Abb. *in c. dilecti, col. 2. de testibus cogendis.*

13 Tres igitur sunt considerandi casus vltra Amon. Gabr. plenius prosequentem, aut enim vtraque pars consentit, & dictum proxenetæ, licet vnicus sit, probat ex vi consensus partium & cogitur testificari iouitus, aut vna partium tantum vult. Bene valet, sed non compellitur, si neutra consentit non valet. Nepos de testibus, *nu. 120.* A Egid. *nu. 155.* Cur. *conclus. 43.* ita declarando Bart. *in l. referre, §. idem decreuerunt, in fine de iure fisci, per §. penultim. Authen. de testibus.* Lanfranc. *num. 71.* Crot. *num. 176.* Menoch. *de arbitr. iud. q. 73. nu. 29.*

Limitatur nono, stante statuto, vt credatur dicto proxenetę, quod statuto valet. Strach. *de assecur. gloss. 39. numero 4.*

Limitatur decimo, quando produceretur ab extraneo, Alc. *in c. cum a nobis, in fin. de testi.*

Limitatur vndecimo, in crimine Simoniæ, ex quo tamen nullum commodum reportet, vel reputandarum Mil. in verbo testis proxen. Paris. *de Sindic. in verbo testis,* Mascard. *in verbo barrataria.*

Limitatur duodecimo, quoad semiplenam probationem alio adminiculo, vel præsumptione concurrente. Socin. iun. *cons. 29. nu. 16. consil. 31. num. 18.* Menoc. *cons. 92. numer. 85.* Mascar. *de probat. conclus. 136. numero 27.*

Limitatur decimotertio, in simplici persuasore in genere. Socin. iun. *cons. 24. nu. 17. vol. 2.*

QVAESTIO X.

Vidimus superius, an, & quando probent personæ solitæ mercedem recipere, & quasi locare operas suas, quæro quando locatio probetur.

1 Locatio probatur per solutionem corruptitiam annuæ pensionis, Bart. *in l. litibus, numer. 12. C. de agricol. & censit. lib. 11.* Specul. *de emphyteusi, §. nunc aliqua, q. 142. nu. 169.* Bal. *in l. 1. nu. 5. C. de fideicommiss.* est communis opinio Mascard. *de probat. nu. 991.*

2 Ampliatur, vt per solutionem pensionis probetur medium possessio, seu dominium ad fauorem recipientis Cassane. *cons. 16.* Rumual. un. *cons. 12. num. 15.*

3 Ampliatur secundo, vt probetur causa, & titulus locationis, pulchre Castrens. *cons. 51.* Redoan. *de rebus eccles. q. 18. vers. dicta superius, nu. 10.* maxime alio non possideote, Afflict. *decis. 325.* Benintent. *decis. 45.* Roman. *cons. 127.* Cur. sen. *cons. 72. n. 6.* Boer. *decis. 105.* vel inter easdem personas, non in præiudicium tertij. Siluan. *cons. 57. nu. 44. lib. 1.* Aemilian. *cons. 89. nu. 25.* Mago. *Rot. Lucan. 72. nu. 2.*

4 Limita si probetur certa quantitas pensionis, alias per incertum non probant, Alex. *cons. 50. nu. 9. & 10. vol. 5.* sequitur Dec. *cons. 57. nu. 5.* cætera vide ad materiam, *l. si merces, ff. loc. & in tit. de præscriptionibus.*

5 Probatur etiam locatio per scripturas publicas, vel priuatas iuxta not. *in r. cum loan.*

6 Probatur tertio per testes probantes de numeratione certæ quantitatis præcedente concessione. *l. Titia ff. de verb. oblig. l. cum quid, ff. si cert. pet.*

7 Probatur quarto ex persona solita, vel resolita locari, nec sufficit probare consuetudinem in genere. Rui. *cons. 99. vol. 5.*

8 Limita dictum de teste, vt per Magon. *Rot. Lucan. 79. n. 7.* ex quo habes limitationem ad consilium Cassane. si quod testes singulares probent solutionem pensionis, quem sequutus est Cassane. *cons. 13.*

QVAESTIO XI.

1 IN hac locati & conducti materia possessio probatur multis modis, nam si dem tibi domum, & eā loces, mihi transfertur possessio in locatorem, *l. quadam mulier, ff. de rei vendicatione l. qui bona, in princip. l. quamuis, §. 1. ff. de acquir. possess.* & dixi superius suo loco Menoc. *cons. 336. nu. 13. p. 4.*

2 Quod quidem verum est, si locator sciat, alioquin in ignorantem non transfertur possessio, quia non habet animum possidendi. Socin. *cons. 91. col. 5. lib. 4.* Caballin. *milleloquio 906. p. 6.*

Secunda

3 Secunda sit cõclusio. Ex perceptione fructuum, vel mercedis, aut pensionis simpliciter, vel ex solo instrumento locationis possessio non probatur. Papiens. in forma libelli turbatæ possessionis in verbo hodie, nu. 6. Felin. *in capit. inter dilectos in fine de fide instrumen.* Rot. *in antiquis decis.* 87. Gozad. *cons.* 84. *in fin.* Ruin. *cons.* 47. *col.* 2. *vol.* 4. late Tiraquel. *de constituto possessorio, limita.* 1. *nu.* 21. *in fin.*

4 Limitatur primo, vt possessio probetur ex instrumento locationis inter locatorem, & colonum, siue conductorem, secus quoad tertium, cui præiudicare non debet. Bal *consil.* 330. *col.* 1. *vol.* 1. Socin *consil.* 89. *col. penul. in princ. vol.* 1. post But. *int. inter dilectos. de fide instrument. idem* Socin. *consil.* 11. *colum.* 2. *versicul. prætere a, lib.* 3. Afflict. *in c.* 1. *§. quis de mense, numer.* 12. *cons.* 66. *num.* 17. *si* controuersia fuerit, Alcia. *respons.* 294. *nu.* 5. Alba. *consil.* 9. *num.* 12. *cons.* 66. *n.* 17. Rebuff. *ad regi. constit. Tom.* 3. *titul. de materia possessoria, in præfation. num.* 100. Bero. *cons.* 45. *num.* 8. *lib.* 3. Soraz. *allegation. nona.* Bard. *de temp. vtil. & contin. cap.* 18. *num.* 3. Alex. *cons.* 20. *volum.* 4. *consil.* 12. *numer.* 3. *eodem vol.* Fel. *in repertor. in verbo locatio non probat.* Bellamer *decision.* 300. Hieron. Gabr. *consil.* 31. *num.* 9. *volu.* 1. Menoch. *cons.* 336. *num.* 13. *lib.* 4. Bursat. *cons.* 414. *nu.* 7. *lib.* 4. Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 102. *nu.* 14. *Mascard. conclus.* 1180. vbi & legitimus titulus, & habilis concurrere debet. Rota *decis.* 87. *in antiqu.* Floria. *consil.* 1. Bursat. *cons.* 330. *num.* 29. & 30.)

5 Declara primo hanc limitationem, vt præsertim procedat, quando ageretur de continuatione possessionis. Socin. 205. *col. fin. vers. & ita concludi libr.* 2. Boccat. *interd. vbi possid. c.* 14. *num.* 7.

6 Declara secundo, quando cum instrumento locationis factæ concurrat solutio pensionis, vel alia similia adminicula, puta quod colonus laborauit nomine locationis. Socin. *consil.* 11. *col.* 2. *versic. iusta infero, lib.* 4. vbi dicit probare etiam dominium isto casu. Grat. *consil.* 50. *nu.* 2. *lib.* 1. Anto. Gabr. *lib.* 3. *conclus.* 4. *nu.* 2. & 7. Mascard. *conclus.* 1181.

Addo bene loquentes Ruin. *cons.* 46. *col.* 8. *vers. & ex his dici debet vol.* 4. Hieron. de Mont. *q.* 21. *num.* 27. Cephal. *cons.* 458. *num.* 4. *vol.* 4. & 328. *num.* 3. *p.* 4. Menoch. *cons.* 16. *nu.* 6. & *consil.* 64. vbi etiam si sit facta propter aliud, Bero. *in r.* 1. *nu.* 51. *de appellat. & in rubric. de iudic. nu.* 11. Paris. *cons.* 104. *nu.* 84. *vol.* 4. *consil.* 27. *num.* 5. *lib.* 5. Natt. *consil.* 636. *num.* 85. Alba. *cons.* 9. *num.* 12. Mago. Rot. *Florent.* 37. *nu.* 5. Rouesc. ad Alex. *cons.* 88. *lib.* 5.

Dec. *cons.* 146. *nu.* 14. Felin. *in c. inter dilectos numer.* 8. *de fid. instrum.* Alex. *cons.* 12. *vol.* 4. Grammat. *consil.* 47. *nu.* 7. Bursat. *cons.* 235. *num.* 33. *vol.* 3.)

7 Vnde instrumentum locationis cum promissione tantum mercedis non probaret promissionem rei, nisi re vera fuisset soluta pensio. Natt. *cons.* 426. *nu.* 26. *volumine* 2.

8 Subdeclara in tertio possidente, quia etiam his cõcurrentibus sibi non præiudicatur. Ant. Gabr. in citato loco, num. 5. & 9.

Addo pulchre, & clare loquẽtes Afflict. alios allegantem, *decisio.* 325. Ponta. pariter multos allegantẽ *de spoli. libro* 2. *nu.* 88. Roderic. Soarez. *ad leg. post rem iudicatam, limitat.* 2. *vbi dicit hanc materia esse practicabilem,* & quotidie in palatijs occurrere, & hæc est vera, & communis opinio, Soci. *consil.* 106. *volum.* 1. *libr.* 3. oportet igitur vt ille tertius probet se possidere. Caballin. *milliloq.* 907. *par.* 2.

A D D I T I O.

☞ *Bertazzol. cons.* 271. *nu.* 6. *lib.* 2. *vbi ista duo non probant, nisi constet locatorem possedisse.*

9 Subdeclara secundo, in tertio sciente, secus in tertio ignorante, cui non præiudicat. Bal. *in l. fin. C. de sacrosanct. eccles.* Abb. *in c. inter dilectos, de fi. instru.* Ang. *in l. quædam mulier, ff. de rei vendit.* Castr. *cons.* 342. & 243. & 32. singulariter Cur. iun. *cons.* 74. *colum.* 4. *vers. aduertat dignitas vestra*, post Bal. *cons.* 344. *vol.* 4. Boer. *decis.* 105. *num.* 15.

10 Subdeclara tertio, quando probatur ipsum colonum soluisse, secus vero quãdo alius soluisset pro eo. Corn. *cons.* 63. *col.* 2. *lib.* 3. commendat Castrens. *in l. Pomponius, ff. quibus modis vsusfruct. amitt.*

11 Subdeclara quarto, quando probaretur quod ille, qui soluit, non coluit, neq; possedit res locatas. Corn. vt supra.

12 Subdeclara quinto, quod ista est præsumptio, non probatio vera. Soc. *cons.* 105. *volu.* 2. Ruin. *consil.* 44. *col.* 4. *vol.* 4. Claudia. *ad l. quamuis, §. si conductor, vers. item nota, ff. de acq. possess.*

13 Subdeclara sexto, quando adsunt plura instrumẽta locationum, nam tunc, & tertio nocent. Soc. *cons.* 182. *col.* 2. *lib.* 2.

14 Subdeclara septimo in instrumento locationis antiquo, quod & tertio nocet. Bart. *in l. ad probationem, C. locat. in l. non ab re, C. vnde vi.* Oldrad. *consil.* 199. Crauett. *cons.* 54. *nu.* 11. & ita in practica seruatur. Iacob Menoch. *retinend. poss. remed.* 3. *num.* 574.

Addo Natta *cõsil.* 636. *vol.* 3. Tiber. Decian. *consil.* 31. *num.* 32. *vol.* 1. Dec. *consil.* 303. *num.* 10. & 11. Boer. *decis.* 239. *num.* 5. Borgnin. *decis.* 45. *in addition. num.* 4. Borgni. *decis.* 30. *num.* 7. *par.* 2. Menoch. *lib.* 2. *præsumpt.* 33. *num.* 25.

Amplia hanc subdeclarationem, vt instrumenta antiqua locationum probẽt dominium, & possessionem, etiam in verbis enunciatiuis, & contra tertiũ. Aret. *cons.* 164. *in fi.* Ruin. *consil.* 14. *nu.* 6. *vol.* 4. Paris. *cons.* 107. *in princ. vol.* 1. Crauett. *de antiq. temp. part.* 1. *num.* 73. Menoch. *consil.* 147. *volum.* 2. 192. *numer.* 4. *eodem volum.*

Et dicuntur antiqua si annos 60. tantum excedãt. Silua. *consil.* 37. 13. 14. Bursat. *consil.* 330. *num.* 61. *volumine* 2.

15 Subdeclara octauo, vt nec talia instrumenta probente contra conductorem ad appræhensionem possessionis, a qua possit postea expelli ob canonem non solutum, sed hoc debet clarè probari. Natt. *cons.* 306. *vol.* 1. & 4. *vol.* 2. Natt. *cons.* 105. *in fin. vol.* 2. Castrens. *cons.* 105. *vol.* 2. Purpurat. *cons.* 484. *num.* 20. *volum.* 2. Crauett. *cons.* 767. *num.* 10. *vol.* 4. Pedemon. *decis.* 51. *num.* 8. Iosep. *Rot. Lucan.* 20. *num.* 23. & est magis communis opinio. Cur. iun. *consil.* 70. *numer.* 10. Garzi. *patroc.* 100. *num.* 3. Borgni. *decis.* 53. *numer.* 64. Garg. *patr.* 100. *num.* 44.

16 Amplia secundo, vltra Menoch. vt hoc sit verum etiam contra tertium non possidentem concurrente aliqua solutione pensionis. Purpurat. *cons.* 291. *nu.* 10. *vol.* 1. Bero. *consil.* 14. *nu.* 10. *volum.* 1. Iacob. Berret.

consil.

Digitized by Google

*conf.*88 *nu.*7. Rebuff. *tom.*2. *in præfatione, de materia possessoria, num.*100. Tabie. *consil.*24. *num.*2. *pulchre.*

17 Crot.*consil.*29.*lib.*1. vbi semper probat possessionem & dominium per perceptionem pensionis alio non probato in tempore per tertium. Prosper Pasetta. *conf.*10.*num.*4. Berret.*conf.*77.*nu.*2.

18 Ampliatur idem in recognitione in dominum. Cephal.*conf.*19.*numer.*3.*volum.*3.Purpurat.*conf.*109. *num.*6.*vol.*1.

19 Adeo, quod transferat onus probandi in aduersarium. Dec.*conf.* 303.*nu.*9.10. Roland. *conf.* 5.*num.*59. *vol.*1. Crauet. *conf.*54.*nu.*15. Bertran. *conf.*160.*num.* 2.*vol.*3. Borgni.*decis.*33.*nu.*29. *& decis.*17.*nu.*3.*par.* 2.*decis.*38.*nu.*7.*eod. vol.* Bott. *conf.*52.*nu.*4. Anchar. *q.*60.*par.*1.

20 Addo vlterius, quod si sunt duo testes singulares. vnus deponit de perceptione grani, alter de fabis, probant. Alex.*conf.*3. *&* 93.*vol.*4. Lanfranc. de testibus, & ibi addition. *sub num.*93.

21 Pariter quod dictum est de corporalibus, procedit & in incorporalibus. Aret.*conf.*30.*col.pen.* Ruin.*conf.* 46.*num.*13.*lib.*4. *conf.*47.*col.*1. *&* 118.*eo.lib. conf.*161. *col.*4.*num.*10, *lib.*1. Rip. *lib.*2. *responsorum c.*6. *lib.*8.

22 Probatur etiã possessio, si probetur colonos meos fecisse aliquos actus possessorios, licet non constet de mandato, quod presumitur ab initio locationis. Soci. iun.*conf.*135.*num.*24.*volu.*2. & dixi superius de colono, & famulo testibus. probatur etiam possessio per testem deponentem laborasse ad instantiam alicuius & respõdisse de fructibus, Riminal.*conf.*341.*numer.*4. *libr.*2.

Declara hoc verum, quando tractatur contra tertium, non contra eum cui facta sit responsio Alexan. *conf.*88.*nu.*20. *libr.*5.

Declara secundo, quando testis deponit de recondatu suo. Ioseph.*Rota. Luca.*95.*nu.*2.3.4.

Nota tamen, quod non soluere pensionem, non inducit priuationem possessionis, quia si hoc esset, non posset propria auctoritate expelli, vt dixi *in tit. de re. cusatio.* ita Bal.*in leg. Pomponius*, ff.*quibus mod. vsufr. amittat.* commendat Felin.*in cum Bertoldum, num.*27. *de re iudicat.*)

23 Nec testes singulares sufficiunt. Ruin.*consil.*40.*nu.* 10.*lib.*4. Cephal. *conf.*250. *nu.*40. *lib.*2. Magon. *Rot. Lucan.*79.*num.*17.

QVÆSTIO XII.

1 SEd nunquid per instrumentum locationis, & alia superius adducta probabitur dominium? vtique non. Paris.*conf.*17.*numer.*25.*lib.*1. Rip.*in leg. rem, quæ nobis, numer.*18.*ff. de acq. possess. & communis opini.* Rolan.*conf.*46.*num.*21.*lib.*3. Magon. *Luca.*54.*num.*7. Ioseph.*Rot. Lucan.*54.*num.*7. & 65.*numer.*12. vbi de magis communi contra tertium, maxime si sumus in verbis narratiuis. Bal.*in l. ad probationem. versic. quæro*, quid si instrumentum, *C. locati. sequitur* Alex. *conf.*136.*col. final. vol.*1. *&* 202.*colum.*2.*vol.*2. Abb.*conf.*31.*colum.*2. *volum.*2. additio ad Matthes.*nu.*79.*nu.*5. vbi operantur respectu actus principalis tantu.) Franc. Marc. *decis.*230.

2 Ampliа, vt nec etiam contra conductorem. Affli. *decis.*14.*num.*8. *& decis.*12. Alphan. *reportat.*441. & *hæc est communis opinio.* Alex. *conf.*21. *numer.*4. *libr.*4. Eman. *in verbo, conductio, nu.*196. Puteol. *decis.*352. *lib.* 2. Rimi.*conf.*93.*num.*10.)

3 Contrarium sentit Cassan. *conf.*16. Rimin. *conf.*12. *nu.*15. Immo & causam, & titulum locationis. Castr. *conf.*51.*lib.*2. Rodoa.*de reb. eccl. q.*18. *versic. dicta superius, num.*10. Magon. *Rot. Luc.*79.*nu.*5. Campeg. *de testib. reg.*339.*vers.*5.

Ampliа ne dum in præiudicium recognoscentis, sed successorum, siue vniuersalium, siue particulariũ in terminis. Guid. Pap. *q.*24.42. *&* 272. Gugl. *in cap. Raynutius, in verbo Ardelasiam, num.*107. extendit ad recognitionem, quę refertur ad aliud, cum dominus censeatur recognitus, licet nihil probasset.)

4 Ampliatur secundo, vt non probet dominium etiã stante stipulatione de rem restituendo locatori, si ex arctis actis contrarium constat. Pute.*decis.*30.*p.*3.

5 Limita, vt ex hoc oriatur effectus idonei tituli ad præscriptionem, si fuerit diuturno tempore continuatum, quod maxime notandum dicit Bartol.*in l. ad probation. C. locat.* Pontan. *de spon. lib.*2.*num.*89.

6 Limita secundo, vt locatio non probet dominium ipsius rei. Pute.*decis.*352.*lib.*2. & multo minus contra tertium, est communis opinio sine contradictione. Ioseph.*Rota Lucan.*62.*nu.*12.

Limita tertio, nisi clare in instrumento voce donum, quia in dubium refricari non poterit, Crauet. *conf.*157. contrarium tenet Vrsell. ad Afflic. *decis.*14. *nu.*15 quia taciti, & expressi par est virtus, vt per eũd

Limitatur tertio, nisi appareat de titulo habiti lõgissima possessione coloni, & solutione pensionis, Burs.*conf.*254.*nu.*15.*vol.*2.

Limitatur quarto, quando dominium incidenter tractatur id est, quando actor, locator agit contra cõductorem actione locati, Bar.*in l. non ab re, columin.*2. *versic. viso qualiter, C. vnde vi*, Alex.*consil.*10.*nu.*7. *lib.* 4. Barbac.*conf.*8.*colum.*7.*lib.*2. Ripa, *in l. rem quæ nobis nu.*55.*ff. de acq. possession.* Paris, *conf.*57. *num.*44. *lib.*4. *Bar. q.*42.*nu.*8. est communis opinio. Cur. iun. *consilio* 41.*nu.*8.

Limitatur quinto, nisi concurrant alię coniecturæ vel adminicula, nam tunc, ex locatione probatur dominium principaliter, Paris.*consil.*27. *nu.*25. *consil.*104. *num.*82.*lib.*1. Menoch.*de præsumpt. lib.*6. *præsumpt.*63. *nu.*12.

Et verba enunciatiua non probant dominium in instrumento locationis. *Bal. in l. ad probationem, C. loc.* dicens, quod si in instrumento dicatur, quod conduxi fundum tuum, a te, si vendicans illud verbum tuum, non probat dominium. Additio ad Mattesil. *not.* 33. *num.*2. vnde aliter probandum est dominium ad obtinendum.

Vnde tria excusare a mala expressione, veri valoris & hæc copulatiue arrendamenta, & locationes præcedentes impetratio auctoris, testium publica vox fama, Sarn. *q.*11. *super reg. Cancellariæ de valore pnte, decis.*139.*lib.*1. Caputaq.73.*n.*3.*par.*2. Rota nouissima *nu.*2.*p.*2.)

7 Nunquid instrumenta locationum probent valorem bonorum conuicinorum, & vtique sic respondit Alex.*conf.*156.*in fine, vol.*2. Bursat. *conf.*99. *numer.*4. *vol.*1. *conf.*184.*nu.*17. *vol.*2. Cephal. *consil.*161. *numero* 16. Rodoa. *de rebus eccles. car.*330.*num.*145. Ancharan. *q.*52.*p.*2. Castrensl.*consil.*203.*num.* 5.*vol.*3. Alba. *conf.* 6.*nu.*5. Cagnol. *ad l.*2.*nu.*233. & ibi Vincen. Paleotus, *num.*138.

numero 138. *C. de rescind. vendit.* Borgnin. *decis.* 45. *numero* 48.

8 Addo bene loquentes, Bal. *in c. cum causam*, *in* 2. *in fine*, *de testibus*, Crauet. *conf.* 54. *num.* 8. Caputaquens. *decis.* 78. *nu.* 3. *p.* 2.

9 Limitatur, vt procedat tribus concurrentibus, primo quando essent plura instrumenta de eadem re concordantia, vel parum discrepantia, Alex. *in l. in lege Falcidia*, §. *corpora*, *ff. ad l. falcid.* Cagnol. *in d. l.* 2. *num.* 233. *circa finem*, vbi Cremens. *num.* 174. secundo, quod instrumenta sint eodem tempore facta, ita, vt non inducatur variatio, Bart. *in l. emptor*, §. *fi. l. ex damni*, *in principio*, *ff. de damno infecto*. Ial. *in* §. *si quis agens Institutio. de actio.* Pio. *in d. l.* 2. *nu.* 15. *p.* 4. Lofred. *conf.* 22. Alex. *conf.* 54. *nu.* 5. *lib.* 6.

10 Tertio quod de valore rerum, identitate, bonitate, & qualitate constet per informationes peritorum testium, & visitationem iudicis, vt per Cremens. Cagnol. & Pinel. *in d. l.* 2. Natt. *conf.* 353. *numer.* 2. quibus concurrentibus transfertur onus probandi in aduersarius. Cephal. *conf.* 251. *numer.* 16. Franc. Mari. *decis.* 445. *nu.* 22. Bursat. *conf.* 99. *nu.* 4. Borgon. *decis.* 46. *nu.* 180 & 325. Et fructus rei delectabilis æstunantur. ex conductione, Hieron. Gabr. *conf.* 75. *nu.* 32. *volum.* 1. pulcher. Tiraq. *de retrac. conuentio.* §. 7. *glo.* 1. *num* 6. *vbi videas.*)

QVAESTIO XIV.

1 QVæro de pulchra, & frequenti quæstione. dominus directus elapso tempore locauit rem alteri, an per hoc probetur declaratio voluntatis ad impediendam moræ purgationem. tetigi hoc superius de locatione ad longum tempus, & vtique sic respondit Roma. *conf.* 102. *colum.* 2. sequitur Rodo. *de rebus eccl. q.* 20. *nu.* 9. *in fin.*

Addo bene loquentes, Socin. iun. *conf.* 111. *numer.* 7. *volum.* 2. Dec. *conf.* 146. *numer.* 4. Alexan. *conf.* 106. *num.* 5. *in fine*, *vol.* 4. Castrens. *conf.* 2. *nu.* 5. *vol.* 1. Cassador. *decis.* 3. *nu* 8. Ias. *in l.* 2. *sub numer.* 90. *C. de iur. emphyt.* Alcia. *regula*, *secunda*, *præsumptio.* 17. *numer.* 7. Crot. *conf.* 49. *num.* 8. *vol.* 1. Mars. Anguisso. *conf.* 108. *nu.* 4. & 5. *consil.* 140. *nu.* 9. *vol.* 1. Capicius, *decis.* 119. *nu.* 9. Lauren. de Pin. *nu.* 74. *nu.* 8. *in l. de pupillo*, §. *meminisse*, *num.* 7. & 14. *ff. de nou. oper. nunciatione.*

2 Limitatur, vbi expresse dicitur in inuestitura rem deuolutam esse, vel in commissum incidisse, non si simpliciter ad alium finem fiat. Abb. *consil.* 66. *num.* 4. *vol.* 2. Alex. *consil.* 106. *nu.* 4. *in fine*, *volu.* 4. Corn. *conf.* 115. *col.* 2. *libr.* 2. Ruin. *consil.* 168. *nu.* 18. *vol.* 1. Thob. *consil.* 2. *nu.* 19. & 52. *vol.* 1. Burlat. *consil.* 253. *sub num.* 65. & vide quæ dixi, in citato loco.

QVAESTIO XV.

1 QVæro, an quis probetur officialis ex perceptione salarij, vtique non, etiam si sit in possessione officij, *l. Herennius*, quam legit *l. decurionibus*, *ff. de decurionibus*. Bal. *in l. Barbarius*, *in lectura coln.* 4. *in repetition. colum.* 2. *de offic. prætoris*, Bauer. *in* §. *sed, cum quis*, *nu.* 33. Institut. *de testament.* Boer. *decis.* 150. *nu.* 15. vbi reputat dictum singulare.

QVAESTIO XVI.

SEd an probabitur vnio ex locatione duorum prædiorum? vtique non. Pute. *decis.* 331. *n.* 1. *lib.* 3. vbi concurrebat redditio rationis vnita.

QVAESTIO XVII.

1 QVæro cui incumbat onus bene colnisse. vtique tetigi superius tenetur reus, & sic colonus, quia sufficit actori exhibere instrumentum locationis per ipsum factæ. Alex. *conf.* 78. & 158. & 60. *vol.* 4. Benintend. *decis.* 16. Bero. *conf.* 150. *vol.* 1. Bursat. *conf.* 233. *n.* 2. *vol.* 2. *Decis. Perus.* 22. *nu.* 24. *par.* 1.

Magon. qui hos non allegat. *Rot. Florent.* 101. est casus admodum frequens, & notabilis.

Et ob id si damnum non sit statuto taxatum datur iuramentum in litem contra colonum, qui arbitrio boni viri terras non coluit, nec seminauit alias statuto disponente agitur ex statuto Ancharan. *q.* 24. *p.* 1.)

QVÆSTIO XVIII.

AN homines de vniuersitate sint testes idonei in locationibus publicis? Vtique sic. Bald. *in c.* 3. *loco*, *num.* 4. *de probation.* Cepoll. *de seruit. iur. pascend. nu.* 18. vbi bene loquitur. Couarr. *pract. q. c.* 18. *colum.* 11. *vers. qua ratione.* & est casus frequens, & passim occurrit.

QVAESTIO XIX.

NVnquid confines probarentur per redditus, & pensiones? Vtique sic, Bal. *in c. cum causam*, vbi Fel. *de probat. per c. dilectus, de offic.* Archid. Ias. *consilio* 166. *num.* 2. *vol.* 4. Bal. *conf.* 420. *volum.* 4. Alex. *consilio* 166. *nu.* 2. & 226. *nu.* 2. *vol.* 2. Soci. *conf.* 187. *numer.* 15. *vol.* 2. Mars. *de probat. nu.* 266. Hieron. de Mont. *de finibus, cap.* 52. *num.* 11. Mascar. *de probation, conclus.* 403. *num.* 3.

QVAESTIO XX.

NVnquid ex præstatione pensionis, censu, vel fictus probetur possessio breuis sit doctrina, quod probatur possessio, gl. & Bar. *in l. qui vniuersas*, §. *quod colonum*, *ff. de acqu. possess.* vbi Illustrissimos Cardinal. Alban. Crauet. *conf.* 152. *nu.* 2. Gozad. *conf.* 94. *in fin.* late Mascard. *concl.* 1180. *num.* 1.

Ampliatur etiam in præiudicium tertii. Lanfranc. *in c. quoniam contra*, *in verbo testium depositiones numer.* 529. Rui. *consil.* 14. *num.* 5. *vol.* 4. Natt. *consil.* 682. *num.* 20. *lib.* 4. & hæc est communis opinio, vt per eosdem in dictis locis.

Declara hanc ampliationem, vt non præiudicet tertio possessori ad priuandum possessione nisi solutio fuerit facta in conspectu rei, vel continuata, & hæc est communis opinio. Socin. *consil.* 100. *numer.* 2. *vol.* 3. Afflic. *decis.* 325. Beninten. *decis.* 4. Menoch. *de retin. remed* 4. *q.* 72. *nu.* 567. Ponta. *de Spol. lib.* 2. *c.* 14. *nu.* 83.

Ampliatur secundo, vt in reliquis vnica præstatio sufficiat, vt late deducit, Mascard. *concl.* 1180. *num.* 10. *cum seq.*

Limi-

Limitatur conclusio in materia hæredis, quod si mortuo locatore colonus respondeat hæredi de pensione, vel fructibus, siue de omnibus, siue de parte ipsorum, dicitur probata possessio, pro hærede etiã cõtra tertium quem colonus verbo tãtum recognouit, secus econtra si recognouit verbo hæredem, & tertium ex actuali solutione, quia hæc præualet. Afflict. decis. 325, nu. 3. Zuccard in l. fin. numer. 114. C. de edict. diui. Adriani tollen. limitat. 3. cons. Rolan. quadragesimo sexto, vol. 2.

Limitatur, vt solutio fiat a possidente rem, vel ab habente legitimũ mandatum ab eo, & præcedat legitimus titulus ad transferendum dominium, alias si soluens non possideat rem, nec habeat legitimũ mãdatum a possidente, nec præcedat titulus habilis, solutio pensionis non releuat, nec operatur, vt deducit Mascar. conclus. 1180. per longam seriem,

Pariter ex perceptione fructuum possessio probatur. Titia, ff. sol. matrim. l. 2. vbi Bart. C. de acqu. posses. Bal. in l. 3. numer. 5. C. fin. regund. in l. iudicia, num. 5. C. de rei vendic. vbi bona loca. ad hoc Lanfr. de test. num. 43. Crauet. cons. 107. Ripa. in l. 1. nu. 108 ff. sol. matri. Natt. consi. 292. Campeg. de test. reg. 340. Rot. decisio. 9. de restit. spol. Ferret. cons. 2. num. 13. Menoch. de retin. remed. 3. quæst. 72, num. 574. Pont. de spol, libr. 2. c. 14. num. 82.

Ampliatur conclusio, vt procedat in tertio nomine absentis, dummodo non præsumatur iure familiaritatis, prout in fratre in bonis fratris, vel filijs in bonis matris, & similibus, & fructus spectarent ad eum qui percepit, & absens ratũ habuerit re integra gestum nomine suo. Rota decis. 9. de restit. spol. Mascar. conclus. 1183. per discutium. Curt. iun. consil. 108. n. 26. Burlat. cons. o. num. 8.

Ampliatur secundo, etiam si non omnes fructus sed partem percepisset. Aret. cons. 88. nu. 4. Panciro. cons. 24 num. 10,

Limita nisi constet alium possidere, nam tunc cessat præsumptio. Menoch. de retinend. remed. 3. q. 22. nu. 566. Bal. in l. Celsus. nu. 144. de usucap.

Probatur etiam possessio si feci coli agrum nomine meo per colonos, vel alios glos. in l. 3. C. fin. regund. vbi Bal. num. 44. summopere in practica commendat Aret. in §. hic itaque, nu. 7. de actio. Bal. in l. iudicia, C. de rei uendic. Bero. cons. 64. nu. 8. volu. 3. late Mascar. conclus. 1182.)

De ablatione.

1 QVæro, an in contractu locationis, & conductionis excuset oblatio. vtiq ue sic, & hæc est magis commu. opi. Soci. iun. cons. 60. nu. 18. vol. 2.

Vnde conductor si non vult expelli, vel conductor ad longum tempus euitare caducitatem, offerat legitime, & erit tutus.

2 Declara, & practica, vt fiat loco, & tempore congruo, item quod fiat realiter, & cum effectu, & solo verbo, quo casu licet non consequatur plenam liberationem, euitabit caducitatem, & expulsionem, & hæc est magis communis opin. Iason in l. 2. num. 112. C. de iur. emphyt. Iul. Clar. in 5. emphyteusis, q. 8. versicul. sed pone. Soci. consil. 18. in fin. vol. 4.

3 Vnde ex aduerso locator offerat separatum recipere, Viui, dicens hanc magis commune opinionem in verbo, oblatio,

4 Vnde intempestiua oblatio nihil releuat, dum funus familiare prosequitur, vel dum peregrinatur, vel alio simili intempestiuo, vel irrationabili tempore, iuxta no. per Salic. in l. acceptam, num. 5. C. de vsuris. Negusan. de pignor. membr. 3. part. 4. vel in loco non conuento, aut solutioni non destinato. Grat. cons. 95. num. 75. vol. 1.

5 Pariter non releuat si fiat oblatio de pecunia reprobata re, vel specie effecta inutili, vel non de tota, & integra summa. Tiraq. de retrac. Lignag. §. 1. gl. 20. num. 11. Vasqui. de success. creat. lib. 2. §. 17. requisit. 24. Corbul. de iur. emphyteut. limitat. 37. cum enim oblationis materia sit longa, separata, & valde diffusa, non prosequar, sed me ad loca ordinaria remittam, & dicam Deo dante separatim in tract. de oblation, & deposito.

6 Sed nunquid conductor conuentus, si est tutus aliqua exceptione eam non opponendo sibi præiudicat etiam si de ea constaret per viam notorij, vtique sic. Bar. in l. si vnus, §. pactus, ff. de pact. in l. cum qui, §. qui ita, ff. de verb. oblig. vbi Ias. dicit hanc esse commune opinionem sub num. 12. Dec. in l. non videtur, num. 2, ff. de regu. iur. Cephal. cons. 584.

De sententia.

QVæro vtiliter ad materiam l. si per imprudentiam, ff. de euict. an sententia lata contra conductorem noceat locatori ponendo aliquas conclusiones.

1 Prima sit Sententia lata contra conductorem præiudicat domino scienti Butrius, in c. quamuis per illum textum de re iudicata sequitur Alex. amplius ad vsufructuarium in l. sæpe, num. 112. ff. de re iudicata, dicens eandem esse rationem.

2 Secunda sit conclusio. sententia lata contra colonum, qui nominat dominum, quid agendum? posui superius in tit. de nominationibus.

3 Tertia sit conclusio. sententia lata contra colonũ simpliciter causam prosequentem, & dominum nominatum præiudicat domino scienti in possessione, secus in proprietate. Innoc. in c. cum super, in glos. magna, de re iudicata. Bald. in l. ob meritorum, C. de vxor pro maritu, & hæc est commun s opinio. Imol. in l. a sententia, in princ. C. de appellationibus, in c. quamuis de re iudicat.

4 Quarta sit conclusio. sententia lata contra colonũ non nocet domino ignoranti, nec in possessione, nec in proprietate. Innoc. in c. quoniam frequenter, §. quod si super, in gl. nominare, & in glos. fin. de re iudica. sequitur ibi Butr. Bal. Castre. & alij, in l. 2. vbi in rem actio. in l. officium, ff. de re iudic. Bart. consilio 91. & ibi late in addit. Ang. in l. a Diuo Pio, §. si post, de re iudic. in l. qui vniuersas, §. quibus, ff. de acq. poss. & hæc est communis opinio passim obseruata. Alex. ad l. sæpe, num. 114. ff. de re iudicata.

5 Subdens hoc dictum esse valde notabile, peregrina & singulare. Sebast. Medic. reg. 8. num. 39. & 54. vbi pariter de communi.

ADDITIO.

☞ *Cacb. de mentiente circa possessionem numero conte. simo nonagesimo primo.*

6 Limita primo, nisi post factam executionem dominus fuerit negligens in continuatione, vel recuperatione possessionis, quam ab alio sciuit occupari, quia tunc videtur suspicari se posse expelli', & possessionẽ amittere. *Butr.* in dicto capitulo cum super, *quaest.*4. Bartol. in lege a Diuo Pio, 6. *si super, quaestione quarta, de re iudicata, & in l. si de eo, §. 1. ff. de acq. possess.* Imo. *in d. l. a sententia.*

7 Limitatur secundo, quando dominus ignorauit sententiam, & executionem, sed si dominus ignorauit solum causam agi, tamen sciret sententiam esse latam, impedire poterit executionem si statim, & infra tempus faciendae executionis probat de iure suo, alias si hoc facere non potest, appellet, alias sibi praeiudicat. Innocent. in dicto capi. si super, in glo. magna, in fine commendat Alexand. *in dicta leg. saepe, numero* 114. Vnde cautus locator curet habere eius iura in promptu.

8 Et textus *in l. si per imprudentiam* loquitur quantum ad actionem dandam contra alium, secus quoad exceptionem dandam, quo casu iniuria facta vni facilius nocet alteri, *leg. si fundus, §. finali,* ff. *loca.* Bartol. *in leg. exceptione, numer. quinto, ff. de fideiuss. in terminis locati, & conducti.* Ruyn *consilio* 77. *sub numer.* 8. *volumine primo.*

Altera principalis conclusio sit, sententia lata ad fauorem locatoris prodest conductori, non vt ex ea cõpetat actio ad fauorẽ ipsius conductoris, sed exceptio rei iudicatae, quae competeret locatori viuenti, competit, & conductori, vt late deducit Puteus *decis.* 12. *parte prima.*

9 Similiter locator praeiudicat conductori si contra eum lata fuerit sententia, conductor autem non contradixerit, cum sciuerit, sed passus est causam agi. Butr. *in capit. quamuis,* de sententia rei iudicatae. Alex. *in d. l. saepe, numero* 172. Sebast. de regulis iuris, littera L, *numero* 69. & colonus expellitur per sententiã inter alios latam. Felyn. *in capit. quamuis, de re iudicat.* Iason *in leg. prima, Cod. de edendo, & cat.* Sed nunquid sententia ferri possit super pensionibus, & censibus decursis post iudicium inchoatum, ante tamen sententiam. Guid. Pap. *consilio nonagesimo, columna secunda,* tenuit quod non; contrarium est verius. Capell. Tholosan. 30. Capic. *decisione decimasexta, sub numero* 6. Anton. Gabr. *de iudic. conclusione secunda, numero* 5.

ADDITIO.

☞ *Viuius opin. 678. in Silua, numero 25. vbi nec etiam praeceptum de soluendo pensionem reuocatur ex l. preces, C. locat. attestans ita iudicatum in facti contingentia, & sepissime in facto occurrere.*

Et absolutio facta de sorte principali, non intelligitur de fictibus expressè promissis. Prat. consilio 89. num. 9. volumine primo.

De appellatione.

A Sententia exstractationis, vt dicunt appellatio non datur ex quo causa celeritatem desiderat. Grammat. *decis.* 58. *nu.* 15.

1 Romę practicari videmus, quod causa appellationis committitur, dummodo non in forma Cammerae mercedis, & non sit in forma processus executiui, prout in pensionibus domorum. Et praeceptum de disgumbrando dicitur executiuum. Alexan. *consilio quinquagesimo,* visis actis, *numero nono, versicul. sed ibi alleg. volumine secundo,* Borgnin. *decision.* 19. *numero* 2. *in parte prima.* Pariter non datur appellatio a reuocatione locationis factae ab aliquibus canonicis sine consensu. Capituli. Hercula. *de attent. capitul.* 31. *limit.* 1. *fol.* 40.

De Aegidiana.

1 NEc Ægidiana locum habet contra conductorẽ. Bal. *in l. vnica, numero* 8. *C. si de momentan. possess.* sequitur. Nigell. *concordan.* 6. *versicul. sextus casus.* Iacob. Menoch. *de adipiscend. possess. remed.* 4. *numer.* 85. & ita in iudicando tenendum. Contard. *ad l. vnicam limitat.* 21. vbi in fine sublimitat in conductore ad longum tempus, vt iam dictum fuit. Notandum tamen est, quod licet a sententia lata in possessorio non detur appellatio, *l. vnica. Cod. si de moment. possesion.* tamen si feratur in specie contra colonum, vel conductorem, qui non potest reparare in petitorio, poterit colonus, vel conductor appellare. Bald. *in dicta lege vnica, numero septimo, versicul. quid si non agitur. in leg.* 2. *numero* 22. *C. de episcop. audien.* Bartol. *in leg.* 2. *num.* 3. *de appellation. recipiend.* Castr. *consilio* 46. *columna secunda, versiculo pro hoc facit, libro primo.* Dec. *in lege* 1. *columna tertia, versiculo secundo, quando. C. de bonor. possess.* secundum tabull. in terminis Nicell. *concordat.* 2. *num.* 37. dicens a Martiano Iurisconsul. audiuisse bis ita Mediolani iudicatum. Pedemont. 25. *versic. similiter.* Menoch. *de adipiscenda possession. remedio quarto, num.* 865.

De Attentatis.

PArticipat, & de Attentatis vtilis locati, & conducti materia in multis casibus.

1 Primus casus est transferens dominium rei, super qua litigatur, mediante locatione in conductorem, nõ dicitur attentare, sed possessionem continuare: ita tenuit Rot. in vna Rauennatens. bonorum coram Domino Gropperio, die 10. Septembris 1563. per consilium vltimum Paris. *lib.* 4.

Amplia etiam si talis locatio facta fuisset viri nobili, & locatori, potentiori, quia per hoc non est dicẽda inualida, vel attentata. Lancellot. *de attent. lite pendente. parte secunda, capitulo quarto, limitation.* 1. *numero* 50.

Et sic corollarie habetur intellectus ad titulum, C. ne liceat potentioribus; nam intelligitur de potentia per alienationem possessionis, vel proprietatis, quia non facit locatio, *l. non solet,* ff. *locat.* & suo loco diximus, Abb. *in capitulo primo, numero primo, de alienat.*

Digitized by Google

natiou.iudicij mutandi causa facta.

Secundo procedit quando in fraudem, & dolosè alienatio facta esset. Roland. *consil.* 38. *numero* 26. *libro* 2. Menoch. *de recuper. possess. remedio* 1. *quæst.* 3. *numero* 381.

4 Locatio igitur facilis,& benigna fraudem nō committit, nec alienationem inducit.

5 Secundus casus est; locator non dicitur attentare si capiat possessionem rei locatæ post commissionem causæ iactationis contra eum ad instantiam conductoris, considerata priori possessione, quam habebat ante litem; ita tenuit Rota in vna Bononiensi attentatorum coram Cotta 16. Ianuarij 1570.

6 Tertius casus est respiciens materiam attentatorū, conductor restituitur ad statum percipiendi fructus, & pensiones. Rot. in vna Romana de Carbognano coram Oradino.

7 Quartus est casus: locator appellatione pendente potest fructus,& pensiones recipere,*glo. finali,in cap. non solum de appellatione, libro* 6. vbi Franc. *numero primo*. Abb. *in capitulo primo, numero quarto*, vt lite pendente. *glos. in capitulo secundo, in verbo nouamus, eodem titul. in Clementinis*. Rot. *decis.* 85. *in antiquis*. Cassadorus *decisione quarta, de causa possessionis, & proprietatis*. Alexand. ad Bartol. *in leg.* 1. *ff. nihil innouari appellatione pendente, littera D, in fine*. pulchre Dec. *consilio* 103. Bellon. *consilio* 18. *numero* 24. Rot. *decis.* 43. & 44. *in nouissim. & decisio.* 25. *de rescript. in in nouis*. Berò. *quæst.* 120. Hercul. *de attent. capit. tertio, numero* 20.

8 Ampliatur etiam si contra possessorem fit lata sententia, a qua appellauit. Angel. *in leg. si cuius, ff. de appellation. recipiend.* Iafred. *decis.* 447. Mantr. *conclusione* 16. Parisiens. *consil.* 39. *numero tertio, libro primo*.

Ampliatur secundo, vt possidens ciuiliter tantum possit capere possessionem naturalem appellatione pendente. Alexand. *consil.* 99. *numero* 5. *volum.* 5. Paris. *consil.* 172. *numero* 10. *volumine* 4. Mandol. *de inhibit. conclus.* 23.

9 Et ad propositum materiæ locati & conducti, de quâ agimus, fiunt petitiones in commissionibus causarum similium, vt constito de re iudicata, mandetur eidem auditori taxari fructus,& expensas: item quod Procedatur super attentatis lite pendente,& quod inhiberetur tam parti contrariæ, quam iudicibus,& colonis, ne aliquid innouarent, de qua quandoque miratus fuit Staphilius *de commissione iustitiæ*, *§. citatio personalis, numero* 16. cur colonis inhiberetur, cum non sint de consiitigantibus, sed hoc vt omnia in eodem statu maneant. Herculan. *de attentat. capit.* 13. *numero quinto*.

10 Quintus casus est locator dicitur attentare apprehendens possessionem rei locatæ ob pensionem non solutam,& isto casu sequestrantur bona, & ex fructibus soluitur pensio per sequestratarium: ita tenuit Rot. in vna Bononiensi locationis, vt per Pute. *decis.* 45. *libro* 3.

11 Et sic habes limit. *ad leg. final. Cod. de ordine cognitionum*.

De litigiosis.

1 O Værο, an dispositio *leg. final. C. de litigiosis*, procedat in contractu locationis,& conductionis, puta lite pendente inter locatorem,& conductorem super re locata, an possit alienari, & vtique emens rem illam incurrit vitium litigiosi, cum nec possessio alienari possit sine vitio litigiosi. Cephal. dicens communem opinionem, *consil.* 518. *numero* 26. *volum.* 5. Et sic habetur ampliatio *ad leg. fin. C. de litigiosis*. vt procedat in casu prædicto.

Digitized by Google

D. VINCENTII CAROCII I.C.

Locati & Conducti Tractatus.

PARS SEPTIMA.



AGGRESSVRVS septimam, & vltimam huius de locato operis partem imitabor doctissimi Tiraquelli ordinem, qui in opere retractus posuit vltimam partem, quem finem appellat; posuit enim ea, quorum non meminit, labilis enim memoria est, præsertim in materia ampla, prout locati & conducti, vel ea, quibus locus tempestiuus non occurrit. Idem sequutus facit Lamberteng. in tractatu de contractibus mulierum in fine.

Inseram igitur quęstiones omnes miscellaneas indifferenter ad omnes respectiue huius operis partes pertinentes breuiter vtiliter, & disputatione omissa, sed vtilitati tantum operis studendo subtilitatibus omissis more etiam Porphyrij, qui post singulos tractatus prædicabilium in fine posuit communia omnibus, & ad exemplum Codicis, qui posuit coram delegatis, & similibus.

Conclusio 1.

VTilis, & quotidiana est quæstio, si conductor, vel colonus soluit æstimationem rei conductę, quomodo ei succurretur hanc materiam, dixit valde celebrem Angel. *ad l. sine culpa, ff. de rei vendicat.* quotidianam, & practicabilem dixerunt Castrens. & Ias. *ad l. si fullo, ff. de rei vendicatione,* famosum, & lucrosam dixit Fulgos. *ad l. si vt certo, §. nunc videndum, ff. de rei vendicatione*, ponam igitur aliqua conclusiones.

1 Prima igitur conclusio sit, Conductori, qui soluit litis ęstimationem, & dolo desiit possidere, non datur actio sine cessione, maxime rei vendicatio, Bart. *ad l. 1. in fine, nu. 3. ff. pro emptore, ad l. incommodato, §. final. ff. commodat. per l. is qui dolo. ff. de rei vendicat.* vbi Angelus dicit hanc esse communem opinionem omnium glossarum, & Doctorum.

2 Limitatur ista conclusio ex mente Angel. *in d. l. is, qui dolo,* vt procedat, & locum habeat si petitor inuitus recipiat ęstimationem, nec iuret in litem, secus si sponte recipiat, vel inuitus, sed iurat de ea in litem; quia primo casu vendere videtur, secundo casu præsumitur transegisse, *per l. litis, ff. pro emptore, & l. nec quasi, & l. eius rei, ff. de rei vendicatione.*

3 Declaratur ad intellectum, *l. is qui dolo, ff. de rei vendicatione,* aut quis petit cessionem ratione possessionis in qua delinquit dolo desinendo possidere, aut ratione contractus, puta locati, commodati, & similium. Primo casu non fit cessio iurium. Secundo casu fit, & ita procedat *l. in depositi, ff. de re iudicata.* vbi Ias. *sub nu. 8.* dicit hanc esse communem opinionem, & communem conciliationem *ad l. is, qui dolo, ff. depositi.*

4 Secunda sit conclusio. Conductori, qui desiit rem habere, sine tamen eius culpa, competit vtilis rei vēdicatio tam cōtra extraneum, quam contra dominū, sine cessione, directa autem cum cessione, *l. si sine culpa,* vbi Bar. & Angel. dicunt esse casum notabilem, *ff. de rei vendicat. ad l. si fullo,* vbi Castrens. & alii, *ff. de condict. ob caus.*

5 Limitatur præsens conclusio, quod licet habeat iste vtilem, non tamen habet dominium, nisi possessione adepta.

6 Vnde practicando, libellus ita videtur concludendus, quare peto pronunciari, & declarari talem rem ad me pertinere, dictumque Titium condemnari, & condemnatum cogi, et compelli ad dictam rem restituendam ratione iuris cessi. ita Bart. dicens in facto habuisse, *ad l. si sine culpa.*

7 Limitatur secundo, vt possit vtilem actionem intentare contra dominum, cui soluit litis æstimationem, nō autem directam, ea ratione, quia intentatur procuratorio nomine cedentis, *l. plane, ff. famil. her. ciscun.* sed quod procuratorio nomine agam contra te ipsum, hoc continet quandam repugnantiam, merito, &c. ita Bart. ibi sequitur Angelus, *in d. l. si sine culpa.*

8 Tertia sit conclusio. Conductori conuento personali actione, non competit vtilis sine cessione, *l. si fullo, ff. de condict. ob causam,* vbi Albericus dicit esse in practica casum notabilem, quod actio ex locato, & alia quęuis bonæ fidei non solum datur ad id, quod decreuit in contractu, sed etiam ad illud, de quo partes nunquam cogitauerunt, quia datur fulloni nō solum ad mercedem, de qua fuit cogitatum, sed ad æstimationem vestimentorum perditorum, quæ domino soluta fuit ad idem in proprijs terminis locati & conducti, *l. si merces, §. fi. ff. locat. l. incommodato, §. fi. ff. de commodat.*

9 Et sic corollarie sequitur, vt in quolibet contractu bonæ fidei extra id, quod actum est, tacita nascatur obligatio, *l. si is qui, §. fi. ff. commodat.*

10 Quarta sit conclusio. Licet dominus a Fullone receperit prętia vestimentorum ablatorum, recuperare tamen poterit vestimenta pœnes furem inuenta: nec obstat, quod fullo soluens æstimationem rei, habeatur pro emptore, *vt l. si sine culpa, de rei vendicatione,*

Digitized by Google

tione, quia Bal. dicit hoc esse verum in reali, secus in personali. sequitur *Ias. ad d. l. si fullo*, notabili secūdo.

11 Sed pone hic vnum, quod in facto practicando facile euenire potest. ille, qui recepit ęstimationē vult potius eam refundere, quam ipsemet rem ad eū peruentam restituere. Econtra colonus, vel conductor vult rem ipsam, quis magis erit audiendus? vtique colonus, vel conductor, vt sentit in serie suæ distinctionis in regula, pro possessore. *q. 5. num. 12. lib. 6.* Ang. *in summario d. l. si sine culpa*. Ias. *in d. l. si fullo, in fina. verb.* Aufrer. ad Tholos. *decis. 206.* vbi etiam concludit econtra, quod si antequam fullo, & conductor solvat æstimationem, ad quam est condemnatus, recuperat rem amissam, est in electione illius restituere rem, vel soluere ęstimationem.

12 Sed nunquid conductori, vel colono soluenti litis ęstimationem sit cauēdum de euictione. Caball. mouet hanc æstimationem remissiue *in trac. de euictio. 4. nu. 54.* Vera resolutio, videtur, quod sic, ex quo habet causam a domino, nec potest refricare quæstionem dominus in illis tantum casibus, in quibus ius transit sine cessione, & in casibus tantum, in quibus de euictione tenetur. Din. *in reg. pro possessore, num. 6.* Bart. *in l. litis, q. 3. ff. pro emptore, in l. ex diuerso. §. venditor, ff. de rei vendicatio. in l. si propter, ff. rerum, amotarum*, Ang. *in d. l. si sine culpa*, Rip. *ad l. in de positi, nu. 3. ff. de re iud.*

Conclusio 2.

1 PVlcherrima, & vtilis est materia si res locata perueniat ad manus tertij, & locator sciat contra quem, & ad quid agere possit, tractatur *in l. mater, C. de rei vendic.* vbi Cin. Bal. & alij reputant materiam vtilissimam, practicabilem, & fructuosam, & in proprijs terminis de locato est textus notabilis secundū Bar. ibi, *in l. cum in plures, §. vestimenta, ff. locat.* Ponam igitur aliqua fructuosa, & vtilia.

2 Conclusio igitur est. Si res locata peruenit ad manus tertij, puta furis, idque locator sciat, habet ipso iure electionem agendi tam contra tertium, quam cōtra conductorem, sed conductor cōuentus petere potest executi detentorem rei, quod fiet arbitrio iudicis, vt habetur *in d. §. vestimenta*, vbi Bar. dicit casum singularem, & non esse alibi.

3 Pone vnum in practica, quod conductor conuentus non excipiat executi detentorem rei; valebit ne processus contra conductorem formatus? vtique sic, *sentit gl. in l. si vnus, §. pactus, in verbo opponendo. ff. de pact.* vbi Bart. *nu. 6.* Castr. *nu. 13.* Alex. *nu. 14.* Ias. *n. 40.* sequuntur cum declarationibus, de quibus per eos. Alex. *2. ad leg. 1. C. vt quæ desunt aduocatis. latius ad l. cum qui ita, §. qui ita, ff. de verb. oblig.*

4 Cautus igitur conductor de excussione excipiat.

5 Dices, cuius sumptibus fiet hoc iudicium cōtra possessorum conducturis. dixit text. *in d. §. vestimenta.*

6 Quid si res non possit recuperari sine magna difficultate, quia possidetur ab homine potente, & rixoso, vel est equus, cum quo stipendiarius recessit? vtique excussioni locus non erit, sed equitati, *l. mater, C. de rei vendic.* Angel. Alexan. & Ias. *ad l. 2. ff. qui satisdat. coguntur.* Socin. *reg. 34. fallent. 10.* Ias. Dec. & alij. *in l. si. ff. si certū pet.* Alexand. *ad l. decem. ff. de verbor. oblig.* Ias. *in l. 2. in princip. ff. solut. matrim. in §. item si quis in fraudem, de actio.* Guld. Pap. *singular. 717.* Grat. *consil. 87. col. fin. vol. 1.* Anton. Gabriel *de fideiussor. conclus. 1. num 68.*

6 Addo in terminis Capell. Tholos. *q. 202.* & sic conductor isto casu tenebitur soluere ęstimationem, vt per Doctores in ci atis locis, & sic erit vnus ex casib. ad intellectum *d. §. vestimenta*, vbi iudex condemnabit conductorem reiecta exceptione excussionis.

7 Pone quod res reperiatur, sed non appareat, vtique erit locus æquitati, *d. l. mater, & §. vestimenta*, vt teneatur conductor soluere ęstimationem, paria enim sunt non esse, vel esse, sed non apparere. Bar. *in l. si constante, §. si vxor, nu. 4. ff. solut. matr.* vbi Alex. *num. 20. in leg. cum res, vbi* Alex. *nu. 5.* Ias. *nu. 30. ff. de legat. 2.* idem Bar. *in l. in lege, ff. de contrahend. empt. in l. quod te, ff. si cert. pet.* facit textus, *in l. duo sunt Titij, ff. de testamentar. tutel.*

8 Pone, quod res peruenerit ad manus alicuius ecclesiæ, vtique adhuc erit locus arbitrio iudicis *ex d. §. vestimenta, & l. mater.* Apostil. magn. ad Abb. *in c. 2. de fideiussor.*

9 Quod si res locata perueniat ad manus tertij locatore sciente, vtique repelletur, locator agens, nec erit locus dispositioni *l. mater, & §. vestimenta*, sentit Bar. *in allegato §. si vxor, per l. qui vas, §. vetare, ff. de furt. l. inter omnes, §. recte, ff. de re milit.*

Sed in hoc videtur obstare textus, *in d. §. vestimenta* ibi, & habes vnde petas quasi hoc sciret locator, tamen cum a iure habeat electionem, contra quē agat ex hoc scientia nō videtur sublata. Præterea ibi Bart. loquitur in simplici commodato.

10 Sed pone hoc vnum. Conductor vendidit rem locatori, si agat conductor ad precium, an præiudicet quoad dispositionem *l. mater*, materia est intricata, tamen colligendo aliquam resolutionem, duę sunt opiniones, altera communis, altera ęquior.

11 Communis est. Bulgar. opinio, quod ratihabitio præiudicat quantum ad perdendum dominium per locationem, sed non quantum ad perdendum pretiū nisi re perempta, vel pręscripta, tunc in subsidium datur actio negociorum gestorum, & hanc dicit communem ibi Bart. *nu. 4.* melius Castr. *col. 2.* ibi, ista fuit opinio Bulgar.

12 Æquior opinio est Mart. ibi, vt indistinctè haberi possit ratum etiam re perempta, vel præscripta, ad pretium petendum, & hanc opinionem dixit æquiorem Castren. *in d. l. mater, col. pen. in fi.* dum compleuit recitare opinionem glossatorum.

13 Sed pone hic vnum satis notabile, conductor vendidit rem locatori, quæ postea est perempta, poterit ne agere ad iustum pretium, vel pretium tantum receptum? Vtique ad iustum pretium, & dabitur iuramentum in litem, ex quo isto casu sumus in possessore malæ fidei, quia conductor sciebat rem esse alienam, & consequenter agetur ad iustum precium, vt dicit ibi Castrens. subdens esse in practica famosum, & vtile.

Conclusio 3.

PAterfamilias domum habebat minantem ruinam ita, vt egeret celeri restauratione, ostendit eam fabro murario, qui certa mercede conuenta promisit infra tres dies fulcire, & infra mensem locum bene refectum relinquere, non facit, vel

imperite facit, vnde domus corruit, & maximum damnum passus est paterfamilias, cum enim ab initio refici potuisset pro decem, vix modo pro quinquaginta, nunquid tenebitur conductor ad integrum damnum.

1 Vtique sic, ex quo non opera tantum promissa est, sed in tempore, ac videtur promisisse integritatem, & fidelitatem, & diligentiam, & paterfamilias cum alio contraxisset nisi ille sic facturum promisisset. Caball. de eo, *quod intest. sub nu. 181.*

2 Ampliatur, vt procedat siue cessauerit per dolum, siue ex culpa, & negligentia, & hoc propter subiectã materiam, & necessitatem imminentis periculi; vnde tenetur de leuissima culpa, *l. si merces, §. qui columbam,* vbi Castrensf. *ff. loc.* Aret. *in §. penult. Inst. eo.* & Caballi. *in citato loco*, vbi ad intellectum, *§. qui columnam*, senti. re videtur vt non requiratur hęc qualitas, vt quis asserat se peritum, prout Castren. *ibi no.* sed quod opus, quod suscipitur requirat exactissimam diligentiam ratione imminentis periculi, licet extra artificium occurrat,

3 Ampliatur secundo, vt non solum teneatur ad refectionem pristini ędificij, vel eius ęstimationem, sed rerum in domo amissarum, *per l. si seruus seruum, §. si quis insulam, ff. ad l. Aquiliam*, arbitrio boni viri, vt ibi dicitur attenta qualitate facti,

4 Limitatur, vt non teneatur ad damna incursa, vel lucra cessantia fere inopinata, puta si paterfamilias domum alij locasset, & tali die sub certa pœna dare promiserat, in quam culpa fabri murarij incidit Caballi. *nu. 179.*

5 Limitatur secundo stante legitimo impedimento, quo stante faber ad nihilum tenetur, sed si remissio mercedis, *l. si vno, ff. vbicunque, & l. si fundus, ff. locat.* iunge cum his, quę posui, *in titul. de culpa, vbi de §. columnam.*

Conclusio 4.

1 VAlet argumentum locatore ad conductorem, & e contra, *gl. in l. si in lege, §. si domus in verbo, statim, ff. locat.* vnde sicut inquilinus sua culpa recedẽs tenetur locatori ad integram pensionem, ita econtra locator remittere tenetur, si eius culpa conductor recedat, vel vti nequeat. Bal. *conf. 325. vol. 3.*

2 Similiter sicut conductor non cogitur finita locatione permanere, nec econtra locator, ita arguit. Soc. iun. *conf. 56. nu. 7. vol. 1.* Sic etiam arguit Franc. Becc. vidẽdus, *conf. 45. nu. 21. lib. 1.*

3 Limita, vt procedat, vbi militat eadem ratio, vel ęquitas, alias non. Ronchegalli. de duobus reis, *l. 9. in prin. nu. 43.* Roland. *conf. 69. nu. 23. vol. 4.*

Addo ab eis non allegatos in terminis locati & cõducti, *gl. 3. in c. 1. de loc.* quę vult dispositionem illius c. loquentem in conducente non procedere in locantibus dominis, commendat Iaſ. *in l. fin. num. 22. Cod. de indict. vid. tollend.* vltra Euerard. qui hęc non allegat in loco a correlatiuis, prout videri potest.

Amplia, vt procedat etiam in statutis, in quibus regulariter fit stricta interpretatio. Brun. *de leg. & constitu. in verbo, locatio, vers. 7.*

Conclusio 5.

1 SEntentia lata in actione locati ex causa arborum furtim cęsarum, petit exceptionem rei iudicatę in actione arborum furtim cęsarum, si pronuncietur non incidille, secus si pronuncietur actionem ex locato non competere, quia tunc dabitur arborum furtim cęsarum. Din. *in reg. nullus pluribus, sub nom. 58. lib. 6.*

Conclusio 6.

1 COnducti ad murandum possunt transire per fundum vicini sine incursa, & nullo pacto prius pręcedente. Boer. *decis. 321. sub numero 5.* Quod facit ad limitationem, *lege in vendendo, ff. de contrahend. emptio.*

Conclusio 7.

1 SI primo loco fiat contractus venditionis, deinde eodem loco, & testibus, contractus conductionis, dicuntur ad inuicem correspectiui, & conductor tenetur ad omnes fructus locatione finita, non pro rata pretij exbursati. Rot. Bononiens. *vigesimanona, per totam.*

Conclusio 8.

LOcatio fieri potest per alium sicut per se ipsum. Din. *in reg. post in princ. lib. 6.*

Conclusio 9.

1 MOtus proprius Sixti, & Clementis annullans locationes tollitur per contrarium vsum accedente scientia legislatoris. Pute. *decis. 1. lib. 1.*

2 Quę constituto habet locum etiam in locationibus factis in euidentem ecclesię vtilitatem. Pute. *de, dis. 2. p. 1.*

Conclusio 10.

1 DIspositio *l. quintus, ff. de dona. inter virum, & vxo. rem*, non habet locum in muliere industriosa solita locare operas suas texendo, recamando, lactando, & similibus modis. Bald. Salic. Ang. & alij, *in l. cum oportet, C. de bon. quę liberis, in l. cum vxorem, col. penult. C. quando dies legat. cedat.* Abb. *conf. 36. vol. 2.* Ioan. Lup. reputans hoc notabile *in repetit. rubr. de donat. inter virum & vxorem, §. 60. num. 19. in fine*, late Ant. Gabr. *de prӕsumpt. num. 12. concl. 15.* Addo bene loquentes Neuiz. *in silua nupt. lib. 4. num. 24. limitat. 6.* Port. Instit. ad Tertullian. *circa finem.* Soc. *consil. 259. in fine lib. 1.* Barba. *de prӕstant. Cardinalium, par. 1. q. 3. nu. 2.* Crot. *in l. frater a fratre, num. 120. de condit. indeb.* Rip. *lib. 3. respons. c. 4.* Ferret. *caut. 41. nu. 4.* Bello. *conf. 17. in fine.*

2 Limita hęc conclusio, vt fieri debeat diuisio, vt dimidia sit viri, altera, sit vxoris negociantis habito respectu ad id, quod vxor tenetur operari viro. Ita sentit Alex. *conf. 209. col. 2. vol. 6. conf. 24. vol. 1.* Barbat. *conf. 22. vol. 1.* Papiensi. in forma libelli ad dotem, *in verbo* tanquam bona paraphręnalia. Bemncal. *de paupertat. q. 8. special. 2. de contract. nu. 24.*

Contra-

3 Contrarium est verius, vt totum hoc fit vxoris, nec in aliquo suo viro communicandum. Alex.*conf.* 133. *col.2.lib.3.*Rip.*lib.3.resp.c.4.* Alciat. dicens hanc opinionem veriorem *reg.3.præsumpt.26.*Petr. Gerard.*singul.99.*Boer.*decis.*81.*nu.3.* Coras.*libro 3.* Miscell.*capit.*5.*num.*3.Bello.*conf.*17.*num.*10.Crauet. *consilio* 81.*num.*4.Vasqui.*illustr.quæst.lib.3.capit.*105. Riminald.*ad §.1.num.27.Instit.per quas personas, & num.*41.

4 Seruanda tamen est consuetudo loci. Aleia.*in citato loco.*Mascard. *de probatio.concl.30.sub nu.18.*Menoch.*de præsump.lib.3.præsumpt.51.nu.35.*

Conclusio 11.

1 VEndens salarium tenetur actione cedere, *l.creditor, §. iter, ff. de action.emptibn.* vt ibi habetur salarium.

Conclusio 12.

1 REgula, quod nemo inuitus cogitur agere, *l.vni, C.nemo inuitus,* fallit in inquilino, qui cogitur agere, vt emptor restituat quod accepit *gl.magistra, in c.1.§.fi.in verbo extraneus,*vbi Additio. *de restit.spoliat.lib.6.*& tetigi alias superius *concl.1.*

Conclusio 13.

1 VIdi in facto casum. Quis conduxit ad fictum redditus vnius beneficij pro certa responsione annuali, & insuper locator mutuauit conductori salmas decem grani restituendas in fine locationis, modo accidit, quod locatio non est finita simpliciter in se, sed diminuta pensio, an teneatur conductor restituere granum mutuatum? fuit allegatum quod sic, ex facta nouatione, ex allegatis per Alex.*cons.13.col.2.in l. qui vsumfructum, ff.de verbor.oblig.* Hieron. *de monte, q.20.in princ.*

Conclusio 14.

1 AGricolæ, & famuli regulariter præsumuntur pauperes alijs seruientes. Crauet.*conf.*191.*nu*.8. Brun.de cessione bonorum, *q.*25.*nu* 8.

2 Amplia id verum etiam si ex eorum artificio viuerent. Brun. vt supra, addit. ad Ias.*in l.si constante num.*146.*ff.solut.matrim.*

3 Quod facit ad illud quod Tuderti vidi in facto sæpe euenire; disponitur enim, quod pauperes non teneatur ad collectas certe viuentes ex proprio artificio, & nihil aliud habentes in bonis pauperes dicuntur.

Conclusio 15.

1 STipendiatus efficitur ciuis illius loci, vbi habet stipendia Bartol. *in l.municipes, §.miles, ff.ad municipal.*

Conclusio 16.

1 COnductor, emphyteuta, vel censuarius non liberantur a pensione habendo rem pro derelicta, ex quo contra eos competit actio personalis, secus a tributis, & decimis. Est communis opinio, de qua per Alberic. *in lege sed an vltro, ff.de negocijs gestis.*

Conclusio 17.

1 SI mulio refecit in itinere fornimenta mulis locatis ad vecturam, conductor contribuere tenetur, iuxta *l.nauis onustæ, ff.ad l.Rhod.de iactu.*

Conclusio 18.

PRacticabilis materia est tractatus de pœna conuentionali in contractu locationis, & conductionis apponi solita; ponam aliquas receptas, & approbatas in practica conclusiones.

1 Prima conclusio sit. Aut pœna adijcitur ratione contempus, & tunc cum expressum non reperiatur, Iudicis arbitrio relinquitur; Aut loquimur de pœna loco interesse. Aut adijcitur contractui continenti certam quantitatem, ad quam ipsa pœna referri posset tunc duplum excedere nequit. Aut adijcitur contractui continenti quid incertum, prout in contractu locationis, & conductionis in ædificando domum, plantando arbores, & similia, & tunc verum interesse excedere non potest arbitrio iudicis taxandum. Roma.*consilio* 510. *numero* 9. quem late comprobat Menoch. *de arbitr. iudic.lib.2. centur.3. cas.*260. Bursat.*consilio* 21.*nu.*16. *vol.*1.

2 Limitatur hæc conclusio, vt non procedat cum ex certa scientia expresse quis pœnam vltra verum interesse promisit, nam tunc illa exigi poterit. Ita Roma. *in allegato cons.*510.*nu.*10.Rebuff.*in l.vnica, nu.*172.*C. de sentent.quæ pro eo.*

3 Limitatur secundo, stante iuramento, nam tunc verum interesse excedere potest. Ita Roma. *d.consilio* 510.*num.*11.& ante eum Anchar. *consilio* 148. *ex l.si quis maior, Cod.de transact.* quem ad hoc propositum singulariter dixit Ias. *in d.l.si quis maior num.*29. vbi Curt.*nu.*53.Parpal.*num.*70. Bauer. *de vi iuramenti, no.*139.Rebuff.*in d.l.vni,nu.*572.Menoc.*in citato casu.*

4 Addo Marant.*disput.*7.*in fin.* Ant.de Petrut. *in lege* 1. *num.*86. *de iureiurando.* Seraphin.*de priuileg. iurament.priuilegio* 54. vbi in fine ita concludit.

5 Declaratur hæc limitatio, vt non possit talis pœna quadruplum excedere. ita Menoch. *in citato loco, numero* 35.

6 Subdeclara, nisi princeps sua auctoritate confirmaret, nam tunc quadruplum excedens valet, Rip.*lib.2. resp.c.2.in fin.*

7 Declaratur secundo hæc limitatio vltra Menoc. in suo pleno allegato casu, quod qui cum iuramento promisit pœnam, ad eam non tenetur, si fecit quicquid potuit circa illud, cuius occasione promiserat, immo omnino excusatur secundum Gram. late hoc disputantem, *q.*2. quæ habetur post eius consilia criminalia attestans hanc esse communem opinionem.

8 Limitatur tertio loco vltra Menoch. *in citato loco,* quod pœna conuentionalis, in quamcunque summam apponi potest, si expressum illius quantitatis taxata subiungatur. Exemplum in hac locati & conducti materia. Promittis te mihi librum scriptum, & nisi

hoc feceris, ait te pęnæ nomine mille nummos daturum. Et stipulatio, & stipulationi adiecta pęna valebunt, at si pęna promittatur per verba multiplicatiua, non poterit duplum excedere. Exemplum pariter in hac locati & conducti materia, vt nisi librum scripseris promittis duplum, triplum, ac deinceps, hæc est communis opinio Port. *in §. alteri, num. 7. Instit. de inutil. stipulat.*

9 Contrarium est verius, & est magis commu. opin. prout superius dixi *in trac. arbor. furtim cæsarum.*

Cui addo Eman. Soarez. *in suo thesaur. recept. senten. littera P. nu. 235.*

10 Limitatur quarto vltra Menoc. *in citato casu*, vt talis pęna exigi, nec peti possit, nisi prius petẽs eam, docuerit pro eius parte adimpleuisse adimplenda, Rim. *cons. 165. & 176. vol. 1*, Brun. *cons. 48. nu. 9.*

11 Limitatur quinto, vt si constet nullum adesse interesse, talis pęna peti non poterit, cum in illius locum subrogetur, Ales. *in l. 2. §. fin. versic. 2. limita*, vbi Iai. *col. 5. limit. 3. ff. de verb. oblig.* Ange. *in l. 2. ff. si quis in ius voca non ierit.* Soc. *cons. 263. col. penul. lib. 1.* Pedem. *decis. 80. nu. 13. & 15.*

12 Amplia siue sit promissa pacto nudo, vel alias quomodocunque *l. seruus ea lege, ff. de seru. asport.* ad quã Rebuff. *ad l. vnic. C. de sent. quæ pro eo, nu. 308.* vbi Beren. *num. 122.* Fernan. *ad l. pacta conuenta, ff. de contrahend. empt. c. 3. numero* 20. Forcatel. *veriomantior. iuris dialog. 93.*

13 Vnde debet liquide probari testes, nec sufficit iuramento vel officio iudicis. Alex. *consil. 141. colum. 5.* Plo. *ad l. si quando, numer. 452. C. vnde vi*, Crauet. *cons. 89.* Pari. *cons. 60. vol. 1.* Cagnol. *in l. quatenus, de regul. iur.* Cephal. *cons. 290. nu. 14. & 15. vol. 2. & 133. nu. 130. volum. 1.* Rimin. iun. *cons. 52. num. 31. vol. 1. & consil. 304. num. 8. vol. 3.* Alex. *cons. 51. vol. 4.* Dec. *consi. 308.* Iai. *in l. admonendi, num. 291. de iureiurand.* Borgnin. *decis. 21. nu. 39.*

14 Limitatur sexto, vt pęna aliqua peti non possit, si principalis obligatio non ligauerit. *gloss. reputata notabilis in lege 3. in verbo, Salutana, ff. si quis in fraudem patroni*, quam communem dixit. Socin. *consil. 91. libr. 4.* Iai. *in lege 1. §. si vir vxori, nu. 18. ff. de acq. poss. in §. fuerat col. 8. de actionib.* Dec. *in l. principalibus, numero 3. ff. si cert. petat. in l. certi conditio, §. si nummos, numer. 30.* vbi Dec. *nu. 20. ff. eo.* Tiraquel. *de constituto, parte 3. limit. 7. nu. 27.*

15 Declaratur primo, quando ratio annullationis cõtractus cesset in pęnali stipulatione, *l. stipulatio ista, §. alteri, & ibi not. ff. de verb. oblig.* Dyn. *in l. quidam cum filium, ff. eodem.* Panor. *in c. debitorem, de iureiurando.* facit, *gloss. in l. pacta quæ contra, C. de pact.*

16 Declaratur secundo, quando pœnalis stipulatio esset accessoria iurata, quia ratione iuramenti si non valebit vti accessoria, valebit vti principalis, Bart. *ad l. si quis pro eo, col. fin. de fideiuss.* Alexand. *consil. 40. col. 3. libro 1.*

17 Declaratur tertio, si debitor promisit non allegare nullitatem contractus sub pœna, quia tunc si allegauerit, incurrit pęnam cautel. Alex. *cons. 32. col. 3. li. 2.* Rip. *in l. ita stipulatus, nu. 40. ff. de verbor. oblig.*

18 Ex quibus corollarie infertur intellectus *ad leg. cum principalis, ff. de reg. iur.* vt procedat vbi militat eadẽ ratio. Secundo non procedit, vbi obligatio accessoria esset iurata, quia subsistit sine principali.

Faciunt adducta per Seraphin. *priuileg. 116. de iuramen.* Placeat videre quę posui *ad reg. cum quid, part. 4. limit. 8.*

19 Hinc postea infertur, quod agens remedio, *l. 2. C. de rescindend. vendit.* non tenetur ad pęnam conuentionalem lege permittente Pinell. contra Alberi. in *d. l. 2. p. 1. c. 2. nu. 26.*

20 Limitatur septimo, si per debitorem pęnæ iam incursæ renũciatur onerandum hac de causa pactum, *gloss. notab. in l. vtique, ff. de arbitris*, quam communẽ dixit Alex. *in l. si insulam nu. 9. ff. de verb. oblig.*

21 Contraria opinio est verior, & magis communis, Eman. *in suo thes. recept. sent. littera P. nu. 140.*

22 Limitatur octauo, vt pęna conuentionalis exigi non possit de ęquitate Canonica, Rimin. iun. *cons. 89. nu. 9.* Caputaq. *decis. 131. p. 2. nu. 3.*

23 Contrarium est verius etiam in foro conscientiæ, & vltra iustum interesse. Rebuff. *in l. vnic. num. 568. C. de sentent.* quæ pro eo, Purpu. *in l. rogasti, §. si tibi, nu. 9. ff. si cert. pet.* Corn. *cons. 69. in fine vol. 2.* Ang. *cons. 44.* Dec. *cons. 398. vol. 2.* Soc. iun. *cons. 23. nu. 17. lib. 2.* Menoch. *in citato loco. nu. 38.*

Addo bene loquentes Straceh. *de mercatur. titulo de decoctoribus, nu. 21.* vbi loquitur quando est iurata. Balb. *de præscript. p. 2. secundæ partis principalis, q. 13. nu. 6.* Corne. *cons. 2. vol. 3.* Pari. *cons. 33. vol. 1.* Riminsen. *cons. 276. nu. 3. vol. 1.* vbi apostill. *num. 3.* & hæc est commun. opio. Borgn. *decis. 25. nu. 29. parte 2.* de contractibus, Rimin. iun. *in citato loco, nu. 23.* Declara, vt quadruplum excedere non possit. Menoch. *in citato, loco, sub nu. 37.*

24 Contrarium dicit verius Alphonsus Aluarezz. in Specu. Romanorum Pontificum, *c. 66. nu. 13.* Burtat. *cons. 53. nu. 20.*

25 Declara secundo vltra Menoc. *in citato loco*, vt de ęquitate canonica pęna non debeatur, si nullum vertetur interesse. Gram. *cons. ciuil. 66. nu. 76.* Cagn. *ad l. si quis maior, nu. 252. C. de transact.* Bonac. *de æquitat. Canon. concl. 111.*

26 Declaratur tertio, vt debitor in foro conscientiæ non teneatur soluere, sed creditor licite exigere possit Purpur. *in d. §. si tibi, num. 87.* Andr. ab Exea, *in c. 1. num. 340 de constit.* & ita procedit dictum Curset. *in singularibus, in verbo, forum conscientiæ, in verbo, pœna.* Gomel. *in §. ex malef. nu. 14. de actio.* Tiraq. *ad l. si vnquam, in verbo, reuertatur, nu. 291.*

27 Declaratur quarto dummodo nõ excedat iustum interesse, Ang. *cons. 42. in fin.*

28 Limitatur nono, vt exigi non possit quando est in fraudem vsurarum. Rebuff. *in d. l. vnica. nu. 573.*

29 Dicitur autem in fraudem vsurarum, si adijciatur dationi quantitatis, & maxime in mutuo. Menoc. *in citato loco.*

30 Declara vltra eum, si persona non sit solita fœnerari, quia tunc non dicitur in fraudem vsurarum ẽt in mutuo, & datione quantitatis. Est magis communis opinio, a qua in iudicando, & consulendo non est recedendum. Turzan. *consil. 71.* Si vero adijcitur facto, non dicitur in fraudem vsurarum, & exigi poterit exemplum in hac locati & conducti materia, si non plantaueris arbores, vel domum ædificaueris, vt per Menoc. *in citato loco.*

31 Et in practica videbis multa instrumenta laboritiorum, in quibus promittitur plantare arbores, ædificare

ædificare domum,& similia,& passim occurrit.

32 Limitatur decimo,nam conductor indebite expulsus licite petit pænã permissam,& reponitur in fruitione stante clausula, rato manente pacto *l. si fundo, vbi bonus tex.in materia, C.loca.*

33 Amplia limitationẽ, vt possit non soluere pensionem, & retinere pro pæna, & gratis fruetur fructibus conductis, *d.l.* si de fundo, vbi notant omnes, *C. locat.* vbi bonus tex. in materia pœnę in hac locati & conducti materia.

Conclusio 19.

1 Donec pensio currit, non potest considerari negligentia non petentis pretium ad no.per Rogerium,*de præscrip.par.3.num.5.* Hier. Magon. Rot. *Luc.31.num.16.*

Conclusio 20.

1 Equitans cũ equo conducto pro aliquo negocio peragendo licite posset equum pascere per bona per viam reperta, & colligere vuas, & alios fructus pro se sustentando, non autem poterit asportare,*capit.vni,§.fin.de pace tenenda,de* vsibus feudorum, quam singularem dixit Rom. *singu. 232.* in perigrinarijs.

Addo vltra eum Deute.c.23.ad idem de discipulis colligentibus spicas.Marc.c.12.& in Can.discipulos, *de consecr. dist.5.glos. in Cano. omnes distin.* 1. & vltra Rom. *in citato loco* tradit Alber. *in leg. fir. C. ad leg.* Aqui.Cassa.*in consue.Burg.rub.1.nu.1. ver.* & intellige prædicta, & ita de consuetudine seruatur. Veron.*de seruit.rust.præd.c.20.de mess.& vindemia.*

2 Amplia,& declara simul,vt comedere licet, & pascere equum etiam extra necessitatem,asportare autem non licebit nisi tempore necessitatis, & quatenus ipse suadeat.Fel.*in c.omnes,colum.fin. dist.1.*Rip.*in l.damnum,col.2.num.3.de dam. infect.* Cagno.*in l. quæ propter,nu.5.ff.de regul.iur.*Didac.*practic.q.c.37. vers. 8.probatur.*

Conclusio 21.

1 Si Monasterium,vel hospitale (prout in multis locis obseruatur) conueniat cum aduocato pro eius salario annuali de tot salmis vini,& grani, si ille reperiatur minus sufficiens, vel ignorans, erit locus pœnitentiæ.Thobi.*Instit.quibus modis re contrahitur obligatio,nu.36.*

Conclusio 22.

1 Locans præsumitur scire conditionem conductoris.Ioann.Ferret.*ad l.qui cum alio, ff.de reg.iuris.*

Conclusio 23.

1 In generali obligatione omnium bonorum apposita in contractu locationis vonditionis, vel similis,venit res locata.Negusan.*de pignor.part.2.memb. 2.num.23.*

Conclusio 24.

1 Occurit in facto. Conduxit quis operarium ad euacuandum puteum pro tot pro quolibet pede, nec fuit expressum de quo genere pedis puta a pertica,prout in murando, vel a mattone,vel in pede cõmuni,& de hoc fuit responsum cũ dubio, etiam pretium intelligetur de communi, *l. precia rerum,ff. ad l.Falcid.*

Conclusio 25.

1 Coniux habitando domum alterius,vel vestibus vtendo,vectiga l, vecturasue soluendo pro eo, ministris eius donatio,non locatio præsumitur deducit Petr.Duen.*reg.221.nu.13.* posui superius,*p.1.* de præsumptione ratione sanguinis.

Conclusio 26.

1 Dispositio in *l.1.C.de contra.iudic.*an procedat in contractu locationis, & conductionis.

Conclusio 27.

1 Textus est in locati & conducti materia loquens, quod si proxeneta recipiat aliquid Philantrophiæ nomine, non competit actio locati, vel conducti,vbi Accurs.Philantropiam salarium exponit, vel potius suæ negociationis tractatus, & laboris, vulgo *sensalaria.*

Conclusio 28.

1 Acquisitum dicitur ex labore,& industria locãdo operas suas, nõ autem titulo donationis legatiue,vel alio gratuito modo,& hæc est communis opinio.Pirr. Angelber. super consuetud. Marenian. *tit.de soc inter. vir.& vxo.c.11.* Facit ad statuta,legata donationes,& huius generis & similia.

Conclusio 29.

1 Contractus super annuis redditibus, pensionibus & appensionamentis valent, & Iciti sunt, & forenses adiecta de eis non compræhendunt. Franc. Marc.*decis.21.p.2.*

Conclusio 30.

1 Percipiens fructus à colono illius anni præsumitur retro semper possidere.Bald.ad Specul.*in titul. de probat. vers.* sed quæro qualiter dixit ad modum notandum Cremens.*sing.133.*

Conclusio 31.

1 Artifex conductus non potest cogi præcise ad faciendum,sed liberatur soluendo interesse,ex quo sumus in allegationibus facti.*Io. And.q.14.ad l.si item præcio,§.1.ff.loc.*

Conclusio 31.

1 Præstatio mercedis excusat a dolo præsumpto. gl. *in l.quicunque, C. de seruitut. fugit. in leg. 1. §. 1. ff. de recept.* Aluis. de Alber. sing. 183.

Conclusio 32.

1 De euictionibus, quas vulgo posteas appellant habetur *in l. iudicibus, C. de curs. publ. lib. 12.* Menoc. *de arbitr. iudic. cas. 229.*

Conclusio 33.

1 Cultura vna dicitur totum biennium in locis, in quibus granum omni anno non seminatur licet post collectum granum seminentur legumina, vel milium. Bart. & Doct. *in l. diuortio, §. quod in anno, ff. so. lut. mat.* Firm. *in verbo cultura.* Loriot. *de fruct. conclus.* 35. sæpe enim fiunt instrumenta laboritioru pro vna cultura, siue recollecta. Menoc. *lib. 3. præsump. 85. n. 13.*

Conclusio 34.

Si inquilinus soluat pẽsionem ante tempus, potest petere cautionem de ea restituenda, si re conducta comode vti non potuerit. Bald. *in l. fin. C. de ind. vid. tol.* per tex. *in Auth. cui relictum, C. eod.* commendat in facti contingentia Marc. Mant. *apotheg. 96.* dicens ita in facto obtinuisse.

Conclusio 35.

1 Si tu operarum nihil egens victus precibus pauperis eum conduxisti, poteris operas minoris soluere, quam si te rogasset, Siluestr. *in verb. emptio, §. 7.* cõmendat in foro conscient. Dom. Soto *de iust. & iur. lib. 6. q. 3. art. 1. col. 4. circa princip.*

Conclusio 36.

1 Commendatur admodum apud sanctos, & iustos homines conductio, & mercedis debitum vt refert Diuus Hieronymus de vitis patrum, tit. de caritate relat. per And. ab Exe. *in proem. constitut. sub numer. 48.* Tres sancti viri conduxerunt segetem metendam, & cum vnus infirmaretur, transmiserunt ad domum, dicentes, nos metemus, tu fac orationem tuam, & mete: iam finita obtulerunt partem mercedis, ille recusauit dicens nihil laborauit, nihil debetur, orta contentione accesserunt ad sapientissimum senem, qui declarauit deberi oranti mercedis portionem, quippe oratione perfecisset, quod alij opere manuali fecerunt: commendatur apud Arist. *libr. moral. 9.* de musico conducto ad canendum in nuptijs, qui cum cecinisset, petenti mercedem fuit replicatum, mercedem soluisse, & voluptatem pro voluptate dedisse: habetur apud prouerbium reform. in verbo, par pari referre: Pariter laudatur apud Demosth. nem in quadam Philippica. Quidam cõduxerat asinum ad portandum res Athenas, solis ardore afflictus non reperiens vmbram potuit se sub corpore aselli, cui se opposuit agaso, contendentes adinuicem, an esset locatus asinus, vel vmbra eius, *libr. prouer in verbo asini vmbra.*

Conclusio 37.

1 Tractatus iste, & materia locati & conducti pertinebat in Vrbe Romana ad præfectum vigilum, prout est tex. notab. *in l. 3. §. fin. ff. de off. præfec. vigil.* ad cuius intellectum nonnulla perpendemus, dicitur enim quod præfectus vigilum tota noctæ oberrabat cum hamis, & dolabris calceatus, hama enim instrumentum est ad reprimendum ignem, & incendia. Pli. ad Traianum. Et alioquin nullus in publico sipo, nulla hama.

2 Et hoc in iure clare cõstat *in l. instrumenta, ff. de fund. instruc. instrum. legat.* vbi bis inter incendiorum remedia hamas enumerat Vnde legas hamas, non hamos, prout multi inepte (ni fallor) loquuntur.

3 Legitur etiam calceatum, melius fortasse legendum esset falciatũ, seu mauis falcatum, i. falcibus muralib. armatum, vt sit sensus, præfectum vigilum obseruare de nocte per Ciuitatem cum falcibus muralibus, hamis, & dolabris, Tacitus *lib. 19.* Paulum inde moræ dum ex proximis agris ligones, dolabras, & alij falces scalasque conuenerint: nam hæ falces seruiebant contra incendia. Dolabrum instrumentum quo refringuntur quæ colerent. Columel. *lib. 3.* quæ falce amputari non possunt acuta dolabra abraditio. Accur. *in d. §. fin.* inter armorum genera enumerat nullo idoneo (vt opinor) exemplo. Admonuet, idem corripit ex ea *in r.* [illegible] *182. de consit.* Capsarius, de quo pariter in tex. habetur mentio, capitur apud Iurisconsultos dupliciter. Primo pro eo, qui portat libros ad scolas filij nobiliorum, prout clare exponitur per iurisconsultum mei *in l. si collectaneus, ff. de manum. vindic.* ex quo habes cum quo honore, & grauitate filij nobilium accedebant ad scolas; dedignabantur enim deferre libros, sed vtebantur ministerio alterius ad id specialiter deputati, prout ibi habetur.

4 Altero modo accipitur capsarius pro eo, qui locat operas certa mercede conuenta ad conseruandu pannos, & vestimenta in balneis capitur in hoc contextu, prout ex discursu, & verbis ipsius facillime cõstat. Idem tenet Suet. in Nerone. Et considera ex illo textu, quod maior pars curæ ipsius præfacti vigilum spectabat circa conductores diuersi generis, & de nullo magis incendium dubitabatur, quam de inquilinis, prout ille tex. clare deponit, & pondera ad quod vile exercitium descendebat officium præfecti vigilum, namque totius ciuitatis curæ erat, & in grauioribus admodum versabatur, & tamen veniebat ad quædã infima, ne balneatoribus subriperentur vestimenta per capsarios, vel eorum culpa, & defectu.

Conclusio 38.

1 Erant multi soliti locare operas ad varia exercitia immunes, & exempti grauioribus muneribus, prout mensores, qui locant operas ad mensurandum, de quibus suo loco diximus. Optiones, de quibus in materia ista locati habetur mentio *in lege fin. Codic. locat.* vbi iuxta terminos locati, & conducti Accurl. exponit, qui diuersis temporibus militabant pro mercede re vera, & proprie magis loquendo appellantur

pellantur hi milites, quos decurio, aut centurio optāt sibi rerum priuatarum ministros, quo facilius obeāt publica officia, prout ex Festo, Varro. & alijs colligitur. Capsarij, de quibus sup. Medici valetudinarij, de quibus in hac locati materia suo loco diximus, Veterinarij esponit Accur. qui fodiunt aurum, vel argentum, melius, & ad propositum tractatus locati, & conducti, dicamus animal veterinarium dici equum ad vecturam locari solitum. Vnde veterinarius, qui huiusmodi equos locari solitos ducit, appellantur enim veterinarij medici, & curatores huiusmodi animalium, & de his loquitur I.C. de quibus etiam meminit Columell. *lib.6.c.8.* & alij, de quibus *in l.fin.ff.de iur.immunit.*

Conclusio 39.

1 QVi in alio fundo venatur domino prohibente, non tenetur ad restitutionem animalium, vel illorum precium, siue æstimationem, tenetur tamen ad damni æstimationem, quod per eam dominus, vel conductor habuit, suaque fecit per apprehensionem, latè Couar. *in reg. peccatum, p.2.§.8.num.11.*

Conclusio 40.

1 AD *l. si tibi, C. loc. est tit. loc. tex. in l. si tibi*, vbi colligitur notabilis limitatio ad tractatum de cohærentia cōtractus, quod pactum appositum iuxta contractum non vestitur eius cohærentia, quando tendit ad vtilitatem tertij, *quam l. dixit ad hoc valde notabilem*, Ang. & Cur. *in l. legem n.21. & in l. petens, n.47. C. de pact.* Alc. *lib.1. parergon. c.4. in rub. de verb. obl. nu.15. ad l. bonæ fidei, C. de pact.* Iacob. de Nigris, *in d. rub n.43.* Tornieli. *nu.72. & 78.* Buttigell. *ad l. lecta, n.46. ff. si cer. pet.* late Caball. *milleloq. 232.*

Conclusio 41.

1 EVenit in facto casus. Quis vniuersalis fictuarius, vnius loci ad metendum granum conduxit ope. rarium ad metendū pro certa mercede, qui opus adimpleuit, & petere tentauit suum locatore, vt mercedem præstaret, iam studiose recessit, & ille infœlix remansit nuda mercenarius sine mercede, perquisiuit eum, tandem repertum carcerari fecit, dubitatur de expensis, fuit declaratum factum esse animo truffandi, & ob id teneri ad qualcunque expensas.

Conclusio 42.

1 PRæsumitur quis melior, & sufficientior, qui habet maius salarium, Abb. *in c. clerici, col.2. in remed. de iud.* Seraph. *priuil. iuram. num.47.*

Conclusio 43.

1 EVenit in facto casus, quod fuit factum instrumē. tum laboritij, & promissum respōdere per colonum de medietate omnium fructuum, & hoc pro pluribus annis, discessit tadem colonus fortasse domino nolente, qui finito laboritio cōuenit colonum, vt det medietatem omnium fructuum, cuiuscunq; anni laboritio durante, dicit colonus, non teneor amplius, quia tempore debito fit diuisio fructuum, nec ad præsumendum, quod non receperis portionem tuam, & passus fueris per me frui, & ita bene iudicatum vidi,

Conclusio 44.

1 NOtabilis est cōclusio. Si loco rem arbitrio tuo, excusaberis, si male facias, dūmodo facias pro ut in tuis, in quibus negligens nemo est Bart. dicens hoc admodum notandum, *in l.1. num.5. ff. de sol.* sum. Ang. & ibi in addi. *in verbo, depositum, num.6.*

2 Limita id verum, si tempore commissionis erat negligens, secus si post colligitur a Bal. *in l.1. nu.1. oppo. 1. C. de his*, qui pœnæ nomin. *per l. si. cum Cor. & l. cum quis, ff. de sol.*

Conclusio 45.

1 OBlatio, vt releuet, est facienda per conductorē ad euitandam moram, debet esse integra, prout alias diximus, Item facta per conductorem de pretio fructuum ad æstimationem vnius anni, & locator nō volebat ad æstimationem vnius anni, non releuat, quia non conueniebant de tempore. Ias. *in l. qui Romæ, §. robaredes, n.4. ff de ver. oblig.* & ita tenuit Rot. in vna Hispalensi locationis, vt per Caputaq. *decis. 269. p.2.* dicā latius (Deo dante) *in tract. deposit. q.2.* vbi videre placeat.

Conclusio 46.

1 COnductor, emphyteuta, & similes a domino requisiti ostendere tenentur, quæ bona habeant in tali loco conducta, alias omnia præsumuntur conductabilia, & ab eis expelli poterit. Specul. *de empyt. §. nunc aliqua. ver. 76.* cuius opinionem dicit veriorem. Bal. *cons. 365. li.2.* Tutiorem Soc. *consil. 165. in 4. dub. lib.2.* Crau. *cons. 217. in fi.* Nat. *cons. 3. nu.8. & 9.* Rum. *cons. 50. nu.14. lib.1.* post Alber. *in l. Titius hæres, ff. de act. emp.* vbi Fulg. de hoc dicto admodum lætatur, & per eum *cons. 227.* & hæc est commun. opin. Magon. *Rot. Flor. 2. n.10.* vbi dat pro cautela, vt ostēdatur aliqua bona deteriora melioribus omissis, & domino incumbit onus probandi contrarium.

Limita in factis antiquis, secus in recentiorib. Iaco. a S. Georg. *in feud. vers. dictique vasalli, il 2. num.25.*

Conclusio 47.

1 REgula est *ex l. traditionib. C. de pact.* quod traditionibus rerum dominia transferuntur, in materia autem locati, & conducti, limitatur duob. modis. Primo fallit, quia conducendo dominium transfertur, vt suo loco diximus, & facit *l. quædam mulier, ff. de rei vend.* Secundo fallit, vt loco tibi rem, postea vendo, vel dono, transfertur dominium sine traditione, *§. interdum, insti. de rer. diuis.* Vnde traditio facta ex titulo inhabili operatur translationem dominij, *d. §. interdum.*

Conclusio 48.

1 SÆpe occurrit sermo operarum in hac locati, & cōducti materia, in quarum diuisione varij fuerunt antiqui, & recentiores iuris interpretes: quidam enim duas tantū constituunt species, officiales nempe, & artificiales: officiales, quę nō in arte vlla, sed in officiis versantur, & personam eius, cui debentur, potissimum attingunt, vt associare dominū deambulādo, assistere domino ęgro animo, vel corpore, doctissimis sermonibus, & colloquis oblectare, & similia, quarū natura, & proprietas esse videtur, vt alteri denegari non possint, nec ad hęredem extraneum trā.

seunt

feunt, imo nec ad filium vt multis placuit, prout inferius citabo, & alias superius dixi, multa exépla ponendo, nec in eis duo rei credendi constitui possunt. Artificiales, quas nonnulli fabriles appellát, quæ alicuius artis propriæ sunt, vt Medicus, pictor, & similes, harum diuersa est natura, vt delegari possint, & ad hæredes transeant, & duo rei iure optimo constitui possunt, & hæ dicuntur certæ, illę vero incertę. hæc Hottoma. in suo commen. verborum iuris, in verbo operæ. Zas. post Bar. & alios *in l. si non fortè, §. libertus. ff. de condic. indeb.* Coras. *in præfa. l. admonédi, n. 23. de iureiur.* Roneheg. *ad l. 5. n. 11. de duob. reis,*

Et ad propositum materiæ locati, & conducti, de qua agimus, addunt alij operas gratuitas, quæ & cóductitijs opponuntur, quę præstantur a clientibus, alumnis, hospitibus, amicis, collectaneis, educatoribus, & similibus, iuxta illud Terentianú, Thesipbonem docet, vt patri dicat se clientibus, amicis, hospitibus operam præstasse. Et operas locare dicitur is, qui laborat, vel operatur, cui autem præstatur opera conductor dicitur, conuertitur autem figura in operario, nam is, qui operatur, dicitur conduxisse operas & dominus, ad quem opus pertinet, dicitur locasse, *gl. in l. 2. C. loc.* licet male alias contrarium tenuerit, *in l. 2. §. si conseruatis, ff. ad l. Rhod. de iactu.*

Conclusio 49.

1 MVtuans pro refectione domus prefertur alijs creditorib. *l. interdum, vbi gl.* & Bar. *ff. qui potiores, l. creditor, vbi no. omnes, ff. si cer. pet.*

2 Ampliatur ista conclusio vltra scribentes in dictis locis ad propositum materiæ locati, & conducti; vt habeat locum etiam in mutuáte, operario, vel fabro conducto ad ædificium reficiendum de mandato domini ipsius ædificij *l. si ventri, §. 1. ff. de priu. credit.*

3 Et babet triplex priuilegium. Primum tacitę hipothecæ in re. Secudum prælationis omnibus creditoribus etiam babentibus expressam. Tertiú est priuigiú personale, *vt no. in d. l. interdum,* per Bart. & alios.

4 Limitatur, vt multa requirantur, vt locus sit. Primum, quod specialiter sit factum mutuú ad refectionè talis rei, secus si simpliciter, licet postea ex eo res refecta sit. Secundú, quod sit conuersum in refectionè, secus si in alios vsus, *l. quod seruus, §. sed & si iis, ff. de in rem verso.* Tertium, quod reparationes extent, & appareant *glos. in l. 1. ff. de eff. bono.* Quartum vt sit pro rata, pro qua est facta restauratio; nam si mutuú excedat refectionem, excessus non est priuilegiatus, *l. fin. fi. ff. de exerc.* vbi allegant totam pecuniam incumbit onus probandi. Quintum, vt pro sorte principali, non pro pęna, interesse, vel vsuris. Castr. & *in l. & ideo condemnatus, ff. de compens.* Sextum, quod creditor sit Christianus, secus si Iudæus, vel similis. Rip. *In l. si ventri, §. 1. ff. de priuil. credi.* quia his clausa sunt omnia priuilegia. Auth. *item priuilegium, C. de hæreticis,* & dixi Dyn. *in reg. l. qui prior, num. 7. lib. 6.* Negus. *de pig. memb. 2. p. 5. num. 4.* qui in hoc sicco pede pertransit, prout videre potest. fuerunt notata per Menoch. *de arb. iud. lib. 2. cent. 2. c. 181. num. 32.*

Conclusio 50.

1 SOlatium est verbum ad materiam locati, & códucti, pro salario, & mercede lapidum in alieno fundo excisorum, quasi fundi domino pro solatio aliquid persoluendum sit ita recte legendum videtur *in l. venditor, §. 1. ff. commu. præd.* licet ibi. Accur. aliter dicat, nec in hoc bene appellatur, & alibi solatium aduocatorum salarium, *l. 3. l. 5. & l. 6. de aduoc. diuer. iud.*

Conclusio 51.

1 REliquorum appellatione veniunt etiam quæ erant penes colonus, *l. off filius, & ibi gl. no. ff. de leg. 3.*

Conclusio 52.

COnductor, seu locatarius, qui dicit contractum nullum, non excusatur, nisi offerat mercedem locatori, & deponat, *l. 2. §. fin. C. de iur. emphyt.* & ita tenuit Rot. in vna Bononiensi locationis, vt per Caputaq. *decis. 118. p. 2.*

Conclusio 53.

1 DEpositum non releuat, quod alias releuaret, nisi factum sit cum omnibus accessionibus, & pensionibus, *gl. in l. 2. C. de vsur.* Alc. *cons. 75. n. 8. lib. 7.* Crau. *cons. 106.* commendat Fusi. littera D, *nu. 31.*

Conclusio 54.

1 VIdi in facto instrumentum dotis, in qua promissa sunt pro dote tot, & insuper inseruire pro famulo pro annis sine mercede, & salario, & vidi dubitari, si ista promissio sit facta primo marito, si vxor transeat ad secunda nuptias, an ista promissio censeatur repetita.

Conclusio 55.

1 COnductor non tenetur ad pretium quanti pluri mi ex allegata mora in non liquidis. Bal. *in l. acceptam, in 6. oppos. C. de vsur.* Alex. *cons. 49. colum. 1. vol. 2.* Afflic. *decis. 205. per l. 2. C. de vsur.*

Conclusio 56.

1 COnducens operarios singulis diebus pro certo salario intelligitur de summo mane vesperas, non de die 24. horarum, vt nocte quoque comprehédat. Azo. in Summa, *C. de oper. libert.* Alber. *in l. moræ, ff. de ferijs,* vbi Alex. Iaf. & alij, Fel. & ibi Dec. *in cap. consuluit, de appell.* idem Fel. *in cap. si perfodiens, de homicid. & in clem. S. Mariæ, columna 18. vers. quinta declaratio, de consist.* Cott. hoc commendans *in verbo, diem, in fine,* late Tiraq. *de retrac. Lignag. §. 1. gloss. 11. n. 11.* Vnde nocte aduemente operas relinquere possunt; facit l. 1. & *l. medicus, de oper. libert. & l. 2. ff. de annu. leg.*

Conclusio 57.

1 PActum francandi soluitur morte, vnde si dicatur, liceat talia bona francare infra decem annos, & quandocuuque conductori placuerit, talis facultas non transit ad hæredes conductoris. Sebast. Medic. *de mor. conclus. 47.* posui in *tract. beneplacit.* Vnde beneplacitum non transit ad hæredes.

Con-

Conclusio 58.

1 SI quis conducat gabellam a ciuitate, quę sit immunis pro rebus a se emptis, non tenetur ipsa ciuitas soluere gabellam, cum non præsumatur abdicasse ius suæ immunitatis, & sic ius exigendi gabellam contra se ipsam. Bar. *in l. licitato, § fiscus, ff. de public.* Bal. *in l. si emptor. C. de hæred. vel a&c. vendit.* Affli&. *decis. 319. n. 9.* Iacob. Menoch. *de præsum. lib. 3. præsum. 44. nu. 11. ad materiam l. si mercedem, §. fin. ff. de act. emption.* de qua & suo loco quandoque diximus, vbi Bar. *n. 2.* not. quod vendens fundum saluo iure coloni intelligitur de omnibus alijs, præterquam de ipso vendente.

Conclusio 59.

1 LOcator recipiens pecuniam a conductore ante tempus præsumitur in causa mutui, & adueniente tempore conuertitur in causam locationis, vt deducit Butr. *consil. 65.* posui late *in tract. at. depositi, q. 87.* quis contractus in dubio præsumatur dicendo, sumo hanc pecuniam, ibidem placeat videre.

Conclusio 60.

1 TExtus est reputatus singularis *in l. fortissimi, & in l. nulli, C. de erogat. militar. annon. lib. 10.* vbi Bar. & Ioan. de Pla. notant, quod si respublica tenetur soluere salarium alicui seruienti sibi certo tempore, & illud obtulerit, ipse verò accipere noluerit, & sic fuerit in mora constitutus, licet postea interpellet rempublicam vt soluat, non cōstituitur respublica in mora, immo nullo modo amplius tenetur, licet pecunia in indiuiduo adhuc extet, & ibi dicunt, quod est speciale in Communitate, nec debet tradi in consequentiam. sequitur Alex. *in l. si seruum, §. sequitur, in vltimo notabili, ff. de verb. oblig.* Roma. *in l. quod te, ff. si cer. pet.* & hæc est communis opin. Ias. *in leg. prætor, §. aliquando, in 1. not. de nou. oper. nunciat.* Gabr. Saraina in addit. ad Matthes. *not. 128. in fine*, Vnde fortasse inferri posset, quod si conductor, vel colonus tenetur ad corbes frumenti in tali tempore, si offerat, & ille recusat recipere, non erit locus depositioni dictorum iurium, ius singulare comprehendentium, licet gl. ibi sentiat contrarium loquendo de Alberto Calui, qui studiose differebat recipere, quam gl. sequi videbatur Bal. *rol. 6. in l. non dubium, C. de legibus*, tamen communis est in contrarium, vt dictum est.

Conclusio 61.

1 OCcurrit quandoq. in facto. Do tibi equum simplicem, an sit mutuum gratuitum, an locatio ad vecturam? & in solito locare, non videtur dubium ex iā alias dictis, sed in alijs multi tenuerunt inspiciendum qualitatem personarum, nobiles enim ciues mutuant tantum.

Conclusio 62.

1 ERant & in hac locati, & conducti materia, homines, monitores appellati a I.C. *in l. instrumento, ff. de fund. instruct.* præfecti a colonis operarijs conductis, ne negligentes sint, vulgo (soprainrendenti) de quib. Columel. *lib. 1. c. vlt.* faciunt multi tempore messiū in maritimis habentes possessiones multas, & operarios plurimos.

Conclusio 63.

1 DIspositio Clemen. causam, de elect. vendicat sibi locum in intimatione facienda inquilino gl. *in d. Clemen. in verbo, habitare, per l. 4. §. si domus, ff. de dam. infect.*

Conclusio 64.

1 PVblicus officialis potest pro seruitio iustitię accipere bona, & res priuatarum personarum data publico mercede, *l. 1. & 2. C. quibus ex causis seruus pro libertate*, & ibi Bal. not. *l. item si verberatum, §. 1. ff. de rei vend. l. si locus, §. 1. ff. quemadm. seruit. amittat.* Ioan. Andr. ad Spec. *in tit. de executione sententia, in fin.* Rom. *cons. 310.* Ang. *cons. 236.* Bart. *in l. iubemus nullam, C. de sacr. sanct. eccl.* Alex. ad Bar. *in l. 1. C. de oper. a collatore lib. 11.*

2 Ampla, vt possit capere etiam personam ad decapitandum. Bar. *in l. fin. §. fin. ff. de pign. act.* per §. *si Monarch. auth. de sanctissimis epis.* & est communi. opin. vt ibi per Alex. *in addit. littera C.*

3 Declara in persona vili, vt per Bar. *in d. §. fin.*

4 Subdeclara de persona vili, nisi sit religiosa, vel persona honesta, & hoc attendi debet. Bal. *in l. fin. Cod. de execu. rei iudic.* sed hodie omnia corrupta sunt.

5 Declara secundo, vt mercedis solutio non sit in vsu, gl. *in d. l. locus, §. fin.* Bart. *in d. §. fin.* vidi tamen sępius, & vt plurimum obseruari, quod cammerarius soluat, ne detur afflictio afflicto, & sentit Iul. Clar. *in pract. §. fin. q. 99. vers. sed pone quod in ciuitate.*

Conclusio 65.

1 SI Doctor eligatur ad duplex officium, duplex debet habere salarium, not. *in Authent. vt iudices sine quoquo suffr.* Albe. Bal. & Paul. Cast. *in l. qui duobus*, per illum tex. *ff. de cond. & dem.*

2 Addo bonum tex. *in l. talis, § Stichus, ff. de fideicom. libert.* Abban. *c. cum olim, col. 2. de re iud.* Bal. *in l. si adscriptum, C. de app.* Sebast. Medic. *reg. 3. n. 9. p. 1.*

3 Ampliatur idē econuerso proportionabiliter, si duo subrogentur loco vnius. Alber. per illum tex. *in l. binos, C. de adsoc. diuersorum iudicum.*

Ampliatur secundo idem esse in famulo apothecę, postea notario creato, qui conficiendo instrumenta apothecę habebit duplex salarium, Rom. *consil. 25.* Felin. *in c. cum olim, nu. 3. de re iud.* Pont. *de alimen. cap. 16. n. 7.* Paris *de sindicat. in verbo salarium*, vbi pulchre loquitur.

Conclusio 66.

1 DOminus agri potest culturam agri omittere, & ad pratum reducere, & pasculum locare, *l. 12. et 3. C. de pascuis publ. lib. 10.* late Couar. *pract. q. c. 37.*

Conclusio 67.

1 LOcatione proprię habitationis admissa, cæterę prohibitę censentur. Pute. *decis. 2. p. 1.*

Conclusio 68.

1 SI Nauta promisit vehere aliquas merces, vel hominem in naui, deinde reperiantur in naui, præsumitur

tur in factum in excusationem præcedentis actus.late plures casus confideτans Benuenutus.Strac.*de mercat.tit.de naui.p.3.nu.23*.Soc.*in l.2.col.fin.ff.de condict. et demon.* Menoc.tangit *de præsump.lib.3.præsump.49.n.8.præsumpt.36.in fin.*

Conclusio 69.

1 LOca prohibita,& conduci prohibentur,gl.*in l. cætera.§.hoc senatus,ff.de leg.1.*Doctor.*in l.3.C.quæ res vend.poßunt.* Alex.*in l.generaliter,§.cum autè, nu.4.C.de instit.& substit.conf.131.nu.2.vol.5.*Ruin.*conf.33.nu.11.conf.174.nu.9.vol.1.*Soc.*conf.56.n.7.volum.3.* Nat.*conf.201.n.4.vol.1.*Ceph.*conf.109.n.7.*Bero.*conf.240.nu.17.vol.1.in c.ad nostram,nu.5.de empt.& vend.* Parif.*conf.81.nu.33.vol.3.* Sebast.Medic.*de reg.iur.p.1.reg.9.nu.50.*

Conclusio 70.

1 VNiuersitas,quæ locauit aliquod ius,non tenetur ex aliquo delicto commisso per suos conductores licet eos prohibere potuerit, & non prohibuerit. Euge.*conf.86.* vbi loquitur in conductoribus salis inquilitis, qui sal forensibus vendiderunt contra formã Motus proprij.

Conclusio 71.

1 COnstituens pro aliquo possidere iuris ministerio efficitur colonus constitutarij, quod procedit etiam si constituens possideat per alium,puta per colonum, quia colonus ille etiam ignorans fit colonus constitutarij,Bart.*in l.quod meo,n.4.ff.de acq.poss.*Eug.*conf.75.nu.31.*

Conclusio 72.

1 IVs intraturæ frequens est Florentiæ super apothecis cõductis,& acquiritur per vsum lustri,prout in statuto Ang.*conf.2.in fin.*cuius effectus est, vt habens tale ius,& pensionem soluit, expelli nequeat ratione prioritatis quæsitæ.Soc.*conf.50.nu.13.lib.4.* quod ius an sit reale,vel personale. Castr.*conf.243.lib.1.in nouis,*& habet se ad instar dominij super quo parum distans ab emphyteusi.Magu-*Rot.Flor.112.*

Conclusio 73.

1 DE legitima non detrahuntur salaria, & impensæ medicorum, & medicamentorum,*ex l.quod in vxorem,*vbi Bal.*C.de neg.gest.*Rol.*de lucro dotis.q.64.nu.6.*Thob.Nonius,*conf.18.nu.4.*

Conclusio 74.

1 DOctor salariatus debet habere etiam domum a publico,*l.2.§.sed & Caius Scipio,ff.de orig.iur.* vbi debet esse in loco celebri,non remoto. Commendat pro singulari Rom.*sing.824.*

2 Addo, quia domus doctoris est ciuitatis oraculum. Cice.*libro 1.de oratore,*Barb.*in proœm.Clem.in 2.lect.nu.48.*Cagn.*in l.2.n.475.ff.de orig.iur.*& semen recusans recipere salarium amplius petere non potest, *l.fortissimi,C.de erogat.milit.annon.libr.12.*

Conclusio 75.

1 LOcator,vel conductor promittens in instrumento,per hæc verba,*promette di pagare alla fine di ogni sei mesi in pace,& senza lite,rimossa ogni lite, & contradittione,*non poterit petere consilium sapientis, & tollitur omnis citatio,& est ipso iure cõdemnatus. Mari.Anguis.*conf.59.nu.22.*sentit Caputaquens.*decis.205.& seq.lib.1.*Borgn.*decis.28.nu.13.par.2.*

Conclusio 76.

1 COnducens domum relatiue, secundum quod Sempronius conduxerit,nisi constiterit de tali conductione, nulla erit conductio, nisi appareat contrarium ex actis. Castr.*in l.1.C.de instit.& substit.*Ias.*in l.admonendi,lect.1.nu.39.de iureiur.*Bald.*conf.99.vol.1.* Alex.*conf.23.num.9.lib.7.conf.87.num.7.lib.6.* Ias.*in l.Marcellus,nu.14.ff.ad Treb.*Sebast.Medic.*p.1.reg.10.n.30.& n.76.*vbi alios cumulat.

Conclusio 77.

1 EXecutori testamenti salarium debetur. Aret.*de testamen.in verbo executores.* Vinc.Franc.*decis.122.in fin.par.2.*

Conclusio 78.

1 BArones debent habere ærarios ad conseruandũ fructus fundi dato competenti salario.Vincen.Franc.*decis.128,* nec vasallo denegare possunt, licet fundum per se, & maiorem fructuum partem percipiat,quam si locasset vt per eum,vbi habetur etiam, quod Baro dicitur nobiliter viuere, si colat agrũ manib.proprijs,nec dat ad laboritium,& licet postea fructus vendat,non per hoc dicitur mercator.

Conclusio 79.

1 CAstellani prohibentur esse attendatores locorũ vbi sint castellani ratione repugnantiæ. Franc.Marc.*decis.7.p.1.*

Conclusio 80.

1 POrritori litterarum,seu correrio salarium non debetur si alias per illa loca esset iturus,alias secus, & taxabitur arbitrio iudicis, si non erat conuentum quod actione locati petitur. Bal.*in l.salarium,ff.mand.* Fran.Marc.*decis.315.p.1.*

Conclusio 81.

1 LOcatio de re turpi, vel contra bonos mores non valet. Vnde si te conduco ad bellum illicitũ,non teneor tibi ad promissa. Bal.*in l.si fideiuss.C.mandat.*

Conclusio 82.

1 DE messe, quam Agricolæ præstant pro iugo Boũ,an procedat in iugo mularum,vtique non Guid.Pap.in facti contingentia,q.470.

Conclusio 83.

1 IN intimatio facieda inquilino quãdo dominus vult vendere domum, est facienda per instrumentum publ.

publicum, qua forma non seruata est nulla. ita Capu. taquens. *decis.* 205. p. 1.

Conclusio 84.

Baiulis, & Nuntijs publicis debetur salariū secun. dum consuetudinem loci, & si plus exegere, tenetur ad quadruplum. Ias. in §. *quadrupli, nu.* 5. *de actio.* Rebuff. loquens in commissarijs, & omnibus officia. bus, *in l.* 3. *col.* 2. *vers.* 3. *de verb. signif.*

Quod vtinam obseruaretur, immo excoriant pauperes rusticos in prætereundo omnes taxas, & exclamant infelices pauperes vsque ad cœlum contra Birruarios, nimium exigentes, o bone Deus, quando prouidebitur, hæc pietas, hæc Charitas, hæc laus, hæc misericordia.

Conclusio 85.

Dominus potest inuitis vicinis fodere in suo prato, & locare ad pascendum. Couar. *pract. q. cap.* 37. *sub vers.* 1. & c.

Conclusio 86.

Donatio inter virum, & vxorem licet regulariter sit prohibita, *l.* 1. & 2. *ff. de don. inter vir. & vxor.* tamen inter alia si vir viuus fuerit Victuris vxoris, & econtra *l. si quis pro vxore. C. eod.* Duen. reg. 221. *limit.* & *nu.* 14.

Conclusio 87.

In expressione veri valoris, detrahendum est salarium per seruum liberos in ecclesia. Cassad. *decis.* 19. *de præben.*

Conclusio 88.

Emens nulliter bona ecclesiæ tenetur ea restituere cum fructibus, & pensionibus, *l. iubemus nulli, §. sane, C. de sacr. eccl.* ad quam pulchre Couar. *var. resol. lib.* 1. *c.* 3. *nu.* 8. Pinell. *de rescind. vend. l.* 3. *p.* 2. *c. pu. n.* 30. Adden. ad Rom. *sing.* 90.

Conclusio 89.

Conductor partis inferioris non potest immittere fumum in præiudicium domini partis superioris, & prohiberi poterit, *l. sicuti, §. Arist. vers. dicit igitur, ff. si ser. vend.* est casus frequens, & in facto occurrit, & datur remedium conductori, vt prohibitus agat ad interesse contra locatorem.

Conclusio 90.

Capsores licite mercedem recipiant pro numeratione pecuniæ, Sot. *de iust. & iur. libr.* 6. *q.* 11. *art.* 1. ibi, ratione laboris in numerando.

Conclusio 91.

Conductor tenetur ad custodiam, *l. in lege, ff. locat.* Bal. *cons.* 22. *lib.* 3. Castr. *in l. non impossibile. num.* 3 vbi Ias. *nu.* 5. *ff. de pact.* Cag. *in l. contractus, nu.* 5. *ff. de reg. iur.* Vnde de damno tenetur si quod est Rota nouiss. 241. *nu.* 2. *p.* 2.

Conclusio 92.

Colonus effectus ciuis non perdit sua priuilegia; Bar. *in l.* 3. *§. si emancipatus, de bon. possess.* contra rab. Caccialup. *in l. omnes populi, in* 6. *q.* Bar. *ff. de iust. & iur.* dubitauit Anch. q. 48. *nu.* 8. *in fin. p.* 2.

Conclusio 93.

Stipulatio non committitur, si promittis facere opus, & si non feceris tali die conuento, promisisti, soluere quanti locassem alii faciendam, si in tempore conuento tu non fecisti, & ego non locaui alij, sed manibus proprijs feci, non tenetur fideiussor, *l. stipulatus, & ti. de fideiussor.*

Conclusio 94.

Conductor vel colonus non potest suo facto contrahendo, obligare dominum vel locatorem, *l. nimis, C. de act. & oblig.* vbi infert Bal. quod me trans colono non habet obligatum dominum, commendat Menoch. *cons.* 189. *nu.* 5.

Conclusio 95.

Libri monasterij, Episcopatus, vel alterius locatoris probant contra colonum, vel conductorem, multis concurrentibus, primo, quod sint antiqui, bene tenti, & regulati, Bal. *in l. exemplo, nu.* 3. *C. de probat.* late Ceph. 508. *nu.* 14. *vol.* 4. Rol. *cons.* 22. *nu.* 23. secundo quod tractetur de non admodum magno præiudicio, Dec. *in c. cum causam limit.* 1. *de prob.* Crauet. *de antiq. temp. p.* 1. *nu.* 250. *cons.* 275. *n.* 8. & 9. de communi Prosper. Patet. *cons.* 191. *n.* 9. vbi volunt libris credi si verisimilia contineant. Tertio, quod verificatæ sint non, nullæ partitæ quo casu oritur præsumptio pro veritate omnium. Crau. in citato loco. Rumin. iun. *consilio* 132. *nu.* 3. 18. & 19. *lib.* 2. Ant. Gabr. de mag is communi. *de præsump. concl.* 5. Tiber. Decian. attestans ita indicatum *cons.* 48. *num.* 34. 62. *num.* 32. *vol.* 2. Bursat. *consil.* 33. *n.* 110. *vol.* 3. Quarto quod in dictis libris constat de solutione decennali. Bal. *in l. fin. nu.* 9. *C. sine censu.* Paris. *in consuet. feud. §.* 5. *nu.* 22. Quinto, quod sine scriptis a persona legali, integra, & bonæ vitæ maxime si iam mortuus sit. Soc. *cons.* 265. *col.* 2. *vol.* 2. Felin. *in c.* 2. *nu.* 24. *limit.* 3. *de fid. instr.* Ripa, *in l. admonendi, num.* 123. *de iureiur.* Sexto, quod sint conseruati in Archiuio monasterij vbi conseruari solent Dec. *cons.* 669. sed non quilibet priuatus hab.t Archiuium, quare hoc auget fidem, sed non tollit. Septimo, quod contineant ali, quid ad fauorem tertii Alex. *cons.* 180. *num.* 1. *volum.* 2. Decian. *cons.* 60. *vol.* 2. Octauo, vt appareat reddita quandoque ratio de contentis in libris Rimin. *d. p. nu.* 254. Nono multo magis probant si sunt scripti a varijs personis probis, & fide dignis. Bal. *in c. quoniam cōtra nu.* 8. *de prob.*

Alibi scribit Guid. Pap. q. 44. credi libris priuatorum, si scribens sit legalis manu ipsius, solitus dicere veritatem, apposuerit causam, scripserit aliquid contra se, & concurrat verisimilitudo, sed bene probata legalitate, cætera videntur superflua.

Conclusio 96.

Dedi decem puta proxenetæ, vt faceret mihi vēdi equum, si redhibeatur, non datur repetitio salarii, Ias. contra Mart. de Fan. *in l.* 1. *nu.* 7. *ff. de condic. ob caus.* casus frequens, & quotidianus.

Conclusio 97.

Pactum de ædificando domum in fundo meo soluitur alienatione fundi etiam in pæx. sing. secundū. Ang. *in l non solum, §. morte, ff. de non. oper. nunc. gl. in l. stipulatio nes, non diuiduntur, ti. de verb. obl.*

Declara nisi venditoris interfit, qui promiserit emptori quia & hoc casus euenit. Firm. in verbo pactū extenditur.

Conclusio 98.

Quam nonnulla in materia molendinorum respicientia locati, & conducti molendinum, est prædiū rust cum. Bald. *in l. certi iuris, q.* 4. *C. locat.* sequitur Ias. *in l. quominus, q.* 19. vbi Ripa, *nu.* 126 *de flum.* Tiraq. *de retrac. Lignag. §.* 1. *gl.* 7. *num.* 2. vnde haber locum tacite reconductio, & § *qui impleto tempore, de recond. declarat.* & fit remissio, & si calma tepereat sumptibus conductoris. Bal. *in l. licet, q.* 4. & conductores molendinorum tenentur ad unu. reaedificadæ. Vegetis, vel ciu

iæ

ſe molendini Alex.*conſ*. 189 *par*. 2. non tamen poſſunt in fine temporis molere pro minori gabella in præiudicium haberi conductoris. Flor. *in l. ſi abſens, §. Silnam, ff. de vſuſr*. Bal. *in l*. 3. *in fin. C. de naut. ſanore*, & cõductori molendini pro quatuor rotis, non eſt augenda penſio ſi addatur quinta. Alber. *in l. Rutilia, ff. de contr. empt*. Veron. *in tit. de furno, in fin*.

Concluſio 99.

SI Doctor promiſerit legare Senis pro duobus annis ſi habuerit hoſpitium, & iurauerit poterit in ſecundo anno non legere ſine incurſu periurij, ſi non habuerit hoſpitium. Doct. *in l. ſi quis heredem, C. de inſtit. & ſubſtit*. Corn. *conſ*. 7. *col. pen. in fin. libr*. 2. Seraf. *de iuram. priuileg*. 73. *nu*. 6.

Concluſio 100.

CLericus beneficiatus litigans, vel inquiſitus non perdit fructus beneficij lite pendente, & ei conductor legitime ſoluit, ſi non ſit a iudice prohibitum Bald. *in l. emptorem, nu*. 8. *C. locat*. Hieron. Gabr. *conſilio* 196. *nu*. 11. Rebuſ. *in praxi benef. rubr. de mod. amittat. benefic. n*. 51. & 56. vbi dicit, quod ante ſententiam poteſt reſignare beneficium, *in regul. de ſubrog. litigan. gl*. 1. *nu*. 5. Ant. Gomeſ. *de confiſc. bonorum, n*. 3. Firmian. *in verbo, clericus priuandus*, Ioan. Guelt. Hilpan. alleg. 12. Borgn. *decif*. 44. *nu*. 12.

Concluſio 101.

SAlarium debetur pro qualibet dieta vulgari, ſi in loco, ea reperiatur alias recurritur ad legalem, & ſi quis ſe fingat omnis delicatum, vt tardet iter ſolitũ, eſt ei imputandum arbitrio iudicis, & ſi vno die fecerit quinquaginta milliaria, duplicandum eſt ſalarium quod verum quando pro certis dietis datur certum ſalarium, ſecus ſi pro eundo, & redeundo data eſſet pecunia pro neceſſitatibus ſuis, quia tunc etiam ſi diplomate vſus fuerit non habebit duplex ſalarium *per leg. creditor, §. ſi inter, ff. mand*. & eundo ſtudioſè per longiorem viam non habebit maius ſalarium, niſi recta via impedita fuerit, vel ſit minus ſecura ita diſcurrit Re. buff. *ad l*. 3. *col*. 10. & 11. *de verb. ſignific*. caſus frequens, & practicabilis ad medicos, teſtes, commiſſarios, cor. rerios, & ſimiles.

Concluſio 102.

HAbitantes in domo Conducta dicuntur vicini ſi agatur de iure perſonarum, ſecus ſi de iure prædiorum vel ædium. Bart. *in l. ſi tertius in princ. num*. 4. *de dam. infec. in l. fin. num*. 2. & ibi Iaſ. *num*. 2. *Cod. de his quibus vt indign. in l*. 2. *§. hoc autem, in princ. in l*. 3. *§. furdus, ff. ad Syllan*. Bal. *in l. ſi vicinus, C. de nupt*. But. *in c. ſuper de priuileg*. Fel. *in cap. quoniam, de præſumpt*. caſus frequens vtilis, & quotidianus.

Concluſio 103.

PEnſiones fictus & redditus, quomodo diuidunt, emptores, eo modo diuidere præſumũtur reſobligatas pignori, & hypothecæ, *l. inſulam, ff. qui pot. in pignor habe*. ſecundum ſecũdam lecturam, quo loci Bar. ſenſit rationem eſſe, quia pignus tanquam acceſſoriũ ſortis principalis, eius naturam ſequi debet, & modũ, confert *l. Lucius co. tit*. vbi prior in ſorte cenſetur prior in vſuris, & quę ſunt acceſſoria ipſius ſortis, ad hæc Menoc. *de præſumpt. libr*. 3. *præſumpt*. 120.

Concluſio 104.

MErcede diurni laboris, operariis ſequeſtrari poſſunt Ripa, *in l. g. obligatione, numer*. 44. *ff. de pignor*.

Concluſio 105.

LOcans equum icit non poſſe ferre laborem, & quod de facili deficeret in via tenetur conductori ad intereſſe, *l. in rebus, §. ſciens. ff. commod*. Caſtren. *in l. eum qui rem, ff. eod*. dixit de ſingulare, & menti tenendum Vincen. de Anna. *ſingul*. 118.

Concluſio 106.

LOcans ſi intelligat de decem, & ita exprimat, & conductor intelligat de quinque, locatio non valet, *l. ſi tibi decem, ff. loc*. & ratio eſt, quia locator exprimendo decem, videtur excludere quinque, quia in ſummis regulariter intelligitur taxatiua, *l. rogaſti, §. ſi tibi, ff. ſi cer. pet*. ita declarat Buttigel. hunc tex. *in l*. 1. *§. ſi ſtipulanti, nu*. 10. *ff. de verb. oblig*. commendat Rim. *Inſtit. quibus alien. licet, nu*. 87.

Concluſio 107.

COnfeſſio dotis receptæ facta a marito, conſtante matrimonio nocet alijs creditoribus, pariter & confeſſione debitum probantibus, ſi confeſſio ſit è cõtractu mutui, ſecus ſi ex cauſa locationis. Alexand. *in l. num*. 35. vbi Aret. *n*. 37. Socin. *nu*. 88. *ſolut. mat*. Dec. *conſ*. 96. *in fin*. Gozad. *conſ*. 28. *num*. 28. Didac. *var. reſol. lib*. 1. *c*. 7. *ſub n*. 16. *verſ. & præmiſſis*.

Concluſio 108.

SI teſtator legat vxori alimenta, nec dicit in qua domo, ſi heres habet plures domos non cogitur vnã conducere, & ibi aſſignare habitationem, dummodo ſit commoda, nec in honeſto loco. Bal. *in l. amilibus in fin. C. de legat*. Caſtr. *in l. ſi domus, ff. de leg*. 1.

Concluſio 109.

SEntentia non poteſt ferri ſuper penſionibus decurſis lite pendente. Capell. Tholoſ. 20. *verſ. item pro futuro decif. Neapol*. 15. *in* 2. *dub*. Ant. Gab. *de iudi. concl*. 2. *nu*. 2. contrarium ſentit Guid. Pap. *conſ*. 90.

Concluſio 110.

MOnopolium non incurrit, qui conducit operas alicuius ad vendendum, & quod interim non poſſit vendere, res alicuius, quia nõ eſt monopolium, eſt priuatione libertatis vnius. Bal. *conſ*. 445. *vol*. 1. ſequitur Boſ. *tit. de vnio. num*. 5. Tiber. Decian. *tract. crimin. tit. de monopol. n*. 27.

Concluſio 111.

SI pater ſua pecunia, filio ſalarium aduocandi quæſiuit, non imputatur in legitimam. Caſtr. *in l*. 1. *§. nec Caſtrenſe, ff. de Caſtrenſ. peculio*, eſt communis opin. Fernand. *de ſucceſ. creat. §*. 30. *num*. 217. Mich. Craſſ. *in §. legitima, q*. 29. *in fine*.

Concluſio 112.

SI communitas loci, locet datia & gabellas cum conditione, vt cõductor ſoluat mille quolibet mẽſe pro ſalario poteſtatis, non poterit conductor ſoluere ante terminũ, quia eſt appoſitus fauore vtriuſq. Alber. *in l. ſi ita, §. Pegaſus, in fine. de legat*. 2. caſus frequens, et quotidianus in Appaltibus Communitatum.

Concluſio 113.

PEnſiones domorum moderari poſſunt per deputatos Cõmunis, & locatore ſtare coguntur. Strac. *de mercat. p*. 4 *n*. 51. reputans hoc valde notandum pro ciuitatibus ad quas ſcholares, & aduenæ concurrunt.

Concluſio 114.

FRuctus, & penſiones, quæ nondum ceſſerunt tẽpore confiſcationis veniunt in ea, vti pars rei immobilis. Bal. *in c*. 1. *de pace tenen*. dixit notabile Aretin. *conſil*. 10. *colum*. 2. *in princ*. commendat pro notabili

Add. c.

Digitized by Google

Addit. ad Castren. *in l. eius, qui, §. fin. litera A, circa med. ff. de testam.*

Conclusio 115.

STatutum disponens, quod coloni teneantur ad datia, collectas, vel gabellas, pro dominis, non subiectis, vel clerico, vel alijs priuilegiatis, est iniquum, & non valet. Bar. *in l. venes, in l. colonus, la 1. C. de agric. & censit. lib. 10.* quod facit pro illis forensibus, qui habent in territorio Tudertino, vt eorum fructus sint sequestrandi, non coloni cogendi.

Conclusio 116.

FIdeiussor alicuius conductoris, si conductor ea aliqua pœna remoueatur a conductione ante finitum opus, tenetur ad vsuras, & interesse, & damna, maxime alij postea remoto primo conductore sublocando, non autem restituet mercedem habitam, *l. 2. §. conductore*, iuncta gl. *ff. de iur. fisc.* & sic ibi colligitur, quod fideiussor in aliqua conductione simpliciter acceptus intelligitur in vniuersam causam, & sic respectu vsurarum, damnorum, & interesse, & docet ibi textus, vt fideiussor sit cautus in nō sublocado, remoto primo conductore quia sublocādo, sibi præiudicat.

Conclusio 117.

ADministrator bonorum alicuius communitatis, tenetur communitati de omni periculo, siue in tempore conuento, siue post, patiatur eum in conductione remanere, pariter successor in administratione, *l. 4. in pr.* iuncta gl. *ff. de admin. rer. ad ciuit. pertinent.*

Conclusio 118.

QVid sub pacto *l. commissorie* pignorauit, & iurauit non cōtrauenire iuste impeditus, si intra statutum tempus non redemit, creditur post diem, & creditor tenetur restituere rem cum pensionib. decursis, *c. significante*, & ibi *Butr. de pig.*

Conclusio 119.

NOn valet denunciatio ne pensio soluatur locatori Ang. *in Auth. de depos. & denunr. Inquilin.*

Conclusio 120.

DOnatio non præsumitur, in colono, inquilino, vel emphyteuta, Bal. *in l. 2. nu. 2. C. de rei vend.* Mascard. *concl. 552. nu. 29.*

Conclusio 121.

SI debitor, affictauit per longum tempus, vel fortasse in perpetuum omnia sua bona poterit creditor petere se immitti in quasi possessionem nominis ipsius conductoris, & adiudicari eius nomen. Bal. hoc commendans *in l. etiam, nu. 13. C. de exec. rei iud.*

Conclusio 122.

PRæscriptio interrumpitur per denunciationem factam colono. Bald. *de præscr. rerum immob. in fine, operis, sub nu. 50. vers. secundo, fol. 298. versa pagina.*

Conclusio 123.

VNa, & eadem persona sustinere potest vicem duorum, vnde qui accepit vectigal pro sale conducēdo, & præstando Magistro salis si postea acceptauit officium magistri, poterit sibi ipsi præsentare, quia præsentat sal vt conductor, & illud recipit consignatum vti magister, *l. fistulas, §. 1. ff. de contrah. empt.* Bart. *in l. 2. in final. verbis, ff. de stipul. seru.* Port. *in §. si tutor, col. 2. Instit. de inoff. testam.*

Conclusio 124.

COnductores gabellarum, et datiorum communitatis possunt ante tempus conueniri, *l. 1. C. de cōd. ex lege*, vbi Bar. dicit esse casum singularem, & Bald. casum valde notabilem, & Sal. practicabilem, & quotidianum. commendat Ias. *in l. pecuniam, col. fin. lim. 2. ff. si cer. pet. in l. in diem, n. 4. ff. de cond. indeb.* Marsil. *sing. 555.* Ioseph. de Ludou. *concl. 8. lim. 2.*

Et sic habetur limitatio *ad c. 1. de plus pet. & §. hodie instit. de exceptio.*

☞ *Conclusio* 125.

NOluerunt veteres quod militum stipendia sub titulo locati & conducti transirent; sed honestiori vocabulo. Ias. *in §. actionum nu. 174. de action.* Ripa *de priuil. contract. post n. 116. in l. 2. col. pen. C. de eden.* Mago. *Rot. Flor. 26. nu. 51.*

☞ *Conclusio* 126.

NObiles cogentes Rusticos ad conducēdum gratis baldas, & operas incidunt in vim publicā. Boll. *de vi publ. nu. 5.* Tiber. Decian. *tract. crim. lib. 8. c. 16. nu. 31. tom. 2.*

☞ *Conclusio* 127.

INfantem iam expositum educari faciens expensas in mercedibus magistrorum repeti. *l. 1.* & ibi Bal. *C. de infant. exposit.*

☞ *Conclusio* 128.

SOlutum in dubio præsumitur in causam mutui, & non locationis nondum cessit. Butr. *cons. 65.* adueniente postea tempore poterit mutuum conuerti in obligationem locationis, vt ibi per totum.

☞ *Conclusio* 129.

COntra dominum absentem committitur stipulatio pœnalis per colonum impedientem, vel contrafacientem, si potuit monere, & prohibere, nec monuit, nec prohibuit, *l. cum filiusfam. §. in hac* iuncta glos. *in verbo absit*, quam ibi sequuntur Bart. Imol. Alex. & Ias. *ff. de verb. obl.* factum igitur coloni nocet domino fundi et absente, vel ignorante, quando dominus ex vi contractus prohibere tenebatur, & non prohibuit quod habet locum etiā in hærede, si sciuit talem contractum a suo authore initum, quia tenetur ex facto coloni, vt per Alex. *in d. §. in hac* vbi reputat valde notandum in practica.

☞ *Conclusio* 130.

DEbitor vendens, postea conducens non præiudicat emptori circa hipothecam generalem creditoris, & quam maxime vxori in conseruatione dotis, sed emptor conueniēdus est remedio *l. fi. C. de acq. poss.* Vinc. de Anna. *allegat. vltima.*

☞ *Conclusio* 131.

PÆna mortis plectabantur illi, qui in fundo inimici lapides quosdam ponebant in signum ne aliqui, ad colendum illū agrū accederet, *l. Saccularij, §. sunt quidam. ff. de extror. crimin.* Menoc. *de arb. q. 86. n. 1.*

☞ *Conclusio* 132.

SI statutum dicat quod iudex viso instrumento locationis capi faciat debitorem hoc casu non requiritur citatio. Marian. *de citat. art. 7. casu 38.*

☞ *Conclusio* 133.

CReditor num possit immitti in possessionem Colonorum facultatis. Vtique sic, & Colonus siue nummis colat siue partiarius, tenetur ei respondere, non tamen iste sic immissus præscribit cum habeat scientiam. Bald. *in c. contingit, n. 27. de restit. spoliat.*

☞ *Conclusio* 134.

PEnsiones in dotem dari possunt, & ex more venit interesse elapso biennio, *l. vlt. §. præterea, C. de iur. dotium.*

Con.

Conclusio 135.

COnducere homines,& inditium ad torturā. Menoch.*de præsumpt.lib.1.præsump.89.nu.120.*

Conclusio 136.

QVi conduxit exercitij præbendam vehendam non est idoneus testis. Can.*si testis.vers.15.q.3.*

Conclusio 137.

COnducens vineam ad colendum a quodam habēte solum ad certam partem fructuum, si fecit contractum perpetuum,quod si ibi plantauerit ficus, vel nuces,intelligatur dare partem fructuum,intelligitur de solo vineali. ideo non debet dominus habere partem istarum fructuum,Castrens.dicens quotidianum *in l.certo generi,ff.de seruit.rustic.prædiorum.*

Conclusio 138.

EDucator infantis expositi expensas,& mercedes magistrorum,*l.1.C.de infant.expos.* vbi Bal. æquipacat mercede magistrorum alimentis.

Conclusio 139.

LEx ciuilis loquens de locato disposito,& similibus habet locum de iure canonico quando potest clericis,quandoque damnum, quandoq.commodum afferre.fili.*in c.eccles.S.Mariæ sub n.66.de constit.*

Conclusio 140.

LOcatio est factum transitorium de subiecto in subiectum,& transit in substitutum.*l.1.§.ne autem C.de conduc. tollend.*

Conclusio 141.

NVnquid rem qua tibi locaui potero concedere, vt sit apud te ex alia causa trasiatiua dominij? videtur sic in terminis textus *in l.qua ratione, §.interdum,ff.de acq.rer.domin. §. interdum.instit.de rer. diuis.*

Conclusio 142.

DOminus nō tenetur, ex mutuo facto colono ipsius *l.pen.C.de act.& oblig.* Ampliatur ex eodem contextu etiā si fuerint præsentes Castaldi ipsius Domini,& te folio subscripserint.

Declaratur hoc verum si in rem coloni fit mutuatum,secus si Domini,quo casu tenetur, vt ibi per gl. vnde de grano mutuato causa victus non tenetur Dominus,vt ibi per Bal.sed secus erit pro grano mutuato ad seminandum, quia hoc & Domino prodest.

Conclusio 143.

LOcatio extinguitur extincta re *l.ex conducto.vers. sed si ager.ff.locat.* Rom.*cons.47.nu.5.*

Conclusio 144.

SImiles ad bellum missus pro communi vtilitate patriæ amittat equum, resarciri debet per communitatem. Quod limitatur nisi salarium habuerit. Bal.*in l.2.in prima lectura,ff.ad l.Rhod.de iact.*

Conclusio 145.

CLericus pro fictu,& pensione domus per eū conducta: potest conuenire coram iudice laico. Macan.*disp.8.num.34.* Tho.Triuisan.*decis.34.* ea ratione quia licet conueniatur persona, tamen principaliter agitur ad bona interesse vel fictum, & sic non est locus.*c.si diligente r de foro competenti.*

Conclusio 146.

MOnopolium non est si quis conducit operas alicuius ad vendendum, cum pacto, quod non possit vendere res alterius,quia pactum cum vno tantum non tollit libertatem publicam. Boss. *in tit.de monon.nu.6.* licet prohibere non possit ne venderet indigentibus. Bal.*cons.445.vol.1.* Tiber.Dec.*tract.crim. lib.7.c.a t.nu.27.tom.2.*

Conclusio 147.

LIcet testator mandauerit deberi nouercam ali a priuigno in ipsius domo,ad tollēdas rixas potest cogere priuignum ad conducendum domum separatam,& ibidem alimentari. Natt.*cons.425.vol.2.* Afin. *de executor.§.3.c.129.*

Conclusio 148.

PRæsumitur quis sufficientior qui habet maius salarium. Abb.*in c.clerici,col.2.circa med.de iud.* Seraph.*de iuram. priuil.1.num.47.*

Conclusio 149.

POtest in pœnam interdici conductio de bonis publicis *l.moris.§.sunt autem,ff.de pœnis.*

Conclusio 150.

PRæstatio honorantiarum debet fieri pluribus locatoribus pro rata bubulcorum licet ex eis, honorantiæ promissæ non percipiantur, sed ex residuo bonorum. Surd. *decis.155.per totum.*

Conclusio 151.

LOcatio semel extincta,non potest amplius reuiuiscere. Surd.*decis.33.*

Conclusio 152.


SI locentur prędia diuersarum personarum sub vna pensione, & in vno contractu, vnica est locatio tantum,& non plures. Surd.*decis.155.nu.8.* ex congestis per Tiraq.*de retract.consang.§.2 3.gl.1.nu.1.* & est bonus text.*in l.tutor,§.curator,ff.de minor.*

FINIS.



Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google